OPERA, QVÆ EXTANT, OMNIA

PLVTARCHI CHÆRONEI, ETHICA SIVE MORALIA COMPLECTENTIA.

INTERPRETE

EXCELLENTISSIMO AC CELEBERRIMO IC. Doctore HERMANNO CRVSERIO, *Illustrissimi Ducis Cliuensis & Iuliacensis Consiliario.*

DENVO SVMMA FIDE AC DILIGENTIA RE-cognita, multis in locis emendata, & in lucem edita.

CVM INDICE RERVM ET VERBORVM LOCVpletissimo & fidelissimo.



FRANCOFVRTI,
Apud Ioannem Saurium, impensis Rulandiorum, & Nicolai Rothii:
M. DC. V.

PLVTARCHI CHAERONEI, GRAVISSIMI ET PHILOSOPHI ET HISTORICI,

ETHICA, siue MORALIA opera:

HERMANNO CRVSERIO I. C. INTERPRETE.

PLVTARCHVS,

DE INSTITVENDIS LIBERIS.

DE INGENVORVM liberorum institutione, & qua frugi euadere ratione queant, age dispiciamus, quid habeamus dicere. Bene autem erit ab ipsa statim ordiri generatione. Eos ergo, qui fieri clarorum liberorum ament genitores, ne cum quibusuis mulieribus consuetudinem habeant, vtputa cum meretricibus vel pellicibus, admoneam. Siquidem ex vitio secus natis materno vel paterno comitatur probrum per totam vitam, quod elui non valet, turpium natalium: ansaq; præbetur inde prompta his, qui libenter mordent & lædunt. Ac sane sapuit poëta, qui ait:

A meretricibus abstinendum.

10

Quod si basis secus posita est natalium,
Ibi posteros manebit infortunium.

Est ergo liberæ linguæ clarus ortus thesaurus egregius: ducendaq; est eius inprimis ratio iis, qui iustos liberos desiderant procreare. Atq; adeo etiam animi solent fucato & adulterino genere ortis summitti & labare: Hinc admodum præclare dixit poëta, qui ait:

Hoc abiicit quantumuis altos spiritus,
Probri patris matrisue si sint conscii.

Vt certe contra attollunt animos & excitantur, qui parentum sunt illustrium. Ac Diophantum ferunt Themistoclis subinde dicere solitum vel in cœtibus, quicquid sibi esset visum, id populo Atheniensi placere. Nam ipse quæ vellet, eadem matrem suam velle: quæ autem materea Themistoclem quoq;: quæ vero Themistocles, etiam omnes Athenienses. At excelsitas animi perhibenda Lacedæmoniorum est, qui regi suo mulctam dixerunt Archidamo, quod pusillam statura vxorem ducere sustinuisset, addito elogio, quod non reges ipsis, sed dare * regulos, deliberasset. His consequens sit proponere, quod nec superiores neglexere. Quidnam istud? Debere eos, qui liberis procreandis operam daturi complectuntur cõiuges, à vino prorsus integros, aut modice sumpto ad Veneris vsum accedere. Quippe solent euadere quorum initium sementis fecerint in crapula patres, vinolenti & ebriosi. Hinc adolescẽtem videns Diogenes furibundum & vecordem: Parens, inquit, adolescens te seminauit temulentus. Atq; hactenus de generatione. Iam de educatione agendum. Breui dicere de artibus & scientiis quod solemus, idem de virtute dicendum est: vt plene tectus euadas, cõcursum requiri triũ, naturæ, doctrinæ, & consuetudinis. Doctrinam appello eruditionem, consuetudinem exercitationem. Ac sunt quidẽ primordia eruditionis, vsus exercitationis, perfectiones vero omnium. Sic vbi horum quid deficiat, hactenus claudicet necesse est virtus. Natura enim citra disciplinam cœca est, sine natura manca disciplina, exercitatio sine ambabus rudis. Sicut autem in agricultura primum suppeditet solum bonum oportet, inde peritus cultor, mox semen probũ: ita æmulatur solum indoles, præceptor agricolã, pbe semina doctrinæ præcepta & præscripta. Hæc ego omnia constanter affirmem in animis concurrisse, conspirasseq; eorum, qui vbiq; celebrantur, Pythagoræ, Socratis, Platonis atque omnium, qui memori-

20

Statura in vxore egregia eligenda.

*Alii, reginas.

A vino temperandum ante vxoris complexũ.

30

Quæ requirantur ad virtutem

moriam gloriæ sempiternam reliquere. Quare felix sit ille diisq; charus, cui hæc omnia dei cũ iuspiā munere delata sunt. At si existimes minus feliciter natos, institutionem tamē & exercitationem sortitos ad virtutē rectā non posse vitium naturæ corrigere: scito magnopere te vel poti⁹ omnino falli. Siquidem naturæ dotē labefactat socordia, prauitatē doctrina emendat. Ac fugiunt q̃dem ꝓcliuia oscitantes, ardua sedulitare superantur. Quam vero cōpendiosa va lensq; sit sedulitas atq; labor, si multas res consideres, cognoscas. Namq; aquæ stillæ saxa excauant, ferrumq; & æs manuũ contrectatione atterũtur leui. Porro rotæ vehiculorũ* molimine intortæ, nulla ratione dirigi iterum valeant. Baculi vero recurui histrionũ haudquaquā queunt corrigi: sed quā acceperũt labore cōtra naturā formā, ea valentior euasit naturali. Quid, num industriæ hæc sola vim demonstrant? Non, imo infinita alia. Soluũ bonum ferax est, sed squalet neglectum: atq; quo est indole præstantiore, eo magis per inertiam destitutum cultura senescit. Sin quod horridius iusto est & asperius, cultũ tamen confestim præstantes edit fructus. Quæ autē nō redduntur tortuosæ & effœtæ arbores obliteratæ? Si vero tyrociniũ nactæ probũ fuerint, felices euadunt ac præfœcundæ. Iam q̃ corporis robur nō retunditur marcescitq; oscitantia, luxu & socordia? Quæ contra molli natura exercitatis laboreq; subactis non adoleuit in summas vires? Ecqui recte domiti equi non parētes extiterunt sessoribus? Ecqui cōtra indomiti qui manserunt, nō intractabiles & feroces euasere? Et q̃d stupeas cætera, cum bestias cernamus vel immanissimas industria cicurari ac mitescere plerasq;? Recte etiam Thessalus rogatus, qui Thessalorũ forent placidissimi: Qui bello, inquit, defuncti sunt. Cæterum quid attinet cōmemorare vulgaria? Est enim multorũ annorũ assuetudo, & qui virtutes morales assuetudine inductos dixerit, is mihi haud videatur offendere. Vbi vero vnũ ꝑterea addidero exemplum, non vltra huic argumento immorabor. Legislator Lacædemoniorũ catulos duos eorundem parentum Lycurgus sumpsit, quos non pari modo educauit: verũ vnum reddidit voracem & gulosum, sagacem alterum & venatorem peritũ. Cōcione hinc aduocata Lacedæmoniorum: Momentum vtiq; Lacedæmonii, infit, ad virtutis fœturā haud est mediocre assuetudo, & doctrina, & institutio, disciplinaq; viuendi. Id ego vobis exemplo planũ faciā. Mox productos catulos illos dimisit, statuens ex aduerso catulis ollā & leporem. Ibi alter cursu leporem, ollā alter petiit. Cum autem quid ea re significaret, aut quo spectās, catulos ostendisset, coniectare nondũ valerent Lacedæmonii: Parentũ hi sunt, inquit, eorundem ambo: sed q̃a in disciplinā dati sunt diuersā: hic edax, alter euasit venator. Ac de Assuetudine & vitę genere hęc satis sint. His ꝓximum sit de nutricatione docere. Debent autē meo quidē cōsilio patrus ipsæ nutrire genitrices, hisq; ꝓbere vbera: Maiore enim studio & cura nutriēt. Nempe ex ipsis visceribus, & dici q̃ solet, à teneris vnguiculis diligunt liberos suos: cũ nutrices & educatrices vtpote quæ mercede ament, charitatem ꝓbeant subdititiā & suppositatiā. Ipsa quoq; suggerit natura matribus ipsis lactādos & nutricādos esse suos fœtus. Idcirco enim animanti enixæ lactis alimentũ omni præbuit. Sapiens vero etiam prouidentia mammas fœminis binas affinxit, quo si vel gemellos ediderint, binas habeant nutrimēti scaturigines. Ad hæc beneuolētiores fiant liberis & amantiores eorũ, nec sane immerito. Est namq; vinculum contuberniũ beneuolentiæ, Etenim feræ à contubernalibus abstractę desiderare eas cernuntur. Maxime igitur, vti docui debent ipsæ matres prolē suā alere. Quod si facere nequeāt siue ob corporis imbellicitatem (Nam potest id accidere) siue q̃ ad aliorum fœtum puerorũ properent, nutrices certe & alumnæ nō quæuis, sed sunt quamprobissimæ deligendę, primũ quæ moribus sint Græcis. Vt enim membra corporis quo recta hæc nec distorta adolescant, mox à partu conformare pueris necesse est: sic puerorum decet à primo componere mores. Ductilis est enim & mollis iuuentus, eorumq; animis adhuc teneris facile infunduntur præcepta. Omne vero, quod durum est, haud prompte emollitur. Quomodo enim molli ceræ imprimuntur sigilla, sic disciplinę animis eorum, qui etiamnum sunt pueri, insculpuntur. Ac mihi diuinus ille Plato scite subiicere videtur nutricibus, ne commemorent pueris quasuis fabulas: ne animos horum à principio vecordia & vitiis contingat impleri. Videtur poëta quoq; Phocylides recte commonere, dum ait:

Hoc docet à pueris virtutum discere facta.

Ne hoc quidē prætermittendũ, pueros, qui ministraturi sunt nutritoribus suis, eorumq; futuri contubernales, q̃rendos ante omnia esse probatis moribus, insuper Gręcę ac planę linguę: ne consuetudo barbarorum & improborum moribus imprimat illis aliquid suę prauitatis. Nec vero absurde prouerbio dicitur: Apud claudũ si habites, nonnihil claudicare disces. Vbi iā eo ætatis aspirauere, pręficiendi eis vt sint pędagogi, ibi magna ratio habenda est horũ formādorum, ne imprudentes pueros mancipiis vel barbaris vel leuibus cōmittant. Nā nunc quidem, quod faciunt plerīq; per quam est ridiculum. Siquidē seruos probos partim agricolas partim nauiculatores, alios mercatores, dispensatores alios faciunt, nōnullos fœnori exercendo ꝓficiunt,

Industria corrigit vitia naturæ.

*Alii, vi.

Institutio magnam vim habet.

Matres ipsę nutrire liberos debent.

Nutricum habendus delectus.

Pueris non quęuis fabulæ imprimendæ.

Præceptorum & pædagogorũ delectus habendus.

10 20 30 40 50

ciunt, quod vero te pepererint mācipium ebriosum, & gulosum, ad nullum accōmodatum negociū, huic sine respectu subiiciunt liberos. Debet autem pædagogus bonus eo esse ingenio, quo Achillis rector Phœnix. Quod vero omnium maximum & primum est antedictorū, id exordiar referre. Præceptores quærendi pueris sunt vita probata, moribꝰ inculpatis, & rerū vsu excellentissimi. Quando fons & radix est probitatis recta imbutū esse institutione. Atq; vt adiūgunt plantis agricolæ pedamēta, ita iusti magistri affigunt pueris, quo mores horū recti pullulascant, accuratas præceptiones & præscriptiones. At nunc nōnullos patres detesteris: q̄ priꝰ quam pbauerint, quos sument præceptores, ex inscitia interdū & imperitia hominibus credunt liberos suos reprobis & peruersis. Necdū hoc est ioculare, si lapsi imprudentia id cōmittunt. Enimuero illud plane monstrosum. Quidnam? Aliquādo nō imprudentes, * cū de hoc à melius intelligentibus admoneātur, nonnullorū doctorum inertiæ & nequitiæ, his tantum filios suos permittunt, aliqui adulatorum impares assentationibus, nōnulli precibus indulgētes amicorū: nō aliter ac si corpore æger relicto eo, qui ex arte curare valeat, amico inseruiens aliū, qui ex inscitia sit te perditurus, capias: aut nauclerū optimū reiicias amici gratia, & probes imperitissimum. Tu vero pater cū voceris, prô sancte Iupiter diiq; omnes, maiorē rationē amicorum gratiæ q̄ institutionis habebis liberorum? Num vero vetus ille Crates ab re frequēter dixit, in excelsissimam partem vrbis se, si fieri posset, scansurum, ibiq; exclamaturū: Quo miseri ruitis, qui in quærenda pecunia omnem mouetis lapidē: liberi vero, quibus hæc estis relicturi, parū vos solicitant? His ego adiungā, perinde facere huiuscemodi genitores, ac si calcei cura te angat, nihil labores de pede. Iā cōplures parētes eo deueniunt auaritiæ iuxta ac odii in liberos: vt, ne mercedē maiorem pendant, homines viles eligant doctores, inscitiam sectantes parabilem: quomodo nō inscite Aristippus, imo admodū lepide derisit oratione exptem mentis & cordis patrem. Cum enim togaret eum quidā, quid mercedis instituēdi filii postularet: Drachmas, inquit, mille. Qui cum dixisset: Papenimiū petis. Equidē mercari mancipium possem mille. Ergo duo, infit, habebis mancipia ille, filium & illum quē es empturus. In summa nōne absurdum, dextra assuefacere liberos vt capiant cibū, ac læuā si porrigant, castigare: nullā autem curam agere, vt præcepta audiāt dextera & honesta? Quid igitur præclaris his parentibus, vbi feces eduxete, secus instituere liberos, vsu veniat, eo expediā. Postq̄ adulti lanam & frugalem viuendi rationem abiecerunt, in voluptates autē præcipitauerunt se effrenes & seruiles: tunc iam frustra neglexisse liberorū disciplinā se ducuntur pœnitentia, cū illorum sceleribus anguntur. Siquidem aliqui eorū adulatores & parasitos admittunt, homines degeneres ac detestādos, iuuentutisq; pernicē & pestes. Alii meretrices & scorta* redimūt inflata & sumptuosa, alii abliguriunt sua, alii in aleas & compotationes impingunt. Iam vero sunt, qui audaciora aggrediuntur adulteria cōmitendo & * debacchando vnamq; voluptatē morte licendo. qui in contubernio si fluissent philosophi, haud quaq̄ iis rebus sese mancipassent, didicissentq; certe præceptum Diogenis: qui verbis quidem illepide, sed reipsa vera admonet, atq;: Ingredere in lupanar aliquo: vt inter vilia & honorata nihil cognoscas interesse. Summarim ergo dico, ac vaticinari potius quam præcipere iure videbor, vnum esse primū, medium & nouissimum in his caput disciplinam rectam & institutionem iustā, easq; compendiosas ad virtutem vitamq; beatam ac conducibiles esse affirmo. Ac cætera quidem bona humana, tenuia, neq; admiranda sunt. Nobilitas res est honesta quidem, at maiorū bonum. Opes pclaræ, at fortunę possessio, quando possessoribus eas subinde detrahit, nec sperātibus vero subito confert. Ac magna quidē opulentia exposita est iis, qui loculis adiiciunt oculos improbis seruis sycophantisq;: & quod maximum est, in partem eius veniunt vel teterrimi. Porro, res gloria est ampla, at lubrica. Formę elegantia summis votis expetenda, at breuis æui. Sanitas chara, at fluxa. Magnæ est dignationis robur, at morbis opportunū & senio. Quid multis: Si vires corporis tibi animos faciunt, multum fallito te opinione falli. Quārula enim vis est humana si aliorum cum animantiū conferatur lacertis, elephantorum inquam, & taurorum & leonum? Eruditio vero omnium, quæ in nobis sunt, immortalis est & diuina vna. Sunt autē in humana natura præcipua duo, mens & doctrina. Atq; est domina mens doctrinæ, doctrina vero ancilla mentis, fortunæ inexpugnabilis, à sycophantarum rapina tuta, à morbis incorrupta, à senectutis iniuria secura. Sola enim senescēs repubescit mens: & q cūcta aufert, addit tempus senectuti scientiam. Iam Mars, qui torrentis modo omnia trahit atq; transuersa rapit solam doctrinam non potest detrahere. Vnde mihi Stilpon videtur philosophus Megarensis memorabile responsum reddidisse, cum Megaram Demetrius bello captam solo æquasset, atq; Stilponem esset percunctatus, ecquid amisisset. Cui ille: Nequaquam, inquit. Neq; enim prædam facit bellum virtutem. Huic congruere & concinere videtur Socratis responsum. Siquidem hic requirente ex eo, ni fallor, Gorgia, quam existimationem haberet de rege magno, & haberetne eum pro beato? Haud scio, inquit, quam sit vir bonus, quam doctus: quasi

Phœnix Achillis præceptor.

* Alii, animaduertentesq; cum de hoc à nonnullis admoneantur, doctorum.

* Alii, conducunt.

* Alii, libidinibus se mancipando.

Eruditio omnium bonorum optima.

Doctrina certissimū bonum.

vita beata sit in his, non in bonis fortunæ posita. Vt autem institutione moneo liberorum nihil magis laborandum: ita etiã atq; etiã præcipio sincerã & sanam sectandam, atq; à nugis forensibus quam longissime filios abducendos. Quandoquidem placere vulgo, est displicere sapientibus. Astipulatur verbis meis Euripides, qui ait:

A nugis forensibus abducendi liari.

Ego sum rudis populi loqui in frequentia,
Paucos apud valeo coæuosq; eloqui.
Doctus, mali turba canunt venustius.

Video enim illos ego, qui grate & accomodate ad multitudinem plebeiam dicere affectant, etiã vitæ sese dedere fere dissolutæ & molli: nec hercle immerito. Si enim negligunt, dũ aliis voluptates instruunt, honestum: haud quaquam propriæ libidini rectum & sanum præferant, aut præ delectabili venẽtur frugalitatem. Porro quid aliud insuper vtile pueros docebimus, aut quæ bona præcipiemus sectari? Sane decet nihil temere neq; dicere, neq; facere. Etenim, vt in prouerbio est, difficilia quæ honesta. At plenæ sunt orationes tẽporariæ multæ vanitatis & dissolutionis: neq; vbi exordiendũ, neq; vbi perorandum tenentium. Vt autem sileã offensiones alias, quicunq; ex tempore dicunt, inite excedunt omnem modũ, incurruntq; in garrulitatem. Meditatio vero transilire orationem non sinet competentiam. Pericles, vt nos auditu accepimus à populo subinde excitatus non gessit ei morem, allegans non esse cõmentatum se. Perinde illius in regenda republica æmulus Demosthenes vocantibus eũ ad cõsilium proponendũ Atheniensibus denegauit: ac, Non sum, inquit, meditatus. Cæterũ sint hæc fortassis sine vllo authore & fictæ fabulę. At in oratione contra Midiam lucubrationis fructũ clare ob oculos ponit. Ego vero commentatũ esse me aio, atq; haudquaquam inficias eam. Sane, quantum valui, meditatus sum. Etenim miser sim, si eum ita acceptus sum & accipior, ea, quæ dicturus de his eram, neglexissem. Verum enimuero reprobandam prorsus promptam dicendi facultatem, aut contra ad eam, vbi operæpretium erit, se non exercendum: id ego non censuerim: cæterum ea medicamenti vice vtendum. Ante virilem ætatem nolo subito dici: verũ vbi facultatem confirmaueris, tunc temporibus postulantibus, vela facete oratione cõuenit. Nam sicut illi, qui diu fuerunt vincti, si post soluti sunt (quia ex longa vinculorum assuetudine incedere nõ valent) velut lapsantibus vestigiis claudicant: haud aliter qui orationẽ longo spacio astrinxerunt, hi vt dicere cogantur ex tempore, nihilo secius sermonis retinebunt eandẽ formã. Pueris vero fortituto permittere vt dicant, id vanissimã dictionem efficiet. Pictor, vti fertur, malus ostensa Apelli imagine: Hanc inquit, modo pinxi. Qui: Vt mihi id non referas, inquit, video pictam propere. Miror vero, quo minus eiuscemodi pinxeris plures.

Meditãda pueris oratio.

Pueri ex tempore ne dicant.

Oratio qualis esse debeat.

Quomodo igitur (vt vnde digressa est, eo reuertatur oratio) theatralẽ & inflatam, ita cõtra exilem dictionem & infractam vitandam ac declinandam censeo. Est enim prætũ ida à ciuili, modo aliena, minus mouet tenuis. Vt autem etiam bonæ habitudinis esse corpus, nedum salubre debet: itidem non à vitio solum liberam orationem, verum etiã valentem decet esse. Nam cautio cõmendatur tantum. Quod vero tutum est à discrimine, id admirationi est. Eadẽ est mea sententia de animi compositione. Neq; enim audacem, nec timidum & perculsum decet esse quando hoc vernilitati, procacitati illud adhæresc it Atquis artis est mediã viã scite tenere. Statui vero, dum tracto adhuc de institutione, quid de ea sentiã, edissrere. Orationem simplicem & inconditam primum notam facio ieiunitatis bonarum artium; deinde in exercẽdo fastidiosam atq; prorsus arbitror tædiosam esse. Nam monodia facit vbiq; stomachum obtunditq; aures: contra oblectat varietas, sicut aliis in omnibus, ita in iis, quæ auditu vel visu percipiuntur. Quare non debet permitti, vt ingenuus puer vlla in arte ex iis, quæ liberales dicuntur, hospes vel peregrinus sit: cæterũ has quidem obiter tanquã gustus causa debet didicisse (siquidem in omnibus absolutum impossibile est) philosophiã vero supra omnia colere. Possum autẽ similitudine sententiã meam repræsentare. Vt enim nauigando obire multas vrbes pulchrum est, sed colere vtilissimum optimam. Atq; vt bane ait philosophus Bion: Vt proci, cum in complexum Penelopes venire non valerent, cũ ancillis eius consuetudinẽ habuerunt sic illi, qui aspirare nequiuere ad philosophiã, in sordidis artibus aliis sese macerant.

Pueri nec audaces nec attoniti sint.

Pueri artes liberales omnes attingant.

Quare ferenda est disciplinæ cæteræ philosophia caput. Nã ad corporis curã artes inuenerũt homines duas, medicã & gymnasticen; quarum altera sanitatem, altera conciliat bonum habitum. Animi vero molestiarum morborumq; vna est philosophia medicina. Per hanc enim atq; hac adiutrice nosse licet, quid honestum, quid turpe: quid iustum, quid iniquum: breui quid expetendum, quid fugiendum: quemadmodum erga deos, quemadmodum erga parentes: qui erga maiores natu, qui erga leges, qui aduersus magistratus, qui aduersus alienos, qui aduersus amicos, qu aduersus coniuges, qui aduersus seruos nos gerere debeamus: Deos vt colamus, parentes vt veneremur, maiores natu reuereamur, legibus pareamus, magistratibus audientes simus, amicos diligamus, caste cum coniugibus agamus, pietatẽ in liberos exerceamus

Philosophia caput discip-inæ.

Philosophiæ fructus.

amus, in fetuos nō fæuiamus. Et quod caput est, rebus fecundis vt non exultemus, neq; nimium animum contrahamus rebus afperis: neq; * in voluptatibus gestiamus, neq; in ira exardefcamus vel efferati fimus: quibus ego ex bonis, quæ fuppeditat philofophia, omnib. nihil antiquius effe duco. Nam generofe fortuna fecunda vti viri eft: at citra inuidiam, hominis modeſti: frenare ratione libidines, fapientis: iræ moderari, viri non cuiusuis. Confummatos autem habeo homines, artes ciuiles, qui mifcere ac temperare queant cum philofophia: duorumq; bonorum, quæ fumma funt, compotes reor, vitæ omnibus frugifere rempub. tractando & placide tranquilleq; philofophiam colendo.

*Alii, voluptati fimus mancipati.

Philofophia politica mifcenda.

Ac cum rationes fint viuendi tres: quarum eft vna actiua, contemplatiua altera, tertia voluptaria: diffoluta & ancilla voluptatis, brutalis atq; illiberalis eft: cōtemplatiua ab actiua remota, fterilis: actiua philofophiæ expers, impolita cæcutiensq;. Eft itaq; pro viribus elaborādum, vt quantum permittunt tempora, & tempub. capeffas & philofophiæ te dedas. Ita geffit tempub. Pericles, ita Tarentinus Architas, ita Dion Syracufius, Thebanufq; Epaminondas: quorum fuit Platonis * vterq; affectator. Atq; de difciplina haud fcio quid longius ducam orationē. Porro præter antedicta refert vel porius neceffariū eft, ne vetera fcripta negligamus compatare, fed horū eft conquifitio facienda agricolarum more. Siquidem eruditionis eft li berorum vfus organum, atq; à fonte fcientiam feruat. Nec vero corporis abiiicienda exercitatio, fed mittendi pueri ad pædotribæ domum, atq; ibi quod fatis fit, exercendi fimul & corporis ad aptū motū cōcinnandi caufa & ad robur. Egregium eft enim fenectutis corporatura bona fundamentum. Vt enim cœlo tranquillo, quæ opus funt ad tempeftatem, comparanda ita in tyrocinio viaticum ad fenectutem condendum moderatio & temperantia: Sic autem labor difpenfandus eft corporis, vt ne exucci teddantur, atq; ita ad litetarum ftudiū fatifcāt. Somni enim & defatigationes, vt eft Plato autor, funt difciplinatū hoftes. Atq; faciunt hęc aliquid. At q̄ omniū quæ tetulim*, eft primum. pergo exequi. Ad certamina militaria funt fubigendi pueri, vt in iaculando, fagitando, venando defudent. Siquidem deuictorū in acie fortunæ victoribus propofita præmia funt. Refpuit veto eductum in vmbra corporis habitū bellum. Gracilis cuim miles certaminibus affuerus bellicis acies impellit athletarum & hoftium. Enimuero hic obiiciat mihi quis: Tu, q̄ de pueris inftituendis ingenuis oftendifti te pcepta traditurum, modo videtis nihil pauperum & popularium inftitutionem motari: fed folis cōfpiras cum diuitibus, vt iis præcepta tradas. Quibus expeditum eft refpondere. Ego quidē omnibus in cōmuni cupiam frugiferam hanc inftitutionē effe: Quod fi qui in rebus tenuiotibus nequeant monitis meis vti: fortunam non hæc cōfulentem incufent. Enitendum igitur, quantum fieri queat, etiam inopibus, liberos fuos vt inftituant quam rectiffime. Sin minus, ea vtendum inftitutione, quā confequi valebunt. Atq; hæc orationi obiter adieci quo deinceps reliqua quæ funt ad iuuentutis rectam inftitutionem conducibilia, annectam. Volo autem ad præclata ftudia pueros impelli monitis & verbis, nō hercle verberibus nec flagris. Hęc nimirum feruis potius quam liberis conueniunt. Obtorpefcunt enim & trepidant ad laborem alii ob plagarum cruciatus, alii pbri caufa. Quippe funt laudationes & vituperationes omnibus verberibus apud ingenuos vtiliores: quod hæ deflectant à turpibus, illę ftimulum ad recta addant. Eft vero viciffim & alternatim increpationibus & commendationibus vtendum. Ac fi quando exultauerint, obiurgationibus ad erubefcentiā vocandi, mox reuocādi laudibus: imitandæq; nuttices, quæ infantibus, vbi vagiunt, mox mammam leniendi eorum gratia præbēt. Cæterum non funt hi vel præconiis extollendi & inflādi. Intumefcunt enim animis, q̄ nimiū celebrantur luxuriantutq;. Noui ego certos patres, qui nimiū diligendo, ne diligerent, effecere. At quid eft, quod intendo dicere, vt exemplo planiorem faciam orationem meam? Dū præfeftinant, vt liberi fui vbiq; primas teneant, laboribus opprimunt eos immenfis: quibus fatifcentes defcifcunt, atq; alioquin preffi ærumnis non dedunt fe difciplinæ obfequēter. Vt enim modice irrigatę aluntur plantę, nimium fuffocantur: animus item laboribus glifcit iuftis demergitur enormib. Quare danda pueris ab affiduis laboribus refpiratio, confiderandū que vitam omnem in remiffionem effe & contentionem diftributā. Quadecaufa nō vigiliæ modo. verum etiam inuentus eft fomnus: nec folum bellum, fed & pax: nō tantum tempeftas, fed tranquillitas quoq;: neq; operofæ folum actiones, verum feriæ etiam. Paucis condimentum eft requies laborū. Neq; in animantibus tantum hoc animaduertas fed in inanimatis etiam. Siquidem arcus idem & lyras, vt intendere eas queamus, remittimus. In fumma, conferuatur corpus indigentia & expletione, animus vero laxamento & induftria. Iā corripiēdi genitores funt, qui pædagogis & pceptoribus cōcredentes liberos, ipfi omnino fpectatores non funt vel auditores horū inftitutionis. Qua te maxime aberrant ab officio. Debent enim fpecimen capere ipfi paucis interpofitis diebus liberorum fuorum, neq; omnem fpem in difpenfatione ponere nummarii magiftri. Etenim magis curæ habebūt illi puetos, quādo fem-

*Alii quafi. Vetera fcripta. *Comparanda.

Exercenda corpora puerorum.

Ingenui pueri non verberandi. Pueri laudationibus & vituperationib. ducendi.

Pueri non nimium onerandi.

Requies pueris neceffaria & refpiratio.

Patres ipfi etiam cut liberos.

pet expectant reddere rationes. Atq; est hic sane scite ab equisone quodam dictum, nihil pere inde saginare equum atq; regis oculum. Inprimis vero puerorum excolenda versandaq; est memoria. Hæc enim eruditionis quasi penuaria cella est. Vnde Musarum memoriā genitricē in fabulis finxerunt esse: hoc ænigmate significātes, nihil perinde gignere atq; alere doctrinā ac memoriā posse. Igitur erit ea vtrobiq; subigēda, siue sua sponte valeant pueri memoria, siue contra obliuiosi sint. Siquidem præcellentiā naturæ corroborabimus: ac quod ei deerit, replebimus: atq; hi se ipsi, illi alios superabunt. Quippe bellum est Hesiodium illud:

Si modico addideris modicum, atq; frequentius illud
Feceris, haud dubie tibi summam excrescet in amplam.

Memoria puerorum exercenda. Memoria mater Musarum.

Neq; vero hoc prætereat patres, partē disciplinæ, quæ in arte memoriæ posita est, non ad literas modo, sed & ad vitę actiones non parum cōpendii afferre. Quando exemplo fit ad recte de futuris deliberandum rerum memoria præteritarū. Iam etiam sunt filii ab obscœno sermone deflectēdi. Est enim oratio, vt ait Democritus, operis vmbra. Porro docēdi pueri sunt, vt affabiles & comes sint. Nihil est enim æque ac mores ad cōpellandū asperi inuisum magis. Ad hęc euadent grati pueri sodalibus, si in quæstionib. non semel præfracti sint. Non solū namq; vincere, verum etiam pulchrum est vinci scire, vbi victoria est futura noxia, quando est etiam reuera Cadmea victoria. Huius habeo sapientem illum Euripidem testem laudare, qui ait:

Dicentium duorum inflammato altero,
Sermone contum ax minus, sapit magis.

Pueri abstinendi ab obscœnis verbis. Pueri sint affabiles. Cedant interdum pueri.

Iam quæ nō secus ac superiora, imo vero magis sectanda iuuētuti sunt, nunc expediā. Ea sunt hæc: vitam instituere reductam ab deliciis, linguam continere, reprimere irā manº abstinere: quorū singula, quāta sint, videndū: erunt aūt exemplis illustriora. Nempe vt à nouissimo primum exordiar, quidā, qui capturis iniquis manus aperuerunt, priore quæsirā vita gloriā effudere: vt Lacedæmonius Gylippus sacculos pecuniæ soluit: quamobrē in exiliū est Sparta exactus. Irā tenere viri est sapiētis: Namq; Socrates calce cæsus ab audaci valde & insolenti adolescente, vbi comites conspexit frementes atq; indigne factū ferentes, vt etiā persequi vellēt eum: Num si me calce inquit, percussisset asinus, inuicem calce percutere eū velletis? Nō fuit tamen illi hoc omnino impune: cæterum cū insectarentur omnes eum, calcitronemq; appellarent, laqueo vitam finiuit. Aristophanes, cum Nephelas ederet, atq; eū omni plane genere aspergeret contumeliæ: quispiam ex iis, qui aderant, dum eū nominatim perstringit; Non incenderis, inqt, Socrates? Non mehercle, inquit, ego, in theatro enim vt in frequenti cōuiuio lacessor dicteriis. Horum germana & cōparia videbūtur Archytas Tarentinus & Plato fecisse. Ille enim è bello regressus (erat aūt dux) cū agrum suum incultum offendisset: villicum quē ibi habebat, accersiuit, ac, pœnas dedisses, inquit, nisi impēse irascerer. Plato seruo edaci atq; pdito succensens, vocato sororis filio Speusippo: Abi inquit, atq; hunc cæde. Ego enim admodum ita flagro. Atqui ardua hæc, ac nō prompta dicas esse ad imitandū. fateor & ego. Attentandum tamen, quantū efficere queas, vt his ob oculos, positis exemplis, multū ab impotenti & flagrante ira detrahas. Neq; enim alias cū horum cōtendendi sumus vel prudentia vel probitate. Non eo minus tamen, qui eorū sumus veluti deorum æditui ac tædiferi sapientiæ, quę assequi valeamº, hæc æmulari & delibare aggredimur. Iā vero linguā cohibere (de hoc enim vt constitui, superest dicere) si rem paruam & contemnendā existimauerit, multū* ab recto aberres. Sapientiæ est enim plena res oppoatunū silentium, omniq; præstantior sermone. atq; ideo veteres arbitror sacra mysteria instituisse, vt in iis tacere insuefacti ad mysteriorū fidē humanorum metum deorum traducamus. Etenim neminem pœnituit tacuisse, locutos esse ꝑmultos. Ac tacita est procliue proloqui, at dictū nulla queas ratione reuocare. Sexcentos ego fando accepi ob linguæ intemperantiam in grauissimas incidisse calamitates: quorum ꝑteritis aliis vnum aut alterum exempli gratia proferam. Cum Philadelphus sororem matrimonio sibi iunxisset Arsinoen: Sotades, qui ait, in nefarium foramen aculeum impellis, in carceris situ multos annos contabuit, atq; loquacitatis intempestiuæ nō iniustas pependit pœnas. Hic, quo aliis risum moueret, diu ipse eiulauit. Consimilia atq; finitima his, imo multo atrociora effutiit & ꝑpessus est sophista Theocritus. Cū enim Grę cis edixisset Alexander, vt vestes purpureas pararent: quo reuersus sacrū ob victoriam ex gesto cū barbaris bello relatā faceret: gentibus per capita pecuniā conferentibus: Hactenus, inquit, dubiº fui, nūc plane scio purpuream Homeri mortē hanc esse. Quo dicto alienauit Alexandrū. Iam regē Macedonū Antigonū altero lumine orbum hoc vitiū ei exprobrās graui ira incendit. Siquidem magistrum cocorū Eutropionē, qui in dignitate apud hunc fuerat, misit ad eū, atq; adesse iussit ad rationes referēdas atq; accipiēdas. Hoc cū detulisset ille ad eū, atq; subinde adisset: Satis noui, inqt velle te Cyclopi crudū me apponere: exprobrans huic luminis vitium, illi quod esset cocus. Ille igitur caput, inquis non habebis: sed huiº procacitatis linguæ atq; insaniæ pœnas exolues: atque

Manus abstinendæ. Ira reprimenda. Socratis moderatio. Architæ Tarentini moderatio. Platonis moderatio. Lingua cohibenda. *Alii, à vero.

atq; dicta regi annunciauit, qui necari iussit Theocritum. Supra hæc omnia, quod sanctissimũ
est, assuefaciendi pueri sunt vera dicete: quando est mentiri seruile, omnibusq; mortalib. odio
habendum, imo ne mediocribus quidem seruis ignoscendum. Hæc igitur non ambigue nec
cunctanter de puerorum moderatione & temperantia exposui. De eo veto quod pergo dice-
re, fluctuo ac suspensus sum sententia: atq; hnc illuc propendens vt in lance neutto queo ver
gere, grauatimq; autor eius rei & dissuasor fio. Audendum est tamen eam teferre. Quæ tandem
ea est? Amatores puerorum admittendi ne sint ad eorum consuetudinem & contubernium,
an vero ab eorum consortio abigendi & depellendi. Quando enim respicio præfractos patres
moribusque tristes & acerbos, qui ob probrum filiorum non censent amantinm admittendum
10 congressum: vereor huius esse author & consultot. Vbi contra considero Socratem, Platonem
Xenophontem, Æschinem, Cebetem, totumque illorum virorum chorum, qni masculinos a-
mores comprobauerunt, adolescentesq; prouexerunt ad eruditionem popularitatemque ac
probitatem morum, rursus inuertor, deflectoq; ad virorum illorum vestigia. Astipulatur autem
eis Euripides sic canens:

Puerissue-faciendi vera dicere.
Puerorũ n amatores an admittendi.

Amor quidem alter extat in mortalibus
Mentis bonæ iustaq; nec non sobria.

Hoc vtiq; serio vrbanitatique iunctum non est pretereundum Platonis. Ius esse ait debere iis,
qui rempub. bene gessere, quem volent ex formosis osculari. Itaq; qui formæ flagrant cupidita-
te, relegandæ sint: omnino autem admittendi animi amatores. Atq; is amor quidem, qui in vsu
20 est Thebis & Elide, Cretensisq; qnem vocant, deflectẽdus puerorum raptus. Qui vero Athenis
exercetur & Lacedæmone, amplectendus imitandusq;. De his igitur, quod sua cuiq; fert sen-
tentia, id sequatur. Quando de puerorum moderatione atq; modestia expediuimus, nunc ad
adolescentiam transibo, si perpauca præfatus fuero. Ego n. subinde notaui eos, qui moris praui
archirecti fuerunt. ac pueris educatores doctoresque præposuerunt, motum vero laxe vagari
permisernnt adolescentium cum conrta, intensiorem oportuisset his cautionem stationemq;
adhibere quam pueris. Nam quem fallit offensa leuia esse puerorum atq; plane sanabilia negli-
gentia fortasse contracta educatorũ, aut erga præceptores in institutione inobedientia. Enim
vero adolescentium noxæ inexpiabiles subinde & atroces euadunt, ingluuies pecuniæ cõpila-
tiones paternæ, aleæ, comessationes, compotationes, virginum amores, stupra matronarum.
30 Quare vinciendi horum ardores sedulitate ac refrenandi erant. Improuidus est n. voluptatũ
vigor ac gestiens habetq; frenis opus. Itaq; qui minus valide hanc ætatem retinent, impruden-
tes amentiæ aperiunt ad facinora fenestram. Conuenit igitur prudentibus patribus hoc ma-
xime articulo obseruate, excubare, refrenare adolescentulos præceptis, minis, precibus, consi-
lio. pollicitis, exemplis ob oculos ponendis cum horum, qui per libidinem grauissima naufra-
gia fecerunt, tum illorum, qui ex cõtinentia laudem & gloriam insignem compatauere. Siqui-
dem sunt hæc duo quasi virtutis clementa, spes honoris, & supplicũ formido. Hæc n. ad malefi-
cia tardiores altera promptiores ad honestissima studia reddit. Protsus autem perditorum ho-
minum vsui est liberis intetdicendum. Afficiuntut enim aliquatenus improbitatis horum cõ-
40 tagine. Id etiam admonuir Pythagoras dictis inuolutis, quæ adiiciam explicaboq;. Etenim nõ
parum adferunr hæc ad virtutem patandam momenri: vt, Ne gustes melanuros (hoc piscis ge-
nus est, quasi dicas, nigram habens caudam) id est, ne conuerseris cum hominib. propter pra-
uitatem morum atris. Stateram ne transgrediaris: quod ratio potissimum iustitiæ ducenda sit,
neque hæc transcendenda. Chœnici ne insideas: fugienda desidia, ac prospiciendum, necessa-
ria vt ad victum quæramus. Ne cuiuis dexterã dederis: quasi dicat non esse cũ vllo facile con-
iunctionem conciliandam. Artum annulum ne gestato: quod vita colenda libera sit, neque
vinculo ea astringi debeat. Ignem ne gladio fodito: quasi dicat non lacessendos ira incensos,
quod non decet, verum concedere itaris. Cot ne edito: id est, ne lædas animum, solicitudinib.
eum torquendo. A fabis abstineto: abstinendum à repub. ttactanda. Siquidem suffragia olim
50 fabis calculorum vice fetebantur, iisq; magistratus abrogabantur. Cibum in matellã ne conii-
ce: quo significat in animum improbum non esse sermonem immittendum elegantem. Est
enim animi sermo alimentum. Hunc efficit improbitas hominum spurcum. Ad fines vbi per-
ueneris, ne reuertare: hoc est, ingruente fatali die, vbi in propinquo esse terminum vitæ ani-
maduertimus, facile ferre neque animo debemus deiici. Nunc reflectam me ad orationis in-
stitutum vnde deflexi. Ab omnibus, vt dixi, peruersis hominibus sunt liberi retrahendi,
præcipue ab adulatoribus. Quod enim crebro multos parentes insto monete, idem nunc
commemorabo. Natio pestilentior est nulla, neque quæ iuuentutem plus citiusque præci-
pitet, quam assentatorum: qui & patres & filios funditus profligant: atque horum iuuentu-
tem, illorum tristem reddunt senectutem, consiliorumque suorum locupletum filiis impro-
uisam escam offerunt delicias. Genitores, vt sicci sint, præcipiunt: illi, vt vino se mergant: hi

Adolescentiæ magna cura adhibenda.

Pueri à malorum consortio retrahendi. Pythagoræ symbola.

Adulatores à liberis repellendi.

tempetantes vt fint:illi,vt libidinofi:hi,vt tem fuam tueantur:vt profundant, illi, hi vt fint induftrii:illi,vt fupini:momentum temporis effe fetentes vitam:viuendum effe, non mifere viuendum. Quid motemini vos fulmina paterna? Delirus pater eft & capularis fenex,atq; humeris eum fublimem iam iam efferemus. Summittit etiam aliquis feortum, & mattemfamilias adducit patrumq; viatica fenectutis accidit ac deprædatur. Exectandum genus hominum amicitiæ fimiæ,ieiuni liberæ vocis,opulentorum adulatores,pauperum contemptores, quafi ex atte Lyrica in iuuentutem ducti. Cachinnant,vbi,qui pafcunt eos,rident: animi fuppofitiæ, atq; adulterinæ partes vitæ:ad nutum viuentes diuirum, fortuna quidem liberi, fed inftituto ferui:vbi non habentur ludibrio,tum putantes ludibrio haberi fe,quod gratuito alantut. Itaq; fi cui patrum cotdi eft inftitutio puerorum recta,ei abigendæ deteftabiles hæ pecudes,abigendæ & condifcipulotum improbitates. Hi namq; labefactare optimas valent indoles. Atque hæc quidem recta frugiferaq; funt:quæ vero nunc fum memotaturus,humana. E diuetfo patres nolo duro vel afpero ingenio effe, verum identidem conniuere quibufdam *adolefcentioris peccatis, atq; fibimetipfos quod iuuenes fuerint,fubiicere:ac medicorum more, qui amata medicamenta liquoribus dulcibus tempetantes, oblectamento viam apetiunt ad profectum:fic parentes increpationum rigorem lenitate diluere:atq; modo cupiditatib.liberorum remittere laxareq;,modo contra habenas debent adducere. Ante omnia autem leniter ferre delicta:fin minus,vbi excanduerunt,certo cito deflagrare. Potius autem debet ita patet præcipiti,quam morofa effe. Nam animus infeftus & implacabilis non paruum indicium eft odii in liberos. E re etiam eft quofdam libetotum ettatus ne fcire quidem fimulare: fed hebetudinem in fenectute oculotum & obtufas aures, ttaducete ad ea,quæ admittũtut peccata:vt quędam,quæ aguntur,videntes non videamus,nec audiamus audientes. Amicotum ferimus offenfa,quid mirum fi libetorum?Seruotum fubinde vino grauatotum temulentiam non exequimus. Parcus aliquando fuifti,fac etiam fumptus fubminiftres. Fremuifti aliquando, fac vt ignofcas etiam. Impofuit aliquando per feruum,iram reprime. Ex agto intetim iugum fubduxit,venit aliquando hefternam crapulam exhalans,ignora:vnguenta tenitens,tace. Ita lafciuiens domabitur iuuentus. Iam voluptatibus perditos & caftigationibus oblectantes, dabis operam vt coniugio aftringas. Vinculum enim hoc eft tutiffimum iuuentutis. Defpondendæ funt filiis mulieres neq; nobiliores multo neq; pecuniofiores. Sapiente tenim dictum eft, Parem tibi fume. Siquidem qui longe præftantiores fe ducunt,hi non coniugum viri,verum imprudentes fetui fiunt dotium. His pauca fi attexuero,colophonem imponam præceptis meis. Ante omnia decet genitotes nufquam titubando,fed omnia rite agẽdo illuftre liberis femetipfos exemplum ptoponete:quo ad ipforum vitam ficut fpeculum tefpicientes à turpibus factis & dictis detetreantut. Nam qui offendentes caftigant liberos, dum eadem ipfi vitia incurrunt:non animaduertunt fub illorum nomine accufatores ipfos fieri fui. Qui vero femel diffolute viuunt,hi ne fetuos quidem libertatem habent obiutgandi,nedum liberos. Imo veto ifti peccandi fint illis authores ac magiftri. Vbi enim impudentes funt fenes, ibi iuuenes opottet effe ptocaciffimos. Enitendum igitur ad liberos componendos omnia,quæ conuenient, adhibete fubfequentes. Eurydicem, quæ mulier Illytica modifq; omnibus barbara, inftituendorum libetorum tamen gratia litetis fe dedit ætate iam ptouecta. Cuius in liberos charitatem clare demonfttat, quod confecrauit Mufis epigtamma:

Ingentem hunc Mufis Hieropolitis amorem,
Quo mens flagrauit, dedicat Eurydice.
Mater adultorum literas addifcere doctas
Facta hæc natorum poffet vt, incubuit.

Cuncta igitur,quæ commemorauimus, præcepta fimul amplecti voti fit forfitan potius quam monitionis. At fectati pleraque, id quoque magnam felicitatem multamque fedulitatem requirit: quo tamen ingenium afpirare poteft humanum.

Marginal notes: Patres in liberos non debent nimium effe acerbi. — *Alii prioribus. — Patrum effe debet ira breuis. Patres aliquãdo ignofcere debent. — Vxores qua lis ducendę. — Patres care re ipfi debent vitiis. — Eurydices erga liberos charitas.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50

PLVTARCHVS DE AVDIENDO.

SCHOLAM, quam habui Nicander de audiendo, mitto tibi descriptam, quo suadenti recte discas audiens esse, cum sumpta virili toga solutus sis præceptoribus. Licentia n. quam nonnulli adolescentium ex inscitia libertatem arbitrantur, sæuiores illis pueritiæ magistris & pædagogis imponit eis quasi vinculis expeditas cupiditates dominos. Ac quomodo cum tunica ponere ait Herodotus fœminas pudorem: perinde aliqui iuuenes, vbi exuere prætextam, exuta simul verecundia & metu, solutaq; quæ illos componebat veste, implentur ilico dissolutione. Tu autem, qui audisti frequenter idem esse sequi deum atq; parere doctrinæ: habeto sumptam togam puram imperii non esse abiectionem, sed
10 conuersionem imperantis: quæ mercenarii alicuius vel emptitii vice ducem vitæ diuinam accipiat doctrinam, quam qui sequuntur, habendi liberi soli sunt. Quando soli ea, quæ oportet, quia didicerunt velle: vt volunt, viuunt. Æstus & actiones indoctæ ac brutales degener habent atq; exile in magna pœnitentia liberum arbitrium. Quoniam autem sicut illi quidem, qui in ciuitatem asscribuntur peregrini & hospites, admodum multa moris publici ægre ferunt & stomachantur: incolæ vero, qui educti sunt illis in legibus, iisq; assueti, non grauiter ferunt onera publica, iisq; acquiescunt: ita oportebat longo spacio in philosophia obiter alitum, nullumq; non genus disciplinæ & præceptorum puerilium commentatione tinctorum philosophica
20 gustare consuefactum applicare animo placido atq; beneuolo ad philosophiam: quę virilem & purum reuera ex doctrina adolescentibus iniicit ornatum. Nõ existimo autem fore tibi iniucundum audire etiam de sensu auditus, quem præter cæteros sensus ait Theophrastus permoueri maxime. Quippe nec quod in visus vel gustus vel tactus sensum cadit, quicquam ita mentem de gradu deiicit, nec æstus motusq; ciet tantos, quanti, vbi sonitus quidam & fragores tinnitusque auribus accidunt, percellunt animum. Enimuero pertinet potius hic ad rationem quam ad affectum. Etenim vitiis præbent complura loca, membraque corporis aditum per ipsa ad feriendum animum: virtuti vero nexus vnus est adolescentium aures, si puræ, si illæsæ ab adulatione & sermonibus intactæ improbis, à teneris seruentur. Hinc Xenocrates pueris potius quam athletis addi iubebat amphotidas: quod illorum aures ictibus, sermonibus horum
30 mores peruertantur: non ille quidem, quo auditus amissionem aut grauitatem commendaret parandam: sed quod sermones pestilentes cauere moneret ante, quam alii boni tanquam custodes morib. à philosophia innutriti locum eorum impulsib. & illecebris maxime opportunũ insedissent. Ac iussus vetus Bias Amasidi victimæ pessimam simulq; optimam carnem mittere, exectam linguam misit: quod fraudes & compendia afferret oratio summa. Ac vulgo, cum admodum pueros osculantur, cum ipsi tangunt aures, tum hisce ita facere præcipiunt, per ludũ significantes eos præcipue, qui per aures commodant, esse diligendos. Liquet n. si semel ab auditione abstineatur adolescens, neq; doctrinam vllam degustet, nõ solum sterilem eum totum manere, neq; fruticescere ad virtutem: verum etiam ad vitia detorqueri, quod ex animo velut ex terra non proscissa & inculta multa fera edat. Namq; impulsus ad voluptatem, & ad laborem
40 languores non peregrinos neq; verbis ascititios, verum quasi indigenas sexcentarum animi perturbationum morborumq; fontes si effrenes, quo vergunt, pergere sinas, nec sana doctrina præcidendo vel detorquendo componas naturam, fera erit nulla, quæ non appareat homine mansuetior. Quare cum ferat emolumentum auditio iuuenibus grande nec discrimen minus, operæ precium esse existimo semper tum secum, tum cum aliis de audiendo differere: quando hoc plerosq; secus vti cernimus: qui priusquam ad audiendum se comparauerint, meditantur dicere. Sane dicendi quidem putant disciplinam esse & commentationem: auditione vero, quocunq; ea vtaris modo, proficere. Et quidem pila ludentibus simul & mittere & accipere disciplina est pilam: at in sermonis vsu accipere recte quam emittere prius est, sicut partu conceptus & retentio fœtantium. Atq; auibus quidem vrina puerperia fœtusq; rudium quorundam
50 ac surdorum exordia conceptuum ferunt esse. Adolescentibus vero, qui audire non sustinent, neq; fructum didicerunt ex auditu capere, vrina reuera excidens oratio:

Obscura in nubes euanuit atq; inhonora.

Etenim vasa ad excipiendum ea, quæ infundũtur, inclinant cõuertuntq;, vt infusio vere nõ effusio fiat. At præbere se dicenti & parare audientiam attentam, ne quid commode dictorum elabatur, nõ condiscunt: cæterum quod est vel maxime ioculare, si in quempiam inciderint, qui cœnam, pompam, somnium aut iurgium sibi cum alio commissum narrat, silentio audiunt adhærentque ei. Sin autem trahas hos, vt quid, è re quod sit, eos erudias, aut officii admoneas, aut castiges offendentes, aut excandescentes mulceas: non sustinent. verum si queant concertando superare, repugnant orationi: sin minus, aufugiunt conuertuntq; se ad alias confabula-

tiones

tiones&ineptias,&vt vaſa vilia&carioſa aures quibuſuis potius quam neceſſariis implent. At-
que equos qui rite alunt,ita cōparant eos,vt os habeant freno obſecūdās: pueros vero oratio-
ni audiētes,docentq; eos multa audire,dicere nō multa. Siquidē Epaminōdā Spintharus cele-
brās,haud temere ait,q vel plura ſciret vel pauciora loqueretur,oſtendiſſe ſe aliū. Nimirū natu
rā memorant cuiq; noſtrum aures binas.linguam dediſſe vnicam , vt qui ſermocinari quā au-
ſcultare debeamus parcius. Eſt itaq; ornamentum vbiq;adoleſcenti ſilentium ſecurum,potiſ-
ſimum vero cum non tumultuetur in auſcultādo alterum,neq; in latratum erumpat ad quod-
uis dictum:ſed vt&non probentur ei vndequaq; dicta,ſuſtineat ſe moreturq; , dum perorauc-
rit is,qui diſſerit:atq; vbi perorauit,nō extemplo adoriatur eum contradicendo:verum,vt ait
Æſchines, laxamentum det,ſiue adiicerē,qui dixit, volet quid orationi ſuæ , ſiue inuertere & 10
dertahere. Enimuero qui è veſtigio obſtrepunt,dum neq; auſcultant,neq; auſcultantur , ſuc-
clamant autem dicenti,decorum non ſeruant. At modeſte & verecunde qui didicit audire:
hic ſermonem frugiferum accipiet retinebitq; ſterilem vel vanum clarius perſpiciet atq; ex-
plorabit,habebiturq; virtutis inueſtigator , non altercator , neq; præceps vel contentioſus.
Quare non perperam ferunt nonnulli adoleſcentium magis efflandam arrogantiam&rumo-
rem,quam vtrium aëra his,qui infundere rem vllam fructuoſam volunt : alioqui tumentes &
inflati nō ſunt eius capaces. Iam vero inuidentia cum liuore& maleuolentia,cuicunq; adiun-
cta rei ſit,nō eſt bona,ſed omnia interpellat honeſta,peſſimus autem auditori eſt aſſeſſor con-
ſultrixq; tædioſa,ocioſa,&ingrata receptu reddēs ea,quæ vtilia ſunt:quod quibuslibet citius,
quam præclare dictis gaudeant inuidi. Quamuis opulentia quem mordet,&gloria&ſpecies a- 20
liorum,hic æmulus ſit tantum. Dolet n ei aliorum felicitas. Qui vero præclare dictis torque-
tur,hic à ſuis propriis pungitur bonis. Vt n. cernentium lumen,ita eſt doctrina audientium,ſi
eam libeat recipere,bonum. Atq; reliquorum inuidentiam,illiberales & praui morbi inurunt
certe alii:at illa. quæ aduerſus orantes & gloriæ cupiditate importuna & ex ambitione naſci-
tur iniuſta,nec attendere permittit ita conſtitutum ſermoni , verum percellit ac retrahit ani-
mum,dum ſimul hinc ſuam facultatem,num inferior ſit dicentis , contemplatur : hinc intue-
tur alios,an retineantur & admirentur,obſtupeſcit laudib.&ſtomachatur aduerſus præſentes
ſi commendent dicentem:orationem quidem , quæ habita eſt,cōtemnit&proiicit,quod ea,ſi
hæreat in memoria,mordeat:aduerſus vero inſequentem attonita eſt, & tremit,ne quam iam
decurſa ſit melior:ſtudet,vt quam citiſſime dicentes, cum ſplendiſſime dicunt,finem faciant: 30
miſſo auditorio nulli intēta dictorum eſt,ſed voces & animos auditorum perſcrutatur: ac lau-
dantes vt inſana fugit ac reſilit ab eis,accurrit vero & aggregat ſe illis,qui dicta carpunt&per-
uertunt. Quod ſi à nemine peruertatur,cōfert cum illis iuniores aliquos, quaſi melius eodem
argumento & facundius dixerint,donec peruerterit & labefactauerit auditionem , eamq; ſibi
infrugiferam&inutilem effecerit. Debet itaq; ſtudio audiendi cum gloriæ ſtudio pactum fœ-
dus eſſe:atq; tunc iuuenis audire dicentem benigne & placide,ſicut ſi ad epulum ſacrum ſit &
ad ſacrificii libamina inuitatus, celebrans apud eos quos alloquitur,facultatem , & amplectēs
propēſionem ipſam animi eius,qui adfert in medium illa,quæ didicit, impellitq; alios iis,qui-
bus fuit ipſe impulſus. Iam in recte dictis reputandum,nō fortuito ea,neq; temere, ſed ſeduli-
tate , induſtria , eruditione recte dici , quæ imitanda ſunt cum admiratione ſane & præconio. 40
Sin titubatum ſit,ibi intēdendus animus,quib. ex cauſis& vnde lapſus prouenerit. Nam it di-
ligentib. in re familiari tuenda Xenophon memorat proficere &amicos &inimicos : perinde
proſunt vigilantib. & erectis non modo hi, qui recte dicunt , verum etiam illi,qui offenſant in
dicendo. Etenim ſententiæ tenuitas,verbi inanitas ,illepida figura, geſtiens exultatio & inſo-
lens ad laudationem,& ſi quæ ſimilia ſunt;ea ſunt auditorib. magis in aliis quàm dicentibus in
ſemetipſis conſpicua. Quare traiicienda ad nos ipſos eſt à dicente diſcuſſio,perpendendumq;
ecubi imprudentes perinde incurramus. Nihil n. rerum omnium quam reprehendere proxi-
mum expeditius,quod ſine fructu fit & inaniter,niſi ad emaculandum vel declinandum refe-
ratur conſimilia. Atq; Platonis hoc ne pœniteat te, cum peccant alii,tibiipſi ſucclamare: Nuno
vbi vero ego talis? Siquidem vt elucentia in oculis proximorum noſtra cernimus ; item, dum 50
habentur orationes,debemus in alienis effingere noſtras:vt ne & ferociter nimium alios faſti-
diamus,&nobiſipſi in dicendo attendamus acrius. Ad hæc confert collatio, ſi cum ab audito-
rio ſoli apud nos erimus,atq; aliquid eorum,quæ minus recte vel apposite appareant dicta,de-
prehendimus vt idem excitantes noſmetipſi aggrediamur partim ſupplere, partim corrigere,
partim aliter efferre, partim ſemel de integro diſſerere de eodem argumento,quod Plato ad-
uerſus orationem Lyſiæ fecit. Siquidem pugnare non eſt arduum,imo pronum cum habita o-
ratione. Cæterū aliam ex oppoſito illi edere meliorem,hoc difficile eſt. Sicut Lacedæmonius
ille nunciato exciſam à Philippo Olynthum : Atqui non valeat ille, inquit,talē excitare vrbē.
Quando igitur in declamando idem propoſitum,haud multo præſtare dictis videbimur, mul-
tum de-

tum despicientiæ præciderimus, cōpescaturq́; citissime procacitas & insolentia nostra in contendendo ita nostra cum aliis deprehēsa. Cōtemptioni ergo te lata admiratio ingenii est profecto candidioris ac lenioris, quod quærit tamen cautionem non modicam, imo fortassis etiam maiorem quo contemptores & feroces ex dictione proficiunt minus, admiratores vero & simplices magis læduntur atq; Herculem non reprehendunt, dum dicit:

Sermone stultus erudiri omnis solet.

Est vero tribuenda dicenti cōmendatio candide, verbis vero fides religiose, dictionisq; & actionis declamantium beneuolum esse & simplicem oportet spectatorem, vsus & veritatis dictorum excussorem curiosum & acrem: vt nec affectant odium auditores nec dicentes nocumentum. Quippe dogmata adulterina peruersaq; beneuolentia ac fide aduersus declamatores imprudentes complura recipimus. Ac Lacedæmoniorum quidem magistratus, cum sententiam cuiuspiam, qui fœdam vitam egisset, comptobassent, alteri iusserunt probatæ vitæ & morum, vt eam pronunciaret: recte sane atq; prudenter populum assuefacientes, vt à moribus potius quam ab oratione duceretur authorum. At præcepta philosophica authoritate detracta dicentis apud nosipsos sunt seorsum pensanda. Quomodo n. Martis, ita auditionis multa inania sunt. Nempe dicentis canicies, actio, supercilium, cōmēdatio sui, imprimis vero plausus, strepitus, tumulus coronæ vna imperitum auditorem iuuenemq;, vt si fluctib. transuersus rapiatur, torpidum defigit. Est & suus orationi fucus, quando dulcis & copiosa, cum fastu & apparatu reb. accommodatur. Vt n. ad tibiam canentiū auditores multæ offensæ prætereunt, sic orationis flumen & pompa radiis suis perstringit aciem auditoris, vt non videatur id, quod tractatur. Nam Melanthius de tragœdia Diogenis rogatus, negauit perspicere se eam posse dictionum nebulis obuelatam. At multorum disputationes & declamationes sophistarum nō verbis modo pro velis sententiarū vtuntur, verū etiā dū vocē concinnando, molliendo, & modulando dulcē efficiunt, percellunt & transuersos auferunt auditores. Et dant quidem inanem voluptatem, sed gloriā referunt inaniorem. Ita vsuuenit eis Dionysii dictum: Siquidem ille citharœdo, qui in spectaculo quodam placebat, cum magnum præmium ostendisset se daturum, nihil post dedit, quasi gratiam illi retulisset. Quandiu n. inquit, oblectasti cantu, tamdiu spe oblectatus es. Hanc mercedem concionatorib. accumulant eiuscemodi acroamata. Suspiciūtur namq; quamdiu mulcent: mox vna cum auditione effluit blandimentum, illosq; laus destituit ac ne quicquam his vita, illis absumptum est tempus. Decet itaq; vbertatem & fucum abluere orationis, & fructum ipsum sectari: atq; æmulari apes non coronarias. Hæ n. folia florida & fragrantia sectantur, eaq; contexunt & connectunt, gratum quidem, sed vnius diei & nullius opus fructus. Illę identidem violarum, rosarum, hyacinthorum transuolitantes prata super asperrimum & acerrimum demittunt se thymum, eiq; insident flauum mel operantes, capraq; aliqua vtili præda auolant ad peculiare suum opus. Haud aliter solertem & sincerum auditorem oportet, pictam & luxuriantem dictionem atq; res theatrales & ad pompam paratas fucorum eam, herbam sophistarum ducere ac missas facere: ipsum autem attentione sensum orationis concionatorisque animum subire, ac decerpere ex ea, quod fructuosum est & cōducibile, memorem non in theatrum se neque in odium, sed in scholam & ludum venisse, doctrina vitam correcturus. Vnde sane exploranda est auditio, & iudicium faciendum de ea ex temetipso animique motu tui: ac reputandum ecqua perturbatio animi mollior, ecqua molestia euaserit leuior: an fiducia, an animi stabiles, an ad virtutem & honestum faces additæ. Si enim oportet ex tonstrina surgentem accedere ad speculum, caput attrectare, comam spectare, vt tonsa sit, & discrimen tonsuræ: multo magis ex auditorio scholaque digressus ad seipsum debet extemplo respicere contemplarique animum suum, an qua ægritudine vel vanitate deposita leuior euaserit & erectior. Neque enim vel balneum, inquit Aristo, vel oratio non pura vllius est vsus. Gestiat ergo, qui profectum ex sermonibus facit iuuenis. Cæterum non est auditionis in delectatione terminus statuendus, neque existimandum oportere ludo philosophi excedere cauillantem & exultantem, neque quærere vnguenta, cui irrigatione & cataplasmate est opus: sed habere gratiam, si vt fumo alueare, ita acri sermone repletum caligine multa & hæsitantia animum repurgaueris. Etsi enim non debent concionatores prorsus negligere suauem & ornatam dictionem minime est tamen de ea laborandum adolescenti, in principio quidem: post sane, sicut illi, qui potant postquam sitim sedauere, tunc toreumata poculorum speculātur & versant manibus. ita expleto sententiis & respi tanti dictionem largiendum, ecquos lepores & flores habeat, intueri. Qui vero mox à primo non res ipsas amplectitur, sed dictionem Atticam esse, & argutam postulat: is similis est eius, qui bibere non vult antidotum, nisi vas ex figlina Coliadis Atticæ sit: neq; pallium iniicere bruma, nisi ex ouibus lana sit Atticis: vetum in lacerna orationis Lysiacæ concisa & strigosa sedet languidus & immotus. Hi morbi multā solitudinem cordis & mentis bonę multas argutias & garrulitatem in scholis peperere iuuentutis

dis:quæ non vitam,non actionem,deniq; institutū obseruat philosophi, sed dictiones, sed verba,sed elegantem pronunciationem laudibus fert:quod vero est pronunciatum, vtile an inutile,necessarium ne an futile & ociosum sit,nescit nec dignatur excutere. His cōsequens sit de propositionibus præceptum. Debet enim qui ad cœnam est inuitatus,appositis vti,nec poscere aliud,nec reprehendere. Item qui ad epulum accessit sermonis,si certis legibus,auscultet tacitus disserentem. Quandoquidem ad argumentum qui reuocant aliud,interiiciuntq; quæstiones,ac disceptant cum dicente:cum sunt ad audiendum minus grati vel benigni,tum promouent nihil insuper dicentē orationemq; simul protelant. At vbi auditores is,qui declamat, rogare & proponere iusserit:tum aliquid commodi & necessarii oportet proponere videri. Siquidem ludibrio habetur apud procos Vlysses, 10

Qui panis micas,non enses atq; lebetes
Posceret. —

Animi enim ducebant insigne excelsi vt donare, ita petere quid magni. Impensius vero rideas auditorem, qui ad tenues & steriles quæstiones disserentem conuertit: sicut confligantes verbis quidam adolescentes,ac scientiam grammaticę vel mathematicæ venditantes ponere soliti sunt de *prandiorum sectione, & quæ sit motio in latus aut in diametrum. Quibus occurrendū, vt ad suppuratum & phthisicum respondit Philotimus. Cum enim ei locutus esset petens, vt medicinam sibi aduersus reduuiam faceret:aduertens ex colore & spiratione eius valetudinem:Non laboras bone vir,inquit,reduuia. Nec tibi de iis quæstionibus adolescens nunc agēdum:cæterum qua ratione ab arrogantia & insolentia amoribusq; ac loquacitate solutus ad vitam componas te modestam ac sanam. Inprimis autem oportet ad dicētis peritiam se accommodantem vel *ad ingenii facultatem,vbi excellat,quæstiones ponere: neque vrgere,in Ethicis philosophanti physicas & mathematicas quæstiones obiiciendo:aut in physicis celebrem in connexorum disceptationes & falsorum solutiones trahendo. Vt n.qui claui ligna secare, & ianuam aperire nititur securi,nō istis obtrectare,sed semetipsum vtriusq; vsu & facultate videatur excludere:Ita à dicente qui requirunt ad quod comparatus aut meditatus nō est,quod vero habet & largitur,non colligunt nec accipiunt, non id corrumpunt modo,verum etiam maleuolum animum suum ostendunt & hostilem. Vitandum insuper,ne multas & frequentes quæstiones ipse moueas. Sit enim hoc quoq; aliquatenus ostentabūdi:at alterius quæstionem ponentis benignum se præbere auditorem,humanum & populare:nisi quod premat & vrgeat proprium vitium,quod frenum requirat:vel ægritudo,quæ alleuationem. Nimirum enim nec tegere è re sit inscitiam suam,vt ait Heraclitus,sed exponere & mederi. Quod si ira,aut impressio superstitionis,aut cōtrouersia cū propinquis acris,aut insana ex amore libido chordas mouens immotas in præcordiis animum de statu deiiciat:non cōfugiemus alios ad sermones,declinantes argui: verum hisce de ipsis est in sermocinationibus audiendum:accedemusq; à sermocinationibus seorsum illos,atque cum eis morbum excutiemus,nō contra,sicut multi philosophis delectantur,qui de aliis disserunt,eosque habent in admiratione. Sin autem omissis philosophus aliis,priuatim cum his agat de iis, quæ in rem eorum sunt, libere,eaq; suggerat: ægre id ferunt ac curiosum ducunt. Nam fere vt in theatris tragœdos,sic philosophos in scholis audiendos arbitrantur,ex quib. vbi excessere,nihil sibi eos putant præstare: quod de sophistis quidem recte ita cogitant. Quandoquidem de sede vbi exurrexerunt,librosque posuerunt & institutiones:in officiis vitæ veris abiecti & mancipati videntur multitudini. Verorum autem philosophorum ignorant & serium, & lusum, & nutum, & risum, & vultum contractum eorum potissimum vero verba cum singulis seorsum facta fructum aliquem afferre sustinere, illa & attendere assuefactis vtilem. Iam postulat etiā laudationis officiū religionem quandam & medioeritatem,quando neq; præcisa neq; effusa est liberalis. Molestus n. auditor est & importunus,qui ad dictum est omne rigidus & morosus,arrogātiæ occulte & iactationis sui affectatæ interim plenus:quasi proferre quid dictis habeat melius,neq; frontem cum gestu mouet, neq; candide testem attentionis mittat vocem:sed silentio supercilioq; composito atque fastu viri opinionem constantis & grauis aucupet, laudis vt pecuniæ, quantum impartiatur alteri,tantum sibi decedere ratus. Siquidem frequentes sunt,qui perperam & absurde Pythagoræ vocē accipiant. Ille enim ex philosophia memorat se parasse,ne quid stuperet. At hi neminem celebrare vel honorare in contemnendo ponunt,& authoritatem bonorum despicientia captāt, cum doctrina philosophica admirationem & stuporem,qui ex hæsitantia & inscitia prouenit, eximat cognitione & perspicientia singulorum causæ:humanitatem vero & magnificentiam & comitatem non amittat. Siquidem veris solideque bonis optima laus est laudare laude dignum,atq; ornamentum speciosissimum ornare id,quod honoris affluentia & copia fit. Angusti vero in extollendis aliis etiamnum inopes esse & ieiuni vidētur propriæ laudis. Aduersus his vice versa qui nō expendit,sed verbo & syllabæ insistit vociferaturque,leuis & volucris,sæpe sane nec

*fortasse legēdum *ἀορίστων*, id est indefinitorum.

* Alii, ad ingenium aut facultatem.

OPVSCVLORVM, QVÆ HOC PLVTARCHI MORALIVM VOLVMINE continentur, ELENCHVS.

AVTHO-

AVTHORVM, QVORVM TESTIMONIA IN SVO MORALIVM VOLVMINE CITAVIT

PLVTARCHVS, nomina, alphabetico ordine digesta.

ÆSchines.
Æschylus.
Æsopus.
Agatarchidas Samius.
Agathon Samius.
Agesilaus.
Agnon.
Alcæus.
Alcioons.
Alcman.
Alcmæon.
Alexander.
Alexander Polyhistor.
Alexarchus.
Alexis.
Ammonius.
Anaxagoras.
Anaxagoras Clazomenius.
Aoaxangridas.
Anaximander Milesius.
Anaximenes.
Antenor Creticus.
Antias.
Anticlidas.
Anticles.
Aotimachus Colophonius.
Antimachus poëta.
Antipater.
Antipho.
Antiphon
Antistius Labeo.
Apollodorus.
Aratus.
Archelaus.
Archimachus Euboensis.
Archilochus.
Archita.
Architas Amphissensis.
Architimus.
Aretades Cnidius.
Aristagoras.
Aristarchus.
Aristides Milesius.
Aristo.
Aristobulus.
Aristocles.
Aristodemus.
Aristophas.
Aristophanes Bœotus.
Aristoteles.
Aristoxenus.
Arteius.
Æsclepiades.

B.

Bacchylides.
Berosus.
Biantis sententiæ.
Boethus.

C.

Cæcilius.
Cæpio.
Callimachus.
Callisthenes.
Carneades.
Castor.
Cato.
Chæredemus.
Chares.
Charo Lampsacenus.
Chilonis præcepta.
Chrysermus.
Chrysippus.
Cicero.
Cleaothes.
Cleo Halacarnassensis.
Clitomachus.
Clitonymus.
Clitophon.
Cluuius Rufus.
Calotes.
Coriona.
Craotor.
Crantor Academicus.
Crates.
Cratinus.
Cratippus.
Crito.
Critolaus.
Ctesibius.
Ctesiphon.
Cydia.

D.

Dano.
Demades.
Demaratus.
Demetrius.
Demetrius magnes.
Demetrius Phalereus.
Democritus.
Demosthenes.
Dercyllus.
Diagoras Melius.
Dicæarchus.
Diocles.
Diodorus Siculus.
Diogeoes.
Diooysius.
Dinoysius Chalcidensis.
Dionysius Siculus.
Dionysius Thrax.
Dorotheus.
Dositheus.
Duris.

E.

Ecphantus Pythagoreus.
Empedocles.
Empedocles Metonis F.
Ephorus.
Ephorus Cumæus.
Epicharmus.
Epicurus.
Epigenes.
Erasistratus.
Eratosthenes.
Eudoxus.
Euenus.
Euemerus.
Euemerus Tegeata.
Eupolis.
Euripides.
Euthimenes Massiliensis.

F.

Fauorinus.
Fenestella.
Florus.

G.

Glaucus Italus.
Glaucus Regiuus.
Glaucus Thaleta.

H.

Hecatæus.
Hecatæus Abderita.
Hegesiaoax.
Hegesias Magnes.
Heliodorus.
Hellanicus.
Heracletus.
Heracletus physicus.
Heraclides.
Hermæus.
Hermippus.
Hermogenes.
Herodorus.
Herodotus Halicarnassæus.
Herodicus Selybrianus.
Herophilus.
Hesiodus.
Hieronymus.
Hipparchus.
Hippocrates.
Hippon.
Hipponax.
Hippys.
Homerus.

I.

Ibicus.
Ion.
Ister.
Iuba.

L.

Laitus.
Laocrates.
Leophanes.
Leosthenes.
Lesthes.
Leucippo.
Leucippus.
Liuius.
Lysanias Maleotes.
Lysias.
Lysis.

M.

Maoethes.
Melanthius.
Melissus.
Menander.
Merillus.
Meryllus.
Metrodorus.
Mnaseas.
Mnasigeto.
Myrtis Anthedonia poëtria.

N.

Neaothes Gyziceous.
Nicander.
Nicias Maleothes.
Nigidius.
Nymphis.

O.

Oëceres.
Olympus.
Onopides Chius.
Onosicritus.

P.

Panætius.
Parmenides.
Parthenius Poëta.
Phanias Eresseus.
Philemon.
Philarchus.
Philippides comicus.
Philistho Locrus.
Philistus.
Philochorus.
Philolaus.
Philoxenus poëta.
Phocilides.
Philarchus.
Pindarus.
Plato.
Plato Aristonis F.
Plato comicus.
Polemon Atheniensis.
Polybius.
Polybus.
Posidonius.
Possidonius.
Pratinus.
Protagoras.
Ptolemæus.
Pyrander.
Pyrrho Lyparæus.
Pythagoras.
Pythagoras Mnesarchi F.
Pytheas Massiliensis.
Phydocles Samius.

S.

Sappho.
Satyrus.
Seleucus.
Seleucus mathematicus.
Simonides.
Socrates.
Socrates Sophronisci F.
Solon.
Sophocles.
Sostrates.
Stesichorus.
Strato.
Strato physicus.

T.

Thales Milesius.
Themanus.
Themistocles.
Theocritus.
Theocritus Chius.
Theodorus Cyrenensis.
Theodorus Solensis.
Theognis.
Theophilus.
Theophrastus.
Theopompus.
Thespis.
Thucydides.
Timæus.
Timo.
Timotheus.
Timoxenes.
Trisimachus.

V.

Varro.

X.

Xenocrates.
Xenophanes.
Xenophon.

Z.

Zaratas.
Zeno.
Zeno Citieus.
Zeno Moasseæ F.
Zopyrus.

F I N I S.

ac nec ipsis probatur differentibus: semper vero offendit auditores: dum impellit atque vna excitat præter animi sententiam quasi vi raptos, vt ex rubore & vna plausum dent: neque vllum profectum facit, quod circumsonent gestiantque aures eius laudationibus, disceditque vnum ex tribus referens. Nam simulator, vel assentator, vel bonarum artiũ videtur esse rudis. Atque iudicem quidem in disceptandis causis decet neq; infeste, neq; ambitiose audire, sed ex cõsilio ad ęquitatẽ. At in sermocinationib⁹ literatis, neq; lex neque iusiurandũ vetat nobis vllũ, quin differentẽ excipiamus beneuole. Imo associarũt veteres Gratiis Mercurium, quod sermo animum quærat congratulantem & beneuolum. Neq; enim vsque adeo putant abortiuum prorsus esse eum, qui dicit: & sinistrum, vt nec sententiam prædicandam vllam, nec
10 commemorationem aliorum, nec argumentum ipsum orationis & institutum præbeat, nec denique dictionem, vel dispositionem orationis,

Velut echinopodas in aspera via,
Molles vbi viola nascuntur lactea.

Quando enim quidã, qui vomitus & febris, & vero etiã ollæ speciminis alicuius causa laudationes peragũt, nõ caret sua gratia: multo magis oratio, quę à viro alioquin celebri & eo, qui Philosophus dicitur, habetur: respirationẽ aliquã & tempus cãdidis & benignis auditoribus præbeat ad laudandũ. Et quidem qui in flore sunt ætatis omnes, vt Plato ait: aliquo modo stimulant amatorem, qui cãdidos deorum filios appellans, nigros viriles, grypum regalem, simum venustum, pallidum blando nomine melleũ salutat diligitq;. Mire enim valet vt hedera
20 ta ex qualibet se alligare amor ansa: Multo magis studiosus audiendi & eruditionis semper ob quam non absurde quemcunque dicentem commendare videatur, occasionem aliquã repetiat. Etenim Lysiæ orationem Plato, cum eius inuentionem nõ laudaret, & notaret confusionem, pronunciationẽ decantat tamẽ, & quod vnaquæq; vox detornata est dilucide & rotunde. Reprehendas Archilochi argumentũ, Parmenidis versificationem, Phocylidis exilitatẽ, loquacitatem Euripidis, Sophoclis salebras: vt scilicet inter oratores quoq; alius indolem nõ habet. In affectibus ignauus est alius, nonnullus expers Venerũ: prædicatur tamen in sua quisque, qua mouere & ducere valet, facultate: vt sit auditorib⁹ copia & affluentia dicẽtes bene & cum plausu excipiendi. Quibusdã enim sat est, vt voce eis testimoniũ non perhibeamus, oculorum lenitatem, serenitatem vultus, & animum placidũ lenemque præstitisse. Nam illa qui-
30 dem iam aduersus etiã vndequaque offendentes translatitia sunt, & omnis auditionis communia, sessio* modesta, non inclinata, in recta figura, obtutus in ipsum dicentẽ, species, vigilantis attentionis, vultus compositus abdicansque nõ contumeliæ & morositatis modo, verũ etiam solicitudinum & occupationum suspicionem aliarũ. Siquidẽ opere in omni pulchrum ex multis quasi numeris in vnum tempus coeuntib⁹ à competentia quadã & concentu absoluitur: turpe ex vno quolibet, quod claudicet aut adest incogrue, mox ortum habet paratum. Vt ipsa in auditione nõ solũ supercilij toruitas, tristitia vultus, obtutus vagus, inflexio corporis, crurũ alterius in alterum indecora iniectio: sed & nutus, cũ altero susurratio, risus, oscitationes somnolentæ, capitis in terram demissio, & id genus reliqua in vitio sunt, magnãq; cautionem flagitãt. Enimuero sunt, qui munus esse putant aliquod dicẽtis, auditoris nullũ: cæte-
40 rum illum venire meditatum & paratũ volunt, ipsi incurij & securi officiorum irruentes confident, quasi reuera ad cœnã veniant, vt genio indulgeant, dum laborant cæteri. Et quidem etiam conuiuæ vrbani suæ sunt partes, multo magis auditoris: q; particeps orationis sit, & dicentis Aduocatus: neq; illius debet acerbe offensa excutere, verbum & rẽ in disquisitionem vocans, dum ip se omni exceßione exolutus indecore agit multũque titubat in audiẽdo. Cæterum vt in ludo pilę debet mittẽti concinne in motu respondere is, qui accipit: ita in orationibus est e concinnitas quædam tam circa dicentem, quam circa auditorẽ, si officium vterque suum tueatur. Iam nec voces laudum promiscue vsurpandæ. Epicurus namque in amicorum epistoliis plausibiles strepitus ab eis fieri dũ refert, stomachũ facit. Qui vero voces in auditoria peregrinas nunc inducunt, atq; diuine, prodigiose, incõparabiliter pro elogio succlamãt,
50 quasi non amplius recte, sapiẽter, vere satis sit: quibus Platonis, Socratis, & Hyperidis auditores notis vsi sunt laudum: hi ineptissimos præbent se infamesq; reddunt his vocib⁹ eos, qui dicunt, quasi inflata, & nimium grãdia præconia quęrant. Mire vero sunt odiosi, qui cũ iure iurando dicentibus vt in iudicio perhibent testimonia. Nec minus his illi, qui in qualitatib⁹ offendunt, cũ philosopho acclamant acute, seni scite vel floride. Hi enim ludẽtiũ aut ad pompam declamantium in meditationibus ociosis ad philosophos voces transferunt, atque orationi accommodant commendationem meretriciam castæ, quasi coronam athletæ lirinam vel rosaceam, non lauream, aut oleastrinam imponant. Euripides quidẽ cum chorum canticum quoddam docẽte ipso ad cõcentum factum vnus risisset: Nisi tu stipes, inquit & truncus esses, modos canẽte mecũ Lydiis mistos, nõ rideres. Philosophus vero & politic⁹ haud dubie

* Alii *non effeminata*

auditoris gestiētis luxuriā excindat, si dicat: Tu mihi insipiens appares & dissolutus esse. Alioquin docente aut castigante me, aut de diis disserente, aut de rep. aut magistratu procaciter non canères neq; saltares ad sermonē. Considera enim vere quid sit, cum foris qui sunt, vociferantium & iubilantiū causa hæreant, tibia canentis, an citharam pulsantis, an vero saltantis cuiuspiā laudatio sit. Iam vero nec castigationes & increpationes sunt sine stimulo, nec ignauiter audiendæ. Nam qui facile & lente ferunt, cum perstringuntur à Philosophis, vt rideant, dum vellicantur, laudentq; vellicantes, vt parasiti illos, à quib[9] aluntur, quando proscinduntur conuitiis ab eis: hi qui procaces sunt & feroces, nec bonū aut verū specimen dant fortitudinis pfrictam frontē. Dictum enim citra contumeliam per iocum festiue eiaculatū comiter 10 & hilariter ferre, non sordidum nec rusticum, sed sane quā liberale & Laconicum sit. Correptionem vero & castigationē ad mores corrigendos, q̄ sermonē reprehendētem, quasi mordicans medicamentū adhibet, non contracto vultu audire, nec sudore dolorisque vertigine plenū æstuantemq; in animo pudore, sed immotum, cachinantem, & dissimulantem, adolescentis est admodum illiberalis, ob peccandiq; consuetudinem & assiduitatem ad erubescendū rigidi, qui vibicē in animo, vt in dura & callosa carne, nō recipit: Qui ab huiuscemodi adolescentib. indolem diuersam sunt sortiti, si vel semel obiurgentur: terga effuse vertunt, atq; ex philosophia profugi præclarum ad salutē rudimentum, q̄ à natura sunt nacti, erubescentiā, vt sunt delicati & molles, euertunt, q̄ non tolerent reprehensiones, neq; castigationes recipiant generose, sed ad blanda & mollia diuertant aures colloquia adulatorum aliquorū vel sophistarum, qui inutiles atq; infrugiferas, suaues autem voces decantant. Vt igitur ille, 20 qui à sectione medicum refugit, nec sustinet alligari se, dolorem quidē pertulit, sed profectū non expectauit ex curatione: Sic ille, qui sermoni, qui punxit & sauciauit insipientiam, inducere cicatricem & ad planum vulnus reducere non permittit, recipit se ex philosophia fodicatus & dolens, at sine vllo fructu. Neque enim tantum, vt inquit Euripides,

Stobe Telephi vulnus recreatur scissili
Hasta:

sed & defixū adolescentib[9] bonæ indolis à philosophia morsum ipse, qui vulnerauit, procurat sermo. Itaq; affici oportet & morderi nonnihil, non opprimi neq; frangi animo eum, qui arguitur, verū vt in mysteriis inclusæ ibi philosophiæ primas expiationes & tumultuariones tolerantes aliquid spirare ex præsenti acerbitate & fluctu dulce & præclarū. Etenim quāuis fa- 30 ctam increpationem appareat iniuste, honestum est tamen sustinere & perferre dicentē: vbi vero finem dicendi fecerit, appellare eum, purgareq; se ac precari, vt illam admonitionem & acrimoniam, quib[9] aduersus se vsus sit, ad verum aliquem velit reseruare erratū. Præterea vt in picturis & circa lyram & palæstrā ingressus ad disciplinas primi ingenti molestia, sudore & tenebris suffusi sunt, deinde progresso pedetentim sicut cum hominib[9] consuetudo frequēs ac notitia cōtracta omnia grata, tractabilia, & prona ad dicendū & fauendum efficit, perinde sane cū philosophiæ insit nonnihil lubrici scilicet & inauditi primis in vocabulis & reb[9], non decet formidantes primordia trepide ac timide cœptum deponere, sed tentantē singula incumbentemq; ac nitentē porro expectare eam quę omne pręclarum reddit dulce, consuetudinem. Aderit enim nō longo spacio, ac multū luminis afferet disciplinæ, amoresq; infundet 40 ad virtutem ardentes, sine quib[9] plane miseri hominis aut ignaui est reliquam vitā sustinere excidentem præ mollitia à philosophia. Atq; habeant fortassis aliquid res rudibus & tyronib. in limine captu difficile, densiore tamen caligine & ignorantia implicant semetipsi, dū ex diuersis ingeniis in idem peccatum incidunt. Hi namq; q̄ verecundia nonnulla atq; vt parcant dicenti, dubitent quęrere & fidē comparare sermoni, quasi perceptum habeant, annuunt. Illi ex intempestiua ambitione & inani cum cæteris concertatione aciem ingenii solertiamq; in discendo ostentantes, dum ante, quam arripuerint, iactant se tenere, nō accipiunt. Hinc euenit pudentib[9] & taciturnis illis, vbi digressi sunt, vt angant se ipsi & fluctuentur, atq; necessitate deniq; adacti cū pudore maiore eos, qui sermocinati sunt, fatigent requirendo & transcurrendo: ambitiosis vero & gloriosis, vt perpetuo contubernalē sibi ignorantiam inuoluant atq; 50 occulant. Quare summota tanta ignauia atq; insolentia omni ad discendū pergamus, simusque intenti ad percipiendum mente id, q̄ vtiliter proponitur, sustineamusq; eorum, qui videntur arguti, risus Cleanthis & Xenocratis exemplo, qui rardiores cum numerarentur esse condiscipulis suis, non destiterunt discere, neque obtorpuere, sed occupauerunt semetipsi irridere, vasib[9] comparantes se restricti oris, tabulisq; æreis, quasi ægre disciplinas caperent, fideliter tamen & firmiter seruarent. Neque enim solum, vt Phocylides ait:

In multis falli quærentem existere rectum:

sed ludi etiam frequenter oportet & contemni, cauillaque atq; vrnilitates excipere, atq; ita toto animo repellere supplantareq; inscitiā. Nec vero est contrarium vitium negligendū, in

quod

quod incurrunt alij ex pigritia odiosi & importuni. Neque enim animum inducũt, domi vbi sunt, laborem subire, verum imponunt eum dicenti, dum identidem iisdem de rebus requirunt, sicut nondum volucres pulli qui hiant semper ad os alienum, & omne præmansum iam atque ab aliis elaboratum accipere volunt. Alii qui intentionis & acuminis non loco venantur opinionem, dum semper disputant de re quapiam non necessaria, quæruntque probationes, vbi nihil est opus, loquacitate & curiositate enecant. Ea ratione compendiosa via lōginqua redditur, vt ait Sophocles, nō ipsis modo, verum aliis quoq;. Dum enim retinent semper friuolis & superfluis quæstionibus docentem, tanquam itineris socium, tenorē interpellant doctrinę, quæ ita stationes & moras accipit. Hi ergo, vt est apud Hieronymum, timidorum & edacium more catulorum tergora mordent domi & vellera vellunt, feras minime attingunt. Inertes hosce admoneamus, postquam summas intellectu complexi erũt, suo Marte reliqua vt concinnent, ac memoria duce aperiant inuentioni viam, doctrinaq; aliena pro incunabulis & semine accepta alant eam & fermentent. Neque enim vt vas mens expletione, sed fomite vt materia indiget, qui ardorem inserat inueniendi ac veritatis expetitionem. Vt igitur si ignem quis petat à vicinis, mox copioso & luculento inuento ibi permaneat, perpetuo se calefaciens, ita si quis, vt consors sermonis fiat, conferat se ad alium, nec lumen peculiare suum arbitretur debere se & mentem propriam accendere, sed acquiescens in audiēdo reses oblectet se, velut ruborem trahit, & voluptatem gloriam ex sermonibus. interiorem vero animi cariem caliginemq; non excalefacit, neque excutit per philosophiam. Si quod desideretur ad auditionem aliud præceptum, debemus modo dicti memores subigere vna cum doctrina inuentionem, ne habitum sophisticum vel exteriorem, sed interiorem & philosophicum accipiamus, tyrocinium recte viuendi, recte audire existimantes.

PLVTARCHI
Quemadmodum iuuenes audituri sint poetas, Commentarius.

INter carnes, vt poeta Philoxenus dixit, quæ carnes non sint, gratissimas esse, atq; inter pisces, qui nō sunt pisces afferere permittamus illis, quib⁹ palatum ait Cato quam cor acutiore sensu esse præditum. At valde iuuenes ex eis, q̄ in philosophia traduntur illis, quæ nō philosophice neq; serio tractati videntur, impensius retineri, accommodareq; se, atq; ea sequi apertum est. Non modo enim fabellas Æsopicas & poetica argumenta Abarimq; Heraclidæ & Lyconem Aristonis, verum etiam placita de animis commista fabellis vbi legunt, voluptate gestiunt. Quare debent non tantum in voluptatibus circa epulas & potionem sese seruare temperantes, sed longe magis in audiendo & legēdo assuefacere se, vtentesq; modice oblectamento, quasi dapibus, sectari ex eo, q̄ frugiferum est & salutare. Neq; enim vrbē clausæ portæ seruant, ne expugnetur, si vna accipiat hostes, neque continentia in cæteris deliciis tuetur iuuenē, si imprudens semetipsum prodat per auditum. Verum quo magis hic animum & rationē pungit, eo neglect⁹ lædit & labefactat grauius eum, qui recepit. At quia neq; fieri fortasse potest, neq; expetit abducere à poematibus aliquē ea ætate, qua nunc meus est Soclarus, & tuus Cleāder, demus operā, vt asseruemus eos, vt qui in lectionib⁹ potius quā in itinere desiderant ductorem. Igitur quæ nuper de poematibus exposui, ea mihi nunc in mentē venit ad te conscripta mittere, quæ si putabis non viliora esse medicamentis, quæ faciunt aduersus ebrietatem, ἀμέθυστα appellant, quibus pro amuletis & antidotis vtuntur in compotationib⁹, participa ea Cleandro, occupaq; ingenium eius, q̄ quia nusquā lentum, sed vbiq; est incitatum & acre, sequacius sit in talib⁹. Polypodis capiti malum inest vnum, atq; bonum vnum, quod eius sit blandissimus cibus, cæterum grauem pariat somnum, in eoq; vt ferunt, terrificas species monstrosasq; excitet: Ita habet poesis multum, q̄ oblectet alatq; adolescentis animum, nec minus q̄ conturbet ac deprauet, nisi quis recte moderetur auribus. Neque sane de Ægyptiorum regione solum, sed & de poetica possumus dicere:

Pharmaca multa bonis multis permista maligna
Fundit in eorum vsum, qui hac vtantur.
Hic & amor latitat, latitatque cupido ibi & vsus.
Ansa, rapit qua cor quamuis multum sapientum.

Neq; enim nectitur ex ea admodum stipitib⁹ vel truncis dolus. Quare respondit Simonides quærenti: Quid solis non imponeret Thessalis? Nēpe tardiores sunt, quam vt à me capiantur. Tragœdiā Gorgias esse ait captionem, qua qui deceperit, iustior sit eo, qui non decepit, & decept⁹ nō decepto intelligentior. Vtrum ergo iuuenū ad exemplum Ithacorū cera aures dura obturantes ad declinandā & deuitandā poeticā Acatiū Epicureū adigem⁹ eos cōscēdere, an

potius recta reputatione inhibentes iudicium, idque astringenres, ne in noxam à delectabili auferatur, dirigemus id obſeruabimusq;. Neque enim filius Dryantis fortis Lycoorgus ſana menre fuit: q multis vino ſe mergentibus debacuhantibusq; vires paſſim exeidit, cũ propius poruiſſet adducere fortes, arque inſanum deum, vt inquit Plato, ſobrio coetcitum corrigere. Abſtergit namque vino hæc miſtura noxam, neque tamen tollit eius commodũ. Ne nos quidem poeticam, quæ eſt muſarum vitis, extirpemus neque perimamus. Cęterum ſic vbi prę effuſa voluptate ad gloriam ferociens procaciter laſciuit luxurieru'que fabuloſitas eius faſtuſque, ibi manu iniecta frenos ei imponamus ac reprimamus. At ſi quando feſtine attingat aliquid doctrinæ, orationiſque mel & illecebræ non infrugiferæ ſunt vel ocioſæ, hîc philoſophiã inducamus admiſceamuſq;. Vt enim iuxta vites naſcens mandragora, atque vim ſuam in vinum transfundens, impreſſionem eius potanribus efficit leuiorem, ita doctrinam poeſis ex philoſophia accipiens cum fabulis confuſam, leuem gratamque iuuentuti eam reddit ad diſcendum. Itaque nõ ſunt philoſophari intendenribus poemata defugienda, ſed in poematibus * nauiter philoſophandum, aſſueſcenribus in delectabili venari fructum & amplecti, ſin minus, repugnare reiicereque. Pars enim ſit hæc eruditionis.

*alij, anxie.

Quodcunque vero ſuſcipias opus probè,
Habeat parem ſemper neceſſe erit exitum.

vt eſt Sophocles author. Primum igitur inrroducendus in poemata iuuenis eſt, cui nihil perinde ſit præmeditatum ac promptum, atque hoc,

Multa edunt falſa poëta.

partim vltro, partim inuite: vltro, quod ad permulcendũ aures delectandumq; quod pleriq; venantur, mendacio veritarem arbirrantur auſteriorem. Nam Hæc, quę te ipſa ſit, licet finem triſtem ſortiatur, non cedit. Quod vero fabula fingitur, facilime cedit, arque ad iucundius flectitur exangente. Neq; enim metrum, aut verborum immutatio, aut dictionis pompa, aut accommodata verborum translatio, neque concinentia, & compoſitio tantum habet leporis & Venerum, vt bene * contextum fabulæ argumentum. Verum vt in picturis magis mouet color quam linea, propter veri ſimulachrum & fucum: ita temperata cũ ſimilitudine veri vanitas ſtupefacit, acceptaque eſt prę opere, cuius metrum & dictio expers eſt fabulæ & pigmẽti. Hinc Socrates, vbi ex certis inſomniis dedidit ſe poeticæ, non fuit, vt qui per rotam vitam veritatis athleta fuiſſet, artificioſus vel appoſitus mendaciorum architectus, Æſopi fabellas verſibus putabat fabulas, quaſi poeſis non ſit, cui abeſt mendacium. Sacrificia enim ſine choro & tibia vidimus, non vidimus vacantem fabula vel mendacio poeſim. Empedoclis verſus, item Parmenidis, & Theriaca Nicandri, liberque ſententiarum Theognidis orationes ſunt mutuatę à poetica quaſi vehiculum, pompam & verſum, ne pedeſtres videantur. Quando igitur monſtraſi quid aut atrocitatis refertur in poematibus de diis vel laribus, vel virtute à celebri & claro viro iis qui dicta pro veris accipir, perditur labefactatque ſententiam ſuam: Qui vero perpetuo memoria ſeruat retinetque mordicus poëticæ in mentiendo præſtigias, valerq; ei ſemper dicere: O * lynce machina multo inſidioſior quid ludens frontem contrahis, quid decipiens fingis te docere? nihil huic acciderit mali, nihilue hîc praui credet. verum increpabit ſemetipſum, qui formidet Neptunum, trepidetq; ne terrã dirumpat aperiatque orcum. Increpabit Apollinem indignantem ob principem Achiuorum:

*alij, ſtili.

*alij, ſphinge.

Quem laudat ipſe & aſtat in triclinio,
Hac qui ipſe dixit: ipſe eum quoque conficit.

Deſinet etiam fato functum Achillem, illumque apud inferos Agamemnonẽ deplorare languentes & imbecillas manus vitę cupiditate porrigentes. Quod ſi quando caſib' ſolicitetur, ſuccumbatque faſcinatus, haud pudebit eum ſibi ipſi obiicere:

At tu age quam primum lucem pete, cunctaque dicta
Accipe, vt vxori poſt hac expromere poſſis.

Etenim Homerus id venuſte in νεκυίᾳ dixit, quaſi audiri ea ob fabuloſitatem debet à mulierib. Ea enim ſunt, quæ ſua ſponte comminiſcuntur poëtæ. Plura vero, q̃ non pro commenro habent, verum quia ita opinantur atq; exiſtimant, alliciunt nobis, vt q; de Ioue dixit Homerus:

Fata duo impoſuit torquentis pectora mortis,
Hectoris alterum erat bellacis, alterum Achillis,
Traxitque è medis, dependetque Hectoris hora
Fatalis, petiitque Orcum, quem liquit Apollo.

Fabula Æſchylus tragœdiam totam veſtiuit, inſcripſitq; Pſychoſtaſiã. Adiunxit lancib' Iouis hinc Thetim, hinc Auroram pro præliantibus præcantes filiis. Hanc quidem omnibus liquet fabulam eſſe & ad delectandum commentum, aut percellendum auditorem. At hoc:

Iuppiter omnipotens diſpenſat prælia nobis. Et hoc,

Cauſam

Caussam quidem praebet Deus mortalibus,
Vbi domum delere visum est funditus.

Haec iam vt sentiunt, atque vt credunt, relata sunt ab eis, qui suum de diis errorem & inscitiam inter nos effundunt nobisque tradunt. Iam cum prodigiosa de rebus inferorum figmenta ac descriptiones verbis horrēdis imprimunt visa speciesque ardentium fluminum, locorum tristium, cruciatuumque atrocium, non admodum multos fallunt non putum cum iis fabulosi ac pigmenti, vt cum cibis venenum confusum esse. Ac ne Homerus quidem, neque Pindarus, neque Sophocles, quod ita esse crediderint, ea scripsere:

Caligines hinc euomunt vastissimas
10 *Tenues opacae noctis amnes.* Et,
Oceani superant fluctus & Leucada petram. Et,
Orci breues fauces refluxaeque aequoris.

Atqui mortem qui vt acerbum, aut insepultum iacere vt miserum lamentantes metuentesque voces misere:

Méne indefletum linquas aut absque sepulchro? Et,
Ast anima ex membris volitans petit infera, fatum
Lugens, quod vires linquat floremque iuuenta. Et,
Méne floridum perdas, nam dulce lumen cernere est:
Neu videre me infera cogas.

20 Sunt hae permotorum praeoccupatorumque opinione & errore. Quo magis pellunt exanimantque hoc nos impletos motu & languore, ex quo proferuntur. Ad haec rursus comparemus nos, vt statim à principio aures nostrę circunsonent, non anxie laborare de veritate poësim. Quae autem his subest veritas, haec vel iis, qui nullo alio elaborant in negocio, quam in cognitione & perceptione veri, sane quam difficile percipitur & comprehenditur: vt ipsi fatentur: sintque Empedoclis haec prompta carmina:

Nec spectata viris, accepta nec auribus haec sunt,
Nec percepta animo.

Iam haec Xenophantis:

Nemo fuit, nec erit mortalis, cognita cui sint
30 *Omnia, quae de diis & mundo dicimus omni.*

Et vero etiam Socratis verba, qui apud Platonem horū cognitionem eiurauit. Minus enim vt explorati quid de his habentib. attendent poëtis, in quibus philosophos cernunt aestuantes. Multo magis etiam inhibebimus iuuenē, si statim, cum admouebimus eum poëtis, poëticam praescribamus artem esse aemulatricem & facultatē picturae, reciprocā. Nec modo illius vulgo celebrati meminerit dicti, poësim loquētem picturā, contra, picturam poësim esse tacitā: verum insuper doceamus eū lacertam pictā vel simiam imaginemq; Thersitis cum conspicimus, retineri nos atq; admirari, nō vt pulchrā, verum vt similem. Neq; enim res ipsa permittat, deforme vt sit pulchrū. At imitatio siue in prauo, siue in bono assecuta similitudinē fuerit, cōmendatur. Cōtra, si foedi corporis formosam speciē ediderit, decorum & pa itarē nō red-
40 dit. Pingunt etiā absurda facta nonnulli, vt Timomach* * Midię pperrarum in filium parricidium, & in matrē Orestis Theon, Parrhasius commētitiā Vlyssis insaniam, congressus cū viris mulierū Chaerephanes lasciuos, in quib. praecipue assuescere debet iuuenis, vt discat haud approbare nos, cuius expressa imago est, factū: sed artē qua eleganter expressum est argumētum. Quando igitur poetica quoq; frequenter facinora tetra, motusq; ac mores effingit: debet q; in his laudis & artis est iuuenis nec recipere vt verum, nec vt rectum ꝓbare, sed cōmendare modo vt cōgruens argumento & cōpar. Vt enim suis vocem, crepitum trochlearum, ventorumq; fragores, & maris fluctum cum audim*, fatigamur & aestuam*: si quis vero haec assimilet apte, sicut Parmeno suē trochleas Theodor*, mulcemur: Ac hominē morbidū tabescētemq; vt triste spectaculum defugim*, At Aristophōtis Philoctetē & Silanionis Iocastam, ac
50 si tabescerent & morerētur, expressos libenter videmus. Similiter cum legit iuuenis, q; Thersites scurra, vel Sisyphus stuprator, vel Batrach* leno dixisse aut fecisse à poëtis fingitur, discat aemulā horū celebrare facultatē & artificium, quae vero effingit vitia actusq;, execrari & insectari. Neq; enim idē est rectū ac recte imitari. Recte est namq; q, congrue & germane. Germana autē, & congrua turpibus turpia. Siquidē Demonidis claudi crepidę, quę amissae optauit vt eius, qui has etat futat*, quadrarent pedib*. prauae erant. At congruebant illi. Atq; illud

Si ius violandum est, imperii caussa violandum est. Iam hoc,
Iusti quidem speciem tibi fac induas,
Sed facta molientis ad lucrum omnia. Et,
An munus haud capiam talenti. Et,

* Alii, medię

Satius mori est, talentum quàm contemnere.
Imo assequar, iactura etsi facienda sit
Somni, luam quoque supplicium apud inferos,
Vt impius talentum in argenti.

Sermones improbi sunt & vani, at Eteocli & Ixioni & Tocoglypho sent congruentes. Si ergo pueris suggeramus, non quo laudent hæc aut suffragentur eis, vêrum quod importuna praua que prauis & importunis moribus atque hominibus attribuentes scribant ea, ab opinione non lædentur poëtarum: sed contra, suspicio de persona premit actionem & orationem vt malam à malo tum actã, tum habitam. Cuius generis est, quod dicitur de concubitu, cum ex pugna fugisset, Paridis. Qui enim hominem alium nullum luce finxit, quã impurum & adulterum cum muliere concubantem, in turpitudine ostendit & probro ponere se istam intemperantiam. In his diligenter est attendendum, ecquas ipse poëta det aduersus dicta, vt minus sibi probata significationes: quod in prologo Thaidis fecit Menander:

Canas dea audacem, lepidam forma simul,
Ad hæc facundam, iniustam, excludentem domo,
Petacem, amet qua nullum, sed fingat tamen.

Elegantissime autem hoc genere Homerus vsus est. Occupat enim fœda insectari, & commendat probe dicta. Commendat autem ad hunc modum:

Protinus ille dedit blanda atque salubria dicta. Et,
Mitibus hunc verbis assistens ille reflexit.

At cũ pręuertit culpare, pene testato vetat abstinere, nec animũ aduertere vt absurdis & prauis: ceu cũ Agamem nonẽ expositur' esset intemperanter agentẽ cum sacerdote, præfatus est:

At non Atridæ sic est Agamemnoni visum,
Sed male dimisit: id est, implacide procaciter, & parum decore: Achilli vero ferocia verba accommodat:

Qui canis ebrie, habes oculos, at cor hic cerui.

Iudicium suum præfatus:

Pelides dictis probosis denuo Atridem
Aggreditur, nec sustinuit dum ponere bilem.

Haud enim probabile si: bonum esse irate & austere dictum. In actibus item:

Nempe etiam Hectoreo non recta animo neque honesta
Suasit apud Patrocli feretrum.

Luculente etiam probrosis elogiis vtitur, velut proprium suffragium addens actis vel dictis. Ac de stupro Martis deos fingit dicere:

Non laudandi actus praui, celerem tibi lentus
Occupat. De Hectoris insolentia & iactantia:
Talia iactauit, Iuno succensuit alma.

De Pandaro sagittante:

Sic fatur Pallas, persuasitque insipienti huic.

Atq; hæc in orationibus præiudicia censuras q; cuiusuis est, qui animum accommodat, perspicere. Alia vero ex rebus ipsis suggerunt præcepta: quomodo dixisse ferunt Euripidem ad eos, qui Ixionem vt impium, vt consceleratum probris increpabant: Arqui nõ ante eum eduxit scena, quam esset rotæ affixus. Apud Homerũ arcanum est hoc genus doctrinæ: q; tamen speculationem habet nõ infrugiferam, potissimum in reprobatis fabulis: quas allegoriis. vt nunc dicuntur, quæ vocitabantur olim ὑπονοίαις, deflectentes quidam & detorquentes, stuprũ cum Marte Veneris indicare Solem iactant, quod vbi iuncta sit, Veneris stellæ stella Martis, partus efficiantur adulterini: qui sole mox exoriente illasque occupante non larent. Iunonis Iouis gratia cultũ pręstigiasq; cesti purgationẽ volunt esse aëris, quãdo ad vim applicat ignẽ am: quasi non ipse ea euertat poëta. Nam vbi de Venere agit, docet attentos musicam prauã, cantilenasque lasciuas, & sermones, vbi improbam sunt nacti materiam, mores architectari incestos, vitam effœminatam, homines q; delicias, mollitiem, & mulierositatem sectantes,

Alternas vestes, thermas, lectos geniales.

Vnde Vlyssem canit imperantem citharœdo:

Tu vero transi, cultumque modo accine equestrem.

Recte atque ordine præcipiens argumentum musicos ac poëtas mutuari debere * prudentibus & cordatis. At de Iunone vbi tractat, elegantissime ostendit consuetudinem cum viris gratiamque medicamentis & præstigiis & dolo conciliatam non modo momentaneam, fugacem atque fluxam esse: verum etiam in simultatem degenerare & in iram, simulatque voluptas elanguit. Quippe hoc denunciat ei significatque Iupiter:

*Alii, temperantibus.

Vt videas, tibi num prosit complexus amorq;,
Quo mihi digrediens ab diis es iuncta dolose.

Fœdorum enim expressio & simulachrum factorum si adiunxerit congruam notã & fraudem patratorib⁹, profuerit, non offenderit auditorem. Philosophi certe exempla vsurpant, cũ admonent & erudiunt sumpta ex reb⁹ gestis. Poëtæ id agunt comminiscentes ipsi facta & fabulantes. Melanthius quidem, siue ioco siue serio ciuitatem Atheniensem ab oratorũ ait dissensione & discordia conseruari. Neq; enim inclinare in eundem parietem omnes, sed fieri in rerũ tractantiũ distractione aliq; momentum q; prauum retrahat. Dissidia mutua poëtarum inuicem fidem ad se retrahentia non sinunt validam propensionem fieri ad id, quod labefa- 10 ctat. Atque vbi pugnas orationum detegit collatio, suffragari decet meliori, vt in his:

Filii subinde imponunt dii mortalibus:
Facilimum est dictu deos incessere. Rursus,
Gaudere te affluentia auri hac non decet,
Sunt fœdæ opes, si nil scias aliud boni. Et,
Quid te fatiges? longe præstat emori. Et,
Non est deos venerari cælicolas labor.

Ea enim euersiones habent paratas si, vti diximus, iuuentutem iudicio dirigamus ad saniora. Quæ vero dicta sunt importune, nec sunt euersa statim: hæc cõtrariis, quæ aliis locis ipsi protulere, sunt conuellenda, non succensendũ poëtę, vel in eum stomachandum verum in relata pro morib. hominũ & loco. Primum si placet descriptis ab Homero deorum inuicem præci- 20 pitationibus illatis ab hominibus vulneribus, contentionibus, offensionibus oppone hæc:

Ede re quid dictis noras tu rectius istis?

Et consideras hercle & dicis ea alias rectius meliusque

Dii placida vita potiuntur. Et,
Delectantur eo dij secula cuncta beati. Et,
Sic statuere etenim miseris mortalibus ægram
Ducere dij vitam, degunt ipsi sine cura.

Sunt enim hæ de diis sanę opiniones & verę: illa vero ad homines conficta percellendos. Rursus cum ait Euripides:

30 *Varius dolis nos per deos eluditur,*
Probior licet natura diuis suppetat.

Bene erit subiicere:

Si quid male faciunt dii, dii sunt minime.

Quod quidem ab eodem dictum est rectius, Et cum peramare Pindarus & stomachose dixerit:

Mouenda cuncta sunt, inimicum vt opprimas.

At tu ipse sane dicis:

Iniuriam dulcem manet amarissimus
Finis

40 Et cum Sophocles ait:

Lucrum suaue, etsi sit ex fallaciis,

Atqui ex te audiuimus.

Fructum ferunt nullum sermones subdoli.

Illis vero, de diuitiis quæ disserit:

Opibus patent cuncta, & reclusum his est nihil. Et,
Qui possit infelix quisquam vllus atque inops,
Quæ amat assequi: corpusque fœdum & squalidum
Reddit decorum lingua & valde intelligens.

Multa obiicias Sophoclis, ex quibus hæc sunt:

50 *Inops, quid obstat, gloriam quin compareť?* Et,
Mendicus haud peior, probe modo sisapit.

Et alia:

Bona multa quid iuuant, male suada si educat
Diuitias opes cura?

Menander excitat quidem libidinem inflammatque amatoriis & flagrantibus illis verbis:

Quicquid viget, solemq; nobiscum aspicit
Communem, id omne mancipatum est luxui.

Vice versa reflectit ac reuocat nos ad rectum, atque petulantiæ ferociam euellit hisce dictis:

Est vita turpis,licet sit dulcis,probrum.

Hæc enim cum illis sunt pugnantia,meliora tamen & conducibiliora. Alterutrum igitur talis efficiet pugnantium contentio & consideratio:aut deducet ad rectiora, aut fidem derogabit deteriori.Quod si absonorum dictorum non suggerant ipsi euersiones:è re erit vt aliorum sententias clarorum virorum cum eis comparantes,tanquam in lance propendamus in partem meliorem.Vt impellente nonnullos Alexide, cum dicit

Prudens voluptates habet conquirere.
Tria sunt enim,vitam plane quæ continent,
Bibere & comesse,vsum Veneris quibus addito.
Accessionis sint loco tibi cætera.

Subiiciendum diuersa Socratem dicere: Improbos comedendi & bibendi gratia viuere:bonos vero,vt viuant,comedere & bibere.Illi,qui scripsit,

In improbum est malum non telum improbitas.

præscribens quodammodo,vt improbis reddamur assimiles,obiiciendum dictum est Diogenis:qui rogatus,quemadmodum vlcisçaris inimicum,Si ipse,inquit, bonus probusque euaseris. Idem adhibendus est aduersus Sophoclem Diogenes. Siquidem innumeros homines cõsternauit,cum de mysteriis ad hunc modum scripsit:

Vt sunt beati vere illi mortalium,
Mysteria hæc qui contemplati ad inferos
Pergunt,licet nam hic illic solis viuere.
At cæteri experiuntur cuncta ibi mala.

Diogenes qui tale quid acceperat:Quid ais,infit:Melior ne erit à fato sors furi Patæcioni, quã Epaminondæ, quod initiatus sit. Nam Timotheo quidem Dianam canenti in theatro Mænada,Thyada, Phœbada, Lyssada: confestim succlamauit Cinesias, Talis tibi nascatur filia. Lepidum etiam Bionis illud ad Theognim dicentem

Cui res sunt tenues,nil quicquam hic dicere possit,
Nec facere,ast eius vinclo arcto est lingua restricta.

Quî fit igitur,tu pauper cũ sis,vt tam multa garrias & obtundas nos loquacitate tua? Nec vero prætermittẽda,quæ ex adiunctis in scripto vel dicto petuntur ad correctionẽ adminicula: sed vt medici cantharidis,quæ exitiosa est,pedes tamen & alias aduersari & discutere arbitrantur vires eius:similiter in poëmatib⁹,si vel nomẽ vel verbum, q̃ attextum est, impulsum ad deteriora retundat,id arripiendum est atque declarandum:sicut in hisce faciunt quidam

Præmia sunt ærumnosis mortalibus ista:
Proiicere in lachrymas sese & tendere capillum. Et,
Sic statuere etenim miseris mortalibus ægram
Ducere dij vitam.

Neque enim absolute dixit cunctis mortalibus fatum ab diis esse, vt acerbam degant vitam, verum insipientibus & amentibus, quos vt infelices & miserabiles ex improbitate solitus est miseros & ærumnosos appellare. Iam ratio est alia,quæ suspecte in poëmatibus ex peiori in meliorẽ partem conuertit,ex vsu sumpta vocabulorum: ad quam meditari potius adolescens quam ad glossas,quas vocãt, oportet.Est enim elegans illud & amœnum φιγεδανὸν malam mortem esse, tenere. Δάνον enim vocant mortem Macedones: καμμονίαν Aeoles ex perseuerantia & tolerantia victoriam: Dryopes πόπους dæmonas. Hoc vero necessarium & vtile, si compendium facere,& non capere intendimus ex poëtis detrimentum, cognoscere, quomodo nominib⁹ deorum poëtæ vtantur, præterea quomodo bonorum & malorum vocabulis, ac quo sensu ψυχὴν & μοῖραν vocitent & hæc ne,vt alia multa,ex ijs sint,quę vno modo an multipliciter apud eos dicuntur.Nam οἶκον nunc domum vocant:

οἶκον ἐς ὑψόροφον.id est, *Inq; domum excelsam.*

Nunc facultates.

Ἐσθίεταί μοι οἶκος id est, *Exhauriere domum nostram.*

Alij, ἐδύνει ἐσθίεται.

Et βίον,interim viuere.

*Ἀμενήνωσε δὲ οἱ αἰχμὴν
Κυανοχαῖτα Ποσειδάων βιότοιο μεγήρας.

Actum mihi debilitauit
Vitæ præ inuidia Neptunus,qui æquora torquet.

Interim pecuniam

——— Βίοτον δέ μοι ἄλλοι ἔδουσι.
——— *Vitam nostram atterit alter,*

Iam ἀλύειν aliquando pro morderi & æstuare vsus est.

ὣς ἔφαθ', ἣ δ' ἀλύουσ' ἀπεβήσατο, τείρετο δ' αἰνῶς. id est,

Sic

Sic ait: æstuat hac ingenti oppressa dolore.

Aliquando pro exultare & gaudere.

ἦ ἀλύεις, ὅτι Ἶρον ἐνίκησας ἀλήτην. id est,

Exultasne, Irum quod tu superasti Aletem.

Iam θοάζειν significat apud eos vel moueri, vt apud Euripidem:

κῆτος θοάζον τῆς ἀτλαντικῆς ἁλός. id est,

Cetus mouens sese ex Atlantico mari.

vel sedere, vt apud Sophoclem:

Τίνας ποθ' ἕδρας τάσδε μοι θοάζετε,

10 ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι. id est,

Quibus mihi nam hic considetis sedibus,

Oleæ caput vestrum redimiti frontibus.

Scitum etiam est nominum vsum rebus aptare præsentibus, quod docent grammatici, quæ aliud alio in loco significant. Exempli gratia:

Νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐνὶ φόρτια θέσθαι. id est,

Exiguam vitato nauem, magna est oneranda.

Nam αἰνεῖν denotat τὸ ἐπαινεῖν. Iam ἐπαινεῖν hic pro vitare positum est, quemadmodum ex vsu recte dicimus, habere & valere iubemus, cum ibi nec requirimus quicquam nec accipimus. Sic ἐπαινὴν Proserpinam volunt, quidam quasi παραιτητήν. id est, recusatricem nuncupatam. Distinctionem itaque hanc & discrimen nominum in maioribus & grauioribus obseruantes, 20 ab diis ingrediamur ad docendum iuuenes, vsurpari à poëtis vocabula deorum, nunc cum illos ipsos mente comprehendunt, nunc cum facultates quaspiam, quarum sunt dij largitores, eodem eas nomine nuncupant. Verbi gratia, Archilochus cum precans ait,

Vulcane rex audi, mihique fer to opem

Tibi supplici placidus, mihique commoda,

Præbere quæ soles.

Ipsum deum liquet à poëta inuocari. Vbi vero obrutum fluctibus maris virum sororis & iusta carentem sepultura lamentans, memorat cladem se laturum fuisse moderatius:

Si caput illius & membra venusta relucens

Vestibus in mundis raperet Vulcanus adusta.

30 Ignem ibi non deum appellauit. Iam Euripides, qui ait in iureiurando:

Iuro Iouem astraque & Martem sicarium:

Ipsos prædicauit deos. At cum Sophocles dicit:

O fœmina cæcutit, & videt nihil.

Facie suis Mars sed miscet mala omnia:

Intellige bellum: sicut ipsum ferrum, in hoc versu Homeri:

Horum nunc atri Mars sanguinis hausit acutus

Riuos.

At inter multa, quæ ita dicuntur, sciendum & memoriâ tenendum, & Iouis nomine nunc ipsum deum ab eis, nunc fortunam, subinde appellari fatum. Nam cum dicunt:

40 *Iuppiter omnipotens, regnator ab Ida.* Et,

O Iuppiter quis esse te ausit dicere

Sapientiorem se.

Ipsum dicunt deũ. Cæterum quãdo omniũ actorum asscribunt causas numini Iouis, aiuntq́;

Præualidos animos multos præmisit ad orcum.

Consilium vero Iouis implebatur.

Fatũ. Neque enim deum poëta malum moliri putat hominibus, verum rerum necessitatem rite ostendit: quod ciuitatibus, exercitibus & ducibus, si modestos ac frugi se præbeant, prospere acturos in fatis sit, hostesque superaturos. Sin perturbationibus animi ac vitiis labefactati, vt hi, inter se dissentiant, seditionesque moueant, infamem molestamque vitã acturos, 50 atque exitum sortituros turpem.

Fatum est enim, malum quod consilium debet sequi

Mortalibus merces mala.

Sane Promethea Hesiodus fingens monentem Epimethea,

—— Non sumere dona

Ab Ioue supremo, verum contemnere cuncta:

Pro fortunæ potestate vsurpauit nomen Iouis. Vocauit enim bona fortuita Iouis dona, opes, nuptias, imperia, omniaque, quæ extra nos posita sunt: quorum est non valentibus probe vti noxia possessio. Quare leui homini & vecordi arbitratur Epimetheo declinanda & metuenda fortunæ blandimenta, vt quæ læsura eum sint & labefactura. Iam cum dicit:

——Vlli perniciosam
Tu caue egestatem probro cuiquam miserandam
Vertas, diuorum munus sit cum illa beatûm.

Hîc fortuitum theosdorum, id est, diuorum munus dixit, q̃ nihil fortunæ malignitate inopiam tolerantib⁹ exprobrare deceat, verum cõiuncta cum inertia, socordia, mollitia, luxu paupertas fœda & probrosa sit. Nondum enim cum ipsum nomẽ fortunę vsurparent, quia tamen vim causæ perspiciebant, cuius inconditus nullisq; circumscriptus terminis motus vagaretur, validã atq; ineuitabilem esse humanæ rationi, deorum appellationib⁹ eam expressere, vt nos res, mores, & vero orationes quoq;, & viros vocare cœlestes & diuinos solemus. Eo igitur complura, quæ de Ioue importune dici videntur, corrigenda, in quibus sunt hæc:

Dolia bina Iouis sunt sita in limine: quorum
Diris est fatis hoc plenum illudque secundis. Et,
Iuppiter omnipotens infecta hæc fœdera liquit,
Atque vtrisque graues clades contexuit illis. Et,
Tuncq; mouebantur duræ primordia cladis
Troiano & Graio fuit alti mens Iouis ista.

vt quæ de fortuna & fato dicantur, quorum incomprehensibilis nobis causa atque supra captum est nostrum. Vbi vero consentaneum, rationi conueniens, & verisimile est, ibi proprie appellari arbitramur deum, ceu in hisce:

At hic versabat hominum turmas aliorum,
Sed Telamoniadæ Aiacis certamina vitat,
Inuidia ille Iouis pressus: si cum meliore
Ille viro pugnet. Et,
Nam Iuppiter mortalium illa cura habet,
Sed parua contemnens dijs cedit cæteris.

Nec vero sunt obiter consideranda vocabula cętera, quę multis in rebus versantur & traiiciũtur à poetis, vt est nomen virtutis. Quando enim nõ prudentes modo iustosq; & bonos efficit in reb⁹ & verbis, verum etiam gloriam fere & potentiam conciliat, ideo in fabulis poetę claritatem & potentiam virtutem nuncupant, sicut oleam fructum oleæ, & ficum fici eodem nomine atque arbores, quæ eos ferunt, vocitant. Quare adolescens nobis, quando aiunt:

Sudorem ante fores dii virtutis posuere,
Virtute illorum Danai rupêre phalangem. Et,
Mors si oppetenda sit, decorum ita mori
Deposito in virtute vera spiritu.

Statim existimet* de habitu in nobis dici hæc optimo & diuinissimo, quem rectam rationem & naturæ rationalis apicem tenoremque conuenientem animi intelligimus. Enimuero vbi è diuerso legit hoc,

Iuppiter amplificat mortalibus imminuitque
Virtutem. Et illud,
Diuitiis etiam virtus concedit honorem,

Ne sedeat opulentos stupens & suspiciens, quasi venalem nummis possideant virtutem, neq; in fortunę manu positum, vt alat prudentiã suam vel præcidat, existimans, verum pro gloria aut opib⁹ aut prosperitate, aut re qua simili vsum arbitretur poetam virtutis appellatione. Etenim κακότητι aliquando prauitatem & vitium animi peculiariter significant, vt Hesiodus:

Τὴν μὲν γὰρ κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι.
Namque etiam large vitium tibi sumere promptum est.

Interim afflictionem vel infortunium, vt Homerus:

αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσιν.
Quippe homines citius rerum asperitate senescunt.

Quandoquidẽ etiam felicitatem, fallaris, si poetas perinde arbitreris vsurpare, vt philosophi asserunt eam esse absolutũ bonorũ habitum possessionemue, aut omnes numeros secundum naturam fluentis vitæ, ac non identidem per abusum locupletem felicem vel beatum vocare, ac potentiam vel gloriam felicitatem. Homerus enim recte vocabulis his est vsus:

Aruis haud quaquam lætus regno spaciosis.

Et Menander:

Mihi sunt opes lautæ, & copiosus nuncupor
Ab omnibus, beatus autem à nemine.

At Euripides multa miscet & confundit, cum dicit:

Ne mæsta vita beata hæc existat mihi. Et,

*Alij, de virtute & habitu in nobis dici hæc diuinissimo.

Tyran-

Tyrannidem quorsum beatitudinem
Colas iniquam.

Nisi, sicut diximus, vocum translationes & abusus sequare. Atque hactenus de his satis. Illud vero nō semel, sed subinde iuuenturi subiciendum, demonstrandumq;, poesim, cū argumentum habeat simulatum, in reb⁹, quas tractat, & moribus quidem pigmenta adhibere & splendorem, affinitatem tamen non abiicere veri, habereque æmulationem in probabili delectabile. Quare etiam vitij & virtutis confusas gestis notas, quæ non vndequaque flocci facit veritatem, mimesis simul edit: vt Homeri illa multam salutem Stoicis dicens: qui nulla suffusam improbitate virtutem, neque vlla probitate præditam nequitiam contendunt, sed semel offendere in omnibus indoctum, contra vbique probum recte agere. Hæc enim in scholis audimus. Enimuero in rerum actibus & vita multitudinis, vt ait Euripides:

Minime seorsum existant vel bona vel mala:
Confusio est enim quædam horum.

Porro extra verum vtitur præcipue poetica varietate multiplicią; forma. Namq; pmotiones, improuisum & inexpectatum, cui comitans est cū stupor mult⁹ tum venustas, subministrant fabulis vicissitudines. Quod vero simplex est, nō commouet neque est fabulosum. Quare nec eosdem fingunt semp vbiq; victores, nec florentes, aut prosperitate vtentes. Imo ne deos quidem, in negocia vbi inciderunt humana, immotos & non offendentes indueunt, ne vsquam q̃ terret & obstupefacit in poesi ociosum sit, discrimen si abesset & aduersarius. Quæ cum ita se habeant, inducamus in poemata iuuenes non eiuscemodi præditos opinionib⁹ de præclaris illis & magnificis nominib⁹, viros illos sapiēres & iustos fuisse, summosq; reges atq; normas virtutis omnis & officij. Siquidem grauiter vulneretur, omn a qui probabit & suspiciet, non stomachans, neq; audiens, neq; recipiens culpantes eos, cum huiuscemodi agunt & dicunt

Iuppiter ô vtinam genitor, Pallas & Apollo,
Nemo ex Troianis queat hinc euadere saluus,
Nemo ex Argiuis: cladem nos effugiamus,
Troia euertamus sacrata vt mœnia soli. Et,
Vox mihi Cassandræ Priami natæ miseranda
Audita est, fallaxq; Clytemnestra hanc iugulauit,
Idque capatrauit, quo me cum pellice iungat,
Sicq; senem infestet, paruique illi, atque peregi. Et,
Iuppiter in diuis te haud est capitatior alter.

Nihil assuescat horū iuuenis commendare, neq; prętextibus adferentis & velamentis speciosis in reb⁹ contechnandisq; terris artē suam & calliditatem ostentet: cęterum illud arbitretur potius, simulachrum poesim esse morum & vitę, hominumq; non integrorum nec defecatorum, nec vndequaq; inculpatorum, sed suffusorum animi perturbationib⁹, falsis opinionib⁹, & inscientiis, qui ex bona indole sese ad rectum frequenter traducunt. Nam ea adolescentis comparatio & sensus, qui recte dictis & factis incendatur atq; inflammetur: peruersa vero non admittat reiiciatq; audientiā faciet innoxiam. Enimuero qui miratur omnia, & omnib⁹ se accommodat, & cuius iudicium p gloriam mancipatum est ab Heroicis nominib⁹, vt qui effingunt Platonis gibbum & blæsitatem Aristotelis, incautus in multa tetra impinget. Atqui nō sunt religio se neq; quasi ex superstitione in templo horrenda cuncta & adoranda, verum animose assuescendum acclamare nō secus, non recte neq; ordine, quam recte atque ordine. Vt concionē aduocat Achilles ægrotantium militum otium esse ab armis grauiter ferens, idq; potissimū ob claritatem & gloriam suam bellicam. Quod autem peritus esse medicinæ ac sub diē nonum, qui esse horū solet decretorius, animaduerteret nō esse morbum vsitatum, neq; ex vulgarib⁹ causis extitisse, exurgens nō concitat multitudinē, sed regi se consiliariū prębet.

Nunc nos Atrida retrò soli redeamus.

Recte hæc, moderate & ordine. At cum vates iram timere se potentissimi Græcorum ostendit, non iam recte neque modeste, deierans neminem se viuo allaturum ei manus, adiungit:

——*Etiam si Agamemnona dicas.*

Regis ostendens contemptionem & despicientiam. Hinc magis incensus manum gladio admouet habens deliberatum eum interficere, neque ad honestum vel ad vtilitatem recte. Mox rursus pœnitentia ductus:

Condidit ille ensem rursus, paruitque Mineruæ.

Recte rursus atque honeste, quod cum opprimere in totum nequiret flammam, prius tamē, quā atrocius quid admitteret, immutauerit se atque repressērit obtemperans rationi. Iam ridiculus est in suis ad concionem factis dictisque Agamemnon, verum de Chryside grauior & magis regius. Nam Achilles, cum duceretur Briseis,

Illachry-

Illachrymans, soluisq; sedens defugit amicos.

Ille vero naui imponens traditamque ablegans mulierem, quam paulo ante coniugi se suæ in amore ait præfetre: nihil fœde, nihil amatorie designauit. Atqui Phœnix, in cuius caput pellicis causa execratus fuit pater:

Hunc ego constitui districto occidere ferro,
Verum aliquis diuûm bilem tenuit, populo qui
Subiecit rumorem hominumq; opprobria multa:
Percussor patris ne dicerer inter Achiuos.

Atque Aristarchus quidem aliqua religione adductus versus hos expunxit: cum tempori sint accommodata, erudiente Phœnice Achillem, quid ira sit, & quo per bilem homines progrediantur, quando frenũ rationis mordent, nec lenientibus molestias auscultant. Etenim Meleagrum subtexit ciuibus infensum, mox patientem se leniri: recte motus illos obterens: ac non obsequi his, sed repugnare, dominari, & pœnitere vt rectum & conducibile laudans. Atque hic quidem non obscurum est discrimen. At vbi sententia in obscuro est, disterminabimus hoc modo iuueni subijcientes: Si Nausicaa hospitẽ contemplata Vlyssem, atque perinde ac Calypso erga eum affecta, vtpote lasciuiens & ætate nubilis, ita apud ancillas delirat:

Quam vellem, hic habitet mecum, & meus ille maritus
Dicatur, placeatq; suas hic figere sedes.

Audacia reprehendenda eius est proteruitasque. Si vero ex verbis eius notans mores, colloquium que eius mirata insigni præditum prudentia, præoptat tali iuncta esse, quam ciui alicui pecunioso & saltatori, commendanda sit. Rursus colloquẽte eum procis comiter Penelope, atque donantibus ei illis vestes, aurum, & ornamenta alia, lætus Vlysses:

Dona quod illorum cepisset, corde triumphat.

Siquidem muneribus & quæstu gestit, profeissum in comœdia superat lenocinio Poliagrum.

Beatus est Poliager, cælestem capram
Qui nutrit ac multis di:ante n censibus.

Sin vero ratus potius opportunos habiturum se ob spem & expectationem, nec opinantes, non iniusta est eius lætitia & fiducia. In dinumeratione item pecuniæ, qua cum eo exposita abnauigauerunt Phæaces, si reuera tanta in solitudine & rerum suarum cęcitate atque incertitudine deprehensum nummi solicitant:

Ne illi discedant prædam ex puppi rapientes.

Miserandæ sint vel odio dignę hercle eius sordes. Sin autem fluctuans, vt nonnulli ferunt, de Ithaca, saluam pecuniam arbitratur documentũ esse Phęacum innocentiæ. Neq; enim gratis in alienam oram eiecturos fuisse & deserturos temperantes ab argento se, nec leui vtitur indicio ac perhibenda est prouidentia. Aliqui ipsam expositionẽ, si facta vere est, dormiẽtis reprehendunt, ac Tuscos aiunt historiam quandã seruare, fuisse somnolentũ natura Vlyssem, ideoq; non facile conueniri potuisse à multis. Quod si somnus non fuit verus: sed cum Phæacas erubesceret sine muneribus & benignitate dimittere, nõ posset autẽ præsentibus illis fallere inimicos, vsus est fluctuationis suæ obtentu dormire mẽtiens se, approbãt. Hæc igitur iuuentuti si pro exemplis demonstrauerimus, nõ permittemus præcipites in mala ferri mores, sed meliorum æmulationẽ, & studiũ illico his, ex vituperatione, illis ex laudatione tribuemus. Id vero faciendum potissimum est in tragœdijs, quando orationes in factis infamibus & tetris habent facundas & versutas. Neque enim vndequaque verum est Sophoclis dictum:

Factis bona haud quadrat malis oratio.

Nempe solet hic moribus obscœnis & importunis factis applaudẽtes & blãdas subministrate causas. Et contubernatis eius item vides quemadmodũ incusantẽ insuper Phædram Thesea fingat, quod ob illius scelera Hippolytũ amauerit. Parem Helenæ quoque fandi aduersus Hecubam in Troadibus tribuit libertatẽ, existimanti in illam potius, quod esset adulterum suum enixa, animaduertendum. Nihil igitur horũ pro scito, aut solerti insuescat habere iuuenis, neque huiuscemodi cõmenta amplectatur, sed execretur dicta citius, quã actus ipsos prouteruitatis. Deniq; cuiusque dicti ex vsu est perscrutari causam. Siquidẽ Cato admodum puer adhuc pręceptis parebat quidẽ magistri, causam tamen & rationẽ præcepti poscebat. Poetis vero non est fides vt magistris, vel legislatoribus adhibẽda, nisi argumẽtum ratione nitatur. Nitetur autem, si rectum sit, si vero prauum reperietur, euanidum & cassum. Cæterum plerique talium causas requirunt acerbe & percunctantur, quemadmodum dictum sit:

Supra potantum cyathum imponito nunquam
Cratera. Et,
E Rheda in currum quisquis transcenderit, ille
Hasta cædatur.

Attre-

At rerum maiotum fidem recipiunt inexploratam: cuiuscemodi hæc sunt:

Hoc abiicit quamuis feroces spiritus,
Probi patris matrisue si sint conscii. Et,
In rebus asperis animo esse conuenit
Humili.

Et quidem tangunt hæc mores, animiq; tenorē solicitant iudicia inurendo improba & degeneres opiniones, nisi ad qdlibet horū obfirmati obiiciamus: Quare asperis in rebus est animus abiiciendus, ac non fortunæ potius reluctandum, erigetq; se ipse atq; excitabit? Cur si ex patre fœdo & insulso natus, ipse probus sim & sapiens, non debeā propriæ virtutis causa ma-
10 gnos animos, sed infractos gerere & summittere ob patris inertiā? Qui enim ad eum modū obiicit se & subsistit, neq; cuiuis orationi trāsuersum velut vento pbet se, sed recte putat dictū:

Mollis homo semper dicto se accomodat omni.

Complura parum vere vel vtiliter dicta auertet. Atq; hæc poëmatum innocentem lectionem præstabunt. Cæterū quia sicut sub vitis foliis & pampinis virentibus sæpe fructus abditur latetq; inumbratus, perinde in dictione poëtica & offusis fabulis multa iuuenem compendiosa & fructuosa prætereunt: quod vitandum est, neq; ab rebus aberrandum: sed inhærendū præcipue iis, quæ ducunt ad virtutem & conformare mores valent: ē re est, vt de his quoq; disserā breuibus, ac summatim res ipsas attingam, ductum vero sermonis, & apparatū, & exemplorū aceruum iis, qui scribunt pomposius, relinquam. Primum igitur iuuenis, qui proborum & im-
20 proborum morum personarumq; habet notitiam, animum aduertat orationibus & actibus, quos poëta vtrisq; apte assignat. Vt ad Agamemnonem Achiles ait, quamuis dicat cum felle:

Par mihi non fuerit tecum vnquam præmium, Achiui
Vrbem diripient Troianam quando beatam.

At Thersites eundem probris increpitans fatur:

Plena æris tentoria sunt, multæ inque cubili
Eximiæ, tibi quas retulisti in dona, puellæ:
Præcipuam à nobis, quando expugnauimus vrbem.

Iterum Achilles:

Iuppiter annuerit si quando excindere Troiam.

30 Thersites vero:

Quem ducam vinclis constrictum aliusue in Achais.

Iam in lustrando exercitu cum laceraret Diomedem Agamemnon, nihil ille reclamauit,

Mordaces veritus regis minas reuerendi.

Sthenelus autem, qui nullo numero erat,

Mentri, inquit, caueas Atride, dicere vera
Cum noris: virtute patres longe superare
Optamus.

Etenim non neglecta eiuscemodi discrepantia iuuenem docebit laudabilem ducere modestiam & moderationem, arrogantiam, iactationemq; sui, vt rem leuem declinare. Est etiam
40 Agamemnonis hic factum considerare operæprecium, Sthenelum enim non appellatū præterit, non floccifecit Vlyssem: sed respondet & affatur,

Vt videt incensum, rursus sic dicerere cœpit.

Apud omnes enim se purgare seruile & alienum est à maiestate: omnes contemnere, insolens & fatuū. Optime vero obiurgatus Diomedes à rege, in prælio tacet, à p̄lio increpat eū libere:

Exprobrare mihi virtutem primus Achiuum
Sustinuisti.

Neq; ab re est viri circumspecti & vatis popularis non præterire disparitatem. Calchas enim temporis rationē non habuit, sed parui duxit regem, quasi author fuisset ipsis pestis, ad multitudinem criminari. At Nestor cum de reconciliatione cum Achille sermonem vellet inferre,
50 ne in crimen vocare ad vulgus regem vt lapsum & ira euectum videatur, ait:

Constitutum ornato, sentit sic namq; senatus,
Concilium q; accito frequens, illumq; sequare,
optima qui dicet.

Et secundum cœnā dimittit legatos Hæc enim peccati emendatio, accusatio illa erat & suggillatio. Ad hæc quæ ex gentibus resultant, aduertendæ disparitates sunt, quarum hic est modus. Troiani cum vlulatu & ferocia dant impressionem:

Ductorum Danai sine voce verentes.

Siquidem vbi ad manus ventum est cū hostibus conferendas, metuere imperatores, strenuitatis est & obedientiæ insigne. Hinc assuescendum docet Plato infamiam & turpitudinē im-

pensius quam labores & pericula formidare. Ac Cato plus sibi ait placere erubescentes quam expallescentes. Porro est etiam peculiaris pollicitationum nota. Dolon namq; promittit

Nauem Agamemnoniam, fuerit cum ad castra regressus.

Nihil ostendit Diomedes, minus autem demonstrat se formidaturum, si cũ altero mittatur. Nempe Græca est & probata prouidentia, ferocia barbara & vitiosa: atq; est hæc reiicienda, illa amplexanda. Insuper habet commendationem non inutilem animorum motus Troianorũ & Hectoris, quando Aiax cum eo ex pronocatione dimicaturus erat. Siquidem Æschylus ludis Isthmiis cæso in faciem pugile atq; insecuto clamore: Quantum valet, inquit, exercitatio: spectatores vociferantur, ictus silet. Poëta autem cum dicit, Aiacẽ in armis progredientem splendidum, gauisos cum viderent Græcos:

At Troianorum vehemens tremor occupat artus,
Cor q; etiam Hectoreum sub pectore palpitat ipsum.

Quis non probet diuersitatem? cum eius, qui periculum adit, cor salit modo, quasi luctaturus sane, aut stadium esset cursurus, spectatorum vero tremit & concutitur corpus studio & metu de rege. Hic vero iam optimi cum deterrimo expendendũ discrimen. Nam Thersites quidẽ

Præcipue Æacidæ hostis erat, cauti quoq; Vlyssis.

Aiax vero cum semper Achilli amicum, tum ad Hectorem loquitur de eo:

Certe cognosces tu liquido iam,
Quam in bellatores etiam post funera Achillis,
Magnanimi insignes Graiis superesse videntur.

Atq; hoc quidem Achillis est præconium, insequentia de omnibus dicta sunt vtiliter:

Nos vero tales sumus, vt qui occurrere multi
Possimus tibi.

Neq; solũ, neq; præstantissimũ esse censet semet ipse, sed cum multis suis similibus valentem dimicare. Atq; hæc quidem de similitudine satis sint: nisi illud quoq; adiungere velimus, in potestatem hostiũ Troianos viuos complures venisse, Achæorum neminem: atq; illorũ nonnullos fuisse hostibus supplices: vt Adrastũ, Antimachi filios, Lycaonem, ipsum, de sepultura qui orauit Achillem, Hectorem: horum neminem, quod barbarorũ sit supplicem esse in cõflictibus & summittere se ad pedes, Græcorũ vincere dimicantem aut occumbere. Quando autem vt in pratis florem apes, germen capra, radicem sus, cætera animantia sectantur semen & fructum: haud aliter in poëtis voluendis hic depascitur historiam, ille incumbit nitori & structuræ dictionum: vt de Euripide memorat Aristophanes:

Rotunditate quidem oris vtor illius.

Alii ea, quæ ad formandos mores dicta sunt frugifere, decerpunt. Cum quib⁹ igitur hic agim⁹, his suggeramus absurdum esse fabulas sectantem vane & inaniter dicta nõ prætermittere, neq; disserendi studiosum munde & oratorie: gloriæ vero & honesti amatorem, & qui non ludi sed eruditionis gratia accedit ad poëmata, solute & oscitanter aures accomodare iis, quæ ad fortitudinem vel continentiam vel iustitiam proferuntur, cuiusmodi hæc sunt:

Qui fit Tydide, vt nobis effluxerit omnis
Virtus, quin tu assiste mihi: namq; approbrium sit,
Si naues pugnax poterit nostras capere Hector.

Quippe constitutum in alea interitus cũ omnibus prudentissimum conspicere turpitudinẽ & nominis labem horrescentem non necem, hoc vero ad virtutem stimulabit iuuenẽ. Et hoc:

Gaudebat iusto sapienteq; diua Minerua.

Huiuscemodi elogium dat non diuite vllo, non formoso, nec robusto deam gaudentem, sed prudente & iuste fingens. Rursus cum Vlyssem ait non negligere se nec deserere,

Est quoniam prudens cordatusq;.

demonstrat vnum ex rebus nostris diis acceptum & diuinum virtutem esse. Siquidem solent teneri similibus similia. Quia vero magnificum esse videtur & est, iræ moderari, atq; ideo magnificentius cautio & prospicientia, ne in excandescentiam delabamur, aut ei indulgeamus: sunt hæc quoq; lectoribus non per transennam exemplis demõstranda, quod Priamo Achilles, qui non esset placabilis nec mansuetus, vt silentium teneret neq; irritaret se, præceperit hisce verbis:

Irritare senex noli me, reddere corpus
Hectoreum statui tibi, sic est ab Ioue iussum.
Nec te etiam castris expellam: Veneris etsi
Supplex, sed mandata Iouis & præcepta resoluat.

Atque Hectorem lotum obuelatumq; rhedæ imponit, antequam laceratus contumeliose aspiceretur à parente:

Ne natum

Ne natum hic cernens animo non comprimat iram
Tristi, atq; Æacides grauiter commotus eundem
De medio tollat, Iouis & præcepta resoluat.

Nam effusum in irā, ingenioq; asperū ardentioremq; non ignorare seipsum esse, sed præcauere ac vitare causas, atq; eas longe ante præuertere ratione, ne in eā perturbationē rapiatur vel inuitus mirificæ est prouidentiæ. Perinde cōparare se debet ad temulentiā vinosus, & ad amores amator: sicut à formoso, cum eum adisset, non sustinuit accipere Agesilaus osculum. Cyrus vero ne aspicere quidē Pantheā sustinuit: cum indocti cōtra, faces morbis suis accersant vndiq;: ad eaq; dimittant se, quibus opportuni & in quæ sunt procliues. At Vlysses nō solū se sustinet excandescentem, sed Telemachum etiam, quem ex verbis animaduerterat infestū esse & improborum hostem, retundit & componit procul, vt quiesceret & inhiberet se, præcipiens:

Sugillare domi insistent me, sed patienter
Fer mala nostra, sed & quamuis de limine nostro
Raptatus pedibus fuero, iaculisue petitus:
Tu tamen hæc spectans oculis tolerare memento.

Vt enim non iā in cursu frenāt equos, sed ante cursum: ita effrenes ad pericula atq; feroces rationibus præoccupant, compositosq; ante ad certamina ducunt. Iam nec nomina sunt ociose accipienda, sed ludus Cleanthis reiiciendus. Cauillatur enim interdum simulans explicare, Illudque

Ζεῦ πάτερ Ἴδηθεν μεδέων id est,
Iuppiter omnipotens celsa regnator ab Ida. Et,
Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε. id est,
Iupiter ô Dodonae.

Iubet legere hyphen: quasi aër ex halitu terreno propter sublatam in altum euaporationem ὑπαναδωδωναῖον sit. Chrysippus autem subinde malignus est, qui non iocatur, sed verba fundit inscite, cogitq; εὐρύοπα Iouem esse, mire facundum & traiicientem vi verborum. Præstat vero relinquere ista grammaticis, & premere magis illa, quibus & fructus inest & lepos.

Ira non parco, quoniam didici bonus esse. Et,
Omnibus ille quidem norat se reddere blandum.

Dum enim fortitudinem esse decernit disciplinam, atq; humaniter & blande versari cum hominibus ex arte & ratione censet effici: hortatur ne securus tuiipsius sis, sed recta cōdiscens ausculetesq; præceptoribus: quod etiam rusticitas & timiditas inscitia & ignorantia sit. His oppido consona sunt illa, quæ de Ioue & Neptuno exequitur:

Idem vtrisq; genus nimirum, patriaq; vna,
Iuppiter at maior natu & sapientior illo est.

Diuinissimum enim prudentiam esse & præcipue regium asserit, in qua summā excellentiam ponit Iouis. Nempe huius virtutes Iouis esse censet comites cæteras. Assuefaciendus simul etiam his iuuenis, vt vigiles aures præbeat:

Haud vanum narrat, mentis quoniam est sapientis. Et,
Antiloche ô pridem sapiens, quæ facta patrasti?
Virtutis labes nostræ & violator equorum. Et,
Is tu vir tum sis, quam dixit Glauce superbe.
Tu ô mollis dixi mentes superare aliorum.

Quod nec mentiatur prudētes, neq; ignaui præliatores sint in certaminibus: neq; immodeste alios obiurgent. Et dum inductum ait per insipientiam sacramenta confudisse Pandarum: prudentem ostendit credere se nihil iniuste facturum. Paria exempla licet de continentia ostendere incumbenti huiuscemodi dictis.

Antea enim illius coniunx Prœti ardet amore,
Furtum agitans Veneris, verum non perpulit illa,
Optima versantem prudenter Bellerophontem. Et,
Ante Clytemnestra committere fœda negauit,
Consilium nullum voluens animo nisi honestum,

Atq; in his etiam moderationis prudentiam authorem esse astruit. In ciendis vero pugnis, cum vbiq; dicit:

Non pudet ô Lycii: fuga quo nunc, ecce, volatis? Et,
Obuerset menti pudor & vindicta malorum,
Nunc nunc Mars ardet,

Prudentes videtur fortes fingere, quod praua timeant, & contemnere valeant voluptates & pericula subsistere. Quibus Timotheus motus non male in Persis adhortatus est Græcos:

Colendus est pudor, virtutem qui incitat. C 2 Æschy-

Æschylus vero etiam ob gloriam non esse inflato animo, vel commoueri, neque sustollere animos ex popularibus laudibus prudentiæ asscribit, cum de Amphiarao scribit:

Neque enim videri iustus hic, sed esse vult:
Alta recessum mente possidens, scatent
Ex qua salubria consilia per Graciam.

Nam fiducia sui suisq; fretum præstantissimis dotibus intelligẽtis est excelsos animos gerere. Omnibus igitur ad prudentiã delegatis omne genus demonstratur succedere cuiq; virtutis & doctrinæ. Apes sane duce natura ex acerrimis floribus & spinis asperrimis extricant lenissimũ & ꝓbatissimum mel: & pueri ꝓbe poëmatibus educabuntur, atq; ex iis de quibus suspicio est praua & absurda, elicere boni & fructus aliquid vtcunq; discent. Exempli gratia, venit quidẽ Agamemnon in suspicionem, quod largitione redemptus diuiti illi commeatum dedisset, 10

Æthram qui dederat dono, ad Troiam ne sequatur
Se excelsam, sed ibi se se oblectans resideret.
Namq; huic diuitias donarat Iuppiter amplas.

Verum recte atq; ordine sane fecit, vt ait Aristoteles, bonã equã tali homine qui habuit potiorem. Neq; enim cane vel medi⁹ fidius æstimand⁹ fit asino homo trepidus & imbellis, qui opibus & mollitia diffluit. E diuerso filiũ videtur turpissime Thetis ad delicias prouocare ac refricare libidinem. Verũ hic spectanda ex altera parte Achillis continentia est: quod q̃ Briseidis amans esset, cum ea ipsum adiret, exitum vitæ cernens instare non ad hauriendas properet voluptates, neq; vulgi more amicum inertia & officiorum negligentia lugeat: cæterum voluptatibus mœstieiæ causa tẽperet, negociis vero expeditionibusq; dedidit se. Contra nõ commendatur Archilochus, dum languet ob sororis virũ, qui in salo perierat, vino autem & lusu obniti statuit ægritudini suæ: causam attulit tamen haud improbabilem: 20

Non etenim flendo medebor, nec voluptates sequens
Atque epulas, quicquam mali offeram,

Nam si ille nihilo secius acturum arbitrabatur se delicias & conuiuia sectantem: qui conditio nostra erit deterior philosophantium, remp. capessentium, ad forum progredientiũ, in Academiam descendentium, agriculturam amplectentium? Vnde nec respuendæ, quæ adiunctæ sunt, reuocationes, quas Cleanthes & Anthisthenes vsurpauere. Hic enim sane quam recte frementes, cum vidisset in theatro Athenienses: 30

Quid turpe, ni videatur ita vtentibus?

subiiciens illico:

Est turpe turpe, etsi videatur quidlibet.

Cleanthes de opibus:

Donato amicis, atq; corpus sumptibus
Ægrum restaurato.

iunertens sic:

Donato scortis, atq; corpus sumptibus
Ægrum labefactato.

Et emendans Zeno hoc Sophoclis: 40

Quisquis domum elatam tyranni intrauerit,
Fit illius seruus, licet liber venit.

mutauit:

Haud illius seruus fit, si liber venit.

Liberũ ostendens hic simul intrepidum esse & magno animo excelsoq;. Quid ergo causæ est, quin & nos huiuscemodi acclamationib ad meliora auocem⁹, si ad hunc modũ dictis vtamur:

Optabile est hoc omnibus mortalibus,
Telum vt cadat pro voto solicitudinis.

Non, sed

Telum vt cadat decenter solicitudinis.

Nam quæ non decent, ea volentem accipere & assequi indignum est & auersandum. Et, 50

Atreus non genuit te ad cuncta secunda Agamemnon,
Sed gaudere decet te tristariq;.

Minime gentium dicemus, sed gaudere non tristari mediocria assecutum. Nam

Atreus non genuit te ad cuncta secunda Agamemnon.
Eheu malum est inuectum humanis cœlitus:
Quando bonum nosti, neq; vsurpas tamen.

Brutale est igitur, stultum, & miserum scientem rectiora à deteriore ex intemperantia & mollitia abripi.

Dicentis inducunt mores, non dictio.

Sane & mores & dictio, vel mores per dictionem, sicut per frenum equus, & per clauum gubernatur: quod nullum sit virtuti æque humanum aut familiare instrumentum vt oratio.

In fœminam quam masculum sit pronior,

Vbi adest decor, vtraq; qui est dexter manu,

Rectius diceret, vbi adest temperantia, ambidexter reuera & in neutram partem propensus est: at qui à voluptate & forma huc illuc se versat, sinister & instabilis.

Diuina probent terrorem sapientibus.

Nequaquam sane, sed

10 *Diuina prabent magnum animum sapientibus.*

Metum enim insipientibus ingratis, & amentibus: quod scilicet, quæ est omnis causa & fons boni, virtutem vt noxiam suspectent & timeant. Atq; correctionis quidem tali genus est. At vsum in plerisq; dictorum præclare præmonstrauit Chrysippus, traducendum & circumagendum, quod vtile est, ad consimilia genere. Cum enim ait Hesiodus:

Nec vel bos pereat, vicinus ni malus adsit.

Idem de cane, de asino dicit, atq; perinde de omnibus, quæ perire queunt. Iam cum dicit Euripides:

Qui mortis est securus, haud hic seruus est,

Intelligendum de dolore & morbo eum idem retulisse: Vt enim morbo cōgruentis vni medi-
20 caminis vbi vim aduerterunt medici, traiiciunt id, vtunturq; eo ad paria cuncta: ita sermo cōmunis, qui publicare valeat vsum suū, non debemus permittere, vni rei vt sit affixus, sed eum ad omne flectere affine docereq; iuuentutem vt promiscuum vsum consideret, transferatque raptim ad cognatum, in multis exemplis iactans se atq; excolens ad acumen ingenii: vt cum ait Menander

Beatus est, quicunq; mentem habet atq; opes.

Idem de gloria, de imperio, de eloquentia habeat dictum. Castigatio autem, qua vsus est apud Achillem in Scyro inter puellas delitescentem Vlysses:

Tu lumen extinguis rutilans originis:

Nec optimi Graium parentis filius.

30 Etiam in gurgitem valeat torqueri, & in exercentem turpem quæstum, in supinū, & indoctū:

Bibis optimi Graium parentis filius,

aut aleæ indulges, aut ludum exerces cædendarum coturnicum, aut cauponaris, aut fœneraris, nec quicquam excelsi cogitas aut dignum tua nobilitate:

Ne dixeris Plutum, haud ego hunc miror deum.

Quem & pessimus facillime parauerit.

Nimirum nec gloriam dixeris, nec formæ decorem, nec paludamentum imperatorium, non Sacerdotalem coronam, quorum fieri vel teterrimos cernimus compotes:

Turpes enim formidinis sunt filii,

Et vero etiam lasciuiæ, superstitionis, inuidiæ, morborum deniq; omnium aliorum. Præcla-
40 rum Homeri dictum hoc:

Infelix Pari forma insignis. Et,

Hector forma insignis.

Obterendum enim & rota dignū censet eum, cum boni formositate pulchrius suppetit nihil: accōmodabimus hoc similibus, coercentes eos, quibus res nihil spiritus dant, ac docentes iuuentutē opprobriū ducere & contumeliā hæc. Pecunia præstantissime, cœnis præstantissime, liberis vel iumentis præstantissime, vt hercle secundū hæc facundia præstantissime. Est enim quærenda ex honestis præcellentia, & inprimis vt sis primus, & magnus in maximis. Gloria enim ex tenuibus & leuibus collecta rebus in gloria est & pudibunda. Siquidem hoc exemplū statim subiicit nobis, vt obseruemus vituperationes & laudationes, potissimum in Homeri
50 poëmatibus. Magna enim significatio datur bona corporis & fortunæ eum non magni faciēda putare. Namq; primum in salutando & appellando non pulchros, inter se non diuites, non robustos vocant, sed faustis hisce vocabulis vtuntur:

O generose Laertiade, ingeniosé q; Vlysse.

Nate Hector Priami, diuum qui æquare parentum,

Consiliis valeas. Et,

Insignis Graium Pelide gloria Achille. Et,

Clare Menœtiade tu animo gratissime nostro,

Deinde insectantur eos nulla facta corporeorum mentione, sed vitiis reprehensionem infligunt:

 Ebrie

Ebrie cor cerui retinens oculosq; caninos. Et,
Aiax ad lites simul & maledicta parate. Et,
Idomeneu quid tu ante ferocia verba dedisti?
Non te verborum fastus decet. Et,
Vaniloque ô Aiax & iactabunde.

Deniq; Thersites ab Vlysse non claudus, non caluus, non gibberus, verum loquax per opprobrium dicitur. Vulcanum vero genitrix vel blandiens à claudicitate appellat.

Surgito claude pedem fili.

Ita ridet Homerus erubescentes claudicationis aut cæcitatis causa, non culpandum censens eum qui turpis non fit: neq; turpe, qui non sua culpa, sed casu extitit. Duo igitur assuescentibus audire poëtas accrescunt luculenta commoda, vnum ad moderationem, nemini vt fortunam odiose & stulte improperent: Rursus ad excelsitatem animi alterum: Ne alteram fortunam experti frangantur neq; tumultuentur: verum ferant dicta, probra, & risus leniter: habeantq; præcipue Philonis illud sub manu:

Iucundius nihil neq; est venustius,
Quam ferre conuitium si possis leniter.

Quod si quem correptionem requirere appareat, offensiones & vitia corripe: vt tragicus Adrastus Alcmæoni, qui ipsi obiecerat:

Cognatus es, virum qua occidit, fœmina:

respondit: 20

Percussor at matris tu, qua tete edidit.

Nam vt vestes qui flagellant, non attingunt corpus: ita qui dicam fortunã cuiuspiã aut pudẽda natalia exagitant, mordent nequicquam & stolide extra posita: animum vero nõ perstringunt, neq; ea, quæ vere desiderant correctionẽ & dentem. Adde his, quod sicut supra aduersus peruersa & nocua poëmata dicta, ac sententias clarorum & politicorum virorum obiiciendo fidem eius derogare & detrahere videbamur: ita si quid apud eos elegans inuenerimus & vtile, id alendum amplificandumq; est sententiis & elogiis philosophorum, deferentes illis inuentionem. Æquum est enim id & conducibile: quod robur & authoritatem fides asciscat sibi, cum dictis ex scena & ad lyram cantatis meditatisq; in ludo Pythagoræ & Platonis placita consentiant, Chilonisq; præcepta atq; Biantis ad easdem sententias cũ ludicris illis lectionibus ducant. Quare non obiter præmonendum hoc, 30

Non tibi sunt fili concredita munera Martis:
Dulcem verum operam lecto prabe geniali. Et hoc,
Iuppiter offensus tibi, quod tu cum meliore
Congrediare viro.

Nihil discrepare ab illo, Nosce teipsum, sed sententiam habere cum illo eandem. Et hoc,

Ignorant stulti toto plus dimidium esse. Atq; hoc,
Consilium prauum est authori pessima noxa.

respondere Platonis in Gorgia & repub. scitis de eo, fraudem inferre quam ferre peius esse, & violare quam violari nocentius. Subiiciendum vero Æschylo: 40

Animo bono es, extremus haud durat dolor.

hoc esse illud apud Epicurum celebratũ semper & laudatum: dolores, si magni sint, celeriter mortem afferre: sin diuturni, magnitudinem non habere. quorum illud liquido dixit Æschylus, vltimum superiori consequens est. Si enim magnus & acris dolor non durat: non est magnus, qui est diuturnus, neq; toleratu grauis. Thespidis hæc:

Vides, Iouem deos eo antecellere,
Mendax quod haud sit, insolensue, nec leuem
Tractet iocum, est luxusq; solus nescius.

Quid discedunt ab eo? Longe à voluptate & tristitia positus est deus, vt ait Plato. Hoc vero,

Virtus ferenda habere firmatum decus: 50
Sed & trepidis aget Plutus cum hominibus:

à Bacchilide dictum, atq; etiam ab Euripide similiter:

Ego omnibus prapono temperantiam,
Quando bonis ea semper adest, colenda qua
Vobis data est: at vas parare vt domini
Virtutem opum vis velle, sed sedebitis
Incontinentia beati.

Nonne confirmat philosophorũ de diuitiis & bonis externis dicta, sine virtute inutilia hæc & sterilia

sterilia esse possidentibus. Nam ita adaptare & conciliare poëmata dogmatibus, detrahit eis faculam & personam, conciliatq; vtiliter dictis grauitatem. Adhæc aperit atq; intendit sermonibus philosophicis iuuenis animum. Accedit n. non hospes eorum prorsus nec peregrinus, nec sine discrimine confertus illis, quæ ex matre & nutrice, & vero etiam ex patre atq; pædagogo accepit assidue: qui opulentos beatos ferebant & colebant, exhorrescebantq; mortem & dolorem: infelicem etiam virtutem sine nummis & gloria ducebant esse, à quib. diuersa cum audiunt de philosophis, primum occupat eos stupor, perturbatio, & trepidatio, non admissuros nec toleraturos, nisi tanquam ex densa caligine solem aspecturi consueuerint in mixtis fabulis veritati velut in fucato lumine quod fulgorem habeat mollem, citra molestiam ea intueri & nō refugere. Vbi enim ante audiuerunt in poëmatibus legeruntq;?

Lugete natum, in tanta quod venit mala,
At mortuum, malisq; defunctum omnibus,
Efferte læti vocibus festis domo. Et,
Nihil est opus præter duo hæc mortalibus
Tantum, Cereris munus, deinde etiam haustum aquæ. Et,
Tyrannis hei tu barbaris grauissima. Et,
Mortalium felicitas
Est hisce, quam minime dolor quos deprimit.

Minus percelluntur & fatigantur, apud philosophos cum audiunt, mortem nihil nostra referre, & naturæ definitas diuitias esse, item felicitatē & beatitudinem nō esse metiendā pecuniarū cumulo, neq; rerū fastu, neq; vllis magistratibus, aut potentia, sed vacuitate ægritudinis, mansuetudine motuum, atq; animi affectu terminos naturæ sequente. Quare cum horum tum antedictorum omniū causa bono gubernaculo indiget in lectione iuuenis, ne prius labefactatus, sed potius instructus, placidus, beneuolus, & familiaris à poëtica ad philosophiam deducatur.

PLVTARCHI,

Quemadmodum sentias te in virtute proficere, Commentarius.

QVIBVSNAM rationibus tueberis Sossi Senecio, perceptionem tuam ad virtutem promouere, si progressus laxamentum insipientiæ efficiunt nullum, sed pari libramento obducta omnibus improbitas:

Si lamina vti plumbea rete detrahit.

Neq; n. in musica vel grammatica qui facit profectum intelligat in discendo detractionem harum ignorationis sibi nullā fieri, sed in eadem hærere se semper inscientia: nec ægroto curatio, q̄ remissionem vel alleuationem nō abferat vllo modo inclinantis & remittētis morbi, sensum præbeat discriminis prius, quam status contrarius vndequaq; persanato corpore integer adsit. Cæterum sicut processum non faciunt hic, si cum proficiunt, remissione molestiæ tanquam si in statera in diuersum vergant, conuersionem non animaduertant: in profitentibus item philosophiam nec progressus sit nec progressus admittendus vllus sensus, si nihil abiicit aut deponit animus suæ amentiæ: sed, dum attigerit apicem & consecutus sit omnes numeros virtutis, in extrema vitiositate adhærescat. Neq; n puncto temporis in habitum virtutis ex vltima improbitate summum migrans sapiens, qui nec longo temporis cursu partem abluit vitiositatis, subito vniuersam effugerit. Et quidem iam eos, qui hęc certe dictitant, nostri rursus multum sibi præbere negocii hæsitationesq; de præterito ingentes: quod nondum quisquam euasisse se comprehenderit sapientem: verum fluctuet ignotetq; existens pedetentim longo tempore, q̄ quædam detrahat, quædam adiiciat, incremētum, quod sicut iter sensim applicet latens se virtuti. Nam si voluminis quidem tanta pernicitas, tantus erat modus: vt mane qui fuerit teterrimus, euaserit optimus vesperi: item, si obtigerit cui ea mutatio, vt quieti qui se tradiderit turpis sapiens expergiscatur, salutetq; dimissas ex animo hesternas amentias & errores:

Valete falsa insomnia eratis vos nihil.

Quisquam ne variationem in seipso sui tantam extitisse ignoret, prudētiamq; subito effulsisse cumulatam? Nam citius meo quidem iudicio quis, qui ex voto vir factus fuerit ex fœmina sicut Cœneus, hanc transformationē ignorauerit: quā si ex timido, insipiente, intemperante continens, prudens, fortis effectus sit, conuersusq; in diuinam ex beluina vitam momento temporis, lateat semetipsum. Atqui dictum est recte: Ad amussim lapidem accōmoda, nequaquam ad lapidem amussim. Qui autem ad res dogmata non accommodant, verum res ad hypotheses

suas vi cogunt, quib. illæ non sunt consentaneæ, hi multis scrupulis referserunt philosophiā: maximo vero illo, qui vno excepto perfecto homines in eadem vniuersos vitiositate concludit, à quo natum est ænigma hoc, quod dicitur progressio non multùm ab extrema insipientia distans: quæ eos, qui omnibus simul ægritudinibus atq; vitiis ab ea soluti non sunt, iuxta facit miseros atq; illos, qui nullo adhuc pessimorum sunt extricati. Atqui arguunt hi semetipsi, dum in scholis parem iniustitiam Aristidis & Phalaridis esse statuunt, ignauiam Brasidæ ac Dolonis, & vero nihil interesse inter Melitis & Platonis improbitatem. In vita vero & rerum vsu illos declinant & fugiunt vt de restabiles, his vt præstantibus vitis vtuntur & fidem habent. Nos autem qui omni in genere vitii, maxime vero in omni incomposito atq; intemperato animi statu plus & minus cernimus inesse: quatenus discrepant etiam progressiones remissione turpitudinis sicut vmbræ à doctrina paulatim illustrante atq; repurgante animum: non arbitramur absurdum esse sensum capere nos mutationis quasi ex profundo quodam superne tēdentis, sed qui ad calculos mox vocet ea, quæ primum animaduertebat: si vt, qui vasto in æquore faciunt vela, ex tempore ad vim venti cursum dimetiuntur: prout verisimile est tanto tempore à tanta vectis vi esse confectū: similiter in philosophia continuationem & tenorem itineris, qui nō sæpe media in via substiterit, inde denuo impetus & procursus fecerit: sed plane & æquabiliter porro pergat perpetuo & percurrat per doctrinam nusquam incurrendo: coniecturam ceperit sibi sui progressus. Hoc enim:

Si modico addideris modicum, atq; frequentius illud Feceris,

haud sola de pecuniæ dictum est adiectione eleganter, sed facit ad omnia, prĕsertim ad virtutis accessionem, cum assiduam adiungit sibi doctrina & vehementem meditationem. Cæterum inconstantiæ & tarditates philosophorū non tantū remoras faciunt sicut in itinere progressus verum etiam regressus, quod semper cedenti immineat vitiositas facile eaq; transuersum abripiat. Nam planetas tradunt mathematici, vbi est procursus eorum astrictus, cōsistere. In philosophando vero non est sustinentis interuallum aut statio progressionis, cæterū quæ nunquā non aliquas habet motiones, natura sicut in statera vergere quærit atq; inclinari à rectiorib. aut contrariis momentis ad deteriora depelli: Si igitur iuxta datas Cirrhæis ab Apolline sortes noctes atq; dies est omnes belligerandum, item conscius sis te dies & noctes cum turpitudine perpetuo depugnasse, aut non crebro certè excubias intermisisse, neq; ab ea assidue tanquam caduceatores voluptates aliquas aut vacationes aut occupationes recepisse in virtutis actionibus: iure fidenter & alacriter ad reliqua pergas. Quinetiā interualla si facta philosophandi sint, solidiora tamen ac longiora priorib. posteriora, non mala nota est elidi labore & meditatione socordiam. Contrarium malum, frequentes & contrinentes respirationes velut deferuescentis prōptitudinis. Vt n. calami fruticatio, quæ gliscente & pulcherrimo impetu ab initio assurgit æquabiliter & continenter, primum magnis spaciis raro interpellata & inhibita, deinde quasi ex anhelatione porro per imbecillitatē satiscens multis insistit & frequentibus geniculis, quod spiritus offensat & intremiscat. Haud secus, qui primo procursiones ingentes fecerunt ad philosophiam, mox multis & assiduis offensionibus & interpellationibus distrahuntur: quia nullam emendationem percipiunt insignem, flaccescunt tandem obturpescuntq;. Huic cōtra adduntur alæ qui compendii causa iactat se causasq; perrumpit sicut obsistētem impetui & ardori industriæ turbam. Quomodo autem indiciū est amoris orietis nō delectari formoso præsente: Quippe hoc cōmune sit: sed pungi dolereq; eius distractione, sic ducuntur philosophia multi, & cupide profecto diciplinam capessere videntur. Qui si à rationibus & negociis abducuntur aliis, effluit iis morus ille, ac facile id ferunt. Quē vero amoris stimulus puerilis pupugit, prĕsente amasio vnaq; philosophante, modeste se & leniter gerat. Sin abstrahatur ac separetur, cerno ardescentem, mœrentem, atq; omnes res & negocia stomachantem. Obliuio autem amicorū vt irrationalis excitatur desiderio philosophiæ. Neq; n. oblectati literis, dum præsentes sicut vnguentis oportet: vbi vero discesseris ab iis, non requirere has neq; angi: verum perinde in diuulsionibus motos, ac si fame & siti laboraremus, persequi processum sedulo, siue nuptiæ, siue nauigatio, siue amicitia aliqua, siue expeditio oblata diuortium faciat. Quanto n. amplius ex philosophia accesserit, tanto quod desideratur, torquet grauius. Iam huic pene est idem aut cognatum progressus indicium antiquissimum Hesiodi, si nō amplius ardua nec surrecta nimiū, sed prona æquaq; ex facilitate semita sit vsu quasi complanata, quę lumē in philosophādo claritatemq; adferat ex fluctuatione animi, errore, & pœnitentia: in quæ incurrunt illi, qui primo applicauerunt se ad philosophiam: Sicut qui terram reliquerūt, quam cognoscunt, nondū autem conspiciunt eam, quo cursum intendunt. Relicta n. rep. & negociis consuetis antequam potiora cognoscant & teneant, medio in cursu palantur subuertunturque identidē, Romani Sextii exemplo: quem memorant relictis philosophiæ causa honorib. vrbanis & magistratibus, cum in philosophiæ studio rursus torqueret sese, atque in principio doctrina offenderetur, pene ex

biremi

biremi quadam se abiecisse. Paria de Sinopensi Diogene tradunt, vt ad Philosophiam appulit: cum solenni quodam Athenis *coenas sumptuosas, spectacula & conuiuia inter se agitantes in lasciuiam & ludos nocturnos soluti essent: in angulo hunc fori contrahentem se tanquam somnum capturum in reputationes incidisse, quae grauiter eum immutarent & lancinarent: quod nulla necessitate in aerumnosam & tristem vitam se dimittens bonis semetipse eunctis orbatum iret. Inde mus dicitur arrepens offae eius micas captasse: tum denuo sustulisse animum illa, atque apud se dixisse velut castigans se reprehendensque: Quid ais Diogenes? hunc conuiuio accipiunt aluntque reliquiae tuae: dum tu homo praeclarus, quod non accumbens in mollib. & pictis stragulis iniurgites te temeto, eiulas & lamentaris reipsum. Quando ergo animi deiectiones eiuscemodi existunt, non frequentes, repudiationes autem in animo earum & discussiones tanquam
10 ex fuga cito se repraesentant, languoremque atque moerorem discutiunt prompte, in gradu aliquo firmo putandum progressum esse. Quando vero non solum sua sponte illa, quae detrahunt & in diuersum detorquent, in philosophiam sectantib. ex imbecillitate inualescunt, verum etiam amicorum studia seria, & alienorum obiectiones, quae per risum & ludum fiunt, flectunt ac liquefaciunt, nonnullos vero semel philosophia deturbauerunt: haud contemnenda significatio sit profectus eiusque in his tranquillitas, cum non percelluntur nec punguntur ab iis, qui dicunt ac nuncupant aequales aliquos, qui in aulis regum florent, vel dotes nuptiarum causa accipiunt, vel descendunt magna cum frequentia in forum ad comitia aut ad causam alicuius dicendam. Quem etenim ista non perculerunt aut mouerunt: ille iam occupatum se esse sicut
20 oportet a philosophia, certus est. Neque n. desistere valeant cupere illa, quae vulgus admiratur, quos admiratio non cepit virtutis. Nam aduersus homines ferocire & ex ira quidam sustinuerunt & ex amentia. At quas res homines suspiciunt, eas nisi ex vera animi fortitudine & stabili fastidire nequeas. Quapropter haec cum illis comparantes excitant seipsos, vt Solon:

Verum diuitiis non ego vendidero
Istis virtutem, cuius possessio firma est.
Esse potest locuples improbus atque probus.

Ac Diogenes suam Corintho Athenas, ac denuo Corinthum Athenis demigrationem contulit regis vere Susis, hyeme Babylone, aestate in Medis commorationib. Iam de rege magno Agesilaus: Quidnam me ille est maior, nisi etiam iustior? Aristoteles ad Antipatrum scribens de A-
30 lexandro, non modo illi par esse ait, quia imperium in multos habeat, animos attollere: verum non minus, si quis de diis sentiat recte. Zeno cum Theophrastum esse conspicuum cerneret, quod frequentes haberet auditores: Illus est, inquit, chorus maior, sed magis consentiens meus. Vbi ergo ad eum modum virtute externis opposita inuidiam deposueris, & obtrectationem, & vellicantia, & deprimentia multos ex iis, qui philosophiam auspicantur: magnum hoc quoque pignus tibi sit proficere te. Non est porro res exigua conuersio in doctrina. Omnes n. vt summatim dicamus, qui initiantur philosophiae, illas quae claritatem adferunt, sectantur potius: atque partim auium more in physicorum ex leuitate & ambitione splendorem & fastigium deuolant: partim vt catuli, inquit Plato, vellere & laniare gaudet, qui ad rixas. quaestiones spinosas, & cauillationes se conferunt, maxima pars in dialectica se insinuans, illico pabulum quaerit in sophistica.
40 Negocia alii & exempla ex historiis conquirentes circumcursant, qui, vt dicebat Anacharsis nummis videre se ad nihil aliud vtentes Graecos quam ad numerandum: sic literas supputant & dinumerant, neque fructum colligunt inde alium. Vsuuenit autem illud Antiphanis, vt quidam ex Platonis alumnis ait. Nam dicebat ludens Antiphanes voces quadam in vrbe, mox vbi emissae essent, ex algore conglaciari: inde solutas audire se vere, quae fuissent hyeme redditae. Sic ea dixit quae tradita a Platone iuuenib. essent, complures vix tandem, postquam consenuerunt, percipere. Et vero id in tota philosophia accidit: dum statum *iudicium salubrem nactum incipiat familiaritatem contrahere cum doctrina, grauitatem quae imprimere & altitudinem animi valet, atque eam quaerere, cuius iuxta Aesopum intro potius quam foras versa sunt vestigia. Sicut n. dicebat Sophocles grauitatem dicendi subsannans Aeschyli, deinde fel & compositionem elaborarat,
50 tertium iam mutare dictionis genus, quod grauissimum esset & optimum: sic qui philosophiam sectantur, vbi ex plausibilibus & splendidis ad eam, quae totam mentem & affectus ciet, doctrinam transire, rum germanum ordiuntur & solidum progressum habere. Tu igitur circumspice, non solum cum philosophorum commentarios voluas aut auscultes sermones, vocabulisne plus solis an ipsis intendas rebus, ac salebrosis ne & argutis, an frugiferis, solidis, & vtilibus: verum etiam si volueris in poematibus & historia, obserua tete, equod dictum eleganter ad limandos mores aut ad alleuandas animi perturbationes te praeterierit. Vt enim perualni apem ait Simonides in floribus mel factitantem croceum, elegantiam alios & halitum, nec quicquam praeterea quaerere vel accipere: ita dum alii voluptatis gratia & lusus in poetis versantur, si aliquid ibi inuenias & congeras frugiferi, videaris iam familiaris ex consuetudine & amicitia

*Alii, epulas publicas.

*Alii, temperatura.

citia honesti & eius, quod decet, euasisse. In Platone namq; & Xenophonte qui dictionis tantum gratia versantur, neq; quicquam aliud quam elegantiam Atticam vt rorem & lanuginem colligunt, quid hos aliud quam medicamentorum dicas fragrantia & hilaritate capi, de virtute doloris sedandi & purgandi non laborare neq; eam cognoscete. At qui magis etiam proueuhuntur, hi non ex disciplinis tantum, sed etiam ex spectaculis rebusq; ex omnibus fructum colligete & referre queunt sibi conuenientem & vtilem: quemadmodum de Æschylo memorant & de aliis similibus. Æschylus enim cum apud Isthmum ludos pugilum spectaret, vbi icto altero conclamatum est à theatro, pungens Ionem Chium: viden' inquit, quantum valeat exercitatio? Pulsatus silet, spectatores voci ferantur. Brasydas cum murem in caryccis cepisset, morsusque ab eo dimisisset: Pape, inquit, apud se, vt nihil est adeo pusillum vel debile, quod nō victurum sit, si se ab iniuria defendere audeat. Diogenes bibentem manibus cōspicatus, eiecit mantica sua poculum. Vsq; adeo attentio atq; intenta meditatio sensum acuit capacesq; reddidit vndequaq; eorum, quæ referunt ad virtutem. Efficitur hoc magis, doctrinam si negociis miscent: non tantum, sicut dicebat Thucydides, si eum periculo se exerceant, verum etiam si ad delicias, ad lites, in iudiciis, defensionibus & magistratibus: quasi documentum sibi dent dogmatum: imo si rerum vsu dogmata faciant. Nam discentes adhuc & commentantes speculant esq; si ex philosophia abducamus atq; extemplo in forum aut conuersationem adolescentium, aut in conuiuium regium reuolutos coniiciamus: non magis sunt hi philosophari existimandi, quam illi, qui medicamina aut smegmata vendant, medicos agere. Quin potius nihil plane discrepat eiusmodi sophista ab aue Homerica, quicquid acceperit, auditoribus vt implumibus pullis ore offerens, 20

Verum secus huic cadit ipsi,

qui nihil eorum, quæ sumit, in suū ipsius nutrimentum vertit aut cōcoquit. Vnde considerandum, ecquid doctrina vtamur eum ad nosipsos vtiliter, tum ad alios nō inanis gloriæ causa nec ambitionis, verum potius audiendi quid & erudiendi. Præcipue autem si obstinatio & peruicacia in disputationibus remittitut, absistimusq; sermones tanquam lora vel pilas inuicem adiicere, ferireq; & prosternere libetius quam discere aliquid aut docere. Quippe lenitas placiditasq; in his, & citra contentionem congredi atq; dissoluere absque ira consortium sermonis, ac velut reprehendere citra cōtumeliam, nec stomachari reprehensos, valde proficientis est. Ostendit hoc quadam in concertatione cauillationibus victus Aristippus ab homine quodam 30 audaci, sed furioso alioqui & amente. Nam vbi eum exultantem iactantemq; se vidit: Ego, inquit, qui conuictus sum, abeo iucundius quam tu, qui me conuicisti, dormiturus. Licet etiam, cum dicimus, experimentū agere nostri: si neq;, quando maior expectatione nostra conuenit frequentia, ex perplexitate subterfugiamus: neq;, apud pauciores cum dicimus, cadamus animis: neq; si in cōcione aut ad magistratū sit dicēdum, inopia apparatus circa orationem, occasionem amittamus: quomodo de Demosthene & Alcibiade fertur. Hic namq; qui in reb. excogitandis acerrimus erat, in dictione meticulosior seipsum in agēdo ptotelabat, ac sepenumero inter dicendum quætens & aucupans vocabulum aut verbū, q; fugeret ipsum, sermone deficiebatut. Homerus autem primum versum numeris deficientem, nō est commotus cū proferret. Tantū superat ei ad reliqua ex facultate sua animorum. Quare debent magis illi, qui ad virtu- 40 tem & ad honestum contendunt, tempore & reb. vti, turbarum & plausuum dictionis gratia excitandorum prorsus secuti. Non solum autem orationes, sed etiam actiones decet quisq; contemplari: plus emolumenti quam pompæ, an ostentationis quam veritatis illæ habeant. Si n. non quærit vetus pueri aut mulieris amor testes, verum fruitur voluptate, licet desiderium in occulto expleuerit: longe est conuenientius honesti cupidum & sapientiæ studiosum, qui rationem per rerum actus habet cum virtute, eamq; tractat, tacite alto animo apud semetipsum esse, nec commendatores vel auditores desiderare. Sicut ergo ille, qui ancillam vocauit domi clamauitq;: Dionysia depolui vanitatem: sic illum, qui quid eleganter & probe fecerit, mox id commemoret & iactet passim, foris spectare etiamnum atq; ad gloriam liquet rapi, nondum autem esse spectatorem virtutis, neq; vere, sed per somnium imaginem & vmbram eius vidisse, 50 inanem, inde factum sicut picturam proponere ad spectaculum. Est igitur progressionem facientis non modo, vbi donum in amicum contulit, aut beneficium deposuit apud familiarem, non efferre illud apud alios: verum etiam si sententiam in multis iniustis iustam tulit, vel ad infamē diuitis alicuius aut magistratus appellationē animum obfirmauit, muneta spreuit: & vero cum sitisset nocte, non bibit, osculoue formosi aut formosæ vt Agesilaus repugnauit, id premere silentio ac tacere. Hic n. sibi ipsum probatum esse nō contemnens, sed lætus contentusq; q locuples testis simul & spectator sit recte factorum suorum, demonstrat versari iam in penetralibus doct. tinam radicesq; in animo suo agere, atq; vt est apud Democritum, sumere assuescentem ipsum ex seipso oblectamenta. Atque agricultores quidem inter spicas vident cupidius

illas

istas, quæ inclinatæ sunt, & ad terram vergunt, surrectas vero prę leuitate inanes ac fallaces ducunt. Ex adolescentibus item, qui ad philosophiam applicauerunt animum, qui maxime cassi sunt, nec pondus habent, ferociunt: ac gestũ, incessum, vultũ habẽt cõtemptus fastidiiq; plenũ omniũ despiciẽtis. Enimuero vbi impleri & colligere cœperunt ex doctrina fructũ, tum supercilium & vanitatẽ deponunt. Vt autem, cum accipiunt liquorem vasa, inanis aër impulsus euolat: sic in hominib. quib. bona infunduntur vera, remissior fit fastus, tumorq; mollior, ac qui desistunt barbæ & obsoleti pallii causa inflari, meditationem vertunt ad animum, stimuloq; & felle in semetipsos potissimum vtuntur: cum aliis agunt mitius. Philosophi appellationem atquẽ opinionem philosophandi nõ arrogãt, vt antea sibi neq; asscribunt: imo si salutatus etiam bonæ indolis iuuenis eo cognomine sit, respondeat statim renitens ac nonnihil rubore suffusus:

Haud ego sum diuus, quid me immortalibus æquas,
10 *Oculos puellæ*, vt ait Æschylus, *ardere non vllum latet,*
Quæcunque complexum viri gustauerit.

At iuueni, profectum qui verum in philosophia gustauit, sapphica hæc conueniunt:

Lingua suffusa est tenui igne statim,
Vultus & constans, oculiq; lenes,
Verba tu audire & cupias loquentis,

Sicut n. qui mysteriis initiantur, in exordio cum tumultu & clamore impellentes se mutuo cõgrediuntur: cæterum quando sacra peraguntur & monstrantur, tum erecti sunt cum trepida-
20 tione & silentio: sic in philosophiæ limine & ad vestibulum fluctum contemplabere & ferociam & garrulitatem: cum ad gloriam nonnulli contendunt insulse & violenter. Qui vero ingressus est intro, ac lumen aspexit ingens, sicut cum panduntur adyta: tum alio modo componit se, silet, cõtremiscit, ac doctrinam quasi deum demissus ac modestus cõsectatur. In hos quadrare apparet id quod lusit Menedemus: Nauigate ait cõplures studiorum causa Athenas, sapientes primum, inde fieri philosophos mox oratores, progressu temporis tyrones: atque quo magis imbuti literis sint, eo arrogantiã magis & fastum deponere. Iam inter eos, qui curatione habent opus: si qui sint, qui ex dente vel digito laborant, vltro petunt medicos. Qui vero tenẽtur febre, domum accersunt eos, rogantq; vt opẽ ferant. At qui inciderunt in melancholiam, phrenesim, dilirium: nec si quando hos illi inuisant, ferunt eos: sed aut eiiciunt aut refugiunt:
30 quod ex vi morbi ne teneri quidem sentiant valetudine. Haud aliter in peccantib. insanabiles sunt illi, qui animo sunt in reprehendentes & admonentes inimico & acerbo, stomachanturq; qui sustinent eos atq; admittunt, lenius habent. Quod si ille, qui offendit, castigantib. offerat se, morbũ indicet, & aperiat vitiũ nec id clam esse gaudeat, contentusq; sit, si sit tectum, verum fateatur, rogetq; corripientẽ & corrigẽtem: haud leue fuerit id progressionis insigne, vt sane dixit Diogenes: qui salutem desideret, ei quærendum esse vel sedulum amicum, vel flagrantem inimicum: quo increpatione vel curatione animi vitia exuat. Quoad vero ostendendis sordib. aut macula tunicæ, aut lacerato calciamento gloriaris apud alios, & vana modestia cauilla iaciens in temetipsum vt pusillum, aut vt gibbosum putas agere præclare: interiores vero animi fœditates, vitæ labes, inuidias, maleuolentias, sordes, libidines vt vlcera contegis & abscondis,
40 quas neminem attingere vel aspicere permittis, dum vereris ne arguare: parum profectus imo nihil sortitus fueris. Cæterum qui cum his pedem confert, præcipue qui ipse mordere se & insectari offendentem: secundo loco qui præstare se castigante alio tolerantem, & patientem purgari se à reprehendentibus, valet & vult: hic vero est ei, qui amolitur & execratur prauitatem, proximus Nam oportet profecto etiam, ne improbus videare vereri & declinare. Qui vero esse improbum se quam infamem videri fert grauius: hic non refugit male audire vel maledicta ferre, quo melior euadat. Lepidum est Diogenis illud ad adolescẽtem quẽdam, qui in caupona cum conspiceretur, refugit in interiora cauponæ: Quanto, inquit, fugis interius, tanto magis in caupona es. Malus item vt quisq; maxime talem se esse negat, sic maxime insinuat & includit se in vitiositatem. Pauperes deniq; qui se simulant diuites, magis ob istam insolenti-
50 am sunt pauperes. At qui vere progressionem facit, etiam Hippocratem pro exemplo habet sibi, qui ignorantiam suam in capitis commissionibus declarauit, & scriptis prodidit: reputans indignam rem esse illum, ne idem accidat aliis, suum ipsius lapsum detexisse: se autem hominẽ vulgarem, quo saluus sit, non sustinere reprehendi, nec stultitiam & inertiam suam fateri. Iam vero * Bionis & Pyrrhonis hæc non pro profectus, sed pro habitus notis maioris & consummatioris habeas: Ille enim asseclas suos proficere se iubebat existimare, cum insectantes contumeliis perinde audirent, ac dicentes: *Hospes*

Quando virum haud prauum præfers nec desipientem,
Salue iterumq; vale, tibi dii felicia præstent.

Pyrrhonem ferunt, cum nauigatet & periculosa tempestate iactaretur, porcellum monstrasse, qui

* Alii, Dionis.

qui obiecto hordeo oblectaret se ac dixisse familiarib. qui à rebus fortuitis conturbari nollet et ex doctrina & philosophia eiusce modi comparandam indolentiam esse. Iam mihi illud Zenonis vide quid sit. Volebat n. ex insomniis suum quenq; processum sentire: si neq; exultare vllâ se turpitudine, neq; admittere vel agere quicquam scelerate aut iniuste in somnis videat, verû quasi in profundo tranquillitatis placidæ perspicuo visiones & motus animi perluceant ex doctrina hilares. Quod sane prior perspiciens Plato expressit & informauit, anima sua sponte tyrannice quidnam agat in somniis imaginatio, cum destituta est ratione. Complexu venereo côiungi tentat cum matre, & præter morem varius pastus capescere tendit, fruiturq; libidinib. suis velut solutis, quas interdiu lex infamia & metu astringit. Quomodo igitur instituta probe iuméta, nec si habenas dimiserit agitator, de via deflectere ac decedere tentât, sed vt docti sunt pergunt ordine, iterq; seruât rectum: sic cui natura pars animi bruta iam obtemperans & mansuera reddita sit à ratione & correcta, hic neq; in somnis vel vi morborum amplius lasciuire aut effrenis libidinib. esse volet, sed retinet & in memoria conseruat assuetudinem, quæ vim intêtioni & robur infundit. Nam si corpus meditatione calli obducendi aduersus dolorem parens sibi ipsi etiam partes reddere valet parentes, ceu oculos, vt in reb. lamentabilib. temperent lachrymis, cor saltatione in trepidationib. verenda castorum, vt quiescant neq; stimulent apud formosos & formosas: an non vero sit similius inicientem manus parti animi, quæ perturbationib. iactatur, meditationem quasi subigere & componere visa & motus vsq; ad somnia comprimentem ea. Sicut refertur de philosopho Stilpone, videre visum eum in somniis expostulâtem secum Neptunum, quod bouem, vt sacerdotib. moris erat, non immolasset sibi, at nihil hûc perculsum: Quid ais, dixisse, Neptune: tune puerorum more ades querulus, quod non ære alieno facto vrbem impleuerim nidoris: sed ex iis, quæ suppetebant mihi domi, tibi sacra modice fecerim? Tum visum sibi arridentê Neptunum dextram porrexisse, ac dixisse, aquarum se copiâ ipsius gratia Megarensib. daturum. Quib. ergo ita læta somnia, clara & tranquilla, horridû autem vel asperum, vel malignû, vel importunû ex somniis nihil offertur: eos esse radios quosdâ profectus aiunt: furores, pauores, fugas ignauas, pueriles exultationes, eiulatus insomniorû miserandorum & absurdorum fragoribus & procellis quibusdâ similes esse animi nôdum decêter compositi, sed eius qui informatur adhuc præceptis & legib. à quib. vbi in somnis est remotissimus, redit & volutatur ægritudinib. Hæc autem tu ipse perpende tecum, profectus sint, an habitus cuiuspiam, qui stabilitatem & neruos in doctrina inconcussos comparauit. Quando autem res est consummata indolentia eximia atq; diuina: profectus autem, vt dicimus, remissionem refert quandam & laxamentum animi motuum: debemus tum ipsos seorsum motus, tum eosdem inuicem côparatos pensare ac disparitatem æstimare: seorsum ipsos, an cupidine nûc quam olim afficiamur mollioribus, trepidationibus item & iris, ac cito insultum eorum & ardorem doctrina repellamus: illos inter se, magis ne nunc erubescamus quam timeamus, æmulemur nec inuideamus, nec ambitiosi aut auari simus, breui enormia, quib. peccamus, modulantium more Dorica ne an Lydia sint: ac durius an mollius viuamus, tardiores simus ad agendum, an rapidiores, admiratores supra quam decet doctrinarum & hominum, an contemptores. Nam vt significatio est non insalubris, si morbi ad partes non principales deflectant: ita vitiositatem apparet progressionem facientium, si in morbos diuertat placidiores, pedetentim exolescere. Phrynnim, qui septem fidib. addiderat duas, rogauerunt Ephori: superiores an inferiores permittere ipsis incidendas vellet. Nobis vero, si consistere intendamus in medio, & moderato, tam superiora quam inferiora sunt incidenda. Profectus vero exuperantias prius & præcipitantias morborum laxat.

Ad quæ, iuxta Sophoclem, feruntur omnes stulti acerrime. At vero traducendam esse ad facta censuram, ac doctrinam non sinendam, vt doctrina maneat, sed vt fiât actiones, id præcipue ad progressionem pertinere iam est dictum. Huius indicium primum est laudatorum æmulatio & promptitudo ad faciendum ea, quæ suspicimus: ac quæ vituperamus, nolle nec sustinere facere. Nam omneis quidem Athenienses par erat, vt animi celsitudinem & fortitudinem celebrarent Miltiadis: Themistocles vero qui somnum eam sibi adimere dixit, non celebrare modo vel admirari, verum etiam æmulari se atq; imitari eam declarauit. Modicum igitur censebimus proficere nos, dum clarorum virorum res es apud nos atq; immota ex seipsa ad imitandum admiratio fuerit. Neq; n. amor corporis tenet vllum strenuus, nisi obtrectationem habeat adiunctam: nec laudatio ardens & vehemens virtutis, quæ non pungit nec stimulat, nec loco inuidiæ efficiat in honestis æmulationem, quæ assequi ea aueat. Etenim non ab oratione debet philosophantis tantum, vt Alcibiades dixit, cor moueri & exprimi lachrymas: sed qui proficit, reuera, si cum conferat potius se ipsum operibus & factis viri boni & præstantis, simul torqueat se claudicationis conscientia suæ, simul spe & desiderio gaudeat, plenusq; sit ardoris non feriantis: hic is est, qui valeat iuxta Simonidem,

Vt pullus haud lactatus equi cursum assequi,

coalescere pene gestiens honesto. Germani namq; profectus affectio hæc est peculiaris: quorũ admiramur gesta, horum vt diligamus & amemus animum, ac eum tribuente celebrem semper honorẽ beneuolentia effingamus. Cui vero ambitio & inuidia erga meliores inoleuit: hic sciat æmulatione titillari se gloriæ cuiuspiã vel authoritatis, non virtutem honorare nec magnifacere. Quare vbi sic amare cœpimus bonos, vt non solum iuxta Platonẽ beatum ipsum sapientem, beatum eum qui audit dicta, quæ ex ore manant sapientis, numeremus: verum etiam gestum, incessum, obtutum, risum eius admiremur & amplectamur, vt conformare nos eũ illis & conglutinare nosipsos prompti simus: tunc censendum vere nos promouere. Multo magis, si non modo bonos in rebus secundis in admiratione habeamus, verũ sicut amatores vel balbutie capiuntur venustorum palloribusq;, Panthiæ vero lachrymæ quoq; & mœror lugẽtis & afflictæ torpidũ defixit Araspem: sic nos nec exiliũ Aristidis, nec carcerem Anaxagoræ, nec inopiam Socratis, aut Phocionis damnationẽ subtimescamus: sed & eũ hisce amplexandam ducentes virtutem pedem cũ ea conferamus, Euripideumq; hoc singulis acclamemus:

Pape decent vt omnia egregios viros.

Nam afflatum quasi numinis eatenus, vt non abhorreamus etiam ab his, quę horrenda videntur, sed stupeamus ea & admiremur, nemo certe amplius inter bonos auertetur. His iam cõsequens est, vt ij, qui se accingunt ad actiones aliquas, vel magistrum capessunt, vel quibus reflauit fortuna, vt viros bonos præsentes aut superiores ob oculos ponant, cogitentq; quid fecisset hoc loco Plato, quid dixisset Epaminõdas, quẽ mõstrasset se Lycurgus vel Agesilaus: velut ad specula excolentes se & componentes, aut vocem reprehendentes suam ignauiorem, aut cũ perturbatione animi aliqua pugnantes. Nam nomina qui Idæorum dactylorũ edidicerunt, vtuntur iis ad amoliẽdos terrores submissim singula recensentes. At si virorũ cogitatio & recordatio bonorum confestim sese repræsentet & excipiat omnibus in perturbationib', omnibus in æstibus progressum facientes, stantes eos & immotos conseruat. Sit itaq; id ipsum quoq; tibi progressionẽ facientis ad virtutem signum. Ad hæc si nõ magnopere amplius perturberis, neque erubescas, neq; subdueas te, neq; vlla in te aliter te formes, vbi vir clarus & sapiens subitò in te incidit, sed fidens sis, & eũ illis te propius adiungas: habet hoc quandã conscientiæ confirmationem. Nam Alexander quidem, eum mihi hilarem nunciũ accurrentem conspiceret dextramq; porrigentẽ: Heus tu, quid mihi, inquit, es nunciaturus, ecquid reuixisse Homerũ? Quod nihil fastigium suum præterquam nomen ad posteros desiderare arbitraretur. Iuuenẽ vero, qui mores suos emẽdat, nullius rei amor incessit magis, quã vt se apud bonos & honestos viros ostentet, domum illis suam reddat conspicuam, & apertam, mensam, cõiugem, liberos, studium, orationes quas habet vel cõscribit: vt angatur etiam, cum animũ eius subit defuncti patris vel præceptoris memoria, quod nõ contempletur eum ita profectum: neq; ab diis perinde opret quicq̃, quã vt renati illi vitæ suæ & actionum fiant spectatores. Sicut contra quos pudet sui ipsorũ, & peruersi qui sunt, hi ne in somniis quidem absq; trepidatione & metu propinquos suos aspiciunt. Adde insuper supradictis symbolum si libet nõ contemnendũ: si peccato quantumuis exiguo non amplius veniã des, sed caues omnia & deflectis. Vt enim illi, qui diuites fieri se diffidunt posse, exiguos sumptus nauci faciunt, nihil rati efficere magnum, q; exiguo sit adiectum: cæterum spes quanto propius finem peruenit; tantũ cũ diuitiis pecuniæ cupiditatem auget. Itidem in negociis ad virtutẽ pertinentibus qui non sæpe sibi indulget, vt dicat: Quid hoc ad illud? &, Nunc hoc modo, alias rectius: Verũ qui omni in re est intentus, & si quanto vel minimi suscepti delicti malitia gratiam fecit, eruciat se & ingemiscit: hic aliquid se comparasse sibi puri ostendit, neque vllo velle inquinari modo. At authore Æschylo:

Magnum nihil putare quicquam habereue,

Id faciles ad parua & elatos reddit. Siquidem sepem & materiam qui struunt, non laborant quamuis mareriam vel vilem lapidem adiicere, vel pilã subiicere prolapsam ex monimento: vt faciunt mali, qui omne opus & rem temere congerunt & coaceruant. Verũ qui progressum faciunt, quibus iam vitæ tanquam sacri alicuius ædificii regalisq; aureum firmiter iactum est fundamentum: hi quod fortuito fit, comprobant nihil: cæterum ab doctrina sicut amussi singula admouent & accomodant. De quo dicere putamus Polyclitum, opus eorũ, quibus subit lutum vnguem, molestissimum esse.

PLVTARCHI,

De virtute & vitio Commentarius.

Vestes apparet concalfacere hominem, non illas quidem, quod concalfaciant & adferant teporem: Nempe est earum quælibet sua sponte frigida: quatenus frequenter, q; æstuant

D & febri-

& febricitant, alias aliis commutant. cæterum quem ex seipso digerit per halitū homo feruorem, hunc admota corpori vestis cogit & comprimit constrictumq; in corpus nō sinit rursus discuti. Quod idē quando in negociis occurrit, imponit vulgo: qui arbitrantur, si domos amplas possederint, si mancipiorum cateruam contraxerint & vim pecuniæ coaceruauerint, iucunde se victuros. Atqui iucunde viuere & hilariter nō à foris est: sed contra homo reb^9 ipsis, in quibus versatur, lætitiam & oblectamentum ex moribus suis quasi fonte addit.

Aspectu domus est splendente gratior igni.

Opes item lætiores, splendidiorq; gloria & potentia, si hilaritatē ab animo mutuentur. Quādo vel paupertatem, exilium, & senectutem ex æquanimitate & mansuetudine facile ferunt & leniter. Vt enim efficiunt lænas & panniculos, aromata bene olentes, corpus vero Anchisæ 10 virulentum cruorem reddebat:

Qui polluit sanie tunicam eius byssinam.

Ita omnis cum virtute vacat molestia ac iucunda est vita & consuetudo quotidiana. Vitiū vero etiam præclara in speciem, splendidaq; & ampla, si intercurrat, tristia, fastidiosa atq; ingrata reddit iis, qui ea comparauere.

Beatus hic numeratur omnibus in foro,
Qui cum fores reseraucrit, est miserrimus.
Mulier tenet cuncta, imperatq; & vim adhibet.

Tametsi non ægre, modo vir sis non mancipium, muliere expedias te mala: verum vitio tuo remittere nequeas nuncium: quo molestiis iam explicatus sis & conquiescas, vbi ipse tecum 20 fueris, sed in visceribus illa tuis habitans:

Noctesq; diesq;
Absq; face inflammat, seniumq; inducit acerbum.

grauis ob insolentiam itineris comes, conuiua ob ingluuiem sumptuosus, tortrix concubinæ curis solicitudinibus, & obtrectationibus somnum interpellans & fugans. Siquidem dū dormiunt, corpori somnus & requies est, animo vero ex superstitione pauores, somnia & fluctus. Quando apprehendit conniuentem me dolor, mox enecant insomnia: vt ait quidam. Perinde afficit inuidia, timor, ira, libido. Quippe interdiu extra speculans componensq; se apud alios vitiositas veretur contegitq; animi perturbationes, neq; vndequaq; appetitibus suis semetipsam aperit: sed reluctatur sæpe iis ac repugnat. Enimuero per somnia, vbi hominum existimationib. & legibus est elapsa, ac quam longissime à formidine & verecundia auocata, tūc 30 omnē cupidinem ciet, improbitatemq; & libidinem inflammat. Namq; stuprum inferre conatur, vt ait Plato, matri, pastus nefarios capessit, neq; facto tempetat ab vllo, fruens sceleribus, quantum effici queat, in spectris & visionibus, quæ nullam in concupiscentis voluptatē vel finem absolutum terminant: sed impellere modo asperareq; perturbationes & animi ægritudines valent. Vbi est igitur, si nusquam tranquillitas & iucunditas est, neq; animus suis rebus contentus vel terroribus vacuus vel quietus, vitii oblectamentum? Nam carnis quidem voluptatibus temperatura corporis bona & sanitas locum & ortum dant. Animo, nisi alacritas, vacuitas terroris & fidentia sicut sedes & serenitas tranquilla substernatur, non potest lætitia nec gaudium solidum infundi. Imo si spes aliqua vel delectatio arriserit, hæc cito coorta so- 40 licitudine ceu tranquillitas turbine miscetur & perturbatur. Congere aurum, contrahe argentum, exstrue ambulationes, comple domum seruitiis, nominibus ciuitatem, nisi motus animi turbatos compresseris, insatiabilem cupiditatem extinxeris, metu teipsum & curis exemeris: vinum roganti febricitanti & bilioso obtuleris mel, cibum & obsonium cœliacis & dysentericis parauetis non ferentibus, vnde non solum non confirmentur, sed etiam lædantur: Viden, ægros, quam à cibis mundioribus & Sumptuosioribus abhorreant, quam respuant ea, deprecenturq; offerentes & cogentes: Inde postquam conuerso temperamento, spiritu bono & sanguine dulci, genuinoq; calore in corpore reparato conualuerunt, simplici pane cū caseo & nasturcio læti libentesq; vescuntur? Eiuscemodi habitum imprimit doctrina animo: neq; tibi, si perceperis, quid honestum & bonum sit, deerit quicquam, delicate ages in egesta- 50 te regnabisq; nec quietam ac priuatam vitam quam ducis & principis æstimabis minoris. Nō viues, si philosophiam sis amplexus, iniucunde, sed vbiq; viuere iucunde disces atque vndequaque exhilarabit te opulentia de multis bene merentem, paupertas multis solicitudinibus vacuum, gloria honoratum, nominis obscuritas inuidia intactum.

PLVTARCHI,

Tradi doctrina virtutem posse, Commentarius.

De virtute deliberamus & ambigimus, traditine valeat per doctrinam, vt prudentes agamus, iustitiam colamus, honeste viuamus. Et miramur, si oratorum, gubernatorum, ædificatorum, agricolarum, & mille aliorum facta extent: viri boni nominentur tantum & dicantur, quomodo Hypocentauri, Gigantes, Cyclopes: at factum inculpatum ad virtutem & syncerum non sit reperiri, neq; à turbulentis motibus defecatum ingenium & intactum: verum si quid proferat sponte naturæ recti, hoc cũ multo alieno, sicut cum spinis & vepribus fructus feris & impuris confusus oblitetetur? Cantare discunt homines, saltare, literas legere, agrum colere, equitare: calciare se discunt & amicire, pocula ministrare, & coquere docentur. Quæ nisi didiceris, non recte exequare. Cuius vero causa hæc omnia discuntur, honeste viuere, ô dij immortales tradi non potest præceptis: sed temerariũ, rudeq; & spontaneum est? Quid virtutem, dum doceri eam asserimus non posse, ex rerum natura sustollimus? Si enim est disciplina generario, discendi obstaculum sit interitus. Et quidẽ, vt Plato ait: ob pedis ad lyram incomprentiam nec fratrem frater oppugnat, neq; amicus cũ amico confligatur, neq; ciuitatibus ciuitates infestæ extrema cladium exempla inter se mutuo edunt & incurrunt: neq; vocum notis dixeris esse turbatum ciuitatis ocium, an τείχιναι pronunciandum sit: neq; dissidium domi inter virum & vxorem de subtegmine vel stamine extitisse. At tamen neq; telam, neq; librũ, neq; lyram, nisi condidicetis, tractes recte, licet magnã iacturã inde non expectes: sed verearis, ne deridiculus fias: Inscitiam enim præstare ait Heraclitus tegere: familiam vero, matrimonium, remp. imperium censeas te recte administraturũ? Ligurientis pueri Diogenes pugnum inflixit pædagogo. Recte ille, qui culpam non discipulo, sed doctori ascripsit. Itane vero lancem vel calicem non communices recte: nisi mox ab ipsis incunabilis sis institutus, vt ait Aristophanes, ad non popinandum, ad non liguriendum, & ad pedes alterum alteri iucumbentes non tenendum: familiæ vero, ciuitatis, matrimonii, vitæ, imperii inculpata societas consistat inter eos, qui quemadmodũ consuetudo colenda sit mutua, non didicerunt? Aristippus interrogatus cum esset à quopiam: Num tu es vbiq;? Ridens: Nempe naulum, inquit, male colloco, si sum vbiq;. Quid ni ergo tu quoq; dicas: si institutione non reddantur homines meliores, pædagogorum merces male collocatur. Nam vt primum acceperunt hi à lacte puerum, sicut corpus nutrices conformant, ita eum componunt moribus, atq; in vestigium primum aliquod constituunt, virtutis. Ex Lacone cum esset quæsitum, quid regendis pueris præstaret: Recta, infit, vt iucunda sint pueris, efficio. Ac docent ipsi pædagogi inflexa ceruice per viam incedere, vno digito salsamentum attingere, duobus piscem, panem, carnem, ita scalpere, pallium ita colligere. Quid igitur ille, qui ad lichenem dicit artem medicam pertinere & ad reduuiam ad pleuritin, febrem, phrenitin non pertinere: qua re discedit ab eo, qui rerum friuolarum & puerilium disciplinam, præcepta & monita esse iactat, in magnis & eximiis absurdum esse se exercere & fatigare? Quippe quomodo ille, qui dicit: Qui remigare vult, discat oportet: Qui gubernare vult, non habet opus, vt discat: ridiculus est: sic qui artium reliquarum relinquit disciplinam, sed virtutis tollit, is contra videtur ac Scythæ facere. Illi namq; vt est author Herodotus, seruos exoculant, quo oculos tradãt ipsis. At hic, qui ancillantib. & administris artibus quam oculum scientiam inserit, virtute adimit. Atqui dux Iphicrates Calliæ Chabriæ filio, cum sciscitaretur ac diceret: Qui es, sagittarius, cetratus, eques, an legionarius? Nullus ex his, infit, sed qui hisce omnibus imperet. Ridiculus ergo est: qui sagittarium, legionarium, funditorem esse, & equitare tradi præceptis posse: artem vero imperatoriam & ducere exercitum, id temere prædicat obuenire. An non ergo magis ridendus est, vnam qui prudentiam, qua sine artium operæpræcium vel vsus nullus est aliarum, non posse asserit doceri? Arqui hæc dux & tenor omnium ordoque est, quæ ad vsum suũ vnamquamque dirigit. Exempli gratia: Quæ cœnæ gratia sit, si instructi sunt & docti pueri, vt esse possint structores, coci, pincernæ, nisi digestio & descriptio sit inter ministrantes?

Videntur multa desiderari.

PLVTARCHI,

De virtute morali, Commentarius.

De virtute, quæ moralis appellatur & habetur, quatenus discrepet à contemplatiua, quæ in perspicientia posita est: quod huius forma ratio sit, illa in animi motu vertetur, instituimus differere. Iam, quam habeat substantiam, quemadmodũ eius natura subsistat, ad hæc peculiari ne ratione pars animi illa, in qua sedes habet, tincta sit, an consors alienæ. Quod si consors sit: vtrum vt illa, quæ temperata cum vi 10 præstantiore sunt: an potius vt in regimine & imperio aliquo posita, consors esse dicatur principis virtutis. Nam posse & virtutem esse, & permanere vndequaque exortem materiæ & indilutam, puto perspicuum esse. Præstiterit tamen breuibus perstringere aliorum sententias, nõ tam quo hæc cognoscantur, quam quo liquidiores & stabiliores explicatis prius illis fiant nostræ. Menedemus quidem Eretriensis virtutum tam numerum quam differentias sustulit: quasi vnica sit multis insignita vocabulis. Quippe eandem temperantiam, fortitudinem & iustitiam dici, quomodo mortalem & hominem. Aristo Chius substantia vnam ipse quoque fecit virtutem, ac sanitatem nominauit: cæterũ si referatur ad aliud, diuersas existere & numerosas: vt si visum nostrum, quando alba apprehendit, leucotheam, quasi albi visum nominare velis: quando nigra, melantheã quasi nigri visum, aut quo alio nuncupare nomine. Namq; 20 virtus, cum quid agendum sit & quid fugiendum, considerat, est prudentia dicta: quando cupiditatem componit, moderationeq; & opportunitate circumscribit voluptates, temperantia: quando in commerciis & contractibus cum aliis versatur, iustitia: sicut culter vnum est, licet alias aliud incidat: & ignis varius in materiis vim suam exercet, cum tamen in vna perstet natura. Apparet & Zenonem Citiensem quasi in hanc descendere sententiam: dum definit prudentiam esse in suum cuiq; tribuendo iustitiam, in rebus deligendis temperantiam, in tolerandis fortitudinem. Qui autem eum tuentur, contendunt in his scientiam à Zenone prudentiam vocatam. Chrysippus, dum suam cuique qualitati virtutem assignat, nõ intelligit, vt verbis Platonis vtar, examen insolitum & peregrinũ se virtutũ conglobare. Dum enim a forti fortitudinẽ, à mãsueto mansuetudinem, iustitiam à iusto, ab vrbano idem vrbanitatem, à pro- 30 bo probitatem, à magno magnitudinẽ, ab honesto honestatem, deniq; alias huiusmodi dexteritates, affabilitates, festiuitates, virtutes esse statuit, multis & absurdis vocabulis parum ex vsu philosophiam refersit. Communiter autem inter hos omnes conuenit virtutem principis partis animi dispositionem ac vim à ratione inductam, vel potius rationem esse certam, firmam & immobilem: neque arbitrantur obnoxiam animi partim perturbationib⁹ ac rationis expertem discrimine vllo & natura animi ab ea, quæ vtitur ratione seiunctam esse: verum partem animi eandem: quam nimirum mentem & principem partem vocant: conuersam & variantem, tum in perturbationibus, tum in habitus vel dispositionis voluminibus vitium fieri & virtutem, neque cuiusquam, quod brutum sit, esse consortem: sed dici brutam, quãdo inualescente & dominante appetitionis enormitate in turpitudinem aliquam inuita ratione 40 euehitur. Siquidem esse animi perturbationem rationem prauam effrenemq;, quæ ex peruerso & hallucinante iudicio vim & robur sibi adiunxit. Enimuero fallere hoc videtur omnes, quatenus vere est duplex quisq; nostrum & copulatus. Quippe naturam alteram geminã non perspexere, sed tantum animi & corporis apertiorem mixturam. Nam ipsius esse animi in seipso quid, quod coagmentatum, geminum, & dissonum sit, parte bruta quasi altero corpore cum ratione lege quadam rationali confusa & conglutinata, verisimile est ne Pythagorã quidem latuisse, vt coniecturam capimus ex illius in musicam studio: quod mulcendi & leniendi gratia animi accommodauit ei: vt q non sit omni ex parte doctrinæ & disciplinæ audiens, neq; ratione ex vitio versatilis, sed alterius inductionis, emollitionis, & blandimentorum opem requirat: ne vndequaque philosophiæ sit intractabilis & rebellis. Plato sane plane, cõstanter, 50 & indubitate huius mundi animum non esse simplicem, incompositum & vniformem: verũ ex eiusdem & alterius temperatum virtute partim eundem perpetuum processum & vertiginem seruate vno in tenore persistentem firmo, partim in motiones & circulos diffectum contrarios & vagos: vnde diffidii exordium & semẽ processit. Iam animus humanus, qui portio est & particula animi vniuersitatis, atq; ex proportionibus compactus & numeris illius germanis, simplex non est neque vniusmodi: verum partem obtinet vnam intellectiuam & rationis compotem, ad quã regere hominem, eique imperare spectat naturaliter: alterã patibilẽ, rationis exortẽ, palãtem & inordinatam, quæ sua spõte eget rectore. Ea iterũ in partes distrahitur duas: quarũ vna est dicta corporea, q̃ cupiditatib. paret: altera nũc ad hãc sese aggregat,

nunc

nunc rationi robur aduersꝰ hãc & vim addit, irascẽtia dicitur. Quid inter istas intersit rationis & intellectus cum cupiditate & irascentia pugnæ ostendunt: vt hæ subinde non pateant, sed reluctentur honesto. Hæc principia Atistoteles, vt illius monimenta declarant, plurimum vsurpauit. Post irasceentiam cupiditati attribuit, quod libido sit ita & appetitio vlciscendi. Partem tamen concupiscentẽ & ratione carentem à ratione vbiq; secreuit: non qui semel exors est rationis, sicut sentiendi, alendi, & augẽdi plantas vi prædita pars animæ: sed hæ prorsus nõ audientes rationi & surdæ quodammodo ex carne scaturierunt, corporiq; in totum coaluerunt. Patibilis propria ratione caret & vacat, solet tamen hanc & intelligentiam audire, ad eã se conuertere, aggregare & conformore, nisi sit ab inculta voluptate, & à viuendi ratione luxuriosa funditus dissoluta. Qui vero mirantur, quemadmodũ rationis sit orba, pareat tamen rationi: hi meo iudicio vim non comptehendunt rationis, quanta sit & quo pertineat superando & ducendo non rigida & aspera disciplina, sed informante & inuitante alliciẽteq; magis quam si vllam vim adhibeat. Quando etiam spiritus, nerui, ossa, & reliquæ corporis partes vacuæ sunt ratione: At vbi impulsu ea quatit tanquam habenis ratio, omnia intendunt, expediunt se, & attenta sunt. Pedes, quando deliberauit currere, validi sunt: manus ad partes suas accingunt, si iacere vel comprehendere quid constituit. Præclare poëta consensionem cum ratione & obsequelam partis brutæ tepræsentat hisce versibus,

Vt lachrymis maduere maritum, dum assidet ille,
Plorandis nitida gena: miseretur Vlysses
Coniugis ex animo mærentis: lumina verum
Palpebris stabant immotis, cornua sicut
Vel ferrum, atq; dolo compressit vim lachrymarum.

Adeo auscultantem iudicio spiritum, sanguinem, lachrymam habuit. Declarant id etiã apud formosas & formosos, quos ratio & lex prohibẽt attingere, pudendorũ fugæ & receptus quiescentiũ & conticescentiũ: quod potissimum amantibus vsu venit: vbi post resciuerunt sororis vel filiæ se amore incautos deperisse. Tunc enimuero trepidat libido increpante ratione, corpusq; membra cõponit & consonat cum iudicio Porro qui cibariis vel pulmentariis sunt cupidius vsi, si perceperunt & didicerunt impura se & vetita sumpsisse: non iudicio solũ acerbitatem animi & aculeum infligunt, verum etiam corpus vna cum opinione commotũ & oneratũ vomitus & auersiones occupant fastidiosæ. Vereor autem, ne videar plane illecebrosa & blanda commemorare, si psalteria, lyras pectidas, tibias, & cætera organa recensẽ, quæ musica molita est, canora & sonora, & quæ animi humani motibus, etsi inanimata sunt, consentiscunt, collachrymantur, concinunt, vnaq; lasciuiunt & exhibent iudicia, motus, & ingenia vtentium Zenonem etiam memorant, cum scandisset canente ad citharã Amœbeo in theatrum, discipulis: Pergamus, inquit, quo intelligamus, qualem interanea, nerui, lingua, & ossa, quæ in rationis, numeri & tenoris non veniunt societatem, concentũ & vocem mittant. Cæterum prætermissis his libenter eos rogem, an cum canes, equos & aues conspiciant domesticos consuetudine, educatione, & disciplina voces intelligẽtes, rationi obsecundantes: motꝰ; gestus, & actiones modestas, nobisq; conducibiles edentes: Homerum vero audiant, qui Achillem refert equos acuere & milites ad prælium: etiamnum admirabundi ambigunt, ecquid pars animi nostri, quæ excandescit, concupiscit, tristatur, & exultat, ausultare queat ei, quæ sapit, atq; affici ab ea, ad nutumque eius componi: cum non sit extra posita, nec disiuncta, nec foris fingatur formeturue vi vlla vel plagis: sed naturaliter ei sit nexa, atque assidue versetur in eius cõtubernio, vnaque crescat, & imbuatur cõsuetudine. Quapropter recte mores dicũtur. Sunt enim, vt quam paucissimis expediam, qualitas partis animi, quæ rationis est expers, mores. Nomen autem inuenit ἦθος quod apud Græcos significat mores, inde, quod qualitatem hanc & differentiam ἔθει, id est, consuetudine accipiat illa rationis exors pars à ratione cõformata, quæ non vult ægritudinem semel euellere. (Neque enim valeat, neque expediat) sed terminum certũ & modũ præscribit ei, ac virtutes morales, quæ indolentiæ nõ sunt, sed moderationes & mediocritates affectionũ, infundit. Infundit autẽ prudẽtiæ patibilis partis animi vim, quã vrbanã reddit. Siquidem tribus tradunt animũ præditũ esse, facultate, affectu, & habitu. Facultas origo est & semen affectus, ceu iracundia, verecundia, fidentia. Affectus motio iam quædã facultatis: vt ira, audacia, pudor, ferocitas. Habitus facultatis robur & cõfirmatio, quæ in parte bruta est ex assuetudine cõparata: atque est vitiũ, si praue: virtus, si recte à ratione fuerit affectus instructus. Sed quia nõ omnem virtutem esse volunt mediocritatem neque mortalẽ vocant: qd intersit, explicabimus altius exorsi. Igitur res partim absolute & quocunque modo se habẽt, partim quodamodo erga nos. Absolute cœlũ, sidera, mare: quodãmodo erga nos, honestum, turpe, expetendũ, fugiendũ, iucundum asperũ. Cum autẽ vtrunque genꝰ ratio respiciat: superioris sciẽtia & cõtemplatio est, posterius in deliberatione & actione

consistit:ac virtus est hui⁹ prudentia, sapientia illius. Inter quas hoc interest: quatenus quādo id, q. in contemplatione est positum, ad illud, quod vertitur in actione & affectibus patet, cōuertitur & id respicit, accedente habitu quodam iuxta rationem, existit prudentia. Quapropter requirit prudentia fortunam. Sapientia non habet ea opus nec consilio ad finem suum. Quippe versatur in perpetuis atq; iisdem, q̄ eodem se modo habent. Atq; vt geometres de triangulo non consultat, an duabus rectis lineis pares habeat internos angulos: sed id nouit. De liberationes enim ineuntur de rebus, quæ alias aliter sunt cōparatæ: no de stabilib. & immobilibus: sic illa, quæ in speculandis rebus agit mens, cum primas, fixas, vnaq; perenni præditas natura, quæ aliena est à vicissitudinibus, tractat, à consilio capiendo libera est. At prudētia in rebus demersa fluxis & turbulētis, crebro fortuitis implicetur necesse est, & deliberationē de casibus obscurioribus suscipiat. Vbi vero cōsuluit, tunc ad agendū se accingat parte etiā animi illa, quæ rationis est expers, assistente & comitante iudicia. Quandoquidem impulsu eget. Affectui addunt mores impulsum, qui ratione habet opus terminante: quo moderatus sit, neque transiliat occasionem vel deserat. Nā pars affectibus obnoxia & expers rationis mot. bus vtitur alias nimium acribus & præcipitibus, alias languidioribus quam par est & ignauiorib⁹. Hinc euenit, vt semper vnaquaq; in actione nostra vno tantū modo officiū fiat, modis vero titubetur multis. Siquidem ferire propositū vnum est & simplex: aberrant à destinato alias alio modo, vel modum excedendo vel non assequendo. Rationis ergo actiuæ partes natiuæ sunt enormitates eripere animi motibus & offensiones. Nam quando ex languore & mollitia vel metu & pigritia flaccescit & deserit impulsus honestum, hic præsto est extimulans & excitans: contra cū euehitur effusus & lasciuit, ibi feruorem detrahit & cōprimit. Hoc modo patibilem limitans motū imprimit parti rationis expert virtutes morales, quæ in medio defect⁹, & excessus consistunt. Neq; enim omnem virtutem fieri dicendū est medioeritate. Cæterū illa, quæ non indiget parte rationis vacua, atq; in syncera & immota stat mente, sapientia & prudentia cōsummata per se est rationis apex & potentia: qua res nobis diuinissima & beatissima infunditur scientia. Alia vero coacta corporis causa atq; indiga illius patibilis sicut ministerii organici ad agendū: quæ non elidit partem animi brutam neq; enecat, verū eā componit & adornat, vertex quidem est potentia & qualitate: sed modo mediū efficitur, tollens id q. redundat & quod claudicat. Quia vero dicitur medium mulrifariā: Mixtū enim est extremorum mediū, vt albi & nigri fuscum: quod simul continet & continetur, contenti & continentis, ceu duodenarii & quaternarii numerus octonarius: adhæc quod neutrius est extremorū particeps, vt boni & mali indifferens: Horū modorū virtus nullo fit medium. Neq; enim mixtura est vitiorū: neq; cōprehendens q. minus est, comprehenditur à redundatiore quā iustum est, neq; expedita est prorsus à patibilibus appetitionibus: in quib. plus & minus insunt. Existit aut mediū vt appellatur potissimū pariter atq; illud, quod in sonoro est & cōcenru. Illud enim cum vox sit modulata, sicut nete & hypate, quod in hac nimiū est graue, in illa plus satis acutū, id refugit. Hæc motus cū sit & vis in parte animi rationis experte, remissiones & intentiones plus deniq; & minus ex appetitione euellit, atq; in mediocritate & in tuto ab offensa singulas perturbationes collocat. Verbi gratia, fortitudinem mediū esse inter timiditatē aiunt & temeritatem: quarū hanc nimii animi, illam imbecillioris cōstituunt: liberalitatem inter sordes & prodigalitatem: mansuetudinem inter stuporem & immanitatē: ipsamq; temperantiā & iustitiā, hanc, quæ in contractibus nō plus iusto nec minus tribuit: illā, quæ in medio indolētiæ rigorisq; & luxutię cupiditates coërcet. In quo sane videtur imprimis q d distet pars animi ratione vtens à bruta. oculis subiici: ac demonstrari perturbationem à ratione longe dissidere. Neque enim quicq̄ interesset inter temperantiam & cōtinentiam, neque inter luxuriam & incontinentiam in voluptatibus & cupidinibus: si pars eadem animi foret, quæ concupiscit naturaliter & iudicat. Nunc temperantia est, eiuus perturbationē sicut obedientē pecudem & mansuetā ratio regit & tractat, quā in libidinibus habet obsecundantē. Continentia sequente ratione vtitur & vincente libidinem. Ducit aūt eam non sine molestia neque obsequentem sed deflectentem & obluctantē, quasi plagis & freno instans & reuocans, luctationis intra se & æstus plena. Quod adumbrat Plato in animi iumētis: vbi deterius aduersus melius luctatur pariter & aurigā conturbat, qui inhibere & vrgere assiduo cōpellitur, ppterantem, ne punicea è manibus amittat lora, vt est apud Simonidem. Quocirca nec esse continentiam per se absolutam virtutem censent, sed infra virtutem. Neque enim est mediū facta ex concentu cū rectiore deterioris, neque exemptū pturbatione, q. excedit medium neque cupiditas paret & assentitur parti animi sanæ: sed pungit & pungitur, coërcetur, que necessitate: ac sicut in seditione inimica & hostis vno in domicilio habitat:

At vrbs simul suffitibus referta fit,
Et cantilenis, & simul quoq; fletibus.

con-

continentis animus ex inconstantia& dissidio. Eadē ratione incōtinentiam aliquanto minus esse vitio existimant: consummatum vero vitium luxuriam esse. Hæc n. quia cōtinet in se perturbationem malam&rationem, ab illa stimulatur cupiditas ad turpitudinem, ab hac prauo iudicio associata cupiditatib, etiam sensum amittit erratuum. Incontinentia tuetur iudicium, quod est rectum: sed perturbatione, quæ valentior sit ratione, inuito iudicio abripitur. Quare discedit à luxuria. Illic n. superatur à perturbatione ratio, hic ne repugnat quidem: illic reclamans sequitur libidines, hic suffragans præit: illic dolenti author est veniendi in peccatorum societatem, hic gestienti: illic deserit inuita honestum, hic vltro turpe sectatur: Elucet autem diuersitas non ex factis modo, verum etiā ex earum dictis. Luxuriosorum enim hæ voces sunt:

10 *Quid gratum, vel quid letum, aurea si Venus absit,*
Emoriar, me horum cura relinquet vbi. Et alius.
Potare & esse & indulgere Cypria:
Ego cætera accessoria omnia voco:

ait, quasi toto animo nutans in voluptates&oppressus: Non minus quam hi iste, qui ait:

Perire sine me, namque id mihi expedit:

iudicium habet cum perturbatione laborans. Intemperantiæ aliæ sunt & dissonæ voces:

Natura consilio me expugnat præditum. Et,
Eheu malum est inuectum humanis cælitus,
Quando bonum cernis, neque vsurpes tamen. Et,
20 *Me namque iam feruor trahit nec restitat,*
Sabulosus vt sauo dens fluctus anchoræ.

Sabulosum dentem non male vocat non tenacem rationis nec fixum, sed eum, qui languori& mollitudini animi iudicium permittit. Non abhorrent ab hac similitudine illa dicta:

Vt nauis ex terra religata est funibus:
Ventus secundus flat, vim adfert rudentibus.

Rudentes appellat renitētia turpitudini iudicia mox sicut à valido vēto elisa à perturbatione: omnino n. passis velis luxuriosus à cupiditatib. ad voluptates rapitur, permittitq; his seipse ac recta illas sectatur: ex obliqui incontinens velut qui assurgere gliscer & summouere perturbationem, turpitudini arrepit & inuoluitur, vt Anaxarchum conuitio proscindit Timon:

30 *Robore Anaxarchum dicunt viguisse canino,*
Qui fuit & prudens miser, vt fert fama per aures.
Attamen abripuit natura hunc illecebrosa,
Quam plerique solent subformidare sophistæ.

Neq; n. est sapiens incontinens, sed moderatus: neq; iners incontinens, sed luxuriosus. Siquidem delectatur superior reb. honestis, hic non offenditur turpib. Est igitur animi fucosi incōtinentia ratione præditi, quæ in sententia sua perstare recta non valet. Atq; hactenus quidem distinguitur à luxuria incontinentia. Continentia vice versa à temperantia similiter. Continentia n. nondum morsu aculeo & stomacho est soluta. Animus temperans vndequaq; lenis
40 est, pacatus, & sanus: in quo congruit &temperata est pars bruta animi cum ratione, obsequela & placiditate mirifica culta. Quam si intuearis, dicas:

Iam ventus cecidit, flatus quies alta secuta est,
Et Deus vndarum sedauit murmura summus.

quando procellosos, insanos, rabidosq; cupiditatum motus ratio restinxit: illos vero, quos requirit necessario natura consonos, parentes, socios, & auxiliares reddidit voluntatib. actiuis: vt neq; præcurrant consilium, neq; torpescant, neq; lasciuiant, neq; frenum mordeant: verum vt omnis appetitio sequax,

Vt pullus haud lactatus equi cursum assequi
Queat.

50 comprobetq; Xenocratis dictum, quod de legitimis philosophis protulit: eos solos præstare vltro, quæ reliqui legis metu inuiti faciant sicut verberib. canes, & mustelæ strepitu, à voluptatib. deflectentes& cruciatus respicientes. Igitur existere quidem in animo tantæ firmitatis sensum&discrimē circa cupidines, vt alicuius eis repugnantis& obstrepentis, non est obscurum. Sed sunt nonnulli, qui perturbationem&affectum, Græcis πάθος dicūtur, non esse autument aliud à ratione, neq; duorum discrimē& distractionem, verum vnius rationis in vtramq; partē conuersionem, quæ prætereat nos conuersionis velocitate&celeritate: nec animaduertunt idem esse in animo, quod naturaliter concupiscit, & pœnitentia ducitur, irascitur&timet, ruit ex voluptate ad turpitudinem, & ruentem se retinet. Quippe, cupiditatē metū&eius generis omnia opiniones esse& iudicia praua: quæ non vna in aliqua animi parte proueniant: cæterū totius principatus eius nutus, propensiones, assensiones, appetentiæ, breui afficientiæ quædā

 sint

sint in momento cōmutabiles: sicut puerorum incursus ardorem& vim ex imbecillitate&infirmitate habent lubricum. Cæterum sunt hæc primum contra euidentiam&sensum. Nemo n. in seipso cupiditatis sentit in iudicium conuersionem, neq; contra in cupiditatem iudicii neq; desistit amare, vbi cōprimendum reputat amorem, eiq; repugnandum: neq; rursus intermittit reputare & iudicare, quādo ex libidine liquescēs se remittit: imo etiam ratione perturbationi animi reluctans, in perturbatione adhuc hæret: itemq; superatus à cupiditate perspicit reputando offensam: &neq; perturbatione rationem opprimit, neq; reputando perturbatione expeditus est: dum vero nutat in vtramq; partem, vtriusq; est medius &communis. Qui vero nunc fieri animi principatum cupiditatem, nunc repugnantem cupiditati putant rationem: hi perinde faciunt atq; illi, qui non duos venatorem esse&feram arbitrantur: sed corpus 10 idem vicissitudine intercedente modo feram modo euadere venatorem. Illi namq; in sole caligant, hi reclamant sensui: qui non vnius rei mutationem, sed duarum simul pugnam & dissidium sentit. Quid igitur aiunt, an non consilium hominis frequenter in diuersa fertur, atque in sententias distrahitur contrarias, quid conducat, sed est vnum? Sane vero respondebimus: cæterum non est par casus. Neq; n. secum pugnat pars animi sana, sed vna vtens potentia diuersas tractat reputationes. Imo vna est reputatio, in rebus quæ fit diuersis sicut materiis discrepantibus. Quo fit, vt nec molestia reputationes occupet perturbatione vacuas, ne prçter animi sententiam velut expugnati eligant alterum: nisi hercle annexa clam sit perturbatio aliqua sicut in statera. Siquidem hoc crebro vsuuenit, non quando cum reputatione pugnat reputatio: sed quando ambitio vel concertatio, vel gratia, vel æmulatio, vel metus renititur: 20 vt id ex duarum dissidio rationum fieri existimemus, ceu in hisce:

At pugnare metus retro pudor ire vetabat.

Iam in hoc: *Durum iugulari est, sed comitatur gloria:*

Non emori ignauum, voluptatem ast habet.

Atq; in disceptandis commerciis intercurrentes perturbationes vehementer homines distinenr: atq; in regum cōsiliis qui gratiam eorum in dicenda sententia captant, hi non duorum iudiciorū alterum defendunt: verum perturbationi cuipiā se præter vtilitatis reputationē accōmodanr. Quapropter oratorib. magistratus in ciuitatib. vbi primores regunt, non concedunt animos pertractare. Vergit n. recto momento immota perturbatione ratio ad iustum. Quam si insederit ægritudo, pugnā & dissensionem cum iudicio & consilio voluptas & dolor 30 excitant. Nam cur commentationes philosophicę nō habent hoc, vt cum molestia ab aliis alliciantur&immutent sententiam frequenter: verum ipse Aristoteles Democritus, & Chrysippus quædā, quæ ante eis probabātur, sedate, sine stimulo, & cū delectatione repudiauerūt? Quoniā cōtemplanti&disciplinarum studiosæ animi parti nulla obsistit perturbatio: verum cōticescit hic, nec ingerit se illa rationis exors. Qua de causa ad veritatē, vbi illuxit, reiecto falso cupide ratio inclinat: Quippe in hac est neq; vllo in alio, q adducitur&abducitur aliorsum. At negotiosæ deliberationes, iudicia, & arbitria vulgi perturbationib. obsita grauem odorem rationi&asperitatem offundunt hærenti & sollicitatæ apud partē illam animi brutam, quæ obnititur ei voluptate aliqua vel metu vel dolore vel libidine: quorum sensus arbiter est vtrūque cōtingens. Etenim si exuperauerit alterum nō perimit alterum, sed reluctans hoc vi retra 40 hitur. Qui n. se corripit amantem, is asciscit sibi aduersus illam ægritudinem rationem, quasi ambo teneant animum, vt si manu alteram partem premat tumentem, &duo esse atq; inter se diffidere sentiat. Cæterum in deliberationib. & speculationibus quæ sunt ab animi perturbationib. immunes, in quib. versatur potissimum, qui contemplatur: si pares maneant, nullæ ibi partes sunt iudicii, sed hæsitationis: quæ est mentis sub contrariis perturbationib. dissidium&. permansio. Quod si nutus ad alteram fiat ea victrix alteram euertit: vt iam non obtundat vel oppugnet sententiam? Quid multis? vbi reputationem impugnare videtur reputatio, non duo & diuersa percipiuntur, sed vnum, quod in variis versatur imaginationibus. Enimuero vbi obstrepit rationi pars animi bruta, quæ non solet vel vincere sine acerbitate vel vinci: statim vt duo in partes cōflictu distrahunt animum, redduntq; discordiam perspicuam. Non modo au- 50 tem ex pugna illa, verum æque ex consequentib principium & fontem, vnde manant perturbationes, perspicias alium à rationis consorte esse. Quando n. bonæ ad virtutem indolis & egregium puerum potes diligere, potes etiam improbum& lasciuum: cōtingit itē indulgere irę immerito aduersus liberos suos & parentes, flagrare vice versa ira pro parentib. & liberis iure aduersus hostes& tyrannos: sicut illic pugnam&contentionem cum ratione affectionis sentis, perinde hic inductionem&obsequium quasi obsecundans& alteri se permittens. Quandoquidem etiam vir prob. qui vxorem ex legis præscripto duxit, deliberatum habet eam fouere atq; cum ea viuere iuste &caste: die vero &consuetudine ratione affectum sentit iniustū, qui amorem&dilectionem alat: sicut etiam adolescentes, qui præceptores nacti sunt præcla-

ros,

ſos, vtilitatis gratia ſectantur eos & admirantur, poſt amant quoq;, nominanturq; & ſunt pro aſſectatoribus & auditoribus amatores. Idem contingit in ciuitatibus erga magiſtratus humanos, vicinos, & affines. Orſi n. ex vſu aliquo decentem inter ſe conſuetudinem, mox prius, quã animaduertant, delabuntur in eorum amorem vna ſecum rapiente & permouente ratione affectum. Qui dixit:

Duplex pudor, non eſt malus hic, alter domus
Labes:

an non ſignificat percepiſſe in ſemetipſo ſubinde hanc ægritudinem inuita ratione cunctãdo & moras nectendo tempora & res corrumpentem: quibus etiam hi aliquatenus ex euidentia
10 obſecundantes pudorem, verecundiam, voluptatem: gaudium, metum cautionem appellãt: quam plauſibilem appellationem reprehendat nemo. Inde ęgritudines ipſas, quando accommodant ſe rationi, hiſce nuncupant vocabulis: quando repugnant & impellunt rationes, illis. At quando lachrymis, tremorib. & coloris detecti mutationibus pro moleſtia & metu morſus aliquos & contractiunculas dicunt, & libidines promptitudines blando vocabulo nominant, adulterina non philoſophica tegumenta & effugia ex reb. ipſis per appellationes machinari videntur. Et quidem ipſi inuicem lætitias illas, volũtates, & cautiones εὐπαθείας non ἀπαθείας nũcupãt, id eſt rectas affectiones non vacuitates affectionis: qui vocabula hic vſurpant recte. Exiſtit n. recta affectio, quando ratio affectionem vel ægritudinem non perimit, ſed componit & ordinat in temperantibus. Improbi vero & incontinentes, quando patrem & matrem iudica-
20 uerunt amici & amicæ loco diligendos, non poſſunt tamen, meretricem vero illam & adulatorem vbi iudicarunt, continuo diligunt. Si namq; eſſet affectus vel perturbatio iudicium, oportebat, vbi amare vel odiſſe te iudicaris debere, ſequi vt amares vel odiſſes. Nunc contra euenit: quod aliis iudiciis aſſentiatur animi perturbatio, aliis refragetur. Siquidem ipſi quoq; aiunt rebus vi exprimentibus, non omne iudicium perturbationem eſſe, ſed quod appetitionem violentam & laxam mouet. Ita fatentur aliud eſſe, quod iudicat, aliud quod in nobis perturbatur, vt quod mouet & quod mouetur. Ipſe adeo Chryſippus multis locis definiens tolerantiam & continentiam habitus eligenti rationi obſequentes. Planum eſt, quod à rebus ipſis confiteri compellatur, aliud eſſe quod obſequitur in nobis, aliud cui obſequitur inductum, vel vice verſa repugnat non inductum. Errores igitur, qui pares omnes pariaq; omnia peccata ſtatuunt,
30 ſicubi aberrant à recto, non eſt huius loci coarguere: certe maiore ex parte apparet eos rationi contra euidentiam plane repugnare. Omnis n. eſt ex ipſorum authoritate peccatum perturbatio: atq; quiſquis dolet vel timet vel concupiſcit peccat. Ingentia autem magnitudine & quaſi gradibus deprehenduntur perturbationum diſcrimina. Nam Dolonis metum quis parem eſſe Aiacis metui dicat, cum hic recipiat ſe & gradu abſcedat compoſito ex hoſtibus parum per alterna genua promouens: vel Platonis ex Socratis morte dolori illum Alexandri ob Clitum, qui ſibi ipſi manus adferre parabat. Intenduntur enim haud mediocriter ex inopinato dolores, & caſus eſt inexpectatus opinato acerbior ſi ille, qui florentem & celebrem ſe viſurum expectabat, tormentis audierit necatum, ſicut Philotam Parmenio. Iam iræ quis dixerit aduerſus Anaxarchum induliſſe pari Nicocreontem, atq; aduerſus Philemonem Magam:
40 quorum vtrumq; illi conuitiis proſciderant. Hic enim carnifici iuſſit, vt Philemonis iugulo ſtrictum gladium admoueret, inde eum dimitteret: ille Anaxarchum piſtillis ferreis contudit & concidit. Hinc iracundiam Plato animi neruos appellauit: vt quæ acerbitate intendatur & remittatur lenitate. Enimuero hæc & alia id genus, dum explodunt intendi permotiones & incendi, inficiantur exiſtere iudicio, in quo vis conſiſtit peccandi: verum extingui, contrahi, diffundi: vbi cadit plus & minus. Et quidem in iudiciis quoque magnæ deprehenduntur diſparitates. Quandoquidem paupertatem ſunt qui non pro malo, ſunt etiam qui pro magno habeant malo, & vero alii etiam pro maximo: vt eius cauſa per ſcopulos & mare ruant. Iam mortem alii bonorum priuatione, alii ſuppliciis perennibus apud inferos & piaculis terribilibus malum cenſent. Quid quod corporis valetudinem hi vt naturæ conuenientem & vti-
50 lem magnifaciunt: Alii eam inter omnia ſummum bonum credunt. Neq; enim opum vel ſobolis, neque

Regni, quod eſt diuina res mortalibus,

oblectamentum eſſe vllum, virtutem denique, niſi adſit ſanitas, inutilem eſſe & ſterilem opinantur. Hinc liquet & in iudiciis ipſis hos plus, illos minus labaſcere. Cæterum hæc non eſt nunc tempus redarguendi. Illud vero hinc ſumendum, concedere etiam ipſos à iudicio diſtare partem animi brutam, in qua naſci perturbationem autumant acriorẽ & ampliorem, qui cum de nomine & verbo pugnent, res ipſas concedunt illis, qui differre perturbationibus ſubiectam & ratione non vtentem partem ab illa, quæ ratione & iudicio prædita eſt, affirmant. In libris de aſſenſu Chryſippus, cum rem eſſe cæcam dixiſſet iram, ac ſubinde obſtare, quo

minus

minus clara cernas, subinde vero perceptis officere: paulum progressus: Quippe succedentes, inquit, perturbationes extrudunt ratiocinationes & ea quæ aliter videntur: ideoq; propellunt ad diuersos actus: Tum testem laudat Menandrum:

Heu me miserum, quemnam in locum mens corporis
Illo recesserat mea hac articulo
Non hæc, sed illa deligimus.

Adhæc in progressu ostēdit Chrysippus: etsi animans, quod ratione vtitur, sua sponte rationē vbiq; sequatur, atq; ab hac regatur: nos tamen identidem eam auertari concitatiore alio impulsos impetu, agnoscens euentum ex dissidio cum ratione perturbationis. Alioqui ridiculū sit, vt Plato ait: quempiam dicere modo quam fuerit esse meliorē, modo cōtra deteriorē: atq; hunc sui potentem, illum impotentem. Qui enim fiat, idem vt seipso melior & deterior sit, vel superetur simul & superet: nisi aliquatenus geminus quisq; natura foret, & aliquid in se deterius, aliquid etiam haberet rectius. Ita n. hic, dū in eo meliori deterius obsecundat, sui potens & se præstantior sit. Qui vero conniuet, vt pareat & ancilletur id, quod rectius est, parti animi brutæ, deterior seipso & impotens dicatur, & non conuenienter naturæ comparatus. Quippe cōsentaneum est naturæ, vt ratio, quæ diuina est, dux sit & parti brutæ imperet, quæ iam inde ab initio ortū habet ex corpore, cui sua sponte aggregat se huiusq; perturbationū contagione afficitur, & tingitur ab eis, quia induit illud, & cū eo est confusum: quod demōstrant appetitiones, quæ ad corporis nutū cientur, efferuescuntq; in corporis vicissitudinib. & remittuntur. Quapropter iuuenes præcipites & temerarii sunt atq; in appetitib. ardentes rabidiq; sanguinis copia & feruore. In senibus cupidinum fons, qui sedē habet in iecore, extinguitur, deteritur, & languescit. Inualescit vero ratio, quod pars animi perturbationib. patens, vna cum corpore cōtabescat. Hæc nimirū & brutorū informat ad perturbationes naturas. Haud n. ex rectis opinionibus, neq; vero ex malis ferocitas aliis præsto est & alacritas aduersus ea, quæ apparent horrenda, aliis immensi pauores & trepidationes animi: sed sanguinis, spiritus, & corporis facultates dissonas creant perturbationes: quod ex corpore velut radice pars animi turbulenta germinet fundatque vna qualitatem & iudicium. Hominis autem turbulentis appetitibus consentire corpus & commoueri ab eis demonstrant pallores, rubores, tremores, cordis palpitationes, contra effusiones animi spe proposita vel expectata voluptatum. Vbi vero citra perturbationem ipsa secum agitatur cogitatio, est corpus in quiete & tranquillum, neq; in societatem vel partem muneris intelligentiæ venit, si ad discendum se intenderit: neq; partem brutam animi in societatem admittat: qua re etiam esse patet eas duas & facultatibus inter se distractas. In summa res & ipsi affirmant & liquet partim habitu regi, partim natura, alia animo bruto, alia animo, tum ratione prædito tum intelligentia: quorum est homo simul omnium particeps, ac constitutus in omnibus, quas cōmemorauimus, differentiis. Nam quod habitu continetur, natura alitur, ratione & intelligentia vtitur: deniq; consors est etiam partis animi brutæ, & natiuum habet peturbationis fontem non aduentitium, sed necessarium: qui semel deleri nequeat, sed medico & rectore habeat opus. Itaq; nō est Thracium vel Lycurgeū rationis munus, vt vna cum noxis emolumenta perturbationis excindat & elidat: Verum sicut fruticator Deus vel vinitor, vt castret feritatē & exputet enormitatem, tum id, q. frugiferum est, cicuret & inflectat. Neq; n. effundunt, qui crapulam metuunt, vinum: neq; perturbationem, qui timent eius procellas, extinguunt, sed temperant. Quippe boum & equorum saltationes & contumacias, non motiones vel actiones sustollunt: perturbationibus item domitis & cicuratis vtitur ratio, non eneruat vel exsecat radicitus ex animo earum obsequia:

Sub curru equus (vt ait Pindarus) *sub aratro bos, delphin volat*
Velocius iuxta nauem, minanti apro
Cadem canis quærendus est industrius.

Quib. longe sunt perturbationum pecudes cōducibiliores, vt quæ rationi opitulentur, & seruiant virtutib. iracūdia, si mediocris sit fortitudini: iustitiæ odium improbitatis: inuidia in eos, qui immerito rebus secundis vtuntur: vbi amentia simul & petulantia flagrans eorum animus freno indiget. At ab amicitia indulgentiam, vel ab humanitate misericordiam, vel congratulari aut dolere alterius vicē à vera beneuolētia, ne si velis quidē, diuellas neq; distrahas. Quod si illi, qui vna amorem cum perdito amore exturbant, peccant: nec hi, qui cupiditatem auaritiæ causa insectantur, faciunt recte: cæterum perinde aguntatq; illi, qui currere, ne offendant, & iaculari ne traiiciant propositum, vitant, atq; à canendo prorsus abhorrent propter absonum. Quomodo n. in sonis musica concentum non tollendo graui & acuto: in corporibus ars medica salubtem valetudinē non calore vel frigiditate extinguenda, sed competentia & modo eorum temperatorum efficit: eiuscemodi inest in animo id, quod vincit: quando infusa est à ratione facultatibus & motionib. turbulentis æquitas & modestia. Siquidem turgenti & tumenti

menti corpori affinis est nimium anxius vel exultans vel pertristis animus: non gaudens, non tristis, non timens. Ac recte Homerus, cum ait:

Haud nimium trepidat bonus, aut versare colorem
Assolet.

non timorem sed immodicum detraxit timorem: ne fortitudo vecordia vel fidentia fetocia euadat. Quocirca in voluptarib. hiās præcidēda libido, & in vindicta effrene improborū odiū. Ita ille non stupidus & rigidus, sed temperans, hic iustus, nō crudelis neq; acerbus erit. At oppressis in torum perturbationibus, si etiam id fieri queat, in multis erit languidior & obtusior ratio, sicut sopitis gubernator ventis. Hæc itaq; cum non animaduertant legumlatores ambi-
10 tionem & mutuam æmulationem in resp. inuehūt, tubis tibiisq; animos bellicos in hostes excitant & inflant. Neq; enim in poëmatibus tantum, vt ait Plato, artificem & ad vnguem factum fanaticus & lymphatus ridiculum facit: sed in acie quoq; motus turbulentus & afflatus quasi furoris in exuperabilis, & inuictus est: quem etiam deos Homerus infundere ait hominibus, sic fatus:

Sic ait inflauit magnos animos populorum
Pastori. Et,
Hic minime sic insanit sine numine diuûm.

velut ardorem rationi & vehiculum admouentes perturbationē. Porro hos ipsos videre licet frequenter laudib. iuuentutem acuentes, frequenter correptionib. etiam castigātes: quorum
20 huic comitatur tristitia, illi lætitia. Siquidem correptio & insectatio pœnitentiam & ruborem inurit: quorum hic ex genere metus, illud doloris est: atq; has præcipue ad corrigendum adhibent: sicut Diogenes, cum celebraretur Plato: Quid vero, inquit, habet ille præclari, qui tam diu philosophiam professus nemini acerbus fuit? Neq; n. ita disciplinæ dicendæ sint, vt ferebar Xenocrates, nexus esse philosophię, quomodo iuuenum permotiones, pudorem, cupido, pœnitentia, voluptas, dolor, gloriæ sitis: quarum stimulo seire & salubriter pungens ratio & lex in rectam viam iuuenem magno cum fructu deducit. Quare à Laecone pædagogo dictum est non male, effecturum se, vt honestis puer hilaretur & ingemisceret turpibus: quo meliorem nullum est neq; speciosiorem finem statuere homini libero rectæ institutionis.

30

PLVTARCHI

De Iside & Osiride, Commentarius.

Omnia bona sunt sanis Clea ab diis contendenda: pręcipue notitiam eorum, quatenus aspirare mortales valent, affectantes optamus eam ab illis ipsis consequi: quod nihil homini accipere grandius vel largiri Deo veritate sit augustius. Nam cætera quidem hominibus Deus, quorum sunt indigi, donat. Hanc possidet peculiarem eaque vtitur. Neq; enim argento numen & auro beatum, vel tonitribus & fulmi-
40 nibus est valens: sed scientia & intelligentia, idq; omnium, quæ dixit, de cœlestibus pronuncians elegantissime Homerus:

Idem vtrisque genus nimirum, patriaque vna:
Iuppiter at mater natu & sapientior ille est.

Iouis declarauit esse augustius imperium q̃ scientia & sapientia antiquius foret. Mea quidem sententia est, etiā æternę virę beatitudinem in eo positam esse, quod rerum cognitionem ante nō abiecerit: at intelligentia ablata rerum & sapientia nō vitam sed tempus esse immortalitatem. Quocirca desideriū veritatis imprimis de diis est diuinitatis cupiditas: quæ quasi sacrorum restaurationem habet disciplinā & inuestigationē, eaq; res omni expiatione & sanorum tutela sanctius est munus, & acceptum vt nihil aliud huic deæ, q̃ tu venereris eximię sapientem
50 & sapientię studiosam: vt nomen indicare videtur τὸ εἰδέναι, id est, scire, & scientiam pręcipue ad eam pertinere. Prudentiam n. denotat Isis, & est ei deæ Typhon hostis ob ignorantiam & errorem delirus dissipansq; & opprimens sacram doctrinam, quam hæc dea contrahit concinnatque ac tradit religioni initiatis: quæ sobrio assidue victu, ciborumq; multorum & Veneris abstinentia castigat salacitatem & libidinem, austera autē & grauia in delubris deorū munera cōsuefacit tolerare. Quorum est finis primi & summi principis, qui sola mente comprehenditur, perspicientia, quem hæc dea hortatur vestigare apud se agentem versantemq; secum. Templi eius nomē notitiā & intelligentiā vniuersitatis dilucide indicat. Nuncupatur enim Ision, quasi εἰσόμενον τὸ ὄν: id est cogniturum vniuersitatem. Itaq; templum huius deæ circumspecte & sancte ineamus. Iam complures Mercurii, complures Promethei esse eam prodiderunt filiam

quorum

quorum alterum sapientiæ & prouidentiæ, Mercurium grammaricæ & musicæ uinentorem putant Hinc Musarum, quæ apud Hermupolim sunt, priorem Isin simul & iustitiam vocant quasi sapientiam, vt est dictũ, & monstrantem diuina illis, qui iure & vere hierophori & hierostoli appellantur. Hi sunt, qui sacram de iis doctrinam ab omni defecatam superstitione & arguta sedulitate in mente gerunt sicut in capsula & contegunt: quæ quidem partim nigrantia & opaca, partim illustria & clara de deorum opinationibus denunciat: cuiusmodi etiam de sacro amictu produntur. Vnde quod hoc ornentur defuncti Isiaci, nota est hanc doctrinam cum iis esse, atq; hanc secum neque quicquam aliud ferre quando eo contendunt. Neq; enim philosophos promissa barba Clea & læna facit, neque stola linea Isiacos & rasura. Cæterum Isiacus est reuera, qui ea, quæ circa hosce deos monstrantur & aguntur, legitime percepit, ratione scrutatur, & inquirit eorum veritatem. Quãdo vulgus vulgarissimum hoc & minimum præterit, quamobrem capillũ recidant Isidis sacerdotes, & veste linea vtantur. Alii nihil prorsus de his quicquam scire laborant. Alii lana iuxta ac carne ouis, quam colunt religiose, eos temperare memorãt: deradi capita luctus causa lineis vestiri coloris gratia, quem linum fundit floridum, æthereo cœruleo colori, qui mundo est circumfusus, æmulum. Germana causa vna est omnium. Quippe purum, vt ait, contingi ab impuro nefas est. Nullum autem pastus retrimentum & stercus purum & mundum est. Iam ex retrimentis lanæ, villi, pili, & vngues pullulant & germinant. Quare ridiculum foret, si suos ipsorum pilos in expiationibus ponerent radentes & glabrum facientes totum vndique corpus, pecudum vero circumiicerentur & velarentur. Etenim Hesiodus existimandus est, cum ait:

Festa tibi est si quando dies celebranda, caueto
Ne conuiua tuos cultro purgaueris vngues.

docere purgatis iam istis festum celebrandum, non ipsis in sacris adhibendam lustrationẽ & detractionem excremẽtorum. Nascitur autem ex immortali telluris indole linum, fructumq; effert, qui edendo est. Vestem suppeditat subtilem & nitidã, velamine nõ ponderosam, omni tempestati accommodatã, minime opportunam, vt perhibent pediculis: de quibus alias. Sacerdotes vero vsq; adeo excrementorum prouentum auersantur, vt non modo reiiciant plæraque legumina, ex carnibus ouillam & suillam, quæ vim copiosam creant excrementorũ: sed etiam salem in expiando à cibariis dimoueãt cum aliis de causis multis tum quod potionis & cibi reddat stimulãdo appetitionẽ auidiores. Nam eo, vt Aristagoras dictitabat, quod in concreto multa minuta animalia emoriantur deprehensa, impurum haberi salem, fatuũ est. Porro feruntur etiã ex puteo peculiari Api potum præbere, atque à Nilo eum in totum depellere: non quo liquorem eius prophanum crocodili causa, vt quorundã fert opinio, arbitrẽtur. Nihil enim æque est apud Ægyptios ac Nilus in honore: verum saginare videtur & obesos reddere Nili haustus. Nolũt autem eam vel Api, vel sibi habitudinẽ esse, sed expeditis & agilibus vestitas corporibus animas, neq; naturæ caducæ vi & mole cœlestem premi vel degrauari. Vinũ Heliopolitani, qui Api seruiunt, omnino non inducunt in templum: quasi parum deceat sub oculis domini & regis interdiu bibere. Cæteri eo vtuntur, parce tamen: ac frequẽtes habẽt lustrationes in quibus abstemii sunt. In his assidue cõmendantur, discunt & docent res diuinas. Reges, qui iidem sacerdotes fuerunt & ad mensurã ex sacris monimentis, vt est Hecatæus autor, bibebant. Orsi sunt potare ab Psammetichi æuo: antea non gustabant vinũ neque vt diis acceptum libabant, sed vt cruorem eorum, qui arma quondã diis intulerunt: ex quibus cæsis & telluri cõmistis vineas ortas putant. Hinc etiam temulentia demẽtes & insanos efficit, quod progenitorum sanguinem ingurgitent. Atq; hæc quidem secundo libro peregrinationis suæ Eudoxus ita narrari ostendit à sacerdotibus. Piscibus marinis omnes non omnibus cæterum certis temperant, ceu Oxyrynchitæ hamo captis. Nam quia colũt Oxyrynchũ piscem, metuunt ne hamus, cum adhæserit ei Oxyrynchus, immundus fit: phagro Syenitæ. Siquidem putatur vna cum intumescente prodire Nilo, eiusque auctum lætus vltro ostendere ipsum nunciũ. At sacerdotes ab omnibus abstinent. Primi mensis die nono cum reliquorum Ægyptiorum quisquis pro atrio assum piscẽ deuoret, sacerdotes nõ gustant, sed concremant pisces pro foribus duabus de causis: ex quibus sacram & elegantem reperam sanctis commentationib. de Osiride & Typhone concinentẽ: Aperta & peruagata non necessarium neq; opiparum pulmentum piscem demonstrat, atq; in eo suffragatur Homero: qui neq; Phæacas delicatos homines, neq; insulares Ithacẽses in vsu habere scribit pisces, neq; Vlyssis socios in nauigatione habuisse adeo diuturno & in salo, quam vt ad extremam inopiam reciderunt. Breui mare quoque ex igne existimant secretum, neq; potionem vel elementum, sed diuersum excrementũ corruptum esse & morbidum. Nihil n. monstrosi vel fabulosi, neque ex superstitione, vt censent nonnulli, sacris pro elemento imprimebatur: sed partim quæ moralib. & frugiferis rationibus, partim festiuitatem nõ vacant historica & physica: vt quod de cępa traditur: cecidisse in amnem

amnem atq; interiisse Isidis altorem Dyctim, dum cæpas captat, prorsus absurdum est. Enimuero auersantur sacerdotes & abhorrent ab ea ex obseruatione, q; senescente luna gliscere & germinare soleāt. Est vero neq; expiantibus se neq; festa celebrātibus cæpa accōmodata: his, q; lachrymas sumentibus eam: illis, quod sitim prouocet. Suem item animal ꝓfanum habēt. Nam præcipue admittere luna senescente coirū videtur: ac qui lac earum bibunt, eorū corpora lepram & asperitates impetiginis quā psoram dicunt, emittunt. Fabulam quam illi, qui suem semel in plenilunio immolant adeduntque addunt, sectantem Typhonem ad plenam lunam aprum, ligneum loculum, in quo corpus iacebat Osiridis, reperisse ac dissipasse, non omnes recipiunt: quod eam per errorē acceprā sicut alia multa existiment. Delicias certe lau-
10 titiamq; & luxū adeo execrabiles fuisse apud priscos ferunt, vt pila Thebis in fano posita sit, in quam incisæ sunt deuotiones in caput regis Minii, q; Ægyptios princeps ex angusta, tenui, & frugali viuēdi ratione laxauit. Memorant Technatim Bacchoris patrem in expeditione Arabica, cum morarentur impedimenta, haud grauatim sumptis communibus cibariis contentū fuisse. Inde cum arcte in toro militari dormitasset, amplexum fuisse frugalitatem. Tū in caput execratum Minii fuisse, comprobantibusq; sacerdotibus exectationē in pila cōsignasse. Reges ex sacerdotibus aut bellatoribus creabantur: Habēt hi ex virtute, ex sapiētia illi dignationem & ornamenta. Designatus ex bellacibus confestim in sacerdorū collegium allegebatur, veniebatq; in consortium philosophiæ tectæ propemodum fabulis, quæ exilia veritatis simulachra & scintillas continent: vt certe nonnullam ipsi significationē dant, q; ꝓ delubris sphin-
20 gas fere collocant: q; sapientiam theologia eorum inuolutam contineat. Signū, quod Sai est, Mineruæ, quam eandē putant Isin esse, inscriptionem habeat huiuscemodi: Ego sum vniuersum, q; fuit, quod est, & quod est futurum, flammeumq; meum nullus mortalium aperuit vnquam. Iam cum arbitrentur cōplures appellationem esse apud Ægyptios propriū Iouis Amū, quem nos praue Ammonem dicimus, Manethos Sebennites occultū putat & occultationē hac voce indicari. At Abderites Hecatæus hoc vocabulū ostēdit vsurpare inter se Ægyptios, quando quem inclamant: vocatiuam enim hanc dictionem esse. Quocirca primum deum vniuersitati eundem statuunt esse, quasi rectum & reconditum: inuitantesq; & orantes, vt manifestus & apertus fiat, Amum dicunt. Ac religio q̃dem diuinæ apud Ægyptios sapientiæ tanta fuit. Id testantur Græcorum sapientissimi, Solon, Thales, Plato, Eudoxus, Pythagoras, &, vt
30 nōnulli volunt, Lycurgus quoq; qui in Ægyptum ꝓfecti cū sacerdotibus cōsuetudinem habuere. Atq; Eudoxū auditorē fuisse Conupheos autumant Memphitæ, Sonchitis Saitę Solonem, Oenupheos Heliopolitæ Pythagoram Hic, vt creditur, apud illos magna in admiratione fuit, admiratusq; illos eorum gryphos & mysteria est imitatus scitisq; suis ænigmata intexuit. Siquidem à literis hieroglyphicis multa ex præceptis Pythagoricis nihil discedunt: ceu hæc, In sella ne comedas, Super chœnicem ne sedeas, Palmā ne seras, Ignem domi gladio ne fodias. Equidem etiam censeo, quod monadem nūcupent Pythagorei Apollinem, dyadem Dianam, hebdomadem Mineruam, primam tesseram Neptunū, congruere cum iis, quæ in illorum templis sunt dicata, & nimirum etiam cum iis, quæ ibi agunt & scribunt. Quippe regē & dominū Osirim oculo & sceptro scribunt. Aliqui interpretantur hoc nomen, multis oculis
40 præditum: atq; os multum, eri oculum lingua Ægyptia significare: cœlū vt nunquam ob æternitatem senescens corde thynni, quod subiectam crustam habet. Simulachra Thebis consecrata fuerunt iudicum manibus mutila. præsidis iudiciorū conniuens: quod abstinens & immota sit iustitia. Virorū militarium scarabeus anulo, quo signabant, insculptus fuit. Neque enim est scarabeus fœmina, sed mares omnes, Pariunt semen globi in modū, non vt incunabulorum potius materiam, quam natalū locum parent. Quando igitur, quæ fabulantur de diis Ægyptii, audieris, errores, distractiones membrorū, & id genus multas fabulositates, refricāda quæ ante diximus sunt, nec putandū horum ita factum & gestū quicquam. Neque enim canem proprie Mercurium dicunt: verum animantis huius ingenium cautum, vigil, & sagax, quod cognitione & ignoratione familiare & infestum discriminet. Qua ratione, vt ait Plato,
50 deorum facundissimo canem assignant. Neque solem ex loto existimant infantem modo natū oriri: sed ita solis exortū scribunt, accensam ex humorib⁹ flammam innuentes. Quando & immanissimum Persarum regem truculentissimumque Ochum, qui necatis multis Apim deniq; mactauit & in cœna depastus est cum amicis, nominauerunt gladium, nominantque etiamnum in regum catalogo: non quo proprie eius essentiam significent: sed quod morum asperitatem & importunitatem instrumento mortifero cōparent. Eo sane modo, quæ de diis referuntur, si audias & accipias ab exponentibus fabulam sancte & philosophice, perpetresque semper atque obserues sacrorum solennia: nihil autem quam syncetam opinionem de diis retere censeas te eis vel immolaturam vel facturā gratius: non leuius impietate deflexeris malū superstitionem. Memoratur fabula hæc cōpendiosissime, quatenus fieri potest, inutili-

bus valde & superuacaneis recisis. Concumbentem aiunt furtim cum Saturno Rheam vt percepit sol, hunc ei imprecatū, vt neq; mense, neq; anno eniteretur. Cupidum autem huius deæ Mercurium cum ea cōgressum esse, inde taxillis cū luna vna lusisse, ablataq; ex vnoquoq; eius lumine parte septuagesima, ex omnibus dies quinos coisse, quos sexaginta & trecentis cū intercalasse, intercalares eos nunc Ægyptii vocant, & natales deorum agunt: primo editū Osirim, vocemq; vna cū nato excidisse, omnium dominum prodire. Sunt, qui Pamylæ cuidā ferunt Thebis aquanti ex Iouis fano vocē accidisse, quæ proclamare ei præcepisset, magnum regē beneficum natum esse Osirim: ideoq; hunc eduxisse traditū sibi ab Saturno Osirim, ac Pamyliorum festum ei solennibus Priapi assimile agi: Altero die Aruerim, quē Apollinē & maiorē Horum quidā nuncupant: Tertio Typhonem nō tempestiue neq; recto loco, verum erumpentē impetu per latus exilisse: Quarto Isin in præriguis natā: Quinto Nephthen, q̃ finē & Venerē nonulli etiam Victoriam dicunt. Ortum Osirim & Aruerim ex Sole, ex Mercurio Isin, Typhonem & Nephthen ex Saturno. Quare reges tertio intercalari, quia eū habebant nefastum, nō vacabant actui rerum, neq; corpus vsq; ad noctem curabant. Cultā autem à Typhone Nephthen fuisse. Isin & Osirim inter se amantes, anteq̃ ederentur, in ventre sub tenebris concubuisse. Quidam volunt Aruerim quoq; ita ortum, appellariq; ab Ægyptiis maiorē Horum, Apollinem à Græcis. Regno suo Osirim confestim Ægyptios ab angusta & fera vita abduxisse, fruges monstrando, leges sanciendo, & deos docendo venerari, post agrum mansuefaciendo lustrasse, nec armis habuisse opus, sed blandimentis plærosq; facundiaq; cum omnis generis cantilenis & modulatione permulsos induxisse. Hinc ex Græcorū sententia eūdem Libero patri hunc esse. Typhonem absente illo nihil noui molitum obstante Iside, quæ cauere & præuidere potentia sua valebat. Regresso dolum nexuisse asscitis duobus & septuaginta coniuratis cum haberet etiam sociam reginam Æthiopiæ præsentē, q̃ Azo appellāt: ac modo initio latenter corporis Osiridis, atq; pro eius magnitudine affabre factam & elegāter instructā arcā in conuiuium intulisse. Eius spectaculo oblectatis stupentibusq; cōuiuis ludibūdum ostendisse Typhonē, qui inclusus magnitudinē eius impleset, ei se dono arcam dare. Tētantibus sigillatim omnibus, vt nemo congruebat, subeuntem eam decubuisse, Osirim. Ibi cōscios aduolantes operculū iniecisse, atq; hinc clauis eā extra obsepsisse, hinc feruidū plumbum infudisse: atque ita in amnem extulisse, ac per ostium Taniticum in pelagus dimisisse quod propterea inuisum nunc est, atque execrabile vocari ab Ægyptiis: Hæc gesta perhibent die 17. mensis Athyr: quo Sol Scorpium transscendit, regni Osiridis illo anno vigesimo octauo. Alii vixisse aiunt eū, non regnasse tantum spacii. Quia id facinus odorati erant, qui circa Chenin incolebant, Panes & Satyri, deque eo sermones seruerant, repētinos vulgi fluctus & pauores etiānum inde Panicos vocari. De quo edoctam totondisse exemplo vnā comā Isini vestemque lugubrē sumpsisse: Vnde hac quoque memoria vrbi nomen esse Copto. Alii nomen hoc significare putāt priuationem. Siquidem priuare coptum dicunt. Palātem vero in omnem orā p̄terisse neminem, quem non affaretur. Quin incidisse eam etiam in pueros, ex quibus sciscitatam de arca fuisse. Hos, cum eam forte vidissent, indicasse ostium, per q; vas Typhonis amici in mare eiecissent. Hinc diuinandi vim pueris fuisse Ægyptios existimare, atque p̄cipue oracula petere ex horū vocibus in delubris ludentiū & q; in buccā venerit, effundentium. Vt sensit iunctum fuisse p errorem sorori suæ amantem quasi sibi Osirim, argumentumq; cōspexit coronā melilotinā, quem ille apud Nephthen reliquerat, infantem vestigasse. Illum enim repente Typhonis terrore eā enixā. Ægre & laboriose inuentū ab Iside ducibus canibus, eductumq; fuisse, ac tutorem comitemq; habuisse Anubim appellatū, & dictum deorum custodem, vt hominum canes. Ex hoc arcā didicisse ad orā circa Biblū à salo eiectam & ericæ cuipiam à molli vnda fuisse appulsam Hæc erica in speciosissimum germē & maximum excreuit, cōplexaque est & vestiuit atque intra se texit loculum. Suspensus fruticis amplitudine rex excidit eum, qui cōplectebatur nō conspectum loculum, sinum, ac fulcimentum tecto suo subiecit. Hæc aiunt cū diuina famæ aura Isis accepisset, contulisse se Biblum cōsidentemque abiectam ac lamentantem, alium compellasse neminem, tantum reginæ ancillas salutasse comiter, comam earum colligasse, mirificamq; corporibus earum ex se aspirasse fragrantiā. Cōtemplanti ancillas reginæ desiderium incessisse peregrinæ capilli corporisq; ambrosiam spirantis. Ita accitam & factam familiarem dedisse infanti nutricem. Nomen regis Malcandrum edunt, illius astarten, alii Soasin, alii Nemanum, q; Græci Athenaida appellasse Aluisse Isin mammæ vice digitum pueri ori inserendo, nocte ambussisse quod corporis erat mortale, ipsam in hirundinem versam circumuolasse columnam querulam: vsque dum id aduertens regina & vociferans, vt concremati spectauit infantem, eum immortalitate fraudauit. Isin, vt detecta est, columnam poposcisse tecti: qua subtracta facile ericam resecasse, mox hanc linteo obuelatam vnguentoque perfusam tradidisse regibus. Id lignum hac

quoq;

quoq; memoria in templo Isidis sacratū à Bibliis coli. In loculum porro incubuisse ac lamentatã fuisse tãtopere, vt ex regis liberis natu minor intermoreretur, ac maiore secū rapto loculoq; naui imposito soluisse. Cum Phædrus flumē ventū flexisset acri⁹ ad orientē, ira inflammatã alueum eius exiccasse. Vt primum solitudinē attigit, remotis arbitris aperuisse arcam facieq; sua in Osiridis faciem incubuisse exosculatamq; lachrymas ꝓfudisse. Puerū sensim admouisse à tergo se, & rem explorasse. Illã, cū id sensisset, respexisse atq; horride puerū fuisse exbile intuitam, at puerū ex nimio tremore expirasse. Alii haud ita, sed eo, quo relatū est modo, in mare fuisse delapsum. Consecutū autem Isidis deæ gratia honores. Quem enim canunt in conuiuiis Ægyptii Menerotem, eum hunc esse. Sunt qui puerum hunc dici Palestinū, vrbēq; Pelusium nomen ab eo traxisse ab hac conditã dea: Eum autem, qui canitur, Manerotem principem inuenisse Musicam scribunt. Sunt qui ferant nullius eam appellationem, cæterum genus esse loquendi potantibus & epulantibus conueniens, secunda ea adsint. Hoc enim dictione Manerote significatū clamare assidue Ægyptios: vt sane nec, quæ monstratur eis effigies hominis mortui in scrinio translata, monimentū est Osiridis casus, quod nonnulli credunt: sed vino calentes excitare se mutuo ad vtendū & fruendū rebus præsentibus, q̃ omnes ꝓpediem tales sint futuri: quamobrem inducunt eam in comessationem. Profecta ad filium Horum, qui Buti educabatur, Iside atque arcula seposita, venanrem noctu ad lunam Typhon offendisse eã, corpusq; agnitū in quatuordecim cōcidisse portiones ac dissipasse. Isim, cum id resciuisset, eas peruestigasse cymba papyracea paludes pernauigantem. Hinc scaphis papyraceis nauigantes non violari à crocodilis, siue eas timeant siue venerentur huius deæ gratia. Ea de causa frequentia per Ægyptū Osiridis cōditoria dici: quod vt in quamq; partem circunuagans incidisset, ei funus fecisset. Id alii negant, sed eã simulachra fecisse distribuisseque per singulas vrbes, quasi corpus daret: quo pluribus locis in veneratione foret: & si superasset Typhon Horū, requirēdo busto Osiridis vero, cum multa dicerentur & monstrarentur, spem abiiceret inueniendi. Vnum ex Osiridis membris non eam reperisse pudenda. Siquidē actutū in amnem fuisse ꝓiecta, gustasse ea lepidoton, phagrum, & Oxyrynchū, quos præcipue piscium Ægyptios detestari: cuius vmbrã expressisse Isin ac consecrasse Priapum, cui etiã nūc festum diem agitare Ægyptios. Inde Horo Osirim ab inferis suppetias venientem acuisse eum exercuisseq; ad præliū, ac requisisse, quid pulcherimum censeret: Quo fato patris & matris persequi pœnas afflictorum. Iterum rogasse, Quodnã maxime cōducere in prælium euntibus animal: respōdente equum Horo, obstupuisse Osirim miratumq;, cur non leonem potius q̃ equum. Cui occurrisse Horum esse quidem indigenti ope leonem cōducibilem sed equū ad effusum in fugam dissipandum atq; conficiendum hostē. Quo audito delectatum Osirim, q̃ abunde instructus Horus esset. Fama tenet multis quotidie ad Horum perfugientibus etiã pellicem se Typhonis ad eum contulisse Thuerin. Quam cum Ophis quidam consectaretur, ab Hori comitatu trucidatum fuisse: qua de causa nunc funiculū quempiam in medium coniectum concidunt. Prælium per multos dies traxisse, ac penes Horū fuisse victoriã. At quod Typhonem Isis, in cuius hic potestatem traditus fuerat vinctus, nō necasset, sed vincula dempsisset, eumq; missum fecisset, ægre tulisse Horum, atq; illatis genitrici manibus capiti eius insigne regium detraxisse, cui reposuisse Mercurium factã ex capite bouino galeã. Cum autem nō iustorum natalium Horo litē Typhon intendisset, defensore Mercurio deorum sententia Horū iustæ originis pronunciatum fuisse. Duabus debellatum aliis pugnis Typhonē. Isim à fato ex Osiridis complexu genuisse Helitomenum, captumq; inferioribus mēbris Harpocratem. Hæc fere sunt fabulæ capita hortendissimis omissis: vt est quod de Hori dissectione & Isidis detruncatione fabulantur. Si ergo in beata hæc & æterna natura, qua potissimum cēsetur in animo diuinitas, esse gesta vere & interuenisse opinantur & prædicant:

Os expuat necesse est & deuoueat:

Vt Æschylus ait. Quod tamen tibi nihil refert dicere. Tu enim adeo praue & barbare de diis sentientibus tua sponte infensa es. Haud quaq̃ videntur tamen hæc germana anilibus fabulis aut cōmentis futilib⁹, qualia poëtæ & fabularum scriptores, qui aranearum ritu ꝓducunt ex semetipsis principia sine suppositione, texunt & protendunt: sed casuum in se quęstiones atq; expositiones continere Ac quomodo mathematici arcum cœlestem repræsentationem esse solis aiunt coloribus distinctam aciei nostræ in nubem repulsu: sic fabula hic doctrinæ cuiuspiam alio mentem reflectentis simulachrū est: quod sacrificia, q̃ sunt cum luctu coniuncta & repræsentãt mœstitiã, innuunt, & delubrorū descriptio, quæ hinc in pleromata laxata & curricula subdialia perlucida sunt, hinc cryptas & caliginosa habēr stolisteria Thebanis assimilia & adytis: præsertim Osiriorum opinio, cum multis locis conditum corpus esse dicatur. Abydū fortasse aut Memphin dici aiunt oppidū, q̃ vnum verū habeat, atq; & bydi locupletes & potentes Ægyptios humati, q̃ apud corp⁹ student humati Osiridis: Memphi vero Apim tolli

illius animæ imaginem, vbi etiam conditum esse corpus. q oppidum hi stationem bonorum interpretantur, illi velut Osiridis tumulum. Insulā modicā ꝓ portis esse aius inuiā & inaccessam omnibus, nec vel aues in eam dimittere se, vel appellere pisces, vno articulo sacerdotes lustrantes expiare & redimere monimentū *Methides planta inumbratū, quæ cuiusuis oleę amplitudinem superat. Eudoxus, etsi Osiridis busta cōmemorentur frequentia, Busiride tamen esse situ corpus. Quippe patriā hanc eius fuisse. Nec iam explicatu opus esse Taphosirin. Ipsum enim explicare vocabulū taphon, id est, sepulchrum Osiridis. Cōmento aute m ligni sectionem, & lini incisuram, & libamina dari, q multa mysteria his interueniant. Non modo autem horum antistites, verum etiā aliorū narrant deorū, qui non ingeniti neq; immortales sunt, reliquias apud ipsos cōditas esse examinatas coliq; animas vero eorū in cœlo refulgere sidera, nuncupariq; a Græcis Isidis stellā Caniculā, Sothin ab Ægyptiis, Hori Orionem, Typhonis sidus Vrsam. Ad depingenda animantia, quæ venerantur, tributū alios inferre, solos immunes se seruare Thebaidis cultores: quia mortalem deum neminem habent, sed quem nomināt ipsi Cneph, eum ortus & occasus expertem esse. Multa huiuscemodi cū memorentur & mōstrentur, qui hisce regnum arbitrantur & tyrānorum, qui ob excellentē virtutē vel potentiā diuinitatis dignationem opinione sibi vendicauerunt, inde in calamitates inciderunt, facta & clades nobiles & ingētes cōmemorari, bi effugio orationis expeditissimo vtuntur, infamiamq; haud male ab diis in homines traiiciunt: atq; hæc habēt ex historiis adminicula. Siquidē tradunt Ægyptii corpore Mercuriū ita fuisse cōparatum: brachium vt habuerit iusto macilentius, Typhonem colore rufum fuisse, candidum Horum: fuscum Osirim, vt q natura homines fuerint. Iam ducem quoq; appellant Osirim, Canobū gubernatorem: à quo nomen traxisse aiunt stellam: nauemq; q̃ vocant Argo Græci, Osiridis nauis simulachrū honoris causa in stellas relatum non ꝓcul meare Orione & Canicula: quorum hanc Isidi, illum putāt sacrū esse Ægyptii Horo: Vereor autem, ne hoc sit immota mouere, & pugnare non cum vetustate, vt verbis vtar Simonidis, solum: verum etiam cū multis hominum nationibus & gentibus quas horum deorū possidet religio: quod parum absint, quin traducant ex cœlo in terrā nomina tāta honoremq; & fidem fere cunctis ex prima genitura impressam labefactēt & aboleant, qui magnas impio populo fenestras pandunt in humana cōuertenti cœlestia, splēdidā etiam dant licentiā præstigiis Euemeri Messenii: qui ipse testimonia cōmentus absonæ fidei & à natura abhorrentis fabulæ orbem terræ omni impietate impleuit, dum eos, qui ꝓ diis habentur, iuxta omnes inter ducum nauarchorum, & regum nomina recenset: tanq̃ qui olim nati fuerint, atq; illa legit Panchōte literis aureis ꝑscripta in acta: quæ in nullius manus neq; barbari neq; Græci, nisi vnius Euemeri (qui scilicet nauigauit ad eos, qui nusquam gentium extiterunt neq; existunt, Panchoos & Triphyllos) venere. Atqui magnificæ celebrantur res gestæ apud Assyrios Semiramidis, magnificę Sesostris in Ægypto. Phryges nūc quoq; præclara & mirifica facta Manica nuncupant: quod in priscis regibus Manis quidam vir bonus & pollens apud eos fuerit: quem sunt qui Mastem dicunt. Cyrus Persas, Macedonas Alexander pene ad vltimas terras duxit: cæterum nomen sortiti sunt ac memoriam regum ꝓborū. Quod si qui ostentatione sublati, vt ait Plato, quorū ex insolentia & rerū imperitia flagrauit animus ꝓcacitate, appellationem acceperūt deorum, eisq; erecta templa sint: breuis æui flos illorū gloriæ fuit, mox etiam nota iniusti vanitatis & insolentiæ cum impietate & scelere coniunctæ.

Prępetibus pennis fumus vt sublati abiere:

ac nunc vt fugitiui, qui iudicati sunt vt abduci possint, è delubris & ab aris abstracti nihil ꝑter monimenta & conditoria habent. Hinc Antigonus ille senex, cum Hermodotus quidam in poëmatibus suis solis filiū deumq; ipsum ꝑdicaret: Nihil, inquit, in me eiuscemodi agnoscit, qui lasanum meum portat. Probe etiam Lysippus plastes pictorem Apellem perstrinxit: q in effigiei Alexandri manu pixisset fulmē, ipse vero addidisset ei hastam, cuius nullum seculū gloriam esset deleturum germanam & ꝓptiam. Rectius itaq; qui de Typhone, Osiride, & Iside quæ prodita memoriæ sunt, neq; deorum casus neq; hominum, verum esse magnorum arbitrantur Larium: quos Plato, Pythagoras, Xenocrates, Chrysippus vestigiis insistentes veterū theologorum, esse hominibus autumant valentiores, & viribus longe q̃ nos superiores, diuinitate autē non syncera neq; mera præditos: sed natura animi & corporis sensum sortita voluptati patentē & dolori, iisq; perturbationibus, quæ in hisce existentes conuersionibus hos magis, illos minus examinant. Efferunt enim se nō secus in laribus atq; in mortalibus virtutis malitiæq; disparitates. Nam apud Græcos quæ canuntur facta Gigantica & Titanica, ac Saturni cuiuspiam nefandæ actiones, Pythonisq; aduersus Apollinem concertationes, homicidiaque Liberi patris, & Cereris errores, germana sunt Osiricis & Typhonicis aliisq;, quæ fabularū modo commenta vbiuis obuia sunt: ac quæ sacris inuoluta mysticis ceremoniisq; nefanda & tecta ad vulgus seruantur, hæc eodem loco sunt. Audimus etiam Homerum bonos semper

*Alii, Mediphthes.

extra

extra ordinē θεοειδεῖς, id eſt, diis ſimiles, ἀντιθέους id eſt, diis æquiparandos, & θεῶν ἀπομήδεα ἔχοντας. id eſt, diuinis cōſiliis præditos dicerem: appellatione à laribus tracta vtentem promiſcue iuxta in probis atq; in improbis:

Huc propera infelix, quid ita extimeſcis Achiuos. Et iterum,
Sed genio ſimilis cum quarto concitus eſſet. Et,
Peſſima quid tantum Priamus Priamiq; proles,
Commiſere ſcelus, totis vt viribus optes
Mœnibus egregie fabricatam euertere Troiam?

Quibus locis vſus eſt Homerus dictione δαιμόνιε pro infelici peſſimo, & genio ſimili, q. dilu-
10 ta laribus ſit multiplexq; natura & voluntas. hinc Plato diis cœleſtibus dextera & imparia, diuerſa ab his aſſignat dæmonibus, id eſt, laribus. Xenocrates dies nefaſtos & ferias, quæ verberationes, vel planctus, vel ieiunia, vel execrationes, vel obſcœna verba habent, parū cenſet vel deorū honoribus, vel larium congruere bonorum: ſed eſſe naturas in aëre grandes & robuſtas, moroſas tamen & tetricas: quæ illis mulceantur, aſſecutæq; ea nihil aliud triſtius moliantur. Contra ꝓbos & bonos tum Heſiodus puros lares, præſidesq; hominū appellat munificos, ac regificum illud munus adeptos: tum Plato interpretem nominat hanc nationē & adminiſtrā inter deos & homines: quæ vota & preces illuc mortaliū deferat, inde oracula huc & bonorum dona portet. Empedocles & pœnas ait exoluere lares ſuarum noxarum & delictorum.

Ætheris hos pulſus ſub vaſtum conicit æquor,
20 *Ima in terra æquor compellit, terra deinde,*
In ſolis curſum, qui mox cœli implicat orbi:
Ex aliog, alius capit hos, odere ſed omnes:

quoad caſtigati ita & repurgati regionem ſuam natiuā atq; ordinem recipiant. His & eiuſcemodi affinia memorari referunt de Typhone, facinora eū atrocia inuidia & malignitate impulſum deſignaſſe, omnibusq; confuſis vniuerſam ſimul terrā & mare calamitatib⁹ cumulaſſe, inde fuiſſe in eū animaduerſum. Supplicii exactricē Oſiridis ſororem & coniugem extincta Typhonis & diſcuſſa inſania & rabie haud permiſiſſe puluerē & certamina, quæ ſubiit, erroresq; ſuos, multaq; ſapiēter, multa fortiter facta in obliuionem venire ac ſilentiū: verū ſacratiſſima myſteria interpolaſſe imaginibus, figuris, & ſimulachro illotū caſuū: itaq; religionis diſcipli-
30 nam ac ſolatium viris & mulieribus, qui pari calamitate preſſi eſſent, ſacraſſe. Hanc autē & Oſirim ex bonis laribus virtutis cauſa in deos conuerſos, vt poſtea Herculem & Liberū patrem ſimul deorum & larium non abſurde confuſos honores obtinere cum omnibus locis, tum his, qui ſuper terrā, & ſub terra ſunt pollētes plurimū. Neq; enim aliū eſſe Sarapim q̄ Plutonem autumat, & Iſin Perſephonem: vt Archemachus author eſt Euboēnſis & Ponticus Heraclitus oraculum, q. Canobi eſt, Ditis patris eſſe ratus. Ptolemæus Soter coloſſum apud Sinopem ſuſtulit Ditis patris, qui, qua figura eſſet, ignorabat, neq; ante conſpexerat, eum præcepiſſet, vt q̄ citiſſime Alexandriam ſe deportaret. Imprudenti ac fluctuanti, vbi collocatus eſſet, viſionemq; exponēti amicis multiuagus vir Soſibius nomine oblatus eſt: q. Sinopę ferret ſe eiuſcemodi coloſſum, qualem videre rex viſus eſſet, cōſpexiſſe. Itaq; miſit Sotelem & Dionyſum: qui
40 longo ſpacio ægre non ſine diuina prouidentia interceptum adduxere. Vt apportatum contemplati ſunt, augurabantur Timotheus ſacrorum interpres & Manethō Sebennites Ditis patris ſignum eſſe. Coniecturā ceperunt ex Cerbero & dracone, ſidemq; fecerūt Ptolemæo nullius eſſe dei alterius q̄ Sarapidis. Neque enim illine ita dictus aduenit, ſed Alexandriā delatus nomen vſitatū apud Ægyptios Ditis patris inuenit Sarapim. Et certe phyſico authore Heraclito Dis pater & Liber pater hic eſt. Ac quando inſaniunt & delirant, in hanc concedunt opinionem. Qui enim Ditem patrem cenſent dici corpus, quod anima, velut deſipiat & ebrietate grauetur in eo, illiberaliter allegoria vtuntur. At ſatius eſt Oſirim cum Libero patre, & cum Oſiride Sarapim conciliare, qui poſtq̄ naturā immutauit, hanc ſit ſortitus appellationem. Hinc omnibus eſt Sarapis communis: ſed vt Oſirim, qui ſacrorum conſortes ſunt, intel-
50 ligunt. Siquidem abſurdū eſt ſcriptis Phrygiis attendere, quibus traditur Charopam quandā Herculis fuiſſe filiam, Iſæaci vero Herculis filii Typhonem. Repudiandus etiam Philarchus: qui primum ſcribit in Ægyptum ex Indis Liberum patrem duos duxiſſe boues: quorum vni nomen Api, alterum fuiſſe Oſiridi. Sarapim vocabulum eſſe illius, qui vniuerſitatē ordinat à σαίρειν, quod polire & ornare q̃dam dicunt. Quippe monſtroſa hæc Philarchi ſunt. Lōge mōſtroſiora adferunt, qui deum eſſe Sarapim inficiantur: cæterum ita Apidis loculū dici, ac valuas quaſdam æreas apud Memphim, quas Lethes & Cocythi vocant, cū funerant Apim, pandi cū graui & aſpero ſtrepitu. Hinc quicquid ex ære factum concrepat, ab eo abhorrere eos. Melius illi, qui ab σεύεσθαι & σοῦσθαι, id eſt, cieri, vniuerſitatis ſimul curſum deducunt. Sacerdotes pleriq; inter ſe contextos Oſirim aiunt & Apim, narrantq; ac docent nos elegantem effigiem

Osiridis animæ existimare Apim debere. Ego vero si nomen est Ægyptiũ Saraphis, lætitiã id denotare & gaudium reor, coniectura ductus: quod solenne apud Athenienses charmosena à gaudio dictũ Ægyptii Seri vocent. Namq; Plato Δίαυ, id est, Ditem patrem, quasi αἰδοῖς, id est, reuerentiæ filium posteritati eius & placidum deum ait nominatum: atque apud Ægyptios cum alia multa nomina sunt inania, tũ inferorũ sedem, quo discedere à letho existimant animas, Amenthẽ dicunt: quod nomen significat capientem & dantẽ. An hoc quoq; ex nominibus sit, q̃ ex Græcia quõdam migrauerũt, & traiecta sint illuc, post dispiciemus. Nunc reliqua eius q̃ in manibus habemus, opinionis attexamus. Osiris & Isis ex bonis laribus in deos transiere. Typhonis oppressas & fractas vires, palpitantes etiamnũ tamen & animã agentes certis sacrificiis propitiant placantq;. Interdum contra insultant ei & suggillant eum in nonnullis festis: in quibus homines rufos ludibrio habent, asinum autem præcipitant, vt coptitæ: quod fuerit rufus Typhon ac colore asinino. Busiritæ & Lycopolitæ tubis, quod asinino clangorem assimilem edant, prorsus non vtuntur. Deniq; non mundũ asinum, sed animal habent ꝓpter eius cum illo gentilitatem dæmonicum esse: placentulasq; in sacrificiis faciunt mense Payni & Phaophi, quibus pro signo asinum alligatũ addunt. In solis solennibus deum * contemplaturis præcipiunt, aurũ corpore ne gestent, neue asino pabulũ præbeant. Apparet Pythagoreos quoq; Typhonẽ esse vim dæmonicã arbitrari. Docent enim in modo pari sexto & quinquagesimo natum Typhonem. Iã trianguli vim Ditis patris, Liberi, & Martis esse: quadrãguli Rheæ, Veneris, Cereris, Vestæ, & Iunonis: dodecagoni Iouis, octocæpẽti cõtagoni Typhonis: vt Eudoxus scriptum reliquit. Ægyptii, qui rufum Typhonem fuisse arbitrantur, etiã boues, qui rufi sunt sacrant, vsq; adeo exquisite in eo religiosi, vt si vel pilum habeat nigrum vel albũ vnũ non litari arbitrentur eo. Quippe hostiam non esse diis gratam, imo diuersum: quæcunq; hominum animas scelestorum & improborũ in alia transfiguratorum corpora assumpserũt. Idcirca execrabantur in caput victimæ, præcisumq; in amnẽ olim proiiciebant, nunc vendũt pel regrinis. Bouem autẽ, qui immolãdus erat, certi sacerdotes, qui dicti fuerunt sphragistæ, signabant. Sigillo insculptus erat, vt Castor est author, homo genu innixus, qui retrorsum circumactis manibus tenet imminentẽ iugulo gladium. Iam referri etiam ad asinum, vt est dictũ, similitudinem ruditatis & opprobrii causa non minus quam coloris opinantur. Quapropter ex regibus Persarum imprimis infesti Ocho vt nefario & detestabili, asinum eum cognomine dixerunt. Qui cum dixisset: Atqui Asinus hic bouem vestrũ deuorabit: immolauit, vt est apud Dionem relatum, Apim. Qui perhibent ex conflictu Typhonem asino vectũ septem dies ꝓfugisse, saluumq; liberos procreauisse Hierosolymum & Iudæum, statim produnt se res Iudaicas ad hanc fabulam trahere. Atq; hæc quidem huiusmodi præbent allegorias. Porro alio ex capite inter eos, qui quid, quos magis philosophiã redoleat, afferre queunt, simplicissimos primum consideremus. Hi sunt, qui aiunt: quomodo Græci per allegoriam dicunt Saturnũ tempus, Iunonẽ aëra, Vulcani ortum aëris in ignem conuersionem: sic apud Ægyptios Osirim Nilũ esse coniunctum Isidi terræ, Typhonem mare: in quod Nilus illabens extinguitur & dissipatur præter portionem eius, q̃ recipit & rapit terra, vnde genitalis redditur. Ac lamentatio est sacra, quæ facta est Saturni seculo. Lamentãtur in partibus natũ læuis & in dextris expirantem. Siquidem existimant Ægyptii plagas orientales mundi faciem esse, Boreales dextras, Austrinas sinistras. Cum ergo ex sinistris Nilus decurrat, & sub æquor diffundatur in Borealibus: iure natales in sinistris, & in dextris interitum habere dicitur. Hinc mare sacerdotes detestantur, salemq; Typhonis appellant spumam: & ex interdictis in mensa salem nefas est apponere, nec gubernatores salutant: q, exerceãt salum, vitamq; ex eo tolerent: Auersantur inprimis hac de causa piscem, atq; odisse scribunt pisce. Siquidẽ Sai in fani Mineruæ vestibulo sculptus fuit infans, senex mox accipiter, hinc piscis, postremo equus fluuiatilis. Id significabat ænigmatice, O nascentes & morientes deus odit impudentiã. Nã infante & sene nascẽtes & morientes, accipitre deum denotant, pisce odiũ, vt est dictum, maris causa, equo fluuiatili impudentiam. Dicitur enim, cum interemisset patrem, cõsuetudinem habuisse cum genitrice Apparebit etiam Pythagoreorum dictum, mare Saturni lachrymã esse, obscure indicaue eius spurcitiem & à natura dissociationem. Atq; hæc quidẽ vt foris petita dicta sint, q̃ vulgarem habent cognitionem. Sapientiores sacerdotes non tantum Nilũ Osirim nominant, & mare Typhonem: verum etiam Osirim semel principium & vim omnem humificam, quod causam cum generationis & seminis naturam arbitrentur esse: Typhonem contra quicquid squalidũ & igneũ est, siccansq; plane, & humiditati inimicũ. Hinc q, rufum corpore & pallidum eum fuisse existiment: nõ libenter alloquuntur eiuscemodi speciei homines vel cõsuetudinẽ cum eis agitant. Vice versa nigrum fuisse Osirim fabulantur: q, omnis aqua tellurum, vestes & nubes, si admixta his sit, denigret iuuenumq; insita humiditas germinet capillũ nigrũ. At canities tanquã pallor prouenit ætate prouectis. Ac ver virescens, fœcundũ, & blandum

*Veneraturis, forsitan.

10 20 30 40 50

dum: autumnus ſucci inopia cum plantis inimicus, tum animantib. eſt inſalubris. Qui Hieropoli alitur bos, quem Meuim dicunt Oſiridi ſacrum, ſunt qui Apis eum eſſe putent patrẽ, niger eſt, proximoſq; ſecundum Apim honores obtinet. Adhæc Ægyptum, quæ præ cæteris eſt fuſca, ſicut oculi nigrum, Chemia vocitant, aſſimulantq; cordi. Torrens n. eſt humidaq; & ad plagas orbis Auſtrinas, vt ad læuas hominis partes cor potiſſimum inclinat & vergit. Solem autem lunamq; non currib. ſed nauigiorum vehiculis vtentes circumuagari dicunt perpetuo: ſignificantes ex humore eos gigni aliq;. Porro tenet eos opinio Homerum quoq; ſicut Thalem ex Ægyptiorum diſciplina aquam omnium principium ſtatuere. Siquidem Oceanum Oſirim eſſe, Thetyn Iſin quaſi nutrientem vniuerſa adiuuantemq; in educando Etenim ſeminis effuſionem Græci ἀπουσίαν vocant, & coitum συνουσίαν, atq; ὗον, id eſt, filium, ἀπὸ τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ ὕσαι, id eſt, ab aqua & pluere, Liberumq; patrem Hyem vt naturæ præſidem humidæ, eundemq; Oſirim dicunt eſſe. Quippe Oſirim Hellanicus oſtendit audiſſe ſe Hyſirim ab ſacerdotib. dici. Ita n. perpetuo hunc deum nuncupat haud ab re à natura & inuentione. Atq; eundem hunc quidem Libero patri eſſe quem noſſe Clea potius quam te par ſit? quæ princeps apud Delphos & Thyadarum, ſolennibuſq; Oſiriacis à patre & matre conſecrata. Quod ſi ſunt aliorum cauſa adducenda teſtimonia, arcana ne moueamus. Quæ vero in propatulo agunt, cum funerant Apim ſacerdotes & efferunt rate corpus, ea nihil à bacchatione diſcrepant. Etenim tergis ceruinis amiciunt ſe, thyrſoſq; geſtant, vociferationeſq; adhibent & corporis inquietationes ſicut furore Bacchico afflati. Hinc taurina effigie complures Græci fingunt Liberi patris ſigna, Eliorum fœminæ implorant precib. eum, vt pede bouino ad ipſas accedat. Apud Argiuos Bugeni, id eſt, boue nato eſt Libero patri cognomentum. Cient eum tubis ex aqua, conijcientes in abyſſum agnos Pylaocho. Tubas in thyrſis recondunt: vt in libris de ſacris Socrates demonſtrauit. Congruunt Titanica quoq; & nox ſacra iis, quæ de Oſiridis dilacerationib. reddita ei vita, & ſecundis natalib. commemorantur. Perinde ea, quæ in funere aguntur. Siquidem tam Ægyptii multis locis monſtrant, vt diximus, tumulos, quam Delphi Liberi patris apud ſe reliquias ad oraculum repoſitas eſſe putant: ſacrumq;, quando Bacchæ Licnitem excitant, faciunt puri in Apollinis templo. Non autem vini modo Liberum patrem, verum etiam naturæ omnis liquidæ exiſtimare Græcos præſidem eſſe & authorem locuples teſtis Pindarus eſt, qui ait:

Magnum arborum auget paſcuorumq; iubar,
Purum exhilarans Liber pater autumni.

Vnde colentib. Oſirim arborem vrbanam perdere & aquæ fontem obſtruere eſt interdictum. Neq; vero vnum modo Nilum, ſed & liquorem ſemel omnem effluuium appellant Oſiridis. Atq; in huius dei honorem vrna ſemper præcedit ſacro, folioq; ficulneo regem & plagam mũdi Auſtrinum ſcribunt, folium ficulneum denotat potionem atq; vniuerſitatis meatum, videturq; natura eſſe genitali aſſimile. Quando Pamyliorum feſtum agũt, quod, vt memorauimus, in honorem eſt Priapi inſtitutum, ſignum, cuius triplex penis eſt proponunt ac circumgeſtãt. Eſt n. principium hic deus. Omne autem principium fœcunditate ſua fœtum ſuum multiplicat. Solemus vero & quod ter fit, id fieri ſæpius dicere: ceu ter beati, & vincula tria, id eſt, infinita: niſi hercle numerus triplarius proprie à priſcis repræſentatur. Quippe natura humens, quę exordium eſt & origo ab initio omnium, corpora tria prima, terram, aërem, & ignem creauit. Namq; quod attexitur fabulæ, Oſiridis Typhonem proieciſſe virilia in amnem, quod cum nõ reperiſſet Iſis, aſſimile ſignum locauiſſe paraſſeq;: quod coli, ac Priapũ circumgeſtari ſanciuit: eo docet fertilitatem huius dei genitalem primo habuiſſe materiã humorem, ac per humorem immiſtũ eſſe iis, quæ apta ſunt, vt generationem recipiant. Memorant præterea Ægyptii Apopim Solis fratrem arma contra Iouem tuliſſe: Oſirim autẽ, qui Ioui ſuppetias tulerat, & ſocius fuerat ad hoſtem domandum, adoptatum fuiſſe ab eo, ac Liberum patrẽ nuncupatũ. At huius hiſtoriæ fabulam à naturali veritate non alienam eſſe licet monſtrare: quando ventũ Ægyptii Iouem appellant: cui inimicum eſt ſqualidum & igneum. Id vero ſol nõ eſt: cæterum intercedit ei quędam cum ſole propinquitas. At humiditas ſiccitatis reſtinguens enormitatem intẽdit & firmat vapores: ex quib. ventus alitur grandeſcitq;. Iam quam Græci Libero patri ſacrant, hederam nominari apud Ægyptios chenoſirim aiunt: quod nomen, vti ferunt, ſignificat Oſiridis plantam. Ariſto igitur, qui deductam ab Athenienſib. coloniam deſcripſit, tradit in epiſtolam quandam ſe Alexarchi incidiſſe: in qua relatum fuiſſe Naiadis filium Liberum patrem eſſe. Præterea proditum eſt Iſidis Liberum patrem eſſe filium, atq; ab Aegyptiis non Oſirim ſed Arſaphem in litera A dici: quod nomen ſignificat forte. Idem oſtendit libro primo de Ægyptiis Hermæus. Oſirim n. ſi interpreteris, dicit valentem eſſe. Omitto Mnaſam qui Epapho aſſcribit Liberum patrem, Oſirim, & Sarapim. Omitto itẽ Anticlidem, qui Prometheì Iſin vult natam ac Libero patri fuiſſe nuptam. Quandoquidem antedictę in ſolennib. & ſacrificiis affinitates clariorẽ quam teſtes fidem afferunt: atq; inter aſtra caniculam Iſidis ducunt eſſe, quæ

est pluuiosa: & leoni honorem habent, rictibusq; leonum valuas templorum exornant: quod exundet Nilus,

Vt primum cum sole pares Leo fecerit ortus.

Vt Nilum Osiridis effluuium, ita Isidis corpus terram habent & existimāt esse, non omnem tamen, verum eam, quam supergreditur Nilus fœtificans & se cōmiscens. Hac ex coniunctione Horum procreant. Est autem Horus, quæ cuncta tuetur alitq;, aëris hora, id est, hilaritas eiusque temperatura: quem in paludibus ad Butum à Latone eductum perhibent. Namq; vuida & irrigua tellus potissimum halitus, qui extinguunt & remittunt ariditatē & squalorem, nutrit. Nephthyn vocant extrema terræ & montibus vicina atq; imminentia mari. Quapropter Nephthyn Nouissimam cognomine dicunt, ac nuptam esse aiunt Typhoni. Quādo vero affluens & redundās Nilus ad extremas oras procedit, hoc cōcubitum appellant cum Nephthy Osiridis, qui ex plātis deprehendatur exurgentib. in quibus melilotum est: quo refert fabula elapso & relicto odoratus est violatas suas nuptias Typhon. Itaq; edidit partum Isis iustum Horum, Nephthys spurium Anubim. At in regum successionib. Nephthyn produnt Typhoni nuptiis primam iunctā infœcundam fuisse. Quod si de fœmina non de dea recensent, vniuersam tellurem præ rigiditate exilem nec genitalē esse denotant. Typhonis insidiæ ac tyrannis squaloris erat vis superantis & discutientis gignentem madorem Nilum eumq; inflantem. Adiutrix eius regina Æthiopum auras ex Æthiopia austrinas denotat. Siquidem vbi vicerunt se Etesias, qui nubes versus Æthiopiam propellunt, obstantq;, quo minus, qui Nilum intendunt, imbres prorumpant: incumbens Typhon ardet, at tunc prorsus superior Nilum in diuersum cōtractum & fluentem, tenuem & humilem in æquor expellit. Nam quæ memoratur Osiridis in arca coërtio, nihil ea videtur aliud quam aquā reconditā & absumptam indicare. Hinc mense Athyr Osirim exolescere dicunt: quando quiescentib. prorsus Ethesiis Nilus se in alueum suum recōdit, & aperit se ager. Iam producta nocte amplia[n]tur tenebræ, lucis vero vis marcescit frangiturq;, quo tempore sacerdotes cum alia agunt luctuosa, tum bouem deauratum, quem pulla veste amiciunt byssina lugendi causa Osiridis mōstrant (Bouem n. Osiridis imaginem & terram Isidis esse arbitrantur) ad dies quatuor à septima ad decimum sequentem. Etenim ex quatuor, quæ lugent, primum est, quod Nilus senescit & remeat: secundum, quod venti Septētrionales plane conticescunt præualentibus Austrinis: tertiū quod dies minor nocte efficitur: postremo q̄ terra detegitur, simulq; stirpes tunc deciduis nudantur foliis. Nonidecimi nocte ad mare descendunt, sacramq; cistam stolistæ & sacerdotes efferunt: in hac clausa est aurea vrna, in quam haustam aquam potabilem infundunt: tumq; à corona quasi reperto Osiride cōclamatur. Inde terram opimam aqua subigunt, additisq; odoramētis exquisitis signū formant lunatum, q̄ stola vestiunt coluntq; demonstrantes deos hosce terræ & aquæ se arbitrari substantiam esse. Recipiente Osirim Iside atq; Horum nutricante euaporationib nebulis, & nubib. firmatum, fractus quidem est, non interemptus tamen Typhon. Neq; n. concessit præses terræ dea sustolli in totum oppositam humiditati naturam, sed laxauit & remisit eum, quod manere vellet certamen. Quippe non valeat expirante & subducto igne absolutus esse mundus. Quæ si non referuntur apud eos: merito nec illam repudies fabulam, à Typhone quōdam partem fuisse Osiridis superatam. Siquidem Ægyptus mare fuit. Quapropter frequentes cōchas in metallis & montibus hac quoq; memoria habere inuenitur. Cuncti fontes & putei, qui crebri illic sunt, salsum haustum & amarum habent vt marcidas reliquias maris, quæ illuc cōfluxere. At Horus die Typhonem deuicit, id est, opportune superuenientibus imbribus propellens Nilus pelagus campum edidit alluuionibusq; compleuit. Cui sane suffragatur sensus. Cernimus n. vel nunc aduehenti recentem anni limum, terramq; minutatim adiicienti retro cedere salum, atq; id assurgentibus, quæ in alto sunt, per alluuiones recurrere: Pharumq;, quā diei cursu ab Ægypto Homerus diremptam vidit, nunc eius esse portionem: non quod ea subierit aut scanderit ad Ægyptum: sed quod interiectum mari figenti amne alentiq; continentem cedat. Cæterum sunt hæc Stoicorum de rebus diuinis commentationib. germana. Illi nāque genitalem & lætificantem auram Liberum patrem esse ferunt, ferientem distrahentemq; Herculem, mordacem Ammonem, Cererem & Proserpinam eam, quæ per terram & fruges: Neptunum illā, quæ per mare permeat. Alii hisce physicis quædam ex astrologia mathematica affundentes, orbem solarem putant Typhonem, lunarem Osirim dici. Lunam n. quæ feraci lumine irriguoq; est prædita, esse animantium fœtibus & plantarum fruticationibus benignam. Solem vero immodica flamma hoc muneris sortitum, vt germinantia & pullulantia foueat torreatq;, magnamq; telluris partem ardore suo reddat inhabitatam, ac subinde vel lunā subigat Hinc Typhonem Ægyptii Sed semper appellant, id est, opprimentem & obruentem. Ac soli fabulantur Herculem insidentem vna cum eo circumcursitare, lunæ Mercurium. Siquidem operum facundiæ & sapientiæ ea, quæ eduntur à luna, æmula sunt: quæ à sole pulsibus

vi&robore effectis. Stoici ex mari solem accendi & ali prædicant, lunæ fontanos & lacustres latices dulcem subministrare&mollem halitum. Septimodecimo die fato functum Osirim Ægyptii fabulantur:quo maxime plenum orbem suum luna ostendit. Quapropter eum diem Pythagorici obstrictionem vocant,ac plane eum numerum vt nefastum detestantur. Nã sedecim quadri,& octodecim excedentis lõgitudine præ alijs dimensionib: quib. solis inter numeros firmos cõtingit æquales habere lineas ambientes spaciis,quæ ab eis cinguntur,medius numerus septemdecim intercurrens repellit&dissociat eos ab se mutuo , distrahitq; proportionem semioctauam,quã in spacia secat imparia. Annorum numerum hi vixisse Osirim, illi regnasse aiunt octo&viginti. Tot n.lumina lunæ sunt,totidemq;dies circulum suum euoluit.
20 Lignum in exequiis,quę dicuntur Osiridis,secant,ex quib. parant capsam lunatam: quod luna quãdo ad solẽ accedit,cauans cornua sua fugiat. Discerptionẽ in partes quatuordecim Osiridis accõmodant ad dies,quib.senescit secundum pleniluniũ luna, vsq; dum renascatur. Diẽ quo primum monstrat se,postquam radios effugit & prætereuecta solem est, imperfectum bonum appellant. Est n. beneficus Osiris:cuius appellatio multa significat,præcipue robur agens &beneficum,q dicunt. Alterum eius nomen Omphim, bene merentem Hermæus ait,si interpreteris,denotare. Arbitrantur autem lunæ luminib. aliquateous Nili incrementa respondere. Quippe summum apud Elephantinen ac cubitos euadit * viginti octo,quot lumina & modi menstruorum orbium vniuscuiusq; lunæ sunt. Minimum ad Mendetem & Xoim sex cubitorum intermestri lunæ respondet. Medium circa Memphim,cum iustum fuerit, cubitorũ
20 quatuordecim plenilunio. Apim spirans Osiridis simulachrum esse. Nasci eum, quando lumẽ incubuit genitale à luna præstrinxitq; bouem initus apperentem. Quapropter figuras lunæ æmulatur multus Apidis candor vmbrosis maculis denigratus: quod primo die mensis Phamenoth festum agant,idque ingressum Osiridis in lunam appellant,qui exordium est veris. Ita Osiridis vim in luna ponunt:atque Isim,quæ generatio sit,ei ferunt misceri. Hinc lunam genitricem mundi vocant, naturamque putant ei esse inter marem & fœminam ambiguam : quæ impleatur à sole & concipiat : rursus emittat in aërem genitiua principia, eumque fœcundet. Neque enim corruptionem semper præualere Typhoniam : imo subinde à generatione vinci constrictamq; denuo emergere depugnareque cum Horo. Est hic circumterrenus mundus,neque corruptione solutus neque generatione. Nonnulli hac fabula ecliptica obscure de-
30 signant:quoniam deficit luna plena, quando ei sol stat ex opposito in vmbram incidens terræ, quomodo aiunt Osirim in loculum. Illa vice versa tegit solem & officit luminibus eius diebus tricesimis. Non tamen delet vndequaque solem, sicut nec Typhonem Isis. Quando edit Nephthys Anubim, subiicit se Isis. Nephthys enim est subterraneum & obscurum. Isis id quod super terram est& clarum Hoc qui nonnihil stringit, vocaturque Horizon & finiens circulus,& amborum est communis, Anubis dicitur, canemq; specie exprimit. Quippe vtitur canis visu iuxta noctu & interdiu : atq; hanc habere apparet authoritatem apud Ægyptios Anubim, quã apud Græcos Hecatẽ,quæ in fera simul&cœlestis est. Sunt. quib. esse Anubim placet Saturnũ Qua de causa,quia omnia gignit ex seipso,& κύειν est,id est, concipit in seipso, κύων, id est,
40 canis nomen inuenit. Quæ res sane hac quoq; ætate venerantibus Anubim est arcana: & antiquitus summi honores per Ægyptum cani habiti fuere. Quia vero occisi à Cambyse & proiecti Apidis nullus animans adiit aut gustauit cadauer præter solum canem, amisit primam dignationem & supremum inter reliquos animantes cultum. Non desunt qui vmbram terræ,in quam amittere lumen lapsantem arbitrantur lunam, Typhonem nũcupent Quamobrẽ haud videtur absurdum dicere, per se parum probe singulos, simul autem omnes censere probe. Neque enim squalor, vel ventus, vel æquor, vel tenebræ: verum quicquid possidet natura nocuũ & interimens, id Typhonis est. Neque enim in corporibus surdis vniuersitatis ponenda semina sunt: quod Democritus & Epicurus fecerunt : neque in destituta qualitatibus, quæ opifex materiæ non sit, vna ratione & prouidentia vna: quod Stoici, superante & vincente omnium,
50 fieri enim non potest, vt quicquam simul omnium, siue sit vitiosum, siue probum, quando deus nullius, author sit.

Compages mundi in diuersa reflexa,

authore Heraclito & vt vult Euripides:

Haud reperire seorsum est hinc bona, hinc mala:

Sed temperata mutuo, quo sint bene.

Itaq; peruetusta hæc descendit à theologis & legumlatorib. ad poëtas & philosophos opinio cuius initii laudare authorem nequeas: quæ tamen constantem fidem atq; ægre eluendam accepit, non in sermonib modo & fama, verum etiam in mysteriis & sacrificiis tam apud barbaros, quam apud Græcos passim peruagatam, non vacantem mente & ratione & gubernaculo suspensam temere esse vniuersitatem , neque vnam esse , quæ imperet & temperet velut

alii legũtur octodecim.

clauis

clauis & obsequentibus frenis, rationem: sed multa confusa & malis & bonis. Imo cum nihil, vt semel dicam, quod syncerum sit, hic natura ferat: non duorum doliorum dispensator vnus res sicut larices cauponis more dispert ens nobis miscet: cæterum ab exordiis duobus contrariis, duabusq; pugnantibus potentiis, quarum vna dextrorsum & recta, altera in diuersum rectabit & retorquet, vita mista est nostra & mũdus, si non vniuersus: at circumterrenus hic sub luna inæqualis variusq; est, & vicissitudines recipit omnes. Nam si nihil vt sine causa fiat, comparatũ est, causam autem præbere non valet bonum mali: ortum peculiarem & principium sicut boni item mali natura habeat oportet, quod quidem plerisq; placet & sapientissimis. Nam existimant hi deos esse duos tanquam artis æmulos, vnum bonorum, alterum architectum malorũ: illi meliorem deum alterum dæmonem appellant, vt Zoroastris magus, quem quinq; millib. 10 annorum bellum Troianum scribunt præcurrisse. Atq; hic quidem hunc Arimanium, illum Oromacem nominauit. Prædicauit insuper Oromacem referre præcipue ex rebus in sensum cadentibus lucem, superiorem vice versa tenebras & ignorantiam, medium horum duorum Mithrem esse. Hinc Mithrem Persæ intercessorem vocant. Tradidit autem, vt priori sacra votiua & gratiæ habendæ causa facerent, alteri auerruncana & tristia. Terentes enim certam herbam, quæ Omomi dicitur, in pila, Ditem patrem & Orcum aduocant: tum diluunt eam iugulati lupi cruore, efferuntq; in locum opacum effunduntq;. Siquidem plantas partim bono deo, partim malo dæmoni assignant: itemq; animantes ceu canes, aues, & echinos terrestres bono, malo aquaticos. Hinc eum, qui horum quam plurimos peremit, beatum dicunt. Sed & illi quoq; multa de diis fabulosa edunt, cuius generis hæc sunt. Oromazes ex limpidissimo lu- 20 mine, Arimanius ex caligine genitus bellum inter se gerunt. Atq; prior sex deos creauit, primum beneuolentiæ, alterum veritatis, tertium bonæ disciplinæ publicæ: reliquorum vnum sapientiæ, alterum opulentiæ: vltimum oblectationum ex rebus honestis opificem: posterior, horum quasi æmulos totidem. Inde cum ter se Oromazes ampliasset: abstitit à sole hactenus quatenus à terra Sol recessit, ætheraque distinxit sideribus. Vnam vero stellam præ omnibus quasi nutricem & excubitricem infixit ibi Caniculam. Iam alios efficit viginti quatuor deos, quos ouo inclusit. Qui vero fuerunt ab Arimanio producti, hi quoque totidem numero ouum politum pertuderunt. Ita confusa cum malis bona fuere. Veniet autem tempus fatale, quo Arimanius, qui pestem & famem inducit, ab his intereat & tollatur necesse sit: & tunc cum terra plana & æqua fuerit reddita, vna vita vnaque resp. existat hominum beatorum & vna viven- 30 tium omnium lingua. Theopompus ait ex magorum authoritate vicissim ter mille annos alterum istorum deorum dominaturum, alterum fractum iri. Altera autem tria millia annorum pugnaturos, bellaturos, & euersuros mutuo alterum res alterius: ad posttemum abiectum fore Ditem patrem, futurosque homines felices, neque cibum desideraturos, neq; vmbram facturos. Horum effectorum deum in ocio futurum & quieturum spacio temporis. Voco quidem id non multum deo, sicut homini dormienti moderatum. Ac magorum quidem fabulositas hoc se habet modo. Chaldæi ex errantibus sideribus natos deos, quos appellant, duos beneficos, duos maleficos, medios defignant & communes tres. Græcorum omnibus est nota sententia: qui bonam Ioui Olympio sortem diuersam Diti auertuncano assignant. Ex Venere & Mercurio natam fabulantur Harmoniam: quorum hic sæuus & rixosus, blanda altera est & genitalis. 40 Iam his philosophos vide assentientes. Heraclitus diserte bellum nominat patrem, regem, & dominum cunctorum: atq; Homerum optantem

Pugna ne exstiant inter diuos hominesue.

prærerire ait, quod execretur in omnium rerum generationem, quæ ex pugna & repugnante natura ortum trahant: solem autem non transcensurum sibi assignatos terminos, alioquin linguas Mendices adiutrices inuenturum. Empedocles beneficum principium familiaritatem & amicitiam esse, ac sæpe harmoniam vocari à Merope: deterius contentionem perniciosam & pugnam cruentam. Pythagorei pluribus appellationibus demonstrant, vocantque bonum vnum, terminatum manens, rectum, impar, quadrum, splendidum: malum dyadem, infinitum, agitatum, curuum, par, prælongum, inæquale, læuum, tenebricosum, atque hos esse ge- 50 nerationis fontes. Mentem Anaxagoras & infinitatem Aristoteles alterum formam, alterum priuationem. Plato multis locis velut huc illuc torquens se & defunctorie contrariorum principiorum hoc idem illud alterum nominat. In legibus ætate iam grauior, non inuolute neque intricate sed propriis nominibus, non vna demonstrat anima mundum conuerti, sed pluribus forsitan, non paucioribus certe duabus: ex quibus vnam esse beneficam, aduersam alteram huic & contrariorum molitricem. Relinquit etiam tertiam quandam in medio naturã haud inanimem neque rationis expertem vel immotam ex se, vt nonnullorum est opinio, verum ambabus illis aptam, gestientem tamen semper sitientemq; melioris eamq; sectantem: vt ostẽdet pars sequens orationis, quæ Ægyptiorum theologiam potissimum cum hac philosophia conciliat.

conciliat. Compositus est enim huius mundi ortus & contextus ex pugnantibus non tamen æque validis potentiis; sed præualet melior, peruersum tamen semen opprimere non valet: cuius magna vis corpori, magna animæ vniuersitatis est infusa, perpetuoq; & duriter meliorẽ oppugnat. Itaq; in anima omnium dux & dominus optimorum mens & ratio Osiris est. Quod vero in terra, ventis, aqua, cœlo & sideribus est descriptum, constitutum, & sanum articulis téporum, temperaturis & anfractibus, Osiridis effluuium id & imaginem repræsentat. Typhon est animæ motus turbatus, Tiranicus, brutus & temerarius. Idem ille status aduersus corporis & insalubris, turbatus æther tempestatib. & intemperaturis, solisque & lunæ defectiones, sunt quasi excursiones, interitus, & Typhones. Id nomen indicat Seth, quo Typhonem appellant.
10 Significat hoc opprimens & violentum. Significat etiam identidem reuersionem, nonnunquam transgressum. Bebæonem quidam vnum ex Typhonis amicis fuisse memorant. Contra Manethus Typhonem Bebæonem quoq; dici: q; nomen retentionem vel obstaculum denotat: quod reb. recte procedentibus, &, quo decet, tendentibus obsistat Typhonis vis. Quaprópter ex domesticis animantibus assignat ei inertissimum asinum, ex feris sæuissimos crocodilum & equum fluuiatilem. De asino supra disseruimus. Hermopoli Typhonis signum ostendunt equi fluuiatilis figura: cui insidet pugnans cum serpente accipiter: atq; equo Typhonem exprimunt, accipitre potentiam & imperium: quod vi Thyphon possidens frequenter nõ angitur, dum terretur à malitia & terret. Hinc qui sacra faciunt die septimo mensis Tybi, quẽ aduentũ vocant ex Phœnicia Isidis, super placentulas, quas adhibent in sacrificiis, equum fluuia-
20 tilem vinctum fingunt. In Apollinis vrbe solenne est, vt omnino gustet quisq; ex crocodilo: ac die vno captos, quot possunt, & mactatos ex aduerso templo proiiciunt, dicuntq; Typhonem, qui elapsus Horo sit, versum in crocodilum esse, cunctosq; animantes & plantas & affectus, quę sint mala & infesta, Typhonis facta membra, & motus esse statuunt. Vice versa Osirim oculo & sceptro pingunt: quorum hoc potentiam, ille prospicientiam repræsentat, quomodo principem & regẽ omnium Homerus Iouem summum authoremq; bonorum appellat: ac videtur summo potentiam eius, authore prudentiã & intelligẽtiam significare. Scribunt etiam subinde hunc Deum accipitre. Quippe visus acie præcellit, & volatus pernicitate, ac tolerare se parcissima esca solet. Fama est eum quoq; mortuorum insepultorum oculis superuolitantem iniicere terram. Quando ad bibendum deuolat ad amnem, alam surrigit: eandem, vt bibit, sum-
30 mittit: quo demonstrat saluum se esse atq; crocodilum euasisse. Nam raptus si fuerit, manet ala: sicut steterit, fixa. Passim etiã Osiridis effigiẽ specie humana ostendũt, quæ penem ob vim genitalem & vegetantem arrigit: Simulachra eius amictus ornat fulgidus: quod solem corpus potentiæ boni vt visibile substantię intellectibilis esse arbitrentur. Hinc merito repudiandi sunt, qui solis globum Typhoni asscribunt: cui splendidum aut salutare nihil, neq; ordo, neq; productio, neq; motio, quæ modo & ratione consistat, verum diuersa congruunt: nec squalorem, quo complures animantes & stirpes perimit, à sole statuendum est profectum esse, sed à mistis intempestiue in terra & aëre ventis & aquis: cum inconditæ & infinitæ potentiæ principiũ errans extinxerit halitus. In sacris Osiridis canticis cient in vlnis solis delitescentẽ, ac trigesimo die mensis Epiphi oculorum Hori natales celebrant: quando luna & sol vna in directa linea cō-
40 enterunt. Nempe nõ lunam modo, sed & solem oculum Hori & lumen censent esse. Vigesimo tertio mensis Phaophi baculos solis natos: quorum festum agunt secundum æquinoctium autumnale, significantes fulcimẽto indigere eum & sustentaculo: q; deficiatur calore, quo defectum declinare atq; à nobis meare obliquum. Iam bouem fœminam sub solstitium brumalé septies circa delubrum circumferunt: vocatutq; solis circumuectio Osiridis inuestigatio, aquã hyeme dea concupiscente. Toties circumeunt, quòd à brumali reuersione ad æstiuam appulsum septimo absoluat mense. Fama fert etiam sacrificasse soli quarto die mẽsis omnium principem Horum Isidis filium: vt in natalibus scripto editis Hori est relatum. Adhæc quotidié soli ter adolent, resinam sub eius exortum: myrrham, quando medium tenet ęthera, circa obitum cyphi appellatum: quorum singula quam habeant causam, post exponam. Solem omnib.
50 his inuocare & colere arbitrantur se. Sed quid attinet multa eiuscemodi congerere? Sunt ri. qui diserte Osirim esse solem, diciq; à Græcis aiunt Sirium: quod nomen apud Ægyptios articulus præpositus reddidit ambiguum. Isim non aliam quam lunam, sed esse vnam ferunt: cuius etiam simulachra, quæ cornuta sunt, in cornua cauatam repræsentare. Pullatis vestibus exprimunt occultatam & inumbratam, quo tempore magna cupidine solem sectatur. Quaprópter in amoribus lunæ opem implorant, Isimq;: Eudoxus author est procurare res amatorias. Atque hæc quidem aliqua nituntur probabilitate. Illis vero, solem qui statuunt Typhonem esse, indignum est aures præbere. Sed nos ad institutum redeamus. Est Isis natura fœmina & omnis capax fœturæ: quocirca nutrix & Pandeches, id est omnicapax è Platone, à vulgo μυριώνυμος, id est, Millenominis est nuncupata: quod omnes à ratione cōuersa formas & species accipiat. Impressus

pressus est autem ei primi & summi omnium amor quod nõ est aliud quam bonum: illudq; expetit & sectatur, sortem vero ex malo refugit & repellit. Atque est quidem loculamentum vtriusq; & materia, propensa tamen sua sponte ad præstantius, facitq; ei gignendi & cõferendi ipsam effluuiis & similitudinib. suis copiam: quibus capitur, gestitq;, quando concipit & impletur partu. Quippe generatio imago est substantiæ in materia: & q̃ nascitur, simulachrum existentis. Quocirca non ab re Osiridis fabulantur esse æternam & immortalem animam, sed corpus subinde distrahi à Typhone & aboleri: quod ab Iside palante perquiri compingiq; denuo. Ens enim, intelligibile, & bonum est interitu & mutatione validius. Aliquas autem ex eo sensile corpus exprimit imagines, rationesque & species & affinitates recipit: quomodo in ceranoh perpetuo sigilla durant: verum opprimit ea confusio & mixtura huc ex supera regione depulsa, quæ Horũ oppugnat: quẽ imaginem Isis intellectibilis mundi sensibilem edit. Hinc postulari dicitur nõ iuste, originis à Typhone: quasi non liquida nec syncera, vt pater ratio ipse per se nulla suffusus mixtione & impatibilis, sed adulterina ex materia sit propter corpus. Superant etiã Mercurii victoriæ, id est, rationis, testantis ac demonstrantis naturam quando ad intellectibile transfiguratur, mundum efferre. Nam Apollinis, dum adhuc tenentur in vtero Rheæ dii, editus ex Iside & Osiride partus significat, prius quam in lucem hic mũdus prodiret, & esset cõsummatus, à ratione materiam deprehendi natura per se rudem primam fudisse genituram. Qua de causa Deum illum mancum sub tenebris natum aiunt, vocantque maiorem Horum. Neque enim erat mundus, sed mundi simulachrum quoddam & inane visum futuri. At Horus hic est ipse circunscriptus & plenus: qui non sustulit penitus Typhonem, verum ardorem & neruos ei detraxit. Hinc copti signum Hori ferunt altera manus Typhonis pudenda tenere, ac Mercurium fabulantur excisis Typhonis neruis pro chordis vsum: quibus docent concinnatam à ratione vniuersitatem ex dissonis concinentem partibus, esse effectam, neque perniciosam sublatam portionem eius, sed compleram virtutem. Itaque imbecillis illa & languida hic confusa & applicata patibilib. & flexibilibus membris terræ motuum in terra & tremorum, siccitatum & ventorum in aëre horrendorum, alias presterum & fulminum est opifex. Adhæc inficit pestilentiis aquas & ventos, scanditque & recurrit ad lunam vsque coërcens & denigrans sæpenumero eius splendorem, vt opinantur, & aiunt Ægyptii, Typhonem nunc pulsasse Hori oculum, nunc erutum deuorasse, inde reddidisse Soli, ac pulsu significant menstruam lunæ decretionem, elusicatione defectionẽ: cui sol, vbi ea vmbram terræ euasit, luminis sui obiectu confestim medetur. At præstantior diuiniorq; natura ex tribus cõstat, ex intellectibili, materia, & eo, quod ex his compositum est, quod mundum Græci dicunt. Ac Plato quidẽ intellectibile speciẽ, exemplum, & patrem, materiam matrem, nutricem, sedem, & receptaculũ genituræ: cõpositum ex vtroq; sobolem & fœtum nominare consueuit. Ægyptios autẽ triangulorũ lõge pulcherrimo cõiicias huic vniuersitatis naturam comparare. Quapropter Platonem quoq; in libro de rep. apparet hunc vsurpasse, formam nuptialem cõscribens. Habet illud triquetrũ trium lineam illam ad orthiam, quatuor basim, & quinque hypotinusam æquiualentẽ lineis circumdãtibus. Comparanda igitur linea illa ad rectas mari, basis fœminæ, hypotinusa vtriusq; soboli. Atque Osiris vt exordium habendus, Isis vt receptaculum, Horus vt effectus. Siquidem ternarius numerus primus impar est & plenus, quaternarius quadrangulus à latere æquali dyadis, quinarius hinc patrem, hinc matrẽ refert, qui constat ex ternario & dyade, vniuersitasq; appellationem à quinario accepit, diciturq; numerare apud Græcos πεμπάσασθαι. Reddit quadrum numerus quinarius per se, quanta est literarum apud Ægyptios multitudo, & quot annorum spacium vixit Apis. Atque Horum quidem solent Cæmin appellare, quod est conspicuum. Sensilis enim est & visibilis mundus. Isis interim Muth, interim Athuri & Methyer dicitur. Significant primo vocabulo genitricem, alterum domum Hori ornatã sicut Plato locum generationis & recipientem: tertium cõflatũ est ex pleno & authore. Siquidem plena est materia mundi, versaturq; cum bono, puro & ornato. Videatur fortassis Hesiodus quoq;, dum prima omnia chaos, terram. Tartarum, & Cupidinem decernit esse, nõ alia sumere principia quam hęc, atq; nomen terrę Iside permutare, Osiridi cupidinis, Typhone Tartari, vt nos demonstrauimus. Nam chaos videtur cõceptaculum quoddam & sedem vniuersitatis ponere. Postulat autem aliquatenus Platonis fabulã hoc negocium, quam attulit in symposio de amoris ortu Socrates: Peniam id est, paupertatem narrãs liberorum desiderio cum sopito concubuisse Poro, id est quæstu ex quo prægnantem, Cupidinem genuisse natura procerum & varium: quod ex patre natus sit homo & sapiente, ex matre inope, egente, atque egestatis causa alterius auida & apud aliũ semper mendicante. Porus enim non est alius, ac primus amabilis, desideratus, plenus, & cui nihil desit. Materiã Peniam appellauit, quæ per se indiga est boni, sed impletur ab eo, auetq; semper & accipit. Qui ex his nascitur mundus & Horus, id est, anni tempus, non est sempiternus, neq; impatibilis, neq; immortalis: verum quia in

perpetua

perpetua est generatione, molitur vt laborum vicib⁹ & orbibus semper iuuenis, nec vnquam
interiturus permaneat. Vtendum porro est fabulis nō vt plane vanis: sed debem⁹ ex quaque,
q ex vsu sit, in similitudine positum sumere. Quando igitur materiā dicimus: non oportet,
vt permittamus nos nonnullorum philosophorum sententiis, ac corporis quodpiam anima
& qualitatibus destitutum, inersque & ociosum ex seipso animo nostro subiiciamus. Quippe
oleum vnguenti materiam vocamus, & signi aurum: quæ non vacant omni affinitate, ipsam
quoq; animam & intelligentiam hominis, vt materiam scientiæ & virtutis rationi excolendā
& tingendam præbemus, ac mentē nonnulli specierum sedē dixerunt, & intellectibiliū quasi
expressam effigiem. Sunt qui semen quoq; fœminæ non virtutē vel principium, sed materi-
10 am & alimentum esse opinantur fœturæ. Quib⁹ inhærentes substituere animo debem⁹ etiam
deam hanc summi Dei consortem, quę cū eo consuetudinem habet, illius bonorum & hone-
sti cupidine, nō aduersariam ei esse: sed vt virum legitimum & iustum diligere in iustitia, ac vt
mulierē probam, quæ viro nupta est ac concubat cum eo, concupiscere eum tamē dicimus:
ita illius semper cupidam, ac circa illum versantē partib⁹ repleri eius præcipuis & purissimis:
At quando intercurrit Typhon extrema adoriens, ibi videri mœstā & lugere dici, ac reliquias
quasdam & frusta Osiridis vestigare amicireq; recipientē partes eius emorientes abdentēq;:
quomodo in lucem edit denuo nascentia atq; ex se emittit. Nā rationes in cœlo & astris spe-
ciesque & effluuia Dei durant: at in patibilib⁹ diffusa, terra, mari, plantis, & animantib. exta-
bescunt, intereunt, & sepeliūtur, ac subinde elucent de integro & proferūt se genituris. Hinc
20 iunctum connubio Nephthyi fabula refert Typhonē, Osirim vero ei furtim consuesse. Siqui-
dem extremas materiæ portiones, quas Nephthyn & obitum nominant, vis perimēs potissi-
mum obtinet. In eas fœta & salutaris infirmum semen languidumq; dispertit, quam perimit
Typhon: nisi quantū excipiens seruat, alit, & coagmētat Isis. Breui melior hic est, vt Platonis
& Aristotelis fert opinio. Ad eū, & vt existat, fertur vis fœcūda & salutaris naturę: illa perimēs
& extinguens ab eo & ad obitum. Quapropter dictionē Isim vocant ab ἵεσθ, id est, contendere
cum intelligentia & ferri motu, qui est animatus & prudens. Neq; enim nomē est hoc barba-
rum. Cæterum vt apud Græcos diis omnibus quos θεοὺς vocant, à duabus dictionibus θεατοῦ, id
est, spectabili, & θέοντος, id est currente, est nomen commune: ita hanc deam ab intelligentia &
motu ἴσιν Græci, Isim nuncupant Ægyptii. Pari modo Plato ὁσίαν, id est, fas ait significantes
30 priscos Isiam appellare: sic νόησιν & φρόνησιν quasi νοῦ φορὰν, id est, mentis impetum, incitum & mo-
tionem contendentis & pergentis: atq; intelligentiæ bonū prorsus & virtutem inuentorib.
& currentib⁹ tribuere: sicut e diuerso repugnantibus nominib⁹ probrose id, quod naturā im-
pedit, astringit, moratur, interpellat cōtendere & ire, malitiam, inopiam, ignauiā, molestiam
nominare. Osiris ἐκ τοῦ ὁσίου καὶ ἱεροῦ, id ex, est sancto & sacro nomen confusum accepit. Communis
est enim cœlestium & inferorum doctrina: quorum hæc fas, illa sancta veterib⁹ appellare mo-
ris erat. Quæ demonstrat cœlestia & eorū, quæ sursum feruntur, doctrina Anubis dicitur, nō-
nunquā Hermanubis: vt quorū hoc inferis, illud superis cōgruat. Quare immolāt ei iuxta pri-
mum nomen gallinaceum album, iuxta posterius crociā: q hęc mixta & varia, illa pura existi-
ment & clara. Non mirandum aūt nomina hæc in vocem Græcam conformari. Infinita enim
40 alia quoq; solum quæ ex Græcia exilij causā verterunt, in hanc vsque diē apud alios pmanent
& peregrinantur, quorū quia nonnulla poëtica reuocat, eam vt ad barbariem delabentē trā-
ducunt, qui linguas eas appellant. In Hermis libris, vt appellāt relatū de nominib. sacris scri-
bunt, circumuectionis solaris statā vim Horum ab Ægyptiis, à Græcis Apollinem dici: venti
ab aliis Osirim, ab aliis Sarapim, à nonnullis voce Ægyptia Sothi: quæ significat conceptum
vel concipere. Inde deflexo nomine κύων, canicula Latine dictum est hoc sidus, q peculiare
adscribunt Isidi. Cæterū minime est de vocabulis pugnandum, sed tamen concedendū ci-
tius Ægyptiis Sarapidis quam Isidis nomē, quando hoc quidem Græcum, illud peregrinum:
vnius tamen ambo Dei & potentiæ arbitrare. His cōsona sunt Ægyptia. Quippe Isim frequē-
ter Mineruę vocant appellatione, q̄ hanc exprimit sententiam, Veni à meipsa, quod sponta-
50 neum meatum indicat. Typhon, vt retulimus, Seth, Bebon & Smy nominatur, quæ vocabula
violētam quandam & interpellatricē remotam, repugnantiā, retorsionemq; demonstrant.
Iam sideritim lapidem Horios, Typhonis ferrū vt est Manethus author, vocant. Quomodo
enim ferrū sępe rapi ad hunc lapidē ac sequi eum videtur, sæpe recurrit & reiicitur in diuersū,
perinde salutaris, bon⁹, & ratione præditus orbis motus duritiē illam & toruitatem Typho-
niam blandimētis flectit, allicit, & emollit, mox inhibens, denuo recipit se in seipsum abditq;
in inopiam. At hæc memorat de Ioue Eudoxus fabulari Ægyptios, q cruribus eius concre-
tis cum nō valeret ingredi, prę verecūdia in solitudine egisse. Isin diffisis & diductis his corpo-
ris partib. rectum & integrum incessum præstitisse. Quibus fabula significat Iouis mentem &
rationem, quæ in inuisibili & obscuro incedat, ad generationē à motu impulsam processisse.

Demonstrat etiam sistrum σείεσθαι, id est, vibrari oportere, quicquid est, neq; vnquam ab incitu consistere, sed quasi excitari & inquietari sopita & exolescentia. Typhonē namq; ferunt se sistris reiicere & summouere: significantes interitu constringente & cohibēte dissolui iterū atque excitari à procreatione per motionē naturam. Sistri autē superiori parte orbiculari apsis amplectitur quatuor, quæ agitantur. Etenim pars mūdi quæ patet ꝑductioni & interitui, orbe circumiicitur lunari: in qua incitantur cuncta varianturq; ꝑ quatuor elementa, ignem, terram, aquā & aërem. Sistri apsidi in vertice felē cum vultu humano insculpūt: Infra subiis, quæ torquentur, hic Isidis, illic Nephthyis effigiem: Innuunt vulrib. his ortum & obitum. Hi enim elementorum sunt vices & motus: fele Lunam ob varietatē, laborē nocturnum, & fœcunditatem huius bestiæ. Siquidē hanc vnum ferunt gignere, inde duo, tria quatuor, quinq;, atque ita singulatim ad septem vsq; adiiciuntvt octo & viginti vniuersa pariat, q̄. Lunę sunt lumina. Atque hoc fortasse sit fabulosius. At in oculis eius pupillę in plenilunio cōpleri atq; explicati videntur, cōtra deduci in opacariq; Luna senescēte. Facie humana felis intellectus & ratio repræsentatur voluminū lunarium. Quid multis: Neq; aquam, neque solem, neque terram, neque cœlum Osirim vel Isin esse recte existimes: nec vice versa ignem Typhonē, vel ariditatem, vel mare: sed semel quicquid in his est immodicū atq; incondirum enormitatibus & defectibus, si Typhoni delegauerimus, ordinatum, bonum & compendiosum, vt Isidis quidem opus, sed imaginem, simulachrum, & rationem Osiridis veneremur & honorem⁹, non offenderimus: sed Eudoxo suspicionem exemerimus hæsitationemq;: cur minus Cereri cura incūbat amorum, sed Isidi: & Liber pater nō Nilum inflet, nec vita functos regere valeat. Vna nāq; ratione communi hosce deos in omni dispensatione positos esse boni censemus: & quicquid habet natura recti boniq;, horū beneficiū esse: illius, qui principia conferat: huius, quæ accipiat & distribuat. Ita etiam vulgus & importunos adoriemur, siue vicissitudinib. ꝑ anni tempora aëris, siue frugum fœtib⁹, satibus, & arationib. cupiant ea, quæ de hisce diis prodita sunt, applicare ac dicere humari Osirim, cum quæ semēti datur, conditur terra fruges: quem reuiuiscere atq; in lucem redire, vbi frutescere cœpit. Hinc dici Isim, quando prægnantē animaduertit se, amulera sibi sexto die mensis Phaophi appēdere patere Harpocratē ad solstitiū brumale in præcocib. floribus & germinib⁹ rudem & nouitium. Quapropter nascentium lenticularum ei primitias offerunt, celebrantq; dies puerperij ab æquinoctio verno. Quippe cum hæc audiunt, acquiescunt, fidemq; adiungunt cōfestim, ex obuiis & vsitatis, q̄. probabile est, trahentes. Nec quicquam habet res absurdi, si primum hos deos nobis seruent communes, nec peculiares faciant Ægyptiis: neque Nilum, & quam Nilus irrigat solam regionem nominibus his occupando, neq; lotos deorum simulachra esse asserendo magnis diis alios orbēt mortales: quibus nō est Nilus, vel Butus, vel Memphis: cum Isin & asseclas eius deos habeant noscantque omnes, quorum nōnullos licet non ita dudum Ægyptiorum vocabulis appellare didicerunt, singulorum tamen vim ab initio tenent & colunt. Deinde, q̄. maius est, vt oppido cauti & religiosi sint, ne imprudentes in auras, fluxiones, sementes, arationes, terræ labores, & temporum anni conuersiones transfigurent diuos & dissipent: sicut qui vinum Liberum patrem flammam Vulcanum esse dicunt: Proserpinam eum, qui perflat fruges & perimitur, ventum dicit quodam loco Cleanthes. Poëta quispiam de messoribus:

Tunc quando Cererem iuuenes per membra secabunt,

Perinde enim faciunt hi, ac qui vela, calos, & anchoram esse existimant gubernatorē: fila, tramam textorem: cymbium, aquam mulsam, prisanā medicum. Cæterum monstrosas atq; impias opiniones imprimunt, dum sensus expertibus & surdis, & quas abolent necessario homines, qui iis habent opus & vtuntur, naturis & reb. deorum nomina accommodant. Nam hæc ipsa cogitari, qui possit deos esse? Absit sane, vt vel res inanima Deus vel hominib. fit mācipata. At eos, qui vsui nostro illa largiuntur præbentq; perēnia & æterna, deos duxim⁹, non alios apud alios, nō barbaros & Græcos, nō Austrinos & Aquilonares: verum vt sol, luna, cœlū, terra, mare, promiscua omnib. sunt, quamuis apud alios aliter nominentur: item vnius rationis, quæ distinguit omnia, vniusq; prouidentiæ horum dispensatricis, & potentiarū administrarunt ad omnia assignatarum alij apud alios morib. sunt honores & appellationes. Ac notis vtuntur initiati exilibus, magis perspicuis alij, quibus ad res diuinas cogitationem deducūt parum secure. Quidam enim penit⁹ aberrantes in superstitionē sunt delapsi, alij deuitantes velut paludem superstitionē, in impietatem quasi in locum præruptum nec opinantes incurrerunt. Quamobrē debemus præcipue doctrinam ex philosophia mystagogam nobis adiungere: atq; ita singula, quæ dicuntur & aguntur, pēsare pie: ne, vt dixit Theodorus, sermones suos, quos dextra porrigeret, nonnullos auditorum accipere sinistra: ita nos quæ præclare leges in sacris & solennib. statuerunt, ea aliorsum accipiēdo offendamus. Nam sermone omnia expedienda esse, vel ab illis ipsis accipias. Siquidem nonum decimum primi mensis diem Mercurio

cutio festum agitant, ac tunc melle & fico vescuntur cum hoc elogio, Dulce veritas. Isidis amuletum, q̃ sibi eam appendisse fabulantur, significat, si interpreteris, vocem veridicã. Harpocrates neq; Deus mancus & infans, neq; vllum habendus est legumen: sed sermones inter mortales de diis nouitij, claudicantis, & impoliti præses & moderator. Hinc ori digitũ habet admotum silentij & taciturnitatis symbolum. Mense Mesore legumina aliqua adiiciẽtes dicunt, Lingua fortuna, lingua pestis. Plantarum Ægyptij præcipue Deo sactam Persicam esse referunt: q̃ fructus eius cor, linguam æmuletur folium. Nihil enim habere homo potest sermone, præsertim de rebus diuinis diuinius, neque adminiculum ad felicitatem maius habet. Proinde in penetrale hoc descendenti denuncio: pie vt sentiat, honeste vt loquatur. At vulg⁹

10 hominum ridicula designat in supplicationibus & solennitatibus: q̃ in exordio festis & faustis vocibus vtendum proclamat: inde de dus ipsis horrendissima tum loquitur tum cogitat. Quomodo igitur agendum in austeris, mœstis, & lugubrib⁹ sacrificiis, si neq; omittere motibus vsurpata decet, neq; opiniones de diis absonis suspicionibus permiscere & confundere? Apud Græcos multa geruntur germana illorum, quæ per idem fere temp⁹ in sacris Ægyptij agunt. Quippe ieiunãt Athenis mulieres sacris Cereris humi desidẽtes. Bœoti Acheæ sacrarium mouent, vocantque ἐπαχθῆ, id est, acerbum illud festum: quod ex Porserpinæ ad inferos descensu in ἄχει, id est, mœrore Ceres sit. Est autem hic mensis sub Vergiliis fatui accommodus: quem Athyr Ægyptij, Panepsionem Athenienses, Damatrium Bœoti dicunt. Eos, qui ad Hesperum incolunt, scribit Theopomp⁹ existimare & nuncupare brumam Saturnum, æsta-

20 tem Venerem, ver Proserpinam, ex Saturno & Venere cuncta gigni. Phryges, qui Deum arbitrantur hyeme dormire, vigilare æstate, illa tempestate decubitus ei, hac expergectiones bacchabundi agũt. Paphlag. nes vinctum & astrictũ hyeme, vere moueri ferunt & resolui: subsicitq; ipsum tempus suspicionem, q̃ occultatæ tunc fruges sint, austeritatem illam vultus fieri: quas veteres in dus non numerabant, sed in deorum donis necessariis & grandib⁹, ne ferino & beluino more viuamus Quo autem anni tempore fructus arboreos contemplabantur exolescentes semel atque expirantes: quam autem ipsi sementem fecissent ægre & magno sudore scindentes manibus tellurem, cooperuissentque incerta in futurum spe, an ad maturitatem peruẽtura & tempestiua essent futura, eam cum deponerent, multa funerantium & lugentium modo agebant Iam quomodo nos eum, qui libros Platonis mercatur, mercari dicimus

30 Platonem: ac Menandrum agere eum, qui Menandri comœdiarũ est histrio: item illi cœlestium nomenclaturis munera eorum & opificia vocare non sunt veriti, colentes vtilitatis grãtia hæc & referentes. At posteri dum imperite id accipiunt, atq; crasse in deos detorquent, fructuum mala, præsentias, quę rerum necessariarum & latebras deorum ortus & occasus non solum appellant, verum etiam arbitrantur, mõstrosis, prauis, & torpidis opinionib. se ipsi impleruni. Et quidem cum erroris absurditatem ante oculos haberent: non modo Xenophanes Colophonius & qui eum sunt secuti, Ægyptios dixerunt, si deos esse istos existimant, non debere eos lamentari: si lamen tantur, non existimare deos, sed ridiculum esse inter lamentandum votis fatigare, fruges vt proferant & maturas sibi reddant, quo iterum consumantur & deplorentur. Atqui res non ita se habet, verum deplorant fruges, authoribus vero earum & largitoribus diis supplicant, alios vt de integro nouos faciant & fundant absumptorum loco.

40 Hinc apud philosophos dicitur rectissime eos, qui didicerunt minus rite vocabula accipere, secus quoq; vsurpare res, sicut, in Græcis, qui ærea, picta & lapidea didicerunt, neq; consuefacti sunt non signa & honores deorum, sed deos vocitare, mox dicere sustinent exutam veste à Lachare Mineruam, capillum Apollinis aureum ab Dionysio detonsum, Iouem Capitolinũ bello ciuili flamma consumptum. Perspiciunt itaq; comitantes appellationib. noxias sententias imbibere se & recipere. Hoc colendis animantibus vsuuenit præ cæteris Ægyptiis. Nam Græci certe loquuntur recte & sentiunt, sactam Veneri animantem esse columbam, draconem Mineruæ, coruum Apollini, canem Dianæ, vt Euripides

Hecates imago est vera Lucifera canis.

At Ægyptiorum turmales, dum p̃ diis eadem venerantur & colunt, non risu tantum & ludi-

50 dibrio sacrificia cumulauerunt, quæ tamẽ stoliditas minimum est malum: sed opinio etiã occupat absurda imbecillos & imperitos, q̃ in metam impingit superstitionẽ, actib⁹ & ferocioribus in impias & beluinas recidit cogitationes. Quapropter de his quoq; , quæ veri sunt similia, attexere haud sit incongruũ. Nam hasce in animantes deos Typhonis formidine vertisse se velut abscondẽtes ibum, canum, & accipitrum corporib. omnẽ fabulositatem & mõstrum excedit. Æq; à fide abhorret defunctorum animas, quæcunque permanent, in has renasci solas. Inter eos vero, qui causam aliquã adducere politicam laborant, alij Osirim in magna expeditiõe autumãt in multas partes partitis copiis (Manipulos & cohortes Romani vocãt) distribuisse omnib. signa & effigies animantiũ, quarũ singulas singulis nationib. cẽturiatis

sacrâs fuisse & venerandas. Alij posteriores reges percellēdi gratia hostium in prælia cū capitib. feratum aureis & argenteis prodisse. Alij ex astutis his & versutis regibus quempiam tradunt, postquam Ægyptios animaduertit ingenio temporarios, & ad mutationē ac res nouādas esse pronos: inuicta autem indomitaq; ob multitudinem vi ex vita temperata & consociata succinctos, perennem superstitionē eis perpetuæ occasionem cōcertationis impressisse. Siquidē cum animātes, quas præcepit alijs alias colere & venerari, infeste & hostiliter se mutuo peterent, ac pastu aliæ aliarum essent vti consuetæ, quia propugnabant assidue ꝓ suis peculiaribus quiq; ac læsi moleste ferebant, imprudentes bestiarum inimicitiis prouecti, atque aduersus se inuicem irritati fuerūt. Soli enim etiamnum Ægyptiorum Lycopolitæ oue vescuntur, quando & lupus, quem pro deo habent Oxyrinchitæ nostra memoria, cum oxyrinchum piscem Cynopolitæ manderēt, canes eorum captos & immolatos vt victimam vorauerunt. Hinc bello commissi cum se inuicem cladib⁹ affecerunt, tum postea ab Romanis male mulctati pacem composuere. Cum autem complures in hasce bestias Typhonis ipsius animā migrasse narrant: innuere videatur hæc fabula naturam quancūq; rationis expertem mali genij esse fortē, ac quo illum propitient & placent, venerari has & colere. Quod si ingens ingruerit & grauis siccitas, q̄ effuse vel morbos pestilentes vel calamitates alias nec opinatas & portentosas inducat: quasdam ex iis, quas venerantur, in tenebras rapiunt sacerdotes submissum & silentio, comminanturque eis & territant primum. Sin durent, deuouent eas mactantq; eq;, scilicet arbitrantur supplicium quoddam dæmonis esse, aut procurationem certe magnis in noxis magnam. Namq; in Idithyæ oppido homines viuos, vt est Manethon author, concremauerunt, quos Typhonios appellabant: quorum cinerem incernentes ad nihilum redigebant & dissipabant. Cæterum hoc vno tempore diebus canicularibus propalam agebatur. At quando bestias, quas colunt, immolant: id remotis arbitris, & temporib. incertis pro re nata peragitur clam vulgo: nisi vbi exequias agunt, tum aliarum aliquas monstrant omnib. assistētibus, easque vna in tumulum coniiciunt, Typhonis rati repungere & coërcere oblectationē. Nam Apim apparet, cum paucis aliis esse Osiridi sacrum. Illi plerasq; assignant Quod si hæc vera est commemoratio, significare eam id, q̄ quæritur in confessis & iis quæ communes habent honores: cuius generis sunt Ibis, accipiter, cynocephalus, & ipse Apis. Ita enim hircum, qui Mondeti est, vocant. Porro superest horum vsus & allegoria: quorum quædam alterius, complures sunt vtriusq; consortes. Ac bouem quidem & ouem & ichneumonem commodi & compendij gratia constat ab eis in honore haberi, sicut à Lemniis corydalos: qui cum attelaborum oua inueniunt, tondunt ea: à Thessalis ciconias, quod serpentes, quas ea regio frequentes fudit, aduentu suo omnes deleuissent. Quare etiam lege sanxerunt exilium in eum, qui ciconiam occidisset. Iam aspidem, mustelam, & scarabeum colunt: in quibus imagines quasdam obscuras sibi, sicut in radiis solis, deorum potentiæ considerant. Siquidem mustelā adhuc multi putant & dicunt, quod aure ineatur, & ore pariat, sermonis ortum exprimere: scarabeorum genus fœmina carere: Mares omnes emittere semen in materiam, quæ fingitur in globum, eamq; voluunt aduerso gradu propellentes: vt videtur cœlum sol, dum ipse ab occidente in orientem conuertitur, in contrarium contorquere. Aspidem, vt qui non sentiat senium, motumque sine organis peragat prompte & expedite, illi sideri comparant. Nec vero crocodilus probabili defectum ratione est honorem consecutus, sed exemplar dicitur Dei esse, qui vnus sit elinguis. Vocem enim sermo non requirit diuinus, ac via incedens silenti ac per formulam res mortales regit rite. Solius autem aiunt in aqua degentium oculos mēbrania polita & pellucida, quæ ex fronte descendit, integi, vt cernat nec cernatur: qua re cum summo Deo congruit. Iam quo loco fœmina egesserit puerperium, ibi incrementum Nili consistere norunt. Quippe in humido quia non valent, procul vero formidant eniti, vsque adeo ad vnguem futurum præsentiunt, vt amne accedēte vtantur fœtantes & incubantes oua sicca & libera ab vnda seruent. Edunt sexagena, totidem diebus ea excludunt, totidem viuunt annos, qui longissimam vitam trahunt: estque ea mensurarum cœlestia pertractantibus ptima. At vero earum, quæ vtraque de causa in dignatione sunt, de cane est supra dictum. Ibis serpentium lethalia necans docuit princeps purgationis medicæ vsum, cum spectarent ita eam ablui & purgari ab seipsa. Sacerdotum peritissimi lustralem aquam, vnde Ibis bibit, cum expiant se, sumunt. Non bibit enim insalubrem aut veneno infectam, nec accedit. Pedum traiectione mutua cum rostro triangulum æquis lateribus reddit. Insuper atratum pennarum albis adiectarum varietas & mixtura cauantem cornua lunam refert. Nec est mirandum, si tenues affinitates in tantum placuerunt Ægyptiis: cum & Græci tam in pictis quam in fictis deorum imaginibus crebro eo genere sint vsi: ceu in Creta signum fuit Iouis, quod auribus carebat. Siquidem principi & domino vniuersitatis nemini par est, vt audiens sit. Mineruæ signo sociauit Phidias draconem, Veneri Elidæ testudinem: quod desi-

derent custodiam virgines, matrib⁹ familiâs domi residere ac tacere conueniat. Neptuni tridens nota est tertiæ regionis, quã mare sub cœlo & aëre locata tenet. Hinc Amphitriten quoque & Tritonas dixere. Pythagorei numeros quoque & figuras insignierunt deorũ appellationibus. Triquetrum enim æquis laterib. Mineruam vocauerunt fastigigenam & Tritogeniam: quia trib. perpendiculis ductis à tribus angulis definitur. Vnum Apollinem leporis gratia & simplicitatis monadis: Diadem contentionem & audaciam, Tradem iustitiam. Cum enim iniuria afficere & affici ex defectu & exuperantia cõstent, æquabilitate iustum in medio eorũ positum est. Illa quæ tetractys, id est, quaternio nominatur, cõstans ex sex & triginta, maximũ fuit iusiurandum, vt rumore percrebuit, & mundus est dicta. Absoluitur autem quatuor paribus primis, & quatuor imparib in vnum coëuntibus. Igitur sic clarissimi philosophi, cũ vel in surdis & incorporeis reb. diuini numinis vestigium obscurum aduerterent, nullum duxerunt post mittendum vel repudiandum: multo minus censeo sentientiũ & animę compotum affectibusq; & indole præditarum qualitates naturarum pro conditione animorum. Itaque non debem⁹ in his colendis acquiescere, sed per has in numine diuino venerando quasi ꝑ clariora, & ad id natura comparata specula. Nam instrumentum vel artem semp cunctis moderatis Dei recte debem⁹ eas existimare, nec rem inanimam vllam animata, neque sensus expertem sentiente esse præstantiorem, nec si vel quicquid est auri & smaragdi in vnum congesseris: Neque enim colores vel figuras, vel polituras occupat diuinitas: cæterum sortem habere mortuis abiectiore, quæcunque vitæ non sunt consortes, neque vt sint, sunt natæ. Quæ vero spirat, videt, & motus ex se ipsa habet fontem, notitiamq; conuenientium & alienorum, hæc ex intelligente, quo regitur authore Heraclito vniuersitas, riuulum & portionẽ traxit. Quare non minus in his adumbratur numen diuinum, quam in æreis & lapideis opificiis: quæ interitum æque recipiunt & infecturam colorũ, sensu omni & intellectu natura vacant. Ac de animantib. quidẽ, quæ coluntur, hæc potissimum ex iis, quæ referuntur, probo. Porro stolæ versicolores Isidis sunt. Siquidem versatur vis eius in materia, quæ omnia recipit, lumen, tenebras, diem, noctem, ignem, aquam, vitam, mortem, principium, finem. Osiridis stola vmbra caret, neque est picturata: verum habet vnum colorem simplicem, lucidum. Est enim principium primum & intellectibile purum & indilutum: quare vbi semel hanc acceperunt, recondunt eam & seruant. Nam intellectibile quod est, id inuisibile est & intangibile. Isiaca vero vsurpant identidem. Sensibilia enim, & quæ vsui & ad manum exposita sunt, varie vt explicentur & spectentur aliâs aliter alternantes præbent facultatem. At eius, quod intellectu concipitur, synceremque est & sanctum notitio fulguris modo, quando animam illustrauit, semel aliquando tantum contingendi sui & conspiciendi copiam facit. Hinc tum Plato, tum Aristoteles ἐποπτικὸν, id est, sacratiorem hanc philosophiæ partem appellant. Quandoquidem illi, qui opinabilia, confusa & omnifaria hæc doctrina superauerunt, ad primum illud, simplex, & omnis exors materiæ exiliunt. Cuius postquam attigerunt liquidam veritatem, consummatam se clausulam cõsecutos philosophię putant. Et hoc quod huius seculi sacerdotes obiter cum reuerentia & religiose subindicant, Deum hũc imperium & regnum in mortuos habere, neque diuersam esse ab eo, qui apud Græcos ᾅδης, id est, Orcus & Pluto dicitur, vulg⁹, quod ignorat, quĩ id verũ sit, obturbat suspicans in & sub terra, vbi defunctorum corpora delitescere videntur, sacrosanctum reuera Osirim domicilium habere. Enimuero remotissimus hic est à terra, immaculatus, impollutus & purus ab essentia omni, quæ interitum & lethũ admittit. Mortalium animæ corporibus hîc & ægritudinib. vestitæ in partem Dei non veniunt: nisi quatenus obscurum eius somnium mentis cõceptione per philosophiæ opem attingant. At quando solutæ ad domicilium demigrant sempiternum, inuisibile, ægritudine vacuum, & purum: tunc his eis dux est & rex Deus, quæ ab eo suspẽsæ sunt, cõtemplanturque auidissime semper atq; appetunt, quem nulla lingua exprimere vel explicare valet, decorem: cuius Isin antiqua fama demonstrat amore flagrantem perpetuo, sectantemq; eum, & cum eo agentem complesse omnibus præclaris & bonis res terrenas, quæ generationis sunt consortes. Atque hæc quidem inprimis sunt diis consona. Quod si etiam de suffimentis, quæ incenduntur, diebus singulis dicendum est, vt me ostendi facturum illud, voluas animo prius, semp Ægyptios inprimis laborasse, vt eorum, quæ ad sanitatem referunt, rationem haberent: ac potissimum in sacrificiis, expiationibus, & victu salubritatem hanc non minus quam religionem esse obseruatam. Neque enim decere arbitrabantur, vt corporib⁹ vel animis ægris & affectis colerẽt id quod purum, integrum vndequaque, & impollutum est. Quando igitur aër, quo plurimũ vtimur, & in quo versamur, non semper pariter comparatus & temperatus est: verum noctu spissatur, premitque corpus, & contrahit animum in languorem & solicitudinem quasi caligine suffusum & pondere pressum: simul atque surrexerunt, resinam adolent, vt aëra curent & purgent discutiendo eum, natiuumque corporis spiritum marcescentem excitent:

quod insit odori huic vis quædam actis & percellens. Contra meridie, quia tunc halitum sentiunt permagnum & grauem ex terra vi ab sole trahi, & misceri cum aëre, vaporāt ad odorem myrrham. Quippe eius fetuor, quicquid in aëre coactum est turbidi & limosi, id dissipat & discutit. Etenim medici, quando pestilentia laboratur, luculenta flamma excitanda opitulari se putant, quod ea atrenuet aërem. Attenuat vtilius, si ligna odorata cremenr, vt sunt cupressi, iuniperi, & piceæ. Acronem ferunt medicum Athenis sub magnam pestilentiam, quod accendi apud ægrotos ignem præscripsisset, inclaruisse. Succurrit enim id nō paucis. Author est Aristoteles, vnguentorum, florum, pratorum fragrantes nidores, quod algidum natura & gelidum cerebrum leniter calore & lenitudine sua diffundant, non minus ac secundam valetudinem quam ad oblectationem referre. Quod si myrrham vocant Ægyptij bal (id si interpreteris, potissimum significat nugacitatis discussionem) fidem nonnullam hoc quoque dictis de causa astruat. Cyphi mixtura est XVI. minarū, compositum ex melle, vino, vua passa, iunco, resina myrtha, aspalatho, seseli: insuper ex lentisco, bitumine, vlua, rumice, vttaque iunipero, quarum alteram maiorem, alteram minorem dicunt, cardamomo, & calamo. Miscētur non temere: sed recitantur pigmētariis, dum hæc temperant, literæ sacræ. Numerum autem, tametsi plane videatur quadratus ex quadrato esse, ac cum solus obtineat numerum pariter parem, loco ambitum æqualem recipere merito, minime dicemus ad id certe referre: sed plæraque ex iis, quæ assumuntur, vi prædita odorata suauem auram & salubrem fundunt halitum: quo aër versus, simulque corpus aura incitatum effuse & blande solidatur & temperaturam accipit gratam, acerbitatesq; hæc & fatigationes solicitudinum diutnarum citra crapulam vt vincula remittunt & resoluunt, imaginationemque somniorum receptatricem emolliunt, redduntque liquidiorem non minus quam lyræ sonus, quem adhibebant ante somnum Pythagorei, quo perturbationes & motus brutos animi excantarent ita & mitigarent. Siquidem odorata sæpenumero flaccescentem reuocant sensum, sæpe vice versa obtund unt & sopiunt, dum diffunditur eorum læuore in corpore sagina diducta. Quomodo nonnulli medici somnum nos corripere ostēdunt: quando cibi respiratio molliter circumuecta viscere & palpans excitat quandam titillationem. Cyphi vtuntur tam in potione quam in vnguine. Potu enim videtur intestina eluere, inunctum emollit. Præterea est resina solis opificium, cuius plantę etiam myrrham ad lunam stillant. Eorum ex quibus temperātur cyphi, sunt nonnulla, quibus est nox gratior: sicut quæ gelidis flatibus, vmbris rore & madore gaudenr ali. Quando diei lumen vnum est & vniusmodi: ac solem Pindarus cōspici air vastum per æthera: Nocturnus aër multis ex luminibus & potentiis instar seminum in vnum ab omni sidere defluentib⁹ temperatus est & commistus. Itaque non abs re illa vt simplicia atque à sole natales trahentia interdiu, hæc vt miscellanea & proprietatibus varia, ineunte nocte adolent.

PLVTARCHI,

De natiua in progeniem suam charitate, Commentarius.

Appellationes & peregrina instituere subsellia Græci primum ob mutuam diffidentiam commenti sunt, quasi asscititiam iustitiam, sicut rem necessariam aliam, quæ apud ipsos non prouenirer, desiderarent. Haud aliter philosophi quoq; in propositionibus nonnullis ex mutua concertatione prouocant, quasi ad extraneam ciuitatem ad brutorum animantium indolem: quorum motibus & moribus vt in penetrabilibus & abstinentibus cognitionem permittunt. An & hoc crimen est vitij humani commune: quod cum de summe necessariis & primis ambigimus nos, in equis scrutemur & canibus, volucribusq; quemadmodum nuptias iungamus, quemadmodum liberos suscipiamus & toilamus: ac quasi nulla in nobis ipsis significatio sit naturæ, bestiarum ritus & affectiones adeam⁹ premamusq; testimonio vitam nostram nostro magnopere in naturalib⁹ tuendis & peruertēdis officiis mox ab incunabulis & in primis esse confusam & perturbatam. Quippe syncerā in illis natura puramque & simplicem conseruat peculiarem indolē. In hominib. vero à ratione & vsu, q. oleo infertur à pigmentariis, multis mista, dogmatib⁹ decretisq; asscititiis multiplex euasit & noua, proprietatem non retinuit suam. Neque est, quod obstupescamus, si expertes rationis animantes præ ratione vtentibus sequuntur naturam. Etenim præ animantib. plantæ, quibus neq; imaginationem neq; impulsum tribuit ad alia appetendo eo, quod naturæ cōuenit relicto: sed velut compedib⁹ constrictæ manent & tenētur, vnaq; perpetua via. cuius est natura dux, pergunt. Bestiis vero mansuetudo rationis excellētiaue, aut libertatis studiū non

admo-

admodum est: sed libidinibus præditæ ratione carentibus & appetentiis, vagantesq; & circũcursantes sæpenumero non longe, verum in natura vt anchora fluctuant. Itaque sicut viam sub habena & freno pergentes rectam mõstrant. Domina vero in homine & imperatrix ratio diuerticula & nouationes architectans ex aliis alia, vestigiũ perspicuũ & euidens naturæ relinquit nullum. Ac propone tibi nuptias, quanta sit in animantib. vis naturalis. Primum non respiciunt, sicut & Lycurgi & Solonis ciues, cœlibatus & serotinarum nuptiarum sanctiones, neq; notas reformidãt orbotum, neq; ius trium liberorũ captant, multorum exemplo Romanorum: qui nuptiarũ fœdus ineunt & liberos gignunt, nõ quo hæredes habeant, sed quo hæredes esse queant. Deinde iungitur fœminæ mas nõ quouis tẽpore. Quippe haud metiuntur
10 nuptias voluptate, sed generatione & sobolis procreatione. Ideo anni congrua tempestate, q̃ auras habet genitales & opportunam fœrantib. temperiem, conuenit cum mare fœmina tractabilis & amabilis grato cutis odore, ornatuq; corporis peculiari exultans, roris & herbæ puræ satura. Postquam fœtam se & plenam sensit: recipit se modeste, & de puerperio & fœtus salute est solicita. Non potest ꝓdignitate hęc historia explicari: Nisi q; singula, quæ faciũt, fiant prospicientia, tolerantia, moderatione coniuncta cũ genitiua charitate. Atqui apem nos sapientem vocamus numeramusq; flauum mel exercentem, blandientes lætæ, quæ titillat nos, suauitati: reliquarum in puerperiis & incunabulis sapientiam & artificium negligimus. Vtrecce albedo prægnans ad cunabula sua facienda spinas colligit aciculæ marinæ, belonẽ Græci vocant: hasq; inter se cõtexens & connectens figurã eorum conuexam instar nassæ piscatoriæ
20 & oblongam fingit: compagine & spissitudine astrictas spinas pulsui fluctus diligẽter subiicit, vt leniter verberatus & compressus globus superficiei condensetur. Ea ratione fit, vt ægre ferro & lapide perfringi valeat. Quod vero magis stupendum est, ita est os eius constructũ competenter ad albedinis amplitudinem & modũ: vt neque grandius aliud, neq; minus eo penetrare animal queat: Imo, vt aiunt, ne aquam quidem marinam recipiat, nec res vel minimas. Præcipue mustelli marini partus intra se edunt. Concedunt autẽ catulis foras prodire ac pasci, mox recipiunt eos complectunturque pro cubilibus viscera sua præbentes. Fera immitissima & tristissima rudes & informes fœtus vrsa edit. Hanc lingua sicut instrumẽto conformãtem membranas non gignere, sed etiam fabricare dicas partum. Homericus leo,

Cui teneros partus ducenti per nemus altum
30 *Venator se offert, ostentat at ille lacertos:*
Omne supercilium demittit, lumina condens.

Quid non ne velle videtur cũ venatoribus de natis pacisci? Breui sobolis charitas vel ferocia trepida, torpida industria, voracia parca reddit: atque auis Homericæ modo adferens natis,

Escam frustatim instruit, dum hæc esurit ipsa.

Suã enim ipsius pascit fœtus fame: escamque, vbi attingit ventrem, reuocat premitque ore, ne imprudens eam deuoret,

Haud secus atque canis, catulis qui dulcibus astat,
Allatratque virum ignotum, pugnamque capessit.

timorem, quem de liberis habet, vt alterum assumens animi ardorem. Perdices, quando petuntur cum pullis, illos præuolare & fugere permittunt. Interim moliuntur, vt in ipsas ten-
40 dant aucupes in propinquo se volutando, iamque illis prehensuris paululum fugiunt: mox resistunt, ac spem præbent capturæ suæ propinquam: donec ira obiicientes se discrimini ad seruandam prolem, longe abducant aucupantes. Gallinæ, quotidie ante oculos habemus, quomodo foueant pullos, cum his aperiunt alas, illis dorsa scandentes, atque vndique accurrentes cum gratulatione & blanda voce recipiunt. Canes & dracones, si sibimetipsis timeant, profugiunt: sin fœtibus, defendunt eos, propugnantque supra vires. Num hos motus à natura imprimi his arbitramur, vt gallinarum soboli canumque & vrsarum consulat, non potius vt perstringat nos & pungat hæc reputantes exempla sequentibus, opprobria rigoris esse stupidis proposita: per quæ naturam humanam arguunt solam: quod spontaneam non habeat in suos charitatem, nec diligere, nisi necessitate compulsa sciat. Admirationem sui in theatris
50 excitat ille, qui ait:

Mercede namque hominis hominem quis diligit.

vt ex Epicuri sententia pater filium, genitrix natum, liberi parentes. Enimuero si rationis sint bestiæ capaces, atq; hoc in publicũ theatrũ conuocatis equis, bobus, canib. & auibus inuertẽs pronũciet, nec canes mercede charos habẽt catulos, nec pullos equi, nec aues fœtus suos: verum vltro atq; ex natura: cognosceretur in omniũ motibus recte ac vere dictũ. Turpe est enim, proh sancte Iupiter, bestiarũ fœturas, puerperia, enixus, incunabula naturã & beneficiũ esse: hominum vero mutuũ, mercedes, arras vtilitatis causa data. Cæterum nec est hoc dictũ vere nec auribus dignũ. Siquidẽ natura vt in feris plantis ceu labruscis, caprificis, oleastris exordia

mansuetorum fructum cruda & rudia producit: ita rationis exortib. charitatem in fœtus suos claudicantem, neq; expletam ad iustitiam, neque vltra quam vsus requirat progredientem largita est: Hominem vero ratione vtentem animantem & politicum ad iustitiam & leges cũ institueret, ad deorum cultum, ad ciuitates condendas, ad comitatẽ: egregia, præclara & vbera horum semina præbuit beneuolentiam in liberos & dilectionem, sequens prima principia: hęc in corporum opificio erant. Quippe natura vndiq; absoluta est, fœtus amans, plena, nec vsquam mutila, nusquam, vt ait Erasistratus, vacillans. Rationes autem natalium nõ est operæ referre, neq; decet fortasse nimium exacte arcana attingere nominib, & verbis: verum recondirorum & abditorum considerare ad generandum & fœtificandum membrorum illorum egregiam elegantiam. Satis namq; lactis officina & dispensatio prouidentiam eius & solicitu- 10
dinem demõstrat. Ex sanguine enim quantum plus satis redundat in mulierib. ob spiritus hebetudinem, & angustias, innatansq; fluctuat ac prægrauat, assueuit aliàs & didicit menstruis dictum ambitib. referante ipsi canales & meatus natura reliquum corpus exonerare & mundare, atq; vterũ velut aratro & sementi terram in plantis gliscentẽ tempestiue præbere. Postquam genituram excepit, amplectẽs vterus eam obuoluit acta radice. Siquidẽ vmbelicus primo in vtero authore Democrito, vt iacta anchora aduersus fluctuationẽ, ne iactetur fœt⁹, defigitur pedamentũ, & palmes conceptui iam nato & ei qui expectatur. Iamq; menstruas & purgantes fistulas natura obstruit, sanguinemq; arripiens manantem pro alimento eum vsurpat: partumq; qui iam structuram accipit & conseruationẽ, irrigat: dum solennibus numeris interno incremẽto motus alia incunabula & locum flagitet. Tunc vero quouis plantarũ culto- 20
re & irrigatore cõcinni⁹ ex aliis ad alia diuertẽs & sumens q̃ ex vsu est, habet aptatas quasi venas & fontes affluentis laticis: qui non forte neq; sine sensu excipiunt, sed & spiritus blando tepore & molli suctu emittere, subigere & conuertere valẽt. Quippe ad eum modum est in sinu suo mamma comparata & temperata Emissaria sane nõ sunt lactis neque salientes eructãtes effusę: sed in carnem scaturiginosam & spiramentis plane exilib. transcolantem terminãs mite infantis ori & gratum contrectatu & comprehensu promptuarium inserit. Cæterũ hæc tam multa ad genituram organa hæc dispensationes, munificientia, & prouisio nullius essent momenti, nisi charitatem erga natos natura & solicitudinem genitricibus insculpsisset.

Nam rerum nihil est homini ærumnosius omnium, 30

In terra ducunt animam quæcunque repentq;.

Hoc non falso de infante modo edito dicitur. Nihil est enim vsque eo inchoatum, vel destitutum, vel nudum, nihil ita informe vel immundum, vt homo, si eum in natalib. conspicias: cui pene vni ne purum quidem dedit natura in lucẽ ingressum, sed sanguine imbutus, & tabo oblitus, ac iugulatum potius quam nascentem referẽs nõ potest à quoquã attingi, tolli, osculum accipere, in complexũ venire, quam eius & ab eo, qui impellente natura eũ diligit. Hinc animantium reliquarum sub ventre aperit vbera & mammas: Mulierib. supernè ad pectus extant: vt facile suauiari, complecti, & deosculari queant infantem: quod fœtificatio & nutritio finem habeat non quæstũ, sed amicitiam. Repete à priscis orationem: quorum nõnullis parere ptimis, aliis contemplari nascentem infantem contigit. Non lege erat illis tollere sancitũ liberos, non gratiæ vel mercedis nutrimentorum fœnori datorum expectatio. Acerbas poti⁹ 40
dixerim & offensas infantibus matres fore, grauium periculorum dolorunque memores:

Vt quando grauidam dolor acris parturientem

Occupat & durus, Iunone sata Ilithia

Quem immittunt, quoties natos parentibus adsunt.

Hæc non Homerum mulieres, sed Homeridẽ ferunt scripsisse à partu vel in partu etiamnũ, dum misturam cruciatus pariter amaram & acrem in viscerib. sentiret. Sed ingenita charitas flectit & torquet eam. Feruida adhuc discruciataq; & doloribus fracta non conculcat infantẽ nec refugit: verum conuertit se ad illum, arridet, sustollit, & amplectitur eũ nulla oblectamẽti vel emolumenti spe, sed magno cũ sudore & tolerantia fasciis inuoluit, fouet & siccat: laboreque laborẽ nocturno diurnum variat. At quanam hæc mercede vel lucro in futurum, cum ne 50
in præsentia quidem sit paratum? Nam spes incerta & longinqua. Vineam æquinoctio vernali qui pastinauit, autumnali vindemiat. Qui tritici sementem fecit vergiliarum obitu, eundẽ exortu succidit. Boues, equi, aues expedita ad operas pariunt. Hominis vero laboriosa educatio, incrementum lentum, virtutem, quæ sera est, morte præuertunt pleriq; patres. Non spectauit Themistoclis Salaminem Neocles, neque Eurymedontem Milciades Cimonis, neque Periclem Xantippus concionantem audiuit, neque philosophantem Aristo Platonem, neq; Euripidis & Sophoclis victorias genitores eorum. Balbutiẽtes & verba conantes audierunt. Comessationes, compotationes & amores eorum offensantium homines viderunt: vt commendetur & celebretur hoc vnum Eueni epigramma:

Vide,patri proles luctum vsque quem creet:

Non desistunt tamen liberos alere,præcipue illi,qui liberis non habent opus. Ridiculũ enim sit si locupletes arbitreris ex gaudio sacrificare, quando liberi eis sunt nati: q; qui eos alturi sunt & funeraturi,habeant. Nisi scilicet hæredũ penuria liberos educunt. Nēpe non est reperire vel accersere,aliena accipere qui velit. Arena vel puluis vel pictarum pennæ volucrũ non ita sunt numerosę,quam hæreditatib. qui inhiant. Quinquaginta pater filiarum Danaus fuit. Qui si orbus liberis esset, plures habuisset, qui hęreditatem suam creuissent,neq; pari modo. Liberi enim gratiam nullam habent, neq; huius causa obseruant & venerantur: quasi vt debita eis deferatur hæreditas. Alienorum apud orbum voces audis comicis illis affines:

10 *Populi ò laua*

Primum,sinens iniudicatum vnum diem,

Serbi,ingere,& vora,iste habet triobulum.

Enimuero Euripidis dictum,

Mortalibus nummos amicos quærere,

Potentiamque habere vbique plurimam:

non est vndequaq; verum, sed in orbis. Hos pecuniosi inuitant ad cœnã,præsides colunt, oratores solis his patrocinantur gratuito. Pollens est diues, qui hæredem habere ignoratur. Multos vero amicorum grege succinctos vnus puer natus nudauit amicis & opibus. Quare nec ad potentiam liberi quicquam conducunt. Cæterum pręualet in totum natura non secus 20 in hominibus quam in bestiis. Sed cum hæc tum alia multa ab improbitate sicut spinis vepribusque iuxta semina mansueta fruticantibus obliterantur. An nec semetipsum natura diligere dicemus hominem, quia multi seipsi iugulant vel præcipitant. OEdipus vero linquens domum cruentas abscidit genas. Differendo multos auditores, vt sibi mortem cõsciscerent, adduxit Hegesias,formæ infortuniorum sunt multæ. Hæc autē sunt sicut illa, ægritudines & perturbationes animi,quæ natura sua hominem dimouent.vt ipsi cõtra se testantur. Si enim, quę enixa est,sus porcellum,aut canis discerpserit catulum,attoniti sunt,trepidant, deos placant,ac pro monstro id habent: quod omnibus partus suos diligere innatum sit, alereq; non necare conueniat. Verum enimuero sicut in metallis multa confusum & obrutum terra,emicat tamen aurum:perinde natura in vitiat s morbus & animi motibus charitatem erga libe- 30 ros refulgere facit. Siquidem inopes non tollunt liberos: quod timeant, ne secus quam deceat, educti illiberales,inertes,omnibusque nudi ornamentis existant. Paupertatem enim nouissimum malorum rati, non sustinent eam vt grauem aliquem & magnum morbum liberis impertiri.

PLVTARCHI,

De pietate erga fratres, Commentarius, nobili & strenuo viro, Arnoldo à Vvachendorick, Cliuiæ Mareschalco, & præfecto Cranenburgi dicatus.

40

Tyndaridarum fratrum signa Spartiatæ Docana dicunt. Ligna sunt duo parib. inter se spaciis duobus infixa & imposita transuersis. Quod apparet monumentum consociatum & indiscretum fraternæ inter se horum deorum pietati congruens esse. Pari ratione vobis ego quoq; Nigrine & Quinte hunc de pietate in fratres Commentarium vobis communem merito vestro consecro. Nam ad quæ excitamini, in his dum iam estis, comprobare potius ea testimonio vestro quam prouocari videbimini. Et quia officium vestrum animo faceitis gestienti: efficietis, vt iudicio vestro firmius inhæ- 50 reatis, quasi in theatro probis & elegantibus spectatoribus placeretis. Atque * Atistarchus *Alij. Ari- Theodoctis pater agmen irridens ingens sophistarum, olim ait sapientes vix septem ex- *flander.* titisse, in præsentia vero haud facile rudes & imperitos tot inueniri posse. Ego autem video hoc seculo adeo insolentem fratrum inter se charitatem, vt apud priscos odium: cuius si qua extiterunt exempla, ea vetustas vt monstrosa tragœdiis & theatris nobilitauit. At hoc æuo cuncti mortales, si quando in probos fratres inciderunt, mirantur non secus ac Molionidas illos, quorum coaluisse corpora autumant: vsumque patrimonij, amicorum & mancipiorum promiscuum in tantum absonum fidei arbitrantur & prodigiosum: vt si duorum corporum vtatur manibus, pedibus, & oculis anima vna. Cum exemplum tamen mutui

fratrum

fratrum vſus non multũ à nobis natura remouerit, imo ipſo in corpore organa neceſſaria fere bina germana, & gemina natura machinata, manus, pedes, oculos, aures, nares, docuerit omnia hæc ſalutis ab ſe cauſa & ad conſpirandum in cõmune, non concertationis, & pugnæ ea ratione diſtincta fuiſſe: ipſasq; manus in multos & diſpares diſſectas fuiſſe digitos, quo organorum omnium ſcitiſſime atq; artificioſiſſime fabrefactæ eſſent, vt Anaxagoras ille antiquus manibus humanæ ſapientiæ & prudentiæ cauſam aſſignauerit. Cæterum hîc mea ſententia diuerſum eſt verum. Neq; enim, quia manus habet, ideo homo animal eſt ſapientiſſimũ. Sed quia natura eum ratione dotauit & artifice ſolertia, idcirco talia naturaliter eſt organa ſortitus. Hoc certe omnibus liquet, vno ex ſemine naturam atq; ab vno fonte fratres duos, & tres, etiam plures edidiſſe, non ad diſſidium & diſtractionem, ſed vt diſiuncti magis operam mutuam præſtent. Tricorpores enim & centimani, ſi tamen hi extitere, nihil extra ſe vel ſeorſum agere quiuerunt: quæ facultas certe eſt fratrib⁹: vt ſimul & manere & peregrinari, remp. tractare & agrum colere per ſe mutuo poſſint: ſi modo ꝙ largita eſt natura beneuolentiæ & conſenſionis caput, retineant. Alioqui nihil à pedibus ſane different ſe inuicem ſubuertentibus & à digitis implicatis diſtortiſque monſtroſe à ſe mutuo. Atque adeo ſicut eodem in corpore vnius conſortio naturæ & alimenti humida arida, frigida & calida optimam & iucundiſſimã temperaturam ei conciliant & concinentiam: qua ſine neque opes aiunt, neque regij beatitatem imperij vllum homini oblectamentum aut vtilitatem afferre. Quod ſi inter ea inæqualitas & diſſociatio extiterit, labefactant grauiſſime animantem & diſſipant. Haud aliter fratrum concordia genus & domus vigent florentque: amicique & familiares nihil inter ſe, ſicut concinens chorus diſſident, vel factis, vel dictis, vel conſiliis. At

Diſſidio in populi capit & ſceleratus honorem,

famulus delator, vel aſſentator irrepens foris, vel ciuis inuidus. Nam vt morbi, cũ corpora nõ admittunt ea, quę ſunt ipſis familiaria, multorum extraneorum & nociuorum infundunt appetitiones: ità ſimultas cum neceſſariis & ſuſpicio aduerſus eos conſuetudines allicit malas & prauas, quæ extrinſecus in locum vacuum influunt. Vates Arcadicus pedem ligneum, vt author Herodotus eſt, ſibi accommodauit natiuo truncato. Frater, qui oppugnat fratrem, atque externum parat ſibi ex foro vel palęſtra amicum, nihil aliud facere videtur, quam ſi partem carnis natiuam volens præciderit, applicet autem ſibi & affigat alienam. Ipſe namque, qui deſiderat & quærit amicitiam & conſuetudinem, vſus erudit nos, vt id, quod nobis eſt cognatum, colamus, amplectamur, tueamur: quod ita nati non ſimus, vt ſine amicis, ſine ſocietate, & in ſolitudine viuere valeamus. Hinc recte Menander:

Ex poculis non vel frequentibus epulis
Exquirimus, cui vita committenda ſit,
Pater. bonum haud mediocre quiſque exiſtimat
Reperiſſe ſe, ſolum ſi amici vmbram tenet.

Quippe ſunt reuera vmbræ multiuagæ amicitiæ, imaginesq;, & ſimulacra primæ illius, quam liberis erga parentes, fratribus erga fratres natura impreſſit. Quam qui nõ obſeruat neq; colit, ꝙ cedo pign⁹ coniunctæ voluntatis dabit alienis? Aut qui tandem eſt, ſodalem qui in ſalutationib & literis fratrem appellat, & cum fratre nõ putat eandem calcandam viam? Vt enim imaginem ornare fratris, cum pulſes & laceres eius corp⁹, dementis eſt: ita nomẽ fraternũ venerari & honorare in * aliis, dum ipſum odio habes & fugis fratrẽ, nõ eſt hominis ſobrij vel eius, cui vnquam naturam in mentem venit rem ſanctiſſimam & maximam eſſe. Equidẽ memini me Romæ arbitriũ inter duos fratres ſuſcepiſſe, quorum apparebat alterũ philoſophiã ſectari. Erat is autẽ, vt mihi eſt viſus, nõ tantum frater, verum etiam philoſophus titulo & nomine tenus. Quẽ ego admonui, ageret cum fratre & idiota vt philoſophus. Hoc, inquit, vt ad idiotam, vere dixiſti. Apud me vero nõ habet multum momenti, neque magni pendo ex iiſdẽ genitum eſſe genitalib. Tu quidem, inquam ego, nõ diſſimulas, ne ex genitalib. quidem genitum eſſe, quicquam apud te põderis habere aut valere. Omnes certe alij, etiamſi aliter ſentiant, dicunt vtiq; & cantant parentib. honorem ſecundum deos primum & ſummum à natura, atq; ab ea, naturam quę conſeruat, tributum lege eſſe, neq; rem vllam facere homines diis gratiorem, quam ſi genitorib ſuis & altorib. vetera & noua fœnori data beneficia benigne & prompte rependant: neq; viceuerſa veſtigiũ vllum extare impietatis maius quam cõtemptũ & delictum aduerſus parẽtes. Hinc male mereri interdictũ eſt de aliis: matri vero ſuæ, vel patri niſi ita te pręſtes, vt omnib. dictis & factis tuis, licet nõ adſit acerbi quicquam, eos lætifices, flagitioſum exiſtimant & nefarium. Quæ igitur ſit liberorum vel actio, vel meritũ, vel quid gerant, quo exhilarare plus parentes valeant, quam erga fratrẽ beneuolentia & amicitia firma? Quod quidẽ facile ex cõtrariis diſcas. Quando vernam qui aliquo numero ſit apud patrẽ vel genitricẽ, ſi ſugillent filij, plantarumq; & prædiorum, quibus retinebãtur, curam nõ gerant,

*Alii, ſodalibus

torquent

torquẽt eos. Ac canis domi genitus equusq; mordet, si neglectus sit, indulgentes & benignos senes. Indignãtur etiam liberis, si acroamata, si spectacula, athletas, quib. ipsi ducebantur, vellicent & fastidiant. Quid iam eos dices, nũ æquo animo ferre pugnantes inter se atq; infestos obtrectantesque filios & obstrepentes omni in actu ac negocio euertentesq; se inuicẽ? Minime gentium. Ergo vicissim, quando inter se diligunt amantq; fratres: & quantũ eos corporibus natura diuulsit, tantum animis negociisque coẽunt: studia communia, confabulationes, ludicra vna inter se tractant: iucundam ac beatam parant parentibus senectutis illorum curatricem beneuolentiam fraternam. Neq; enim tangitur perinde pater eloquẽtiæ, vel honoris, vel pecuniæ, ac liberorum amore. Quo circa filios neque eloquentes, neque diuites neq; magistratu fungentes ita libenter vt inter se amantes videt. Apollonidem ferunt Cyzicenam regis Eumenis genitricem triumq; aliorum Attali, Philetæri, & Athenæi beatam se semper prędicasse, diisq; egisse gratias, nõ opum gratia neque regni: sed quod tres filios conspiceret natu maximum stipantes, eumq; in medio illorum hastis & gladiis armatorum secure agentem. Sicut contra Ochum filium Artaxerxes fratribus cum odoratus esset insidias struentem, animũ despõdens vitã finiuit. Bella enim tristia, vt Euripides ait, fratrum sunt, sed parentib. ipsis tristissima. Nam fratrem suum qui odit, eiq; est infest⁹, hic non põt nõ succensere genitori & genitrici. Pisistrat⁹, cũ nouercã induceret filiis adultis ait, quia honestos & probos eos existimaret, cupere se plurium taliũ esse patrẽ. Boni vero & iusti filij nõ modo parentum gratia se inuicem diligunt vehementi⁹, sed parentes quoq; propter se mutuo: hoc si semp sentiant ac prædicẽt, cum multis nominib. sint parentibus obstricti, tum plurimum esse fratrum causa: quod hanc omnium possessionem preciosissimam iucundissimamque eorum beneficio habeant. Præclare etiam Telemachum finxit Homerus, quod fratre careret, in calamitate numerare,

> *Vsque adeo nostrum pessum genus ire coëgit*
> *Iuppiter.*

Hesiodus vero non recte monet,

> *Vnicus vt natus sis patri atque vnicus hæres.*

Idque Musarũ discipulus: quas quia vna ex beneuolentia & charitate sororia perpetuo agunt, ita appellauerunt Musas. Itaque est apud parentes amor fraternus is, vt amare fratrem statim instar sit amoris erga patrem & matrem, ad hæc erga liberos amoris disciplina & exemplum fraterni: ac pestem contrariam, si secus fiat, sicut ex documento paterno odium aduersũ fratres imbibunt. Qui enim in litibus, rixis, & concertationibus cum fratribus consenuit, inde filios hortatur ad consensionem, hic

> *Aliis medens ipse vlceribus scatens,*

factis neruos orationis suæ incidit. Si ergo Thebanus Etheocles, qui apud fratrem ait:

> *Ad solis exortum supremi ascendero,*
> *Et terra ad ima, si modo hoc effecero,*
> *Summum deorum vt obtineam imperium:*

ediceret ediuerso liberis, æquabilitatem vt colerent: quæ amicos amicis, ciuitates ciuitatibus, socios sociis copulat:

> *Æqualitas enim est stabilis mortalibus:*

quis eum non despiciat? Quem porro exhibuisset se Atreus, si inuitato ita ad cœnam fratre huiusmodi præcepta liberis dedisset?

> *Sane vsus hic amici, qui cognatus est,*
> *Solus malo tibi ingruente subuenit.*

Quapropter mala senum parentũ, peior liberorum altrix exturbanda est fraterna simultas. Iã insimulatrix & insectatrix apud ciues est. Siquidem arbitrantur ex tam lõgo contubernio, cõsuetudine, & familiari vsu euadere eos inimicos & hostes, ni multorũ inter se scelerum conscij fuissent, nõ potuisse. Quippe beneuolentiã & necessitudinem causæ magnam magnæ distrahunt: vnde nõ facile reconciliantur animi. Quomodo enim compacta, si luxatum sit gluten, possunt iterum compingi & coire: at corporis cõcreti, si diruptum sit vel dissectũ, magnę molis est glutinamẽtum inuenire & coagulum: Ita quas vsus contraxit, etiam si retextæ sint, non ægre coalescunt iterum amicitiæ, fratres si genitiua coniunctione excesserint, tum tristius recolliguntur: tũ si recollecti sint, saniosam & suspectam trahunt istæ reconciliationes cicatricẽ. Omnis igitur cum homine homini suscepta offensio, quæ cum acerbis animi motibus subit, æmulatione, ira, inuidia, rancore torquet & solicitat animũ. Quæ vero est suscepta cũ fratre, qui cũ penates, sacra, & sepulchra sint oportet cõmunia paterna, & vero etiã domestica intercedit aliquando cõsuetudo & villarũ vicinitas, hæc ante oculos habet crucem, q̃ ingerit quotidie amẽtiam & desipientiam, propter quam suauissimũ vultu & propinquitate coniunctissimũ cõspiciat toruissimũ, voxq; ab incunabulis grata & familiaris reddita sit summe formidãda. Ac

da. Ac cum fratres alios cernant vnum domicilium complures inhabitantes, mensa vna, villis, mancipiis in communi vtentes: ipsi amicos & hospites partiuntur, infesta cuncta, quæ iucunda sunt fratribus, arbitrantes, præsertim cum reputare in medio omnibus liceat, quæri quasi prædam amicos posse & compotores, parari affines & familiares, primis velut armis vel instrumentis amissis: fratris sicut detruncatæ manus vel oculi excussi nullam esse receptionem. Sed dictum à Perside est recte, quæ saluti liberorum suorum fratris salutem prætulit: filios quærere se alios posse, fratrem alium sibi defunctis parentibus non posse. Quid igitur, queras, faciet, cui improbus est frater? Primum illud meminerit, ad omne genus penetrare amicitiæ improbitatem: atque, vt est apud Sophoclem, 10

Si excutias, pleraque offendes turpia
Humana.

Neque enim inter necessarios, vel sodales, vel amantes synceram, immotam, defecatamque à vitio est reperire. Ac Lacon, qui pusillam vxorem duxerat, ex malis ait quam minima eligenda. At fratres cordate admoneas, ex malis vt tolerent familiarissima citius, quam periculum faciant alienorum. Illud enim culpa, vt necessarium vacat, hoc reprehēsioni patet, vt sponte delectum. Neque enim compotor vel æqualis vel hospes

Durissimis pudoris vinclis vinctus est.

sed consanguineus, collactaneus, eodem patre & matre progenitus, cui etiam virtutem permittere verisimile est quædam & concedere, vt dicat ad offendentem fratrem:

Cladibus oppressum quare non prodere possum? 20

& improbum & amentem: ne quam imprudens paternam vel maternam à semine instillatam ægritudinem duriter & acerbe odio in te vindices. Quippe de alienis, vt dixit Theophrast⁹, nō decet amantē existimare: verum, cum de eis existimaueris; amare. Enimuero vbi dictum natura iudicio ad beneuolentiā non tribuit, neq; operitur iactatum vulgo salis modium, sed fontem ingenuit amicitiæ: hic nō oportet acerbos & acres esse noxarum censores. Nunc vero an non mirandum quosdam hominum extraneorum & alienorum, quos ex compotatione aliqua vel ludo vel palæstra sibi cōiunxerunt, æquo animo offensas ferre ac lubētes, rigidos autē & acerbos aduersus germanos esse. Quando etiam canes sæuos & equos, nōnulli lynces, feles, simias, leones alunt & amplectuntur, flammas vel rusticitates vel ambitiones nō sustinēt fratrum. Pellicib⁹ alii & scortis domos & prædia donant, cum fratrib. de area & angulo dimicāt. 30 Deinde odio fraterno detestationis improbitatis prætexentes appellationem in fratrib. passim vitia eorum detestantur increpantq;: ad quæ conniuent in aliis, quorum multum vtuntur commercio & consuetudine. Atq; hęc mihi de hac disputatione omni pręfata sint. Caput autem docendi nō à patrimonij partitione, vt nonnulli, faciam⁹: sed ab viuentium etiamnum praua parentum contentione & æmulatione. Nam ephori, cum Agesilaus semp, vt quisque inter senes renunciatus esset, ei bouē honoris causa mitteret: mulctā ei dixerūt, adiecto elogio, q, blandimentis & beneficijs communes ciues proprios suos redderet. At filium si commonuetis, ita vt parētes obseruet, ne eos sibi cōciliet vni, neue charitatem eorū in se deriuet: qua obsequij ratione fratres multi opprimunt, velamento quidē specioso, sed parū iusto cupiditatis: quoniā præcipua & optima patrimonij portione defraudant eos illorum beneuolētia, dum illiberaliter & astute surrepunt, in tempore illorū occupationes & imprudentiā captando: ac præsertim honeste se gerēdo ac modeste, quando offendētes illos aut suspectos vident. Cum contra oporteat, vbi efferbuit bilis, eā vna excipere & subire velut laboris societate fratrem subleuando, officiisq; & beneficiis suis intrudere omni modo simul in gratiā illum: Qui sicubi occasionē vel actionem aliam de manib⁹ amisit, causam ad ingenium eius delegare, vt ad alia magis accommodatum & grauius: Præclarum autem illud Agamemnonis. Nam 40

Non hunc segnities aut imprudentia tardat:
Respicit ast u me, nostrum ardoremque moratur.

mihiq; hoc officij commendauit. Grate etiam nominum immutationes accipiunt patres creduntq; filiis, quando socordiam fratrum candorē appellant, rusticitatem integritatem, peruicaciam animum non abiectum. Itaq; ea permutatio facultatem ei dat susceptam contra fratrem iram eleuandi simulq; charitatē intēdendi erga te genitoris. Postquam illum ita subleuasti, iā ad eum te cōuertere atq; increpare offensam acrius debes, ac libere lapsum ipsi⁹ ostēdere. Neq; enim indulgendum est fratrib. neq; vice versa claudicantibus insultandum: Hoc enim malis eius gaudentis, illud vna offensantis est. Sed dum eum castigas, de illius laborare profectu dolereq; eius incōmodis decet. Fuerit autem fratris acerrim⁹ apud illum ipsum accusator, qui promptissimus eius apud parētes patron⁹ fuit. Quod si nihil frater admisit: cętera seruiendum quidē est parentibus, bilisque est omnis eorum ac tædium deuorandum, idq; piū est: sed pro fratre, qui immerito male audit vel acceptus est, offerre se liti eiusque crimina depellere, 50

pellere,

pellere, id eum omni reprehensione caret & honestum est, tum nihil ferendum audire hoc Sophocleum:

Turpissime ô fili, qui cum patre litigas:

dum causam agis fratris, quem culpam contraxisse apparet. Quippe talis causatio apud ipsos, qui arguuntur, efficit, vinci quam vincere vt malint. Porro patre vita functo incumbere impensius quam ante decet in fraternam beneuolentiã. Ac statim communicanda in illachrymando communi dolori & casui acerbo est pietas: suspicionesq; leniendæ, & calumniæ aliorum pro amicis se ipsis venditantium propulsandæ: fidesq; adiungenda eum aliis, quæ de Tyndaridarum fratrum fraterna pietate fabulantur: tum quod Pollux eum, qui fratrem apud se

10 clam detulit pugno inflicto interemerit. Ad hæreditatem partiendam non denunciatio inter se bello sicut vulgus hominum.

Audi Alali Matris nata:

& coitione facta occurrendũ: sed potissimũ est ille obeũdus dies religiose: vt q̃ sit his implacabilis inimicitiæ & distractionis, illis amicitiæ & cõcordiæ ingressio: maxime solis seorsum, aliò quin amico præsente communi, qui vtriq; sit testis, ac bona fide agendum, debentque modo sortibus, vt Plato ait, optata & quod par est accipere & dare, censereq; procuratione diuidi & dispensationem, fructũ & possessionem in medio positã esse cõmmunem & indiuisam omnibus. Sunt aũt, qui etiã nutrices à se mutuo auellant, collactaneosq;, & contubernales pueros, superantesq; licitationib. discedunt, mancipii iudicatura ditiores: quod antiquissimũ & pre-

20 ciosissimum est in hæreditate amicitiam fidemq; fraternam distraxerunt. Nõnullos citra vllũ etiam emolumentum æmulationis causa hæreditatem nihilo quam spolia ciuilius scimus tractasse: in quib. Charicles & Antioch⁹ fuerunt Opuntii. Hi patera argẽtea cõcisa vesteq; dissecta abripuerunt se, quasi ex deuotione aliqua tragica domum acutis ensibus partiti. Alii quĩ cõmemorarunt aliis gloriãtes fratres se astutia, acrimonia, & captione in diuidẽdis bonis circumscripsisse: cũ oporteret, quod moderatione, beneficẽtia, & cõdonatione superiores fuissent, exultare & magnos animos gerere. Quare operęprecium est Anthenodori meminisse, & certe meminerunt apud nos omnes. Erat ei frater natu maior Xeno nomine: q̃ magna ex parte rem familiarem procurator fisci decoxit: deniq; raptus mulieris iudicatus bonisque suis est mulctatus, quæ in publicũ addicta fuere. Erat etiam tum adolescens imberbis Anthenodor⁹.

30 Hic vendita q̃ fuerat ei attributa bonorum portione non abiecit fratrem, sed posuit omnia in medio diuisitq; ac magna iniuria in partitione affect⁹ nõ indigne tulit, neq; pœnituit eũ facti, sed placide & hilariter fratris amentiã tulit. quæ per Græciam fuit diuulgata. Ac Solonẽ quidem, qui de repub. pronunciauit æqualitatem non parere seditionem, more apparet plus satis plebeio Arithmeticam & populatem loco elegantis Geometricæ inuehere proportionẽ Hic vero, qui domi author fuit fratribus, maxime, quod Plato monuit ciues, vt meum & non meũ tollerent: si minus, æqua portione contenti essent eamq; complecterentur, bonũ fundamentum pacis & concordiæ iecit. Semper etiã vtantur illustribus exemplis: cui⁹ generis est Pittacẽ responsum ad Lydorũ regẽ, qui percunctabatur an bis tantũ pecuniæ haberet Cui respondit: Si vellem fratre defuncto. Quando autem nõ solum in pecuniæ accretione & decessione plus

40 & min⁹ pugnantia inter se sunt: sed in vniuersum, vt est author Plato, in inæqualitate existere motũ, in æqualitate stationẽ & quietẽ, omnis est lubrica ad fratrũ alienandos animos imparitas. Vt autẽ sint per omnia pares & æquales, fieri nõ potest, Partim enim naturæ ipsis ab incunabulis inæqualiter distribuunt, partim deinceps fortunæ liuores imprimũt æmulationesq; pessimos morbos & pestes nõ familiis tantũ, sed & ciuitatib⁹ perniciosos: qui sunt, si iam inuaserint, defugiendi & procurandi. Est igitur, qui præstat, admonendus: vt quibus rebus præcellere videtur, has particiepet fratribus, vnaq; eos sua gloria decoret & allegat in amicitias: Si sit eloquentior, eius dotis fructum communem faciat vt nihilo minus ad illũ pertinentem. Tum vt nullum fastũ præ se ferat vel insolentiam: quin potius summissius & suppressius se gerendo præcellentiam suam ab inuidia vindicet, atq; fortunæ inæqualitatẽ æquiparet, quoad ei⁹ fie-

50 ri potest, animi moderatione. Lucullus noluit ædilitatẽ ante fratrẽ, quãuis ætate anteiret ipse petere: verum posthabito suo illius temp⁹ expectauit. Pollux ne deus quidem sustinuit solus, sed præoptauit eũ fratre fieri semideus, & fortis esse particeps humanæ, quo immortalitatis illum redderet consortem. Tibi sodes, dicat quis, facultas est citra vllã bonorum tuorum iacturam tecũ euehere & exornare fratre quasi ipso fruente fulgore, virtute & fortuna tua: quod Plato fecit: qui fratribus præclarissimos commentarios suos inscribendo eos nobiles fecit, Glauconi & Adimanto librum de repub. minimo Antiphonti Parmenidem. Iam vero sicut existunt in naturis & fortunis fratrum disparilitates, item in omnib⁹ & vndequaq; nõ poterit fieri, vt emineat alter. Siquidẽ elementa memorãt ex vna ꝓdisse materia diuersissimis prædita viribus: duorum fratrũ ex vna matre & patre eodem ortorum nemo vidit alterũ simul ex Stoa

G sapientem,

sapientem,pulchrum,facetum,liberalem,honorabilē,locupletem,eloquentem,literarū studiosum,humanum:alterum turpem,inurbanum,contemptum,illiberalem, inopem, infantem in dicendo,rudem,inhumanum:sed dotati sunt aliquatenus etiam obscuriores & demissiores sua forte festiuitatis vel facultatis,vel indolis ad aliquam frugem:

Velut echinopodas in aspera via,
Molles vbi viola nascuntur lactea.

Proinde hæc,qui videtur in cæteris præstare,si non extenuet neq; obscuret,neq; ex toto sicut in certamine exturbet fratrem primatu:verū inuicem concedat,ad multaq; declaret meliorem & accommodatiorē illum,subtrahendo semp inuidiæ semen sicut materiam igni, extinguet eam:imo penitus non sinet,vt ortum vel incrementum capiat. Qui vero etiam sociū in iis,in quibus videtur ipse excellere,facit fratrē semper &authorē cōsilii,velut oratorin causis, qui rempub. tractat,in magistratib.& negociis amicorum,atq; vt breui dicā nullo in negocio q alicuius sit momenti,& gloriæ habeat segetem,patitur esse illum inferiorem, sed decorum omnium consortem facit:asciscitq; sibi præsentem,expectat absentem, omnino autē demōstrat esse,eum non minus se negociosum,sed minus gloriæ & opum cupidum:hic nihil sibi detrahit,& illi dignitatē ingentem conciliat.Hæc præcellentiori præcipias.Submissior versare secum debet,non vnum neq; solum ipso opulentiorem aut facundiorem aut clariorem fratrem esse,sed passim multis se concedere,imo tam multis,vt iniri non queat numerus,

Quotquot fruimur spaciosæ terræ frugibus.

Siue igitur cum omnibus,qui vsquā sunt gentiū,æmulatur,siue solus ipsum tanta in fortunatorū frequentia charissimus mordet & sanguine proximus, nihil ad eius miseriā addi potest. Quare vt Metellus debere existimauit populum Romanum diis gratias agere, q Scipio alia in vrbe vir tantus non fuisset natus:perinde optandū cuiq; maxime, vt abundantia fortunæ ipse antecellat:sin secus,vt illam frater suus adeo desiderabilem præcellentiam & potentiam obtineat.At vt vulgus hominū vsq; eo est à recto auersum,vt amicis exultet & glorietur splendidis,& si hospites dignitate præstantes & diuites habeat:fratrum vero splendores luminib⁹ suis officere arbitretur:patrum felicitate excitetur & præturis proauorum, quando commemorantur,quarum fructū percepit nullum,neq; earū particeps fuit.Fratribus si venerunt hæreditates,vel obtigerunt magistratus vel inclytæ nuptiæ,cadat animis frangaturq;. Et quidē oportebat inprimis nemini inuidere: sin minus,extra deflectere, atq; ad alios deriuare liuorem:quomodo illi,qui seditiones foras ad hostes detorquent.

Nam mihi sunt Troes multi sociiq; iuuantes.
Et contra existunt tibi permulti inuidi Achiui

& ceeum æmulantes,fratrem vero decet non lācis modo vergere in diuersum,dum alter euehitur,atq; pessum ire:cæterū vt minores numeri maiores multiplicare &multiplicari augereque simul & augeri vna cū bonis.Neq; enim digit⁹,q nō potest scribere vel fides pulsare,neq; ad id est aptus,minoris est,quam qui scribit vel pulsat:sed vna mouentur conspirantq; quodā modo in opus omnes,qua si de industria inæquales facti sint,ac vim cōprehendendi ex eo obtineant quod pollici,qui maximus est ⁊obustissimusq;,sint obiecti. Ita Craterus Antigoni regnantis frater,& Cassandri Perilaus partes ductanti exercitus & rerum domesticarū ceperūt dispensandarū.Contra Antiochi & Seleuci, præterea Grypi & Cyziceni,quia secundarii esse non didicerant fratrū,sed purpuræ & diademati inhiabant,multis semetipsos & inter se mutuo,multis Asiam cumulauerunt calamitatibus. Quoniā vero ambitiosis ingeniis præcipue inolescunt aduersus gloria & honore superiores inuidiæ & æmulationes: expedit maxime ad hoc fratribus neq; honores neq; opes eadem ex materia quærere,sed alium ex alia. Siquidē & bestiæ,quæ pastū ex iisdem habent,dimicāt inter se:&athlerarū sunt,qui in eodem certamine desudant,aduersarii. At pugiles pancratiastis,dolichodromi luctatoribus beneuolunt,suntq; solliciti & laborāt de se mutuo.Quapropter Tyndaridæ fratres pugilatu vicit Pollux,Castor cursu.Recte etiam atq; ordine Teucrum finxit Homerus sagittarium insignem fuisse, cum in graui armatura frater eius excelleret:

Illum hic sed clypei fulgente sub orbe tegebat.

Et rempub. tractantium qui foris res gerunt cōcionatoribus forensibus nō sane inuidēt, neq; inter oratores causidici rhetorica docentibus:neq; inter medicos diætarii iis, qui manu curā reddunt:sed subueniunt inuicem & suffragantur. At eadē ex arte vel facultate gloriā & splendorem venari perinde est inter improbos,ac si duorum vnam amantium alter alteri in amore præferri & magis placere velit. Ac qui viis diuersis pergunt,nihil cōferunt inter se. Qui vero vitæ genere distracta sunt hi eum inuidiā declinant,tū subueniunt inter se magis:ceu Demosthenes & Chares, Æschines item & Eubulus, Hyperides & Leosthenes:dū hi concionibus & rogationibus præsunt,illi exercitus ducant & res gerunt. Itaque debent quam remotissime

à fratribus

à fratribus abducere cupiditates & ambitiones illi,quorũ abhorret à gloria & potẽtia cãdide communicanda ingenium : quo hilarent inter se in successibus,non torqueãr. Super hæc omnia refugienda sunt affinium , necessariorũ , & coniugum interim ambitionem exacuentiũ impotentia dicta: frater tuus dominatur vbiq;,suspicitur,obseruatur:te adit nemo,nihil est in te authoritatis.Ego vero,respondeas licet si sapis, fratrem habeo clarum virum , fruorq; non parum illius opibus.Quippe dixit Socrates malle Darium se habere amicum quam Daricum. Fratri cordato bonũ censu,imperio,facundia nõ minus est in magistratu posit⁹ frater vel diuitiis affluens,vel eloquentia enitescens.Eo maxime modo hæ imparitates leniuntur.Sed ecce tibi illico alia exoriuntur ex ætate diffidia inter indoctos fratres. Nã fere natu maiores fratres
10 quod imperium vsurpent in minores semper,præferriq; eis,&priores partes vbiq; ferre gloriç & potentiæ postulent,graues sunt &odiosi.Contra adolescentiores frenum mordentes ferocientesq; despicere illos & floccifacere discunt. Ita hi vt inuidia pressi & impediti in gloriæ cursu correptiones defugiunt atq; iniquo animo ferunt:illi dum semper primas affectant , vt sui euersionem incrementum fugiunt illorum.Igitur vt beneficium censent mai⁹ accipientibus ducendum,dantibus minus:haud aliter tempus qui monet maiorem ne magni faciat,minorem ne parui:hic despicientia,contemptu,& fastidio vtrumq; expedierit. Quia vero curã suscipere fratris,formare eum & corrigere ad maioris ætate officiũ spectat:ad minoris colere, æmulari,& parere:illius solicitudo sodalitia potius quam patria sit,inducat quã imperet,gratuletur & applaudat recte & cũ virtute gestis,quam si titubauerit, insectetur,& deprimat non
20 modo promptius,verũ etiam humanius. Inferioris ætate æmulationi imitatio insit non concertatio.Admirantis enim imitatio,certamen est inuidẽtis: Quamobrẽ eos, q effingere ipsos student , charos habent:qui adæquare,hos premunt& obterunt.In multis honorib⁹,quos deferre adolescentiores decet maioribus natu,obsequium censetur præcipue,efficitq; cũ reuerentia studium enixum & fauorem vicissim obsecundantem.Ita Cato natu se maiorẽ Cæpionem obseruando mox à puero obsequela,placiditate,& auscultando tandẽ ætate virili ita illũ in se circumegit,adeoq; reuerentẽ reddidit sui,nihil vt eo ageret vel diceret inscio. Quippe memorant , tabellam testimonii cum Cæpio signasset,superuenientem post Catonẽ signare detrectasse.Ibi repetita Cæpionem tabella signum suum auulsisse:quo vsq; qua re motus non adiungeret testimonio frater fidem,sed haberet id suspectum,intellexisset. Extitit etiam in-
30 gens erga Epicurum ex beneuolentia huius & cura,qua fratres complectebatur,eorũ reuerẽtia cum in alia tum in ei⁹ philosophiam quasi inflammatorum. Etsi enim falsi opinione sunt, qui à rudibus annis nullum Epicuro natum sapientiorem et ediderunt& prædicauerunt:operæpreciũ est tamen & hunc,qui illos eo perpulit,&illos,qui eo fuere perpulsi,admirari. Quin etiam ex philosophis neotericis reprehendit Peripateticus Apollonius illum,qui asseruit,nõ admittere in cõmunionem gloriã vllum quod fratrem suum minorem celebriorem quam se Sotionem præstitisset.Me certe cum multorum beneficiorum nemine à fortuna delatorum ei obstrictum esse,tum præter cætera omnia ob studium,q extitit & existit fratris in me Timonis,nemo,qui nobiscum habuit consuetudinẽ,ignorat,minime vero familiares vos nostri. Iã alia æqualib.ætate &,ppe nihil distantibus fratribus præcauenda sunt vitia, tenuia illa quidẽ,
40 sed assidua & crebra: quæ prauam faciunt offendendi se mutuo & lacessendi vbiq; meditationem,quæ in odiũ & simultatem erumpit immortalem. Cũ enim cœperunt in ludis cõtendere de alendis animantib.& de certaminibus eorum ceu coturnicũ vel gallinaceorũ,inde puerorũ in palæstris,eanũ in venationib. equorum in ludis circensibus : temperare deinceps sibi in maioribus vel peruicaciam & ambitionem cõprimere non valent:sicut Græcorũ memoria nostra pollentissimi,qui in saltatorum studiis,mox citharædorũ dissederãt: hinc natatoria in Edepso porticusq; & andronas mutuo semper obmoliebantur,ac certamen de area cõtrahẽbant,incidebantq; & auertebant canales,vsq; adeo fuerunt efferati & labefactati: vt omnibus fortunis à tyranno euersi,exules, pauperes & pene dixerim in alios homines versi vno permãserint iidem odio mutuo. Quare summopere strepenti clam in minutis & primis aduersus fra-
50 tres cõflictationi & æmulationi repugnare debemus,meditantes mutuo concedere & succũbere, gaudereq; potius,quod indulgeamus eis,quam quod superemus. Neq; enim aliam veteres Cadmeam victoriam,quam apud Thebas fratrum tanquã fœdissimam & teterrimam appellauere. Quid igitur nonne multa suggerunt res vel iis,qui moderati habentur & lenes,pugnarum & concertationum semina? Prorsus. Cæterum& hic cauendũ,vt luctentur causæ per se solæ,neq; nos vllum contentioni vel flammæ motum animi sicut hamum adiiciamus : sed in æquo bono vt in lance momentum communiter obseruantes,quam ocyssime iudicibus & arbitris controuersiam tradamus disceptandã: antequã tincturæ & maculæ modo penetrãs inficiat ira,vt elui ægre queat. Tum subsequamur Pythagoreos,q nulla cõiuncti sanguinis necessitudine,solũ cõmunis doctrinæ consortes,si quando ira profecti in cõtumelias eruperint,

prius quam occūberet sol,dextris iunctis inter se complexi in gratiam redibant. Vt n. quandò excipit bubonem febris,signum non est dirum, q; si eo sublato persistat: morbus esse videtur, radicem qui habeat altiorem. Perindeq; fratrū q̄ transacto negocio expirat contentio negocio est asscribenda. Sin si duret: color quidem fuit negocii,sed ex praua & tabifica causa originem traxit. Operæ autem est fratrū audire barbarorum disceptationem nō de rusculi portione,nō mancipiorū vel ouiū causa institutam. verum de Persarum regno. Cum excessisset Darius,alii Ariamenti regnum despondebant stirpis maximo, Xerxi alii, qui matre Atossa Cyri filia & Dario iam regnāte erat natus. Descendit Medis Ariamēnes nō infesto sed vt ad iudicium animo pacato. Xerxes præsens erat & regnum agebat. Cæterū vt adfuit frater,posito diademate detractaq;,quam gestant reges directam,tiara processit fratri obuiā eumq; est cōplexus ac munera mittens nunciare iussit eos,qui illa ferebant: Hisce nūc honorat frater te Xerxes. Qui si rex Persarum iudicio & suffragio fuerit renunciatus, secundū ab se locum tibi tribuit. Ibi Ariamenes: Ego quidem dona,inqt,accipio,sed regnum Persarum ad me existimo spectare: Honorē vero post me fratribus,atq; inter fratres Xerxi primo conseruabo. Vt illuxit iudicii dies,iudicem Persæ eis fratrem Darii Artabanum tulerunt. Cuius notionē fretus multitudine defugiebat Xerxes. Quem mater Atossa increpuit. Quid Artabanum fugis fili parruum tuum & in Persis optimum? Quid vsq; adeo trepidas certamen,in quo etiam secundas p̄clarum est ferre ac regis Persarum dici fratrem? Assentiente Xerxe, causaq; vtrinq; dicta pronunciauit ad Xerxem Artabanus regnum ptinere: Ibi exiliens extemplo fratrem Ariamenes adorauit,dextraq; prehensum in solio regio locauit. Hinc fuit apud eum maxim᷑, estq; eum beneuolentia psecutus tanta,vt p̄lio nauali ad Salamina strenue pugnans p illius gloria occubuerit. Hoc pro exemplo expositum sit puro & vacante næuo candidi & magni animi. Antiochi vero cupiditatem regni culpes: q; ea tamen non vndequaq; obliterauerit fraternam charitatem, suspicias. Bellum gerebat de regno cum Seleuco ætate minor frater, genitricisq; fultus erat ope. Flagrante bello signa Seleucus cum Galatis contulit, superatusq; nusquam cōparebat,sed vniuerso à barbaris deleto eius exercitu p mortuo habebatur. Quod vt est ad Antiochum allatum: deposita purpura vestem pullā sumpsit,clausaq; regia luxit fratrē. Mox accepto incolumem esse atq; alias copias ab eo scribi: pgressus est ad habendum diis honorē, ciuitatibusq; sibi parentib᷑ pcepit,vt diis immolarent ac coronas sumerent. Athenienses fabulā de deorū iurgio cum absurdum finxissent,absurditatem eam nō mala correctione interpolauerunt. Siquidem diem secundum eximunt mensi Bœdromioni,quod illo cum Minerua Neptuno cōtrouersia intercessisset. Quid igitur causæ est, quin nos quoq;,si qua nobis aliquando cū necessariis & ppinquis cōflictatio extiterit: illius dici memoriā deponam᷑, vnumque censeamus eum ex nefastis: non cōplures & lætos dies,quib᷑ vna educti fuimus viximusq; vnius causa obliuione obruamus? Aut enim incassum & nequicq̄ nobis natura lenitatem & moderationis stirpem tolerantiā largita est, aut ea inprimis aduersus gentiles vtendū & necessarios. Porro non minus,q̄ si vineam domus incurrentibus, si petamus & accipiamus ipsi, quando incutimus,beneuolentiam id & pietatem repræsentat. Quare nō sunt,cum stomachantur,contemnendi,neq; obluctandum deprecantibus. Imo præoccupanda sæpe nobis, quando offendimus,deprecatione ira: & contra si læsi fuerimus,ipsa venia deprecatio. Atque Euclides quidem Socraticus in scholis celebratur: q; cum vocem audisset fratris ad se importunam & beluinam: cum diceret: Dispeream,nisi te male accipiam: Ego vero,inquit, nisi te inducā,vt itā deponas, amesq; nos.sicut ante amabas. Ad regis Eumenis factum non dictum nihil vel humanitatis vel mansuetudinis addi potest. Rex Macedonum Perseus infestus huic parauerat ei percussores. Qui ascendentem odorati à mari ad templū Apollinis Eumenē, apud Delphos insidias ei struxerunt: atq; à tergo adorti congesserunt in caput eius & ceruicē ingentia saxa. Vnde sopitus prolapsusq; ac pro mortuo est habitus. Eius casus fama passim p lata fuit: amiciq; & serui,qui interfuissent videbantur,eum renunciarunt. Hui᷑ Attalus frater maximus,vir probus Eumeniq; omnium fidissimus non solum rex declaratus atq; diademate ornatus fuit, verū etiā cōiugem eius Stratonicen connubio sibi iunxit,atq; cum ea cōcubuit. Postq̄ Eumenem allatum est saluum esse,iamq; ille aderat: detracto diademate, sumptaq; vt ante solebat, hasta processit ei cum cæteris satellitibus obuiam. Ille quoq; hunc placide complexus est,reginamq; honorifice & comiter salutauit. Ac nullo spacio,quo post superstes fuit, nihil cum expostulasset cum fratre, nec signum suspicionis vllum edidisset,decessit, Attaloq; regni successionem ac coniugem reliquit. Quid iam ille? Extincto Eumene nullos liberos tollere ex vxore,quamuis edidisset multos,in animum induxit: sed illius filium eduxit,atq; in virum prouecto etiamnum viuens imposuit diadema, regemque salutauit. At Cambyses ex insomnio vt regnantem in Asia fratrem metuens,nullo argumēto,nullo expectato indicio eum trucidauit. Hinc defuncto eo regnū à Cyri successione excidit, familia autem Darii regnauit

viri,

viri,qui nõ fratribus tantũ,ſed amicis quoq; participare nouerat imperia & opes. Ad hæc illud memoria tenendum in cõtrouerſiis cum fratribus obſeruandumq; vt cum eorum amicis tũc vt cũ maxime conſuetudinẽ agites,refugiaſq; inimicos,neq; eos admittas: atq; in eo imitere Cretenſes,qui in crebris ſeceſſionibus & bellis ciuilibus,ſi quãdo ingruerunt hoſtes externi, iuncta inter ſe pace arma ſociauerũt. Atq; hic eſt,q dicitur ſyncretyſmus. Nõnulli enim aquę modo hiantibus & diuulſis inſinuant ſe ſubruuntq; neceſſitudines & amicitias, exoſi quidem ambos,ſed imminentes magis ei,qui ex imbecillitate ſucceſſit. Quippe amãti præſto ſunt in amore candidi & ſimplices amici: ita inflammato ac cum fratre altercãti liuidiſſimi ſocios ſe doloris eius & bilis adiũgere ſimulant. Quo modo igitur Æſopica gallina feli officii ſpecie ex
10 ipſa morbo cõflictata,qui valeret,roganti: Recte,inquit,ſi tu hinc faceſſas. Haud aliter ad talem hominẽ,qui ſermonẽ de ſimultate infert,ſciſcitaturq; & agitat arcana aliqua,dicendum. Ego nihil aduerſus fratrẽ habeo: modo neq; ego delatoribus neq; ille aures accõmodet. Nũc vero haud ſcio quo pacto,cũ ophthalmia laboramus,aciem cenſem⁹ ad colores & corpora flectendã ea,quæ non feriunt nec regerunt viſum. Quod ſi inciderit cũ fratribus expoſtulatio, vel bilis aduerſus eos & ſuſpicio eſt exorta: ducimur conſuetudine nos ſolicitantiũ: quo tempore decebat inimicos & alienos ab iis refugere,iis fores præcludere: cõuerſari autẽ & cõgredi præcipue cum illorum ꝓpinquis & amicis,adireq; eorum coniuges, & ad hos querelã deferre,atq; apud eos incuſare. Atqui lapidem negant fratres,quando iter faciunt,in medio capere oportere: ægre ferunt & ſi canis intercurrat, & id genus formidãt multa: quorũ cõcordiã
20 fratrum diſtraxit nullũ. Interim homines caninos & ſycophantas non intelligunt ſe intermedios accipere & impingere in eos. Quare,quando oratio,quæ his ſunt cõiuncta,ſubiicit,recte eſt à Theophraſto dictum: Si communia ſunt amicorũ omnia, debere præcipue communes amicorum eſſe amicos: quod potiſſimum fratribus ſuggeras. Vſus enim & conſuetudines ab ſe mutuo diſtractæ & diſiunctæ,ab ſe mutuo animos eorum auellunt & in diuerſum abducũt. Quippe ſi alios diligas,huic mox eſt cõſequẽs,vt aliis delecteris, eoſq; imitere ac ducare ab aliis. Siquidẽ informant amicitiæ,nec maius vllũ eſt diuerſitatis morũ inſigne,quã amicorum delectus diuerſorũ. Quare neq; veſci & bibere vna cũ fratre ſimulq; ludere & tempus traducere,adeo vinculum eſt cõſenſionis arctũ,vt ſimul amare & odiſſe capiq; eorundẽ cõſuetudine: & vice verſa auerſari & fugere. Neq; n. calumnias amicitiæ cõmunes edunt neq; diſcordias: verũ etiã ſi qua extiterit flamma & indignatio,ea interuenientib diluitur amicis, qui eã exci-
30 piunt & diſcutiunt: modo vtriuſq; ſtudioſi & in vtrunque pariter beneuolentia ſint propenſi. Quandoquidem ſicut plumbum æs diruptum plumbat & conglutinat vtriuſq; contactu oræ familiariter conſentiens: eodem modo debet amico congruens & communis ambob⁹ fratribus beneuolentiã conſolidare. Inæquales vero & inſociales,ſicut in forma muſica ſoni,diuulſionem non connexionem efficiunt. Ambigas igitur,recte an ſecus dixerit Heſiodus:

Nec tu germano fratri æquiparabis amicum.

Nam candidus qui eſt & communis,vt diximus,hic magis per vtrumq; diffuſus charitatis cõpages fraternæ erit. Heſiodus meo iudicio vulgus hominum & prauos verit⁹ eſt æmulationis cauſa & inſolentiæ: quam decet declinantes,etiamſi parem beneuolentiam amico tribuat quis;
40 ſemper fratri primas ſeruare in magiſtratibus,in muneribus publicis,in inuitationib. & familiaritatibus principũ,in omnibus deniq;,q̃ ſplendida vulgo & glorioſa habentur,atq; ita ſuam naturæ authoritatem & honorem tribuere. Neq; enim amico ita prærogatiua in his ampla,vt imminutio fratri exiſtit turpis & fœda. Cæterum de hac ſententia alio loco, quæ nobis viderentur, explicuimus fuſius. At quod à Menandro dictum eſt præclare,

Quod nemo,qui quem diligit,vult negligi:

curam agendam fratrum ſuggerit & præcipit,neq; eius naturæ fiducia poſtmittendos. Etenim equus ſua ſpõte hominis eſt amans,domini canis: ſed niſi foueantur & eis proſpiciatur,exuũt charitatem & à nobis alieni redduntur. Corpus item animo arctiſſima eſt ꝓpinquitate cõiunctũ: verum ſi negligatur ab eo & vilipẽdatur,detractat ei præſto eſſe,euertitq; & deſerit officia.
50 Curam egregiam ipſis fratribus,multo tamen honeſtiorẽ ſoceris & generis illorũ præſtiteris: ſi te ſemper beneuolum eis ad omnia & paratum exhibeas: ſi ſeruos eorũ, qui ſunt dominorũ cupidi,amplectaris & benigne habeas: ſi medicis,qui curauerũt eos,gratias agas: ſi dis irẽ amicis,qui prompto animo peregrinationem cũ iis vel militia tolerauerunt: ſi fratris coniugem vt rerum omniũ ſacrarũ ſanctiſſimã ſuſpicias venereriſq;, & viri cauſa honores eã & collaudes neglectæ vicem doleas, frementem lenias: ſi leuiter incurrerit,reducas illã in gratiam cũ viro & cum vxore hunc: Quando ꝓpria tibi intercedit cum fratre contentio,ſi deponas querelam apud illã & indignationem trãſigas: ſi dolorem ex fratris cælibatu & orbitate ſuſcipias,adhortandoq; & probris lacerando compellas eum omni modo ad nuptias,iuſtiſq; affinitatib. alliges: ſi genitis fratri liberis apertius declares tuam erga eũ charitatem, & quem habes vxori ei⁹

honorem si liberis eis beneuolum vt tuis præbeas te, magis blandum tamen & indulgentem: ne si offenderint iuuentutis more fugam capiát, neue diuertant patris vel matris metu ad hominum prauorum & profligatorum cœtus, sed receptum ad te & perfugium simul cum beneuola correptione & deprecatione habeant. Ita fratris filium Plato Pseusippum ex magna dissolutione & licentia coercuit, nullo quidem aduersus eum acerbo vel dicto vel facto: sed q; fugienti parentes, qui assidue eum perstringebant & insectabantur, placidum præberet se & lenem, imbuit eum magna sui & philosophiæ reuerentia & studio: tamet simulti amici ei obiicerent, non corrigi ab eo adolescentem. At hic maiorem in modum corrigere se eum ostendit: quod vita sua & consuetudine quotidiana efficeret, vt discrimen intelligeret a turpib⁹ honestorum. Aleuam Thessalum pater insolentem & effrenatum coercebat & acerbe tractabat, 10 sed fouebat eum & adiungebat sibi patruus. Mittentibus autem Delphos Thessalis ad Apollinem de regno sortes: iniecit pro Aleua clam patre vnam patruus. Eam cum extraxisset sacerdos, infirmauit pater sortem pro eo iniecisse: ac videbatur omnibus inreruenisse in omniũ descriptionibus error. Quapropter iterum ad deum consulendum miserunt. Tum sacerdos quasi comprobans priorem renunciationem fata est:

Rufum demonstro tibi, quem Archeduce edidit, illum.

Ad hunc modum declaratus ab Apolline rex patrui opera Aleuas, cum ipse præfulsit longe regib. priorib. omnibus, tum gentem eam ad magnam gloriam & opes prouexit. Sed & florentibus rebus, honoribus & magistratibus fratris filiorum gaudere & gloriari, atq; ita incendere decet eos atq; incitare ad recta, ac præclaras res gerentes effuse celebrare Nam tuũ qui- 20 dem filium inuidiosum fortasse sit, si collaudes: fratris præclarum nec insolens, sed honestum & vere θεῖον, quæ dictio vtrunq; significat diuinum, & patruo vel auunculo conueniens. Videtur enim mihi etiam nomen θεῖος, ad charitarem & dilectionem instigare fraternam. Sunt porro exempla sequenda præstantiorum. Genuit Hercules duo de septuaginta liberos, neq; q iam vllum horum minus amauit fratris filium: cæterum hac quoq; memoria eædem aræ Iolao vno cum illo passim consecratæ sunt, votaq; faciunt homines, ac parastatem Herculis appellant. Cum vero frater eius occubuisset in acie ad Lacedæmonem Iphicles, mœrore confectus totam Peloponnesum reliquit. Matuta sorore defuncta eduxit infantem eius atq; addiuinitatem simul prouexit Hinc matronæ Romanæ Matutæ solennibus non suos, sed fratrũ & sororum liberos amplectuntur & honorant. 30

PLVTARCHI

De tranquillitate & serenitate animi, Commentarius.

PLVTARCHVS Pacio S. D. Serius accepi literas tuas, in quibus me, vt aliquid tibi scribam de animi trãquillitate, hortaris, ac de exponẽdis iis, quæ in Timæo tractantur, accuratius. Simul familiari nostro nauigandum confestim Romam erat, Eroti euocato Fundani viri optimi literis, quæ illũ ad maturandũ vrgebant. Cũ 40 autem spacium mihi non daretur incumbendi, vt statueram, in ea, quæ flagitabas, neq; omnino vacuis manibus eum paterer præsto tibi à nobis profectum esse, excerpsi ex Commentariis, quos mihi parau eram, de animi tranquillitate delecta quædam: existimans cõmentarionem te hanc non dictionis causa elegantis leporisq;, sed vtilitatis adminiculatricis desiderare: simul congratulor tibi, quod, qui principis amicitia frueris, & laude nemini concedis, eorũ, qui causas in foro agunt, non idem tibi ac tragico Meropi animus sit: neq; vt illum in cœlum ferens vulgus, obstupefacit te applausus: sed q; sæpe audire te meministi, neq; podagrã calceolo repando leuati, neq; anulo precioso reduuiam, neq; diademate dolorem capitis. Multo minus ad iucunde & tranquille viuendum psit opulentia vel gloria vel aulica potentia: nisi simul illi, q bus ea suppetunt, his fruantur hilariter, & quæ non habent, ea non desiderent. Hoc 50 vero q d est aliud quã assuefacta & meditata ratio patibili & rationis experti animæ parti, quæ è potestate crebro exit, cito manum iniiciendi, nec sinendi, vt euehatur à rebus præsentib⁹ & dimittatur, Quare sicut monuit Xenophon rebus potissimum secundis deorũ meminisse: quod duris temporibus eorum opem animo fidenti imploremus vt beneuolorũ iam & propitiorum: perinde præcepta ea, quæ animi perturbationibus medentur, antequã hæ corripiant, commentata habere debent recte cõsulti: vt multo ante parati maius capiant emolumentũ. vt enim sæui canes ad omnem exagitantur vocem, ab assueta mitescunt sola: ita motus animi turbulentos, quãdo efferati sunt, arduũ est cõpescere: nisi doctrina, quæ solicitatos apprehẽdat, familiaris præsto sit & consueta. Itaq; qui dixit homini, qui animo tranquillo victurus est

non

non multa negocia suscipienda esse nec priuatim nec publice: hic primum magno nobis prӕscribit hanc tranquillitatem inertia venalem, commonens sicut languentem vnumquemque:

Mane as miser tectis quietus in tuis.

Quanquam mala est stupor corporis indolentiӕ medicina. Nihilo est medicus ӕstuum & ӕgritudinis animi melior socordia, mollitia, amicorum, familiarium, & patriӕ desertio. Deinde falsum est in tranquillitate agere illos qui minus sunt operosi. Ita enim maiore tranquillitate vitam degerint mulieres quam viri, quod domi fere resides sunt. Nunc vero etsi

Virginis haud Aquilo mollissima corpora perflat,

vt ait Hesiodus: ӕgritudines tamen animi, perturbationes eius & malignitates ex obtrectatio-
10 ne, superstitione ambitione, & inani gloria, quas non facile enumeres, in gynӕcium irrepunt. Laertes, qui annos viginti ruri solitarius egit,

Cui anus assidue potumq, cibumq, parabat,

patriam, domum, regnum defugit, ӕgritudinem tamen cum inertia & mœrore assiduam contubernalem habuit. Nonnullorum vel ipsa negociorum vacatio animos deiecit: velut hunc:

At celer ante rates pedibus consedit Achilles,
Clara Iouis soboles, irarum concitus ӕstu.
Non ille aut hominum cœtus, aut magna frequentat
Concilia, aut duris validum caput hostibus offert.
20 *Sola vorax animum languentem cura remordet,*
Nil aliud cupiens noua quam consurgere bella.

fatūrq; ipse ӕstuans ideo ac fremens,

Sed sedeo ad naues telluris inutile pondus.

Qua de causa ne Epicurus quidem confidendum censet, sed ingenium ad munus suum obeundum atq; ad remp. tractandam splendoris & gloriӕ cupidis applicandum: quod grauius ex ocio tumultuari & torqueri soleant: si quӕ affectant, ab iis decidant. Cӕterum est ineptus ille, qui nō ad remp. gerendam habiles, sed quietis incitat impatientes. Est autem non frequentia neq; raritate, sed honestate & turpitudine negociorum animi tranquillitas & anxietas pensanda. Siquidem actionum honestarum prӕtermissio non minus quam improbarū susceptio est, vt diximus,
30 molesta & infesta. Nam illos, vnam qui prӕcise vitam mœroris ducunt esse expertem, vt nonnulli rusticorum vel cӕlibum vel regum vitam, satis Menander hisce verbis submonet:

Ego arbitrabar diuites ô Phania,
Quis mutari opus haud est, non gemiscere,
Neue hæc & illa iactantes se, hei dicere,
Suauem sed & lenem somnum capessere.

Inde propius admouens se, vt diuites vidit in eadem naui cum pauperibus esse;

Cognata certe, inquit, sunt mœrorq, vitaq,
Et luxui comitatur iuxta & gloria,
Simulq, vita consenescit pauperi.

40 Cӕterum quomodo meticulosi & nauseantes inter nauigandum, qui melius acturos se arbitrātur, si in nauem onerariam ex acatio, hinc in triremem transierint, nihil proficiunt: quod bilem & pauorem vna secum transportent. Si vitӕ in aliud atq; aliud genus commutationes non eximunt animo solicitudinem & terrorem. Hanc efficiunt rerum imprudentia, temeritas, nō valere neque nosse rebus prӕsentibus rectè vti. Hӕc tam locupletes quam inopes exercent, hӕc iuxta in matrimonio atque in cœlibatu pungunt. Horum causa fugiunt forum, inde quietem non ferunt. Horum causa promotiones in aulis sectantur, ac votum consecutos illico pœnitet cœpti.

Perplexitate ex implacidi sunt cuncti ӕgri.

Siquidem & molesta vxor est, & medicum incusant, & offenduntur lectulo:

50 *Venit si amicus siue recedit, cruciat.*

vt Ion ait. Post morbo discusso, eōuersaq; corporis temperatura adest sanitas, quӕ cuncta grata & suauia reddit. Nam heri qui oua, amylum, & primarium panem respuerat, is hodie cibarium cum oleo vel nasturcio mandit cupide & auide. Tantam adfert consilium, si adsit, cuicunq; vitӕ mutationi animi placiditatem. Alexander, cum ex Anaxarcho innumeros esse audiret mundos, lachrymas profudit: rogitantibusq; amicis, quid ei abesset: An non res est, inquit, flebilis, cum mundi sint infiniti, quod haud dum domini nos vnius euaserimus. At Crates cum pera & pallio sordido ludens ridensq; sicut in festo vitam transegit. Atqui Agamemnoni, quod multis imperaret, graue erat:

Noscis Atridem, quem prorsus de omnibus vnum
Iuppiter in curas coniecit:

Diogenes,dum venundaretur,in præconem humi iacens cauilla iecit, nec ad præceptum eius exurgere induxit in animum,sed insultans in eum: Quid si piscem,inquit,auctionareris? Socrates in carcere cum amicis disseruit. At Phaethon,cum cœlum scandisset, plorauit,quod nemo sibi patris equos & currum traderet. Sicut ergo calciamentum vna ad pedis figuram obtorquetur,non contra:perinde vitæ genera animi habitus sibi congruentia reddit. Neq; enim efficit diligentibus optimam vitam assuetudo iucundam,vt quidam dixit : sed prudentia vitam optimam simul iucundissimam reddit. Itaq; cum fons securitatis animi sit in nobis situs,repurgemus eum:quo extra velut familiaria & grata,non molesta nobis in vtendo occurrant.

Negociis irasci prorsus abstine.
Nihil mouentur,sed si qua delata sunt 10
Tibi,commode tractes,prorsus felix eris.

Quippe cum aleæ ludo comparauit vitam nostram Plato:in qua optandum, vt commodissima iacias,&iacta alea iis,quæ ceciderunt,recte vtendum. In his iactus in manu non est nostra. At æquo animo ea,quæ tulit fortuna,excipere, & assignare cuiq; locum,in quo quod ceciderit,prosit quam plurimum,& quam minime offendat incommodum eos, quibus delarum est: id si sapimus,muneris est nostri. Qui vitam nulla arte sed ruditate tractant,quomodo corporibus valetudinarii neq; æstum ferre neq; algorem valent: hos fortunæ abundantia impotentes reddit, & contrahit sinistra: solicitantur autem ab vtraq; vel potius ab semetipsis in vtraq;,&multa maximè in iis,quæ nominantur bona. Nam Theodorus quidem ille,qui est Atheus cognominatus,dixit,cum præcepta ipse dextra daret,accipere ea auditores suos sinistra. Inertes,dum fortunam,quæ sæpe dextram se offert,peruerso modo sinistre excipiunt,præbent se turpes. Contra consulti,sicut apibus administrat herba acerrima & aridissima thymus mel : item ex rebus acerbissimis itentidem,quod accommodatum sit & conducibile ipsis, desumunt. In hoc igitur primum verses te oportet,hoc meditere: vt ille,qui à cane aberrauerat, & lapide iecerat nouercam: Ne sic quidem,inquit,male. Licet namq; diram fortunam corrigere. Pulsus fuit in exilium Diogenes: Ne sic quidem male. Quippe philosophari in exilio est auspicatus. Citiensi Zenoni nauis erat vna reliqua oneraria. Quam vt accepit cum mercib. perisse fluctibus haustam. Bene sane,inquit,agis fortuna,quæ ad pallium obsoletum illud me & ad Stoam redegisti. Hos quid obstat,quin subsequamur? A magistratu aliquo excidisti? Ruri vitam deges res tuas agens. At cum amicitiam ambires præsidis,repulsam tulisti? Extra discrimen atq; in tuto viues. At negociis operosis implicatus fuisti & soliciris?

Non tantum aqua calida mollis terra ebibit,

vt est apud Pindarum: sicut efficit gloria atq; in honore esse adiuncta aliqua potentia laborem dulcem ærumnasq; faciles. At offensio quædam vel ignominia ex delatione vel inuidia exercet te? Ad Musas ventus hic secundus est atq; ad Academiam,vt iactato in Dionysii amicitia Platoni. Quare refert hoc ad animi tranquillitatem magnopere, si considetes, ecqui clari viri, qui in eosdē casus reciderunt,nihil fuerint cōmoti. Exempli gratia orbitas cruciat te? Cōuerte te ad Imperatores Romanos,quorum filio imperium reliquit nullus. Paupertatis torquet te onus? Quem cedo malis te Bœotorum esse,quam Epaminondam? Quem vero Romanorum, quam Fabricium? At vxor est tua adulterata? An non epigramma illud apud Delphos legisti?

Lasciua & mollis rex me sacrauerat Agis.

Neque audiuisti habuisse Alcibiadem cum eius vxori Timæa adulterii consuetudinem,natumque ex illo appellasse eam susurrantem cum ancillis Alcibiadem? Hoc tamen, quin Græcorum clarissimus & primus esset,nihil temoratum est Agim: quomodo ne Stilponem , quin ex philosophis suæ memoriæ omnibus lætissimam duceret vitam,lasciua filia. Imo cum hoc ei Metrocles improperaret: Meumne hoc, inquit , an illius est peccatum? Occurrente Metrocle: Illius quidem peccatum,sed infortunium tuum. Quid agis,inquit ille: Nōne peccata etiā lapsus sunt? Prorsus,inquit. Lapsus autem nonne quorum sunt lapsus,horum sunt frustrationes quoq;? Assensus est Metrocles. Quid porro frustrationes sunt ne illorum, quorum sunt frustrationes,infortunia ? Lenibus hisce verbis & philosophicis hominis Cynici maledictum inanem esse demonstrauit latratum. Enimuero vulgus hominum etiam inimicorum, nedum amicorum & familiarium mordent & stimulant vitia. Conuitia enim,iræ,inuidiæ,improbitates,riualitates, infestus animus ipsorum sunt,qui his tenentur,labes. Fatigant autem & infestant insipientes, sicut etiam vicinorum excandescentiæ,familiarium morositates,atq; in rerum actibus officiorum admissa: à quibus maiorem in modum conturbari mihi & tu ipse videris, ac non secus atq; medici Sophoclei,

Bilem qui amaram amaro pharmaco abluunt,

inuicem frendere,pariq; acerbitate illorum vitiis & morbis respondere immerito. Nam quas res fidei

res fidei commissas tuæ tractas, eas non integris neq; probis ingeniis sicut habilibus organis, sed scabris maiore ex parte tortuosisq; administrantur. Hæc corrigere noli existimare tui muneris esse vel alias expeditum. Quibus si ira natis vtens, quomodo dentariis scapellis medici fibulisque vulnerariis, blandum te ostendas, atque quoad eius fieri queat, moderatum: lætaberis tuis moribus magis, quàm aliorum asperitate & improbitate obtúdere: ac sicut canes, si latrent, quod natura illis ipsis est insitum, ita eos puta agere. Alioquin imprudens multa aspera congeres sicut in locum cauum & depressum confluentia in pusillanimitatem hanc & imbecillitatẽ malis redundantem alienis. Quando enim philosophi nõnulli hominum afflictorum reprehẽdunt commiserationem: quasi succurrere, non vicem alterius dolere vnaque emollescere re-
10 ctum sit: Et quod maius est, ne illos quidem, qui incurrere se & male moratos percipiunt esse, abiicere animum ac cruciare se permittunt, sed medicinam facere iam citra dolorẽ vitiis: perpende quam non conueniat admittere; vt ipsi, quod omnes, qui nobiscum agunt aut adeunt nos, ciuiles & vrbani non sint, ægre feramus, & indignemur. Sed vide charissime Pacci, ne nos ipsi fallamus, dum non in vniuersum peruersitatẽ nobiscum versantium, verum affectionem erga nos amore quodam nostri non improbitatis odio obtendimus & timemus. Siquidem incitatus circa res stupor, indignæq; affectationes & appetitiones: aut vice versa fastidia & criminationes sunt, quæ suspiciones gignunt nobis aduersus homines & morositatem: quorum opera nos nudari aliis, aliis videmus inuolui. Qui vero rebus assueuit se presse accommodare ac modice huius placidissima & mansuetissima efficitur cum hominibus consuetudo. Itaque vnde
20 digressi sumus, referat se ad res ipsas oratio. Vt n. febricitantib. amara & ingrata gustatu omnia videntur: verum quando alios cernimus ea citra fastidium victitantes, iam non in cibum neo potum, verum in nosmetipsos ac morbum culpam conferimus: ita res quoq; desinemus accusare atq; insectari, alios si eadem haud grauatim sed hilariter excipere cernamus. Ergo proficit in casibus aduersis ad animi tranquillitatem etiam hoc, si non obliterés dotes gratas & laudabiles tuas: cæterum temperando obruas deteriora meliorib. Nunc cum aciem à lucidis nimium perstrictam auertimus floridisq; & viridibus coloribus recreamus: mentem tamen infigimus in tristia, adigimusq; acerborum immorari reputationib. ac vi pene eam à lætiorib. auellimus. Et quidem dictum in curiosum non infestiuum huc licet accersas. Quid malum homo liuidissime tam acute cernis alienum, caligas ad proprium? Quid malum tantopere tuum ipsius
30 incommodum oculis requiris, efficisq; perpetuo clarum & recens: bonis vero præsentibus animum non applicas: sed cucurbitularum more, quæ pessimũ humorem ex carne ad se rapiunt, grauissima quæq;, quæ domi tuæ sunt cogis in teipsum: Nihilo præstas Chio illo, qui magnum boni vini numerum aliis vendebat, sibi ad prandium acidum vappamq; degustando seligebat. Seruus quidam ab alio rogatus, qua de causa herum suum reliquisset: Quod bonis, inquit, affluentib. mala quæreret. Etenim multi salubria & suauissima pocula transmittentes ad iniucúda & praua transiliunt. Non sic Aristippus, imo doctus fuit sicut in statera ad res suas meliores assurgere & attollere. Qui amisso egregio prædio percunctatus est vnum ex illis qui maiorem in modum ingemiscere eius calamitati & dolere vicem eius præ se ferebant: Nonne prædium tibi vnicũ, mihi tria sunt reliqua? Assentiẽte illo: Qui igitur, inquit, nos potius casum dolemus
40 tuum? Insani est n. cruciari perditis, saluis non lætari: sed puerorũ more pusillorum: qui si quis ex multis ludicris vnum ademerit, etiam reliqua omnia disiiciunt, plorantq; & eiulant, nos itẽ, si vna icti clade simus à fortuna, reliqua reddere nobis ipsis sterialia lamentantes & queribũdos. At enim, quid habemus, dicas? Imo quid non habemus? hic honores, ille domum. alius coniugem, sidum alius amicum. Atqui Tarsensis Antipater instante fato bona, quæ sibi delata fuerant, reputans nec nauigationem suam ex Cilicia Athenas secundam prætermisit. Nec verò sunt obliteranda communia, sed aliquo loco numeranda: gaudendumq;, quod viuimus, quod valemus quod solem aspicimus, neque bellum est neque seditio: sed licet cuilibet agrum secure colere, mare sulcare, loqui, tacere, agere & feriari. Gestiet animus horum fruitione magis, si eorum desiderium in mente præstituamus: vt est affectis sanitas optabilis, bello implicatis pax, obtinere honores in ciuitate tam magnos atq; amicos homini nouo & hospiti, tum expoliari
50 his, vbi obtinueris quam acerbum. Quippe non efficitur tunc eorum quoque, quando effusum est, magnificum & præclarum: cum integrum est, fordet. Siquidem nulli rei, quia intercidit, accedit dignatio. Neq; vero paranda hæc nobis vt grandia sunt, neq; soliciti esse debemus semper extimescentes, ne his vt reb. amplis exuamur: & quando autẽ ea tenemus, negligere & despicere vt sordida: quin potius horum vsu & fruitione lætari: vt eorum iacturam, si ita casus tulerit, æquiore animo feramus. Vulgus hominum ad poëmata, vt ait Arcesilaus, aliorum, picturasque & statuas censet sibi pergendum ad ea exacte ac singulatim visenda, menteq; atq; oculis contẽplanda: suam vero ipsorum vitam, quæ varias suppeditat neq; insuaues cõmentationes missam faciunt: dum semper foras prospiciunt stupentque honores & sortes alienas, vt vxores aliorum

adulteri:

adulteri: se vero & sua fastidiunt. Et vero hoc quoq; non parum ad animi tranquillitatem conducit, si præcipue te ipsum tuaq; lustres: sin minus ad inferiores deflectas oculos, non sicut plæriq; mortales se cum præcellentioribus contendunt: Ceu fortunam prædicant vincti solutorum, illi liberorum, liberi ciuium: iam hi opulentorum, opulenti præsidum, præsides regum, reges deorum, ac tantum non tonare & fulminare affectant. Ita dum aspirare nunquam valent ad res conditione sua maiores, nunquam in sorte sua acquiescunt.

De Gyge nil labore opulento, ambitio
Nec cepit vnquam me, haud opera admiror deûm,
Tyrannidem nec sector magnificam, à meis
Etenim admodum procul hæc oculis reducta sunt. 10

Fuit ille Thasius, alius est Chius, Gallogræcus alius vel Bithynus, qui non bene agi putat secum si aliquo in munere nomen aut opes inter ciues suos consecutus est: sed plorat, quod non senator indutus prætextam gerat: quam si gerat, quod nondum prætor Romanus sit: qui si sit: quod non consul, si consul, quod non prior sed renunciatus sit posterior. Hoc vero quid est? Quid aliud, quam velamentum conquirentem ingratitudinis erga fortunam ipsum à se plecti ipso & pœnas pendere. Vir certe cordatus & qui sana est mente, cum perlustret numerum infinitum mortalium,

Quotquot fruimur spaciosæ terræ frugibus.

non quod aliquibus impar sit gloria vel pecunia eiulans & obiectus desidet: verum quod sexcenties infinitis honestius viuat & rectius, celebrãs sortem vitamq; suam in via sua pergit. Olympiæ non licet ad palmam obtinendam deligere aduersarios. At in vita res concedunt ipsæ, vt inter multos eminens animos attollas beatusq; sis potius, quam admireris alios: quamuis sane Briarei non geras te neq; Herculis æmulum. Cum ergo maiorem in modum suspexcris vt præcellentiorem eum, qui lectica gestatur: despice & lecticarios: ac vbi transeuntem tumultuarium pontem Xerxem illum miraberis vt beatum, sicut Hellespontius ille: respice etiam istos, qui flagris adacti montem Atho transfodiunt: aliosq; auribus & nasis mutilatos, quod fluctibus esset pons dissolutus: simul si illorum mentem speculere, comperies quod tuam vitam tuamq; celebrabunt conditionem. Amicum quendam Socrates cum audiret, qui dixit: Magno in vrbe omnia veneunt, mina vinum Chium, purpura tribus minis, mellis hemina drachmis quinq;, manu prehendens abduxit eum ad farinam: ac obolo hemina, inquit, venit: Vilis est hic annona: 30 Inde ad oleas: duobus æris sesquisextarius, vilis hic annona: mox ad exomidas: drachmis denis: Vile ergo precium. Sic nos quoq;, si alium audierimus dicentem, conditionem tenuem esse nostram & pudendam admodum: quod consulatu non fungamur, neq; procuratores Cæsaris simus: dicamus licet, splendidam sortem nostram esse felicemq; vitæ modum: Non sumus medici, non baiuli, non assentatores. Verum enimvero quando eo deuentum est amentiæ, vt ad aliorum potius quam ad nostrum assueuerimus viuere modum, multoq; suffusa natura liuore inuidiaq; non ita suis gaudeat, vt alienis pungatur bonis: noli aciem intendere tantum in splendorem & celebritatem eorum, quos tu beatos ducis atq; in admiratione habes: sed adaperta & detracta tanquam velo picto gloria eorum & specie externa intro penetra. Ibi multos scrupulos & multos eis infixos contemplaberis aculeos. Pittacus ille cuius ingens virtutis, ingens sapientiæ, iustitiæq: celebratur decus, hospites conuiuio acceperat: cuius vxor superueniens mensam euertit. Commotis hospitibus: Nemo est, inquit, * nostrum incommodo qui non prematur suo. Hoc pacto adhuc nobiscum præclare agitur, 40

* Alii, vestrum.

Beatus hic numeratur omnibus in foro,
Qui cum fores reserauerit, est miserrimus,
Mulier potest cuncta, imperat, & vsq; obstrepit.
Huic sunt molesta multa, sed mihi nihil.

Eiuscemodi multorum agmẽ opes, gloria, regnum trahunt secum vulgo hominum obscurum. Obtensus est enim fastus.

Omnium felix Græcorum rex Agamemnon, 50
Cui fortuna dedit fatis melioribus vti.

Extraria est beatitudo hæc armis, equis, & exercitu circumfusa. Enimuero ægritudinum voces ex corde inani gloriæ reclamant

Me ferus ærumnis grauibus rex Iuppiter vrget. Et,
Beatus es senex, beatus qui procul,
Discrimine ignotus vitam & inglorius
Exegisti.

Hæc igitur reputando querelas aduersus fortunam exhaurias licet, atq; ex fortis admiratione alienæ contemptum fastidiumq; tuæ. Itaq; tranquillus animus non mediocriter ex eo infringitur,

gitur,quod appetitionib. sicut velis non pro nostris viribus vtamur moderatis,sed spe altioribus inhiemus. Quæ nos si destituat,incusamus illico genium malum & fortunam,non stultitiam nostram. Nam nön est,sagittare qui intendit aratro & boue leporem venari,infelix: neque qui verriculis & sagenis non caput seruos,ei vllus aduersatur malus genius,sed stoliditas,sed vitium impossibilia molientibus. Præcipue in causa est, quod nimium nos amemus. Vnde fit, vt vbique primas appetamus,eoque contendamus peruicacia glisceneq; libidine omnia persequamur. Neque enim satis iis est locupletibus esse, simul & disertis & fortibus & festiuis conuiuis & iucundis & regum amicis, & magistratum gerere: sed nisi canes quoque habeant primæ bonitatis,equos item,& coturnices,& gallinaceos, vitam sibi putant acerbam. Dionysius senior non satis habuit,quod maximus esset suæ ætatis tyrannorum: sed quod non superaret in carminibus pangendis Philoxenum,Platoniq; in differendo impar esset,ira flagrans atq; asperatus hunc in Æginam venundandum ablegauit,illum in Laromias compegit. Aliter Alexander:qui,cum Brison ei nobilis certamine cursus,qui cum ipso contendebat de pernicitate vltro concederet,vehementer est indignatus. Præclare etiam de Achille Homerus,qui cum dixisset:

Talis erat,qualis fortes nemo inter Achiuos. Sed subiecit
In bello,at forum habet multos alios meliores.

Plinius hoc de Alexandro refert. Megabyzo Persæ qui in Apellis officinam concesserat,cum multa garrire cœpisset de arte,os Apelles hoc dicto clausit: Quam diu silebas,auri & purpuræ causa vir esse magnus videbare. Nunc pueri hi,qui colores terunt,ineptias tuas rident. Atqui sunt,qui Stoicos ludere existimant:quando sapientem audiunt apud eos non tantum prudentem,iustum,& fortem:sed & oratorem,imperatorem,poëtam,diuitem,regem appellari: cum tamen sibi asciscant hæc ipsi omnia: & nisi obtineant,crucientur. Et quidem etiam dii alius alio præditus est numine:vt hic Enyalius,quod bellico furori præsit: ille Mantous,quod vaticinii: alius Cerdous,quod lucris cognomine dicatur. Venerem Iupiter, quod munera bellica nihil ad eam spectent ad nuptias & lectum ablegat genialem. Quin nonnulla,quæ magno studio quærimus,ne consistere quidem vna valent,sed pugnant inter se: ceu dicendi commentatio & disciplinarum studium vacationem flagitant & ocium: potentiæ vero vrbanæ & necessitudines regum non sine agitationibus & negociis obtingunt. Iam vinum & carnium popinatio corpus firmum reddunt robustumq;, contra animum debilem. Pecuniæ curam gerere eiq; incubare opes amplificat,eius contemptus & despicientia magnum est ad philosophiam compendium. Quocirca non omnium sunt omnia:sed Apollinis præscripto oportet parentem nosse seipsum,tunc ad vnum,ad quod sit appositus,applicare,neq; ad vitæ rapere institutum se alias aliud,& vim naturæ adhibere.

Sub curru equus sub aratro bos,delphin volat
Velocius iuxta nauem,minanti apro
Cadem canis quærendus est industrius.

Qui vero angitur & in mœrore est,quod leo non sit
In montibus degens & nixus viribus,
simul & catellus Melitæus in viduæ alitus sinu,vesanus est. Nec eo est sapientior,qui simul esse vult Empedocles,vel Plato, vel Democritus mundi describens & vniuersitatis historiam,simul cum opulenta anu concumbere,ceu Euphorion:vel cum Alexandro vt Medius ad multam comessari noctem. Fremit autem & dolet non suspici se vt Ismeniam opum gratia,& virtutis vt Epaminondam. Neq;n. cursores,quod luctatorum non referant coronas,animos submittunt: sed in suis acquiescunt & gaudent Spartam sortitus es,hanc orna. Siquidem Solon, At virtutis, inquit,opes non nisi rectus habet:

His non cedo malis,quarum est possessio firma, ast
Esse potest locuples improbus atq; probus.

Strato Physicus cum discipulos Menedemo multo esse quam sibi accepisset plures: Num ergo mirum infit,si plures sunt qui lauare quam vngi volunt? Scribens ad Antipatrum Aristoteles: Gloriandum non Alexandro,inquit,solum , quod in multos mortales imperium habeat: sed non minus illis,de diis qui sentiunt recte. Quippe eos,qui ita sua propria honestant,non angent aliena. Nunc vitis non postulamus vt ficum ferat,neq; vt vuas olea: cum nos, nisi copiosorum simul & facundorum,militantium,philosophantium,adulantium,liberam linguam habentium,parcorum & profusorum ornamenta habeamus:criminamur nos ipsos, pœniteteque nos nostri,& quasi inopem & mancam vitam agamus,fastidimus nos. Ad hæc naturam quoq; cernimus nos informantem. Vt enim feris animantibus aliis assignauit ab aliis saginam diuersam, vt non vescantur omnes carnibus,aut semina colligant aut eruant radices: perinde multiplicia hominibus ad vitam subsidia parauit,

Hinc

Hinc pascua hinc arua & fœtum alitum,

Et quicquid edit pontus.

Debet igitur, sibi quod congruat quisq; deligere, idq; excolere: missa facere aliena, neq; Hesiodum, quasi parum recte dixerit, arguere:

Inuidet & figulus figulo, & fabro faber alter.

Quippe dum non modo artis & instituti homines eiusdem inter se æmulantur, verum etiam eloquentes opulenti, opulentos clari, causidici sophistas: & hercle dum placentes in theatris comœdiarum actores, saltatores, & seruos in aulis regum homines ingenui & patricii stupent & deos faciunt: non mediocriter premunt seipsi & fatigant. Habere autem quemq; domi animi tranquilli & anxii cellaria, bonorumq; & malorum dolia, non in Iouis posita limine, verum in animo locata motuum turbulentorum indicant imparitates. Inspicientes enim, quod curis semper suspensi ex adueniente sunt, bona etiam præsentia postmittunt & negligunt. Prudentes & ea, quæ præteruolauerunt, acri memoria sibi repræsentant. Siquidem presens, quod puncto temporis offert se, mox sensui elabitur, non vltra nos insipientibus videtur contingere, neque nostrum esse: sed sicut funarius ille, qui apud inferos pingitur, permittit asino cupiā propter pascenti funem, quem torquet, arrodere: sic multorum stupida & ingrata obliuio, quæ accipit, depascitur & obliterat omnem actionem, omne officium, suauia ocia, conuictum, voluptates, vnam haud finit esse vitam instantibus transacta connectendo: cæterum vt si diuersa ab hodiernis hesterna sit, crastina item non eadem hodiernis distrahendo hæc, eo exolescente redigit memoria, quod præteritum est, quasi non extiterit. Nam in scholis qui augmenta corporum sustollunt, quod perenni exhaustu diffluat substantia, verbis vnumquemq; nostrum alium atq; alium, quam ante fuit, faciunt. Qui vero memoria non continent neq; resumunt antecedentia, eaq; incaute permittunt effluere, hi reuera sese quotidie vacuos, inanesq; atq; ex crastino efficiunt suspensos: quasi annotina ad ipsos vel nuperrima, vel hesterna nihil attineant, neque prorsus eis obtigerint. Atq; cum hoc protelat animi tranquillitatem, tum illud magis: quādo sicut muscarum specula, quæ læuia sunt, non recipiunt vestigium, scabris hærent & crenis: haud aliter homines ab lætis rebus & blandis excidunt, reminiscentiæ autem intricantur ingratorum: Imo quomodo Olynthi scarabæos in locum memorant se quendam inserere, quod Cantharolethron dicitur, nec euadere inde valere, verum volutatos rotantesq; se ibi emori: item delabentes in malorum recordationem excitare se vel respirare nolunt. Debemus vero in animo sicut in tabula picta variis coloribus res floridas & splendidas ob oculos ponere, atq; ita integere atq; premere, quando expungere omni ex parte atq; obliterare non licet acerbas. Est enim mundi vt lyræ & arcus versatilis concentus: neq; in humanis est syncerum & liquidum quicquam. Cæterum vt musica sonis grauibus constat & acutis, & literis grammatica vocalib. & mutis: neq; est ab alterutris qui abhorret eaq; refugit musicus vel grammaticus: sed ille, qui applicare omnia & miscere rite nouit. Sic, cum res pugnantias habeant, quandoquidem, vt est Euripides author,

Haud inuenias seorsum vel bona vel mala,

sed est, vt recte sint, confusio horum quædam: non est aliis succumbendum nec fatiscendum: sed debemus harmonicorum more melioribus semper deteriora, ac calamitosa prosperis inuoluendo concinnam mixturam facere vitæ nobisq; accommodatam. Neque enim, vt Menander ait:

Assistit omnibus dæmon, vt natus est

Quisq;, illico

bonus vitæ mystagogus. Imo potius ex authoritate Empedoclis geminæ vnumquemque nostrum accipiunt initiantq; Parcæ & genii.

Illic infra erat fulgens Tanaopis, Erisq;

Sanguinolenta manus, simul Harmonia illa suauis,

Fœdaq; Callisto, & Dinea mobilis, atq;

Nimertis placida, & fœtu nigricante Asaphia.

Cum itaq; horum laborum semina omnium accipiant confusa natales nostri, qui proinde magnam habent inconstantiam: optat vir cordatus meliora, expectat diuersa, vtitur vtrisq; enormitatem detrahens. Neq; enim ille solum, quem minime moratur dies crastinus, vt est author Epicurus, accedit ad crastinum lætissimus: verum etiam oblectant diuitiæ, honos, potentia, imperium, præsertim eos, qui contraria minime trepidant. Siquidem æstus cuiusque eorum incitatus acutissimum timorem imprimens eorum amittendi, exilem voluptatem conciliat atq; flammæ instar vento interpellatæ volucrem. Cui vero fidenter & intrepide ad fortunam dicere indulget ratio:

Dulcis, si aspires: tenuis dolor aspera si sis,

huic tribuit, vt præsentibus fruatur iucundissime, fiducia ab horum amittendi, quasi eorũ incerta possessio sit, metu libera. Licet autem Anaxagoræ animum ex illius in funere filii voce, Mortalẽ genui, non suspicere modo: sed eius exemplo rerũ fortuitarum cuiq; subiicere. Scio opes me tenere momentaneas atq; instabiles. Scio admittere magistratũ posse eos, qui mãdauere. Noui vxorem esse meam probam, sed mulierem tamen: amicum hominem esse animal natura versatile, vt ait Plato. Ad eum modum præparata & comparata mens, siquid acciderit aduersi, nõ præter expectationem tamen, quia non admittit ista, Non putaram, Nõ sperauerám, Hæc non expectabam, velut cordis palpitationes & pulsus absterserit id, tacito furorem æstumq; animi iterum cõposuerit. Carneades magnis in rebus caput & summã ad mo-
10 uendum dolorem & angorem esse docuit, quod nec expectato interuenerint. Quippe regnũ Macedoniæ quantula portio erat Romani imperii? At Perseus amissa Macedonia cum sortẽ ipse lamentatus est suam, tum omnibus esse mortalium calamitosissimus & ærumnosissimus est visus. Hunc qui deuicerat Paulus Æmilius, cũ traderet alteri terræ marisq; imperium, coronam sumpsit, & diis gratias habuit, quem merito tulerunt in cœlo laudibus. Nempe nouerat hic, quod capiebat, redditurum se imperium: ille præter expectationem proiecit. Præclare etiam Homerus, quid sit, Nec opinaro, præscripsit. Vlysses mortuo cani illachrymatus est, sed vxori assidens ploranti fuit ab eo motu remotus. Huc enim contulerat se consilio frenata, quã ante represserat, ægritudine: in illum incautus atq; repente nec opinans incidit. Quid multis? Quando rerum asperarum nonnullæ mœrorem & acerbitatem natura sua infligunt, plerisq;
20 angi tamen opinione assuescimus discimusq;: non ab re est aduersus ea hoc Menandri perpetuo ad manus habere:

Nil accidit, nisi simules, tibi durius.

Quid enim ad te, inquit, modo ne corpus nec animum vellicet: ceu sordidum genus paternũ, vel adulterium vxoris, vel laureæ honorisue alicui[9] priuatio: quib. etiamsi careat, nihil obstat, quin & corpore homo & animo sit optime compositus. Ad illa vero, naturæ quæ infesta videntur, cuius generis sunt morbi, dolores, mortes amicorum & liberorum, illud Euripideum:

Hei hei: Quid hei? quæ nos pressere, humana sunt.

Nulla enim partem animi ægritudinib. mancipatam, quando nutat & ruinam minatur, perinde fulcit consideratio, atq; illa, quæ necessitatem refricat communem & natiuam. Ea cor-
30 pori humano cum sit infusa, hanc vnicam aperit fortunæ homo fenestrã, in præcipuis & summis securus consistit. Potitus Megarensium vrbe Demetrius rogauit Stilponem, ecquid rerũ ipsius in prædam versum esset. Cui Stilpo neminem respondit sua se vidisse rapientem. Ac sane cum alia depopuletur cuncta fortuna ac diripiat, aliquid habemus in nobis,

Quod nec diripiant neque deprædentur Achiui.

Quare non est in totũ natura deprimenda & despicienda: quasi nihil firmi, nihil obtineat inconcussi, neq; supra fortunæ vim: sed contra, quando hoc nobis constat momentum esse in homine exiguum, quod flaccidum sit & impressioni succumbat, & quo pateat fortunæ: in partem vero potiorem nos ipsos ius habere: in qua sedes fixerunt summa bona, opiniones probę, disciplinæ ac literæ: quæ terminationem habent in virtutem, atq; sic possessionem nulli expo-
40 sitam prædę inuiolatamq;: esse animo debemus aduersus futura inuicto fidentiq;, atq; ad fortunam dicere, quod Socrates, cum affari videretur accusatores Anytum & Melitum, ad iudices dixit, vitam adimere sibi Anytum & Melitum valere, detrimento afficere non valere. Siquidem morbo implicare fortuna potest, opes extorquere, deferre ad populum vel tyrannũ: improbum, timidum, animo infractum, ignauum, inuidum, nequit virum bonum, fortem, & magnanimum reddere, neq; adimere ita compositum animum: cuius perpetua præsentia plus quam ad mare gubernator refert ad vitam. Quatenus gubernator neq; fluctus linire sæuientes neq; ventum potest, neq; vbi volet, portum re postulante obtinere, neq; animo subire, quod sors tulerit, fidenti atq; imperterrito: verum quoad non despondit animum, artis ope fugit:

50 *Quantum potest, velut dimittit: quamdiu*
Malus tenebroso ex mari extat infimus,

tremens desidet palpitansq;. At vir prudens ita sese comparat, vt cum corpori paret serenitatem fere morborum semina discutiendo temperantia, victuq; frugali, & moderatis laboribus: tum siqua incunabula extrinsecus ægritudinis velut impetus turbinis incurrerint: expedita, vt ait Asclepiades, & agili deflectat antenna. Quod si inopinatum quid & graue ingruerit prostraueritq; eum: prope est portus, atq; ex corpore sicut rimoso lembo enare licet. Siquidem insipientem fati formido non desiderium viuendi ex corpore suspendit circumplicatum vt Vlyssem ex caprifico subiectæ metu Charybdis:

Quod statio à vento non esset ibi.

nec cursus daretur: dum hæc eum torquent, illa præcellunt. Enimuero qui animæ indolē est vtcunq; odoratus, eiusq; in locum meliorem, aut certe in non deteriorem in letho demigrationem reputat: is non paruum ad vitam secure traducendam adminiculum mortis contemptum habet. Cui enim integrum est virtute, quæ propria est eius, dominante hilariter viuere, alienis autem & à natura diuersis obruentibus fidenter moliri hinc dicenti:

Soluet deus me ipsum, mihi cum videbitur.

huic intercurrere quid molesti, quid acerbi aut deniq; terrifici animo substituemus posse? Nā qui dixit: Præuerti fortuna te, aditumq; tibi omnem præclusi: is non vectibus, non clauibus, nō parietibus munierat se, sed præceptis philosophicis & doctrina: quæ parata cuilibet sunt. Neq; est eiuscemodi dictis deroganda aut infirmanda fides, sed cū admiratione, æmulatione & afflatu quasi numinis aliquo periculum faciendum & specimen capiendum in minorib. ad maiora sui ipsius: non meditanda fuga, neq; cura abiicienda animi sui, neq; vagandū, fortasse nihil suberit grauius. Anxietatē enim inuti & languorē inertem, quæ in facilimis assiduè versatur, atq; ad gratissima ex asperis recipit se animi diffusio. Quod morbi, doloris, exilii species occurrentes subsistere assueueris, reluc̄terisq; singulis consilio: multum reperies in duris specie & horrendis falsi, vani & friuoli: vt in vnoquoq; demonstrat doctrina. Quanquam complures hoc Menandri solicitos habet;

Fari haud potest spirans, mihi hoc non accidet:

nescios, quantum momenti afferat ad erigendum animum meditatio, & fortunam obtueri apertis oculis posse neq; cogitationib⁹ indulgere delicatis & effœminatis: quasi in spei vmbra semper cedentis neq; vnquam testantis eductus sis. Illud tamen Menandro respondere habemus, 20

Fari haud potest spirans, mihi hoc non accidet.

At dicere viuenti licet: Hoc non faciam, non mentiar, non fallam, non interuertam, nō struā insidias. Hoc enim in arbitrio cum positum sit nostro, non exiguum sed ingens in animi tranquillitatem præsidiū est. Sicut vice versa admissorum à me conscientia scelerū instar vlceris in carne lancinantem in animo pœnitentiam pungentemq; perpetuo relinquit. Cæteros n. tollit doctrina mœrores, pœnitentiam ipsa hæc generat carnificantem cum rubore seipsam atq; pœnas à semetipsa exigentem. Nam vt illi, qui rigent vel æstuant ex epialis vel febribus, quam alii, qui extra ita ab ardore vel algore afficiuntur, acrius affliguntur & peius habent: ita 30 leuiores adferunt fortuita angores, vt quæ foris inferantur. Hoc vero,

Haud alius nisi ego mihi quis culpabitur author,

quando lamentabiliter occinitur intus à seipso admissis, dolorem turpitudini acerbiorē inurit. Quocirca neq; tecta sumptuosa, neq; auri vis, natalium claritas, neq; moles imperii, neq; facundiæ lepos, neq; eloquentiæ acrimonia serenitatem & tranquillitatem vitæ præstat tantam, quantam à factis animus & consiliis tetris purus: qui vitæ habet fontem mentem placidā atq; impollutam: ex qua honestæ emanant actiones, efficacitatemq; lymphaticam & hilarem vna cum excelsitate animi recordationemq; Pindarica senectutis altrice spe iucundiorem ac firmiorem habent. Si namq; odorata fruteta, vt dictitare solebat Carneades, quamuis accisis stirpibus vel conuulsis exhausta fragrantiam in longum tempus reddunt: an nō in viri cordati animo actiones honestæ relinquant gratam semper & recentem reminiscentiā: qua rigata 40 lætitia florescit contemnitq; eos, qui vitam vt plenam malorum regionem aut exilii locū hic animis attributum lamentantur & lacerant. Ego vero cōmendo Diogenem, qui Lacedæmone cum hospitem cerneret instruentē se ad festum quoddā, paratumq; magnificū facientē: Quid nonne vir bonus, inquit, omnem diem ducit festum? Certe admodum, si sapimus splendidum. Templū est n. mund⁹ sacratissimū & religiosissimū. In hoc homo per ortū suū inducitur nō manufactorū & surdorū spectator signorū, sed Solis, Lunæ, siderū, à quibus vitæ motionisq; manant fontes: quæ mēs diuina nobis visenda præbuit: quo sensilia sint, vt Plato inquit, intelligibilium simulachra: iam animum, qui recentem aquam perpetuo fundunt: tellurisq;, qui plantis & animantibus alimentū subministrat. Quorū cu vita sit initiatio ac mysteria sanctissima, tranquillissimo decet nos & lætissimo animo esse: nō vt vulgus Saturnalia, Bacchanalia, q.nquatria, aliosq; dies eius generis operitur: quo exultet, risuq; oblectet se emptitio mimis salatoribusq; mercedē pendens: Itane vero illic linguis fauentes considemus composite? Nemo enim eiulatur, dum initiatur: vel lamentatur, dum Pythia spectat, vel dū bibit Saturnalib⁹. Quorū vero nobis solenniū ipse dux & præsultor est deus, hæc pollunt in planctib. fere & acerbitatib. animi solicitudinibusq; hærentes ærumnosissimis? Iam organis ducūtur dulce modulantib. & auiū cantu, ludentesq; & subsultantes animantes cupide spectant: cōtra offendūtur ab rugientib. trementib⁹, & toruis: At cū suā ipsorum vitam tristem, solicitā acerbissimis perturbationibus, negotiis, & curis sine vllo fine depressam semper cernant atq; afflictam, nō solū 50

quemad-

quemadmodum sibiipsis laxamentum aliquod & alleuationem quærant alicunde, non habent: sed nec admonere otium recipiunt amicorum præcepta: quorum subsidio & præsentia transigant recte, & superiorum lætam memoriam ducant, atq; advenientia hilari spe ectetq; remoto metu & suspicione accedant.

PLVTARCHI

Sermo & disputatio amatoria.

10 IN Helicone ais Autobule sermones esse de amore habitos, quos siue scriptis, siue memoriæ mandasti, qui identidem illos de parente requisisti, nunc facies, vt nobis eos rogantibus exponas. Cum apud Musas in Helicone Cupidinis Flauianæ solia agerent Thespienses. Agunt enim ludos quinquertiones vt Musis ita Cupidini magnifice admodum & splendide. Scis tu ergo quid omnes, qui accessimus ad audiẽdum, rogabimus? Minime, sed sciam, si dixeritis. Noli orationi tuæ in præsentia intexere prata & vmbras, simulq; hæderę & lacuum discursus, & quicquid est præterea. Qui eiuscemodi loca occuparunt, hi desiderant Platonis Hilissum viticemq; illam & leniter occurrentem herbam: quæ facilius solent quam elegantius attexi. Quorsum istis opus habere optime Flauiane præfationibus hæc narratio? Statim occasio, ex qua fluxit hic sermo, chorum quærit
20 ad affectum, flagitatq; scenam. Cætera fabulæ nihil absunt ab actu tragœdiæ. Precemur modo Musarum genitricem, vt fabulæ propitia adsit. Nam Pater noster quondam anteq̃ essemus nos nati, cum haud ita pridem matrem nostram domum deduxisset, ex controuersia & dissensione, quæ inter parentes eorum extiterat, perrexit ad factum Cupidini faciundum. Duxit ad festum matrem secum, quod illius votum & sacrificium foret. Secuti eum domo ex amicis sunt familiares. Thespiis offendit Daphnæum Archidami filium, Lysandrum filiæ Simonis amatorem, qui ex procis ei gratissimus erat: & Soclarum, qui Tithora venerat, Aristionis filium. Erant ibidem Tharsensis Protogones & Zeuxippus Lacedæmonius hospites. Ex Bœotiis prædicauit pater, quibuscum sibi intercederet consuetudo, plurimos adfuisse. Ibi dies duos vel tres in oppido per ociũ philosophantes in palæstris atq; in theatris inter se trã-
30 segerunt. Inde cum refugerent odiosum citharœdorum prensationibus & studiis præiudicatum certamen, receperunt se maiore ex parte, sicut ex hostico in Heliconem, diuersatiq; sunt apud Musas. Eo mane ad eos venerunt Athemion & Pisias viri clari, Bacchonis, qui formosus appellabatur, propinqui, interque se ob illius charitatem quodamodo æmuli. Nam erat Thespiis Ismenedota mulier opibus & natalibus nobilis, & vero etiam reliqua vita honesta: Vixerat enim in viduitate Thespiis multos annos, quamuis iuuenis esset & forma liberali, citra probrum. Hæc cum conciliandarũ Bacchoni necessariæ & familiaris fœminæ filio nuptiarum puellæ propinquæ suæ esset interpres eius frequenti eius vsu & colloquio, permota in iuuenem fuit, audiendoq; & memorando sermones de eo benignos, ac cœtum spectans egregiorum illius amatorũ, fuit eius amore correpta. Statuebat autẽ nihil admittere turpe, sed nuptiis coi-
40 re & vitã transigere cum Bacchone. Quæ res cũ mira videretur, tum mater iuuenis suspectũ habebat fastum & fastigium illius domus vt parum amatori congruentem: tum socii nonnulli venationis, q; Bacchonis ætas nõ conueniret Ismenodoræ, deterrendo eũ illudendoq; duriores erant, quam qui serio obsistebant, in hisce nuptiis aduersarii. Pudebat enim eum, qui adolescens adhuc foret, matrimoniũ tenere viduæ. Tandem missis factis cæteris permisitrẽ Pisiæ & Anthemoni: vt illi, quod è re sua esset, consulerent. Fuit horum alter consobrinus eius natu grandior, amatorum Pisias austerissimus. Quapropter morabatur nuptias, perstringebatq;, quod adolescentem Ismenodoræ proderet, Anthemonem. Hic vero non recte dicebat illum facere: verum cum esset cætera probus, imitari eum peruersos amatores: qui familiã, nuptiis, & amplis opibus fraudaret amicum, vt intactus & recens quã longissimo tempore
50 exueret se in palæstris. Ne igitur lacessendo se inuicem pedetentim in offensam erumperent, velut arbitros legerunt & disceptatores parentem meum illosq;, qui cum eo erant, accesseruntq; illuc. Præsto fuit præterea ex aliis amicis quasi ex composito, Daphnæus vni, alteri Protogones. Enimuero hic effuse inuectus est in Ismenodoram. Daphnæus: Pro sancte Iupiter, infit, quid non expectes? quando Protogenes quoq; ad oppugnandum adest amorẽ qui & ludens & seria agens totus in amore est, obliterauit literas, obliterauit patriam: non quomodo Laius, qui quinq; tantum dierum via à patria aberat. Tardus enim illius & terrestris Cupido. At tuus ex Cilicia Athenas

Alas cito circumdans per pontum aduolat.

vt formosos aspectet cum eisq; paleũr. Ea scilicet ab initio causa extitit Protogeni peregrinationis.

tionis. Insecuto risu Protogones: Censen tu me, inquit, nunc bellum amori indixisse non pro amore dimicare cum lasciua & petulantia, quæ fœdissimis rebus & animi morib. in pulcherrimas & honestissimas appellationes irrumpit? Tum Daphnæus: Nempe tres turpissimas connubium viriq; & fœminæ coniunctionem, qua sanctior neq; fuit, neq; est copulatio, appellas? Hæc quidem, inquit Protogones, vt ad fœturam necessaria celebrant nō male legumlatores & ad vulgus commendant: Cæterum germani amoris nullum est gynæcio commercium, ac nego vos, qui in mulieres ꝑpensi estis aut in virgines, amate: sicut nec musca lac, nec fauos apes amant: neq; saginatores & coqui, qui in vmbra vitulos & aues pascunt, diligunt eos: sed sic ut ad cibum & pulmentum trahit natura moderate, & quantum est satis, appetentiam, enormiras autem, quæ affectionem conciauit, ingluuies & popinatio dicitur: sic insitum est naturaliter mulieribus & viris mutuum inter ipsos desiderium. Qui autem eo mouet impulsum, si æstu & robore inualuit & contumax euasit, non recte amorem nominant. Quandoquidem amor, si generosum & iuuenilem pepulerit animum, in virtutem per amicitiam exit. Enimuero hisce in mulieris cupidinibus, si quando quam optime ceciderunt, voluptatem haurias licet, & forma fruaris & corpore. Quod testatus est Aristippus Laidem insectanti apud ipsum vt non amantem sui respondens, etiam vinum existimare & piscem non diligere se, sed esse iucundam sibi vtriusq; vsuram. Nam cupiditatis est voluptas & eius perceptio finis. Amor, quando expectatione destitutus est amicitiæ, non vult perstare neq; fouere ob speciem molestiam eius & ardorem, si fructum amicitiæ & virtuti non effert congruentem. Audis non neminem tragicum maritum coniugi suæ dicentem:

Odisti, ego vero feram facile odium:

Meam lucro hanc asscribens contumeliam.

Quippe nihilo est hoc amator magis ille, qui non quæstus gratia, sed rei Venereæ & concubitus mulierem fert peruersam & austeram, vt ludens Stratoclem oratorem Philippides comicus scripsit carmine:

Vix osculatis auersa illius caput.

Igitur si hic quoq; motus appellandus est amor, effœminatus & adulterinus appellandus sit, in gynæ. io quasi apud Cynosarges census: Imo vt aquilam certam germanam & montanam dicunt, quam nigram Homerus & venatricem appellauit: alia autem sunt non iustorum genera, quæ circa paludes pisces & aues capiunt inertes: hæ si quando laborant penuria, clangorē sæpe palustrem & querulum edunt. Ita amor legitimus est puerilis, non desiderio resplendēs, quomodo ait virgineum Anacreon, neq; vnguentis delibutus & comptus, sed frugi eum contemplabere & nihil minus quam mollem in philosophorum scholis vel circa gymnasia & palestras in venanda iuuentute peracrem & strenuum, concitantem ad virtutem eos, qui merentur, vt sui cura habeatur. Mollis autem hic & domi reses, qui in finibus agit & lectulis mulierum, qui assidue captat effœminata voluptatibusq; indulget muliebribus, quæ amicitiæ atq; ardoris diuini expertes sunt, sicut reiiciendus, sicut reiecit Solon. Seruis enim amore interdixit puerorum & vnctione sicca, mulierum consuetudine eos non arcuit. Res est enim honesta amicitia & laudabilis, voluptas sordida & illiberalis. Quare quod pueros seruus amet, id liberale non est neq; probatum. Quippe hic amor vt mulierum non officit. Plura dicere parantem Protogenem interpellans Daphnæus: Recte vero, inquit, si diis placet, Solonis mentionem fecisti, eoq; vtendum pro norma amantis:

Floribus ingratus aut puerilis amator

Os captat fragrans & iuuenile femur.

Adiunge Soloni & Æschylum, qui ait:

Caue affici.es Pudore honorem fœmorum

Ingrate tam frequentia illa in oscula.

Alii quidem irrident eos, quod sacrificorum & ariolorum more conicere oculos in coxas & lumbos amatoribus iubent. Ego vero magnum argumentum hoc duco pro mulieribus. Si namque consuetudo cum maribus à natura aliena beneuolentiam non tollit neq; offendit amatoriam: longe plus par est fœminarum quam virorum natura subnixum amorem in amicitiam per gratiam terminare. Quippe fœminæ erga virum obsequium gratia Protogone vocata à veteribus fuit. Quomodo Vulcanum Pindarus ait sine Gratiis ex Iunone esse natum, ac puellam nondum nubilem Sappho compellens ait,

Mihi parua tu appares etiam sine gratiis

Nata esse.

Hercules à quopiam rogatur,

Quid, vi puellam tu induxisti an gratia?

Quod vero præstatur à maribus obsequium inuitis, violentum dicitur & prædatoriū. Quod

si vo-

si volentes cum insania & effœminatione eo se demiserunt, qui equitentur, vt Platonis verbis vtar, quadrupedisq; & puerorum modo ingrediantur, est id ingratum plane, fœdumq; & inuenustum. Itaq; Solonem arbitror illa iuuenem adhuc & copioso affluentem semine sanxisse, vt est Plato author, hæc iam senem:

Sunt Veneris Bacchique mihi nunc munera cordi,
Musarumq; viros quæ recreare solent:

cum ex amorum puerilium quasi procella & tempestate in tranquillitate quadã connubiali & philosophica vitam collocasset. Quare si verum Protogene spectamus, vnus & idem est erga pueros & mulieres amorũ motus. Quod si ista pertinaciter discriminare voles, haud medio-10 cria apparebit à puerili hoc designari: sed tanquã sero natus & intempestiue, adulterinus, & tenebrio iustum amorem & antiquiorẽ summouet. Heri enim & nudiustertius, postquã exuere se & denudare adolescentes cœperunt, irrepsit in gymnasia, applicuitq; se submisse & associauit: Inde pedetentim aliis adultis non vltra coerceri valet, verũ lacerat suggillatq; coniugalem illum, & adiutorem generis mortalis ad immortalitatem: qui exolescentem naturam nostram per generationem propere reuocat & accendit. Hic vero voluptatem abdicat, Nempe rubore suffunditur trepidatq;. Aliquod scilicet quærendi velamentum manũ iniicienti pulchris & formosis adolescentibus. Amicitia igitur & virtus color est. Puluere autem aspergitur, frigido balneo vtitur, supercilia adducit, philosophari iactat se, & temperantiam colere foris legis metu: mox noctu & per quietem absente custode dulcis est messis. Quod si, vt ait 20 Protogenes, non est Veneris commercium puerilis: quomodo amor sit, si absit Venus? quam ex officio inter deos colit & obseruat, tantumq; obtinet honoris & potentiæ, quantum illa participat. Sin quis sine Venere amor est, sicut crapula sine vino ex potu hordeaceo vel ex ficis confecto, eius commotio insuauis & mutila est fastidiosaq; & odiosa. Dum hæc dicuntur, apparebat Pisiam stomachari atq; exardescere in Daphnæum. Cum autem paulisper ille cõquiesceret: O dii immortales incredibilem, inquit licentiam & audaciam, hominesne aperte ferentes canum more se ex pene copulatos esse cum fœmina, mouereq; & pellere Cupidinem ex gymnasio, ambulationibus, purisq; sub sole & expositis occupationibus ad lingonulas, securiculas, incantationes & præstigias redactum libidinosarum mulierum? Quando castis neq; amare, neq; amari, conuenit. At hic pater Protogenem narrauit se adortum dixisse: 30 Argiuum, quod dici solet, leo armis instruit. Et hercle Daphnæo aduocatos adiungit nos, dũ non seruat modum Pisias: sed nuptiis inamabilem & diuinæ exortem amicitiæ inuehit consuetudine ægre contineri cernimus. Ibi Pisias, Equidem, inquit, parum moror hunc sermonem: colunt: q̃ amatorio lepore & veneribus destitutã pene iugis & frenis ex pudore & formidine. Daphnæo vero idem video vsu venire, quod æri. Etenim illud non perinde ab igne, atq; ab ære ignito & fuso, si id infundas, tabescit resoluiturq; colliquefactum. Neq; decor hunc Lysandræ pungit, sed inflammato & ignis pleno admouens se & contingens repletur eo: constatq;, nisi cito ad nos refugiat, fore vt fluitet. Cæterum video, inquit fieri id, quod maxime exoptet Anthemion, incurrentem in iudices & in me. Itaq; taceo. Tum Anthemion: Recte tu quidem, inquit. Nam dicendum quidem aliquid erat ad institutum argumentum: 40 Aio igitur, infit Pisias & pronuncio per me quidem licere, omnium vt mulierum amator sit. Huius tamen mulieris esse adolescenti cauendam opulentiam: ne si implicauerimus eum fastui & tumori tanto, imprudentes tanquam in ære stannum absumamus. Quippe ingens est commodum, si cum facili & tenui muliere adolescentis coniuncti temperatura instar vini superior sit. Hæc vero imperare, vt videmus, & dominari vult. Neq; enim abiecta dignitate, tanta generis claritate, & diuitiis ambiret adolescentulum ex chlamyde, qui adhuc pædagogo opus habet. Quare qui sapiunt, adimunt & præcidunt sicut pennas mulieribus pecuniam matrem luxus ostentarionumq; vanarum & peruersarum, quibus sublatæ frequenter auolãt. Quæ si maneant, aureis, vt in Æthiopia, compedibus quam mulieris copiis præstat vinciri. Illa vero non attingit Protogenes, inquit, tantum non inuertere nos absurde & ridicule He-50 siodum, qui ait:

Treis decies cum habeas annos, nec magnopere infra
Nec supra fueris, tunc vincla iugalia cura,
Fœmina pubescat quarto decimo, atque deinde
Connubium iungat.

Nos propemodum contra, sit tanto fœminæ maiori sicut Phœnices ficus & nuces virũ immaturum collocemus. Quis igitur est, qui procatum ire prohibeat, cantare flebilem cantionem, quæ ad ianuam cani solet, coronis redimire imagunculas, & pancratio certare cum riualibus. Hæc sunt enim amatoria. Adducat autem frontẽ illa. Supersedeat delicias agere & ludere inducereq; congruentẽ huic affectui imaginẽ. Quod si verecũda sit & casta, cõtineat se modeste,

procos & amantes domi operiens. Eam vero, quæ amare profitetur se, declinãda & fastidienda mulier, nedũ vxor est iungenda, nec nuptiarum ex tali intemperantia ducenda auspicia. Sic fato Protogone: Vides, inquit, Anthemion iterum communẽ eos facientes causam & disputationem. Quibus respondere necesse habemus nos, qui non negamus neq; fugimus, quin amoris simus cõiugalis cultores. Certe, inqt Anthemion, ex plurimis euincitur nũc eos amate. Sed age, succurre opibus, quibus maxime percellit nos Pisias. Quid autẽ, inquit pater, nõ ne cõuitium fuerit mulieris, si amoris & diuitiarum causa Ismenodoram repudiabim⁹? Nempe supercilios a est & opulenta. Quid formosa, & iuuenis? Quid splendore natalium elata & illustris: Castæ nonne austeritatem & amarulentiam habent odiosam, grauem, & intolerandam: vocantq; eas pœnas & viris infestas, quia pudicæ sunt. Num igitur ducere consultissimũ 10 est ex foro Abrotonum nescio quam Tressam vel Bacchidem Melisiam ob precium tergorum pignori datam? Atqui his quoque non paucos scimus turpissime seruisse. Tibicinæ Samiæ & saltatrices Aristonica & tympanum tenens OEnanthæ Agatocliaq; regum diadematibus insultauerunt. Syra Semiramis vernæ regii ancilla corpore quæstũ fecerat. Quæ, cum in ipsam incidisset ipsamq; dilexisset Ninus, ita hominem in potestatem suam redegit contempsitq; vt licere peteret sibi & permitti vnum diem in solio regio sedere diademate redimitam & responsa agentibus dantem. Quod ille cum concessisset edixissetq;, vt omnes ei perinde ac sibi parerent & dicto essent audientes, gessit se in primis præceptis, vt periculum faceret stipatorum moderate. Quos vt nihil obstrepentes, sed impigre mãdata exequentes vidit, Ninũ corripi, mox vinciri iussit, deniq; etiam obtruncari. Quibus transactis regnauit per Asiam clare 20 longo tempore. Cedo quid Belestica, nonne barbara fuit è foro empta muliercula? Cui⁹ sacra & fana habet Alexandrini, * concedente pe ramorẽ rege vel Venere Belestica. Illa porro, quæ idem hic delubrum & eandem aram Delphis cũ Cupidine obtinet, & cuius posita est inter regũ & reginatũ statua aurea; qua dote amatores deuinxit? Cæterũ sicut pusillanimitate illi sua & mollitia mancipia imprudẽtes & præda euaserũt fœminarũ, sic vice versa obscuri alii & tenuium fortunarum locupletib. & clatis fœminis cum essent matrimonio iuncti, nõ fuerũt labefactati, neq; spiritus summiserunt, sed honorati imperium domi tenuerunt & cum beneuolentia vitã cũ eis transegerunt. Qui vero vxorem astringit cogitq; in angustũ vt strictũ annulum, metu ne defluat: hic similis est iis, qui equas tondent, inde ad fluuium & lacum eas agunt. Nam vt aspexit effigiem suam quæq; fœdam & turpem, abiicere eam aiunt ferociã & admittere asinorum initũ. Sane opes anteponere mulieris virtuti atq; nobilitati, id animi ignaui est 30 & illiberalis: coniunctas vero cũ virtute & generis claritudine refugere, inepti. Antigonus illi, qui præsidio obtinebat Munichiã, cum eam muniuisset, scripsit præfecto, ne collare tantũ modo validũ, sed vt canem etiam strigosum faceret, detrahendis populo Atheniensi facultatibus. At vxoris copiosæ & speciosæ viro non decet reddere eam deformem vel tenuem: sed seipsum continentia & prudentia & nihil illius ornamenta stupendo parem præstare & inuictum, ac sicut in iugo momentum addere moribus & grauitatem, à qua ad cõmunem vtilitatem reprimatur & ducatur. At ætas & flos ad pariendum & generandum maturus nuptiis cõgruit. Ego vero illam intelligo vitere, simulq; arridens Pisiæ: Nempe nullum inquit, riualium annis antecedit, neq; babet canes: vt nonnulli, qui Bacchonem affectanrur. Qui si consuetu- 40 dinem habent cum eo non tempestiuam: quid causæ est, quin illa quoque curam gerat adolescentis quã quæcunq; puella rectius. Morosa est enim tenerarum mixtura & temperatura, atq; ægre longo tractu ferociam & petulantiam abiiciunt. Initio etiam æstuant & iugũ detrectant, idq; magis, si adsit amor: qui vẽti modo gubernatore nõ præsente solicitat & miscet nuptias, cũ nec imperare possint, nec parere velint. Quod si regit infantẽ nutrix, puerũ pædagogus, adultũ gymnasiarcha, adolescentem amator, lex & dux ætatem virilem & militarem, nemo imperio solutus est & sui iuris: quid habet absurditatis, si fœmina cordata ætate maior viri iuuenis moderetur ætati? quæ frugifera ei est plus sapiendo, iucũda amando & blanda. Deniq; etiam Herculem, inquit, nos qui Bœoti sumus, venerari oportebat, neq; abhorrere ab nuptiis ætate inæqualibus: cum sciamus illum quoq; vxorem suam Iolo Megaram nuptui dedisse an- 50 nos tunc nato sexdecim, illam iam quatuor & triginta. Dum hi sermones inter eos tractantur, narrauit pater Pisiæ amicum ex vrbe equo accurrisse, qui rem stupendã nunciaturus erat patratã. Nam Ismenodora, quæ non auersum esse, vt est credibile, putabat ab nuptiis Bacchonem, sed vereri deterrentes: statuit nõ proiicere adolescentem. Ergo ex amicis eos, qui maxime moribus erant iuuenilibus, eiusq; amori studebant, & mulieres familiares acciuit & contraxit, obseruauitq; horam, qua solitus erat concedens ad palæstram Bacchon præter ædes suas modeste transire. Qui vt accessit cum duobus vel tribus vnctus, ipsa ad fores occurrit Ismenodora, chlamydemq; eius attigit tantum. Amici pulchrum pulchre in clamyde & læna correptum conglobati in domum deportarunt, foresq; extemplo obserauerunt. Continuo mulieres intus

*Alii, inseri pta & regis amore Veneris Belesticæ.

intus ablata chlamydula iniecerunt ei pallium nuptiale Famuli in omnem partem circumcursantes oleaginis & laureis sertis fores nō modo Ismenodoræ, sed Bacchonis quoq; ornauerunt. Tibicina canens vicum percurrere. Thespienses & peregrini partim ridere, partim frendere & excitare gymnasiarchas. Regunt enim adultos hi acriter, attenduntq; diligenter, quid illi agāt. Postmittebantur ludi, relictoq; theatro ad limen Ismenodoræ disputabant confictabanturque inter se. Quod ipsum postquam Pisiæ familiaris velut in bello aduectus equo tumultuose exposuit, raptum ab Ismenodora Bacchonem fuisse: Zeuxippum pater retulit risisse ac dixisse, quod esset Euripidis studiosus,

Humana diffluens luxu mulier sapis.

10 At exilientem Pisiam exclamasse, Dii boni, quorsum euadet tandem ista, quę euertit ciuitatem nostram, libertas? Iam enim, quia immunes nostris legibus viuimus, eo progredimur, vt exleges fiamus. Tametsi ridiculum fortasse sit de legibus & iure quæri. Ipsa violatur natura fœminis regnata. Quid simile designauit Lemnos? Eamus nos erimus, inquit, ac gymnasium quoq; mulieribus curiamq; permittamus: si in totum est ciuitas eneruata. Igitur progrediente Pisia Protogenes quidem adhærebat ei modo cum eo stomachans, modo hominem leniens. Antemion vero: Audax facinus, inquit, & vere Lemnium, vehementer amantis, quod nobis constar, mulieris. Ibi subridens Zoclarus: Putas vero raptum, inquit, admissum & vim illatam, non satisfactionem esse & strategema intelligentis adolescentis: qui complexu profugiens amatorum in formosæ & opulentæ mulieris manus transfugit? Caue dixeris hoc, inquit Antemion, Zoclare, ne-

20 que suspiceris sic de Bacchone. Atq; vt non fuerit ingenio non simplici & aperto, me certe de hoc non celasset, quem arcanorum omnium fecit participem, viditq; promptissimum Ismenodoræ fautorem. Cæterum amori est arduum repugnare, non iræ iuxta Heraclitum. Quodcunq; volet vel anima licetur pecuniaq; & existimatione. Nam Ismenodora quid fuit in ciuitate verecundius? Quando penetrauit in domum eius vel dictum turpe, vel factis ea aspersa fuit suspicione improbi? Cæterum, vt apparet, diuinum quoddam reuera cepit mulierem consilium & humana solertia maius. Tum arridens Pemptides: Nimirum etiam corporis, inquit, morbus est, quem sacrum dicunt. Non est ergo absurdum, si & animæ ægritudinem furiosissimam & maximam sacram & diuinam aliqui nuncupant. Iam sicut in Ægypto aliquando duos vidi inter se altercantes, cum arrepsisset in viam anguis, ambobus id bonam sortem vocantibus, & vtroque

30 vt suum vendicante. Perinde cum cernerem modo alios vestrum in andronem trahentes amorem, alios in gynæcium ingens bonum & cœleste, non mirabar: quando ea pollet vi, & cum habet hic affectus honorem: vt quos decebat eum vndiq; exigere & arcere, ab his amplificetur & ornetur. Atq; ego quidem modo silui. De priuatis enim potius quam de publicis esse controuersiam videbam. Nunc liberatus à Pisia cupide ex vobis audiam: quorsum declarauerunt Cupidinem deum primi, qui hoc dixere. Ita fato Pemptide cum pater esset aliquid exorsus de his differere, alius adfuit ex oppido ab Ismenodora, qui Anthemionem acciebat. Gliscebat enim tumultus, ac certamen erat inter gymnasiarchas. Censebat alter repetendum Bacchonem, alter intercedebat, ne anxie eam rem excuterent. Atq; Anthemion quidem surgens illuc perrexit, Pater compellans nomine Pemptidem: Magnam rem mihi videris, inquit, Pemptide & an-

40 cipitem attingere, vel potius omnino immota mouere, quam de diis habemus, opinionem; qui rationem de singulis exigis & probationem. Satis est enim patria & antiqua fides: qua non adferas neq; inuenias documentum dilucidius,

Celsam reperta haud per mentem est sapientia.

Verum est sedes & basis & sustentaculum commune pietatis, cuius si in vno agitetur & concutiatur certitudo, lubrica existit & suspecta omnibus. Audis sane Euripidi quemadmodum obstrepitum fuerit, cum exordium Menalippæ ita scripsisset:

Nam Iuppiter scio ego rumore.

Verum facta verborum mutatione propter certum inimicum suum confidit, vt videtur, fabulæ scriptæ pompose & eleganter, ac versum immutauit, vt nunc habet:

Nam Iuppiter veridica fama vt comprobat.

50 Quid igitur interest existimationem, quam habemus, de Ioue, an de Minerua vel Cupidine in dubium disputando adducas vel in obscurum? Neq; enim nunc primum flagitat Cupido aram & sacrificium, neq; aduena ex barbarica aliqua superstitione, vt Attæ quidam & Adonides appellati per semiuiros & mulieres, irrepit: honoresq;, quibus sit indignus, obtinet. Quare omitte controuersiam ei facere natalium, & nomen eius deferre vt non iusti dei. Sed quando Empedoclem audis amice dicentem;

Dulcis amice, pares quam longæ, quam spaciosæ
Sint res, mente tuere, oculis ne fretus oberres,

Hoc dici putandum de Cupidine. Neq; enim oculis hic apprehendi à nobis deus potest, sed

opinatione inter peruetustos est locandus. De quorum singulis si argumentum poscis, omni templo tendiculas & omni aræ captiones admouens sophisticas, nihil prætermittes, quod non calumnieris & excutias. Non longe ab eo:

At Cypriam non cerno, hac quanta sit dea,
Amoris ardorem qua datq, & seminat,
Cuius sumus mortales omnes posteri.

Almam enim eam Empedocles, Sophocles appellat fœcundam scite plane & apposite. Verum tamen magnificum hoc & stupendum Veneris quidem est opus, sed Cupidinis qui Veneri assistit, accessorium. Quo non assistente, quod fit, putidum plane relinquitur, sordidumq; & ingratum. Consuetudo enim inamabilis, sicut fames & sitis, quæ posita tantum est in saturitate, in rem nullam euadit tectam. Cæterum detrahens Venus Cupidini satietatem voluptatis charitatem efficit & commixtionem. Hinc Parmenides amorem dicit opus Veneris antiquissimum esse, qui in mundi genitura scribit: 10

Primum inter diuos cunctos fabricauit amorem.

Physice magis facere mihi videtur Hesiodus amorem omnium antiquissimum, quo propter illum cuncta ortum sortiantur. Quare si Cupidinē recepto exuamus honore, ne Veneri quidem suus manebit immotus. Neque enim hoc allegaueris, Cupidini maledicta à nonnullis ingeri, qui temperant tamen à Venere. Atqui ex eadem audimus scena,

Etenim amor segnis quoque est in talibus. Et alio loco,
Non est Venus tantum, ast habet cognomina 20
Multa, Orcus est, & est æterna vis simul.
Insania est rabies quoque.

Sicut cæterorum deorum pene nullus est, qui non aspersus probris euaserit liberæ à probris inscitiæ. Aspice Martem in tabula ærea, quæ locum tenet Cupidini directo obiectum, quantos honores à mortalibus sortitus sit: è diuerso quantopere perstringatur.

Est fœmina Mars cæcus, nec quicquam videt
Feri suis vultu cuncta hic miscet mala.

Homerus vocat eum sicarium & versipellem. Chrysippus nomen exponens huius dei accusat & incessit eum, ἄρη enim (Nam sic dicitur Græce) idem esse ait, quod ἀναιρεῖν, id est perimere, occasionem præbens illis, qui vim, quæ in nobis est, ad pugnam, contentionem & iram concitantem existimant vocatam Martem. Alii rursus Venerem dicent cupiditatem esse, Mercurium eloquentiam, Musas artes, Mineruam prudentiam: Vides nimirum altum specum, in quem ruimus impietatis: si ex animi motibus, vitibus, & virtutibus quemque deum censeamus. Video, inquit, Pemptides. Sed neque ex diis motus animi facere fas est, neque contra animi motus esse putare deos. Tum pater: Quid igitur Martem deum esse existimas, non motum animi nostri? Cum respondisset Pemptides deum arbitrati se Martem, qui animi nostri partem, in qua ira & fortitudo existit, exornat: exclamans pater: Num ergo, inquit, illa Pemptide, quæ ægritudini patet, quæ bellax est, & dissidia mouet, deum habet? hæc, quæ dilectionem, societatem & hominum congressus ciet, deo vacat, ac mactantes, mactandosque homines, arma, tela, vrbium oppugnationes, populationes aliquis procurat & dispensat bellicosus & militaris deus: nuptiarum & charitatis, quæ in consensionem & societatem pergit, deus nullus testis vel arbiter, vel dux, vel adiutor nobis extat? sed eos, qui capreas, lepores, & ceruos venantur agrestis aliquis incitat & acuit deus. Qui lupos & vrsos fossis & laqueis circumueniunt, vota faciunt Aristæo, 30 40

Ille feris pedicas est qui princeps fabricatus.

Alium Hercules deum aduocat, arcum tollens in auem, vt ait Æschylus,

Apollo rectum venator telum regit.

Viri vero, qui pulcherrimam institutam venationem amicitiam capere, nec deus nec genius dirigit & adiuuat conatum? Ego quidem neq; quercu. neq; oliua, neque illa, quam celebrans vitem domesticam Homerus appellat, germen obscœnius vel viliorem plantam optime Daphnæe numero hominem, quæ impetum habet germinandi hilaritate resplendentem, decoremque corporis iuxta atq; animi. Tum Daphnæus: Quis per deos immortales, inquit, sentiat aliter? Nempe hi, inquit, omnes pater, qui arbitrantur arui, sementis, & consitionis curam diis incumbere. Nam si nymphæ eis Dryades sunt 50

Par arboris sortita vita terminum,
Magnum arborum auget pascuorumq; iubar,
Purum iubar Liber pater autumni: vt est apud Pindarum.

Adolescentiū & puerorum in adolescentia & ætatis flore seruandorū & temperandorū disciplinæ & educationes ad nullum deorum vel geniorum spectant? neque est quisquam, quem solicitet,

citet, vt crescens homo in virtutem assurgat rectus, nec peruertatur & frangatur curatoris penuria vel vitiis contubernii indoles eius generosa? An est vel dicere hoc indignum & ingratum: si deum ab humanitate abigamus in omnem partem distributa nequevsquam deferente in necessitatibus: quarum habent nonnullæ magis necessarium quam decorum finem, ceu statim in ortu nostro, qui licet propter sanguinem & puerperii dolores parum sit speciosus, præsidem tamen cœlestem Lucinam & Lochiam habet. Præstabat autem non nasci, quam natum esse improbum tutore & rectore destitutum bono. Atqui nec ægrum deserit hominem deus, qui hoc muneris procurandum est sortitus, imo ne exanguem quidem. Est illic quidam, qui hinc transfert adiutor, qui extinctos sopiat, animasq; deducat, vt hic, de quo agimus:

10 *Neque enim generauit nox lyra me præsidem,*
Vatemue, vel medicum, sed manibus ducem.

Atq; ista multas habent molestias. At illo nullum munus dicere possis sanctius, neq; contentionem vel certamen: cuius curatorem & arbitrum potius deû deceat esse, quã solicitudinis de formosis & pulchris & affectationis amantium. Nihil n. hic turpe est, nihil coactum, sed lepos & vrbanitas: quæ subministrans laborem reuera suauem, ærumnam deducit ad virtutem & amicitiam: quæ non sine numine finem conuenientem accipit, neq; alium habet ducem & dominum deum, quam Musarum, Gratiarum & Veneris sodalem Cupidinem.

Dulcem enim viri effundens messem in præcordiis
20 *Æstus,*

iuxta Menalippidem, suauissima temperat cũ pulcherrimis: nisi aliud Zeuxippe dicis. Ita prorsus, inquit, sentio. Monstrosum enim sit dinersum dicere. Quid illud, pater inquit, nonne monstrosum: si cum quatuor habeat amicitia genera, vt distribuerunt veteres, naturale primum, deinde ab hoc cognatum, tertium familiare quartum amatorium: suus cuique sit præses deus vel Philius, vel Hospitalis, vel Gentilitius & Patrius: solum amatorium sicut illi, qui litare non valent, impurum & domino orbum reiicitur: idq; cum maxima solicitudine & temperatione habeat opus? Habet hanc quoq;, inquit Zeuxippus, nõ asseititiam tamen. Atqui, pater inquit, Platonis dicta orationem nostram quamuis sit obiter prolata, notent. Furor enim qui à corpore ad animum protenditur ex intemperaturis certis aut commixtionibus, aut spiritu afflante noxio, asper est, sæuus & morbidus. Alter est, qui non vacat numinis afflatu, neq; domi est natus: sed exotica imaginatio & detorsio mentis & consilii, à principio otiens & mota præstantiore: cuius motus in genere appellatur enthusiasticus. Vt enim ἔμπνουν, id est, quod spiritus est plenum: ἔμφρον, quod prudentia: item is animi æstus enthusiasmus est dictus id est afflatus diuinus ex virtutis communione & contagione diuinioris. Enthusiasmi vis diuina ex Apollinis est afflatu & aspiratione, Bacchatio ex Liberi patris,

Et cum Corybantibus saltate,

ait Sophocles. Etenim sacra matris Idææ, Panicaq; habent cum ceremoniis Bacchicis affinitatem. Tertius, qui à Musis accipit rudem & integrum animum, genus poëticum & musicum excitat & inflat. Martialis hic appellatus & bellicus, vt omnib. liquet, numine stimulatur bacchaturq; qui ingratis sine cithara, & tibiis & modis obstrepens populum in arma cogit. Reliqua est conuersionis in homine & inclinationis non obscura neq; sedata Daphnææ pars, de qua visum est mihi Pemptidem hunc interrogare. Cedo, quid tandem deus hic fructus plenum concutit thyrsum? Id facit, inquit ille, quò amatorium hunc erga præclaros pueros & castas fœminas afflatum, quasi furoris acerrimum esse indicet & flagrantissimum. An vero nõ vides, quemadmodum miles, postquam arma posuit, liberatur furore bellico,

Huius mox humeris detraxere arma ministri
Læti.

sedetq; aliorum pacatus spectator. Bacchicas has & Corybanticas petulantias numeros conuertendo ex trochæo, & modulos ex Phrygio molliunt & permulcent. Perinde Pythia postquã 50 tripode excessit & afflatu, in tranquillitate & quietè agit. At furorem amatorium, vbi serio corripuit hominem atque inflammauit: nulla iam Musa, non carminis illecebræ, non loci natura placat: sed præsentes amant, absentes desiderant, interdiu sectantur, noctu ianuam obsident, sobrii vocant formosos & potantes canunt. Nec, vt quidam ait, imaginationes poëticę propter repræsentationem vigilantium sunt insomnia: sed potius amantium imaginationes, quod colloquantur quasi cum præsentibus: amplexentur & expostulent. Visus namque depingere in materia liquida videtur cæteras visiones, quæ exolescunt & cogitationem dimittunt. Enimuero amantium imagines ab illa ipsa quasi encausto pictæ per ignem species in memoria desigunt mobiles, spirantes, loquentes, & reliquo tempore inhærentes. Quippe Cato Romanus animam dixit amantis viuere in amati animo: similiter figurata, mores, vita & actiones: à quibus raptus cito contrahit longam viam, vt Cynici dicunt, compendiariamque & celerem muenit

inuenit ad virtutem viam. Etenim amicitiam * conspicimus in animi motu sicut fluctu cum deo rapi. Dico igitur in summa neque vacare numine amantium furorem, neque alium habere deum præsidem & aurigam, quam hunc: cuius nunc festum celebramus & sacrum facimus: tamen ob virtutem & vtilitatem præsertim dei huius, * quatenus etiam inter bona humana duo hæc regnum & virtutem diuinissima ducimus & nominamus: nunc spectemus ptius, num cui deorum Cupido vi & potentia concedat.

Atqui Venus vi palmas ingentis refert:

vt etiam testatur Sophocles. Multum pollet Mars quoque, ac quodammodo reliquorum deorum bifariam diuisorum, vim in his cernimus. Nam vna quæ allicit ad honestum, altera quæ obsistit turpitudini, à primo ingeneratæ animis sunt, vt Plato formas dixit. Consideremus igitur Veneris opus esse denario venale: neque laborem quisquam vel periculum rei Venereæ causa, qui non amaret subiit. Ac ne Phrynas nominem Zeuxippe vel Laidas: Gnathonium, cum vesperi indiget facula, lumen operiens & ciens transit crebro. Quod si repentinus ingruetit multo cum amore & appetitione ventus, idem is fecerit hoc, quod cum Tantali talentis, quæ dicuntur, & cum eius * fame sit conferendum. Vsq; eo languida & fastidiosa Veneris oblectatio non aspirante est Cupidine. Quod illinc liquidius intelligas. Multi tem Veneream cum aliis communicarunt, qui non solum meretrices, sed & cõiuges suis prostituêre: sicut Romanus ille * Cabba inuitauit ad cœnam, si recte memini, * Mæcenatem. Inde eum & vxorem suam cernens inter se annictantes, leni capitis inclinatione dormire simulauit. Interea cum quidam ex seruis foris arreperet ad mensam, ac vinum interciperet: suspiciens: Nescis infelix, inquit, soli me dormire Mæcenati: Cæterum non est hoc forrasse mirum: Erat enim Cabba scurra. Atqui Nicostratis aduersarius erat in rep. administranda Phaulii. Eo cum comeasset rex Philippus, omnium opinio erat Phaulium per vxorem fœminam elegantem, si consuetudinem hęc haberet cum Philippo aliquam potestatem vel magistratum obtenturum. Quod cum odoratus esset Nicostratus & deambularet circa ianuam ædium: Phaulius inductis vxori crepidis, iniectaque chlamyde & causia Macedonica eam vt vnum ex regiis pueris clam in domum misit. At cũ tantus fuerit & sit amantium numerus, num quem, vt mereretur Iouis honores, lenonem scis amasii sui fuisse? Ego vero non arbitror. Qui enim? cum tyrannis qui obstrepet vel in administrãda rep. repugnet, si nemo riuales, qui contendant cum eis de formosis & elegantibus sunt multi. Quippe fando accipitis Aristogitonem Atheniensem, Antileontem Metapontinum, & Acrantinum Menalippum cum tyrannis, quamuis remp. profligantes & effrenatos viderent, non pugnasse. Cæterum vt amasios suos illi appellarunt pugnauerunt sicut pro aris & focis, atque in periculum demiserunt se. Theodoro dicitur Alexander Protei fratri scripsisse: Mitte mihi cantricem illam tuam, donabo tibi decem talenta, nisi ames eam. Cum alius ex amicis Antipatrides ad eum cum psaltria comessatum venisset, accensus puellæ amore rogasse Antipatridem, an eius amore deperiret. Qui cum ardenter dixisset: Abi igitur, inquit, in malam rem continuitq; se, nec attigit mulierem. Rursus considera, quantum factis Martis superet Cupido: qui non est, vt Euripides ait,

ignauus neque inconstans,
Neque mollibus incubans puellarum genis.

Quippe vir amore ebrius nihil requirit, cum dimicat cum hostibus, Martem: sed quia deum habet suum adiunctum,

Ignem & mare & flatus paratus atheris
Est peruolare.

pro amico, si iusserit. Namq; ex Niobes apud Sophoclem filiis, cum iaculis peterentur & occumberent, vnus nullius implorat opem & suppetias quam amatoris:

Ad me ô amice perge.

Pharsalius Cleomachus scitis profecto, qua de causa pugnans occubuerit. Minime nos quidẽ, Pemptides inquit, sed audire auemus. Est sane res, inquit patet, digna. Venit suppetias Chalcidensibus bello cum Etetriensib. gliscente Thessalico. Ac firmos esse apparebat à peditatu quidem Chalcedenses, sed equitatum hostium operosum erat profligare. Itaque Cleomachum socii virum impigrum, vt primus impressionem daret in equites, orarunt. Hic quæsiuit ex amasio an esset certamen spectaturus. Annuente adolescente, atq; amice eum amplectente, cassidemque ei imponente, Cleomachus exultans fortissimos Thessalos circa se conglobauit, inuectusque strenue & adortus hostes, equitatum eorum turbauit auertitque. Hinc cum etiam pedestres copiæ terga darent, egregiam victoriam Chalcidenses obtinuere. Cecidit tamen Cleomachus. Eius monimentum monstrant in foro Chalcidenses, in quo ingens locata columna fuit, quæ etiam nunc extat. Ac qui ante puerorum amorem duxerant infamem, hi tunc eum supra alios in admiratione habuerunt atque honorarunt. Aristoteles alio modo mortem oppetiisse

*Alii impotio.
*Alii Calba.
*Alii Mæcenam.

Periisse tradit Cleomachum, cum signis collatis Eretrienses vicisset: Illum vero, qui osculum ab amasio accepit, ex Chalcidensibus fuisse Thraciæ missum Chalcedensibus Eubœæ subsidio. Hinc cani apud Chalcidenses:

Veneres pueri patresq. fortiti bonos
Forma ne consuetudinem abnuite probis.
Nam fortitudo & amor per Chalcidensium
Vrbes viget.

Antoni huic amatori nomen fuit, Amasio Philisto. vt in * Antiis Dionysius poëta scriptum re- *Alii, *catis.* liquit. Apud nos Pemptide Thebanos non ne armis amator donauit Asium, qui Ardetas inscri- 10 bitur. Conuertit etiam & variauit ordines grauis armaturæ vir amori deditus Pammenes: qui vt auersum ab amore notauit Homerum, quod per tribus & curias centuriaret Achiuos, non coniungeret in acie amasium amanti, vt ita fieret illud,

Et galeam galea & clypeum clypeus stabiliuit:

qui solus exercitus est inuictus. Namq; tribules & necessarios, & vero parentes quoq; & liberos deserunt. At medios per amantes nemo vnquam penetrasit aut perrupit hostis. Quandoquidem etiam non instante amasio audaciam suam & vitæ contemptum demonstrant: ceu Theron Thessalus admota muro læua & stricto gladio præscidit pollicem suum prouocans riualem. Alius nescio quis, cum in prælio esset in faciem prolapsus, intentantem ei gladium hostem rogauit, vt paulisper sustineret, ne auersum conspiceret vulneratum amasius. Nó tantum autem pu- 20 gnacissimæ gentes amori sunt deditissimæ Bœoti, Lacedæmonii, Cretes: verum ex vetustate etiam Meleager, Achilles, Aristomenes, Cimon, Epaminondas. Etenim amasios hic habuit Asopieum & Caphisodorum: qui ad Mantineam cum eo occubuit, & iuxta est humatus. Asopicum vero terribilissimum hostibus & fortissimum qui primus substitit & sauciauit Eucnamus Amphissensis honores accepit apud Phocenses heroicos. Herculis cæteros amores difficile sit recensere, adeo sunt multi. Iolaum, quem dilectum ab eo putant fuisse, nunc quoq; colunt & venerantur, amorisq; iusiurandum & fidem super sepulchrum eius exigunt ab amasiis. Alcestim etiam perhibent ab eo artis medicæ perito, cum illa deplorata valetudine esset, quo gratificaretur Admeto, fuisse conseruatam, qui eam mulierem amabat & amasius fuerat hu.us. Etenim Apollinem fabulantur

30 *Mercede Admeto magnum seruisse per annum,*

Commode nobis occurrit Alcestis memoria. Marti enim non magnopere implicat se mulier. At motus fanaticus eo ex amore impellit hanc, aliquid vt audeat contra naturam & mortem subeat. Quod si quam fidem fabulæ merentur, illa, quæ de Alcesti, Protesileo, & Eurydice Orphei memorantur, vni ex diis demonstrant Plutonem dicto esse audientem Cupidini: quantumuis aduersus alios, vt Sophocles ait, nihil benignitati, nihil gratiæ det: sed vnam tantum charam habeat iustitiam. Habet autem in reuerentia amantes, quibus solis non est præfractus neq; rigidus. Quare ex vsu Pemptide est mysteriis initiari Eleusinis. Ego quidem Cupidinis video cultoribus & mystis potiorem conditionem apud inferos esse: non quod prorsus fabulis fidem adiungam, neq; tamen etiam in totum detogem. Nam profecto recte dicunt, ac diuina 40 quadam sorte attingunt veritatem: qui ex Orco regressum ad lucem amantibus esse dictitant. Qua autem & quomodo, ignorant: quod semita diuorterint, quam inter mortales primus per philosophiam perspexit Plato, tametsi tenuia quædam vestigia & obscura veritatis in Ægyptiorum fabulis sunt dispersa. Cæterum inuestigatorem quærunt acrem, & eum, qui gaudia exiguis vestigiis venari queat. Itaq; ab his digrediamur. Secundum Cupidinis vires, quæ tantæ sunt, iam studium erga homines eius & beneficia reputo, non an multa in eos, qui consuetudinem habent cum eo, bona conferat. (Nam hæc liquent omnibus) sed an plura & grandiora cómoda amantibus sui præstet. Quando licet amator esset Euripides, rem tenuissimam est admiratus.

Quippe
Poëtam amor docet, licet rudem prius.

50 Siquidem & intelligentem reddit socordem licet prius, & fortem, sicut est dictum, hominem imbellem prius: quomodo qui ligna adurunt, ex mollibus efficiunt firma. Breui largus euadit & magnificus omnis amans, vt parcus fuerit ante, sordibus & auaritia instar ferri per ignem fusis vt amatis largiantur, quam ab aliis accipiant ipsi, cupidius. Nostis profecto, quemadmodum ad Anytum Anthemionis filium Alcibiades sui amantem, qui hospites accipiebat lauto & splendido conuiuio, comessabundus accesserit, raptaque ex mensa dimidia poculorum parte discesserit. Stomachantibus hospitibus, qui dixerunt petulanter & superbe tecum is adolescens egit: Imo benigne, inquit Anytus, cui licebat capere omnia. Nunc tam multa mihi reliquit. Hac re delectatus Zeuxippus: Pape, inquit, quam prope diremistis cum Anyto

paternam

paternam à Socrate & philosophia inimicitiam, si adeo fuit in amorem ille lenis & generosus. Age, inquit pater, ex morosis & totus humaniores in consuetudine & hilariores reddit,

Flagrante igne domus spectatu splendidior fit.

nimirum hominem item lætiorem ex ardore amarorio. Cæterum est hoc in vulgo mirū: quod si in ædibus viderint noctu fulgorem, rem putent diuinam & stupendam esse: animum si angustum, abiectum, & humilem videant repente plenum euadere spirituum, liberalitatis, magnificentiæ, beneficentiæ, audaciæ, non cogantur dicere, quod Telemachus,

Nimirum deus intus erat quis.

Illud vero, inquit Daphnæus, per Gratias an non diuinum? quod cum nihil moretur rerum omnium, qui amat, nō solum amicos & necessarios, sed & leges, & magistratus, & reges, nihil formidet, nihil admiretur neq; obseruet: imo etiam iaculatorem audeat subire fulmen: simul vt formosam aspexit, 10

Gallus velut domitam premens alam horruit.

fractaq; ferocia est, & concidit animi alacritas. Operæprecium autem est apud Musas Sapphus mentionem facere. Nam Vulcani filium Romani Cacum ignem & flammas scribunt efflare ore erumpentes. Hæc vero reuera mixta igni loquitur, atq; per artus effundit cordis æstum Musis canoris amori medens, vt ait Philoxenus. At nisi, vt verba Lysandri vsurpem, veteres memoria tua cesserunt facetiæ, reduc in memoriam nobis vbi formosa Sappho dicat: Si superuenerit amica, vocem faucibus hærere, & loqui corpus, idq; expallescere, vibrare, & vertigine capi. Ibi cum recitasset Daphnæus carmina illa, vt sunt scripta, excipiens pater: Hæc, inquit, cedo non sunt manifestus numinis afflatus, non æstus animi diuinus? Qui tantum corripuit Pythiam, vbi accessit ad Cortinam? Quænam fanaticorum tibia vel sacra Matris magnæ tympanumq; perinde de statu mentem mouet? Idem corpus multi & eandem speciem contemplantur, sed vnus corripitur, qui amori deditus est, ex illa causa, quam non discimus, cum tamen eam explicet Menander, neq; intelligimus. 20

Animi est amor morbus.

Qui autem percussus est ab amore, vulneratur: sed est author deus, qui hunc perstringit, illum omittit. Porro quod commodius dictum initio fuisset, ne nunc quidem,

Quando mihi in buccam venit,

vt est apud Æschylum, transite prorsus commodum arbitror. Est enim non vulgare. Quippe alia iuxta omnia mi Zeuxippe, quæ non per sensum ad notitiam nostrā perueniunt, partim ex fabula, partim ex lege, partim ex doctrina fidem ab initio obtinuere. Igitur opinionis, quam de diis habemus, authores prorsus & magistri fuerūt nobis poetæ, legum latores, & tertiū philosophi. Ac deos quidem esse pariter omnes censēt: sed de numero, ordine, essentia, & vi multū inter se dissentiunt. Illi enim philosophorum immunes sunt morbis & senio, laboribus vacant, nec grauistrepum traiectum viderunt Acherontis. Quocirca poeticas non admittunt contentiones, Nolunt pauores vel pallores, vel metum deos esse, vel Martis filios confiteri. De multis etiam cum legum latoribus pugnant: quomodo Xenophanes Ægyptios monuit: Osirim, si mortalem arbitrarentur, ne pro deo colerent: sin deum ne lugerent. Vice versa poetæ & legumlatores philosophos, qui species quasdam & numeros & monadas, & spiritus deos faciunt: neq; audite sustinent, neq; capere possunt. Breui multum horum discrepant & diffident opiniones. Igitur sicut factiones quondam Athenis tres fuerunt, Parolorum, Diacriorum & Pediorum infestæ inter se & discordes. Inde in concilio publico ciues suffragia omnia Soloni detulerunt: eumq; creauerunt pacis arbitrum, principem & legislatorem: qui omnibus sine controuersia videbatur virtutis laude præstare. Ita tres de diis diffidentes sectæ, quæ suffragium aliud alio ferunt, neque facile vllum ex alio suffragio recipiunt, in vnum consentiunt ac communibus suffragiis Cupidinem inter deos referunt poetarum præstantissimi, legislatorumque & philosophorum frequentes voces magnopere illum celebrantes: sicut Pittacum ait à Mitylenæis designatum tyrannū Alcæus Nobis rex, princeps & præses Cupido ab Hesiodo, Platone, & Solone in Academiam ab Helicone coronatus deducitur, atque exornatus ingreditur multis patibus amicitiæ & consociationis: non, qualem Euripides indissolubilibus iunctam pedicis ait, hic quidem frigida in vsu & graui amictus ex pudore necessitate: sed quia alis deportatur ad res pulcherrimas & diuinissimas, de quibus alii melius disseruere. Sic fato patre Soclarus: Vides, inquit, vt iterum iam eodem hic reuolutus, haud scio quo pacto, vi abripit nos, alioque iter flectens parū iuste defraudat, si quod sentio dicendum est, nos sermone, qui est diuinus. Etenim modo cum Platonem simul & Ægyptios quasi inuitus leuiter attigisses, transisti, & tunc hæc agis. Quæ igitur à Platone vel potius ab deabus hisce Platonis ore Zeuxippe dicta sunt diuinitus, caue etiā si iussserimus, exponas. Quod vero recte innuisti Ægyptiorum fabulas concinere dictis Platonis, non licebit tibi non expromere apud nos & enucleare. Satis nobis tamen fuerit, modo parua- 30 40 50

de ma-

de magnis audiamus. Hic cum instarent etiam alii, pater Ægyptii, inquit duos item ac Græci Cupidines vulgarem & cœlestem noscunt. Solem tertium Cupidinem numerant, Venerē in summo habent honore. Nos magnam affinitatem Cupidini esse videmus cum Sole. Siquidē neuter horum est, vt quorundam fert opinio, ignis. Splendor illustris est vtriusq; tepor suauis & iucundus. Ille, à Sole qui prouenit, corpori subministrat alimentum, remissionem, fluorē. Qui à Cupidine proficiscitur, animis. Vt autem sol ex nubibus & post nebulā est feruidior: sic amor post expostulationes & suspiciones & conciliato amico lætior & acrior. Ad hæc vt accē di & extingui existimant nonnulli solem: sic de Cupidine vt mortali & tēperario cogitāt Iam neq; corporis status non subacti solem, neq; amorē valent ferre commode mores animi indo-
10 cti. Decedunt de statu suo vtriq; ac laborant, dei virtutem non suam incusantes imbecillitatem. Hoc tamen interesse inter eos apparet: quod Sol in terra pulchra & turpia spectantibus monstrat. Cupido pulchrorum tantum est lux, atq; ad hæc amantes sola impellit vt respiciāt & vertant se: cætera omnia vt fastidiant. At Venerem dum Tellurem vocant, nullā omnino germanitatem adferunt. Quæ enim terrestris cum cœlesti & immortalis cum mortali consociatio? Est tamē per se terra, nisi illustretur sole, lāguida & obscura, sicut absente Cupidine Venus. Quare comparem esse Veneri Lunam, Solē Cupidini præ diis reliquis est consentaneū, non esse tamen prorsus eosdē. Neq; etenim animæ corpus idem, sed diuersum: sicut est aspectabilis Sol: amor intellectibilis. Et nisi dici videatur durius, diuersum Solem ac Cupidinē dicas agere. Deflectit enim ab intellectibilibus ad sensui subiecta oblectamento & splēdore visus
20 illiciens & inducens, vt credamus in ipso & circa ipsum petenda esse cū cætera omnia tū veritatem: alibi nihil. * Videmur autem, qui perdita amamus, ingredi & respicere terram, vt ait Euripides, propter alterius insolentiam vitæ, imo obliuionem eorum, quorum est amor reminiscentia. Vt enim illorum, qui in amplā & fulgentē lucem excitantur, effluunt animo, quæcunq; in somnis oblata fuerunt, euolantq;: ita gestorum hîc & variantium obstupefacere memoriam & fascinare mentem videtur, quod ex voluptate & admiratione illa obliterentur: quamuis veritas revera illic & circa illa obuersatur. Hic vero somniorum imagines amplectitur & stupet id, quod pulcherrimum est & diuinissimum.

* Textus corruptus & mutilus.

Dulcia sed circum illum insomnia falsa fluitant.

quicquid sit boni & eximii, id persuadens sibi hic esse: nisi forte diuinum & castum amorē na-
30 cta sit medicum & conseruatorem. Hic amor bonus per corpora ad veritatem ex Orco atq; ad veritatis campū accedit: vbi ingens illa, synceraq;, & minime fucata sedes habet elegantia, q̄ amplecti & qua cū consuescere longo interuallo auent: emittensq; Cupido reducensq; placide sicut in mysteriis assistit mystagogus eorū, qui huc remittuntur. Nec tūc ipsa p se admouet se anima, sed per corpus. Quomodo autē geometræ pueris, qui nondū suo Marte possunt intellectibiles arripere essentiæ incorporeæ & impatibilis figuras, formāt & offerūt simulachra, quæ tactu & visu percipiuntur, sphærarum, cuborū, & decadrorum: sic nobis Cupido cœlestis specula pulchrorum pulchra, mortalia tamen deorum & patibilia intellectibiliū machinans in formis, coloribus & figuris iuuenum decore relucentia monstrat, mouetq; memoriā, quę paulatim his accenditur primum. Hinc ob ruditatem nōnulli amicorum & familiarium, qui
40 restinguere moliti sunt vi & imperite hunc animi motum, nihil ex eo cōmodi perceperunt: sed vel fumo & inqete implerūt seipsi, vel in voluptates delapsi adulterinas & illegitimas cōtabuere. At qui sano consilio verecunde vt vero igni detraxerunt furorem: splendorem tamē & lumen reliquerunt animo, non agitationem caloris, vt quidā ait, mouentis ad semē & fluorem atomorum, quæ læuore & titillatione stringuntur: sed dissolutionem mirificam & fœcūdā, sicut in planta germinante & gliscente, meatusq; aperientem facilitatis & comitatis: haud multum intercedit tēporis, quin corpꝰ amatorū penetrantes intro ferantur & attingant animum: & prouocant oculos: intuenturq; inter se & multum cōmercii sermonibus & actionibus contrahunt, si fragmentum & imaginem honesti in mente habeant. Sin minus, salutē dicunt eis, vertuntq; se ad alios: quomodo apes, quæ multas herbas & flores melle vacātes re-
50 linquunt. Quod si quādo vestigiū aliquod teneant diuinitatis micamq; & vmbrā blandientē, præ voluptate & miraculo lymphatici ac mire commoti oblectant se in re amabili vere, beata, grata, & charo omnibus. Itaq; videntur complura per ludum poetæ de deo scribere, ac canere de eo lasciue. Pauca vero sunt ab eis dicta serio, vel mente & consilio suggerente, vel deo aspirante veritatem attingentibus. Quorum est vnum illud de generatione.

Auricoma & præpes diuis præ aliis generauit
Fortem Iris Zephyri per concubitum.

Nisi quid vos quoque permouerunt Grammatici, qui hanc similitudinem ad illius affectionis splendorem & amœnitatem relatam dictitant. Tum, Quodnā ad aliud? infit Daphnæus: Audite inquit igitur pater. Ita enim cogit me rei euidentia dicere. Reflexio est id, ꝙ in arcu cœ-

I lesti

lesti sentiunt oculi: quando leuiter humidæ, æquabili, & modice spissæ nubi occurrẽs acies so-
lis repercussum attigit, illiusq; fulgorem cernens & lumen, imaginationẽ nobis infundit visi
quasi in nube fit. Hæc vero amatoria machina & commentum in animis generosis & honestis
resolutum efficit memoriæ ab iis, q̃ hic habentur & dicuntur pulchra, in diuinũ & amabilem
& beatũ reuera illum & admirabilem decorem. Cæterum vulgus quidem hominũ in pueris &
fœminis sicut in speculis imaginem eius, quam in animo fingit, sectans & contrectans, nihil
quam mistam acerbitate voluptatem valet assequi solidius. Verũ hanc vulgi esse vertiginem
& lapsum apparet: quod in nubibus inane sicut in vmbris venatur rem desideratam: quomo-
do pueri, qui arcum cœlestem captant manibus, trahuntur ad id, quod oculis obiicitur. Ge-
nerosi amantis & casti alia est ratio: Illic enim fit ad diuinã & intellectilem elegantiam repul-
sus. At quando in corporis aspectabilis incidit elegantiã, eaq; pro organo vtitur recordatio-
nis, amplectitur ea atq; acquiescit in ea, eiusq; cõsuetudine exhilaratus multo magis accendi-
tur animo. Ac neq; dum agunt cum corporibus hic resides lucem hanc desiderant & stupent:
neq; postquam illuc deuenerunt post fata, quod huc iterum vertant se refugiantq;, atq; in fo-
ribus & cubiculis nouorum maritorum voluntentur, tristiaq; in somnis visa habeant volupta-
riorum & corpora amantium virorum & mulierum, qui nullo iure amatores appellantur. Nã
verus amator, vt illuc applicuit, & cum formosis, quatenus fas est, rationem habuit, erigitur
vt expiatur, perpetuoq; apud ipsum deum in cœlo tripudiat & cum eo vagatur: quoad de-
nuo in Lunæ & Veneris prata delatus & sopitus alteras auspicetur natales. Cæterum sunt
hæc grauioris quam pro præsenti loco argumenti. Enimuero habet hoc quoq; sicut cæteri dii
Cupido, vt quod ait Euripides:

Sit huic coli gratissimum à mortalibus.

Atq; è diuerso, Serenissimus est iis, qui ipsum accurate excipiunt, durus se fastidientibus. Neq;
enim hospitum & supplicum Hospitalis Iupiter violatorum iniuriã, vel parentum deuotio-
nes Natalitius persequitur ita & vindicat cito, vt durius habitos & reiectos amatores velociter
exaudit Cupido imperitorum & insolentium vltor. Nam quid Euxyuthetum & Leucomanti-
dem, quæ nũc quoq; in Cypro Paracyptusa, id est, oblique aspiciens appellatur, cõmemorẽ?
At Gorgus fortassis supplicium Cressæ nõ audistis, quæ pariter atq; illa Paracyprusa fuit mul-
ctata. Nisi quod illa, cũ limis oculis aspiceret amatorem, quem efferebatur, in lapidẽ obrigrue-
rit. Gorgus vero Asander quidã amator fuit adolescens honestus & claro loco natus. Qui cũ
ex splendida fortuna in duram & tenuẽ recidisset, nihil summisit tamen animos: sed Gorgo,
quam diuitiarum scilicet gratia multi proci petebant, vxorem qui genere ei erat propinquus,
poposcit. Multorum hac in re bonorum virorũ studia habebat, omnesq; in sententiam suam
adduxerat eius procuratores & necessarios. * *Multa hic desiderantur.*

Præterea quas causas dicũt & ort⁹ amoris, hæ peculiares neutrius generis, sed ex ambob⁹ sunt
cõmunes. Etenim vt simulachra, quæ irrepunt in amantes & percurrunt, moueant & titillent
corporis tumorem in geniturã cum aliis speciebus fluentem, non potest fieri à pueris, atq; im
possibile est à fœminis: ac pulchras hasce & sacras recordationes, q̃bus anima subuolat, ad di-
uinã illam nos & germanam & cœlestem pulchritudinem reuocamus. Quid igitur vetat, quin
à pueris & adolescentibus, itemque à virginibus & mulieribus, quando mores casti & mo-
desti ex forma & venustate elucescũt, prouenire valeant: quomodo calceus apt⁹ pedis elegantiã
monstrat vt dixit Aristo. vbi in formosis & puris corporibus vestigia clara animi recteque im-
pressa nec turbata perspiciunt, qui id animaduertere callent. Si enim quando rogat⁹ volupta-
rius, propensior in fœminam an in marem sit, respondit: vbi formæ decor floret, ambidextre
videtur & apte pro cupiditate sua respõdisse: quid honestus vir & generosus non ꝓ honestate
& bona indole, sed pro genitalibus instituit amorem? Et si equitii studiosus nõ minus ample-
ctitur Podargi elegantiam q̃ Aethen Agamemnoniã: nec venator maribus tenetur solũ, sed
Cressas etiam & Lacænas canes alit: elegans & humanus vir non ex æquo vtriusque sexus erit
cupidus, sed amantium fœminarum & virorum sicut vestium faciet discrimen: Et quidẽ for-
mæ speciem florem esse virtutis aiunt. Negare autem florere fœminã vel significationem ex-
hibere egregiæ ad virtutem indolis, absurdum est. Etenim recte Æschylus cecinit:

Non me iuuencula oculus flagrans latet,
Experta si complexus est viri semel.

Num igitur animi impudentis, lasciui, & peruersi in fœminarum formis notæ eminent: modesti
& casti nullũ præ se fert facies lumen? Multa quidem insunt & elucescunt, nullum tamen eo-
rum pellit vel conciliat amorem: quorum est neutrũ veritati consonum: sed promiscue sicut
demonstrauimus, vtrique sexui insunt omnia, perinde ac si vacuum consisteret. *Desunt quæ-
dam.* Nunc cum illa Daphneæ pugnamus oratione, quam modo Zeuxippus habuit, amorem
qui esse idem dixit quod cupiditas fluxa & in lasciuiam animum impellens: non quo hæc eius
sententia

eius sententia sit, sed q; frequenter de viris morosis & inamabilibus ita audierit :quorum alii miseras mulierculas dotium gratia ascitas cum pecunia in dispensationem domesticam & sordidas rationes coniiciunt,rixantesq; quotidie eas in sua habent potestate. Alii qui sobolẽ potius quam vxores quærunt,sicut cicadæ in Scyllam aut quid simile geniturã effundunt: sic vbi propere quibuslibet in corporibus fœtificauerunt , & partũ tulerunt,illico salutẽ dicunt nuptiis:vel si consistant,nullam habent earum rationem,neq; curant,vt ament vel amentur. στέργεσθαι enim & στέργειν, id est, deligere,quod litera differt vna à στέγειν, id est , durare , significare statim videtur temperatam necessitate à tempore & consuetudine beneuolentiã. Cuicunq; vero incubuerit & aspirauerit amor: hic primum è rep. Platonica non habebit illud meum &
10 non meum. Quippe non prorsus sunt amicorum omnia communia: nisi in iis, qui corporibus distracti animos vi conglutinant & conflant: quod noluit duos esse se neq; arbitrentur. Deinde ex mutua inter se temperantia, quam inprimis flagitat matrimonium, illa externa lege magis violenta quam voluntaria ex pudore & metu:

Frenorum opus multorum & clauorum simul,

in manibus versatur semper agentibus vna coniugibus. Amori vero tantũ temperantiæ suppetit,tantum concinnitatis & fidei : vt si quando animũ etiam incesserit libidinosum, retrahat eum ab reliquis amatoribus,elidat ferociã, infringat impotentiam & procacitatem, iniectaq; verecundia & silentio sedans & modestiam infundens vni faciat dicto audientẽ. Nostis profecto ex fama decantatam illam atq; multis amatam viris Laidem, quemadmodum sui de-
20 siderio Græciam incenderit: Imo de qua erat inter duo maria contentio : postquam amore correpta fuit Hippolochi Thessali:

Linquens Corinthi arcem, quam fluctus allatrant
Virides.

profugiensq; cæteros amatores clam ac pergẽs Megalopolim recepit se modeste. Ibi fœminæ ex inuidia & æmulatione ob eius venustatem in fanum Veneris deductam lapidibus obtuerũt & necauerunt. Vnde nimirum hac quoq; memoria fanum illud Veneris Homicidæ vocant. Nouimus certe ancillas heroum refugere consuetudinem, & reginas à priuatis fastiditi siquãdo amorem in animo dominum acceperunt. Nam sicut Romæ ferunt designato eximio illo dictatore, magistratum eiurare cæteros, qui aliquem obtinent: ita quoruincunq; amor fa-
30 ctus dominus fuerit, à cæteris dominis & rectoribus manumissi & liberati vt serui templis cõsecrati vitam agunt. Matrona autem generosa, quæ viro iusto est diuincta vrsorum citius & draconum amplexus quã contrectationem & concubitum viri sustineat alieni Exemplorum quamuis magna copia sit apud vos certe, qui dei illius sacris & choris dicati estis : non est tamen Cammæ casus fœminæ Galaticæ prætereundus. Cum huius quæ formæ eximia erat, & Sinato tetrachæ nupta , amore Synorix deperiret Galatatum potentissimus: quod vi stuprũ ei offerre viuente Sinato vel inducere non posset, interfecit illum. Erat Cãmæ solamen & alleuatio doloris paternũ Dianæ sacerdotium, ac fere in delubro degebat, nec vllum ex multis suis & potentibus procis admittebat. At cum non dubitasset eã Synorix de connubio appellare, hominis tentationem non reiecit, neq; de admissis cum eo expostulauit : quasi eo Synorix
40 ipsius charitate & desiderio nõ alia improbitate impulsus fuisset. Qua spe fretus ille venit petitũ eius nuptias. Illa ꝓcessit ei obuiam, comiterq; exceptũ Dianæ aræ admouit, libauitq; ex phiala aquam mulsam, vt creditur, venenatã. Inde cum prior ipsa fere dimidiũ ei⁹ exhausisset, reliquum Galatæ porrexit. Quẽ vt conspexit ebibisse: alte exclamauit, appellato defuncti nomine: Hanc, inquit, dum diem ego charissime vir maneo, mœsta sine te vixi. Nunc accipe me lætus. Nam pœnas cædis tuæ ab omnium mortaliũ sceleratissimo sum persecuta: & consors tibi vitæ, huic mortis cupide sum facta. Ac Synorix, dũ in lectica aufertur, breui post expirauit, Camma, cum diem illum & noctem superuixisset, dicitur magno animo & hilari exanimata fuisse. Eiuscemodi cum multa extent exempla tã apud nos q̃ apud barbaros: quis ferat illos, q Veneri improperant, si adiuncta & sociata amori sit, eam ne amicitia coeat, obstare? Coniun-
50 ctionem quidem cum viro viri intemperantiam rectius & insultum appelles, exclamans:

Hæc insolentia admittit non Cypria.

Quapropter q id pati delectãtur, hos in flagitiosissimo improbitatis genere numeram⁹, nullamq; partem fidei eis, nullam pudoris vel amicitiæ tribuimus: sed reuera iuxta Sophoclem:

Gaudent, amicis qui orbati sunt talibus:
Qui adhuc habent, cupiunt profugere.

Qui vero sua sponte non mali circumuenti fuerunt vel ad morem gerendum vi & ad se ꝓbendum adacti: hi à nullo hominum æque atq; ab istis, qui in se id admiserunt, perpetuo abhorrẽt, nullumq; perinde odere, & exequuntur acriter temporis opportunitatẽ nacti iniuriam. Siquidem Archelaum peremit Crateuas, qui illius amasius fuerat. Alexandrum Pheræum Py-

tholaus. Ambracatarũ tyrannus Periander percunctatus est amasium suum, nondumne vterum gereret: quem ille inflammatus obtruncauit. At mulieribus nuptis femina hæc amicitiæ sunt & magnorum commercia sacrorum. Atq; est quidem, quod ad voluptatem pertinet, res illa exigua: sed quę ex ea expullulascit quotidie reuerentia, gratia, charitas mutua ac fides, neque ineptos arguit Delphus, quod Venerem appellent cutrũ: neq; Homerum, quod eã consuetudinem amicitiam vocet: ac Solonem testatur rerum connubialium intelligentissimum legislatorem fuisse: qui vt non rarius quam ter mense coniugem suam quisq; complecteretur, sanxit: non voluptatis gratiã. Qui enim? Sed vt ciuitates per interualla renouant inter se fœdera: sic quo hac comitate & oblectatione nuptias ex iis, quæ colliguntur quotidie, offensionibus refricent. At multa praue & insane designant, qui mulieres amant. Quid? an non plura 10 insaniora puerorum amor?

Prolapsum causa consuetudinis,
Imberbis & mollis iuuenis q. floridus:
Mortem cupiui & mox sepultura affici.

Cæterum vt hic motus furor exardescens in pueris est, sic neutrum est amor. Absurdũ est igitur etiã aliarum virtutum mulieres esse dicere exortes. Quid memoremus castitatem earũ & solertiam, quid fidem & iustitiam? quando etiam fortitudo, audacia, & animi altitudo est in multis conspicua? Quarum si natura est ad cætera, vt obteri nequeant, apposita, ad solã amicitiam non esse vllo modo compositam affirmare non est consentaneum. Etenim amantes liberorum & virorum sunt, charitasq; in illis omnino fit solum benignum & plantarũ capax 20 neq; leporis expers, neq; Venerum est. Quomodo autem sermonis est poësis condimentum: quæ temperat in eo modos: metra & numeros, atq; aeriorem reddit ad docendum, & vt minꝰ cuitari queat eius nocumentum: sic natura, quæ mulierem exornauit oculorũ venustate, vocis lepore, & blanda faciei specie, lasciuæ ad oblectandũ & decipiendũ, castæ ad viri beneuolentiam & amicitiam multum confert. Ac Plato Xenocratem cætera quidem egregium virũ & magnum, sed moribus supra modum austeris, vt sacrificaret Gratiis, hortabatur. Probam matremfamilias pudicamq; moneat aliquis, vt Cupidini immolet, quo vxoris blandimentis retineatur vir, nec præceps in aliam cogatur voces illas ex Comœdia vsurpare,

Quam coniugem viola probam infelix ego.

Siquidem amare inter coniuges bonũ est quam amari grandius. Quippe multa offensa discutit, atq; adeo, quæ coniugium labefactant, omnia. Affectum vero qui initio pungit & mordet, 30 noli optime Zeuxippe vt vlcus vel gingiuarum pruritum extimesc ere: licet etiam cum vlcere id est, vt ad vocabulum Græcum alludam, tractu arborũ more cum proba coalescere muliere nihil sit mali. Tractio autem fœtandi quoq; initium est. Mixtura autem nulla est eorũ, quæ inter se non afficiantur. Percellunt etiã pueros in tyrocinio disciplinæ, & philosophia iuuenes. Cæterũ vt non adhæret perpetuos his, sic neq; amantibus mordacitas: sed instar liquorum inter se confusorum ebullire initio & agitari amor videtur: tempore inde compositus & subactꝰ habitũ efficit firmissimum. Hæc enim est reuera illa quæ omni ex parte dicitur temperatura. Aliorum amantium vna viuentium temperatura contactibus & complexibus Epicuri similis est, incurrens mutuo & resiliens: vnitatem vero non reddit eam, quam amor in cõmunionem 40 delatus, coniugalem Neq; enim oblectamenta aliunde maiora, neq; vtilitates frequentiores mutuæ sunt, neq; amicitiæ bonum alterius ita illustre & admirandum:

Concors quando animis vir habet cum coniuge tectum.

Etenim lex communis generationis subuenit, deosq; etiã egere amore ostendit natura. Hoc namq; pacto amans esse poëtæ aiunt cœlum terræ, Solem Lunæ amantem physici cõcubitusque celebrare inter se & fœtiscere. Et vero terram hominum genitricem, animantiumque & plantarum omnium genituram nonne interire aliquando & extingui erit necesse: cũ ardẽs amor & desiderium dei defeserit materiam, eaq; non amplius exordium illinc & motionem desideret. Sed ne longius vagari vel magnopere videamur nugari, puériles amores nosti quã multa vanissima adferant, & per iocum dicant, amicitiã esse ipsorum oui modo diuisam trifariam: se autem pastorum more, vbi tempus vernum transegerunt in locis germinantibus & 50 floridis, statim ex hostico castra mouere. Importunius etiam Sophistes Bion formosorum pilos Hermodios & Aristogitonas vocauit: quod simul pulchra tyrannide ab eis amatores liberentur. Hæc iure non exprobrantur germanis amatoribus. At Euripidis est lepidum dictum. Dixit enim, cum Agathonem illum formosum, quiiam barbam germinabat, amplecteretur & suauiaretur, pulchrorum etiam autumnũ pulchrum succedere. Solus amor iustis nõ minus cum canis floret & rugis, sed ad funus vsq; & ad monimentum durat. At pariũ amorum puerilium pauca, infinita muliebrium amorum recensere queam, quæ omnis fidei societatẽ fideliter simul & alacriter cõseruauerunt. Quotũ vnum ex iis, qui nostra memoria sub Vespa-

sian-

ſiano. Cæſare fuerunt, recenſere ſtatui, Iulius, qui defectionẽ in Gallia mouit, cũ multos alios, vt fit, ſocios, habuit, tum Sabinum iuuenem impigrum, diuitiis & generis claritudine omniũ præcellentiſſimum. Hi cum rem magnã tentaſſent, offenderunt: Qui quod pœnas daturos ſe timerent, alii ſeipſos necauerunt, alii ex fuga retracti fuere. Sabinus qui magnam facultatẽ habebat euadendi & refugiendi ad barbaros, vxorẽ duxerat omniũ optimam, quam illic Epponinam vocabant, Græce Heroidem appellare poſſumus. Eam inducere in animum nõ poterat vt relinqueret, vel ſecum deportaret: Habebat ruri cellaria duo pecuniarum ſub terra aperta: quorum erant duo tantum liberti conſcii. Igitur reliquos ſeruos dimiſit, quaſi medicamentis ſeipſum necare ſtatuiſſet: duos autem fidos ſecũ ducens in ſpecus illos deſcendit. Ad 10 vxorem libertum miſit Martalium, nunciatum veneno ſe periſſe, atq; vnà cum corpore villã deflagraſſe. Volebat enim ad confirmandam mortis ſuæ famam luctu vti vxoris vero. Id quod euenit. Nam cum corpus præceps abiecit cum lachrymis & eiulatu, tum tres dies & noctes in inedia perſtitit. Quod vt reſciuit Sabinus, ne omnino ſe illa perditũ iret, præcepit Martalio, vt clam ei viuere ſe indicaret & in latebris agere: oraret autem eã, vt aliquantiſper in luctu perſtaret, nec luctum tamen ſimularet nimium affectate. Atq; illa quidem impoſitam ſibi perſonam ad ſtabiliendam luctus opinionem egregie agebat. Illum autem cum videre aueret, nocte ad eum commeabat & redibat. Poſt clam aliis tantum non in Orco agebat cum viro demptis ſeptem perpetuis menſibus: quibus cũ Sabinũ veſte, tonſura, & capitis velamentis ita adornaſſet, vt non cognoſceretur, Romam eum ſecum comitantibus quibuſdam portauit. Cum 20 ibi nihil effeciſſet, rediit, ac fere eũ illo in ſpecu degebat. Aliquando, vt fœminas amicas & familiares conueniret, in vrbem commeabat. Quod vero omnium fuit ſtupendiſſimum, ventrẽ eam ferre mulieres, etſi cum eis lauaret, non deprehendere. Nam medicamentum, quo comam fœminę illinunt, vt eam auri inſtar fuluam reddant, vnguen habet, quod corpus augeat & inflet, vt gliſcat & turgeat. Eo copioſe vſa in reliquis corporis partibus, ventris tumorem, qui attollebat ſe & augeſcebat, texit. Puerperiũ ſola per ſe pertulit, ſicut in luſtris leæna deſcẽdens ad virum: natoſq; catulos mares (nam duo enixa eſt) educauit furtim: quorum filiorũ alter in Ægypto ex caſu periit, alter non ita pridem Delphis apud nos Sabinus nomine fuit. Eam Cæſar interfecit, deditq; poſt pœnas omni eius familia breui ſpacio deleta. Nihil enim habuit trinciparus ille triſtius, neq; aliud ſpectaculum veriſimile eſt deos & dæmonas magis 30 fuiſſe auerſatos. Quamuis miſerationem mulieris detraxerunt ſpectatoribus ſpiritus eius & magniloquentia: qua præcipue Veſpaſianum exaſperauit, poſtq̃ ſaluti deſperauit, gratias agi ei iubens. Vixiſſe enim in tenebris ſe & ſub terra quam imperantem illum hilarius. Hic narrauit pater ſermoni de amore impoſitum faſtigium fuiſſe, eum ipſi iam prope Theſpias veniſſent. Conſpectum autem ad ipſos properantius accedere vnum ex Piſiæ amicis Diogenẽ. Cui cum procul etiam diceret Soclarus: Num ad bellũ indicendum Diogene ades? Illum, Bona verba, dixiſſe. Nuptiæ ſunt. Non pergetis maturius? præſtolatur vos ſacrificium: Atq; omnes quidem gauiſi ſunt, ſolus viſus offenſus eſt Zeuxippus. At prim⁹ tamen, vt licuit, Iſmenodoræ veniam dedit, & nunc vltro corona & candido pallio ſumpto per forum ad deum præire ſtatuit. Sed eamus. Certe, inquit pater, eamus: quo rideamus hominem ac deum adoremus. Li-40 quet enim lætum eum & propitium hiſce nuptiis adeſſe.

PLVTARCHI

Hiſtoriæ amatoriæ.

DVIT Haliarti, q; oppidum eſt Bœotiæ, formæ venuſtæ puella Ariſtoclia nominẽ Theophanis filia. Huius ꝓci erant Strato Orchomeni⁹ & Haliarti⁹ Calliſthenes. Opulentior Strato puellæ amore ardentius deperibat. Viderat Lebadiæ lauantẽ in fonte Ercyne. Erit enim futura Ioui Regi canephora. Verum ſuperior erat in 50 amore Calliſthenes. Nam & genere erat ei propinquus: Incertus, quid ageret, Theophanes: quod Stratonem metueret opibus & nobilitate omnibus pene præcellentem Bœotis, ſtatuit optionem Trophonio permittere. Strato, cui fides facta erat à puellæ domeſticis animũ eius in ipſum propenſiorem eſſe, reiiciebat rem ad puellæ iudicium. Vt filiam interrogauit coram omnibus Theophanes, & Calliſthenem illa prætulit: in præſentia quidem non diſſimulauit Strato iniquo animo ſe ignominiam hanc ferre: verum elapſo biduo Calliſthenem & Theophanem adiit, petiitq; , vt amicitia ſibi cum illis integra maneret, licet eas nuptias ſibi quiſpiã inuidiſſet genius. Illi probata hác ratione etiam ad epulum nuptiale eum inuitauerunt. Is ſubornauit ſodalium globum, famulorumq; manum haud exiguam clam inter hos diſtribuit. Dum ritu patrio puella ad fontem, quam Ciſſoeſſam dicunt, deſcendit: vt Nymphis ſolennia

ante nuptias sacra faceret. Ibi concursu facto omnes, qui in insidiis erant locati, puellã corripiunt. Et iam trahit ad se illã Strato. Retinet scilicet altera ex parte Callisthenes cũ suis: quoad puella inter manus hinc atq; hinc raptantiũ, prius quam ipsi animaduerterent, expirauit. Ac Callisthenes quidem protinus nusquam apparuit: siue manum sibi intulit, siue in exilium abiit ex Bœotia, nec quid de eo factum esset, potuit quisquam dicere. Strato palam super corpus puellæ seipsum confodit.

PHIDON quidam, qui Peloponnesiorum imperium affectabat, quod patriam Argos principatum tenere in reliquas vrbes vellet, primũ Corinthiis insidias struebat. Depoposcit ab eis per legatos mille ex eorũ pube, qui flore ætatis & virtute præcellerent. Illi mille miserunt: quibus ducem dederunt Dexandrum. Quia vero adoriri hos Phidon deliberatum habebat: quo Corinthiorũ vires debilitaret, atq; ciuitatem sibi faceret obnoxiã (Arcem enim opportunissimam hanc fore totius Peloponnesi) negocium transigendum amicis nonnullis delegauit: in quibus Abron erat Dexandri hospes, cui insidias enunciauit. Ita adolescentes illi prius, q̃ occuparentur, Corinthum incolumes profugere. Porro elaborabat Phidon consilii sui proditorem euoluere, & inuestigabat acriter. Territus itaq; Abron profugit Corinthum, traxitq; secũ coniugem & familiam, atq; in Melisso vico agri Corinthiorum consedit: vbi natus est ei filius, quem imposita ex loco appellatione Melissum apellauit. Huius Actæon filius fuit æqualium suorum longe formosissimus ac pudentissimus: cuius multi amatores fuerunt, præ cæteris Archias de Heraclidarũ familia, diuitiis & opibus supra cæteros Corinthios pollens. Quem cum pellicere non valuisset vim statuit adhibere ac puerũ rapere. Ita comessabundus ad Melissi ædes profectus est cũ amicorum & seruorum agmine, tentabatq; abducere puerum. Obluctantibus patre & amicis, accurrentibusq; insuper vicinis ac retrahentibus, Actæon ita laceratus interiit. Illi se subduxerunt. Cadauer Melissus pueri in forum Corinthiorum delatum monstrauit ab authoribus facinoris pœnam reposcens. Illi vero nihil nisi miserabantur eum. Ita hic cum operam lusisset, domum retulit se Isthmiorum sollenne operiens. Illic Neptuni delubrum conscendit, conuitiisq; lacerauit Bacchiadas, & patris merita Abronis cõmemouit: deosq; testatus in præceps se de saxo dedit, Mox squallor regioni & pestilentia ingruit, cõsulentibusq; Apollinem de remedio Corinthiis responsum fuit à deo iram esse Neptuni: qui, quoad Actæonis necem vindicassent, non esset placandus. Quo audito Archias, qui theorus erat: vltro cessit Corintho, nauigauitq; in Siciliam, vbi Syracusas condidit. Procreatis ibi duabus filiabus Ortygia & Syracusa à Telepho, qui in deliciis ei fuerat, nauisq; dux eum in Siciliam secutus, per insidias interficitur. Vir tenuium fortunatum Scedasus nomine Leuctra habitabat. Est is agri Thespiensis viculus. Huic filiæ duæ erant, quæ Hippo & Miletia, vel vt alii, Theano & Euexippe vocabantur. Erat vir humanus Scedasus, & quamuis in re parua hospitalis. Hic Spartiatas duos ad se diuertentes excepit benigne. Quos puellarum amore captos à vi eis inferenda deterruit Scedasi comitas. Postero die Delphos, quo tendebant, profecti sunt: sciscitatiq; Apollinem, quorũ de causa venerant, retro domum concessere, ac itinere per Bœotiam facto declinauerunt iterum ad Scedasi ædes. Ille forte peregre erat: cæterum filiæ ex solito instituto hospites exceperunt. Qui puellas, quas deprehenderunt solas, per vim stuprauerunt. Eas, cum viderent supra modum ea contumelia infensas, peremerunt, abiectisq; in puteũ recessere. Reuersum domũ Scedasum, vt puellas desiderauit, omnia autem, quæ reliquerat, inuenit salua, res suspensum habebat: dum admurmurante canicula, identidemq; ad eum accurrente, atq; ab eo ad puteum regrediente, coniecit id, quod erat, ac filiarum cadauera extraxit ex puteo. Vt vero intellexit ex vicinis pridie visos, quos nuper hospitio acceperat, Lacedæmonios ad ipsum ingressos: illos facinus patrasse coniecturam capiens ex eo, q, nuper sine fine laudassent puellas, beatosq; dixissent, qui earũ essent potituri nuptiis: Lacedæmonem ad conueniendum ephoros profectus est. Vt appulit in fines Argolicos, appetente nocte ad cauponem quendam diuertit. Eodem quidam alius senex declinauit ex oppido Oreo Hestiatidis. Quem gementem dirasque Lacedæmoniis imprecantem cum Scedasus audisset, requisiuit, quid mali ipsi intulissent Lacedæmonii. Ille exposuit ei sub ditione se Lacedæmoniorũ esse: Aristodemum autem, qui ab Lacedæmoniis Oreum missus erat præfectus, multa sæuitiæ exempla & improbitatis edidisse. Amans inquit, filii mei, postquam gratia nihil efficere apud eum potuit, ad vim est conuersus, aggressusq; eum ex palæstra abripere. Insistente ei magistro succurrenteq; adolescentium caterua, in præsentia ũ quidẽ recepit se Aristodemus. Postremo completa triremi adolescentem corripuit, traiecitq; in vlterius littus, vbi eum stuprare aggressus est. Non permittentem iugulauit, regressusq; Oreum conuiuia agitauit. Qua re cito ad me delata, postquam iusta corpori solui, profectus Spartam conueni ephoros. Cæterum illi nullam mei rationem habuerunt. Quæ vt accepit Scedasus, perculsus est, suspicatus nec se quicquam Spartiatas respecturos, exposuitq; inuicem hospiti suam

ſuam calamitatem. Ille vero adhortabatur eũ, vt ne adiret quidẽ ephoros, ſed repeteret Bœotiam, filiabuſq; tumulum conderet. Haud paruit tamen Scedaſus: ſed delatus Lacedæmonem ephoros appellauit. Quib. rem leuiter ferentib. appellauit reges, mox popularem quemq; cum lamentis. Cum autem nihil proficeret, volitauit mediam per vrbem manus ad ſolem protendens. Hinc terram pulſans, furias ciebat, ad vltimum mortem ſibi conſciuit. Poſt tamen ſupplicia Lacedæmonii præbuere. Nam vt rerum ſunt per totam Græciam potiti, vrbibuſq; impoſuerunt præſidia princeps Epaminondas præſidium, quod Thebis erat, contrucidauit. Eo nomine arma inferentib. Lacedæmoniis Thebani ad Leuctra occurrerũt auſpicium loci ſecuti, q; ante etiam ibi aſſeruiſſent ſe in libertatem: quando ab Sthenelo in exilium Amphyction pul-
10 ſus Thebas ſe contulit: ac cum tributarios inueniſſet Chalcidenſib. eos vectigali exemit, Chalcodonte Eubœenſium rege interfecto. Tunc ergo apud ipſum Scedaſi filiarum tumulum Lacedæmoniorum exercitus ingenti clade totus fuſus fugatuſq; eſt. Fama eſt ante conflictum Pelopidi vni ex Thebanarum copiarum ducib. oblatis fœdis oſtentis perculſo viſum in ſomnis Scedaſum, qui eum bono animo eſſe iuberet: Nam ſigna Lacedæmonios ac Leuctra mouere ſibi & filiab. ſuis pœnas ſoluturos. Pridie autem quam ſigna cum Lacedæmoniis cõferret, equæ candidum pullum apud virginum ſepulchrum mactari præcepit. Pelopidas confidentibus etiamnum Tegeæ Lacedæmoniis, Leuctra miſit inueſtigatum earum ſepulchrum, monſtratoq; ingenti ſpe elatum copias eduxiſſe, ac victoriam retuliſſe.

20 PHOCVS Bœotus origine (erat n. ex Cliſante) pater fuit Callirrhoës puellæ ſpecie & caſtitate eximia. Huius nuptias iuuenes triginta totius Bœotiæ ſpectariſſimi petebant. Verum alias ex aliis moras Phocus, ne vis ſibi adferretur, timens nectebat. Deniq; obſecrantib. illis Apollinis arbitrio optionem relinquere volebat. Ea oratione illi inflammati impreſſione data Phocum obtruncarunt. Medio tumultu puella effugit, perrexitq; per campos. Quæ in ſequentib. ſe iuuenibus in ruſticos delata qui in area frumentum coaceruabant, ab eis eſt ſeruata. Hanc cum abſcondiſſent in frumento, prætererunt, qui eam perſequebantur. Ita ſalute parta feſtũ expectauit omnib. Bœotis ſolenne. Tunc Coroneam profecta ſupplex in Iunonis Itoniæ ara ſedebat, ac procorum flagitium narrans nomen cuiuſq; & patriam edidit. Miſericordiam capientes Bœoti puellæ exarſerunt iracundia in iuuenes. Qui de his edocti Orchomenon confuge-
30 runt. Reiecti ab Orchomeniis contulerunt ſe ad Hippotas. Vicus erat propter Heliconẽ inter Thebas & Coroneam iacens. Hi receperunt eos. A quibus cum per legatos expoſcerent Thebani Phoci percuſſores, neq; illi dederent eos: bellum intulerunt his cum communi Bœotorũ duce Phœdo, qui per id tempus imperium Thebanorum regebat. Circumeidentes vicum, qui munitus erat, fame eum expugnauerunt, homicidaſq; ſaxis obruerunt. Incolas vici in ſeruitutem abripuerunt, mœnibuſq; ac tectis diſiectis diuiſerunt agrum Thebanis & Coroneis. Nocte quæ anteceſſit Hippotarum deditionem, vocem ex Helicone ferunt auditam dicentis cuiuſpiã, Adſum: ac vocem eam Phoci eſſe procos illos omnes triginta agnouiſſe. Quo die lapidibus fuerunt obruti, monimentum in Cliſonte huius ſenis croco memorant fluxiſſe: Phœdum Thebanorum rectorem & ducem ex bello regreſſum, cum nunciatum eſſet ei natam filiam, ac-
40 cepto omine Nicoſtratam appellaſſe.

ALCIPPVS ciuis Lacedæmonius ex vxore Damocrita filias duas habuit: cuius cum ciuitas optimo cõſilio & opera multis in reb. eſſet vſa, in inuidiã eſt ab hominibus diuerſarum partium in repub. raptus: qui falſis delationib. obſtrepentes ephoris moliri res nouas Alcippum cõſciuerunt ei exilium. Atq; ille quidem ex vrbe profugit. Damocritæ vero eius cõiugi ſequi eum filiabus virum paranti vetuere. Imo vero ne dos ſuppeteret virginibus, etiam patrimonium eius publicauerunt. Sed & inimici, cum nonnulli puellas ob virtutem paternam iungere ſibi connubio cuperent, interdixerunt lege ne quis puellarum nuptias ſibi conciliaret, prætendentes votum feciſſe frequenter matrem eius Damocritam, vt quam citiſſime gignerent filiæ liberos, qui illatæ patri iniuriæ pœnas perſequerentur. Cum iam vndiq; Damocrita agitaretur, capta-
50 uit feſtum quoddam publicum, quod fœminæ cum virginibus, propinquis, & infantibus celebrabant: coniuges autem eorum, qui in magiſtratu erant, ſeorſum magno in Androne pernoctabant: ac gladio ſub veſte accincta traheniq; ſecum filias noctu penetrauit in delubrum, tempus obſeruans, quo omnes in Androne ſactis arcanis operabantur. occluſiſque aditibus, materiæ magnam vim, quæ ad ſolenne ſacrificium ab illis parata ad manum erat, ſuccendit. Concurrentibus ad opem ferendam viris filias Damocrita iugulauit, & poſt illas ſeipſam. Cum iam Lacedæmonii, in quos effunderent iram, non haberent, extra fines Damocritæ filiarumq; eius corpora proiecerunt. Qua de cauſa infenſo deo magnum illum terræ motum Lacedæmone traditum eſt memoriæ extitiſſe.

PLVTARCHI PRAECEPTA CONNVBIALIA.

Plutarchus Polliano & Eurydicæ S. D.

SECVNDVM ritum patrium, quo Ceteris vos sacerdos connubio copulauit, existimo, si orario quoq; assistat vobis, carmenq; vna cantet nuptiale, aliquid eam operæ precii facturā ac legi concinens. In musicis n. modorum tibialium vnum hippothoron vocabant, Eo modulabantur, vt equis acuerent, si quando flaccescere videbātur in admissura, ardorem. Philosophia vero institutiones habet multas & præclaras: quarum est nuptialis hæc nulla inferior: qua demulcens eos, qui vitæ consortium ineunt, mãsuetos efficit inter se & tractabiles. Quæ igitur subinde accepistis, dum in philosophia enutriremini: eorum conscripta à me sub similitudinib. quibusdam concisis, quo retineri valeant memoria cōmodius, dono ambobus communi mitto, votum faciens, vt adiungant se & præsto sint Veneti Musæ. Siquidem neq; lyram vllam neq; citharam potius conueniat eis, quam in nuptiis & domo compositam concinnitatem ex doctrina, concinentia, & philosophia prçstare. Namq; iuxta Venerem veteres Mercurium vno in sacello collocauere, quod voluptas genialis præcipue sermonē postulet, Suadamq; & Gratias: blandimentis vt impetrent à se mutuo ea, quæ fert animus, non certamine neq; contentione. Solon præcepit, vt sponsa vorato malo cydonio cum sponso concubet: obscure nimirum significans oris & vocis debere gratiam primum comem esse & suauem, In Bœotia obuelatam sponsam asparagonia coronant. Vt n. fructum illum edit asperrima ex spina suauissimum: sic sponsa ei, qui primam suam non refugit neq; auersatur asperitatem & acerbitatem, contubernium lene præbebit & dulce. Qui veró virginum prima iurgia non sustinent, hi nihil discrepant ab iis, qui vuç acerbæ causa permittunt aliis maturam. Item multæ nouæ nuptæ auersantes initio sponsos similiter faciunt atq; illi, ictum qui tulerunt apis, & fauum proiiciunt. Debent matrimonio iuncti in principio potissimum concertationes & offensiones deflectere: quando compacta vasa cernunt à leuissima occasione initio diuelli facilime: Postquam vero constricta die compago est, ægre ab igni & ferro resolui. Sicut in paleis, papyro. & pilis leporinis prompte ignis accēditur: extinguitur autem citius, si materiam aliam nullam, quæ conseruare & alere queat eum, amplectatur: sic is, qui ex corpore & forma est accensus, repente flagrans coniugum amor nouorum, haud ducendus est diuturnus vel stabilis, nisi sit moribus sancitus, atq; animum allexerit, itaq; habitum ceperit viuum. Piscatio, quç fit medicamentis, cito comprehendit & capit facile piscem, cæterum ingustabilem & prauum reddit: perinde quæ amatorium vitus & præstigias machinantur in viros, eosque voluptate capiunt: hæ cum stolidis, amentibus, & labefactatis ætatem exigunt. Neque enim oblectauerunt Circen illi, qui fuerunt potionati, neque ex iis, qui conuersi in apros & asinos erant, cepit illa voluptatem. At Vlyssem virum cordatum, cuius erat sapiens consuetudo, mirifice dilexit. Quç affectant potius viris imperare amentibus, quam esse sapientibus audientes, æmulantur eos, qui esse in via malunt cæcorum duces, quam eos, qui viam norunt & vident, sequi. Pasiphaën non credunt regi nuptam amore deperisse bouis: cùm nonnullas cernant seuerorum & temperantium aspernantes: intemperantia autem & libidine delibutis quasi canibus & hircis libentius se subiicientes. Qui ex imbecillitate & mollitia in equos insilire non valent: hi illos summittere genua docent & procumbere: haud aliter nonnulli, qui generosas vel opulentas vxores duxere, non se reddunt meliores: verum illas deprimunt: quasi magis iis imperaturi abiectis. Atqui oportet sicut equi magnitudinem seruantem: sic dignitatem vxoris vti freno. Lunam, vbi abscedit à sole, illustrem contemplamur & lucidam quæ, cum ei est vicina, hebetatur & occultatur: contra oportet castam matronam maxime præsente conspici viro, absente domi claudi, & latere. Parum rectè ait Herodotus ponere mulierem vna cum tunica pudorem. Nam contra tunicæ loco amicit se pudica pudore, summique amoris summa verecundia vtuntur inter se pro nota: vt si soni duo sumantur concinentes, modus fit grauioris, sic omni in recte constituta domo proficiscitur quidem ab ambobus actio consentientibus, præfert tamen viri imperium vel etiam consilium. Boream sol superauit. Nam homo detrahere vento pallium nitente & increbescente vestem astringit & comprimit magis. Enimuero efferuescente sub auram sole tepescens, mox exæstuans etiam tunica vna cum pallio spoliat se. Haud secus faciunt plæræque mulieres: eripientibus vi delicias & luxum viris obnituntur & stomachantur: quæ si ratione inducantur, deponunt facile & modeste ferunt. Mouit Cato senatu eum, qui coram filia fuerat vxorem osculatus. Fuit sane hoc vehementius. Quod si iam est, sicut est, præsentibus aliis osculari se mutuo, suauiari & complecti fœtum, an ne præsentibus aliis fœdius inter se conuitiari & altercari? & consuetudinem cum vxore familiariter agere clam, correptione vero & querimonia & admonitione vti aperta atque in propatulo? Vt speculum

auro

auro & gemmis distinctum, nisi formæ similitudinem reddat, nullius est vsus: ita nec vxor locuples, nisi vitam ad virum componat & mores concinnet, vllius est pretii. Si læti imaginem repræsentet speculum tetricam, & e diuerso, tristis & tetrici hilarem ac ridentem, mendosum est & prauum. Nempe etiam praua mulier est & importuna, quæ ludere cupiente atque amplecti eam marito contrahit vultum: rursus agente aliquid serii, ludit & ridet. Habet enim contemptum hoc, illud asperitatem. Atqui oportet, vt ferunt geometræ, lineas & superficies non per se solas, sed vna moueri cum corporibus: item proprium habere mulierem affectum nullum: sed cum viro serium, ludum, mœstitiam, risum communicare. Qui coniuges suas non libenter contemplantur vescentes secum & bibentes, vt seorsum se iniurgitent, commonstrãt eis: sic qui non conuersantur cum vxoribus iucunde, neque ludum & risum iis participant, docent eas seiunctas ab ipsis peculiares voluptates circumspicere. Matresfamilias reges Persarũ iustas adhibent cœnis & epulis suis. Quod si animus sit ludere & perbacchari, has ablegant, cantrices & pellices accersunt: Recte sane atque ordine, quod in consortium non admittant matronas lustrorum & popinæ. Si ergo vir plebeius, qui libidinibus manciparus dissolutusque sit, admiserit quid cum scorto aut ancilla: non debet fremere neque succensere vxor reputans eum temulentiam, lasciuiam & petulantiam ipsius pudore alteri impertire. Reges, qui musica delectantur, multos musicos reddunt, studiosi dicendi disertos, certaminum cupidi athletas. Haud aliter corpori colendo vir nimium deditus coniugem efficit comptricem, libidinosam voluptarius & salacem, castam verecundamq; honesti & virtutis amans. Puella Lacæna rogante quopiam, complexane iam virum esset: Minime vero inquit, ego: sed me ille. Hic esse mos meo iudicio debet matrisfamilias, vt neq; defugiat neq; auersetur ea exordiente viro, neque occipiat ipsa. Hoc enim meretricium & impudens factum, illud est superbum atque ab amore alienum coniugali. Amicos non conuenit mulieri vt quærat priuatos, sed communibus viri vtatur. Sunt autem amici primi & maximi dii. Quare deos, quos consueuit vir colere, hosce vxor decet vt cognoscat solos, curiosas religiones superstitionesque excludat atrio peregrinas. Nulli namque deorum furtiua sacra & clancularia, quæ fiunt à muliere, grata sunt. Felicem ac beatam esse dicit Plato ciuitatem illam, vbi meum & non meum quam minime audiuntur loquentes, quod vtantur, quam maxime fieri potest, ciues rebus honestis. Multo magis eiuscemodi ex coniugio pellenda vox est: nisi quod, sicut aiunt Medici partium ictus sinistrarum reducere in dextras sensum, sic mariti incommodis moueri vxor debeat, vel potius vir vxoris: vt quomodo nodi implicata connexione robur ex se mutuo accipiunt, ita reddente beneuolentiam vtroq; reciprocam commercium per ambos conseruetur. Miscet enim corporibus nos natura, quo ex vtroque portione sumpta ac confusa commune, quod genitum est, ambobus reddat: vt discernere vel diducere suum vel alienum queat neuter. Itaque hæc quoq; pecuniæ societas conuenit coniugibus inprimis, vt in vnas rationes omnis confusæ concretæque non partem suam propriam, partem alienam: verum totum proprium & nihil ducat vterque alienum. Vt vinum temperatum, licet maiore ex parte aquæ constet, vinum appellamus: sic census & res familiaris, quamuis plus contribuerit vxor, nuncupanda viri est. Auida diuitiarum Helena, Paris voluptuosus, sapiens Vlysses, pudica Penelope. Quapropter faustum ac felix horum coniugium, illorum tulit Græcis & Barbaris Iliadem malorum. Romanus ille, quod vxorem pudicam, opulentam, & speciosam dimisisset, ab amicis castigatus, protenso calceo: Nempe & hic, inquit, aspectu pulcher est nouusq;: cæterum vbi me premat, nouit nemo. Debet ergo non doti, non imaginibus, non formæ fidere mulier: verum quibus potissimum virum ducit, comitate, modestia, facilitate, hæc non dura neque odiosa quotidie: sed grata, sed iucunda sed blanda præstare Nam vt febres Medici ex causis natas cœcis ac minutatim collectis plus quam eas, quæ euidentes & insignes habent occasiones, metuunt: sic quæ vulgus fallunt exiles offensiones perpetuæque ac quotidianæ mulieris & viri magis diuellunt & labefactant eorum contubernium. Amabat rex Philippus mulierem Thessalam, quæ suspecta erat, quod eum incantaret. Hanc studuit Olympias in potestatem suam redire. Quæ vt in conspectum eius venit, & liberali forma visa ac sermocinata cum ea est non ingenerose neque insipide: Valeant inquit calumniæ Olympias: Venena ista in te ipsa habes. Vnde res euadit inuicta iusta materfamilias si omnia in se reponens, dotem, natales, præstigias, illecebras, modestia & virtute conciliet beneuolentiam. Alias Olympias cum adolescens quidam aulicus vxorem duxisset formosam quidem, sed famosam: Hic, infit, consilio destitutus est: alioquin oculis vxorem non duxisset. Siquidem non oculis decet neque digitis ducere: quomodo nonnulli supputant, quantum dotis afferentem accipiant, non quemadmodum secum victuram reputant. Præcipiebat Socrates adolescentibus, qui se intuerentur in speculo, iis, qui deformes erãt, vt emẽdarent fœditatem vultus virtute: qui pulchri, ne formam vitiis deformarent. Recte etiam materfamilias fecerit, si cum in manibus speculum habet, secũ loquatur, turpis: Quid autem, si casta

non

nõ sim? speciosa: Quid autem, si sim casta? Est enim turpe, si diligitur morum potius quam formæ gratia, præclarum. Lysandri filiabus tyrannus Siculus stolas & monilia magnæ dignationis misit. Ea non admisit Lysander, qui ait: Mundus hic deturpauerit quam exornauerit potius meas filias. Ante Lysandrum id dixit Sophocles:

Ornatus hic non est miser, sed fœditas
Videatur, ac mentis vecordia tua.

Ornamentũ est n. vt inquit Crates, q̃ ornat. Ornat autem, quod mulierem ornatiorem reddit. Id efficit non aurum, non smaragdus, non coccus: sed quæ grauitatis, modestiæ, verecundiæ imaginem exhibent. Qui præsidi nuptiarum sacra faciunt Iunoni, non adolẽt cum reliqua hostia fel, sed eximunt proiiciuntq; apud altare. Quare innuit legislator nunquam oportere bilem vel iram matrimonio adesse. Quippe debet matrisfamilias sicut vini commoda esse & grata austeritas, non sicut aloæ amara neq; virosa. Plato Xenocrati, qui moribus erat plus satis tetricis, cætera bonus & honestus sacrificare iussit Gratiis. Equidem Gratiis etiam putem opus esse ad virum caste: quo, vt ait Metrodorus, viuat cum eo iucunde: non vt iræ indulgeat, quod casta sit. Oportet namq; frugalem nõ negligentem esse mundiciæ, neq; viri amantem comitatis. Siquidem reddit sanctitatem mulieris peruersitas ingratam, sicut frugalitatem immundicies. Quæ veretur atridere viro aut agere quid, ne habeatur ferox & * lasciua, hæc nihil differt ab ea, quæ ne videatur caput eius vnguenta redolere, nec vngat se: ac ne fucare faciem, nec lauet se. Porro cernimus poëtas & oratores, qui dictionem plebeiam defugiunt illiberalemq; & affectatam, rebus dispositione, & grauitate vt auditorem ducant & impellant, elaborantes. Quapropter debet item, si recte atq; ordine facere volet, omnem luxuriam, fucum & pompam materfamilias declinare & defugere: satagere vero in morum & vitæ venustate aduersus virũ, virtute cum voluptate coniuncta familiarem reddens. Sin vero natura quæpiam sit austera, & dura, & tristis: erit id viro boni consulendum: atq; exemplo Phocionis, qui, cum ei rem Antipater minus honestam & eum non decentem imperaret: Non vales me, inquit, & amico vti & adulatore: perinde de vxore reputandum pudica & acerba: Non possum cum eadem pariter vt matrona & vt meretrice viuere. Fœminis Ægyptiis, quo domi se continerent, non erat vti calciamentis moris. Plærisq; mulieribus si calceos detraxeris auratos, armillas, periscelidas, purpuram, & vniones, domi manebunt. Theano obiter nudauit manum, cum circumiiceret stolam. Ibi cum diceret quidam: O brachium pulchrum: Verum non publicum, inquit. Atqui decet non brachium modo, sed ne sermonem publicum esse fœminæ castæ: imo vocem vt corporis detectionem vereri eam & cauere apud extraneos. Quippe elucet ex ea & animi motus & mores & affectio loquẽtis. Eliorum Phidias Venerem testudini insistentem fixnit, domi manendum significans & silendum fœminis. Debet enim loqui vel ad virum, vel per virum: nec, si per alienam linguam tibicinis modo sermocinetur honestius, modeste ferre. Locupletes & reges ampliorem honorem habendo philosophis iuxta semetipsos atq; illos ornant. Philosophi vero, qui diuites obseruant, non illos claros, sed se reddunt obscuriores. Idem vsuuenit mulietibus. Si summittant se viris, celebrantur: si vero iis in animum inducant imperare, turpiores se quam, qui parent, viri præbẽt. Deberautem in vxorem vir dominari: non quomodo in mancipium dominus, sed vt animus in corpus, consentiens ei & conspirans beneuolentia. Quemadmodum igitur corporis licet ei curam agere, vt tamen voluptatibus huius & libidinibus non ancilletur: sic præesse vxori oblectando & indulgendo. Philosophi corpora aiũt quædam ex distractis constare, ceu classem & exercitum: alia ex compactis vt domum & nauem: nonnulla esse vnita & concerta, vt sunt animantia quæque. Eodem pene modo connubium est amantium vnitum & concretum eorum, qui dotium aut prolis gratia iunguntur, ex compactis: concubantium, ex distractis: quos vna habitare dixeris, non censeas vna viuere. Atqui oportet, vt physici humida autumant omni ex parte temperari inter se: sic matrimonium contrahentium & corpora & facultates & amicos & necessarios mutuo concorporari. Etenim legislator interdixit Romanus munera dare & accipere inuicem connubio iunctis: non ita, ne quid ab altero altet caperet: verum cuncta vt communia censerent. In vrbe Africæ Lepti moris est, postridie nuptiarum vt ad sponsi matrem mittat sponsa ollam postulatum: Illa non det, sed neget habere se quo noscens ab exordio socrus animum nouercalem, si quid accidat postea acerbi, ne ægre ferat neq; indignetur. Hoc cognoscens debet mitigare occasionem mulier. Est autem matri cum ipsa de charitate æmulatio. Huic morbo medicinam faciat, si beneuolentiam priuatim conciliet sibi viri, non à parente distrahat vel carpat. Natos videntur genitrices diligere, quod ipsis opitulari queant: patres filias vt quæ ipsorum opem requirant, fortassis etiam honore mutuo id, quod magis est alteri familiare, vult complecti, & amare præ se ferre. Cæterum sit hoc forsitan controuersum. Enimuero illud elegans, si procliuior vxor ad honorandos mariti quam suos parentes conspiciatur: & si qua ei acciderit offensio, ad referendum

*Alii, amosa.

10 20 30 40 50

dum, ad illos atq; celandum suos. Fit enim, si fidem habere videare, tibi vt habeatur fides: & si diligas, vt diligare. Græcis, qui sub Cyri signis erant, edixerant duces: vt hostes, si cum vlulatu inferrent se, exciperent silentio: si illi silerent, ipsi vt sublato clamore darent in eos impressionem. Cordatæ autem fœminæ stomachantibus in flamma viris conticescunt: tacentes vero illos appellando consolandoq; leniunt. Recte incusat Euripides eos, qui inter pocula lyram adhibent. Oportebat enim in bile & luctu potius accersere musicam, quam in voluptatibus demersos insuper dissoluere. Existimate igitur vos peccare illos, qui libidinis causa mutuo concubant. Vbi vero offensio vel altercatio aliqua intercessit, seorsum cubant, neq; tum imprimis optimam earum rerum Venerem medicam accersunt: vt alicubi docet poëta, qui Iunonem

10 fingit dicentem:

Immensa illorum mox iurgia soluam,
In thalamum suadens concedere amore iugandos.

Cum semper oportet vbiq; vitare, ne incurrat in virum vxor, neq; vir in vxorem: tum vero præcipue in cubili & thoro hoc declinare. Nam quædam parturiens & languens ad eas, quæ reponebant ipsam in lecto, ait: Qui medeatur hisce luctus, in quę in lecto incidi. At quas lectus excitat pugnas, iurgia, & offensas, haud temere hæc alio loco & tempore discutiantur. Videtur Hermione dicere vere:

Aditus malarum me mulierum perdidit.

Non fit vero hoc simpliciter: cæterum quando contentiones & æmulationes aduersus viros

20 non fores tantum eiuscemodi fœminis, sed auditum quoque reserant. Tunc igitur præcipue oportet sapientem mulierē occludere aures ac susurrationes defugere, ne igni addatur ignis, ac in promptu habere illud Philippi. Fertur enim, cum inflammaretur ab amicis in Græcos, quod licet bene de eis merito Philippo obtrectarent, tamen dixisse: Quid ergo, si male de eis mereamur? Quando ergo iniuria affici à viro te amantē eius & pudicam, dicūt delatrices, subiicies: Quid igitur, si odisse cœpero eum & lædere? Qui fugitiuum post interuallum temporis conspexit & persecutus est: vt præuertit ille in pristinum refugere, vbi mallem, infit, eum, quā hic inuenire? Ergo mulier, quæ ex æmulatione diuerti à viro intendit & cruciatur, dicat ad se ipsam: Vbi malit contemplari me & quid agentem æmula, quam ægram animi & à viro diffidentem, domumq; & thorum relinquentem? Arationes agūt Athenienses tres sacras, primam

30 in Scyro vetustissimum monumentū sementis, in Raria alterā, tertiam sub vrbe, quam Iugalē vocant. Harum est omnium coniugalis sementis & aratio sacratissima, quæ sobolis procreandæ causa celebratur. Recte Venerem Sophocles frugiferam Cythercam appellauit. Vnde ea est viro & mulieri vsurpanda præcipue, temperandumq; prophanis & iniustis aliorum complexibus: neq; faciunda sementis ibi vnde nihil sibi nasci volunt: imo si quis natus fœtus fuerit, erubescunt & cum supprimunt. Recitante oratore Gorgia Olympiæ Græcis de concordia orationem Melanthus: Hic nobis inquit, author pacis est, qui sibi ipsi, vxori, & ancillæ, qui domi suæ tres sunt, vt consentiant non persuasit. Tenebatur nimirum amore quopiam Gorgias, & coniunx æmulatione in ancillam. Domum igitur oportet bene compositam & consenti-

40 entem habeat is, qui componere constituit forum & amicos. Magis enim apparet mulierum quam in mulieres admissa esse vulgo obscura. Felem vnguentorum odore exagitari & in rabiem ferunt agi: pari modo, si ab vnguentis infestari exireque de potestate vxores contingeret, graue foret, si non parcerent vnguentis viri, sed fugitiuæ causa voluptatis ita ferrent eas affligi. Quando itaque sic afficiuntur, non si renideant vnguenta viri, sed rem habeant cum scortis: iniquum est tantillæ delectationis gratia tantopere coniuges torquere & solicitare: non sicut apibus, quod abhorrere hæ & pugnare videantur cum iis, qui cum mulieribus habuerunt consuetudinem, puros & mundos ab aliarum concubitu fœminarum iungere se coniugibus. Vestem candidam, qui accedunt ad elephantos cauent ne sumant, neque rubeam, qui ad tauros. Quippe animantia hæc ab iis coloribus maxime efferantur. Tigres memorant sonitu tym-

50 panorum semel in rabiem agi ac laniare semetipsas. Quando igitur etiam viri aliqui, cum vident vestes coccineas & purpureas, id moleste ferunt, aliqui cymbalis ac tympanis offenduntur: quid causæ est, quin his abstineant mulieres, ne exagitent & exacerbent maritos, sed cōuersentur cum iis modeste & mansuete: Mulier quæpiam Philippo, qui eam attrahebat nolentem: Mitte me, inquit: omnis mulier amota lucerna eadem est. Id ad adulteros & lasciuos dictum est recte. At matronam decet, præsertim sublato lumine non eandem ac vulgus fœminarum esse: sed esse conspicuam viro, vbi non conspicitur corpus, eius castimoniam, mores peculiares, modestiam, & amorem coniugalem. Senes monebat Plato, magis verentes vt essent adolescentium, quo & illi sint ipsorum reuerentes. Siquidem vbi impudentes sunt senes, ibi ruborem aut pudorem iuuentuti nullum infundi. Hoc tenendum est viro, nullius magis, quam vxoris eum subeat pudor: velut thorus illi schola sit modestiæ aut libidinis futurus. Qui vero

vero ab iisdem voluptatib. quibus fruitur ipse, eam auocat, nihil differt ab eo, qui iubet vxorē vt cum hostib. quibus ipse se dedidit, dimicet. Porro de elegantiæ studio volue tu Eurydice Timoxenis ad Aristillam scripta, atq; vt ea memoria complectaris, da operam. Tu vero Polliane noli existimare temperaturam à superuacaneis & exquisitis cōiugem, hæc si te nō fastidire cōtempletur in aliis verum in auratis poculis, pictis cubiculis, mulorum phaleris, equorū collaribus duci. Quippe nequeas expellere gynæceo eum, qui medio in androne versatur, luxum. Ac tu quidē, qui eius iā es ætatis, vt incumbere debeas in philosophiæ studia, iis, quæ cum demonstratione & probatione traduntur, mores fac vt exornes colloquendo ac sectando eos, qui prodesse tibi possunt. Vxori vero quod ex vsu est, vndiq; apis modo colligens, ac ferens in te ipse participa, ac fere cum ea colloquia, atq; ita gratas ei & familiares doctrinas optimas redde; 10

Quandoquidem pater es tu illi veneranda q; mater,
Tu frater.
Nec minus est vxorem audire dicentem graue,
At es tu mihi vir

præceptor, & philosophus, & rerum magister optimarum & diuinissimarum. Nam primū à rebus absurdis abducunt huiuscemodi disciplinæ mulieres. Erubescet enim, quæ geometriam addiscit, fœmina saltare, neq; veneficiorum desiderabit incantamenta, quæ Platonis fascinata sermonibus est & Xenophontis. Quod si qua deuocare lunam profiteatur, ridebit inscitiam & insulsitatē earum, quæ hisce fidem adhibent mulierum, quæ Astrologiæ non sit rudis, & de Aganica audiuit Hegetoris Thessali filia: quæ eclipticorum pleniluniorum callens cum tempus 20 quo lunam contingit terræ vmbram subire, præsensisset, imponebat persuadebatq; mulierib. lunam se de cœlo deuocare. Prolem nulla vnquam fœmina citra viri consortium concepisse fertur. Cōceptus informes carneosq;, & eos qui concretionem accipiunt ex corruptione, molas vocant. Hoc vtiq; ne in animis existat mulierum, cauendum. Nisi enim sermonum semine proborum impleantur, vel in partem veniant cum viris doctrinæ, ipsæ per se monstrosa multa & praua consilia motusq; concipiunt. Tu vero potissimum Eurydice elabora, vt sapientum & bonorum virorum facete dictis consuescas, ac perpetuo voces illas in ore habeas, quæ apud nos, dum adhuc virgo esses, colligebas: quo virum oblectes, atq; à mulieribus aliis, quę tam culta eximie & magnifice sis nullo precio, suspiciare. Quippe huius opulentæ fœminæ vniones, & illius peregrinæ auferre non est sericas vestes, neq; nisi magno comparaueris, corpori accō- 30 modare. Enimuero Thenaûs ornamentis, Cleobulente, Gorgus Leonidis coniugis, Timocliæ Theogenis sororis, Claudiæ Priscæ, Corneliæ Scipionis, aliarumq;, quotquot notabiles ac memorabiles fuere: his, inquam, redimita gratis & ornata clare simul ac beate viuas licet. Etenim si, quod carmina scriberet eleganter, in tātum spiritus sustulit Sappho, vt ad locupletem quandam scriberet:

Iacebis extincta, & non vlla memoria
Erit tui, neq; enim ex Puria rosas habes.

Quid ni magis tibi licebit tollere animos atq; tua ipsius causa excitari si non rosarum, sed fructuum sis consors: quos Musæ ferunt donantq; literarum & philosophiæ studiosis.

40

De rebuspub. quæ à singulis, & à populis & à paucis tenentur.

IN Hoc sane iudicium cum ipse quoque, quam habui vobiscum heri, inducerem disceptationum: videbar mihi vere vel per somnium virtutem politicam audire dicentem:

Decantata mihi est sacro basis aurea cantu.

exhortetur & traducat ad remp. iacta est oratio: si Attico iam debitam superstruamus exhortationi institutionem Debetur autem ei, qui recepit adhortationem & ardorem ad capessendam rempublicam ex quo audire & accipere præcepta est: quorum præsidio, quantum efficere 50 homo queat, vtilis erit ciuitati, ac cum securitate & merito honore etiam rationes suas priuatas tuto loco collocabit. Porro quod conducit ad consequentia, ac superius dictis comitatur, id considerandum, quænam præstantissima sit respub. Vt enim vitæ rationes hominis plures sunt: sic est populi recte instituta respub. vita. Quare capere necessarium sit optimam. Aut enim de omnibus deliget hanc Politicus: aut de reliquis, hanc si nequeat, ei germanissimam. Ac dicitur quidem politia etiam, cum quis in consortium venit omnis iuris ciuitatis. Quomodo Alexandro dicimus politiam, id est, ciuitatem Megarenses decreuisse. Qui cum studium corū pro ioculari duceret, commemorasse ferunt illos solo se superiori memoria ciuitatem Herculi & secundum illum ipsi decreuisse: ita eum admiratione affectum agnouisse honorem, digna-

tionem taritate metientem. Dicitur etiam viri politici & remp. tractantis vita politia, id est, a ctiones. Qua ratione Periclis politiam celebramus & Biantis, Hyperboli & Cleonis obterim°. Sunt qui vel vnam actionem in remp. dexteram & splendidam politiam appellent: vt donation largitionem, belli explicationem, legislationem. Qua ratione politiam, id est, remp. gessisse certum dicimus: si quid forte recte atque ordine publice perpetrauit. His in omnibus dicitur politia ordo & status ciuitatis temperans actiones. Hinc politias, id est, reip. rationes esse treis aiūt, dominatum vnius, paucorum ius & ditionem popularem ciuitatem. Quorum libro tertio fecit Herodotus contentionem, appareteq; eas formas communissimas esse. Nam cæteras sicut in formis musicis, modis remissis primis vel contentis existere contingit absonas & inconcinnas, prout claudicant vel modum excedunt. Has, quæ & plurimum & maxime pollentes gentes fuerunt, sortitæ sunt rerumpubl. formas: Persæ regnum cum soluto & libero arbitrio, Spartiatæ rigidum paucorum optimatium ius & ditionem, Athenienses immunem & mere popularem ciuitatem. Quarum tirubantium deprauationes & enormitates sunt illæ quæ tyrannides & factiones appellantur & infimæ plebis regimina: quando regnum asciuit liberam insolentiam, paucorum ditio contumeliam & procacitatem, resp. popularis licentiam, æqualitas enormitatem omnes vero vecordiam. Vt igitur harmonicus & musicus quamuis omne instrumentum vsurpabit consonanter: si id ex arte temperauerit, & cum ratione vnumquodq; pulser, sicut concinne resonare comparatum est: attamen consilium si sequatur Platonis, sambucis & psalteriis, quæ numerose sonant, barbitoq; & trigono transmissis lyram & citharam anteferet: Politicus item Laconicam paucorum ditionem & Lycurgiam rite tractabit, si coaptauerit sibi viros æque pollentes & honoratos, leniterq; eos impellat. Recte etiam ac numerose variisq; sonantem chordis accedet ad popularem ciuitatem hinc remittendo, hinc intendendo remp. laxandoq; in loco, & rursus instando acriter obniti & obluctari doctus. Quod si optio ei rerump. sicut organorum sit data: nullam, si Platonem audiat, præ vnius principatu elegerit: qui vnus valet completum & illum qui reuera orthius dicitur, virtutis tonon sustinere, nec ad necessitatē vel ad gratiam, aliter quam ex vsu sit, aptare. Nam reliquæ quidem reip. formæ obnoxium quodāmodo imperium habent, atque impulsæ impellunt politicum, qui non teneat potentiam solidam in eos, à quibus habet vires, sed subigitur sæpe exclamare Æschylium hoc: quod ad fortunam expugnator vsurpauit amisso imperio Demetrius:

Tu me tibi genuisse, tu me perdere
Videris.

PLVTARCHI

An tractanda seni resp. sit, Commentarius.

CRebro te Euphane, qui Pindari laudum buccinator sis, hoc vt recte & scite dictum ab eo de ipsis edendis ludis in ore habere,

Prætextus in densas virtutem compulit
Tenebras.

haud fugit nos. Quia vero cum plurimas habent ad munera ciuilia detrectanda languor & effœminatio prætextus, tum nouissimum velut ab sacra anchora adducunt senectutem: qua certe dum videntur potissimum animum laudis cupidum perstringere & retardare, esse ostendit cōuenientem non athletici modo, verum etiam ciuilis metam curriculi: faciundū mihi putaui, vt quæ animo mecum assidue verso, ea tibi de gerenda à senibus rep. exponam: quo neuter nostrum longinquam viam, qua hactenus vt socii communi sumus progressi, intermittat, neq; vita ciuili vt cœno & familiari amico reiecto ad aliam transeat insolitā, quæ, ne assueta fieri & cōtubernalis queat, tempore sit exclusa: verum in primo instituto persistamus, eundemq; viuendi & recte viuendi faciamus finem. Nisi sane velimus in angusto, quod superest, prolixum vt parū recte & incassum contritum damnare tempus. Neque enim tyrannis, vt non nemo Dionysio dixit, præclara sepultura sit: sed illi quidem, quod non desineret dominatū cum iure violando, calamitatem inuexit grauiorem. Ac quomodo Diogenes post, cum Corinthi filium eius ex tyranno factum priuatum vidisset: Quam indignam te agis, inquit, Dionysi vitam. Neque enim hic te nobiscum agere oportebat libere & secure, sed illic in tyrannidis domicilio inclusum, sicut pater tuus, consenescere. At resp. popularis legitimaq; viri, qui præstare consueuit seipsum non minus parentem in bonum publicum quam imperantem, sepulturam vere præclaram ex vita gloriam morti adiungit.

Namque hoc subit terram nouissimum:

vt ait Simonides. Nisi ante quorum mortem extinguitur humanitas & honesti studium, citiusque quam necessariorum cupiditas virtutis amor fatiscit: quasi partes eorum animus negociosas & cælestes, quam turbulentas & corporales obtineat flacidiores: quod nec recipere debemus, cum aiunt solum facientes quæstum non defatigari nos, sed dictum etiã Thucydidis corrigere: vt non modo ambitionem existimes non sentire ætatem, sed potius sociabilis consortionis colendæ & reip. studium: quod in formicis quoq; vsq; ad extremum durat & in apibus. Nemo enim apem ex senio fucum euasisse vidit: quomodo nonnulli eos, qui temp. gerunt, volunt grandes natu domi resides victitare, ac sicut rubigine ferrum ex inertia virtutem negociosam extingui sinere. Quippe dixit Cato multis ob noxiæ peculiarib⁹ malis senectuti non infligendã vltro vitii maculam. Ex multis autem vitiis multo maxime ignauia, languor, & mollitia suggillant virum grandæuum: qui ex curia in conclaue abdit se mulierum, vel ruri specilegium facit & messores aspicit. 10

Vbi Oedipus, præclara vbi sunt ænigmata?

Nam in senectute conferre se demum ad temp. capessendam nec ante: sicut Epimenidem memorant, cum adolescens somno se dedisset, quinquaginta post annis euigilasse senem: ac tunc tandem longa, in qua ætatem traduxit, deposita quiete, coniicere se in certamina & negocia insolentem, neq; in illa duratum palæstra, neq; in puluere fori versatum vel lumine hominum: id materiam præbeat forsitan alicui hoc Pythiæ obiiciendi:

Sero magistratus & ambis rostra tu,
Non tempore fores pulsas prætorii. 20

atq; ita non secus atq; comessator aliquis tudior vel hospes, nocte qui aduenit, non locum, non regionem, sed vitæ sortem, quam non es periclitatus, commutas. Nam Simonidis hoc,

Virum respublica format.

verum est in illis, quibus tempus adhuc suppeditat ad dediscendam doctrinam priorem & ad imbibendam alteram, quæ multis concertationib. & negotiorum vndis ægre excolitur, si mature in ingenium, quod laboris & rerum asperarum æquo animo sit patiens inciderit. Hæc videantur non absurde dici in eum, qui in senectute confert se ad temp. Quamuis diuersum videamus, à prudentib. iuuenes & adolescentes à repub. tractanda deterreri: & testantur leges, quæ per præcones in concionibus non Alcibiades non Pytheas ad suggestum primos: sed quinquaginta annis maiores ad dicendum & consilium dandum vocant. Nullum est enim cuique militi tantum flagitium, atque audaciæ in insuetum exercitationisq; rudem esse. M. Cato octogenatius defendens se in iudicio: Difficile inquit, est, vt qui cũ aliis vixerim, apud alios causam dicam. Cæsaris eius, qui Antonium debellauit, non parum principe digniores & reip. salubriores ante obitum fuisse omnes fatentur actiones. Qui cum pubem Romanam institutis austere castigaret, obstrepentibus illis: Audite inquit, iuuenes senem, quem iuuenẽ senes audierunt. Periclis potissimum in senectute actiones viguerunt: quando & ad bellum suscipiendum impulit Athenienses: & cum alieno tempore cum LX. millibus grauis armaturæ militũ signa conferre pararent, obstitit & repressit eos pene populi arma & portarum claues consignans. Atqui quod de Agesilao Xenophon scripsit, operæ precium est ad literam attexere. Cuiusnã enim, inquit, iuuentute non præstantior effulsit illius senectus? Quis enim hostib⁹ in ætatis flore æque formidolosus fuit, atq; Agesilaus in fessa ætate? Quo summoto plus gratulati hostes sunt quam Agesilao, quãuis decesserit grandior natu? Quis pectora acuit sociorum nisi Agesilaus, quam tumulis letho iã vicinus? Quem iuuenem amici ardentius desiderauerunt, quam Agesilaum grandæuũ defunctum? Itane illos tantas res gerere ætas nõ prohibuit? Nos, qui ludimus nunc in tractanda rep. quæ dominatione, bello, obsidione vacat, & contentiones tranquillas habet, & certamina, quæ verbis pleraq; & ex iuris formula transiguntur, ad eam ignauiam recidemus: vt non solum veteribus ducibus & concionatoribus, verum etiam poëtis, sophistis, & histrionib. esse nos fateamur deteriores? Siquidem in senecta Simonides choris vicit: quod epigramma nouissimis versib. indicat: 30 40

Octo bis explerat iam lustra Simonidis ætas,
Cum decus ille sua victor ab arte tulit. 50

Sophoclem fama est, cum amentiæ in iudicio postularetur, recitasse ex OEdipode Colonæo parodum, cuius est initium:

Hospes huc age ad Enippi campum
Accede, locus dabit optimas
Sedes, albus est colonus:
Vbi vocalis luscinia
Vrentibus in vallibus
Frequens cantillat.

Quod

Quod carmen cum mirifice placeret,ex iure ficut ex theatro profecutam eum fuiffe coronam plaufu & acclamatione.Hoc autem epigramma eft citra controuerfiam Sophoclis

Herodoto Sophocles hæc panxit carmina,poftquam
Luftrum vnum expleuit prætereaque decem,

Philemonem comicum & Alexim fabulas agentes & corona donatos in fcena fatum oppreffit. Polum tragœdum fcribunt Eratofthenes & Philochorus LXX.gerentem ætatis annos tragœdias diebus quatuor octo peregiffe paulo ante vitæ exitum. Quid igitur, anne pudendum fcenicis fenibus repetiti concionales ignauiores,ac facris receta certaminibus excedere & perfonam ponere ciuilem, haud fcio qua eam commutantes ? Nam rufticam regiæ vice animi eft 10 abiecti.Cum enim Demofthenes miferam conditionem oftendat effe Paroli facræ apud Athenienfes triremis,quæ materiam, vallos, & pecudes Midiæ deportaret: nonne vir in rep.verfatus relictis ludorum difpenfationibus,Bœotarchis, & primis inter Amphyctionas fubfelliis, fi iam offendatur in dimetienda farina & vinaceis,vel velleribus,videbitur hoc quod dicitur equi fenectutē nemine cogente affeifcere? Ad quæftū certe conferre fe fordidum & circumforaneū perinde eft,ac fi fœminæ ingenuæ & caftæ veftem detraxeris,ac dato fubligaculo in caupona eā teneas. Quippe vitæ politicæ ita demum dilabitur dignitas & amplitudo,fi ad procurationes quafdam domefticas & compendia factitanda fe demittat. Si vero,quod reftat,luxum & delicias ocium & oblectationes nominant, atq; in his tabefcentem tacite admonent politicum vt fenium traducat,duarum fœdarum imaginum haud fcio cum vtra potius quadrare vita eius vi-20 debitur:cum nautis ne, qui totum iam reliquum tempus Veneream agunt,cum nauem nondum in portum deduxerint,fed in alto deftituerint:an quomodo Herculem nonnulli per ludū pingunt non probe,apud Omphalem amictum Crocota & ancillis præbentem pulfandum fe Lydis & illis fe admifcentem:politicum item fpoliantes leonina reclinatum perpetuis epulis oblectabimus inter pfallentes,& tibicines:nec pudorē faciet nobis Magni Pompeii vox, quam iecit in Lucullum. Qui cum ipfe balnea,cœnas,conuiuia diurna,variafq; alias delicias, atq; infanas fubftructiones fecundum res domi belliq; geftas obiecifset : Pompeio honorum affectationes & ambitionē præter ætatem exprobabat. Cui Pompeius intempeftiuius effe ait feni deliciis indulgere quam imperare. Cum valetudine tentato coturnicem medicus præfcripfiffet,nec poffet aliena tempeftate comparari facile,oftenderet autem quifpiā effe in Luculli viua-30 riis multas:neq; mifit,neq; accepit,ratus:Ergo ni luxuria Lucullus difflueret,non viueret Pompeius?Quippe etiam fi omnino quærat natura fuauitates & oblectamenta: corpus certe deferbuit ad voluptates exceptis neceffariis paucis vniuerfas:nec

Abhorret à magnis nata Cypris.

modo,vt eft apud Euripidem:fed potionis etiam & ciborum habent obtufos fere & ftupidiores auiditates, vix vt ea attingant & delibent: Sed animo parandæ voluptates funt non fordidæ neque illiberales:ficut refpondit Simonides iis,qui auaritiam ei obiiciebant, aliis fe voluptatibus ob fenectutem orbum ab vna ætatem fuam foueri quæftuaria. Cæterum habet refp. præclariffimas,& fummas delicias:quibus deos quoq; verifimile eft vel folis vel præcipue oblectari. Hæ funt, quas beneficia & præclara facta gignunt. Nā fi Nicias pictor vfq; adeo tenebatur artis fuæ 40 operibus,vt de famulis fæpius quæreret,an lauiffet & pranfus effet: Archimedem autem tabulæ affixum abftrahebant atq; exuebant miniftri,vt eum lauarent,ille vero in corpore vncto defcribebat formas: Canus deniq; fiftulator,qui tibi nō eft ignotus,nefcire dicebat homines,quanto plus fe,cum tibia caneret,quam alios demulceret: fore enim, vt qui audire vellent, poftulaturi effent non daturi mercedem:confideramufne,quam magnas voluptates cultorib. fuis virtutes ex honeftis actibus & operibus popularibus & benignis pareant?non quod fcalpant vel eneruent, vt lenes & blandæ,quæ carnem pellunt, motiones: fed ftimulent hæ, & fluxam pungentemq;,& confufam cum motu habeant titillationem. At illæ,quæ ex honeftis factis nafcuntur, quorum eft ille,qui temp.recte atq; ordine gerit,artifex,non pennis Euripidis aureis. fed Platonicis illis & cœleftibus alis affimiles animum celfos fpiritus cum lætitia fortientem in fublime 50 tollunt. Subiice porro tibi ipfe,quæ frequenter accepifti. Rogatus,quid fibi iucundiffimum accidiffet, Epaminondas refpondit : quod viuentibus adhuc patre & matre palmam Leuctricam retuliffet. Sylla vt à bellis inteftinis Italia purgata propinquauit primum vrbi , ab ingenti gaudio & gratulatione ficut aura animo euectus fomnum tota nocte non vidit : quod de fe ipfo fcriptum reliqt in cōmentariis. Nempe nihil aures feriat laude dulcius,vt verbis Xenophōtis vtar. Spectaculum vel monimentum vel commentatio rerum nulla eft, quæ tantum adferat delectationis,quantum rerum fuarum in magiftratibus & publicis muneribus geftarum velut in locis fplendidis & publicis fpeculatio. Quin etiam gratia ex candido animo profecta, quæ fuffragatur factis,certanfq; cum his commendatio iuftæ dux beneuolentiæ quafi lumen aliquod & fplendorem virtutis gaudio conciliat: neq; eft permittendum, vt coronæ athelicæ

ante nuptias sacra faceret. Ibi concursu facto omnes, qui in insidiis erant locati, puellā corripiunt. Et iam trahit ad se illā Strato. Retinet scilicet altera ex parte Callisthenes cū suis: quoad puella inter manus hinc atq; hinc raptantiū, prius quam ipsi animaduerterent, expirauit. Ac Callisthenes quidem protinus nusquam apparuit: siue manum sibi intulit, siue in exilium abiit ex Bœotia, nec quid de eo factum esset, potuit quisquam dicere. Strato palam super corpus puellæ seipsum confodit.

PHIDON quidam, qui Peloponnesiorum imperium affectabat, quod patriam Argos principatum tenere in reliquas vrbes vellet, primū Corinthiis insidias struebat. Depoposcit ab eis per legatos mille ex eorū pube, qui flore ætatis & virtute præcellerent. Illi mille miserunt: q̄bus ducem dederunt Dexandrum. Quia vero adoriri hos Phidon deliberatum habebat: quo Corinthiorū vires debilitaret, atq; ciuitatem sibi faceret obnoxiā (Arcem enim opportunissimam hanc fore totius Peloponnesi) negocium transigendum amicis nonnullis delegauit: in quibus Abron erat Dexandri hospes, cui insidias enunciauit. Ita adolescentes illi prius, q̄ occuparentur, Corinthum incolumes profugere. Porro elaborabat Phidon consilii sui proditorem euoluere, & inuestigabat acriter. Territus itaq; Abron profugit Corinthum, traxitq; secū coniugem & familiam, atq; in Melisso vico agri Corinthiorum consedit: vbi natus est ei filius, quem imposita ex loco appellatione Melissum apellauit. Huius Actæon filius fuit æqualium suorum longe formosissimus ac pudentissimus: cuius multi amatores fuerunt, præ cæteris Archias de Heraclidarū familia, diuitiis & opibus supra cæteros Corinthios pollens. Quem cum pellicere non valuisset vim statuit adhibere ac puerū rapere. Ita comessabundus ad Melissi ædes profectus est cū amicorum & seruorum agmine, tentabatq; abducere puerum. Obluctantibus patre & amicis, accurrentibusq; insuper vicinis ac retrahentibus, Actæon ita laceratus interiit. Illi se subduxerunt. Cadauer Melissus pueri in forum Corinthiorum delatum monstrauit ab authoribus facinoris pœnam reposcens. Illi vero nihil nisi miserabantur eum. Ita hic cum operam lusisset, domum retulit se Isthmiorum sollenne operiens. Illic Neptuni delubrum conscendit, conuitiisq; lacerauit Bacchiadas, & patris merita Abronis cōmemorauit deosq; testatus in præceps se de saxo dedit. Mox squallor regioni & pestilentia ingruit, cōsulentibusq; Apollinem de remedio Corinthiis responsum fuit à deo iram esse Neptuni: qui, quoad Actæonis necem vindicassent, non esset placandus. Quo audito Archias, qui theorus erat: vltro cessit Corintho, nauigauitq; in Siciliam, vbi Syracusas condidit. Procreatis ibi duabus filiabus Ortygia & Syracusa à Telepho, qui in deliciis ei fuerat, nauisq; dux eum in Siciliam secutus, per insidias interficitur. Vir tenuium fortunarum Scedasus nomine Leuctra habitabat. Est is agri Thespiensis viculus. Huic filiæ duæ erant, quæ Hippo & Miletia, vel vt alii, Theano & Euexippe vocabantur. Erat vir humanus Scedasus, & quamuis in re parua hospitalis. Hic Spartiatas duos ad se diuertentes excepit benigne. Quos puellarum amore captos à vi eis inferenda deterruit Scedasi comitas. Postero die Delphos, quo tendebant, profecti sunt: sciscitatiq; Apollinem, quorū de causa venerant, retro domum concessere, ac itinere per Bœotiam facto declinauerunt iterum ad Scedasi ædes. Ille forte peregre erat: cæterum filiæ ex solito instituto hospites exceperunt. Qui puellas, quas deprehenderunt solas, per vim stuprauerunt. Eas, cum viderent supra modum ea contumelia infensas, peremerunt, abiectisq; in puteū recessere. Reuersum domū Scedasum, vt puellas desiderauit, omnia autem, quæ reliquerat, inuenit salua, res suspensum habebat: dum admurmurante canicula, identidemq; ad eum accurrente, atq; ab eo ad puteum regrediente, coniecit id, quod erat, ac filiarum cadauera extraxit ex puteo. Vt vero intellexit ex vicinis pridie visos, quos nuper hospitio acceperat, Lacedæmonios ad ipsum ingressos: illos facinus patrasse coniecturam capiens ex eo, q̄ nuper sine fine laudassent puellas, beatosq; dixissent, qui earū essent potituri nuptiis: Lacedæmonem ad conueniendum ephoros profectus est. Vt appulit in fines Argolicos, appetente nocte ad cauponem quendam diuertit. Eodem quidam alius senex declinauit ex oppido Oreo Hestiatidis. Quem gementem dirasque Lacedæmoniis imprecantem cum Scedasus audisset, requisiuit, quid mali ipsi intulissent Lacedæmonii. Ille exposuit ei sub ditione se Lacedæmoniorū esse: Aristodemum autem, qui ab Lacedæmoniis Oreum missus erat præfectus, multa sæuitiæ exempla & improbitatis edidisse. Amans inquit, filii mei, postquam gratia nihil efficere apud eum potuit, ad vim est conuersus, aggressusq; eum ex palæstra abripere. Insistente ei magistro succurrenteq; adolescentium caterua, in præsentia quidē recepit se Aristodemus. Postremo completa triremi adolescentem corripuit, traiecitq; in vlterius littus, vbi eum stuprare aggressus est. Non permittentem iugulauit, regressusq; Oreum conuiuia agitauit. Qua re cito ad me delata, postquam iusta corpori solui, profectus Spartam conueni ephoros. Cæterum illi nullam mei rationem habuerunt. Quæ vt accepit Scedasus, perculsus est, suspicatus nec se quicquam Spartiatas respecturos, exposuitq; inuicem hospiti suam

suam calamitatem. Ille vero adhortabatur eũ, vt ne adiret quidē ephoros, sed repeteret Bœotiam, filiabusq; tumulum conderet. Haud paruit tamen Scedasus: sed delatus Lacedæmonem ephoros appellauit. Quib. rem leuiter ferentib. appellauit reges, mox popularem quemq; cum lamentis. Cum autem nihil proficeret, volitauit mediam per vrbem manus ad solem protendens. Hinc terram pulsans, furias ciebat, ad vltimum mortem sibi consciuit. Post tamen supplicia Lacedæmonii præbuere. Nam vt rerum sunt per totam Græciam potiti, vrbibusq; imposuerunt præsidia princeps Epaminondas præsidium, quod Theb s erat, contrucidauit. Eo nomine arma inferentib. Lacedæmoniis Thebani ad Leuctra occurrerũt auspicium loci secuti: q; ante etiam ibi asseruissent se in libertatem: quando ab Sthenelo in exilium Amphytrion pulsus Thebas se contulit: ac cum tributarios inuenisset Chalcidensib. eos vectigali exemit, Chalcodonte Eubœensium rege interfecto. Tunc ergo apud ipsum Scedasi filiarum tumulum Lacedæmoniorum exercitus ingenti clade totus fusus fugatusq; est. Fama est ante conflictum Pelopidi vni ex Thebanarum copiarum ducib. oblatis fœdis ostentis perculso visum in somnis Scedasum, qui eum bono animo esse iuberet: Nam signa Lacedæmonios ac Leuctra mouere sibi & filiab. suis pœnas solututos. Pridie autem quam signa cum Lacedæmoniis cõferret, equæ candidum pullum apud virginum sepulchrum mactari præcepit. Pelopidas confidentibus etiamnum Tegeæ Lacedæmoniis, Leuctra misit inuestigatum earum sepulchrum, monstratoq; ingenti spe elatum copias eduxisse, ac victoriam retulisse.

PHOCVS Bœotus origine (erat n. ex Clisante) pater fuit Callirrhoës puellę specie & castitate eximia. Huius nuptias iuuenes triginta totius Bœotiæ spectarissimi petebant. Verum alias ex aliis moras Phocus, ne vis sibi adferretur, timens nectebat. Deniq; obsecrantib. illis Apollinis arbitrio optionem relinquere volebat. Ea oratione illi inflammati impressione data Phocum obtruncarunt. Medio tumultu puella effugit, perrexitq; per campos. Quæ in sequentib. se iuuenibus in rusticos delata qui in area frumentum coaceruabant, ab eis est seruata. Hanc cum abscondissent in frumento, prætererierunt, qui eam persequebantur. Ita salute parta festũ expectauit omnib. Bœotis solenne. Tunc Coroneam profecta supplex in Iunonis Itoniæ arã sedebat, ac procorum flagitium narrans nomen cuiusq; & patriam edidit. Misericordiam capientes Bœoti puellæ exarserunt iracundia in iuuenes. Qui de his edocti Orchomenon confugerunt. Reiecti ab Orchomeniis contulerunt se ad Hippotas. Vicus erat propter Heliconē inter Thebas & Coroneam iacens. Hi receperunt eos. A quibus cum per legatos exposcerent Thebani Phoci peremptores, neq; illi dederent eos: bellum intulerunt his cum communi Bœotorũ duce Phœdo, qui per id tempus imperium Thebanorum regebat. Circumcidentes vicum, qui munitus erat, fame eum expugnauerunt, homicidasq; saxis obruerunt. Incolas vici in seruitutem abripuerunt, mœnibusq; ac tectis disiectis diuiserunt agrum Thebanis & Coroneis. Nocte quæ antecessit Hippotarum deditionem, vocem ex Helicone ferunt auditam dicentis cuiuspiã, Adsum: ac vocem eam Phoci esse procos illos omnes triginta agnouisse. Quo die lapidibus fuerunt obruti, monimentum in Clisonte huius senis croco memorant fluxisse: Phœdum Thebanorum rectorem & ducem ex bello regressum, cum nunciatum esset ei natam filiam, accepto omine Nicostratam appellasse.

ALCIPPVS ciuis Lacedæmonius ex vxore Damocrita filias duas habuit: cuius cum ciuitas optimo cõsilio & opera multis in reb. esset vsa, in inuidiã est ab hominibus diuersarum partium in repub. raptus: qui falsis delationib. obstrepentes ephoris moliri res nouas Alcippum cõsciuerunt ei exilium. Atq; ille quidem ex vrbe profugit. Damocritæ vero eius cõiugi sequi cum filiabus virum paranti vetuere. Imo vero ne dos suppeteret virginibus, etiam patrimonium eius publicauerunt. Sed & inimici, cum nonnulli puellas ob virtutem patris nam iungere sibi connubio cuperent, interdixerunt lege, ne quis puellarum nuptias sibi conciliaret, prætendentes votum fecisse frequenter matrem eius Damocritam, vt quam citissime gignerent filiæ liberos, qui illatæ patri iniuriæ pœnas persequerentur. Cum iam vndiq; Damocrita agitaretur, captauit festum quoddam publicum, quod fœminæ cum virginibus, propinquis, & infantibus celebrabant: coniuges autem eorum, qui in magistratu erant, seorsum magno in Androne pernoctabant: ac gladio sub veste accincta trahensq; secum filias noctu penetrauit in delubrum, tempus obseruans, quo omnes in Androne sacris arcanis operabantur, occlusisque aditibus, materiæ magnam vim, quæ ad solenne sacrificium ab illis parata ad manum erat, succendit. Concurrentibus ad opem ferendam viris filias Damocrita iugulauit, & post illas seipsam. Cum iam Lacedæmonii, in quos effunderent iram, non haberent, extra fines Damocritæ filiarumq; eius corpora proiecerunt. Qua de causa infenso deo magnum illum terræ motum Lacedæmone traditum est memoriæ extitisse.

auro & gemmis distinctum, nisi formæ similitudinem reddat, nullius est vsus: ita nec vxor locu-
ples, nisi vitam ad virum componat & mores concinnet, vllius est pretii. Si læti imaginem
repræsentet speculum tetricam, & ediuerso, tristis & tetrici hilarem ac ridentem, mendosum
est & prauum. Nempe etiam praua mulier est & importuna, quæ ludere cupiente atque am-
plecti eam marito contrahit vultum: rursus agente aliquid serii, ludit & ridet. Habet enim
contemptum hoc, illud aspernatem. Atqui oportet, vt ferunt geometræ, lineas & superficies
non per se solas, sed vna moueri cum corporibus: item proprium habere mulierem affectum
nullum: sed cum viro serium, ludum, mœstitiam, risum communicare. Qui coniuges suas non
libenter contemplantur vescentes secum & bibentes, vt seorsum se ingurgitent, commonstrat
10 eis: sic qui non conuersantur cum vxoribus iucunde, neque ludum & risum iis participant, do-
cent eas seiunctas ab ipsis peculiares voluptates circumspicere. Matresfamilias reges Persarum
iustas adhibent cœnis & epulis suis. Quod si animus sit ludere & perbacchari, has ablegant,
cantrices & pellices accersunt: Recte sane atque ordine, quod in consortium non admittant
matronas lustrorum & popinæ. Si ergo vir plebeius, qui libidinibus mancipatus dissolutusque
sit, admiserit quid cum scorto aut ancilla: non debet fremere neque succensere vxor reputans
eum temulentiam, lasciuiam & petulantiam ipsius pudore alteri impertire. Reges, qui musi-
ca delectantur, multos musicos reddunt, studiosi dicendi disertos, certaminum cupidi athle-
tas. Haud aliter corpori colendo vir nimium deditus coniugem efficit compturicem, libidi-
nosam voluptarius & salacem castam verecundamq; honesti & virtutis amans. Puella Lacæna
20 rogante quopiam, complexane iam virum esset: Minime vero inquit, ego: sed me ille. Hic esse
mos meo iudicio debet matrisfamilias, vt neq; defugiat neq; auersetur ea exordiente viro, ne-
que occipiat ipsa. Hoc enim meretricium & impudens factum, illud est superbum atque ab a-
more alienum coniugali. Amicos non conuenit mulieri vt quærat priuatos, sed communibus
viri vtatur. Sunt autem amici primi & maximi dii. Quare deos, quos consueuit vir colere, ho-
sce vxor decet vt cognoscat solos, curiosas religiones superstitionesque excludat atrio pere-
grinas. Nulli namque deorum furtiua sacra & clancularia, quæ fiunt à muliere, grata sunt. Feli-
cem ac beatam esse dicit Plato ciuitatem illam, vbi meum & non meum quam minime audi-
untur loquentes, quod vtantur, quam maxime fieri potest, ciues rebus honestis. Multo magis
30 eiusce modi ex coniugio pellenda vox est: nisi quod, sicut aiunt Medici partium ictus sinistra-
rum reducere in dextras sensum, sic mariti incommodis moueri vxor debeat, vel potius vir v-
xoris: vt quomodo nodi implicata connexione robur ex se mutuo accipiunt, ita reddente be-
neuolentiam vtroq; reciprocam commercium per ambos conseruetur. Miscet enim corpori-
bus nos natura, quo ex vtroque portione sumpta ac confusa commune, quod genitum est,
ambobus reddat: vt discernere vel diducere suum vel alienum queat neuter. Itaque hæc quoq;
pecuniæ societas conuenit coniugibus inprimis, vt in vnas rationes omnis confusæ concrete-
que non partem suam propriam, partem alienam: verum totum proprium & nihil ducat vter-
que alienum. Vt vinum temperatum, licet maiore ex parte aquæ constet, vinum appellamus:
sic census & res familiaris, quamuis plus contribuerit vxor, nuncupanda viri est. Auida diuitia-
40 rum Helena, Paris voluptuosus, sapiens Vlysses, pudica Penelope. Quapropter faustum ac fe-
lix horum coniugium, illorum tulit Græcis & Barbaris Iliadem malorum. Romanus ille, quod
vxorem pudicam, opulentam, & speciosam dimisisset, ab amicis castigatus, protenso calceo:
Nempe & hic, inquit, aspectu pulcher est nouusq;: cæterum vbi me premat, nouit nemo. De-
bet ergo non doti, non imaginibus, non formæ fidere mulier: verum quibus potissimum virum
ducit, comitate, modestia, facilitate, hæc non dura neque odiosa quotidie: sed grata, sed iucun-
da sed blanda præstare Nam vt febres Medici ex causis natas cæcis ac minutatim collectis plus
quam eas, quæ euidentes & insignes habent occasiones, metuunt: sic quæ vulgus fallunt exiles
offensiones perpetuæque ac quotidianæ mulieris & viri magis diuellunt & labefactant eorum
contubernium. Amabat rex Philippus mulierem Thessalam, quæ suspecta erat, quod eum in-
50 cantaret. Hanc studuit Olympias in potestatem suam redire. Quæ vt in conspectum eius ve-
nit, & liberali forma visa ac sermocinata cum ea est non ingenerose neque insipide: Valeant
inquit calumniæ Olympias: Venena ista in te ipsa habes. Vnde tes euadit inuicta iusta materfa-
milias si omnia in se reponens, dotem, natales, præstigias, illecebras, modestia & virtute conci-
liet beneuolentiam. Alias Olympias cum adolescens quidam aulicus vxorem duxisset for-
mosam quidem, sed famosam: Hic, infit, consilio destitutus est: alioquin oculis vxorem non
duxisset. Siquidem non oculis decet neque digitis ducere: quomodo nonnulli supputant,
quantum dotis afferentem accipiant, non quemadmodum secum victuram reputant. Præci-
piebat Socrates adolescentibus, qui se intuerentur in speculo, iis, qui deformes erāt, vt emēda-
rent fœditatem vultus virtute: qui pulchri, ne formam vitiis deformarent. Recte etiam mater-
familias fecerit, si cum in manibus speculum habet, secū loquatur, turpis: Quid autem, si casta

non

nō sim?speciosa:Quid autem,si sim casta? Est enim turpe,si diligitur morum potius quam formæ gratia,præclarum.Lysandri filiabus tyrannus Siculus stolas& monilia magnæ dignationis misit.Ea non admisit Lysander, qui ait : Mundus hic deturpauerit quam exornauerit potius meas filias.Ante Lysandrum id dixit Sophocles:

Ornatus hic non est miser,sed fœditas
Videatur, ac mentis vecordia tua.

Ornamentū est n.vt inquit Crates,q; ornat.Ornat autem.quod mulierem ornatiorem reddit. Id efficit non aurum,non smaragdus,non coccus: sed quæ grauitatis, modestiæ, verecundiæ imaginem exhibent.Qui præsidi nuptiarum sacra faciunt Iunoni, non adolēt cum reliqua hostia fel,sed eximunt proiiciuntq; apud altare. Quare innuit legislator nunquam oportere bilem vel iram matrimonio adesse.Quippe debet matrisfamilias sicut vini commoda esse &grata austeritas,non sicut aloæ amara neq; virosa.Plato Xenocrati, qui moribus erat plus satis tetricis,cætera bonus & honestus sacrificare iussit Gratiis. Equidem Gratiis etiam putem opus esse ad virum caste:quo, vt ait Metrodorus,viuat cum eo iucunde : non vt iræ indulgeat,quod casta sit.Oportet namq; frugalem nō negligentem esse mundiciæ, neq; viri amantem comitatis.Siquidem reddit sanctitatem mulieris peruersitas ingratam,sicut frugalitatem immundicies. Quæ veretur arridere viro aut agere quid , ne habeatur ferox & * lasciua, hæc nihil differt ab ea.quæ ne videatur caput eius vnguenta redolere, nec vngat se:ac ne fucare faciem,nec lauet se.Porro cernimus poëtas & oratores,qui dictionem plebeiam desugiunt illiberalemq; & affectatam, rebus dispositione , & grauitate vt auditorem ducant & impellant, elaborantes. Quapropter debet item,si recte atq; ordine facere volet,omnem luxuriam,fucum & pompam materfamilias declinare & defugere:satagere vero in morum & vitæ venustate aduersus virū, virtute cum voluptate coniunctā familiarem reddens.Sin vero natura quæpiam sit austera,& dura,& tristis:erit id viro boni consulendum: atq; exemplo Phocionis, qui, cum ei rem Antipater minus honestam & cum non decentem imperaret:Non vales me,inquit, & amico vti & adulatore:perinde de vxore reputandum pudica & acerba : Non possum cum eadem pariter vt matrona & vt meretrice viuere. Fœminis Ægyptiis,quo domi se continerent,non erat vti calciamentis moris. Plærisq; mulieribus si calceos detraxeris auratos, armillas,periscelidas, purpuram,& vniones,domi manebunt. Theano obiter nudauit manum,cum circumiiceret stolam.Ibi cum diceret quidam:O brachium pulchrum:Verum non publicum,inquit. Atqui decet non brachium modo,sed ne sermonem publicum esse fœminæ castæ:imo vocem vt corporis detectionem vereri eam & cauere apud extraneos. Quippe elucet ex ea & animi motus & mores & affectio loquētis.Eliorum Phidias Venerem testudini insistentem finxit,domi manendum significans & silendum fœminis.Debet enim loqui vel ad virum,vel per virum: nec,si per alienam linguam tibicinis modo sermocinetur honestius,modeste ferre.Locupletes & reges ampliorem honorem habendo philosophis iuxta semetipsos atq; illos ornant. Philosophi vero,qui diuites obseruant,non illos claros,sed se reddunt obscuriores. Idem vsuuenit mulieribus.Si summittant se viris,celebrantur : si vero iis in animum inducant imperare, turpiores se quam,qui parent,viri præbēt.Debet autem in vxorem vir dominari:non quomodo in mancipium dominus,sed vt animus in corpus,consentiens ei & conspirans beneuolentia. Quemadmodum igitur corporis licet ei curam agere, vt tamen voluptatibus huius & libidinibus non ancilletur:sic præesse vxori oblectando & indulgendo. Philosophi corpora aiūt quædam ex distractis constare,ceu classem & exercitum:alia ex compactis vt domum & nauem : nonnulla esse vnita &concreta,vt sunt animantia quæque. Eodem pene modo connubium est amantium vnitum & concretum eorum,qui dotium aut prolis gratia iunguntur,ex compactis: concubantium,ex distractis:quos vna habitare dixeris,non censeas vna viuere. Atqui oportet,vt physici humida autumant omni ex parte temperari inter se: sic matrimonium contrahentium & corpora & facultates & amicos & necessarios mutuo concorporari. Etenim legislator interdixit Romanus munera dare & accipere inuicem connubio iunctis: non ita,ne quid ab altero alter caperet:verum cuncta vt communia censerent. In vrbe Africæ Lepti moris est, postridie nuptiarum vt ad sponsi matrem mittat sponsa ollam postulatum: Illa non det, sed neget habere se quo noscens ab exordio socrus animum nouercalem, si quid accidat postea acerbi,ne ægre ferat neq; indignetur. Hoc cognoscens debet mitigare occasionem mulier. Est autem matri cum ipsa de charitate æmulatio. Huic morbo medicinam faciat,si beneuolentiam priuatim concilier sibi viri,non à parente distrahat vel carpat. Natos videntur genitrices diligere,quod ipsis opitulari queant: patres filias vt quæ ipsorum opem requirant,fortassis etiam honore mutuo id,quod magis est alteri familiare,vult complecti,& amare ptæ se ferre. Cæterum sit hoc forsitan controuersum.Enimuero illud elegans, si procliuior vxor ad honorandos mariti quam suos parentes conspiciatur: & si qua ei acciderit offensio , ad referendum

*Alii, animosa.

10 20 30 40 50

dum, ad illos atq; celandum suos. Fit enim, si fidem habere videare, tibi vt habeatur fides: & si diligas, vt diligare. Græcis, qui sub Cyri signis erant, edixerant duces: vt hostes, si cum vlulatu inferrent se, exciperent silentio: si illi silerent, ipsi vt sublato clamore darent in eos impressionem. Cordatæ autem fœminæ stomachantibus in flamma viris conticescunt: tacentes vero illos appellando consolandoq; leniunt. Recte incusat Euripides eos, qui inter pocula lyram adhibent. Oportebat enim in bile & luctu potius accersere musicam, quam in voluptatibus demersos insuper dissoluere. Existimate igitur vos peccare illos, qui libidinis causa mutuo concubant. Vbi vero offensio vel altercatio aliqua intercessit, seorsum cubant, neq; tum imprimis optimam earum rerum Venerem medicam accersunt: vt alicubi docet poëta, qui Iunonem
10 fingit dicentem:

Immensa illorum mox iurgia soluam,
In thalamum suadens concedere amore iugandos.

Cum semper oportet vbiq; vitare, ne incurrat in virum vxor, neq; vir in vxorem: tum vero præcipue in cubili & thoro hoc declinare. Nam quædam parturiens & languens ad eas, quæ reponebant ipsam in lecto, ait: Qui medeatur hisce luctus, in quę in lecto incidi. At quas lectus excitat pugnas, iurgia, & offensas, haud temere hæc alio loco & tempore discutiantur. Videtur Hermione dicere vere:

Aditus malarum me mulierum perdidit.

Non fit vero hoc simpliciter: cæterum quando contentiones & æmulationes aduersus viros
20 non fores tantum eiusmodi fœminis, sed auditum quoque reserant. Tunc igitur præcipue oportet sapientem mulierē occludere aures ac susurrationes defugere, ne igni addatur ignis, ac in promptu habere illud Philippi. Fertur enim, cum inflammaretur ab amicis in Græcos, quod licet bene de eis merito Philippo obtrectarent, tamen dixisse: Quid ergo, si male de eis mereamur? Quando ergo iniuria affici à viro re amantē eius & pudicam, dicūt delatrices, subiicies: Quid igitur, si odisse cœpero eum & lædere? Qui fugitiuum post interuallum temporis conspexit & persecutus est: vt præuertit ille in pristinum refugere, vbi mallem, inquit, eum, quā hic inuenire? Ergo mulier, quæ ex æmulatione diuerti à viro intendit & cruciatur, dicat ad se ipsam: Vbi malit contemplari me & quid agentem æmula, quam ægram animi & à viro diffidentem, domumq; & thorum relinquentem? Arationes agūt Athenienses tres sacras, primam
30 in Scyto vetustissimum monumentū sementis, in Raria alterā, tertiam sub vrbe, quam Iugalē vocant. Harum est omnium coniugalis sementis & aratio sacratissima, quæ sobolis procreandæ causa celebratur. Recte Venerem Sophocles frugiferam Cythercam appellauit. Vnde ea est viro & mulieri vsurpanda præcipue, temperandumq; prophanis & iniustis aliorum complexibus: neq; facienda sementis ibi vnde nihil sibi nasci volunt: imo si quis natus fœtus fuerit, erubescunt & cum supprimunt. Recitante oratore Gorgia Olympiæ Græcis de concordia orationem Melanthus: Hic nobis inquit, author pacis est, qui sibi ipsi, vxori, & ancillæ, qui domi suæ tres sunt, vt consentiant non persuasit. Tenebatur nimirum amore quopiam Gorgias, & coniunx æmulatione in ancillam. Domum igitur oportet bene compositam & consentientem habeat is, qui componere constituit forum & amicos. Magis enim apparet mulierum
40 quam in mulieres admissa esse vulgo obscuta. Felem vnguentorum odore exagitari & in rabiem ferunt agi: pari modo, si ab vnguentis infestari exireque de potestate vxores contingeret, graue foret, si non parcerent vnguentis viri, sed fugitiuæ causa voluptatis ita ferrent eas affligi. Quando itaque sic afficiuntur, non si renideant vnguenta viri, sed rem habeant cum scortis: iniquum est tantillæ delectationis gratia tantopere coniuges torquere & solicitare: non sicut apibus, quod abhorrere hæ & pugnare videantur cum iis, qui cum mulieribus habuerunt consuetudinem, puros & mundos ab aliarum concubitu fœminarum iungere se coniugibus. Vestem candidam, qui accedunt ad elephantos cauent ne sumant, neque rubeam, qui ad tauros. Quippe animantia hæc ab iis coloribus maxime efferantur. Tigres memorant sonitu tym-
50 panorum semel in rabiem agi ac laniare semetipsas. Quando igitur etiam viri aliqui, cum vident vestes coccineas & purpureas, id moleste ferunt, aliqui cymbalis ac tympanis offenduntur: quid causæ est, quin his abstineant mulieres, ne exagitent & exacerbent maritos, sed conuersentur cum iis modeste & mansuete: Mulier quæpiam Philippo, qui eam attrahebat nolentem: Mitte me, inquit: omnis mulier amota lucerna eadem est. Id ad adulteros & lasciuos dictum est recte. At matronam decet, præsertim sublato lumine non eandem ac vulgus fœminarum esse: sed esse conspicuam viro, vbi non conspicitur corpus, eius castimoniam, mores peculiares, modestiam, & amorem coniugalem. Senes monebat Plato, magis verentes vt essent adolescentium, quo & illi sint ipsorum reuerentes. Siquidem vbi impudentes sunt senes, ibi ruborem aut pudorem iuuentuti nullum infundi. Hoc tenendum est viro, nullius magis, quam vxoris eum subeat pudor: velut thorus illi schola sit modestiæ aut libidinis futurus. Qui

vero

vero ab iisdem voluptatib. quibus fruitur ipse, eam auocat, nihil differt ab eo, qui iubet vxorē vt cum hostib. quibus ipse se dedidit, dimicet. Porro de eleganriæ studio volue tu Eurydice Timoxenis ad Aristillam scripta, atq; vt ea memoria complectaris, da operam. Tu vero Polliane noli existimare temperaturam à superuacaneis & exquisitis cōiugem, hæc si te nō fastidire cōtempletur in aliis verum in auratis poculis, pictis cubiculis, mulorum phaleris, equorū collaribus duci. Quippe nequeas expellere gynæceo eum, qui medio in androne versatur, luxum, Ac tu quidē, qui eius iā es ætatis, vt incumbere debeas in philosophiæ studia, iis, quæ cum demonstratione & probatione traduntur, mores fac vt exornes colloquendo ac sectando eos, qui prodesse tibi possunt. Vxori vero quod ex vsu est, vndiq; apis modo colligens, ac ferens in te ipse particípa, ac ferè cum ea colloquia, atq; ita gratas ei & familiares doctrinas optimas redde; 10

Quandoquidem pater es tu illi veneranda q; mater,
Tu frater.
Nec minus est vxorem audire dicentem graue,
Ast es tu mihi vir

præceptor, & philosophus, & rerum magister optimarum & diuinissimarum. Nam primū à rebus absurdis abducunt huiusce modi disciplinæ mulieres. Erubescet enim, quæ geometriam addiscit, fœmina saltare, neq; veneficiorum desiderabit incantamenta, quæ Platonis fascinata sermonibus est & Xenophontis. Quod si qua deuocare lunam profiteatur, ridebit inscitiam & insulsitatē earum, quæ hisce fidem adhibent mulierum, quæ Astrologiæ non sit rudis, & de Aganica audiuit Hegetoris Thessali filia: quæ eclipticorum pleniluniorum callens cum tempus 20 quo lunam contingit terræ vmbram subire, præsensisset, imponebat persuadebatq; mulierib. lunam se de cœlo deuocare. Prolem nulla vnquam fœmina citra viri consortium concepisse fertur. Cōceptus informes carneosq;, & eos qui concretionem accipiunt ex corruptione, molas vocant. Hoc vtiq; ne in animis existat mulierum, cauendum. Nisi enim sermonum semine proborum impleantur, vel in partem veniant cum viris doctrinæ, ipsæ per se monstrosa multa & praua consilia motusq; concipiunt. Tu verò potissimum Eurydice elabora, vt sapientum & bonorum virorum facete dictis consuescas, ac perpetuo voces illas in ore habeas, quæ apud nos, dum adhuc virgo esses, colligebas: quo virum oblectes, atq; à mulieribus aliis, quę tam culta eximie & magnifice sis nullo precio, suspiciare. Quippe huius opulentæ fœminæ vniones, & illius peregrinæ auferre non est sericas vestes, neq; nisi magno comparaueris, corpori accōmodare. Enimuero Thenaûs ornamentis, Cleobulente, Gorgus Leonidis coniugis, Timocliæ 30 Theogenis sororis, Claudiæ Priscæ, Corneliæ Scipionis, aliarumq;, quotquot notabiles ac memorabiles fuere. his, inquam, redimita gratis & ornata clare simul ac beate viuas licet. Etenim si, quod carmina scriberet eleganter, in tātum spiritus sustulit Sappho, vt ad locupletem quandam scriberet:

Iacebis extincta, & non vlla memoria
Erit tui, neq; enim ex Pieria rosas habes.

Quid ni magis tibi licebit tollere animos atq; tua ipsius causa excitari si non rosarum, sed fructuum sis consors: quos Musæ ferunt donantq; literarum & philosophiæ studiosis. 40

De rebuspub. quæ à singulis, & à populis & à paucis tenentur.

IN Hoc sane iudicium cum ipse quoque, quam habui vobiscum heri, inducerem disceptationum: videbar mihi vere vel per somnium virtutem politicam audire dicentem:

Decantata mihi est sacro basis aurea cantu.

exmittetur & traducat ad remp. iacta est oratio: si Attico iam debitam superstruamus exhortationi institutionem Deberur autem ei, qui recepit adhortationem & ardorem ad capessendam rempublicam ex quo audire & accipere præcepta est: quorum præsidio, quantum efficere 50 homo queat, vtilis erit ciuitati, ac cum securitate & merito honore etiam rationes suas priuatas tuto loco collocabit. Porro quod conducit ad consequentia, ac superius dictis comitatur, id considerandum, quænam præstantissima sit respub. Vt enim vitæ rationes hominis plures sunt: sic est populi rectè instituta respub. vita. Quare capere necessarium sit optimam. Aut enim de omnibus deliget hanc Politicus: aut de reliquis, hanc si nequeat, ei germanissimam. Ac dicitur quidem politia etiam, cum quis in consortium venit omnis iuris ciuitatis. Quomodo Alexandro dicimus politiam, id est, ciuitatem Megarenses decreuisse. Qui cum studium eorū pro ioculari duceret, commemorasse ferunt illos soli se superiori memoria ciuitatem Herculi & secundum illum ipsi decreuisse: ita eum admiratione affectum agnouisse honorem, dignationem

tionem raritate metientem. Dicitur etiam viri politici & remp. tractantis vita politia, id est, actiones. Qua ratione Periclis politiam celebramus & Biantis, Hyperboli & Cleonis obterim°. Sunt qui vel vnam actionem in remp. dexteram & splendidam politiam appellent: vt donarij largitionem, belli explicationem, legislationem. Qua ratione politiam, id est, remp. gessisse certum dicimus: si quid forte recte atq; ordine publice perpetrauit. His in omnibus dicitur politia ordo & status ciuitatis temperans actiones. Hinc politias, id est, reip. rationes esse treis aiūt, dominatum vnius, paucorum ius & ditionem popularem ciuitatem. Quorum libro tertio fecit Herodotus contentionem, apparetq; eas formas communissimas esse. Nam cæteras sicut in formis musicis, modis remissis primis vel contentis existere contingit absonas & inconcinnas,
10 prout claudicant vel modum excedunt. Has, quæ & plurimum & maxime pollentes gentes fuerunt, sortitæ sunt rerumpubl. formas: Persæ regnum cum soluto & libero arbitrio, Spartiatæ rigidum paucorum optimatium ius & ditionem, Athenienses immunem & mere popularem ciuitatem. Quarum titubantium deprauationes & enormitates sunt illæ quæ tyrannides & factiones appellantur & infimæ plebis regimina: quando regnum asciuit liberam insolentiam, paucorum ditio contumeliam & procacitatem, resp. popularis licentiam, æqualitas enormitatem omnes vero vecordiam. Vt igitur harmonicus & musicus quamuis omne instrumentum vsurpabit consonanter: si id ex arte temperauerit, & eum ratione vnumquoq; pulset, sicut concinne resonare comparatum est: attamen consilium si sequatur Platonis, sambucis & psalteris, quæ numerose sonant, barbitoq; & trigono transmissis lyram & citharam anteferet: Poli-
20 ticus item Laconicam paucorum ditionem & Lycurgiam rite tractabit, si coaptauerit sibi viros æque pollentes & honoratos, leniterq; eos impellat. Recte etiam ac numerose variisq; sonantem chordis accedet ad popularem ciuitatem hinc remittendo, hinc intendendo temp. laxandoq; in loco, & rursus instando acriter obniti & obluctari doctus. Quod si optio ei rerump. sicut organorum sit data: nullam, si Platonem audiat, præ vnius principatu elegerit: qui vnus valet complerum & illum, qui reuera orthius dicitur, virtutis tonon sustinere, nec ad necessitatē vel ad gratiam, aliter quam ex vsu sit, aptare. Nam reliquæ quidem reip. formæ obnoxium quodāmodo imperium habent, atque impulsæ impellunt politicum, qui non teneat potentiam solidam in eos, à quibus habet vires, sed subigitur sæpe exclamare Æschylium hoc: quod ad fortunam expugnator vsurpauit amisso imperio Demetrius:

30 *Tu me tibi genuisse, tu me perdere*
Videris.

PLVTARCHI

An tractanda seni resp. sit, Commentarius.

CRebro te Euphane, qui Pindari laudum buccinator sis, hoc vt recte & scite dictum ab eo de ipsis edendis ludis in ore habere,

40 *Prætextus in densas virtutem compulit*
Tenebras.

haud fugit nos. Quia vero cum plurimas habent ad munera ciuilia detrectanda languor & effœminatio prætextus, tum nouissimum velut ab sacra anchora adducunt senectutem: qua certe dum videntur potissimum animum laudis cupidum perstringere & retardare, esse ostendit cōuenientem non athletici modo, verum etiam ciuilis metam curriculi: faciundū mihi putaui, vt quæ animo mecum assidue verso, ea tibi de gerenda à senibus rep. exponam: quo neuter nostrum longinquam viam, qua hactenus vt socii communi sumus progressi, intermittat, neq; vita ciuili vt cœno & familiari amico reiecto ad aliam transeat insolitā, quæ, ne assueta fieri & cōtubernalis queat, tempore sit exclusa: verum in primo instituto persistamus, eundemq; viuendi
50 & recte viuendi faciamus finem. Nisi sane velimus in angusto, quod superest, prolixum vt parū recte & incassum contritum damnare tempus. Neque enim tyrannis, vt non nemo Dionysio dixit, præclara sepultura sit: sed illi quidem, quod non desineret dominatū cum iure violando; calamitatem inuexit grauiorem. Ac quomodo Diogenes post, cum Corinthi filium eius ex tyranno factum priuatum vidisset: Quam indignam te agis, inquit, Dionysi vitam. Neque enim hic te nobiscum agere oportebat libere & secure, sed illic in tyrannidis domicilio inclusum, sicut pater tuus, consenescere. At resp. popularis legitimaq; viri, qui præstare consueuit seipsum non minus parentem in bonum publicum quam imperantem, sepultutam vere præclaram ex vita gloriam morti adiungit.

Namque hoc subit terram nouissimum:

vt ait Simonides. Nisi ante quorum mortem extinguitur humanitas & honesti studium, citiusque quam necessariorum cupiditas virtutis amor fatiscit: quasi partes eorum animus negociosas & cælestes, quam turbulentas & corporales obtineat flaccidiores: quod nec recipere debemus, cum aiunt solum facientes quæstum non defatigari nos, sed dictum etiã Thucydidis corrigere: vt non modo ambitionem existimes non sentire ætatem, sed potius sociabilis consortionis colendæ & reip. studium: quod in formicis quoq; vsq; ad extremum durat & in apibus. Nemo enim apem ex senio fucum euasisse vidit: quomodo nonnulli eos, qui remp. gerunt, volunt grandes natu domi resides victitare, ac sicut rubigine ferrum ex inertia virtutem negociosam extingui finere. Quippe dixit Cato multis ob noxiæ peculiarib⁹ malis senectuti non infligendã vltro vitii maculam. Ex multis autem vitiis multo maxime ignauia, languor, & mollitia suggillant virum grandæuum: qui ex curia in conclaue abdit se mulierum, vel ruri specilegium facit & messores aspicit. 10

Vbi Oedipus, præclara vbi sunt ænigmata?

Nam in senectute conferre se demum ad temp. capessendam nec ante: sicut Epimenidem memorant, cum adolescens somno se dedisset, quinquaginta post annis euigilasse senem: ac tunc tandem longa, in qua ætatem traduxit, deposita quiete, coniicere se in certamina & negocia insolentem, neq; in illa duratum palæstra, neq; in puluere fori versatum vel lumine hominum: id materiam præbeat forsitan alicui hoc Pythiæ obiiciendi:

Sero magistratus & ambis rostra tu,
Non tempore fores pulsas prætorii. 20

atq; ita non secus atq; comessator aliquis rudior vel hospes, nocte qui aduenit, non locum, non regionem, sed vitæ sortem, quam non es periclitatus, commutas. Nam Simonidis hoc,

Virum respublica format.

verum est in illis, quibus tempus adhuc suppeditat ad dediscendam doctrinam priorem & ad imbibendam alteram, quæ multis concertationib⁹ & negotiorum vndis ægre excolitur, si mature in ingenium, quod laboris & rerum asperarum æquo animo sit patiens inciderit. Hæc videantur non absurde dici in eum, qui in senectute confert se ad remp. Quamuis diuersum videamus, à prudentib. iuuenes & adolescentes à repub. tractanda deterreri: & restantur leges, quæ per præcones in concionibus non Alcibiades non Pytheas ad suggestum primos: sed quinquaginta annis maiores ad dicendum & consilium dandum vocant. Nullum est enim cuique militi tantum flagitium, atque audaciæ insuetum exercitationisq; rudem esse. M. Cato octogenarius defendens se in iudicio: Difficile inquit, est, vt qui cũ aliis vixerim, apud alios causam dicam. Cæsaris eius, qui Antonium debellauit, non parum principe digniores & reip. salubriores ante obitum fuisse omnes faterentur actiones. Qui cum pubem Romanam instituti austere castigaret, obstrepentibus illis: Audite inquit, iuuenes senem, quem iuuenẽ senes audierunt. Periclis potissimum in senectute actiones viguerunt: quando & ad bellum suscipiendum impulit Atheniẽses: & cum alieno tempore cum LX. millibus grauis armaturæ militũ signa conferre pararent, obstitit & repressit eos pene populi arma & portarum claues consignans. Atqui quod de Agesilao Xenophon scripsit, operæ precium est ad literam attexere. Cuiusnã enim, inquit, iuuentute non præstantior effulsit illius senectus? Quis enim hostib⁹ in ætatis flore æque formidolosus fuit, atq; Agesilaus in fessa ætate? Quo summoto plus gratulati hostes sunt quam Agesilao, quãuis decesserit grandior natu? Quis pectora acuit sociorum nisi Agesilaus, quamtumuis letho iã vicinus? Quem iuuenem amici ardentius desiderauerunt, quam Agesilaum grandæuũ defunctum? Itane illos tantas res gerere ætas nõ prohibuit? Nos, qui ludimus nunc in tractanda rep. quæ dominatione, bello, obsidione vacat, & contentiones tranquillas habet, & certamina, quæ verbis pleraq; & ex iuris formula transiguntur, ad eam ignauiam recidemus: vt non solum veteribus ducibus & concionatoribus, verum etiam poëtis, sophistis, & histrionib. esse nos fateamur deteriores? Siquidem in senecta Simonides choris vicit: quod epigramma nouissimis versib. indicat: 30 40

Octo bis explerat iam lustra Simonidis ætas,
Cum decus ille sua victor ab arte tulit. 50

Sophoclem fama est, cum amentiæ in iudicio postularetur, recitasse ex OEdipode Colonæo parodum, cuius est initium:

Hospes huc age ad Enippi campum
Accede, locus dabit optimas
Sedes, albus est colonus:
Vbi vocalis luscinia
Virentibus in vallibus
Frequens cantillat.

Quod

Quod carmen cum mirifice placeret, ex iure sicut ex theatro prosecutam eum fuisse coronam plausu & acclamatione. Hoc autem epigramma est citra controuersiam Sophoclis

Herodoto Sophocles hæc panxit carmina, postquam
Lustrum vnum expleuit prætereaque decem,

Philemonem comicum & Alexim fabulas agentes & corona donatos in scena fatum oppressit. Polum tragœdum scribunt Eratosthenes & Philochorus LXX. gerentem ætatis annos tragœdias diebus quatuor octo peregisse paulo ante vitæ exitum. Quid igitur, anne pudendum scenicis senibus reperiri concionales ignauiores, ac sacris teuera certaminibus excedere & personam ponere ciuilem, haud scio qua eam commutantes? Nam rusticam regiæ vice animi est
10 abiecti. Cum enim Demosthenes miseram conditionem ostendat esse Paroli sacræ apud Athenienses triremis, quæ materiam, vallos, & pecudes Midiæ deportaret: nonne vir in rep. versat* relictis ludorum dispensationibus, Bœotarchis, & primis inter Amphyctionas subsellüs, si iam offendatur in dimetienda farina & vinaceis, vel velleribus, videbitur hoc quod dicitur equi senectutē nemine cogente asciscere? Ad quæstū certe conferre se sordidum & circumforaneū perinde est, ac si fœminæ ingenuæ & castæ vestem detraxeris, ac dato subligaculo in caupona eā teneas. Quippe vitæ politicæ ita demum dilabitur dignitas & amplitudo, si ad Procurationes quasdam domesticas & compendia factitanda se demittat. Si vero, quod restat, luxum & delicias ocium & oblectationes nominant, atque in his tabescentem tacite admonent politicum vt senium traducat, duarum fœdarum imaginum haud scio cum vtra potius quadrare vita eius vi-
20 debitur: cum nautis ne, qui totum iam reliquum tempus Venerea agunt, cum nauem nondum in portum deduxerint, sed in alto destituerint: an quomodo Herculem nonnulli per ludū pingunt non probe, apud Omphalem amictum Crocota & ancillis præbentem pulsandum se Lydis & illis se admiscentem: politicum item spoliantes leonina reclinatum perpetuis epulis oblectabimus inter psallentes, & tibicines: nec pudorē faciet nobis Magni Pompeii vox, quam iecit in Lucullum. Qui cum ipse balnea, cœnas, conuiuia diurna, variasque alias delicias, atque insanas substructiones secundum res domi belliq; gestas obiecisset: Pompeio honorum affectationes & ambitionē præter ætatem exprobabat. Cui Pompeius intempestiuius esse ait seni deliciis indulgere quam imperare. Cum valetudine rentato coturnicem medicus præscripsisset, nec posset aliena tempestate comparari facile, ostenderet autem quispiā esse in Luculli viua-
30 riis multas: neq; misit, neq; accepit, fatus: Ergo ni luxuria Lucullus difflueret, non viueret Pompeius? Quippe etiam si omnino quærat natura suauitates & oblectamenta: corpus certe deferbuit ad voluptates exceptis necessariis paucis vniuersas: nec

Abhorret à magnis natu Cypris.

modo, vt est apud Euripidem: sed potionis etiam & ciborum habent obtusos fere & stupidiores auiditates, vix vt ea attingant & delibent: Sed animo parandæ voluptates sunt non sordidæ neque illiberales: sicut respondit Simonides iis, qui auaritiam ei obiiciebant, aliis se voluptatibus ob senectutem orbum ab vna ætatem suam foueri quæstuaria. Cæterum haber resp. præclarissimas, & summas delicias: quibus deos quoq; verisimile est vel solis vel præcipue oblectari. Hæ sunt, quas beneficia & præclara facta gignunt. Nā si Nicias pictor vsq; adeo tenebatur artis suæ
40 operibus, vt de famulis sæpius quæreret, an lauisset & pransus esset: Archimedem autem tabulæ affixum abstrahebant atque exuebant ministri, vt eum lauarent, ille vero in corpore vncto describebat formas: Canus deniq; fistulator, qui tibi nō est ignotus, nescire dicebat homines, quanto plus se, cum tibia caneret, quam alios demulceret: fore enim, vt qui audire vellent, postulaturi essent non daturi mercedem: consideramusne, quam magnas voluptates cultorib. suis virtutes ex honestis actibus & operibus popularibus & benignis pareht? non quod scalpant vel eneruent, vt lenes & blandæ, quæ carnem pellunt, motiones: sed stimulent hæ, & fluxam pungentemq;, & confusam cum morsu habeant titillationem. At illæ, quæ ex honestis factis nascuntur, quorum est ille, qui remp. recte atq; ordine gerit, artifex, non pennis Euripidis aureis, sed Platonicis illis & cœlestibus alis assimiles animum celsos spiritus cum lætitia sortientem in sublime
50 tollunt. Subiice porro tibi ipse, quæ frequenter accepisti. Rogatus, quid sibi iucundissimum accidisset, Epaminondas respondit: quod viuentibus adhuc patre & matre palmam Leuctricam retulisset. Sylla vt à bellis intestinis Italia purgata propinquanit primum vrbi, abingenti gaudio & gratulatione sicut aura animo euectus somnum tota nocte non vidit: quod de seipso scriptum reliqt in cōmentariis. Nempe nihil aures feriat laude dulcius, vt verbis Xenophōtis vtar. Spectaculum vel monimentum vel commentatio rerum nulla est, quæ tantum adferat delectationis, quantum rerum suarum in magistratibus & publicis muneribus gestarum velut in locis splendidis & publicis speculatio. Quin etiam gratia ex candido animo profecta, quæ suffragatur factis, certansq; cum his commendatio iustæ dux beneuolentiæ quasi lumen aliquod & splendorem virtutis gaudio conciliat: neq; est permittendum, vt coronæ athelicæ

modo marcescat in senio gloria: verum connitendū, vt nouitio quo semper & recenti eum ut veterum gratiam excitemus, melioremq; reddamus & perennem. Quomodo enim artifices, qbus ea cura incumbebat, vt nauigium Deliacum incolume esset, corruptorum asserum loco reponendis aliis infigendisq; sempiternum ex illa ætate & immortale videbantur efficere: ita est etiam gloriæ vt flammæ non ardua tutela & conseruatione, sed exiguis opus fomentis. Extinctam & conglaciatam neutram sine negocio iterum accenderis. Sicut autem Lampis nauicularius, quemadmodum comparasset opes, rogatus: Non laboriose, inquit, amplas: exiguas operose & tarde: Haud aliter gloriam & potentiam ciuilem non est initio consequi procliue: amplificare vero ac tueri magnam, quæ ex quibusuis factis creuit, est pronum. Neq; enim amicus, vbi eum conciliasti, multa officia & negocia, vt perstet in amicitia, flagitat: sed tenuibus significationibus coniunctionem conseruat assiduitas perpetuam: & populi amor ac fides non vsquequaque postulat præbitorem vel procuratorem, vel consulem: sed si stationem tuam non deseras, neq; remittas solicitudinem & curam, ipsa animi promptitudine retinetur. Neq; enim expeditiones semper habent instructas acies, prælia & oppidorum oppugnationes: verum etiam sacrificia nonnunquā, & conuiuia interim, & ocium largum, in ludis & iocis admittunt. Multo minus certe resp. extimescenda vt ærumnosa, operosa & dura: vbi spectacula, supplicationes, congiaria, tripudia, musa, Aglaia, semperq; dei alicuius honos deducat supercilia cum suis prætorii, & curiæ curas repensat multiplicibus oblectamētis & blandimentis. Enimuero maximū malū, q. publicam procurationem comitatur, inuidia quam minime distringitur in senectutē.

Omnibus allatrat canis ignotis: 20

vt est apud Heraclitum. Populares item sicut in foribus tribunalis incipiendi reluctantur, neq; ei præbent aditum. Gloriam vero collactaneam, cui assueuerunt, non grauiter neq; iniquo animo, sed molliter ferunt. Hinc inuidiam aliqui fumo æquiparant. Ingens enim initio prius quā flagret erumpit: postquam relucere cœpit, euanescit. Ac cæteris quidem, qui virtute, natalium claritudine & munificentia præcellunt, obstrepunt & reluctantur: quasi tantum sibi ipsi detrahant, quantum aliis in his concedunt. Ætatis vero primatus qui dicitur proprie πρεσβεῖον, quasi ætatis prærogatiuum, liber est ab æmulatione & permissus: Nullus enim habet hoc honos alius: vt honorantem magis quam eum, cui honos habetur, ornet, quam qui habetur senibus. Præterea opes, quæ ex diuitiis vel eloquentia, vel sapientia colliguntur, non sperant assecuturos se omnes. Ad quas prouehit senectus, reuerentiam & splendorem, eas nullus desperat in rep. ciuis. 30 Itaq; imitatur gubernatorem nauis, qui postquam diu in cursu cum fluctibus & ventis aduersis est luctatus periculose: simul atq; extitit tranquillitas & sopitum est mare, portum respicit, ille, qui longo spacio cum inuidia colluctatus, vt ea conticuit & placata est, recipit se ex rep. deserens vna cum rerum actu contubernia & sodalitates. Siquidem quo diutius in rep. versatus fuit, eo amicos plures & commilitones sibi parauit: quos neq; abducere secum omnes licet, vt chorum magistro, neq; prodere est æquum. Cæterum sicut arbores annosas haud expeditū est diuturnam reip. procurationem conuellere radicosam iam illigatamq; negociis: quæ procellas & scrupulos præbet recedentibus, quam manentibus plures. Sin quæ adhuc supersint inuidiæ vel æmulationis aduersus senes ex contentionibus ciuilibus reliquiæ, hæ potentia potius restinguendæ, quam danda terga, vt recipiant se nudi & inermes. Neq; enim perinde certantes, 40 qui inuident eis, ac languentes ex contemptu adoriuntur. Testatur id magni illius viri Epaminondæ ad Thebanos dictū: cum bruma Arcades inuitarent eos, vt vrbem ingressi agerent sub tectis. Quod hic non permisit, sed: Nunc suspiciunt, inquit, vos intuenturq; in armis exercitātes corpora vestra & luctantes. Qui si ad focum sedentes conspexerint & fabas tundentes, non maiores vos semetipsis facient. Perinde est senex, quando dicit aliquid & agit & est in honore positus, venerandum spectaculum. Qui vero diem in lectulo traducit, aut in angulo porticus garrit & emungitur, vilescit. Hoc sane etiam Homerus docet eos, qui illum recte intelligunt. Nestor ad Troiam militans in authoritate erat & magna existimatione. Peleus & Laertes domi resides abiecti & despecti. Neq; enim prudentiæ excellentia æque constat remittentibus se: sed ex inertia flaccescens & elanguescens pedetentim semper postulat aliquā meditationem cu- 50 ræ, quæ rationis agitationem & vim agendi incendat atq; detergat.

Etenim refulget vsu tanquam æs lucidum

corporis infirmitas. Neque enim tantum habent incommodi actiones eorum, qui exacta ætate ad suggestum & tribunal pergunt, quantum boni cautionem & prudentiam, quod non videantur falli, neq; ex inani gloria inuolare in publicam procurationem, rapereque secum multitudinem vt pelagus à ventis agitatum, sed placide vti & moderate rebus occurrentibus. Hinc ciuitates, cū titubauerint vel consternatæ sint, grandiorum natu virorū desiderant imperium: ac subinde ex agro acciunt alienum ab ambitione senē, atq; inuitum cogunt, vt in puppi sedens in tutum remp. collocet, ducibus repulsis clamosis, qui vno spiritu continenter verba fundere, &

vero

vero obtritis hostibus fortiter præliari valent: sicut oratores Athenis cũ Timotheo & Iphicrate Charetem Theocharis filium comparabant corpore florentẽ & robustum, ac talem esse dicebant debere Atheniensium imperatorem. Ibi Timotheus: Minime gentium, inquit: sed eiusmodi esse eum, qui stragula imperatori est portaturus: imperatorem vero eum, qui simul à fronte & à tergo negocia videat, & cuius salubria consilia nullo animi motu protelentur. Sophocles gaudere ait se, quod rem Veneream sicut ferum & rabiosum dominum effugisset. In rebus vero ciuilibus tractandis, non vnus est defugiendus dominus puerorum & fœminarum amor: verum etiam multi hoc insaniores contentio, ambitio, cupiditas primatus: qui morbus maxime gignit inuidiam, æmulationem & seditionem: quorum partim remittit & obtundit, partim
10 extinguit & obrigescere facit senectus, nec tantum accidit impulsum actiuum, quantum ab animi perturbationibus summouet impotentibus & ardentibus: quo sobriam & tranquillã mentem ad curas applicet. At enim esto, videatur hoc dictum reuocare auspicantem in canicie, & senem obiurgare, qui ex longo ocio & vmbra quasi valetudine exurgit & pergit ad imperium & in solem forensem.

Maneas miser tectis quietus in tuis.

At qui virum, qui ætatem triuit in publicorum curriculo negociorum, non finit ad faecem & vitæ metam progredi: verum reuocari iubetq; quasi ex longa via regredi: hic plane ineptus est, neque illi vsquam similis: sicut qui parantem senem vxorem ducere, coronasq; sumentem ac redolentem vnguentum abducit, adfertq; ea, quæ dicta ad Philoctetem sunt:

20 *Quæ sponsa te capiet vel quæ iuuencula?*

Sane probe: vt misere infias tu nuptiis.

Non fuerit hic importunus. Quippe ipsi iocos multos in se tales iaciunt:

Scio sat, senex duco & vicinis coniugem.

Qui vero eum, qui multos annos in vxoris cõtubernio vixit inculpate, huic oportere existimet senii causa nuncium remittere, ac secum habitare solitarium, vel pellicem matrisfamilias loco asciscere, illo nihil fieri poterit imperitius. Item non est absurdum, si accedentem ad populum senem & Chlidonem rusticum, vel Lamponem nauclerum vel aliquem ex horto philosophum admoneas & retineas in consueta vitę tranquillitate. At qui Phocionem vel Catonem, vel Periclem corripiat & dicat: Quietæ senectuti hospes Atheniensis vel Romane exequias conscribe,
30 ac reip. negociisq; & curis forensib. & imperatoris salutem dicens rus perge, & cum ancilla agricultura vitam age, aut in curatione aliqua priuata & calculis reliquã ætatem traduc: hic parum æqua consulit viro politico, parumq; grate cum eo agit. Quid igitur dixerit aliquis, nonne dicentem in comœdia audimus militem?

Faciunt capilli cani me hinc emeritum,

Prorsus vero. Quippe Martis ministros adolescentes & ætate florentes esse oportet,

Vt qui tum Martem tum etiam Mauortia facta

dispensent: in quibus etsi cassis caniciem absconderit,

Tamen ipsa & membra grauantur.

ac destituunt strenuitatem vires. Nos vero ab Iouis consiliorum, fori & ciuitatum præsidis fa-
40 mulis non pedum, non manuum opera quærimus: sed consiliis, sed prospicientiæ, & eloquentiæ, non illius, quæ fremitum & strepitum populi excitet, sed quæ sale condita sit & solicitudine prædita prudente cautioneq;: in quibus ludibrio habita ab omnibus senectus & vsus rerum testes rugæ elucent, assistentemq; ei fidem & grauitatis authoritatem conconciliant. Est enim iuuentutis parere, senectæ imperare. Ac maxime stat ciuitas, vbi consilia senum & iuuenum vigent hastæ. Atq; hoc:

Magnanimusque senum cœtum amplum ante omnia cogit

Nestoriam ad puppim:

mirifice celebratur. Quocirca sociatum Lacedæmone regibus principũ ordinem Apollo maiores natu, Lycurgus diserte appellauit senes. Romæ summum consilium in hanc vsque diem
50 senatus dicitur. Ac quomodo diadema lex & coronam sic canities natura gloriosum imperatoriæ insigne maiestatis imponit. Etiam nomen γέρας apud Græcos, & γεραίρειν, id est, honor & honorare, ἀπὸ τῶν γερόντων, id est, à senibus deductum, ni fallor, venerabile permanet: non quod balneis calidis vtantur, & dormiant mollius: verum quod regium ex prudentia locum in ciuitatibus obtineant: cuius sicut arboris, quæ fructus serotinos edit, peculiares dotes & absolutas in senectute deniq; natura fundit. Quin & regum regem deos immortales precantem:

Tales assideant & Achiuis bis mihi quinque.

qualis fuit Nestor, nemo reprehendit Martiorum & animos spirantium Achiuorum: sed concedebant omnes plurimum momenti adferre non domi tantum verum etiam belli senectutem.

Nam consilium sapiens multas vnum manus
Superat,

atque vna sententia, quæ facunda sit & lepore distincta præclarissimas & summas res cōficit in resp. Atqui regnum, quod inter resp. est omnes consummatissima & prima, quamplurimis solicitudinibus, sudoribus & negociis distringitur. Ac Seleucum semper dicere solitū perhibent: Si sciret vulgus scribere solum tam multas epistolas ac legere quanti laboris sit, nollet in terrā abiectum tollere diadema. Castra loco commodo Philippus metatus, vt audiuit non esse ibi iumentis pabuli copiam: Quæ est, inquit, ô dii immortales vita nostra: si etiam ad ea asinorū est tempora accōmodanda. Age igitur regem mone senio affectum, diadema vt ponat & purpuram, pallioq; circumiectus & sumpto baculo retotto ruri viam agat, ne præter ætatem rebus se ingerere videatur, qui in canicie regnet. Quod si hæc indigna sunt, quæ de Agesilao, Numa & Dario dicantur: nec consilio Areopagi Solonem, nec senatu Catonem senii causa emoueamus. Ergo neq; Pericli authores simus, vt remp. popularem Athenis deserat. Neq; enim alioqui consonum sit suggestui insultare iuuenem, inde effusis insanis illis ambitionibus irruptionibusq; in negocia publica, postquam ea, quæ rerum vsu adfert prudentiam, ætas accessit, remp. cum ea abusus sis, fœminæ modo prodere & proiicere. Siquidem vulpes Æsopica vetuit erinaceo, ne ricinos sibi, cum vellet, auferret. Nam hos, inquit, si plenos abegeris, alii aderunt famelici. Resp. vero, quæ semper senes amouet, iuuenibus gloriæ & potentiæ sitientibus, mente tamen destitutis ciuili oneretur necesse est. Quippe vnde eam habeant, si nullius erunt auditores vel spectatores gerentis remp. senis. Si nauigiorum non reddunt scripta de gubernandis nauibus rectores eos, qui non frequenter spectauerunt in puppi brumalia aduersus fluctus, flatus & noctem certamina.

Cum nauta Tyndaridas mari fratres ciet.

Nec certe ciuitatem temperare & impellere populum vel concilium queat recte adolescens, qui voluit librum vel scholam de rep. in Lyceo scripsit: nisi ad habenas & temonem steterit, & cum certantibus vsu rerum simul & callidis oratoribus & ducibus nutans in vtramque partem didicerit etiam negocia. Imo etiam si nulla alia de causa seni iuuentutis certe gratia erudiendæ capessenda resp. Vt enim literatores & musicæ magistri præludunt & prælegunt ipsi præeuntes discipulis: eodem modo politicus non dicendo tantum & præcipiendo ore, sed & gerenda & moderanda rep. erudit iuuenem, dum factis & dictis eum expolit & informat viuis. Nam ad hūc qui subactus est modū, non in palæstris & ceromatibus extra telorum iactum numerose dicentium sophistarum: sed reipsa in iudicio Olympiaco & Pythicis,

Vt pullus haud lactatus equi cursum assequi
Queat:

vt ait Simonides: sicut Aristides Clisthenis, Aristidis Cimon, Phocion Chabriæ, Cato Fabii Maximi, Syllæ Pompeius, Philopœmenis Polybius. Siquidem hi iuuenes illis natu maiorib. suppares, mox velut succrescentes & adolescentes cum illorū procurationibus & rebus gestis experientiam & promptitudinem ad munera publica laudem & potentiam secum trahentia parabant. Academicus Æschines, cum sophistæ aliqui simulare dicerent eum fuisse Carneadis secum non fuisset, auditorem: Ego vero tunc, inquit, Carneadem audiui, cum abiecisset oratio eius fragorem & strepitum, atq; in ea vtilitatem & comitatem esset contracta. In rep. per senes administrata, quæ non verbis modo, sed & factis est ab ostentatione & iactantia defæcata sicut Ibim ferunt, postquam consenuit & virus turbidum exhalauit, suauiorem fragrantiam habere, sic decretum est senile vel consultum turbulentū nullum, sed cuncta solida & composita. Itaq; vel pubis gratia est seni resp. tractanda: quo, quemadmodū ait Plato, intemperata cum mero aqua insanum deum altero deo castigatum sobrior refrenari: sic cautio senilis cum feruente mista in populo iuuentute furenteq; gloriæ cupiditate & ambitione insaniam & impotentiam detrahit. Præterea hallucinantur, qui perinde esse existimant remp. gerere ac nauigare atque stipendia facere: quod ad aliud dirigatur, termineturq;, quando illud fuerit consecutum. Neq; enim est minus reip. curatio quod ad quæstum reuocetur, verum animantis vita placidi, politici & sociabilis: quod natura, quamdiu hac luce fruitur, honeste & comiter viuat. Vnde officium est non remp. gessisse sed gerere, sicut veracem esse non fuisse, iuste agere non egisse: amare non amasse patriam & ciues. Hoc namq; dicit natura, atq; has dictat voces iis, quos nō semel ignauia & mollitia deprauauit:

Memorabilem te plurimum genuit pater. Et,
Semper bene mereamur de mortalibus.

Qui vero valetudines & impotentias prætendunt, hi morbum potius & corporis vitium quam senium culpant. Siquidem complures valetudinarii iuuenes, complures robusti sunt senes. Itaque sunt non senes, sed inualidi deterrendi, neque inuitandi iuuenes, sed valentes. Erat

Aridæus iuuenis, senex Antigonus. Cæterum hic vniuersam prope Asiam in ditionem suam redegit: ille sicut in scena cohors regia mutum nomen regni & persona, prout quisq; superior erat, ita semper ab eo fuit ludibrio habita. Quemadmodum ergo ille, qui sophistam Prodicũ vel Philetam poëtam moderari vult remp. florẽte illos quidem ætate, sed extenuatos, valetudinarios, & plerumq; ex infirmitate in lecto decumbentes, stultus est: non aliter qui à magistratu & imperio arcent huiusmodi senes, qualis fuit Phocion, qualis Masanissa Afer, qualis Romanus Cato. Nam Phocion quidem molientibus bellum alieno tempore Atheniensibus edixit, vt qui essent annorum sexaginta, arma caperent, & sequerentur se. Quib. stomachantibus. Quid malum, inquit, noui est: Ego dux vester ero annos natus plus octoginta. Masanissam
10 scribit Polybius nonagesimo ætatis anno decessisse, qui filium relinquebat ex se procreatum quadrimulum: ac cum paulo ante vitæ exitum signis collatis fudisset fugauissetq; Pœnos, cõspexerunt postridie pro tabernaculo mucidum panem mandentem: qui mirantibus respondit: quod hoc faceret:

Etenim refulget vsu tanquam æs lucidum,
At torpidum tandem die tectum ruit.

vt ait Sophocles. Sicut vero nos dicimus, fulgor ille & lux, qua ratiocinamur, meminimus, & intelligimus, animi esse. Vnde etiam reges autumant fieri in bello & expeditionib. quam ocio meliores. Attalum quidem Eumenis fratrem ex diuturna quiete & pace plane oscitantẽ vnus
20 ex amicorum cohorte Philopœmenes pascebat strenue pascentẽ se: vt Romani quotidie per ludibrium ab redeuntibus ex Asia quærerent, ecquid posset rex apud Philopœmenem? Lucullo, quam diu prudentiam suam rebus gerendis exercebat, quotum quemq; ex Romanis ducib. reperias præstantiorem? Postquam vero in vitam dimisit se solutam & institutum supinum & socors spongiarum more in tranquillo obtorpescẽs emarcescensq;, Callistheniq; permittens liberto senectutem suam pascendam & cicurandam, habitus est amatoriis veneficiis ab eo potionatus & præstigiis fascinatus, quoad Marcus frater isto amoto dispensationem & procurationem per reliquum vitæ eius, quæ non fuit diuturna, suscepit. Darius Xerxis pater fieri ferebat se in rebus duris prudentiorem. Scytha Ateas nihil existimare se, cum feriaretur equisonibus præstantiorem esse. Dionysius superior roganti, an ocium ei esset: Absit, inquit, vt hoc mi-
30 hi vnquam contingat. Arcus enim, quando tenditur, rumpitur: animus, quando laxatur. Etenim harmonici, si exaudire concinentiam: geometræ, si retexere complexionem: arithmetici, si continuam supputationem intermiserint, quamuis in artibus versentur, quæ non manu sed mente peraguntur, non agendo etiam offuscant progressu ætatis facultatem suam. Politicorũ vero facultas, rectum consilium date, prudẽtia, iustitia, adhæc experientia, quæ vis est temporum articulos considerandi & verba animorum permouentia; in eo continetur, perpetuo vt aliquid agant, vt reputent, vt iudicent. Turpe est autem hæc defugientem elabi sibi tot tantasque virtutes sinere ex animo. Quippe non poterit non simul exolescere humanitas, popularitas, beneficentia: quarum esse nullus debet finis nec terminatio. Quod si Tithonum haberes patrem immortalem quidem, verum indigentem ob senium assidue multa cura, non arbitra-
40 rer declinaturum te nec renuiturum, quin ei sis prospecturus, eum appellaturus, & opem laturus, quasi officio tuo diu defunctus. At patria & matria, vt Cretes vocant, quæ antiquius in nos & maius quam parentes ius vendicat, longæua quidem est, non ita tamen, vt exoluta senectute sit, & quin egeat ope: imo haberi perpetuo flagitat sui rationem, suscipi de se solicitudinem & sibi succurri. Ideo asciscit politicum vrgetq;

Veste tenens etiam properantem detinet illum.

Quin etiam haud fugit te Apollini me multis Pythiadibus operam præbuisse, haud dixeris tamen: Satis iam solennia Plutarche suscepisti, satis supplicationũ habuisti, satis choreas duxisti. Nunc tempus est, vt grauior ætate coronam ponas atq; oraculo propter senium salutem dicas. Nec vero tete oportere existima sacrorum antistitem & vatem publicorum Iouis honores
50 Re:p. & fori præsidis, quibus iam pridem consecratus es, relinquere Cęterum repudiata, si tibi videtur, oratione, quæ à rep. reuocat, illud videamus modo accõmentemur, ne vllum, quod deceat & fatiget senium, accersamus certamen: cum partes in rep. multæ sint huic congruentes & accõmodatæ. Nã quomodo, si muneris nostri foret constare in cantando, cum multorũ tonorum & generum, quæ τρόπων vocant vocis, quos musici harmonias vocant, ea si facultas, nõ acutum simul & intensum persequi debeamus iam senes: sed eum, qui cum facilis, tum sit decoro affectu coniunctus. Sic quoniam agere & dicere magis hominibus quam cygnis cantare vsque ad extremum vitæ spiritum est natiuum: haud est actio quasi aliqua intenta lyra abiicienda: verum remittenda atque traducenda ad facilia, moderata, & consona senibus munera. Neque enim, quia tractare bipalium vel halteres non valemus vel disco ludere, neq; sub armis exercitare nos vt ante, continuo corpora relinquemus semel immota atque inexercitata, sed

gestationibus & deambulationibus, nonnulli pila luctando leuiter & disserendo agitant spiritū & calorem excitant. Itaq; neq; permittamus, vt prorsus obrigescamus & congelescamus inertia: neq; inuicem omnem magistratum appetamus, neque omni muneri inhiemus, quo redigamus eo senectutem, vt deprehensa ad voces huiusmodi delabatur

O dextra quam tenere hastam manus cupis,
Cupidinem ast extorquet imbecillitas.

Ne florens quidem ætate & valens viribus vir commendatur qui negocia publica sibi imponit simul cuncta, neque vllum relinquere vult alteri, sicut Iouem Stoici dicunt, in omnia intrudens se, omnibusque ingerens ex immensa ambitione vel inuidia eorum, qui in consortium aliquanti honoris in ciuitate vel authoritatis veniunt. Seni vero sanequam, vt absit infamia, laboriosa est atque ærumnosa, quæ ad omnia occurrit comitia, ptensatio, quæ omni etiam imminet subselliorum & concilii tempori curiositas, omnem porro quæ legationem & procurationem surripit ambitio. Etenim hæc agere vel cum beneuolentia graue est & præter ætatem. Enimuero diuersum euenit. Siquidem odio veniunt iuuentuti, quod nullam ipsis se demonstrandi materiam, neque ad remp. aditum præbeant. Est enim aduerso rumore apud alios principatus & honorum sitis non secus ac diuitiarum in aliis senibus & luxus cupiditas. Quare vt Bucephalum Alexander ætate grauiorem ne oneraret, ante prælium, cum aciem lustraret & dirigeret, aliis vehebatur equis: inde signo dato in illum transultans, extemplo signa hostibus inferebat & Martis aleam subibat: Politicus item, si intelligens sit, ipse ætate iam fessa nō necessariis temperabit, permittetq; ciuitati, iuuenibus vt ad minora vtatur, in grauioribus ipse certabit alacriter. Athletę corpora sua ab laboribus necessariis integra seruant & illibata ad infrugiferos: nos contra repudiabimus obscuros & tenues, & insignibus nos reseruabimus. Quippe iuuenem decent fortassis iuxta Homerum omnia, omnibus incumbunt, omnia sectantur: vocantq; eum, qui sectatur humilia & vulgaria, popularem & industrium: qui splendida & grauia, hunc generosum & magnanimum. Interim etiam peruicacia & audacia proiecta venustatem & gratiam habet ei ætati conuenientem. At si vir grandæuus in rep. munera ciuilia cum ministeriis coniuncta excipiat: vt si auctionibus sit præfectus vel portuum curæ & fori, præterea si legationibus & profectionibus ad præsides & potestates inhiet, in quibus necessarii est nihil, sed obsequium & blandimentum: id miserum mihi mi Euphane & putidum videtur, aliis forsitan etiam odiosum & molestum. Quippe nec in magistratibus tanto natu virum congruum est iactari: nisi si quib. adiuncta amplitudo est & dignitas: vt est is, quem nunc geris Athenis consilii Areopagitici moderationem, & vero etiā Amphyctioniæ maiestatem, qua te in perpetuum ornauit patria, cū labore coniunctam iucundo & opera non operosa: quibus nec ipsis est inhiandum, sed suscipiendū refugientibus non appetentibus, imo deprecantibus: non quasi sibi ipsi magistratum capiant, cæterum quasi seipsos magistratui dedant. Neque enim, quod Tyberius Cæsar dixit: Manum medico porrigere eum, qui annum excessit sexagesimum, turpe est: sed magis manum populo porrigere ad testulam vel suffragium in comitiis rogandum. Id enim illiberalis est & abiecti animi: sicut contra habet dignitatem aliquam & speciem, si designante patria accersenteque & præstolante descendens cum honore & beneuolentia senex reuera honoratus & suscipiendus exosculetur & amplectatur honorem. Pari modo est & oratione annis prouecto in concione vtendum: vt non insiliat assidue in suggestum, neque perpetuo gallinacei instar cantum loquentibus referat, neque digladiando & conflictando dissoluat eam, quam ipsum prosequitur iuuentus, reuerentiam: neq; meditationem & assuetudinem rebellionis & contumaciæ inducat: imo etiā permittat aliquando & conniueat, vt reluctetur gloriæ suæ & insultet, non præsens neque anxie excutiens, si periculum non subsit grāde publicæ salutis aut honesti & decori. Nam ibi oportet vel nemine vocante accurrere supra vires, præbereque se ducendum manibus vel gestandum lectica: quod memoriæ proditum est Romæ de Appio Claudio, qui Romanis ingenti prælio fusis fugatisque cum senatum acciperet verba de fœdere & pace admittere, rem indignam ratus est, contenditque, licet vtroque lumine orbatus, medio foro ad curiam. Quam vt est ingressus, consistens in medio molestum ait ante fuisse sibi, quod captus oculis esset, nunc vero optare, vt ne audire quidem posset illos, qui adeo infamia & ignaua consilia caperent & cœpta præ manibus haberent. Ita senatum partim castigatum, partim doctum atque excitatum induxit extemplo ad arma capienda ac cum Pyrrho pro Italia decertādum. Solon vt palam factum est blandas Pisistrati actiones ad tyrannidem spectare, cum nemo se obiicere aut intercedere sustineret, ptolatis armis ac pro forib. positis ciues ad obuiā eundū implorauit. Ibi cum sciscitatum ex eo Pisistratus misisset, qua re fretus eo progrederetur: Senecta respondit. Cæterum tantæ necessitates vel decrepitos senes, si modo vllus in corpore superfit spiritus, accendunt & stimulant. In cæteris si nonnunquam, vt supra dictum est, deprecetur sordida & famularia, & quæ plus occupationis administrantibus, quam qua de causa administrantur,

tur,necessitas adferant & emolumenti,ciuilis fuerit: Nonnunquam si sustineat senex,dum vocent ipsum,desiderent,& domo accersant ciues,maiore cum fide apud eos, qui opera sua indigent,descendet. Vt plurimum etiam si assistet adolescentioribus dicere tacitus permittet,quasi ciuilis ambitionis & concertationis arbiter: Quæ si modum excesserit,placide corripiet,ac cū beneuolentia peruicacias,conuitia,& bilem opprimet in dicendis vero sentētiis eum,qui peccauit,subleuans citra suggillationem ac docens:ad hæc commendabit citra inuidiam recte agentem,vinciq; se vltro patietur ac non transiri in sententiam suam,& non præualere se identidem,quo illi crescant & excitentur:nonnullis etiam explebit cum laudatione id,in quo claudicant,sicut Nestor:

Nemo tuos carpit sermones inter Achiuos,
Nemo tibi dicit,dictis quis deniq; finis:
Quamuis sis iuuenis,noster charus quoq; natus.

Porro erit eo ciuilius,si non solum non propalam neque publice improperet cum morsu validius fodicante & probroso: verum potius seorsum aptis ad remp gerendam dicta cōmoda suggerat benigne & ad præclaras actiones adhortetur,concitetque ad recta,& illustret animos eorum,præbeatque eorum more, qui equitare docent , mitem in limine & mansuetum ad eum recipiendum populum: quod si quis offendat , non permittat,vt animis cadat iuuenis,sed excitet eum & alleuet:vt Aristides Cimonem, Mnesiphilus Themistoclem in uisos initio & male audientes in ciuitate vt impudentes & insolentes erexerunt & confirmauerunt. Memorant Demosthenem quoque cum explosus esset à populo & id grauiter ferret,increpitum à magno natu sene,qui Periclem audiuerat,fuisse. Is admonuit hunc non facere eum recte : quod cum natura illi viro germanus esset:animum desponderet. Ita Timotheo Euripides,cum exibilaretur nouationis causa,quasi leges musicæ perrumperet , animum addidit , regnaturum eum breui ostendens in theatris. In summa sicut Romæ virginibus Vestalibus tempora stata sunt, primum vt addiscant , alterum vt legitima sacra obeant , tertium vt iam doceant. Ephesi item earum, quæ sacratæ Dianæ sunt , vnamquamque mulierem primum quasi designatam sacerdotem , hinc hieren id est sacerdotem , tertio parierem quasi defunctam sacerdotio nominant:Perinde vir plene politicus primum instruitur adhuc ad remp.tractandam & initiatur, postremo docet & est mystagogus. Siquidem aliorum qui est arbiter certantium,hic non certat ipse. Qui vero iuuenem in negociis communibus & publicis instruit certaminib. præparatque eum patriæ,

Dicere vti possit recte res & gerere amplas:

is non exiguo in munere reip.neque contemnendo vtilem operam præstat : sed eam in quam præcipue & primam incubuit Lycurgus,adolescentiam seni assuefaciens vt legislatori audientē esse perpetuo. Nam quo spectauit,eum Lacedæmone dicere pulcherrimam senectutem agi Lysander? Num quia rura potissimum maioribus natu colere licet illic , aut fœnus exercere,aut alea ludere confidentes,aut in formosorū cœtu adolescentium compotare? Bona verba. Cæterum quod tam grandes natu quodammodo pro summo magistratu vel parentib.vel pædagogis censeantur:atq; ita non modo temp.curæ habeant,sed & actus singulos iuuenū perpetuo in exercitationibus,institutionibus, & vitæ rationibus explorent non defunctorie , formidabiles delinquentibus,reuerendi bonis & iucundi. Nam obseruant vsque assectanturq; adolescentes illos,qui modestos & generosos ipsorum animos alunt & arrigunt sine inuidia. Quippe his moribus nullum tempus decet ætatis : in iuuenibus tamen non deficitur honestis nominibus, dum dicitur contentiones , studium , ambitio. In senibus vero est prorsus intempestiuus, ferus,& illiberalis. Quocirca quam alienissimus sit oportet ab liuore politicus senex , nec pro annosarum arborum malignitate iuxta fruticantium & prope nascentium germinum opprimat & coerceat propagationem & incrementum : sed benigne admittat præbeatque se apprehendentibus & amplectentibus directorem,ductorem,& altorem non præceptis tantum & consiliis salubribus,sed concedendis quoque actionibus honorificis & gloriosis, & quæ cum obsequiis sunt coniuncta , quæ vt innoxia ita blanda sint plebi & grata futura. Quæ vero infesta & aspera medicamentorum ritu mordent in præsentia ac torquent , laudem vero & fructum postea ferunt: ne demittat in ista iuuenes,neque tumultibus impetitæ multitudinis insolentes obiiciat,sed ipse offensiones pro bono publico excipiat.Id magis propitios reddet iuuenes & in aliis ministeriis alacriores. Super omnia hæc tenendum memoria,non esse tempub.gerere tantum magistratu fungi,in legationem ire,& vociferari in concione, atq; in suggestu insanire dicendo rogationesque ferendo: quod vulgus remp. gerere existimat, vt videlicet philosophiæ dare operam illos dicit,qui ex stella disserunt,atque disputationes in libris tractant. assiduæ vero in operibus & factis,quæ nequaquam apparent quotidie,actiones publicæ & philosophiæ latent hos. Etenim eos,qui in porticibus reciprocant gressus,deambulare dicunt,vt Dicæarchus

ait,non illos,qui rus vel ad amicos pergunt.Est autem perinde remp.tractare ac philosophiam. Socrates certe nullis positis sellis,neq; conscenso solio, neq; ad horam sermonis vel deambulationis auditoribus præfinitam occurrens:verum etiam per ludum, si ita casus tulisset,in conuiuio,in contubernio militari,in frequentia fori,in carcere deniq;, & cum hauriret venenum,cũ sociis philosophabatur. Qui ostendit princeps vitam omni tempore, omni in officio,in animi motibus & negociis semel omnibus philosophiæ locum dare. Haud secus sane in rep.statuendum,vecordes,nec quando in Imperio sunt,nec cum scribę.nec cum concionãtur,reip.tribuere operam,sed auram popularem captare,vel venditare se,vel seditionem mouere, vel suscipere partes suas necessario: At virũ sociabilẽ,humanum,patriæ amantem, assiduum, & bona fide politicum,etiamsi chlamyde nunquam vtatur,ad remp.se accommodare perpetuo,incitando aptos,præcipiendo rudibus, assistendo deliberantibus, reprimendo scelerosos,confirmando viros bonos,præ se ferendo attendere se non oscitanter negociis publicis, neq; quando de studio agitur & suffragatione propter principatum contendere se in theatrum vel curiam,sed forte oblectandi sui gratia sicut ad spectaculum vel ad audiendum,vbi libuit,accessisse: Imo etiam si non interfuerit corpore,præsentem mente & percunctatione partim eorum, quæ acta sunt comprobare partim damnare. Neq; enim Athenis Aristides vel Cato magistratum gessit frequenter Romæ:sed vacauerũt perpetuo per totam vitam patriis suis. Epaminondas multas res & præclaras prætor gessit. Quibus non est tamen inferius, quod perpetrasse eum perhibent, cum neq; in prætura neq; in magistratu vllo esset,in Thessalia: quando, cum exercitum prætores in loca incommoda coniecissent, & obstreperet eis tumultus militaris : Nam premebant missilibus eos hostes:euocatus ex cohorte sua,primum confirmando exercitu tumultum & trepidationem repressit,deinde instructam ac digestam aciem,quæ confusa fuerat, facile inde recepit,atq; infestam hostibus opposuit,vt concederent illi alio. Agidi regi in Arcadia,cum infesta signa stante in procinctu exercitu inferre hostibus intenderet, ex maioribus natu Spartiatis quidam inclamauit,velle eum malum malo tollere : præproperum ex Argis receptum significans intempestiua præsente alacritate velle eum corrigere, vt est apud Thucydidem. Quod cum audiuisset Agis,obtemperauit ac receptui cecinit,victorq; euasit. Sedes posita ei quotidie erat iuxta curiæ valuas:ac frequenter consurgentes adibant eum ephori ac de rebus maximis consulebant.Habebatur enim consultus,ac consideratum fuisse proditum est literis.Itaq; cum vires eius iam omnino obtorpuissent,ac fere recubans in grabato diem traduceret: accersentibus eum in forum ephoris,exurgens pergere ad eos moliebatur. Cum ægre & cum labore progrederetur,& in via incidisset in pueros,requisiuit,ecquid magis vrgens nossent quam domino parere. Quibus respondentibus,Non posse:hunc terminum esse reputans muneris publici,regressus est domum.Neq; enim deponenda vigentibus viribus alacritas est: nec quando pro derelicta est habita,vis ei facienda.Iam C.Lælio Scipio domi militiæq; semper cõsiliorum authore vtebatur:vt dicerent nõnulli histrionem actionum Scipionem,poetã esse Lælium. Cicero fatebatur ipse optima se & summa cõsilia sua,quib.salubriter consul insistens patriam seruauit, cum P.Nigidio philosopho iniisse. Itaq; cum rationes multæ sint capessendæ reip.nihil obstat, quin senes consulere in commune optimis sui partibus valeant facundia,consilio, admonitione,solicitudine prouida,πινυτὴν dicunt poetæ.Neq; enim solæ manus nostræ,neq; pedes,neque corporis robur possessio & pars est ciuitatis: sed præ cæteris animus, animiq; ornamenta,iustitia,temperantia,prudentia.Quæ cum sero & tarde maturescant:absurdum est domum,agrum, reliquamq; pecuniam,& facultates his frui, communi vero patriæ & ciuibus porro vtiles non esse ætatis causa:quæ non tantum administratoriis viribus detrahit, quantum imperatoriis & ciuilibus adiicit.Quapropter hermas annosiores manibus & pedibus mutilos,sed pene arrecto moliuntur.Quo obscure significant,non quæri munera à senib.quæ corpore obeantur: si mentem obineant agentem,vt est conueniens & fœcundum.

Cum principibus maxime debere philosophum sermocinari.

IN amorem insinuare se & amicitiam ambire aliorum, aliosque in amicitiam recipere eamque colere,quæ multis priuatim, multis etiam publice sit conducibilis & frugifera futura:id hominum est honestorum,ciuilium & popularium:non,vt nonnulli existimant,ambitiosorum.Imo cõtra is ambitiosus & meticulosus est, qui refugit & timet, ne obseruans & cultor dicatur virorum pollentium. Nam quid ait ille, qui sanari potest & philosophiam requirit. Vtinam Simon sim ille coriarius vel literator Dionysius ex Periclis vel Catonis familia:mecum vt societ Socrates sermonem assideatq; mihi vt illis.

Atque

Atque Aristo Chius, qui, quod cum quibusuis colloqueretur, apud Sophistas male audiebat: feræ quoq;, inquit, velle sermonum capaces essent ad virtutē stimulantiū: & nos opulentorū virorum & principū vt immanium bestiarū & indomitarum refugemus cōsuetudinem? Nō est oratio statuaria philosophiæ, vt torpida efficiat simulachra, quæ ipsa in basi stant, vt verbis Pindari vtar: sed strenua studet reddere, quæcunq; attingit, agētiaq; & viua: infunditq; impulsis, qui animos versent: iudicia, quæ rapiāt ad frugifera, studia honesta, animos celsos & magnos cū lenitate & securitate: qua de causa consuetudinē habent cum primorib. & potentibus politici promptius. Etenim medicus, qui egregius sit, libentius oculum curauerit, qui multis prospicit & excubat pro multis. Philosophus item respiciet maiore alacritate animum, quem pro multis solici-
10 tum videbit, & cuius partes sunt, multis intelligentem multis sapientem & iustum esse. Nam si artifex esset inuestigandæ & cogendæ aquæ, sicut Herculem memoriæ traditum est ac multos veteres fuisse: haud duceret præclarum in vltimis oris apud Coruirupem Arethusam illam subulceā fodere, sed fluminis alicuius perennes aperire scaturigines vrbi & castris arbustisq; regū & nemoribus. Audimus ab Homero Minoa dei nuncupari familiarem, id est, Platone interprete, asseclam & discipulum. Neq; enim priuatos censebat vel ignauos, vel domi resides, vel languidos discipulos esse deorum, sed reges: quibus si contigerit prudentia, iustitia, humanitas, & magnanimitas: omnibus, qui cum eis agerent, erant commodaturi & consulturi. Eryngion pusillam herbam si vna capra in os sumpserit: illam ipsam ferunt simulq; reliquum gregem consi-
20 stere: quo vsq; accurrat caprarius, herbamq ex ore eximat. Vsq; adeo acres effluunt è rebus vires, quæ proxima quæq; depascuntur diffunduntúrq; in ea. At philosophi oratio, si manum iniecerit homini vni priuato, qui capiatur ocio, circumscribatq; se ipso sicut centro & spacio geometrico vtilitatibus corpori seruientibus, hic non prosēminat in alios: verum, postquam tranquillum vnum illum reddiderit & pacatum, emarcescit exolescitq;. Quod si virū in magistratū positum politicum, & negociosum pupugerit, eiq; infuderit virtutem, hic multis per vnum profecerit, ceu Anaxagoras, cui propior cum Pericle vsus fuit: Plato, cui cum Dione: & Pythagoras, cui cum optimatibus Italiæ. Cato ipse ex castris ad Athenodorum nauigauit. Panætium acciuit Scipio, cum senatus eum misisset gentium improbitatem & bene constitutos mores speculatum, vt est author Posidonius. Quid igitur erat Panætio allegandum? Si Castor sis aut Pol-
30 lux, aut alius quispiam priuatus, qui solem refugiendum duceres ciuitatum, vt in angulo quopiam syllogismos philosophicos dissolueres & necteres, cupide reciperem te in contubernium. Sed quia filius es Pauli Æmilii, qui bis fuit consul, nepos autem Scipionis Africani, qui Annibalem Pœnum deuicit, non admittam te in colloquium. Enimuero dicere duo genera esse sermonum, alterum internum ducis donum Mercurii, alterum in enunciatione positum & efferendo organicumq;: id sane quam frigidum est, in quod cadit hoc dictum, Noueram hoc ante, quam Theognis nasceretur. Cæterum illud non offendet nos: quod tum interior sermo tum prolatus ad amicitiam referatur, hic aduersus alterum, ille aduersus semetipsum. Alter enim, qui dirigit duce philosophia ad virtutem, consonantem sibi ipsi, & irreprehensibilem apud semetipsum plenumq; quietis & hilaritatis erga seipsum perpetuo præstat hominem.

40 *Seditio non est non concertatio membris prodigiosa,*

non motus rationi rebellis, non appetitus cum appetitu pugna, nō cogitationis cum cogitatiōne lucta, non tanquam in confinio cupiditatis & pœnitentiæ asperitas, fluctus & delectatio: sed placida cuncta & blanda: quæ efficiunt, vt plurimis bonis quisque fruatur, oblectetúrq; semetipso. At sermonis enunciationi Musam Pindarus non quæstui olim præstitutam ostendit nec mercenariam fuisse, ac ne nunc quidem existimo: verum inscitia & insulsitate cōmunem Mercurium negociatorem & conductitium esse redditum. Nam Venus aduersus ministri sui indignata est filias: quod machinatæ primæ fuerint adolescentib. scelera offundere: nedum Vraniæ, Calliopæ & Clio cordi sunt illi, mercede qui doctrinam tradunt. Imo mihi videntur Musarum facta & munera magis quam Veneris ad amicitiam inuitare eamque conciliare. Etenim glo-
50 ria, qua terminant nōnulli sermonem, vt amicitiæ fons & semen commendata est. Quin potius vulgus gloriam in beneuolentia collocat, arbitrans nos celebrare illos tantum, quos diligimus. Sed hi quidem vt Ixion, dum insequeretur Iunonem, in nubem incidit, sic amicitiæ vicē fallacem, plausibilem, & vagam imaginem amplectuntur. Cordatus, si in rep. & rerum actibus versetur, hactenus requiret gloriam, quatenus authoritatem ei in rebus gerendis ex fide, quæ ipsi habeatur, conciliet. Neque iucundum est de nolentibus neque procliue bene meteri. Vt autem velint, efficitur ex eo, quod fidem habeant: sicut lumen plus commodat videntibus, quam iis qui videntur: sic gloria sentientibus, quam his, qui despiciuntur. Enimueto qui abduxit se à rep. sibique viuit, & summum bonum ad quietem & ocium reuocat: hic illam in cœtibus & theatris popularem ac fluxam gloriam, vt Venerem Hippolytus procul, quia castus erat, salutat: tamen hanc à probis & claris profectam ne ipse quidem contemnit. Opes, gloria principalis,

principalis, & potentia in deligendis non est sectanda amicitiis: haud fugiendæ tamen hæ, quādo ingenio moderato sunt coniunctæ. Neq; n adolescentes philosophus requirit formosos & venustos, verum sequaces & modestos & studiosos: non tamen si qui præditi forma sunt liberali & flore ætatis, hi philosophum exterrent: neq; hic repellit vel summouet eorum, qui merentur, vt ipsorum cura suscipiatur, decorem. Pari modo si dignitate principali & potentia ornatus sit vir moderatus & ciuilis, non abhorrebit ab eo philosophus diligendo & amando: neq; timebit, ne dicatur aulicus & obseruans principum.

Quicunq; declinat Venerem, hic valde æger est.
Perinde vt illi, qui student bona tollere.

Item qui eo animo sunt erga illustrium virorum & principum amicitiam. Ac philosophus quidem, qui remotus est à negociis non abhorrebit ab iis. Politicus vero eos etiam sectabitur, vt se audiant: non quo fatiget aut obsideat horum aures importunis & captiosis disputationibus: sed cum his lubentibus sermocinabitur, tempus traducet, & conuersabitur cupide,

Bis sex dierum itineris aruum ego sero
Berecyntio ex agro.

Hic, si non modo agriculturam amet, sed etiam sit humanus, mallet conserere eum, qui tot valeat nutrire homines, quam illum Antisthenis agellum, quem vix sibi dicebat sufficere. Quod si te rogem, vtrum tu malles: respondeas illud malle. At si rogem te num vniuersum suscipere curandum velis orbem terræ, dicas sane, Recuso. Atqui Epicurus, qui vltimum bonorum in altissima quiete sicut in tranquillo portu & placido ponit, beneficium dare quam accipere nō solum honestius, verum etiam demonstrat esse iucundius. Siquidem nihil perinde est lætitiæ gignendæ ac beneficium. Ceterum sapiens fuit ille, Gratiis qui indidit vocabula Aglaię, Euphrosynæ, & Thaliæ. Quippe gratulatio & lætitia vberior est in dante beneficium & purior. Quapropter accipiendis beneficiis rubore multi suffunduntur: semper vero exultant, quādo bene merentur. Bene autem merentur de multis: qui bonos reddunt eos, quorum opera multi indigēt: & contra qui semper labefactant principes vel reges vel tyrannos, delatores, sycophantæ, & assentatores ab omnibus exagitantur & male mulctantur, vt qui non vnum in poculū virus iniiciunt pestiferum, sed in fluentem in publicum, quo vti omnes homines norunt, fontem. Quomodo igitur Calliæ adulatores, quos comœdia perstringit, non ignis, non ferrum, non æs arcet, quo minus ad cœnam, vt est apud Eupolim, ventitent: Apollodori vero tyranni, Phalaridis, & Dionysii amicos & familiares obtruncarunt tormentis lacerarunt, cremauerunt, & execrarūt: quod superiores vnum lęderent, hi per vnum, qui cum imperio erat, multos: Haud aliter qui cū priuatis agunt, hos efficiunt sibi ipsis iucundos, innocentes lenes. Atqui principi mores prauos vel sententiam abstergit dirigitq; ad officium, hic quasi publice philosophatur, ac remp. corrigit, qua gubernantur vniuersi. Sacerdotibus reuerentiam & honorem ciuitates tribuunt: quod bona ab diis immortalibus non sibi tantum amicisq; & necessariis suis, sed omnibus in communi poscant ciuibus: licet non efficiant deos sacerdotes bonorum largitores, sed tales natura cient. Illos vero, qui imperium tenent, qui agunt cum his philosophi, iustiores, moderatiores, atque ad beneficentiam reddunt alacriores. Quare efferantur oportet gaudio maiore. Equidem credo vel lyræ opificem libentius lyram atq; animo promptiore facturum: si sciret eum, qui hāc comparaturus sit, vrbis Thebanæ conditorem fore, vt Amphionem: aut Lacedæmoniorum seditionem compressurum carmine permulcendo & deliniendo, ceu Thalem: fabrum æque, qui clauum molitur, gauisurum, si audisset Themistoclis hunc nauem prætoriam pro Græcia propugnanrem gubernaturum, vel illam Pompeii, qua prælio nauali piratas deuicit. Quid igitur existimas, si de sermone philosophus cogitet virum politicum & principem, qui hunc accipit, publicum præsidium fore ciuitatis iure dicundo, legib. ferendis, vindicando in sceleratos, prouehendis honestis & bonis viris. Meo certe iudicio naupegus quoque, qui homo probus sit, clauū fabricaturus sit cupidius: si hunc Argo nauem, de qua sint omnes soliciti, intellexerit gubernaturum, nec perinde fabrum materiarium facturum aratrum librum vel plaustrum, vt tabulas, in quibus leges incisurus esset Solon. Atqui dicta philosophorum, si principum virorum & politicorum inscripta fuerint animis & infixa altius, vicem obtinent legum: qua ratione eriā Plato in Siciliam nauigauit hac spe erectus, fore vt dogmata sua leges efficeret. & in opus educeret in Dionysii actionib. Cæterum Dionysium offendit sicut librum palimpsestum lituraruma iam plenum, ex quo tyrannidis tinctura elui ægre posset, quod eam imbibisset penitus. Probos autem sermones accipias oportet, dum mutabilis adhuc es.

PLV-

PLVTARCHI,

Ad principem indoctum, Commentarius.

PLATONEM Cyrenæi rogarunt, leges vt ipsis scriberet traderetque, ac tempub. ipsorum ordinaret: Id ille abnuit, magnæ molis esse fatus ita fortunatis leges sancire Cyrenæis. Nihil enim æque est intractabile, asperum, & præfractum, vt homo, cui felicitatis opinio inhæserit. Quapropter imperantibus operosum est consiliũ
10 dare de imperio. Quippe doctrinam velut imperatricem formidant admittere: ne potestatis eorum circumcidat bonum, si officii frenum ei iniecerit. Ignorant enim Spartanorũ regis sententiam Theopompi: qui Lacedæmone princeps adiecit regnantibus ephoros. Hinc cum eũ vxor insectaretur, quod imperium filiis relicturus esset, quam accepisset angustius: Imo ampli*, inquit, quanto firmius. Siquidem vbi vim eius immodicam remisit, simul cum inuidia declinauit periculum. Quanquam Theopompus quidem auertendo in alios imperii sicut vasti fluminis riuo, quantum eius in alios contulit, tantum sibi detraxit. Doctrina vero ex philosophia prompta, quę assessor & custos est domestica imperãtis, de potestate sicut bono habitu præcidens quod lubricum est, relinquit quod est sanum. Verum mentis inopes pleriq; reges & principes imitantur imperitos statuarios, qui grandem speciem & amplam futuram existimant co-
20 lossorum: si tibiis vehementer diductis inflatos & hiantes finxerint. Etenim hi vocis minis, obtutus toruitate, morum asperitate, & consuetudine dura insocialiq; grauitatem ac maiestatem exprimere putant se principalem: cum nihil à colossorum statuis absint, quæ extra heroicam & diuinam effigiem repræsentant, intus sunt terræ, lapidis & plumbi plenæ: nisi quod statuarum hæc pondera seruent illas perpetuo rectas, firmas, & immoras. At duces & principes inertes ex intestina sua importunitate subinde agitantur & subuertuntur. Dum enim basi non ad rectam lineam positæ potestatem superstruunt excelsam, vna cum ea nutant. Sicut autem regula oportet sit ipsa recta non obliqua, quæ cætera dirigat adæquans illa, quæ ei cohærent & adiunguntur: perinde princeps constituat oportet primum seipsum, ac dirigat imperium moresque componat, deinde accomodet sibi populares suos. Neq; enim labentis est erigere, ne-
30 que erudire rudis, neque componere incompositi, neque ordinare inordinati, neque imperare non parentis. Verum vulgus hominum parum sapiunt, qui summum bonum in imperando numerant, si nullius obnoxii sint imperio. Rex Persarum omnes existimabat seruos extra coniugem suam, in quam notissimum ei esse ius debeat. Quis igitur imperabit imperanti?

Lex,

Mortalium omnium & rex immortalium,

vt est apud Pindarum: non illa quidem in libris extra neq; in ligneis conscripta tabulis, sed sermo animatus: qui semper cum eo habitet, semper asseruet, neq; animum eius vnquam destituat ductu. Rex Persarum vnum habebat cubicularium: cuius hæ partes erant, vt mane ingrediens ad eum diceret: Surge Rex, ac cura ea, quorum tibi Mesoromasdes imposuit curam. Eruditus &
40 sapiens princeps in præcordiis habet eum, qui hoc ei perpetuo edicit & iubet. Polemon amorẽ dixit deorum esse ad respectum iuuentutis ministerium. Sed verius dixeris ministros principes dei esse ad hominum respectum & salutem: quo, quæ mortalibus dii tribuunt bona & virtutes, hæc partim dispertiant, partim seruent:

In edito immensum vides hunc æthera,

Qui madidis tellurem vlnis amplectitur.

Hinc primordia conuenientiũ demittit seminum, tellus germinat: aluntur ea partim imbrib. partim auris, siderum alia & lunæ fotu, omnibus addit sol nitorem, atque adeo omnibus hoc ab se amoris veneficium infundit. Cæterum tot tantorumq;, quæ cælestes largiuntur, donorum & bonorum non est fruitio vel vsus rectus sine lege, sine iustitia, sine rectore. Atque est iustitia
50 quidem legis finis, lex munus principis, princeps cuncta ordinantis simulachrum dei: qui non Phidiam requirat fingentem nec Polycletum vel Myronem: sed semetipse ad effigiem dei per virturem componat & moliatur omnium signorum visu iucundissimum atq; augustissimum. Qualem cœlo Solem deus supra modum venustam illigauit sui effigiem & lunam: eiusmodi in vrbibus simulachrum & lumen est princeps: qui religiosus iustitiam colat: id est, dei sermonẽ obtineat mentem: non sceptrum, non fulmen, non fuscinam, sicut nonnulli seipsos fingunt & pingunt, qui eo, ad quod aspirare non valent, stultitiam suam faciunt inuidiosam. Siquidẽ odit deus simulantes tonitru, fulmen & radiorum iaculationes. Qui vero iustitiam sectantur ipsius, qui ad probitatem se & humanitatem cõparant: hos libenter amplificat participatq; eis æquitatem suam, iustitiam, veritatem, lenitatem: quibus diuinius nihil est, neq; ignis, neq; lux, neq;

Solis

Solis cursus,neq; siderum exortus & obitus,neq; æternitas,neq; immortalitas. Neq; enim spacio deus est vitæ beatus:verum eo,quod virtutis princeps sit. Siquidem hoc diuinum est. Est etiam virtutis decus id,quod ei paret, Atque Anaxarchus quidem discruciantem se ob Cliti necem alienans Alexandrum: Nescis,inquit,assessorem Iouis deorumq; iustitiam & fas esse? quo quicquid actum ab dominante fuerit,id ius & fas sit. Hic parum recte vel vtiliter pœnitentiæ eius admissorum causa animum addendo ad consimilia medicinam faciebat. Quod si hæc assimilate & adæquare libet,non habet iustitiã Iupiter assessorem: sed ipse ius & fas est,ac lex antiquissima & sanctissima. Prisci ad hunc modũ loquuntur,scribunt,& docent citra iustitiam dominari ne Iouem quidem posse recte. Et sane illa virgo iuxta Hesiodum illibata,reuerentiæ,modestiæ & opis familiaris. Hinc reuerendos appellant reges. Decet enim eos, qui minime metuunt reuereri. Debet autem metuere princeps imponere magis quã pati iniuriã. Huius enim illud efficiens est. Atq; est hic principis benignus metus nec ignauus,subditis metuere,ne imprudente ipso violentur, haud secus atq; canes laboriosos,quia apud gregem ouium excubias agunt in caula, quando feram audiunt trucẽ,non pro se,sed pro illis,quas custodiunt. Epaminondas, cum dissolute Thebani in ludos per festũ quoddam & compotationes se proiecissent, solus arma & muros inspexit,integrũ manere se & stationem agere dicens : quo cæteris vino & somno indulgere liceret. Cato Vticæ reliquos omnes nunciata clade iussit per mare sibi consulere. Quibus vt conscenderunt, secundum cursum precatus domum est regressus vbi se ipse interemit:qua re docuit, pro quibus suscipere timorem,& quæ cõtemnere debet rector. Clearchus Ponticus tyrannus qu'eturus abdebat se serpentis more in arcam. Archiuus Aristodem' in cœnaculum,quod ianuã habebat pensilem,supra quam lectulum locauerat, in qua dormiebat cum amica:cuius mater scalas infra retrahebat,inde diluculo iterum apponebat. Qui hũc horruisse censetis theatrum,prætorium,curiam conuiuium:qui ex cubiculo sibi carcerem fecerat. Nam reuera reges ipsorum iuri subiectis metuunt,tyranni illos ipsos. Itaq; quo plus pollent, hoc timent magis. Dum enim pluribus imperitant, plures formidant. Quippe probabile non est neq; decorum,deum,vt fert nonnullorum philosophorum sententia,materiæ omnium patienti,& pro vt fuerunt negocia,mille subiectæ necessitatibus,casib. & vicibus,esse permistum: sed supra nos in sublimi iuxta perennem & inuariabilem naturam in sanctis subsellijs sedet, vt verbis Platonis vtar,ac secundum naturam circumuectus recta perficit. Atque vt Solem in cœlo effigiem per speculum ac pulcherrimum sui simulachrum edit iis, qui intueri ipsum per se non valent : ita in ciuitatibus iustitiæ lucem huiusque decreti sicut imaginem locauit : quam beati & moderati ex philosophia effingunt ad pulcherrimũ sese rerum conformantes. Hoc modo nihil est quod nos paret, quam doctrina ex philosophia accersita : ne nobis accidat idem q; Alexandro: Qui Corinthi cum Diogenem vidisset,ex præclara indole sua amplexus stupensq; eius animos & celsitatem: Nisi,inquit, Alexander essem , Diogenis sim:felicitatem pene dixerim splendoremq; & potentiam suam vt virtutis obstaculũ,quod eum distringeret , grauatus & æmulans vile pallium & manticam : quod his inuictus Diogenes atq; inexpugnabilis esset: nõ vt ipse,armis,equis,& sarissis. Atqui integrum erat ei philosophiam sectanti atq; animi habitu fieri Diogeni simulq; fortuna manere Alexandro:atq; ideo fieri Diogeni magis , quia Alexander erat:quod aduersus ingentem fortunã, quæ vehementi vento & fluctibus agitabatur, multa opus haberet suburra & gubernatore magno. Siquidem quando debiles, abiecti, & priuati simul neruis carent & amentes sunt, fit vt offendere non valeant : sicut cum in somniis prauis ægritudo quæpiam solicitat animum,qui libidinibus obsequi non valeat. Enimuero coniuncta potentia cum improbitate acerbitatem addit animi perturbationibus. Ac verum est hoc Dionysii,qui tunc maxime frui se dixit imperio,cum statim,quæ vellet , efficeret. Quare magni est discriminis,quæ non decet,hæc velle facere eum:qui,quæ velit,possit.

Vt semel est dictum,simul est res ipsa peracta.

Quando enim cursum peruersitas à libero arbitrio volucrem est mutuata, tunc animi motum impellit omnem,iram vertit in cædem,amorem in stuprum auiditatem in bonorum publicationem:

Vt semel est dictum,

simulactum est de illo,qui offendit:si suspicio est occidit delatus. At quomodo fulgur docent physici posterius quam tonitru eligi, vt post vulnus exilire sanguinem,sed conspici prius:quod fragorem excipiat auditus,cum occurrat lumini visus:ita præuertunt supplicia in impetiis accusationes & damnationes probationes præcurrunt

Illic enim ira iam nequit resistere,

Vt litterali fluctui dens anchora.

nisi prædita pondere mens constringat & reprimat licentiã imitante principe solẽ: qui quãdo euectus in plaga Boreali in fastigium euasit sublimitatis, quã minime incitatur, cursu lentiore

in tuto

in tuto consistens. Vitia enim fieri non potest vt in summis potestatibus delitescant. Cæterum comitiales quidē, si algore correpti sint vel circumacti, vertigo occupat & iactatio, quæ corporis valetudinem eorum arguit: Indoctos & inertes fortuna, quando paululum ab ea sublati opibus vel honoribus vel imperiis in sublime euolauerunt, mox præcipites ferri ostendit. Imo sicut vas integrum an vitiosum sit, dum inane est, haud internoscas, sed postquam qd infuderis, proditur, quod perfluit: haud aliter animi marcidi potentiæ non continentes dimanant cupidinibus, iræ flammis, proteruitatibus, insolentiis. Sed quid hæc commemoro? quando vel tenuissimæ titubationes virorum illustrium & clarorum traducuntur. Cimoni improperabatur vinū, somnus Scipioni, Lucullus splendidarum cœnarum causa obterebatur.

10

Plutarchus Chæroneus Traiano Imperatori S. D.

MODERATIONEM tuam non appetere noueram principatum, quem tamen semper morum elegantia mereri elaborasti: Qui quidem tanto iudicaris dignior, quãto ab ambitionis vitio remotior esse videris. Tuæ igitur virtuti & fortunæ gratulor meæ: si tamen, quē probe meruisti gesseris recte. Alioqui te periculis & me obtrectatorum linguis expositum iri, non dubito: cum & ignauiam Imperatorū Roma non ferat, & sermo populi discipulorum offensas delegare soleat doctoribus. Ita Seneca Neronis sui vitio detrectatorum linguis vellicatur, adolescentium suorum vertit in Quintilianum temeritas, & 20 Socrates in pupillum suum fuisse indulgentior culpatur. Tu vero cuncta recte geres, nisi à te ipso descíueris: si primum tete composueris, si omnia retuleris ad virtutem, ita recte tibi procedent cuncta. Politicas & morales virtutes tibi descripsi. Quibus si obtemperaueris, Plutarchū viuendi habebis authorem. Alioquin epistolam hanc testem appello nō pergere in perniciem te imperii authore Plutarcho. Vale.

PLVTARCHI

Præcepta politica, nobili & excellenti domino, Domino Gulielmo Ketellet dicata.

30

SI ALIO accommodari Menemache hoc potest recte:

Nemo tuos carpit sermones inter Achiuos,
Nemo tibi dicit, dictis quis denique finis?

potest certe philosophis illis, qui exhortantur, cum interim doceant & præcipiāt nihil. Quippe imitantur eos, qui lucernam emungunt, nec infundunt oleum. Quando igitur concitari te à facundia ad tempub. capessendam video, atq; intendere pro dignitate nobilitatis tuæ in patria:

Dicere vti possis recte, res & gerere amplas:

40 nec spaciū tibi datur, vt viri philosophi vitam soli expositam in actionibus ciuilibus & publicis curriculis cognoscas vel contempletis exempla, quæ agendo non dicendo efficiuntur: desideras autem præcepta tibi tradi politica: haudquaquam mihi admittendum duxi, vt voluntati deessem tuæ: sed labor meus opto, vt studio tuo & animo meo prompto respondeat. Distinxi autem hoc opus, vt flagitasti, maiore exemplorum varietate. Ac primum velut sedes figenda reip. gerendæ stabilis & firma, quæ oriatur ex fonte iudicii & rationis, voluntas, non ex ardore inanis gloriæ vel ambitionis vel ex negotiorum penuria aliorum. Vt enim illi, quibus domi nihil est boni, in foro, licet negocii eis illic nihil fit, versantur plurimū: ita aliqui, quod nihil serii negocii eis suppetat, coniiciunt in res ciuiles se, atq; rep. ad fallendū ocium vtuntur. Multi fortuito delati ad remp. vbi satietas eos cœpit, non commodum habent inde receptum: quibus idem 50 accidit, atq; iis, qui vt valetudinis causa vectentur, conscenderunt, atq; in altum prouecti sunt. Quando enim nausea capti sunt & vertigine, ad terram respiciunt, cum manere & accōmodare se rebus præsentibus deberent:

Tranquillitate in candida cursu nauis
Pulchra hos maris sulcandi per iniuriam,
Deum cupido incessit.

Hi sunt præcipue, qui remp. culpant, quod pœnitentia ducantur & stomachentur: quia vel spē rata destituti gloria inuidiam incurrerunt: vel cum terrori se aliis ex potentia expectassent fore, negotiis inuoluuntur lubricis & procellosis. Qui vero, quod inprimis ei conueniebat, pulcherrimū opus consilio ex iudicio profecto remp. auspicat⁹ est tractare: hunc nihil est istorum, quod

quod

quod percellat vel immutet eius animum. Neq; enim lucri aut quæstus gratia ad remp. accedendum: sicut Stratocles & Dromoclides ad auream messem (ita ioco nuncupabant suggestū) se mutuo hortabantur: neq; si quasi ab animi motu subito sis oppressus, vt C. Grachus, qui flagrante adhuc fraterna clade quam longissime à rep. remotam egit vitam: inde iniuriis & contumelia inflammatus intulit se in eam: mox molestiarum & gloriæ pertæsus, cum quæreret exitum cuperetque vitæ vicissitudinem & quietem, non inuenit deponendæ potentiæ suæ ob magnitudinem eius rationem: verum in ea occubuit. Qui ad cōtentionem vel gloriā sicut histriones se componunt, hos pœnitentia necesse est subeat: dum aut quibus volunt imperare, his ancillantur: aut incurrunt in eos, quorum captant gratiam. Cæterum hi quidem, dum in remp. sicut in puteū incidunt insperato & inconsulte, æstuent oportet & pœniteat eos: illi, qui eo descendunt re deliberata & consulto, animo tranquillo versentur in negociis moderate, neque quicquam ægre ferant: vt qui ipsum honestum, neque rem vllam aliam spectent. Hoc pacto vbi consilium in mente nostra fulciuerimus, immobileque & stabile effecerimus, ad dispiciendum conuertere oportet se ciuium ingeniū: quod ex omnib. mixtū maxime erumpit & pollet. Nam mores repente tentare fingere & indolē conuertere, nō est sane procliue nec tutū: sed & spacii multum postulat & opes magnas. Debet autem, sicut vinum initio ab indole vincitur bibentis, mox leniter excalfaciendo per sanguinem diffusum ipsum informat bibentem & versat: politicus item, quoad vires, quibus ducere valeat, gloria & fide parauerit, accommodare se præsentibus motibus, cognoscere eos & animaduertere sciens, quibus capi populus & quibus solet duci: ceu populus Atheniensis facile mouetur ad iram, facile reflectitur ad miserationem, ꝓpere suspicari potius quam edoceri pedetentim vult: vt ad subueniendū hominibus obscuris & abiectis promptior est, item orationibus iocosis & ridiculis mulcetur, easq; anteponit. Celebrantibus ipsum maxime retinetur, taxantibus minime succenset. Formidabilis est vel summis magistratibus, contra clemens etiam erga hostes. Diuersi populi Carthaginensis mores, acerbi, tristes, dicto magistratibus audientes: duri iis, quibus imperant, obiecto languidissimi terrore, sæuissimi in ira, in deliberatis constantes, à iocis & salibus alieni & abhorrentes. Non hi, si Cleon ab ipsis postulasset, quoniam sacrificarat & inuitauerat hospites, vt concionem producerent, cum risu & plausu consurrexissent: Neq; Alcibiadi cum in concione coturnix ex pallio eius euolasset, propense ad eam recipiendam & restituendam adfuissent: verum necassent eos, qui ipsos ludibrio haberent: Quando Annonem, quod leonem secum in expeditionibus ducere, qui sarcinas suas ferebat, intentantes affectare eum tyrannidem in exiliū egere. Nec vero Thebani meo quidem iudicio temperassent ab literis hostilibus, si in potestatem eorum venissent, vt Athenienses captis Philippi tabulatis, epistolam quam illi ferrebant Olympiadi inscriptam non soluerunt: neq; arcanam viri foris agentis ad vxorem aperuerunt comitatem. Nec sane vice versa Epaminondæ Atheniēses, qui ab obiectis criminibus se purgare noluit, sed exurrexit, & medio theatro ad gymnasiū est digressus, æquo animo ferocitatē & elatos spiritus tulissent. Multo minus insolentiā Spartiatæ & procacitatem concocturi fuissent Stratoclis: qui suasit eis vt quasi ob lætum rerum bene gestarum nuncium diis honorem haberent & cum clade vere allata stomacharentur, rogauit populum, quid eum læsisset, qui sua opera lætus fuisset triduum? Assentatores quidem aulici, vt coturnicum aucupes voce imitando & simulationem induendo subeunt maxime & solicitant per fucum reges. Politicū vero non decet populi mores effingere sed nosse & vti quaq; in re iis: quibus capitur. Siquidem motum ignorantia offensiones & turbationes affert nō minores in rebuspub. quam in regum amicitiis. Atq; ad instituta quidem popularium, postquā iam potentiam & fidem tibi comparasti, accingendum emendanda sensim ad id, quod rectum est, pelliciendo ac leniter tractando. Flectitur enim ægre vulgus. At tu ipse sicut ætatem reliquam in theatro laxo actutus excole atq; exorna mores tuos. Quod si procliue non est elidere vndequaq; ex animo vitia: ad eas, quæ elucent potissimum, atq; in oculos incurrunt, labes elue atq; deterge. Audis etiam Themistoclem, cū accedere ad remp. ei deliberatum esset, reduxisse à compotationibus se & comessationibus: vigilantem autem, sobrium, & solicitum dixisse familiaribus, non sinere Milciadis trophæum sibi somnum capere. Pericles corpore ac vitę ratione immutauit se, vt cōposito gradu incederet, sermone leni vteretur, vultum præferret semper adductum, manum intra pallium contineret, vna via ad forū & ad curiā pergeret. Neq; enim ita est tractabilis, nec facile ad salutem suam irretitur à quolibet turba: sed præclare agitur, si neq; vultu neque voce tumultuans suspiciosæ & versutæ feræ modo frenum admittat. Vt igitur soluta cura in his non agenda, ita non est in vita & moribus oscitandum, vt ab omni probro & nota sint puri. Quippe non tantum dictorum publice & factorum ab iis, qui rempub. gerunt, reposcuntur rationes: verum etiam cœna eorum, cubile, nuptiæ, ludicra & seria actio excutitur omnis. Quid commemorem Alcibiadem, qui supra omnes in rep. fuit industrius & dux inuictus? eum tamen vitæ dissolutio & ferocitas euertit, neq; fructum capere

ciuitati ex reliquis eius virtutibus permisit luxus & lasciuia: cum & Cimonis ciues crapulā, & populus Romanus Scipionis,cui nihil præterea obiicere poterat,insectaretur somnum. Pompeio Magno inimici,qui id obseruarant,exprobrarunt,quod vno digito caput scalperet. Quomodo enim in facie lentigo & verrucæ magis sunt,quam notæ,mutilationes,& cicatrices reliqui corporis odiosæ:sic exigua peccata videntur, quando apparent in principum & politicorum vitiis,magna propter existimationem, quam de magistratu & repub. habet vulgus vt de re magnifica,quæ omni vacare vitio & delicto debeat. Iure igitur commendatus fuit Iulius Drusus tribunus plebis: q, cum ædes eius multis locis paterent vicinorum oculis, & opifex quidā eas se quinq, mercede talentorum ostenderet auersurum & mutaturum: Decem,inquit,dabo si
10 totam domum meam conspicuam effeceris:quo ciues omnes,quemadmodum vitam instituā, contemplentur. Quippe vir fuit temperans & moderatus. Enimuero nihil fortaßis ei erat opʺ, vt illa ita esset conspicua. Quippe perspicit vulgus & ea,quæ altissimis tenebris videntur inuoluta in remp. tractantibus, mores, consilia, actus,& vitæ instituta:nec secus ex priuatis quam publicis studiis alium diligunt & suspiciunt,alium inuisum habent & fastidiunt. Quid autem, nonne illis quoq, qui vitam licentiorem agunt & delicatam,ciuitates vtuntur? Nempe & prægnantes mulieres, quæ absurdis appetentiis laborant,& qui nauseant,lapides,salsa, atq, huiusmodi cibaria frequenter appetunt:paulo post expuunt ea & auersantur. Eodem modo populi per ludibrium vel petulantiam vel meliorum inopiam ducum,vtuntur hominibus triobolaribus:quos tamen detestantur. & fastidiunt:mox cupide audiunt huiusmodi in se dicta: qualia
20 Plato comicus ipsum dicere fingit populum:

Manum prebende quam celerrime meam,
Suffragio pratorem dicam Agyrrhium:

Post poscere peluim & pennam ad vomendum dicentem:

Mihi obstrepit valde ad suggestum linteum,
Depascitur morbus teter fœtens caput.

Populus Romanus pollicente nescio quid cum iureiurando & deuotione Carbone,simul iurauit inuicem non credere se. Lacedæmone sententiā,quam Demosthenes quidam homo libidinosus dixerat idoneam,populus reiecit. Ephori autem sorte vni ex senibus dicto iusserunt, vt eandem illam orationem haberet velut in vas mundum ex putido transfusam, quo accepta es-
30 set plebi. Adeo magnum habent in repub. probati mores momentum. Non ideo tamen postmittenda in dicendo festiuitas & facundia, modo omnia ponamus in virtute: verum dicendi facultatem numerantes non opificem,sed adiutricem ad inducendū corrigemus dictum Menandri:

Dicentis inducunt mores,non dictio,

Nempe mores & oratio: nisi sane regi nauigium dixeris à gubernatore non gubernaculo, atq, ab equite non à freno flecti equum:ita ciuitatem impelli non orationis ope , sed morum sicut claui & freni à virtute politica: quæ velut animal maxime versatile,vt ait Plato, ex puppi regat ac dirigat. Quando enim magni illi & Ioue prognati reges,vt ait Homerus,purpuris,sceptris,satellitibus, & diuinis oraculis fastum sibi ipsis conciliant:atq, ampla illa specie mancipantes sibi
40 vulgus quasi augustiores:voluerunt tamen,

Dicere vti possent recte,res & gerere amplas,

neque repudiauerunt dictionis elegantiam,neq,

Suggestus quo præclarum sibi nomen haberent:

Neq, Iouem consilii authorem solum ciebunt,neq, Martem Bellatorem & Bellonam Mineruam:verum Calliopen quoq, implorabant:

Reges nimirum reuerendos quæ comitatur,

demulcens blandimentis & delinient populorum contumaciam & ferociā: nam fieri potetit, vt homo priuatus ex veste & habitu populari,qui regere ciuitatem velit nisi eloquentia succinctus sit flectente & alliciente,præpolleat & teneat vulgus. Nauium quidem gubernatores alios
50 adhibent celeustas. Politicus habere in seipso gubernatricem debet mentē, in seipso hortatricem eloquentiam:ne vocem requirat alienam: neq, sicut Iphicrates,cum Aristophontis facundiæ obrueretur torrente,dicat: Præstantior est aduersæ partis histrio, sed fabula melior mea: neque ei crebro opus sit versibus hisce Euripideis:

O si sit elinguis soboles mortalium. Et,
Eheu,quod haud hominum vocem res obtinent:
Disertus vt nullo semel sit numero,

Nam hæc fortassis Alcameni,Nesiotæ,& * Ictio omnibusque vilibus & vulgaribus opificibʺ facultatem dicendi eiurantibus concedendum sit profugere: ceu Athenis cum aliquando de architectis duobus,vter ad opus publicū esset conducendū præstantior, quæreretur: alter disertʺ

* Alii, Ictinio.

 & festiuus

& festiuus oratione habita, quam commentatus erat de opere efficiendo, permouit populum. Alter, qui arte quidem excellebat, sed erat infans, in medium progressus, Athenienses, inquit sicut hic dixit, sic ego faciam:

Namq; hi Mineruam Opificem soli colunt,

vt est apud Sophoclem:

Qui malleis grauibus ad incudem

& ictibus parentem materiam surdam procudunt. Ad vrbium præsidis Mineruæ, & consiliorũ authoris Themidis,

Vt quæ hominum cœtus cogit rursusq; resoluit,

sacerdos vno vtens organo oratione, alia formando & conglutinando: alia, quæ reluctãtur operi, vt nodos quosdam in ligno & in ferro plicas emolliendo & poliendo cõponit ciuitatẽ. Quare Periclis reipub. gubernandæ ratio verbo, vt ait Thucydides, popularis: re sub viro primario ob eloquentiæ vim fuit principatus. Nam & Cimon quoq; vir fuit bonus, Ephialtes item & Thucydides. Cæterum rogatus hic ab rege Spartiatarũ Archidamo, ipse Pericles ne lucta præstaret: Nemo, inquit, id possit dicere. Nam si quando luctando eum ego prostraui, ille se negans cecidisse vincere persuadet spectatoribus. Id vero non illi modo laudẽ, verum etiam salutem ciuitati peperit Dum enim ei obsecundat, conseruauit opes suas, & rebus externis abstinuit. Nicias, qui idem consilium sectabatur: quia ea facundia deficiebatur, & quasi molli freno parabat oratione populum deflectere , non retinere eum neq; reprimere valuit: sed vi ablatus in Siciliam est atque vna cum rep. effusus. Lupum quidem negant teneri auribus: Populus & ciuitas præcipue auribus sunt ducendi: non quomodo nonnulli dicendi rudes nexus quærunt inscitos & inconcinnus in multitudine , atq; ex ventre eam trahunt epulis, vel ex loculis largitionibus vel saltationibus vel gladiatorum muneribus dandis semper populum deliniunt vel potius illiciunt. Deliniuntur enim, qui oratione inducuntur. Istis illecebris subire plebem perinde est ac ratione non vtentes feras venari & fallere. At oratio sit remp. tractantis neq; picturata, neque theatralis, quasi ad ostentationem & pompam ex mollibus parata & floridis dictionibus: neq; vice versa vt Pytheas Demosthenis orationem lucernam dixit redolere sopisticamque & argutam sedulitatem duris enthymematibus & verborum ambitibus ad regulam & circinum elaboratam : sed quomodo tangendos musici neruos volunt placide, non pulsari: ita in oratione eius, qui reip. moderatur, qui consiliũ dat & in imperio est, eluceat non artificium, neq; argutia, neq; ei asscribatur laudi: si dicatur, excellenter: scite & distribute: sed grauitatis ingenuæ, constantiæ solidæ, correptionis paternæ, prospicientiæ, & prudentiæ salutaris sit plena, veneribusque & blandimentis condita, quæ spectent honestum, verbaq; habeat & sententias singulares & aptas. Admittit autem oratio politica potius quam iudicialis sententias, historias, fabulas, translationes: quibus maxime, si vtaris eis modice & in loco, animos impellas: vt ille, qui ait: Nolite Græciam altero oculo orbare. Et Demades, qui naufragia tractare se ciuitatis dixit. Archilochus item:

Ne Tantali saxum huic impendeat insulæ.

Iam Pericles, qui lemam auferendam Piræo suasit. Phocion etiã de Leosthenis victoria, præclarum esse stadium, sed belli dolichon se formidare. Breui elata & magnifica oratio magis esse debet politici: quales sunt Philippicæ, ex Thucydidis concionibus illa Stenelaidæ ephori & regis Archelai Platæis habita & Periclis post pestem. De Ephori vero, Theopompi, & Anaximenis rhetoricis ornamentis & circuitibus, quibus armantes copias & aciem instruentes vtuntur, dicas licet:

Has inter arma nemo nugas quisquam agit.

Quin etiam cauillũ & ridiculũ orationi politicæ interim aspergendũ, modo ne contumeliose vel verniliter, sed vtiliter ad increpandum vel vellicandum iaciatur. Habent ea potissimũ gratiam cũ lacessiti respondemus. Nam ex destinato & si exordiaris, scurrile est & risum captantis, nec caret maleuolentiæ suspicione: quod dicta Ciceronis & Catonis maioris habebant, & Euxithei alumni Aristotelis. Hi enim crebro vsi sunt dicteriis vltro. Repungenti veniam dat & festiuitatem conciliat occasio: Ita Demostheni, qui illi, qui fur habebatur, cum irrideret ipsius lucubrationes: Non ignoro, inquit, quod lucernam accensam habeat, molestũ tibi esse: & ad Demadem clamantem: Demosthenes me corrigere vult, sus Mineruam: Atqui hæc Minerua nuper in adulterio est deprehensa. Festiuũ etiam Xenæneti illud ad ciues, qui eum insectabantur, quod imperator fugisset: Nempe vobiscum ciues. Cæterum cauendum in ridiculo, ne sit immodicum, neue auditores pungat non loco, vel dicentem illiberalem & abiectũ faciat: sicut Democrates, qui ascendens in pulpitum in concione, se & ciuitatem parũ pollere dixit & magnopere inflatam esse. In clade Chæronica in concionem profectus: Optarẽ ciuitatem nõ ita infelicem esse vt vobis me consultore esset opus. Siquidẽ hoc pusilli, illud insani est animi: quorum politicum

cum neutrum decet. At Phocionis astrictam breuitatem admirabantur. Ac Polyeuctus oratorem dicebat Demosthenem primum esse, sed acerrimum in dicendo Phocionem. Quippe orationem eius concisa dictione plurimum sententiæ complecti. Demosthenes etiam, qui cæteros fastidiebat, exurgente Phocione dicere solitus erat: Verborum meorum securis surgit. Hoc ergo cura inprimis, oratione vt meditata nec ieiuna apud multitudinē caute vtaris: memineris Periclem summum virum prius, quam concionem haberet, optare solitum, ne vllum verbum sibi à re præsenti alienum excideret. Versanda est tamen oratio & exercitanda, vt dextre ad cauillā possit occurrere Fugaces namq; articuli sunt: multaq; ex improuiso adferunt in rebuspu. Hinc Demosthenes, vti memorant, multis concedebat: qui detrectaret & dubitaret ex tempore dicere. Alcibiadem scribit Theophrastus, qui non tantum, quæ conueniebat, verum etiam quemadmodum conueniebat, dicere volebat, subinde inter orandum quærentem & componentem dictiones restituisse & offensasse. Enimuero, quæ ex causa ipsa existit, & quam ipsum subministrat tempus. ea præcipue obstupefacit auditores conciliatq; & immutat. Verbi gratia: Venit aliquādo Leo Byzantinus eum Atheniensibus in ciuili discordia actutus. Quem vt conspexerunt pusillum deriseruntq;: Quid si vxorem meam, inquit, videretis, quæ vix ad genu meum pertingit: Inde maiore excitato risu: Atqui nos, inquit, licet ita breues, cum inter nos rixamur, vrbs Byzantinorum non capit. Pytheas orator, cum Alexandri honores impugnaret, iactante quodam: Adeone tu iuuenis qui es, tantis de reb: verba facere audes? Atqui Alexander, infit, quem vos esse deum scitis, me minor est. Debet etiam voce valida & firmis lateribus ad non leue, sed ad varium certamen reip. exercitatam adferre orationem, ne crebro fatiscentem & elanguescentem superet eum rapax aliquis & lattator voce rabulæ armatus. Cato, in quibus diffidebat se, quod occupatus esset gratia vel studiis populus, obtinere posse, totum diem dicendo rem tempore excludebat Hactenus de orationis apparatu atq; vsu satis diximus iis, qui quæ his sunt consequentia, possunt adinuenire. Porro aditus & viæ ad tempub. duæ sunt: cita vna & ad gloriam splendida, non explorata tamē à periculis. altera pedestris tardiorq;, quæ maiore securitate est nixa. Ac quidam ex actione inclyta & magnifica, quæ cum audacia sit coniuncta sicut ex promontorio in rempub. se præcipitant, qui à Pindaro existimant dictum recte:

Exordium est operu ponendum splendidum.

Quippe admittit facilius populus fastidio & tædio quodam consuetorum auspicantem, sicut pugilem spectatores: atq; inuidiam perstringunt ea, quæ clarum habent & volucre incrementū & opes. Neq; enim ignem dicit Aristo fumum producere, neque gloriam inuidiam si statim & propere eluxerit: verum illos, qui pedetentim accessionem accipiunt & paulatim ab aliis aliunde inuadi. Quapropter multi antequam in foro efflorutssent, emarcuere. Vbi vero, quod de Lada perhibetur,

Fuit strepitus in auribus iste carceris.

ibi corona donatus est quis legationis vel triumphi vel ductus sui causa gloriosi, neq; inuidia vel contemptus perinde in hos valet Ita inclaruit Aratus, qui ex Nicoclis tyranni oppressione viam sibi ad remp. muniuit Ita Alcibiades asseitis in societatem aduersus Lacedæmonios Mantineis, Pompeius nondum in senatum lectus triumphum postulauit. Gum intercederet Sylla: Plures solem, inquit, exorientem adorant quam occidentem. Quod vbi audiuit, cessit Sylla. Cornelium Scipionem non à vulgari tudimento populus Romanus ædilitium candidatum repente contra leges consulem creauit, sed miraculo eius ductus: qui adolescens in Hispania ex prouocatione dimicans victoriam obtinuisset, ac breui post apud Carthaginem tribunus militum præclara facta edidisset. de quo Cato superior exclamauit:

Hunc modo cor solis est, reliqui velut vmbra sequantur.

At nunc, cum ciuitatum res non quærant bellorum duces neq; tyrannorum oppressores, neque actiones sociales, quod caput sumas clarum & splendidum reip. capessendæ? Publica certe iudicia restant. legationes ad Imperatorem, quæ virum acrem, fidentem, & cordatū flagitant? Multa licet etiam ciuitatis recte instituta, quæ collapsa sunt referendo, atque ex ritibus prauis illapsa in opprobrium & detrimentum ciuitatis monendo corrigere. Iam causa magna recte disceptata, fidesq; in defendendo contra potentem aduersarium pro inope, ac libera contentio pro iustitia aduersus improbum prouinciæ rectorem parauit aliquibus clarum ad remp. aditum. Nonnulli etiam ex inimicitiis creuere, cum adorti essent homines inuidiosa authoritate & formidolosa præditos. Vbi continuo cuerfi opes ad victorem cum maiore gloria transeunt. Nam virum bonum, qui per virtutem primum locum tenet, vt ex inuidia oppugnes; ceu Periclem Simmias, Alcmæon Themistoclem, Pompeium Clodius, Epaminondam Meneclides orator, id neq; gloriosum neq; aliâs est conducibile. Quando enim virum bonum multitudo violauit immerito, atque quod cito in ira accidit, resipuit, expeditissimam satisfactionem existimat & iustissimam, si authorem & suasorem obtriuerit. At hominem tetrum, qui flagitiis & versutia ciuitatem sibi

fecit obnoxiam, quales fuerunt Cleon & Clitophon Athenis, qui obiiciens se detrahit & frangit: hic splendidum ingressum ad rempub. sicut ad agendam fabulam struit. Non me fugit nonnullos etiam, qui durum & factiosum senatum represserunt, quod Ephialtes fecit Athenis, & apud Elios Phormio, authoritatem simul & gloriam quæsiuisse. Cæterum hic grande periculum accingentibus se ad rempub. est propositum. Quo circa melius exordium cepit Solon. Nam cũ in partes tres ciuitas discessisset, Diacrios, Pedieos, & Patalios, quod nulli parti se aggregaret, sed communem seruaret omnibus, omniaq; dicta & facta sua ad concordiam dirigeret, creatus est legislator ad ordines conciliandos: qui hac ratione rempub. constituit. Atq; illustrior quidẽ ad rempub. appulsus tot habet & huiusmodi ingressiones. At tutam illam & tranquillam multi clari viri ceperunt, Aristides, Phocion, Pammenes Thebanus, Lucullus Romanus, Cato, Agesilaus Lacedæmonius: quorum quisque hederæ more, quæ robustis arboribus circumplicata vna cum iis assurgit, affectando virum seniorem etiamnum iuuenis, & obscurus illustrem sensim subuectus & amplificatus illius opibus fulciuit se radicauitque in rempub. Siquidem Aristidem extulit Clisthenes, Phocionem Chabrias, Lucullum Sylla, Catonem Fabius Maximus, Epaminõdam Pammenes Lysander Agesilaum. Cæterũ hic intempestiua ambitione gloriæ luxurians rerum gerendarum præceptorem cito abiecit: Cæteri recte atq; ordine ad extremum vsq; vitæ coluerũt & cohonestauerunt sicut soli obuersa corpora id, quod ipsos collustrabat, ex se vicissim amplificantes eos illustrantesque. Quippe Scipionis obtrectatores histrionem eum dicebant actionum, amicum eius Lælium poëtam. Non sustulit ideo Lælius tamen animos, nec destitit Scipionis virtutẽ & gloriam semper alere. Pompeii familiaris Afranius, quamuis admodũ humilis fortunæ esset: tamen cũ cõsulatus ei destinaretur, suffragante aliis Põpeio deposuit prensationem, addens non perinde sibi amplum fore consulatum assequi, ac inuito Pompeio, neque petitionem suam iuuante molestum & graue. Itaque cum annum tantum sustinuisset se, nec tepullam tulit consulatus, & illius amicitiam retinuit. Qui autem hoc modo promouẽtur ab aliis ad honores: his contingit vt simul & vni & multis res grata fiat: & si quid secus acciderit, minus offendant. Quapropter monuit Alexãdrum Philippus, vt amicos sibi, quoad liceret regnãte pararet alio, obsequiis & festiuitate illos demerendo. Deligendus est aggredienti rempub tractare dux non tam is, qui clarus sit & potens, quam qui eo per virtutem aspirauit. Nam sicut non quæuis arbor admittit & fert circumplicatam vineam, verum nonnullæ suffocant & opprimũt eius incrementum: in ciuitatibus item qui virtutem non amplectuntur, sed honori tantum & dignitati inhiant, hi non præbent iuuenibus segetem probandi se, sed quasi alimentum eorum intercipiant gloriam, deprimunt ex liuore eos & calcant: vt in Africa Marius, & inde in Galatia, postquam multa Syllæ opera confecerat, destitit eo vti, atq; incremento eius anxius, prætexuit sigillum, vt eum amoliretur. Siquidem Sylla, cum Marii, qui in Africa bellum gerebat, quæstor esset, legatus ab eo ad Bocchum, captum Iugurtham adduxit. Ibi Sylla vt iuuenis ambitiosus, qui modo gustum gloriæ cepisset, nõ potuit sibi in hoc successu moderari: sed annulo, quẽ gestabat, effigiem rei gestæ, vt sibi Iugurtha fuisset traditus, insculpsit. Hinc offensus Marius reiecit eum, Sylla autem ad Catulum & Metellum transiit viros probatos & à Mario alienos: breuique vrbe expulit & conuulsit Marium, cum hic bello ciuili Romam pene euertisset. At Sylla cum Pompeium ex adolescentia prouexit assurgens ei & caput aperiens adeunti ipsum, tum aliis iuuenib. rerum gerendarum subministrando materiam, nonnullos etiã incitando nolentes contentione ad laudem & studio honoris exercitus suos impleuit: omniaque sui iuris fecit: dum non esse vult solus, sed inter multos & magnos primus & maximus. Hos igitur sectari, ad hos aggregare se oportet: non quomodo Æsopi Basiliscus qui aquilæ humeris vectus, repente præuolauit, illamq; præuertit: sic vt gloriam ipsi illorum subtrahant, sed vt ab iis eam simul cum beneuolentia & amicitia accipiant, quod nec imperare recte, qui non ante recte seruierunt, vt est apud Platonem, valeant. His consequens est de amicis iudicium, quod neque Themistoclis probet neque Cleonis sententiam. Nam Cleon, vt primum animum adiecit ad suscipiendam rempub. amicos coëgit, eisq; renunciauit amicitiam: vt quæ magnopere rectum & verum institutum emolliat & peruertat in rep. tractanda: Rectius fecisset, si auaritiam animo & peruicaciam eiecisset, sibique inuidiam & maleuolentiam detraxisset. Neq; enim inopes amicorum ciuitates & familiarium, sed bonos viros & temperantes flagitant. Nunc amicos quidem abegit, sed centum in orbem consceleratorum adulatorum capita, vt ostendunt comici, circa eum ligurierunt, aspetq; ac durus aduersus probos viros, rursus mãcipauit se pium plebi, senectutem suam ad gratiam eorum aucupandam componens, eamque venalem faciens, fecemq; & sentinam plebis in sodalitium suum aduersus optimarum capita decuriauit. Themistocles cõtra ad illum, qui declarabat recte eum magistratum gesturum, si eundem se omnibus præberet, Dii prohibeant, inquit, vt id conscendam solium, in quo nihilo melior cõditio apud me futura sit amicorum quam alienorum. Ne hic quidem recte amicitiæ despondit rempub. communiaq; & publica priuatis fauoribus & studiis

studiis submisit: quamuis postulanti quid parum æqui Simonidi: Neq; poeta, inquit bonus est, qui præter numeros canit: neq; qui præter leges indulget, bonus magistratus. Indignum enim reuera & miserum sit, cum nautarum delectum habeat gubernator, gubernatoris nauclerus:

Qui rectè in puppi clauum, rectè quoq; norunt
Antennam in alto torquere furentibus Austris.

Architectus item administrorum & operariorũ, qui non peruertant ipsius opus, sed ad efficiendum sint præsto: si politicus, qui est, vt Pindari verbis vtar, artifex præstantissimus, bonęq; disciplinæ & iustitiæ opifex, non statim amicos leget congruentes sibi, ministrosq; & conspirantes secum ad rectum: dum alius atq; alius ad alium semper vsum torquet eum iniuste & violenter. Nihil enim differre videbitur ab ædificatore & fabro, qui imperite & temere angulis, regulis, & perpendiculis vtitur, quibus opificium est deprauaturus. Siquidem organa sunt amici viua & intelligentia virorum politicorum, neq; vna cum iis offendendum delinquentibus: sed attendendũ, ne imprudentibus ipsis ab officio discedant. Nimirum hoc Solonem quoq; labe affecit & traduxit ad ciues. Cum n. in animo haberet ęs alienum eleuare ac tabulas nouas, (Ea n. speciosa appellatio erat incisi æris alieni) ferre, consilium suum ad amicos retulit: qui rem iniquissimam perpetrarunt. Siquidem præuerterunt grande æs alienum conflare. Ita lege breui post promulgata, palam fuit splendida hos ædificia & agros ex nominibus, quæ fecerant, comparasse. Interim male audiuit Solon, quasi circumueniret ciues, cum esset ipse circumuentus. Nimirum in amicorum studiis remissus & infractus Agesilaus, vt Euripidis Pegasus

Metu trepidauit ac cessit plus quam satis:

quib. cum in calamitatibus propensius quam decebat succurreret, consentire videbatur eorum flagitiis. Phœbidam in crimen adductũ, quod Cadmiam sine vlla authoritate publica occupasset seruauit talia iactans vltro facienda, Sphodrias de facinore scelesto & atroci accersitus: (Nam in Athniensium fines amicorum & sociorum incursionem fecerat) contendendo peruicit precibus filii amatoriis inflexus, vt liberaretur: atq; epistola eius ad dynastem quendam circumfertur: Niciam, si nihil admisit, noxæ exime: sin quid admisit, mihi eum exime, omnino autem hominem noxæ exime. Phocion vero ne genero quidem, cum de argento Harpalio reus esset, Chatillo aduocatus esse voluit, cui: Ego vero, inquit, ad omnia honesta generum te asciui, atque ita abscessit. Corinthius Timoleon fratrem, postquam neq; monitis neq; precibus, vt deponeret dominatum, efficere potuit, conspirauit cum eius percussoribus. Oportet n. nos vsq; ad aram amicum esse, ne eius causa peieremus, vt Pericles aliquando dixit, sed quatenus lex, verum & vtile concedit, quod si neglectum sit, in magnum detrimentum & publicũ erumpit: sicut erupit Sphodriæ & Phœbidæ impunitas: Nam hi potissimum inuoluerunt Spartam bello Leuctrico. Fraudibus sane amicorum modicis insultare grauiter non compellit ratio politica: Imo largitur, vbi præcipuis reip. negociis consuluisti, vt insuper opem feras amicis assistasq; eis atq; cõtendas pro eis. Sunt alia quoq; non inuisa beneficia, si amico candidato assiduitate tua adsis, vel potius tradideris procurationem aliquam nobilem vel munificam legationem, vt quæ ad honorem rectoris prouinciæ pertinet, vel ad ciuitatem aliquam ad agendum de amicitia vel concordia. Quod si qua sit laboriosa, illustris tamen & grandis actio, postquam ei te primum destinaueris, si amicum deinde tibi allegeris, vt fecit Diomedes:

Quare si socium quenquam me adiungere vultis:
Diuinum haud quaquam nos prætereamus Vlyssem.

Ille vicissim laudem retribuit amice:

Thracia, quos cernis, genuit grandæue caballos.
Horum magnanimus dominum strauit Diomedes,
Bis senos comites etiam omnes robore Martis.

Hæc enim aduersus amicos summissio decorat non secus laudatores quàm laudatos. Peruicacia vero, vt est apud Platonem, solitudinis est contubernalis. Præterea honesta & benigna beneficia sunt cum amicis communicanda, iubendumq; iis, in quos hæc sunt collata, illos vt celebrent & amplectantur, vt qui opera sua & consilio ea in re sibi adfuerint. Prauæ & importunę postulationes reiiciendæ non acerbe sed leniendo & placide docendo, quod illorum virtute & nomine sint indignæ. Optime omniũ Epaminondas, eum Pelopidæ abnuisset ôranti, vt custodia cauponem leuaret, eumq; paulo post amicæ precib. condonasset: Huiusmodi, inquit beneficia Pelopida scortis non ducibus conuenit vt præstentur. Seuere Cato & præfracte, cum Catulus cẽsor, qui cum ei summa necessitudo intercedebat & familiaritas, interpellaret eum pro quodã, quem ipse quæstor in discrimen vocabat: Turpe est, inquit, te, cuius sunt emendare nos iuuenes partes ab apparitoribus nostris summoueri. Quippe integrum ei erat citra verborum asperitatem & amaritudinem beneficium reipsa abnuere, quasi nec facto molestia illi esset exhibiturus vltro, sed necessario lege & iustitia cogente, Ad hæc non est etiam illiberale in reipub. administratione

inopibus

inopibus amicis ad emolumentum opitulari: sicut Themistocles, cum post prælium cadauer conspexisset torquibus & catellis aureis ornatum: ipse quidem præterit, sed conuersus ad amicum: Tolle hæc inquit. Neq; n. tu Themistocles es. Permittunt n. hoc quoq; res subinde politicis aduersus amicos. (Quippe non sunt omnes Menemachi) vt huic causæ æquæ defensionem, quæ compendium sit allatura, tradant: illi vt diuitem, qui cura & defensione habet opus, cõmendent: alii ad opus aliquod conducendum, aut ad redemptũram quæstuosam faciendam adsint. Epaminondas amico iussit, vt adiret pecuniosum quendam, ac talentum ab eo peteret: adderetq; se iussisse. Hic ille, à quo flagitatum erat, cum ad eum profectus causam requireret: Quia bonus hic, inquit, est vir: Tu vero circumfluis diuitiis, qui multam pecuniam publicam intercepisti. Agesilaum Xenophon tradit, cum locupletaret amicos, exultasse: qui interim pecuniam ipse contemnebat. Quia vero omnib. galeritis est natiua crista omnesq; actiones publicæ quas gignunt inimicitias & contentiones: debet politicus hæc inprimis habere circumspecta. Ac Themistoclem quidem & Aristidem vulgo commendant: qui, quoties in legationem vel in expeditionem proficiscerentur, deponebant ad fines simultatem, quam reuersi resumebant. Nonnullis illud Cretinæ Magnetis supra modum placet. Cum enim æmulus in repub administranda Hermiæ esset viri non multum pollentis, generosi tamen & celsi animi: ac bello exorto Mithridatico expositam cerneret ciuitatem periculo, egit cum Hermia, vt summum magistratum caperet remq; publicam regeret, discessurum se de medio. Quod si vellet, vt ipse imperaret, facesseret ille: ne mutuis certaminibus ciuitatem perditum irent. Placuit Hermiæ conditio: qui ostendens bellatorem Cretinam se meliorem esse, excessit cum cõiuge & liberis vrbe. Eum Cretinas prosecutus est: ac de suo necessaria largitus, quæ fugæ consulentib. quam obsessis erant cõmodiora: ciuitatemq; saluberrimo imperio suo, quę pene perierat, præter omnem expectationẽ tutatus Nam si generosa est atq; ex magno profecta animo hæc exclamatio:

Natos amo meos, sed amo plus patriam.

Nonne potius dicere liceat vtriq; illorum: Odi quempiam, ac male de eo statui mereri, sed patriam meam amo impensius. Nam redire in gratiam cum inimico nolle eorũ gratia, propter quos deferendus amicus sit, nimis ferum est & sæuum. Rectius Phocion & Cato, qui nullo modo in dissensionibus de repub. inimicitias suscipiebant, sed erant in publicis certaminibus pro bono publico acres & rigidi: In priuatis placidi & lenes erga illic dissidentes. Nullus enim ciuis est numerandus hostis, extra quam si quis, qualis fuit Aristion, vel Nabis, vel Catilina, labes & pestis ciuitatis extiterit. Dissonos alias intendo, vt faciunt harmonici, & remittendo presse ad concentum reuocabimus, non stomachose & contumeliose titubantẽ mordendo: sed vt Homerus placidius:

Te præstare aliis dixi prudentia amice. Et,
Edere quod dictis noras tu rectius istis.

Si quid recte ab eis dictum vel gestum sit, non debemus honore nos illorum angi, neq; in pręclaris factis eorum celebrandis maligni esse. Ita fiet, vt & obtrectatibus in loco fides adiungatur. Ac vitia illorum insectabimur virtutem extollentes, atq; hæc opponentes illis, vt digna magis eis acceta. Ego vero etiam testimonium dicere in iusta causa volo pro aduersariis politicum & subleuare reos aduersus calumniatores, atq; delationibus, si ab eorum instituto abhorreant, fidem detrahere. Quomodo Nero iste breui ante quam necaret Thraseam quem summe oderat & timebat: attamen cum quidam insimularet eum, quod male & iniq; iudicasset: Velim, inquit, ita me Thrasea diligat, vt iudex est integer. Neq; ab re est ad perstringendum alios natura improbos, qui grauius peccant, mentione illata inimici elegantiorum morum dicere. At ille hoc non dixisset vel fecisset. Subiiciendi etiam quibusdam sunt, cum deliquerunt, patres honesti, vt Homerus fecit:

Haud sibi sat similem Tideus natum generauit.

Et Scipionis Africani in comitiis competitor Appius: Quantum, inquit, Paule, si apud inferos sentias, ingemiscas: quod filium tuum Censorium candidatum publicanus stipet Philonicus. Ea enim iuxta castigant offendentes & ornant castigatores. Ciuiliter Nestor quoq; Sophocleus conuitio proscissus ab Aiace respondet:

Non cu'po te, male qui dicis, dum recte agis.

Et Cato, qui à Pompeio dissenserat in volentis eius cum Cæsare actionibus, vt exarsit inter eos bellum, author fuit vt Pompeio imperium permitteretur, addens eorundem esse facere magna mala & comprimere. Quippe temperata laude insectatio, quæ vacet contumelia & contineat correptionem nec iram, sed morsum infigat & pœnitentiam, candida videtur & salutaris: contumeliæ vero politicum decent minime. Iam mihi vide dicta in Æschynem Demosthenis, & in hunc illius, præterea quæ in Demadem Hyperides scripsit: an ea Solon dixisset, vel Pericles, vel Lacedæmonius Lycurgus vel Pittacus Lesbius. Quanquam in causis forensibus solum male-

maledicta Demosthenes vsurpat: Philippicæ vacant cauillo omni & vernilitate. Quippe maculant ea euomentes, quam eos in quos cōtorta sunt, magis. Adhæc miscent res perturbantq; subsellia & conciones. Itaq; rectissime Phocion, qui conuitiatori locum cedens orationē suam intermisit. Postquam vix tandem iste conticuit, rediens: Iam, inquit, de equitatu & graui armatura audiuistis: superest, vt de leui armatura & cetratis exponam. Cæterum quia multi ægre sibi in eo temperant, ac sæpe non sine affectu vocem claudunt obtrectatorum retorsiones, sit concisa verbis retorsio, neque stomachum præ se ferat vel bilem, sed lenitatem, facete & salse aliquatenus mordens. Huiusmodi sunt potissimum retorta maledicta. Nam quomodo tela, quæ teguntur, robore & firmitate percussi resilire videntur: perinde dictum viriditate & solertia eius, qui est probris lacessitus, reflecti apparet in allatrantes. Vt illud Epaminondæ ad Callistratum, qui Thebanis & Argiuis improperabat Oedipodis parricidium patris & Orestis genitricis: Atqui hos parricidas nos exterminauimus, vos recepistis. Antalcidæ item Spartiatæ hoc ad Atheniensem, qui dixit: Sæpius tergis vestris à Cephiso inhæsimus: Nos vero vestris ab Eurota nunquam. Lepide etiam Phocion vociferante* Demade: Necabunt te Athenienses, si insanierint: At te, inquit, si sapuerint. L. Crassus orator ab Domitio rogatus: Tu ne extincta, quam in viuario alebas, murena plorasti? inuicem rogauit eum: Num tu qui tres funerasti vxores, lachrymam vllam misisti? Atq; hęc quidem etiam ad reliquam vitam sunt vsui. Iam reip. alii omnibus ex partibus implicant se ceu Cato: voluntq; bonus ciuis vt à nulla abducat se solicitudine vel cura, ac prædicant Epaminondam: quod cum per inuidiam atq; ad cōtumeliam vectigalib. à Thebanis præfectus esset, non est id munus aspernatus, sed fatus: Non solum magistratus virum, verum etiam magistratum demonstrat vir: ad magnam & amplam dignitatem eam pręfecturam euexit: quæ ante nihil erat quam cura in viis angustioribus stercorum eiiciendorum & auertendorum riuorum. Sane ego quoq; aduenis sum ludibrio, cum me circa talia frequenter in publico contemplantur occupatum. Verum subleuat me celebre dictum Antisthenis. Nam mirante quopiam, quod medio foro ferret salsamētum: Nempe mihi ipsi, inquit: Ego contra vitio vertentibus mihi, quod fastigium ædificii dimetienti astiterim, calciq; subactæ & lapidibus deportandis: Nō mihi ipsi dico me, sed patriæ ædificare: Multis enim aliis in rebus pusilli sit & sordidi animi ista sibi curare & per semetipsum obire. Sin vero reipub. & ciuitatis gratia, non degeneris: sed est grandior vsq; ad res humiles industria & promptum studium. Grauius alii & magnificentius factum esse Periclis putant: ex quibus Critolaus est Peripateticus: qui censet, vt nauis Salaminia Athenis & Paralus non quauis de causa, sed ad vrgentes & graues res deducebantur sic vt reseruemus nos ad præcipua & summa negocia: quomodo rex ille mundi:

Nam magna suscipit, fortunæ exigua
Mandat deus,

vt est apud Euripidem. Neq; enim immodicam Theagenis laudis sitim & ambitionem cōmendamus: qui cum palmam tulisset non modo solennibus, sed multis aliis ludis, nec pancratio solum, sed & pugilatu dolichoq;, epulo deniq; heroico in funere quodam apposita de more omnibus portione exiliit, pancratioque decertauit: quasi vincere nemo ipso debuisset præsente. Vnde coaceruauit ducentas supra mille coronas: quorum plerasque nauci non facias. Quare nihil discedunt ab hoc illi, qui ad omne munus publicum accingunt se, sed incurrunt in ore vulgi offenduntq; omnes: atq; euadunt, vel quando rem bene gesserunt, inuisi: & si offenderint, deridiculi: & laus eorū sedulitatis initio collecta vertit in iocum & ludibriū. Tale est illud: Metiochus dux est, Metiochus viarum, Metiochus panis, Metiochus farinæ est curator, Metiochus omnia mouet, Metiochus in malam rem ibit. Fuit hic ex Periclis amicis vnus: qui illius potentia inuidiose vtebatur & insolenter. Oportet autem vt aiunt cum amante agere populo politicum: & si absit, desiderium apud eos relinquere sui. Quod Scipio Africanus fecit: qui diu rusticabatur, quo & inuidiæ pondus detraheret, & iis, qui premi videbātur ab sua gloria, respirare cōcederet. Clazomenius Timesias fuit cætera in rempub. vir bonus: sed quod tractare omnia per se vellet, imprudens in inuidiam & odiū incurrit, donec hoc ei contigit. Forte pueri in via ex fossa quapiam talū, dum ille transit, eruebant: quorum aliqui dicebant quiescendum: Vnus percutiens talum: Vt, ita, inquit, Timesiæ cerebrum excutiam quomodo est hic excussus. Quo Timesias audito, cum esse omnibus se animaduerteret odio, regressus domum vxori rem aperuit: cui cum iussisset, vt raptis secum necessariis sequeretur, extemplo à foribus excessit vrbe. Apparet Themistoclem quoque, cum par casus ei offerretur ab Atheniensibus, dixisse: Quid malum vos molesti estis multis meis beneficiis deuincti? Ex his quædam recte, quædam secus sunt dicta. Siquidem beneuolentia & solicitudine à nulla parte reipub. deiiciendi oculi: verum ad omnia aduertendus animus, & singula perspicienda, neque sicut in nauigio sactum instrumentum debemus nos seponere manentes ciuitatis vrgentes necessitudines & casus, sed vt in naui gubernatores quædam ipsi manibus suis exequuntur, quædam organis aliis per alios procul sedentes contorquent & cir-

* Alii Demosthene.

& circumagunt, adhibentq; nautas, proretas & hortatores: quorum euocant subinde nonnullos ad puppim, committuntq; eis gubernaculum: politico item cedere conuenit aliis imperio atque ad tribunal eos cum studio & humanitate excitare: non versare negocia cuncta ciuitatis suis orationibus & rogationibus vel actionibus: sed fidis succinctum & bonis viris singulos ad singulas partes ei consentaneas applicare. Ita Pericles Menippo est ad res foris gerendas vsus. Ephialtis opera consilii Areopagitici authoritatem fregit; Charini legem contra Megarenses pertulit. Lamponem ad coloniam Thurios ducendam legauit. Quippe non modo opum, quæ in multos videntur distractæ, minus inuidiam sentit amplitudo: ceterum etiam officiorum munera expediūtur rectius. Vt enim dissectio in digitos manus nō debilitat eam, sed vsum eius reddit artificiosum, & officialem: haud aliter qui participat in repub. aliis munera, actionem efficit communione efficaciorem. Qui insatiabili gloriæ vel potentiæ siti vniuersam in humeros suos rempub. sustollit: & ad quæ appositus non est neq; meditatus, his se ingerit, sicut Cleon ad ducendos exercitus, ad classis præfectutam Philopœmenes, ad concionandum Annibal: haud meretur hic, cum titubauit, veniam: sed audit insuper illud Euripidis: 10

Fabrilia non tractabas, esses cum faber.

Ad dicendum insulsus legationem suscepisti, aut supinus dispensationem domesticam assumpsisti, calculorum rudis quæsturā gessisti, aut senex & imbecillis rectorem egisti militiæ. Pericles etiam cum Cimone imperium est partitus, ipse vt vrbi præesset, ille completa classe res cum barbaris gereret. Quippe fuit hic ad arma, ad togam ille magis factus. Laudib. fertur Anaphlystius Eubulus, quod cum fide & opib. si quis alius polleret, non ingessetit se bello Græco, neq; ad imperium aspirauerit; sed cura suscepta ærarii vectigalia publica amplificauerit, multumque reipub. hac parte commodauerit. Iphicrates vero, quod etiam declamationes domi in cœtu meditaretur, ostentui fuit. Nam etsi rhetor bonus, non ineptus esset, debebat tamen in gloria militari acquiescens ludo cedere sophistis. Quia vero populus inuidia & obtrectatione est omnis suffusus aduersus rempub. gerentes: multaque compendiosa, si vacent dissidio & intercessione, ex coniuratione agi suspicantur: quod in causa est, vt sodalitia & amicitiæ male audiant, veram quidem inimicitiam vel simultatem cauendum ne vllam relinquamus: sicut Chiorum concionator popularis Onomademus non permisit, cum seditione fuisset superior, vt omnes diuersæ partis vrbe pellerentur: Ne inquit, si semel ab inimicis fuerimus expediti, certamen nobis exoriatur cum amicis. Nam hoc stultum est. Sed quando multitudo rem quampiam magnam & salutarem habet suspectam, non debent omnes quasi coitione facta eandem dicere sententiam: sed duo vel tres dissentire ab amico atq; leuiter repugnare, mox quasi reuicti in illius sententiā transire. Hac ratione, dum duci videntur bono publico, trahunt secum vulgus. In rebus vero exilibus, quæ non magnopere referunt, non nocet vel vere amicis permittere, vt abs te discrepent, quisq; ductus sua ratione: quo in præcipuis & maximis videantur ad salutem reipub. nō ex composito conuenire. Atq; est quidem semper vir politicus ciuitatis rector, sicut dux inter apes idq; substituentem animo semper versare in manibus oportet eum rempub. Quæ nuncupant imperia & quos suffragiis creant magistratus, hos neq; pius nimio captare, neq; crebro. Neq; est n. viri grauis & popularis inhiare magistratibus, neq; populo legitime conferente & vocante repudiare. Imo si etiam infra dignitatem nostram sint, capere eos, seruireq; hic populi voluntati. Quippe verum est, vt maioribus magistratibus ornati, vicissim ornemus minores: Atq; in sublimiorib. vt est prætura Athenis, Prytania Rhodi, apud nos Bœotarchia modeste nonnihil summittamus nos & remissius agamus: inferiorib. vero dignationem addamus & splendorem, quo neq; despicabiles in his, neq; inuidiosi simus in illis. Porro debemus initio quouis honore non solum illas rationes ob oculos ponere, quas suggerebat sibi quoties chlamydem sumebat, Pericles: Aduerte Pericle animum, liberis imperas, Græcis imperas, ciuib. Atheniensibus imperas: sed illud quoq; nobis subiicere: Imperio obnoxius imperas, subiectæ ciuitatis proconsul es, Cæsaris procurator es: Nō sunt hi lanceæ campi neq; veteres Sardeis, neq; potestas illa Lydorum: contrahenda plus chlamys, respiciendumq; ex prætorio ad forum, neq; coronæ nimios animos credendum, cum cernas supra caput calceos: verum effingendi histriones, qui affectum suum vultumq; ac dignationem adferunt, audientes sunt tamen ei, qui verba poëtæ suggerit, neq; superueniunt numeros & modos permissæ ab iis, quorum ius est, potestatis. Neq; enim adfert hæc offensio sibilum & explosionem: verum imminuit multis 20 30 40 50

Piaculi exactrix truncatrix tristior
Colli securis:

quod Pardalæ vestro limitum oblito accidit. Non nemo in insulam deportatus & factus est, vt verbis Solonis vtar, *Phelegradius vel Scinides

* Alii Pholegandres.

Pro Atheniensi commutata patria.

Pueros paruos ioco excipimus & ridemus, quando inducere sibi paternos calceos moliuntur & accom-

accommodant coronas. Magistratus ciuitatum, qui insipiēter maiorū facta, spiritus, & actiones temporibus præsentibus non quadrantes imitari iubentes adduntanimos plebi: dum ludos faciunt, in pœnas incurrunt, nisi admodum despiciantur, non ludicras. Siquidem multa licet alia Superiorum Græcorum commemorando his, qui nunc viuunt, informare & docere eos: vt si Athenis memoriam renoues nō bellorum gestorum: sed quale est egregium illud deletis triginta tyrannis de obliterādā præteritorum memoria populi scitum: & quod Phrynichum, qui Mileti expugnationē in tragœdia docuerat, mulctam irrogauerint: & sumpserint, cum Thebas restitueret Cassander, coronas. Cædem item cum Argis factam audissent, in qua mille quingentos Argiui ciues suos baculis interemerant, expiari iusserint concionē, in causa itē Harpalia cum domos scrutarentur, solam eam, in qua erat noua nupta præterierint. Hæc enim licet etiam hoc tempore æmulantibus maiores æquare. Interim Marachonē, Eurymedontē, Plateas, & reliqua exempla: quæ inflant & gloriari vulgus faciunt incassum, sophistarum scholis relinquāt. Non solum autem debet se præstare quisque & patriam apud præsides inculpatam: verum etiam amicum habere semper quempiam in aula præpotentem, quasi firmū reip. columen. Tales sunt Romani, qui in negocijs ciuilib⁹ fauore & studio adsunt promptissimo amicis: ac fructū ex præsidum amicitia eum capiunt, quem cepit Polybius & Panætius, qui per Scipionis coniunctionem maiorē in modum patrijs suis commodauerunt. Ariū Cæsar Augustus, cum Alexandria esset potitus, manu tenens, atque ex familiarib. cum eo solo colloquēs, vrbē inuectus est. Hinc Alexandrinis, qui summo in timore versabantur, supplicibus reconciliari dixit se propter vrbis amplitudinem, propter conditorem Alexandrū, & tertio in huius, inquit, amici mei gratiā. Num cum hoc beneficio opulentæ conferri procurationes valeāt & prouinciarū administrationes, quas multi sectātes apud fores alienas re neglecta familiari consenescunt? An corrigendus Euripides, canendūque ac dicendum: Si excubandū est & aula frequentanda alterius, principisq; cuiuspiā familiaritati se quis submittere debet, patriæ causa eo pulcherrimum est se demittere. Cætera amicitiæ amplectendæ & affectandæ æquæ & iustæ sunt. Reddendo tamen & præstando dominantib. obtemperantē patriam non debes insuper eam opprimere, neq; vincto crure simul obnoxium facere collum: quomodo nonnulli, qui tam minuta quam grandia ad prouinciarum rectores referunt, imo totam subuertunt remp. dum consternatam, meticulosam, & nullius rei faciunt potentem. Nam vt illi, qui sine medico neq; cœnare, neque lauare assuefacti sunt, ne quatenus quidem per naturam licet, fruuntur sanitate: ita qui quoduis decretum, concilium, beneficium, & procurationē ad præsidis arbitrium reuocant: compellunt rectores, plus quā volunt, dominos suos esse. In causa est præcipue immodica cupiditas & æmulatio primorū. Aut enim, si quādo lædunt inferiores, eo redigunt illos, vt ciuitate profugiant: aut si qua de re ambigant inter se, dum inter ciues succumbere nolunt, adhibent potentiores. Hinc fit, vt curia, populus, iudicia, magistrat⁹ denique omnis vim suam amittat. Debet autē populares politicus æquabili iure potentes inuicem cedendo placans retinere in rep. ac dirimere cōtrouersias, atque ciuilē quandam earum sicut reconditorum morborum medicinam facere, malleq; se manus dare inter ciues, quam cum contumelia & iuris patrij euersione vincere, singulosq; alios precari & quam res sit pestifera peruicacia, eis demōstrare. Nunc ne ciuibus & tribulib⁹ domi, ne vicinis & collegis inuicem cum honore & gratia concedant, ad oratorum ianuas, & in manus pragmaticorum deferunt magno cū detrimēto & macula pugnas suas. Medici morbos, quos funditus tollere nequeunt, detorquent foras versus corporis faciem. Politicus contra si seruare ciuitatē non valeat vndequaq; tranquillam, in intestinis eius certe elaborabit vt procellas & turbines recōdat, ibique eas curet & componat: quo peregrinos medicos & medicamina desideret quā minime. In eo enim versari cōsilium politici debet, vt securitati inhæreat ac refugiat inanis gloriæ tempestates & furias, vti est supra dictum, animo tamen sit elato, & fidenti intrepidoque,

Qualis inest illis, qui infestis hostibus alma
Pro patria

& negociis temporibusque asperis obluctantur & resistunt. Neque enim tempestates excitare ipse debet, sed coortis non deserere remp. neque mouere ciuitatem periculose: sed labascenti & in lubrico positæ subuenire, ac quasi sacram anchoram ex se adhibere liberam admonitionem maximis in fluctibus: quales Neronis principatu Pergamenos exercuerunt, Rhodios nuper sub Domitiano, & pridem sub Augusto Thessalos: qui Petræum viuum concremauerant. Vbi non stertentem videas nec trepidantē germanum politicum, neque quo seipsum periculo eximat, incusantem alios: sed in legationem proficiscentem, nauigantem, & dicentem præ cæteris: non solum

En percussores nos, pestem auertito Phœbe:

Sed & si culpæ non sit affinis, nec consors plebis, caput suum tamen pro illorum salute discri-

[...]nibus offerentem. Nam est hoc cum honestum, tum præterea vnius viri sæpenumero virt[9] & excelsi spiritus admiratione incussa conceptam in omnes iram permulserunt terribilesque & atroces minas discusserunt: quod comprobasse videtur in Buli & * Sperchi rex Persarũ, sicut in Sthenone comprobauit Pompeius: quãdo supplicia exacturo à Mamertinis ob corũ defectionem, inique facturũ ait Sthenon si vnius culpa authoris complures insontes necaturus esset. Se namque esse eum, qui permotis amicis & vi subactis inimicis ad defectionẽ retraxisset ciuitatem. Quæ ita Pompeij animum pepulerunt, vt & ciuitatem crimine liberaret, & cũ Sthenone ageret clementer. Syllæ hospes simi'i virtute apud dissimilẽ vsus generosa morte occubuit. Nam cum capto Præneste Sylla omnes ciues deliberatum haberet contrucidare, vni tantum illi ob ius hospitale parceret, nolle fatus se patriæ extinctori salutem suam debere coniecit se in ciuium cœtum, atq; cum iis est concisus. Cæterum huiusmodi tempora deprecari, ac meliora oportet expectare. Cum autem res sit magistratus omnis & is, qui eo fungitur, sancta & ampla, est is honorandus inprimis. Honos autem magistratus est cõcordia & amicitia cum collegis multo magis quam corona & prætexta. Qui vero ex cõmilitio & ex eo, quod vna pubuerunt, amicitiam ordiuntur: collegium contra præturæ & consulatus rudimentum capiunt alienationis: hi ex tribus malis vnum non defugiunt. Aut enim, dum pares putant sibi collegas, ipsi remp. turbant: aut dum præstantiores, inuident iis: aut dum humiliores, fastidiunt: eum colere oporteret meliorem, ornare inferiorem, parem cohonestare, amplecti vero & diligere omnes: quod non mensæ vel vini, vel contubernij vinculo, sed communi & publico amicitiam contraxerint, ac quodammodo paternam à patria acceperint beneuolentiam. Siquidem male audiuit Scipio Romæ: quod eum epulum in ædis Herculis dedicatione præberet, collegam non inuitasset Mommium. Nam si alioquin alieno esse inter se mutuo animo ipsi existimabant, at in talibus honorem sibi mutuo habere & comitatem demonstrare magistratus causa debuissent. Quando igitur viro cætera Scipioni memorabili benignitatis adeo minutum officium prætreritum notam superbiæ inussit: quid nam eum, qui dignitatem imminuit collegæ, vel splendida eius gesta allatrat, vel omnia simul arripit atque ex peruicacia ad se trahit, illi vero detrahit, virum censebis ciuilem & moderatum? Memini iuuenem me etiamnum in legationem cum alio ad proconsulem missus esse: eum ille casu quodam restitisset in itinere, me solum conuenisse proconsulem & negocium transegisse. Vt iam reuersus domum eram renunciaturus legationem, exurgẽs pater seorsum præcepit mihi, ne dicerem: discessi, sed discessimus: neque dixi, sed diximus: reliquaque cum collega participans & communicans vt referrem. Quippe non modo est ciuile hoc & humanum, verum etiam inuidiæ stimulum laudi detrahit. Hinc magni viri rebus præclare gestis fortem fortunam consortem faciunt laudis suæ. Sic Timoleon excisis in Sicilia dominationibus templum Casus excitauit. Sic Python, quem, quod interfecisset Cotyn, magnificaciebant Athenienses & honorabant: Deus hoc, inquit: manu vsus mea perpetrauit. Lacedæmoniorum rex Theopompus ei, qui stare iactabat Spartã regibus imperandi scientibus: Imo, inquit, popularibus parendi scientibus. Hæc effieiuntur per se mutuo. Aiunt autem plæriq; atq; arbitrantur institutionis politicæ, vt recte obsecundãtes præstet ciues, munus esse. Siquidem pars quaque in ciuitate parentium quam imperantium amplior est. Ac spacio exiguo imperat quisq;, paret vero semper in libera ciuitate, qui remp. tractat. Est itaque pulcherrima & vtilissima dicto audientem rectoribus esse disciplina, etiam si opibus & gloria sint inferiores. Quippe indignum est, vt is, cuius in agenda tragœdia primæ sunt partes, Theodotus vel Polus mercenarius aliquem, qui tria tantum verba loquitur, sequatur sæpe, & demisse appellet, si diadema ille & sceptrum habeat: in actibus vero seriis & rep. locuples & illustris positum in magistratu popularem & inopem vilipendat & dispiciat, insultans & deprimens dignitatem ciuitatis suæ, nec potius amplificet, & cumulet gloria & potentia sua magistratum. Hoc modo Spartæ ephoris reges assurgebant, atque ex populo, qui accitus esset ab eis, non lento gradu, sed cursim & propere per forum volans ostentabat ciuibus obsequelam suam: gloriabaturque in eo, quod honore magistratus prosequeretur: non vt insolentes nonnulli & inepti: qui ad venditandam ingentem potentiam suam ludorum curatores suggillant, & choragos in Bacchanalibus maledictis incessunt, prætoresq; & gymnasiarchas irrident: nescij nec discentes honorare sæpius quam honorari esse honorificentius. Siquidem viro magnæ in rep. authoritatis maiori honori est, si magistratum stipet & sequatur, quam si ab illo ipse stipetur & deducatur: Imo vero hoc odium & inuidiam, illud synceram & profectam ex beneuolentia conciliat gloriam. Quod si quando ad fores eius appareat, salutet prior, & capiat in deambulando medium: cum nihil sibi detrahit, tum ciuitati honorem adiungit. Iam populare est etiam conuitium ferre & stomachum magistratus, atque hoc sibi Diomedis subiicere:

* Alii. Sperchys.

Etenim

Etenim laus me inde sequetur:

vel Demosthenis illud: nō esse in præsenti se Demosthenē tantum, sed thesmothetem quoq; vel choragum vel coronatum. Quocirca producenda expetendarū pœnarum dies. Aut enim vltionem ab eo, vbi abierit magistratu, exigemus: aut hoc compendij adferet nobis tractus, q; ira nostra deferuescet. Studio tamen & prospicientia & solicitudine de rep. cum omni semper certandum magistratu. Qui si probi sint, præcipiemus, quæ officij eorum sunt; monebimusque & suggeremus consilia nostra, quibus vti recte poterunt, iuuabimusque eos, vt inclarescat resp. Quod si obtorpuerint illi, vel segnes fuerint, vel improbitate teneantur ad actionem: tum debet ipse accedere, & verba facere ad populum, neque negligere vel postmittere,
10 quod è rep. sit: quasi non deceat gubernaculū tenentē alio inferre se & intrudere in illius partes. Lex enim semper recte agenti & tenenti, quæ expediunt publice, primū ordinem in rep. assignat. Erat quidam in castris, inquit Xenophon: qui etsi neq; imperator, neque ordinum ductor foret, bonis consiliis tamen & audiendo imperiū arripiens vltro Græcos conseruauit. Ex Philopœmenis factis clarissimum est, quod occupata ab Agide Messene, cum detrectaret prætor Achiuorum suppetias venire, & remignauia proderet, erumpens cum promptissimis sine vllo decreto eripuerit illi vrbem. Hoc tamen cauendū, ne modica, vel quauis de causa extraordinarium quid agamus: verum rebus postulantibus, vt Philopœmenes: vel rei magnificę perpetrandę gratia, ceu Epaminondas, qui contra legem Bœotarchiam suam in septem menses prorogauit: quibus irrupit in Laconiam & tes Messenicas transegit: quo si hinc in crimē vocemur vel incusemur, purgare crimen necessitudine valeamus, vel alleuiationem periculi
20 magnitudinē & decus habeamus rei gestæ. Celebratur Iasonis, qui apud Thessalos dominatus est sententia, quam vsurpabat semper, cum aliquos læderet vel premeret: necesse esse, in paruis vt delinquerent, qui in magnis recte agere vellent. Hoc dictum confestim odoreris dominationem redolere. Ciuilius illud præceptum, ignoscenda & condonanda multitudini parua, vt maioribus obsistere & compescere valeas peccantes. Quoniam qui nimiū acris est vbique & vehemens, nihilque concedit vel conniuet: sed vsquequaque asper & inexorabilis est, hic reniti etiam sibi & fremere aduersus se assuefacit populum: cæterum est ingruentibus magna vi fluctibus nonnihil laxandus pes, permitterque quædam atque indulgebit benigne ludendi socium se præbens, sicut in sacrificiis, ludis & theatris: quædam sicut domi adolescentium
30 offensas videre & audire dissimulabit: ne correptionis & monitionis vis tanquam medicamen exhauriatur & elanguescat: sed vigorem & fidem retinens in grauioribus pungat & mordeat acrius. Alexander, delato ad eum aliquid sorori cum formoso iuuene intercessisse: non excanduit, sed ait, permittendum illi quoque nonnihil frui regno: Parum recte, qui talia indulgebat, neque ex dignitate sua. Non est enim imperij dissolutio & petulantia fruitio appellanda. Populo politicus iniuriam in ciues, vel bonorum alienorum publicationem vel partitionē publicorū nullā, quo ad eius facere possit, permittet: sed suadendo, docēdo, & terrendo libidinib. huiuscemodi repugnabit, qualib. Cleon alendis & intendendis examen, vt ait Plato in ciuitatem aculeatorum furorū inuexit. Quod si solennis patrij vulgus vel honoris diuini prætextu ludos aliquos vel congiarium non sumptuosum, vel munus benignū vel largitionem concupiscat: ne recludatur ei hic liberalitas & ærarij copia. Quandoquidem
40 Periclis actiones & Demetrij huiusmodi multa habent. Cimon quoque forum platanorum consitione & ambulationibus ornauit: Cato cum populum à Cæsare animaduerteret in Catilinæ coniuratione solicitari atque ad nouandas res præcipitem esse, induxit senatum, vt inopi plebi frumenti congiarium daret: quo munere populares procellæ conquieuerunt & fuerunt motus compressi. Siquidem quomodo medicus, qui corruptam sanguinem affatim extrahit, modicum præbet innocui alimenti: perinde vir politicus, cum magnam labem vel incōmodum exemerit, facili inuicem munere & blando indignationem & querimoniam placabit. Expedit interim ad vtiliora populi libidinem traducere: quod Demades, cum vectigalia publica haberet in manu sua, fecit. Nam cum pararet populus defectionem ineuntibus ab Alexandro classem suppetias mittere, stipendiumq; iuberet vt ille præberet: Habet, inquit, pe-
50 cuniam ærarium. Confeceram enim ad congiarium, vndē capturi vos selibras eratis. Sin maiultis eam in hæc expendi, absumite rem familiarem. Hac ratione, ne diuisione illa fraudarerur, cum missam faceret classem populus, offensam aduersus Alexandrum eius restinxit. Multa enim sunt damnosa, quæ recta non amoliaris: verum quærunt omnino anfractum aliquem & circumflexionem: quali est Phocion vsus, cum iuberetur incommodo tempore arma Bœotiæ inferre: pronunciari extemplo imperauit, vt omnes adulti, qui annum 60. non excessissent, ad signa adessent. Frementibus grandioribus natu: Quid malum vociferatis, inquit: Dux ego vobiscum ero octogenarius. Eodem modo legationes intempestiuas reiicies allegendo ad id munus vna obeundum proficiscendumque multos minus idoneos, easque

M 2 sarcinas

farcinas ac vasa vt deferant præcipiendo,q̃ impedimento, & dedecori futura sint. Ante cæteros illi,qui ista suadent,& incitant populũ,trahendi sunt eo & asscifcendi: Aut enim interpellare negocium videbuntur,si causificentur ipsi, aut si adhibiti fint, in partẽ venient molestiarum. Cæterum quando res trãsigenda magna & cõducibilis est, coniuncta tamen cum magna contentione & labore:hic enitere, vt ex amicis tuis legãtur optimi,aut ex optimis placidissimi. Hi enim quam minimum refragabuntur tibi, & quam maxime te fubleuabunt,si prudentia citra æmulationem præditi sint. Attamen perspecto ingenio tuo debes, quam ad rem minus altero sis appositus,eos,qui plus illic valeant,præ tui similibus cooptare. Ita Diomedes ad speculandum adiunxit sibi præteritis viris fortibus solertem. Hoc modo enim negocia in æquilibrio stant, neque existit mutua æmulatio inter eos, qui diuersis subnixi virtutibus & facultatibus laudem quærunt. Ita adhibe in causa agenda adiutorem & legationis sociũ, si facundia deficiaris,disertum:sicut Epaminondam Pelopidas: si non sis communis & habilis ad agendum cum populo,sed fastuosus,vt Callicratidas, festiuũ & blandum:si debili & torpido corpore, laboris patientem & robustum, vt Nicias Lamachum. Sic fuit admirabilis Geryones, cui multa crura, manus, & oculi erant, quæ anima vna cuncta regebat. Politicis vero licet, si non corporibus solum & pecuniis, sed fortunis etiam & opibus & virtutibus conspirauerint in vnum negocium collatis præ alio eadem in re celebre nomen consequi: non Argonautarum exemplo,qui relicto Hercule compulsi fuerunt fœminarum fascinationibus & veneficiis se seruari & furari vellus illud aureum. Aurum in certa templa qui penetrant, relinquunt foris, ferrum secum in nullum inferunt. Quia vero commune est suggestus templum Iouis consiliorum & vrbium præsidis, iurisq; & iustitiæ:in ipso iam limine auaritiam & pecuniæ cupiditatem, velut ferrum & plenum rubiginis morbum excute ex animo, atque in cauponum & fœneratorum forum proijce. Tu vero eum,qui quæstum ex publico facit,eaue ac sacras ædes,sepulchra,amicos eum compilare,furari ex proditione,ex falsis testimoniis existima, cõsiliarium esse infidum, iudicem periurum,in magistratu nummarium, breui nullius expertem sceleris. Itaque non est pluribus de his agendum. Porro ambitio quantumuis elatior rapacitate sit, non minoribus vitiis tamẽ in rep. est cooperta. Etenim est illa audacior. Quippe occupat non languida aut demissa, sed inprimis valida ingenia & strenua: auraque popularis extollens eam & impellens laudibus effrenem atq; intractabilem reddit. Hic, sicut Plato inculcandum dicit iuuentuti iam à teneris vnguiculis, corpori foris adhibere vel parare aurum nefas esse, quod peculiare cum animo temperatum habeat: quo ni fallor obscure significat pertinentem in naturam eorum ex natalib. virtutem: pari modo ambitionem permulceamus,aurumque ei esse ostendamus incorruptum, syncerum, nec adulteratum, & intactum liuore & obtrectatione honorem: qui perpensis & perspectis rebus gestis & actionibus nostris increscit: vnde nec opus habere eam pictis vel fictis,vel æreis honotibus, ex quib. ad alios redit gloria. Siquidem laudatur,nõ cui factus est, sed à quo tubicen & satelles. M. Cato eum statuarũ Romæ infinitus viseretur numerus, noluit vllam sibi erigi: Malo inquit, quæri cur statua mihi nulla posita sit,quã cur sit. Veniunt namque in inuidiam ista: existimatque, quibus delatæ non sunt,his se gratiam debere populus: assecutos sibi debere atque incurrere in oculos,atque velut à mercenariis officia ab his exigunt. Vt igitur qui Syrtim est præuectus, hinc nauem in freto fregit:nihil iste magni vel gloriosi egit:sic qui ærarium & prouentus publicos conseruauit, compertus autem in consulatu est vel censura facinoris: hic in excelsum quidem promontorium impegit, perinde tamen hauritur. Optimus quidem ille sit, qui nihil tale concupiscit, sed fugit & deprecatur. Quod si expeditũ nõ sit populi munus & beneficiũ, quando eo delabitur, reiicere tanquam non argentarios vel mercenarios agonas edamus,sed sacrum reuera & coronatum: satis est inscriptio quædam,tabula,plebiscitum,& ramus oleaginus, qualem sumpsit ex arce Epimenides, cũ vrbem lustrasset. Anaxagoras delatos sibi honores repudians petiit, die illa, qua vita excessisset, vt permitteretur pueris ludere & à literis feriari. Septem Persis, qui magos interemerant, eorumq; posteritati concesserunt tiarã anteriore capitis parte gestare. Quo quidẽ signo, quando facinus illud aggrediebantur, sunt vsi. Nec caruit honos, qui Pittaco fuit habitus, ciuilitate. Hic ex agro, quem ciuibus pepererat, cum fundum, quantum vellet, esset capere iussus: tantum cepit, quatenus iaculum, quod manu torsit, peruenit. Horatius Cocles Romanus tantum agri, quantum ipse vno die claud⁹ circum arauit. Neq; enim debet merces esse honos facti, sed indicium: quo perennet, vt illi durauere. Ex trecẽtis Demetrij Phalerei statuis æruginem vel squallorẽ nulla sentiit: sed illo etiãnum viuo euersæ fuerunt omnes. Demadis conflauerunt in matulas. Quod quidẽ multis honoribus contigit, non improbitate modo eius, qui delati fuerant, sed magnitudine etiam sua inuidiosis. Est itaque optima & fidelissima honoris custos tenuitas. Ingentes, immodici, & immanes enormium statuarum more cito collabuntur. Honores hic nomino, quos vulgo

iuxta

iuxta Empedoclem, quatenus fas est, vocant. Assentior tamen ego quoq;. Quandoquidē germanum honorem & gratiam in beneuolentia & animo positum memorum non despiciet vir politicus, ac ne gloriā quidem fastidiet, declinans placere iis, quibuscum viuit, vt Democrit° voluit. Neque enim canum blandimenta & equorum charitates venatoribus, & equorum altoribus sordent: cæterum expedit & oblectat domesticis & familiaribus bestiis eam affectionem erga ipsos imprimere, quam Lysimachi canis demonstrauit, & quam Achillis equorum narrat poeta erga Patroclum fuisse. Equidem cum apibus quoque melius actum iri arbitrer, si blandiri & admittere eos, qui ipsas alunt & fouent: quam infestis petere aculeis mallent. Nunc has castigant fumo, equos lasciuientes & rebelles canes collaribus & frenis ducunt in-
10 uitos. Hominem homini sua sponte placidū & mansuetum præterquam beneuolentiæ fides probitatisq; & iustitiæ opinio reddit nihil. Quapropter summū præsidium esse ostendit Demosthenes aduersus tyrannos ciuitatib. diffidentiam. Hæc enim potissimum animi pars, qua fidem habemus, exposita est circumuentionibus. Sicut igitur Cassandræ, quæ nulla in existimatione erat, scientia rerum futurarum inutilis fuit ciuibus, quæ ait:

Vatem voluit frustra sane esse me deus,
Quando ante cladem sum numerata insana ego,
Calamitate accepta nunc sapiens vocor:

ita fides erga Archytam & charitas erga Battum ciuium multum consulentibus hos propter eorum existimationem commodauit. Ac conciliat quidem hoc primum & maximum bonū
20 nomini politicorum ea, quæ aditum præbet ad actiones, fides. Alterum, quod aduersus inuidos & improbos pro armis fit bonis viris multitudinis beneuolentia, quæ

Mater vt à placide stertente infante repellit
Muscam:

summouet inuidiam atq; ad authoritatem comparandam hominem nouum nobilibus, pauperem pecuniosis, & priuatum adæquat magistratib. Breui vbi veritas & virtus adiunctæ sunt, secundus est & constans ad reip. aditū ventus. Contemplare contrariā dispositionem, eamq; explora in exemplis. Dionysij libetos & coniugem constupratos Itali interemerunt. Inde combustorum cadauerū cineres ex nauigio in altū dissiparunt. Menandro cuidam, qui iuste apud Bactros regnauerat, post in castris defuncto de cætero iusta ciuitates promiscue fecerūt: verū
30 de reliquiis cū conflictarentur inter se, ægre conuenit inter eos, vt partib. æquis cinerum acceptis digrederentur, excitarentq; apud omnes eius monimenta. Vice versa Acragantini à Phalaride liberati, lege sciuerunt, ne quis pallium glaucum ferret: quod tyranni spiculatores glaucis subligaculis vsi fuissent. Persæ, quod naso adunco fuisset Cyrus, etiamnū amant eos, qui naso sunt incuruo eosque existimāt pulcherrimos. Hic amor omnium est firmissimus iuxta & diuinissimus, quem ciuitatibus & populis erga vnum infundit virtus. Illi ex ludis, vel ex congiariis, vel gladiatorū munerib. adulterini & falsi meretricias recipiunt plebis assentationes, quæ semper danti & largienti applaudit, momentaneamque & fugitiuam afflat gloriam. Recte sanē ille, qui primus labefactatum dixit populū ab eo, qui princeps eū redemerat, amittere animaduertit plebē vires suas, quando venalis esse cœpit. Mercatores item illi ita repu-
40 tent oportet, cum magnis impensis licentur gloriam, plebem se armare & ferocem reddere, quasi rem magnificam adimere & tribuere valeat. Non oportet esse tamen, si per rem familiarem liceat, in vsitatis munificentiis astrictum. Quandoquidem non largientē de suo opulentum multitudo quam compilatorem ærarij pauperē peius odit, quod hoc necessitate fieri, illud despectum & contemptum arbitretur sui. Sint igitur largitiones primū gratuitæ. Ita enim obstupefaciunt & authorant magis eos, qui accipiunt. Deinde in tempore quod ciuilē & honestum prætextum habeat: & cum diuino coniunctæ cultu, qui omnino ad pietatē ducat. Siquidem occupat animos vulgi validus motus & opinio grāde quid & augustū deū esse: quādo eos, quos ipsi honoribus prosequuntur & magnos ducunt, erga diuinum numen tam vident munificos & prolixos. Itaque quomodo ademit Plato iuuentuti, quæ instituitur, concentū
50 Lydium & Phrygium: superiorem, quod animi mœrorē & luctum excitet: alterū, quod propensionem in voluptates & lasciuiam intendat: sic munera, quę sæuitiam & feritatē vel vernilitatem & libidinē acuunt & alunt, ante omnia exige ciuitate: sin minus, fuge & obsiste multitudini ista spectacula flagitanti. Semper autem in muneribus dandis probū & frugale tibi argumentū subiice: quod honesto & necessitate definiatur, vel certe voluptate & oblectatione ab omni noxa & petulantia aliena. Quod si facultates tuæ modicæ sint, centroq; & spacio ad vsum tuum circumscriptæ: haud est animi degeneris vel abiecti inopiam confitentem cedere copiosorum munificentiis, nec versuram facientem miserandum simul & ridiculū in muneribus se præbere. Neq; enim tegere possunt esse impares se, vel amicis importunos, vel assentatoribus: vt neque laudem sibi neque anthoritatem, sed infamiam potius & cōtemptū

 iis im-

iis impensis comparent. Quare operæpreciũ est hic semper Lamachi & Phocionis meminisse. Hic poscentibus ab ipso in sacrificio Atheniensibus congiarium plaudentibusq; frequenter: Puderet me, inquit, vobis si largirer, & Callicli huic, monstrato creditore, non dissoluerẽ. Lamachus in expeditionis rationibus pecuniam in crepidas & pallium suum factas semp expensam referebat. Hermoni Thessali magistratum ob paupertatẽ defugienti lege lata attribuerunt lagenam vini menstruam & medimnum farinæ quarto die cuiusq; mensis. Ita non est fateri paupertatem sordidum: neque minus pollent in ciuitatibus, quam qui epulum præbent & congiaria dant, egeni: si virtus & fides libertatem eis loquendi concedant. Debet autẽ sibi ipse hic moderari quisque: vt neque in campum descendat depugnaturus cum equite pedes, neq; in circũ, thymelas & viscerationes certaturus cum locupletibus de gloria & potentia pauper: verum virtute & grauitate cum facundia vt ciuitatem regat, perpetuo studere, q non solum honestum est & amplũ, verum etiam gratum & iucundum, ac Crœsi potius stateribus. Neque enim procax est & importunus vir bonus, neque temperans præfractus, neque

Incedit hic acerbe ciues intuens:

sed primum affabilis & communis, vt aditus & accessus ad eum omnib. sit facilis, domũ præbet patentem velut portum & asylum perpetuum operam eius desiderantibus solicitudinẽque & humanitatem non opera tantum & sedulitate, verum etiam dolendo vicem titubantiũ & gratulari se successibus demonstrando: nusquam molestus est neque fatigat seruorũ agmine in balneo, non occupandis locis in theatro, neq; luxu & lautitia inuidiosa insignis, sed cõmuni & æquabili vestitu, victu, liberorũ educatione, & coniugis cultu, vt qui populari & vulgari modo viuere velit. Iam consiliarium benignum, aduocatum gratuitum, conciliatorẽ ad vxores virorum candidum atque amicorum inter ipsos prębendo se: non paruam diei partem reipub. in foro vel in pulpito vacando, tum non per omnem vitam ad se trahendo, sicut Cecias nubes vndequaque munera & procurationes: sed assidue curis reipub. intendendo, eiusq; administrationem, vitam & actionem, non negocium vt plerique, neque publicam functionem numerando, his & similibus omnibus conuertit ad se allicitq; multitudinem, quæ adulterinas & fucatas aliorũ assentationes & illecebras cũ huius sedulitate & prudentia collatas esse cernit. Demetrij palpatores reges appellare cæteros nolebant: sed Seleucũ elephantorũ magistrum, Lysimachum thesauris præfectum, Ptolemæum nauarchum, Agathoclem insulæ rectorem vocabant. Vulgus autem etsi initio bonum & cordatum virum spreuerit: post tamẽ, vbi eius candorem perspexit & grauitatẽ, solum pro ciuili, populari, & magistratu habet, reliquorum alium munerarium, alium conuiuatorem, alium gymnasiarcham ducit & nominat: mox sicut in conuiuiis Callia sumptũ faciente, vel Alcibiade Socrates auditur, & ad Socratẽ conuentur cuncti: ita sanis in ciuitatib. largitur Ismenias, epulum præbet Lichas, ludos facit Niceratus: Epaminõdas, Aristides, Lysander in summo magistratu sunt, rempub. gerũt, exercitus ducũt. Hæc respicienti non est animus demittendus, neq; stupendus, qui colligitur ex ludis, popinis, polyandriis plausibilis ad vulgus splendor, & temporarius vnaq; cum gladiatoribus & scenis euanescens: qui nihil, quod gloriosum sit & amplum, habeat. Ac periti quidem curandarum & alendarũ apum quod maximos bombos edit alueare & strepit, hoc gliscere & esse putant sanum. Cui vero ratione prędito & ciuilis curã examinis deus dedit, hic quiete potissimum & lenitate populi felicitatem eius metiens, cætera comprobabit, & p viribus æmulabitur Solonis: verum hæsitabit & mirabitur, qua re vir ille motus infamia notauit eum, qui in ciuili discordia neutri parti se aggregauit. Neque enim in corpore fit pars affecta cõuersionis ad sanitatem principium ab simul affectis partibus: sed quando præualens in integris temperatura id, quod contra naturam est, immutauit: itẽ quando populus non discessit funesta & exitiabili seditione, sed languescit: ibi oportet, quod eius integrum & validum est, frequens admisceri, adhærescere, atq; associari, quia affluit huic illud, quod ei est affine, penetratq; per partem ægrã. Quæ vero ex toto exurrexerunt, hæ sunt prorsus labefactatæ: nisi qua vi peregrina & coertione subactę resipuerint. Haud par est tamen, vt ita in seditione desideat, quasi nullus mali sensus eum tangat, nihilue moueatur, tranquillitatẽ prædicans suam securamque & beatam conditionem, atque aliis offensantibus se oblectans. Sed hic potissimum cothurnus calceandus est Theramenis, atq; cum vtrisque partibus agendum, & aggregandum se neutris. Non enim existimaberis, quia non eadẽ in fraude hæres, alienus: sed subueniendo esse omniũ communis: nec q non idem te perculerit infortunium, inuidiam subibis, si casum tibi acerbum esse iuxta omnium ostenderis. Primum est autem, ne vnquam in partes discedãt, prouidere, idq; actionis politicę sicut artis summum ducere & pulcherrimũ officium. Vides enim inter suprema bona ciuitatum, pacem, libertatem, vbertatem telluris, pubis lætitiam & concordiam nihil populos hoc tempore politicos ad pacem requirere. Siquidem profligatum est ex nobis & exulat omne Græcum, omne barbarum bellum. Libertatis quatenus, qui rerũ potiuntur,

potiuntur,tribuunt, sunt compotes populi: plus fortassis non fit ex vsu. Fœcunditatem terræ affluentem,commodamque temperiem tempestatum anni,

Et patribus matres germanam gignere prolem,

incolumiratem nascentibus,qui sapit,voris peter ciuibus ab diis. Vnum ergo politico ex illis, quæ eius officij sunt,reliquum est: quo nullum est bonum aliud excellentius, vt concordiam sempet constituat amiciriamque inter ciues suos mutuam: cõrentiones,dissensiones, simultatem omnem discutiat: sicut in amicorum controuersiis si cum parte,quam plus apparet læsam esse,congrediatut prius,ostendatque communem sibi cum illo iniuriam molestiamque esse: ac tum deniq; renter lenire eum & subiicere eos,qui iniuriam accipiunt & cedunt, non moderatione & grauitate tantũ lacessentibus & vincere conrendentib. sed & animi celsitudine & magnitudine præstare, paululumque de iure suo remittentes pulcherrimam & maximam palmam obtinere. Inde singulatim & in commune declaret & exponat Græcorum fractas opes,in quibus acquiescere præstet sanis, in ocioque & vnitate vitam traducere, postquã nullum in medio reliquit fortuna certaminis præmium. Quę enim præfectura, quæ gloria victoribus aut quæ authoritas relicta est,quam paruum proconsulis edictum euertat & transferar in alium: quæ vt tibi remanear nullum habet operæ precium. Quia vero sicut incendium raro ex ædibus sacris & publicis,sed lumen in domo priuata neglectum, vel incensa palea flãmam ingenrem edir & publicam calamitatem adfert: pari modo non semper discordiam ciuilem contentiones de iute publico accendunt: cæterum ex negociis subinde & offensionib. priuatis,quando in publicum erumpunt, rotam solicirant ciuitatem: magnopere ad politicum pertiner,his vt medeatur,atque hæc occupet: quo partim omnino non exoriantur, partim comprimanrur quam ocyssime, parrim non gliscant, neque comprehendant rempub. verum consistanr inrer dissidenres: artendatq; ipse ac demoustrer aliis priuata,si postmittantur neque curentur initio, neque componantur, in publicam & parua in magnam euadere perniciem. Sic maxima nouatio extitisse Delphis perhibetur: quod cum Cratetis filiam Orgilaus Phalidis filius esset vxorem ducturus, & crater in libando medius casu ruptus: id in malum omen vertens relicta sponsa cum patre se subduxerit. Quibus cum Crares paulo post aliquantum ex sacro auro subiecisset: Orgilaum fratremque eius indicta causa de rupe præcipitauit. Inde etiam amicos nonnullos eorum & necessarios in prouidentiæ fano supplices trucidauit. Multa cum essenr huiuscemodi insecuta, necaris Delphis Cratete & seditiosis, ex eorum pecunia sacra appellata inferiora sacraria exædificauerũt. Syracusis duorum adolescentium familiarium alter amici scorto, quod fidei suæ erat creditum, dum ille peregre agit, stuprum obtulir. Hic reponens illi iniuriam vxorem eius stuprauit. Ibi ex maioribus naru quidam in curiam profectus suasit,vt vterque vrbe pelleretur prius,quam inimicitia sua velut cõragione ciuitarem infectam perderent. Eum ramen non secuti,sed in partes discedentes optimum reipubl. statum ingentibus calamitatibus euertere. Nec verą domestica tibi exempla desunt, Pardali cum Tyrrheno simultas: quæ ex tenuib. & priuatis causis in tebellionem & bellum euecta Sardeis pene obruit. Quare non debemus ciuiles, sicur in corpore offensiones, quæ ciro rabe inficiunt,parui facere,sed occurrere,reprimere, & opitulati. Siquidem attenrione,vt air Cato, vel magnum efficitur paruum, & paruum in nihilum redigirur. Ratio ad persuadendum in his potior nulla, quam si propriis in ruis controuersiis reconciliabilem te facilem præbeas: si sedatus in primis querelis maneas, neque cuiquam peruicaciam vel bilem adiungas vel motum animi alium, qui necessariis controuersiis asperitatem suffundat & acerbitatem. Quippe digladiantium in palæstris manus deuinciunt fasciis: quo non euadat in grauius malum certamen, sed plagam infligat mollem & lenem. In iudiciis & actionibus, quas aduersus ciues institueris, rectius feceris, si simpliciter & nude expositis ctiminibus experiare, neque vt tela sic causas acuas,easque probris,maleuolenria,& minus atroces, immanes & publicas efficias. Ita qui agit cum iis,quibuscum ei est negociũ, hic obsecundantes alios habebit. Contentiones vero de reipub. simultatibus sublatis priuatis leues cuadunt, neque asperitatem adferunt vllam, vel vulnus insanabile infligunt.

PLVTARCHI,

Qua ratione ex inimicis emolumentum capias, Commentarius,

Nobili ac strenuo viro Ottoni à Bylandt, domino de Reidt & de Brempt, aulæ Iuliacensis magistro dicatus.

VIdemus quidem placidissimam ipsum te Corneli Pulchre reip. tractandæ secutũ rationem: in qua reip. inprimis commodans adeuntibus priuatim præbes te facillimum. Quando autem regionem inuenire vacantem bestiis feris & virulentis licet, quod de Creta tradunt: resp. vero, quæ non effuderit inuidiam nec æmulationem, vel concertationem, quæ vitia inprimis pariunt simultatem, hactenus non est reperta: imo si nihil aliud, implicant inimicitiis amicitiæ nos: quod Chilo ille sapiens cũ aduertisset, eum, qui inimicum iactabat habere se nullum, rogauit, an ne amicum quidem haberet, debet meo iudicio is, qui tractat rempub. cum alia de inimicis perspecta habere, tum Xenophontis attente audiuisse dictum, prudentis esse etiam ex inimicis emolumentum capere. Quæ igitur nuper mihi in mẽtem venit de his disserere, ea tibi ad verbum in vnum contracta misi, omittens quam maxime potui ea, quę in præceptis politicis literis mandaui, quãdo & eum librum in manibus tuis frequenter video versari.

PRISCIS mortalibus satis erat, vt ab animantibus peregrinis & feris ne læderentur, atque hunc ponebant illi certandi cũm feris finem. Posteri autem docti iam ea in vsum suum vertere, etiam fructum capiunt ex iis, dum carnibus earum vescuntur, pilis amiciunt se, ex felle & coagulo medicinam faciunt, atq; armant se tergoribus: vt iam verendum sit, ne ferarum solitudine vita homini fera & inops & syluestris euadat. Ac quoniam præclare secum cæteri agi putant, si sint ab inimicorum noxa securi: cordatos vero etiam ex alienis ait vtilitatem ducere Xenophon, non est ei fides abroganda: verum ratio & ars inuestiganda est, qua consequi hanc commoditatem valeant ij, quibus viuere non licet sine inimicis. Haud valet arborem mansuefacere agricola omnem, neq; omnem feram edomare venator. Inierunt igitur rationem, vt etiam alios in vsus nihilominus ille ex infrugiferis, hic ex feris profectum faceret. Maris haustus alienus & nociuus est, at pisces alit, oramque in omnem transmittit, & vehiculum est ad importata & exportata paratum. Cum Satyrus ignem, vt primum apparuit, osculari & complecti vellet, Prometheus,

Heus hirce, inquit, lugebis tuam barbam quidem,
Quemcunque tangit, vrit.

At lumen præbet teporemque, & artis organum est omnis iis, qui vti eo norunt rite. Inimicũ item specta, vt alioqui nocuus & morosus sit, an ne contrectari vspiam permittat se, atq; vsum aliquem præbeat peculiarem, sitq; frugifer. Nempe sunt etiam res multæ aliæ tristes, infestæ, asperæque occurrentibus. Atqui vel morbis quidam cernis quemadmodum vsi sint ad tranquillam vitam, laboresque oblati multos roborauerint & subegerint. Complures vero exilium quoque & pecuniæ iacturam ad occasionem ocij & studij sapientiæ vertere: velut Diogenes & Crates. Zeno nauigium suum meritorium cũ fractum accepisset: Probe sane facis, inquit, fortuna, ad lænam quæ nos redigis. Vt enim animantes, quæ valentibus sunt stomachis & firmissima valetudine, angues & scorpiones vorant & conficiunt: quædam lapidibus & testis vescuntur, quæ robore & feruore peragunt spiritus: cum fastidiosi & valetudinarij, si panem & vinum assumant, nauseent: item insipientes peruertunt & amicitias, sapientes vero valent scite vti vel inimicitiis. Ac primum censeo id, quod est in inimicitia nocentissimum, esse posse intentis vtilissimum. Quidnam istud est? Nempe excubans perpetuo inimicus factis tuis imminet, nexumque quærens vndique ambit vitam tuam: qui non quercum tantum Lyncei more penetrat acie, neque lapides & testas: sed etiam amicum seruum, familiaremque omnem, vt facta tua indaget, quantum eniti valet, consiliaque rimetur & perscrutetur. Nam amicos aduersa valetudine teneri subinde & decedere* cũctatione & negligentia nostra ignoramus: inimicorum vero tantum non somnia etiam excutimus anxie. Morbi, æs alienum, cum vxore dissidium illos ipsos citius quam inimicum fallant. Præcipue captat & inuestigat offensa. Et vulturum more, qui putorem corporum putridorum sectantur, syncerorum & sanorum non habent sensum, morbi morum vitiaque & incommoda excitant inimicum, hæc petunt osores, hæc adoriuntur & vellicant. Quid autem, an hoc conducibile est? Certe, vt caute vitam agas, attendasque tibi ipse, nequid solute, ne quid temere vel facias, vel dicas, sed vitam semper sicut in exquisita victus ratione inculpatam.

* *Alii. incuria.*

param cõserues. Etenim ira, quæ refrenat animi perturbationes coercetque mentem prouiso,curam ac voluntaté excitat in nobis sanctè & inculpate viuendi. Nam sicut ciuitates, quæ bellis finitimis,& assiduis refrenantur expeditionibus,sanam remp.& bonis legibus, rectè institutam cupide amplectuntur:æque illi,qui ex simultatibus coguntur pro vita excubare, defugereque socordiam & securitatem & cum commoditate quamcunque rem agere: hi nec opinantes per consuetudinem à peccando prorsus abducuntur,moresq; componunt, modo tantulum præsto sit doctrina. Siquidem quibus hoc,

Gaudeat hinc Priamus simul & Priameia proles,

semper in ore est: id auocat,auertit, & retrahit ab istis, quib. alieni è nobis gaudent & rident. Iam artifices,qui ludicram artem faciunt,cernimus subinde solutos,oscitantes, & minus accurate,si per se soli sint,ludentes in theatris. Sin contentio eis aduersus alios & certamen extiterit:tum non ipsi modo magis intendunt animum,verum etiam organa sua apparant,fides deligunt, aptant accuratius, modulanturque dulcius. Qui ergo vitæ famæque habere se scit inimicum æmulum,hic sibi attendit magis,factaque circumspicit,ac vitam ordinat. Quando hoc quoque est improbitatis proprium, vt verecundiam, vbi incurrimus, habeamus magis inimicorum quam amicorum. Vnde Nasica, cum existimarent & dicerent quidam,rem Romanam euersis Carthaginensibus & subiugatis Achæis in tuto esse: Atqui nunc,inquit,in lubrico sumus:quandoquidem neque quos metuamus, neque qui nobis imponant verecundiam,reliquos nobis fecimus. Insuper adiunge Diogenis dignum philosopho & versante in rep. dictum. Qui vlciscar inimicum? Si tu temet virum bonum & honestum præstiteris. Equos si videant inimicorum probatos, anguntur:si canes laudatos, si fundum excultum contemplētur, si floridum hortum, ingemiscunt. Quid igitur futurum putas, si te præbeas virum iustum, cordatum, placidum, in dicendo celebrem, in factis innocentem, in victu temperantem,

Alta recessum mente possidentem, scatent
Ex quo salubria consilia?

Dantes manus,inquit Pindarus,non sustinent illi hiscere: Non simpliciter neque omnes, verum quicunque superari se vident ab inimicis vigilantia,placiditate,altitudine animi,humanitate, beneficentia. Hæc linguam detorquent,vt Demosthenes ait, hæc os obturant, præfocant, & vocem claudunt.

Primas feras tu inter malos cunctos licet.

Mordere si velis maleuolum:ne appelles eum conuitio cinædum,ne mollem,ne lasciuum,nè scurram,ne sordidum,verum sis ipse vir:sis continens,verax,atque age cum quolibet comiter & iuste. Quod si lacessere quem subactus sis conuitio:da operam vt quam remotissimus sis ab vitiis,quæ improperas illi,animum excute tuum,vulnera circumspice,ne tibi quoque alicunde vitiositas hoc tragœdi obiiciat:

Aliis mederis ipsus vlceribus scatens.

Si indoctum te per contumeliam inimicus appellet, studium intende tuum & industriam: si timidum, excita impensius fidentiam & firmitudinem animi: si petulantem & lasciuum,elue si quod in animo latet libidinis vestigium. Conuitio enim retorto fœdius est nihil neque acerbius: Imo offendit grauius cum luminis repercussus imbecilles oculos, tum regesta in authorem à veritate probra. Nam vt Cæcias nubes, sic attrahit ad se vita improba maledicta. Plato quoties apud homines fuisset,qui se turpiter gererent, regressus apud se dicere solebat: Nuncubi ego talis? Qui conuitio incessit alterius vitam, hic si confestim lustret suam,eamq; componat ad diuersum dirigens & flectens:ex conuitio quod fecit, quæ res alioqui inutilis & inanis videtur & est,aliquid fructus referet. Ridet vulgus, si caluus aut gibberus ea vitia aliis obiiciat vel improperet,at in alterum iacere conuitium aut dictum vllum, si reponi tibi vicissim idem valeat, prorsus est ridiculum. Sicut Byzantius Leo, cui gibberus valetudinem oculorum obiecerat:Humanum,inquit,vitium infligis mihi, qui dorso portas Nemesin. Quare adulterium non obiectabis, si puerorum amore ipse depereas: neque bonorum probrosè appellabis gurgitem, si ipse sis sordidus.

Cognatus es, virum quæ occidit, fœmina:

Adrasto improperauit Alcmæon. Quid autem ille? Nempe proprium non alienum flagitium reponit illi:

Tu parricida matris es, quæ te edidit.

Obiectauit Crasso Domitius: Tu ne murena, quam in viuario alebas, mortua fleuisti? Cui alter: Num tu, qui tres extulisti vxores fleuisti? Conuitiator qui vult esse, cũ non oportet facetũ, nec vocalẽ, nec impudẽtẽ esse, sed omni vitio & crimine vacantẽ. Nemini enim Apollo æque

ac paranti alterum incessere conuitio iubet: Nosce teipsum: ne eum, quæ volunt, dicunt, audiant, quæ non volunt. Solet enim is iuxta Sophoclem,

Qui verba fudit temere,
Inuitus audire hæc, quæ dicere gestiit.

Hoc igitur emolumentum & compendium adfert factum inimico conuitium. Nec minus alterū, si proscindaris & male audias ab inimicis. Quare rectè Antisthenes ait, qui esse velit saluus, ei opus esse vel synceris amicis vel inimicis ardentibus. Hi enim lacerando, illi deterrent offensantes castigando. Quia vero amicitia, vt nunc quidem est, linguam habet in libere monendo hæsitantem, garrula autem est eius adulatio, castigatio porro obmutuit: accipienda ab inimicis est veritas. Sicut enim Telephus, cum medicum inter suos non inueniret, hastæ permisit hostili vlcus: sic qui beneuolo deficiuntur, qui corripiat, hi sustinere linguam coguntur inimici, si reprehendat & corrigat, factum non animum spectantes obtrectatoris, Siquidem vt Promethea Thessalum ille qui interficere deliberauerat, gladio tuber percussit, atque ita aperuit, vt homini salutem attulerit atque à periculo vindicauerit rupto tubere: ita sæpenumero ingestum ex bile aut offensione conuitium animi vitium latens aut neglectum curat. Arqui magna pars, vbi iactati sunt conuitio, non expendunt, an eo sint, quod est obiectum, contacti: sed quo vitio contactus alio sit conuitiator, ac sicut puluerem luctantes non detergunt probra ipsis obiecta: sed conspergunt se mutuo, inde concurrentes inquinant inter se & oblinunt. Debet vero is, quem momordit inimicus, magis quam maculam monstratam vestis id eluere. Sin quid obiectum sit, quo vacet, causam tamen quærere, vnde originem traxit maledictum: cauereque & vereri, ne quid vel finitū vel par obiecto imprudentes admittamus: sicut Argiuorū regi * Lacydi coma certo modo cōpta, ac delicatior incessus mollitudinis obiiciendæ locum dedit. Et Pompeio, quod vno digito caput scalperet, qui à muliero sitate & lasciuia erat alienissimus. Crassus, quod prædium elegans à quadam virgine Vestali comparare cuperet, eaque de causa eam sæpe appellaret seorsum coleretque, eius stupratæ causam dixit. Posthumia, quod solutior in risum esset, & liberius confabularetur cum viris, in crimen incestus vocata est. Quam tamen compertam eo crimine innoxiam cum liberaret iudicio Pontifex Maximus Sp. Minucius admonuit, ne sermonibus leuioribus, quā viueret, vteretur. Themistocli Pausanias nullo contacto crimine, quia illo vtebatur amico, scriberetque & mitteret ad eum assidue, proditionis suspicionem inussit. Quare si quid dictum fuerit, quod nō sit verum: non ideo, quod falsum sit, vilipendendum & negligendum est, sed spectandum, ecquod tuum vel dictum vel factum, vel ecquis tuorum familiarium, vel sodalium calumniæ probabilem prætextum præbuerit, idque declinandum & desugiendum. Nam si discunt alij, quando in ærumnas incurrerunt fortuitas, quod in rem sit, vt ait Meropa:

*Alij. Caly- di.

Casus meus
Mercede pignora capiens charissima
Mea reddidit sapientem me.

Quid causæ sit, quin magistratum capias gratis inimicum, ab eoque emolumentum accipias ac discas aliquid, q̄ te fugiat. Multa enim citi⁹ inimicus quam amicus animaduertit. Quippe cæcutit, vt est apud Platonem, amans in adamato. Habet autem hoc osor, vt curiose rimetur & loquax sit. Exprobrauit inimicus quidam oris halitum Hieroni. Qui vt domum ad vxorem venit: Quid ais, inquit, hoc vitium ne tu quidem mihi indicasti? Illa, quæ casta esset & incallida: Arbitrabar, inquit, ita omnes viros olere. Ita etiam quæ sub sensus cadunt, vt quæ foris apparent in corpore, citius queas ab inimicis quam ab amicis & familiarib. discere. Ad hæc linguæ continentiam, quæ pars est non exigua virtutis, haud valeas auscultantem & obsecundātem rationi renere: nisi commentatione, meditatione, studio perniciosissimas animi ægritudines, in quibus est ira, confeceris. Namque inuitis excidens vox: item illud,

Fugerunt dicta repagula dentum:

& quod verba quędam euolent vltro maxime animis in exercitatis, quasi labentibus & perfluentibus, id ob imporentiam excandescentiæ & mentis intemperantiam vitæ rationi comitatur feroci. Sermonem autem rem leuissimam grauissima vindicta, vt est apud diuinum Platonem. cœlestis pariter & humana consequitur: è diuerso solutum est vbiq; noxa silentium: nedum sitim, vt ait Hippocrates, repellit: in maledicto etiam res grauis & Socratica, vel potius Herculea. Siquidem ille

Vel minus ac muscam curabat verba molesta,

cum eo nihil sit grauius vel pulchrius, quam si ad inimici conuitium conticescas,

Lissi petram mordatem vt præternauigans:

cum maior est exercitatio. Si inimicum assuet⁹ fueris, vt tacitus feras allatrantē: admodū placide feres vxoris impetū maledicta ingerētis, & amici voces fratrisq; amariores audiēs molliter

ter tolerabis, In patrem autem & genitricem, cum cædunt te vel insectantur, comprimes irã & ab vltione abstinebis. Xantippam enim ferebat Socrates iracundã morosamq; mulierem, quasi facile conuersaturus cum aliis, illam si ferre esset insuefactus. Multo est præstantius ad inimicorũ & alienorum occallentẽ dicta, probra, indignationes, & insolẽtias assuefacere animum, ne se moueat: neq; dum conuitio proscinderis, excandescat. Mansuetudinem igitur tolerantiamque ita demonstres licet in simultatibus: candorem vero magnanimitatemq; & benignitatem in amicitia magis. Neq; enim tam est bene de amico mereri pulchrũ, quam fœdum id officij in eius necessitate prætermittere. Vltionis etiam gratiam facere inimico, qui ansam dedit, humanitatis est. Eius vero, qui mouetur illius incõmodis, vbi offenderit, & supplicem subleuat, liberisque inimici & rei eius familiari postulanti studium & fauorem suum præstat, qui non amplectitur placiditatem, & benignitatem in cœlum fert,

Cor ille ferreum aut adamantinum gerit.

Cũ Cæsar deiectas Pompeij statuas reponi iussisset: Cicero, dũ Pompeij, inquit, statuas erexisti, tuas fixisti. Quare nec temperandũ erit à laudãdo & honorando inimicũ, qui merito celebratur. Laudem enim adfert id laudantib. maiorẽ, atque fides ei rursus, vbi criminatur eum, habetur: quasi non hominem oderit, sed improbet factum. Porro quod pulcherrimum & vtilissimum est, minime inuidebit amicorum felicitati & successibus familiarium, qui extollere inimicos, nec morderi vel æmulari eorum prosperis rebus est assuetus. Et quidem quæ exercitatio compendiũ adferat animis nostris alia maiorem vel affectionem meliorem ea, quæ ardorem nobis æmulandi & cupiditatem detrahit inuidẽdi. Vt enim in ciuitate multa necessaria quidem, sed peruersa tamen, vbi moribus confirmata & vim nacta sunt legis, haud facile possunt, qui ea experiuntur incommoda & nociua, depellere: sic inimicitia, quæ inuehit cum odio liuorem, suspicionem, gaudium ex malis alienis, iniuriarum memoriã, relinquit in animo horum vestigia. Ad hæc versutia, fraus, insidiæ: quæ, dum aduersus inimicum distringuntur, non malæ neq; iniustæ videantur, si animum inuaserint, ægre queant excuti. Inde ex consuetudine vtuntur ipsi iis, nisi declinauerint easdem aduersus inimicos, in amicos. Ac si recte Pythagoras, dum in animantibus ratione carentibus, assuefacit crudelitate & fraudatione tẽperare, aucupia detrectauit, emptoque retium iactu dimitti imperauit pisces, atq; animantis mitis cæde omnis interdixit: multo est certe præclarius in contentionibus & concertationib. quas cum hominibus suscepisti, inimicitias generose, iuste, & simpliciter gerere: atq; ita peruersas animi perturbationes degeneresque & malitiosas retundere ac deprimere: quo in cõmerciis cum amicis agendis moderatus sis abstineasq; à fraudulẽtia. Hostis erat & accusator Scaurus Domitij, cuius seruus ad illum ante diem iudicij venit, quasi ei arcani aliquid indicaturus. Noluit ille hominem audire, sed comprehensum ad dominum remisit. Catonem, qui ambitus crimine accersebat Murenam atque argumenta colligebat, assectabantur de more custodes: qui, quid ageret, obseruarent. Hi nunquid eo die collecturus aut tractaturus esset, q; ad accusationẽ pertineret, frequenter percunctabantur. Si negaret, fidem ei habentes abscedebant. Atq; habent hæc quidem significationẽ maximam eius existimationis. Verum maius est & pulcherrimum, quod iustitiam exercere vel aduersus inimicos meditati, nunquam cũ sodalibus & amicis iniuste & dolose acturi simus. Quia vero

Cunctis oportet crista sit corydalis,

iuxta Simonidem, & mortalium omnium ingenium cõtentionem, æmulationem & inuidiã effert inter vanos amicos, vt ait Pindarus: mirifice profuerit si ægritudinũ istarum vomicam in inimicos effundas, ac velut canales quã remotissime ab amicis & necessariis auertas. Quod aduertisse vir reipub. tractandæ perit^9 videtur Onomademus: qui in Chio cũ partium in seditione superiorũ fuisset, admonuit suos, ne cunctos, qui diuersas partes secuti fuerant, exterminarent, sed aliquos vt relinquerent: ne liberati inquit, ab inimicis, conflictati cũ amicis occipiamus. Quare etiã hæc vitia si in inimicos euacuauerimus, minus erunt amicis molesta. Neque enim figulo figulum, neq; cantorem cantori oportet inuidere, vt est apud Hesiodum, neque vicino æmulari, neq; consobrino aut fratri ad diuitias properanti ac secundo vtenti rerũ cursu: verum si expedire te nulla alia ratione queas contentione, inuidentia, æmulatione: cõsuefac te ipse, successib. vt torquearis inimicorum, ac mucronem in illos æmulationis imprime. Nam quomodo elegantes agricolę rosas & violas efficere se putant meliores, si allia & cepas iuxta seminent: q; hæc, quicquid alimento inest acre & virosum, trahant: Pari modo, si excipiat & amplectatur inuidentiam & maleuolentiam inimicus, exhibebit placidiorem amicis prosperitate vtentibus & minus grauem. Itaq; de gloria, de honoribus, de cõpendiis iustis cum illis certandũ: non hoc tantum vt mordeat nos, si superiora habeant præ nobis, verum etiam vt asseruemus, vnde superiora habeant: elaboremusque, vt superemus eos cura, industria, frugalitate, cautione: vt dixit Themistocles adimi sibi à palma Milciadis Marathonica somnum,

somnum. Qui enim inimicum suum præcellere se arbitratur felicitate in magistratibus, aut in actitãdis causis; aut gerẽda repub. aut apud amicos aut præsides: nec conatur quid vel æmulatur, sed prorsus confugit ad inuidentiam & animi deiectionẽ: is ignauo & inerti liuore tenetur. Enimuero quem non occæcat odiũ, sed æquis oculis vitam, mores, dicta & facta spectat: is perspiciet laudanda plæraque ex diligentia, prouidentia, ac præclaris actibus accedere iis, qui ea obtinere: atq; ad ea si intentionẽ dirigat, explicabit ambitionem suam & studium, oscitantiam vero & socordiam dispellet. Sin autem assentationib. vafritie, constupratis iudiciis turpes & indignas opes in aulis aut reb. pub. obtinere videantur: non punget hoc nos, sed poti' voluptatem adferet: dum conferimus cum illis libertatẽ nostram, vitę integritatem, & continentiam. Virtuti enim secundum Platonem aurum, quod super terram & sub terra est, non fit vniuersum æquiparandum: atque Solonis illud in promptu semper habere debemus: 10

Verum diuitiis non ego vendidero
Illis virtutem,

neque acclamationibus, quæ redemptæ visceratiónibus sint, theatralis multitudinis, neque honoribus, & primo accubitu inter regum eunuchos, concubinas, neque satrapiis regum. Nihil est enim, quod ex turpitudine nascitur, suspiciendum vel bonum. Verum cæcurit in eo, quod amatur, amans, vt est author Plato, sentimusque in inimicorum offensã facilius. Non decet autem esse vel lætitiam ex illorum peccatis, vel ex successibus tristitiam inanem: cæterum considerandum in vtrisque, quemadmodum illa declinando meliores illis simus, hęc imitando non simus deteriores. 20

PLVTARCHI

De amicorum multitudine, Commentarius.

MEnonem Thessalum, qui esse sibi ipsi persuadebat mire se in literis versatum, atque vt dictum est ab Empedocle, in sapientiæ vertice versari, rogauit Socrates, quid virtus esset. Qui cum respondisset ferociter & expedite, & pueri virtutem esse, & senis, & viri, & fœminæ, & magistratus, & priuati, & domini, & ministri: Probe sane, inquit Socrates, de virtute interrogatus vna examen excitasti virtutum: haud male notans, quod iste, qui ne vnam quidem virtutem nosset, nominaret multas. An non nos quoque rideas, quod qui amicum parauimus firmum nondum vnum, vereamur ne multorum amicitiæ imprudentes implicemur? Nempe nihil prope inter nos & mutilum cœcumque interest: qui metuat, ne Centimanus Briareus aut oculis plenus Argus fiat. Et quidem adolescentem apud Menandrum mirifice prædicamus, qui vnumquenque dixit pro bono inæstimabili, si amici vmbram habeat, ducere. In causa est præter alia multa, præcipue sane: quod in comparanda amicitia multos apperamus amicos, ceu lasciuas mulieres, quæ quod sæpe & multis se substernant, cum eas retinere non valeant primi, negliguntur & ab amatoribus excidunt. Vel potius sicut Hypsipyles alumnus: 30 40

Qui confidens in prato & decerpens tulit
Florum remisso animo spolia, modo hac, modo
Illa, insipientia actusq; inexplebili
Pratum fere totum denudat floribus.

ita vnumquemque nostrum ex nouitatis cupiditate & nausea priorum nouitia semper & florens allicit & traducit Cupido, dũ multa simul & rudia exordia facit amicitię & familiaritatis: qui amore eius, quem sectatur, præteruehit illum, quem occupat. Vt igitur primum velut ab ipso lare exordiamur à vitæ fama, quam de stabilibus amicis nobis reliquit, longum & vetustũ æuum testem & consiliarium sumamus, in quo paria amicorum cõmemorantur Theseus & Perithous, Achilles & Patroclus, Orestes & Pylades, Phintias & Damõ, Epaminõdas & Pelopidas. Animal est enim amicitia, cum vno q; concorditer, non gregatim viuat more graculorum: & quod alterum ipsum habeat amicum, appellat Græce ἑταῖρον & ἕταιρον: quia alterum nullum est aliud, præterquam ea, quæ modum amicitiæ binis terminant. Neque enim mancipia vel amicos valeas exiguo nummo multos parare. Qui est autem nummus amicitiæ? Nẽpe beneuolentia & beneficentia cũ virtute, quibus habet natura rarius nihil. Vnde valde diligere & diligi non cadit inter multos: verum vt amnes, qui in multos sunt diuisi & dissecti riuos, languidum & tenuem vndam trahunt: ita amor, qui est animo innatus vehemens, in multos dispertitus obfuscatur. Hinc animantibus, quæ vnũ modo pariunt, charitas erga prolem suã 50

vehe-

vehementior ineſt, nominatq; Homerus dilectum filium, ſolum τηλύγετον, hoc eſt, parentibus, qui alterum nec habent nec habebunt, genitum. Amicum verum nos ſolitarium non volumus eſſe: cæterum cum aliis telygetus aliquis & cordus ſit: qui tecum vulgo iactatum longo ſpacio ſalis modium comederit, non quomodo multi nunc amici dicti, ſi ſemel cum aliquo compotauerint, vel pila aleaue luſerint, vel ſint vno diuerſorio vſi: ex diuerſorio, palæſtra, foro conquirunt amicitias. In ædibus autem locupletum aut præſiduum vbi agmen ingens & turbam ſalutantium, amplectentium, & ſtipantium conſpiciunt, felices habent eos, quibus frequentes amici ſunt: tametſi muſcas in coquinis eorum plures videant. Cæterum neq; hæ gulæ materia, neq; vtilitate deficiente adhærent illi. Quandoquidem iuſta amicitia tria potiſſimum requirit, virtutem vt honeſtum, conſuetudinem vt iucundum, atq; vſum vt neceſſarium. Debemus enim admittere cum iudicio amicos, oblectari eorum præſentia, atq; cum neceſſe ſit, iis vti: quæ multitudini amicorum omnia repugnant, atq; inprimis id quod præcipuum eſt, iudicium. Spectandum autem primum, num fieri queat vt breui tempore probes animos conſentientes, remiges concordi impetu concitaturos remos, ſeruos, qui pecuniæ diſpenſatores, aut liberorum ſint futuri pædagogi, nedum amicos, ſi multos introducas, qui omni in fortuna ſint futuri præſto: quorum quiſq; ſe ipſe, dum aſpicit ſibi fortuna, offert promptum, & ſi reflauerint venti, non moleſte fert. Nec nauis ad tot tempeſtates demittitur in æquor, neq; prædia loricis, vel portus muniunt vallis & aggeribus periculorum expectatione tantorum & tam multorum: ad quàm multa profiterur ſpectata rite & ſolide amicitia refugium & ſubſidium. Illis autem, qui inexplorato obrepſerunt, vbi ſicut nummi reprobi coarguuntur, qui ſunt orbati, gaudent: qui habent eos, cupiunt profugere. Eſt vero id moleſtum fugere aut deponere importunam amicitiam: verum vt cibum noxium & ingratum neq; retinere valeas, quin corpus offendat & labefactet, neq; ſicut eſt corpus ingreſſus, reiicere. ſed receptum, commiſtum & alteratum: ita amicus peruerſus, vel ſi adeſt, fatigat & fatigatur: vel vi inimice atq; infeſte ſicut bilis aliqua expellitur. Non ſunt ergo recipiendi neq; adiungendi quilibet prompte, neq; deligendi, qui ſectantur: ſed ſectandi, qui digni ſunt. Neq; enim quod facile capitur, id eſt diligendum. Siquidem ericam & rubum, quæ prohendunt nos, tranſgredimur dimouemuſq; oleam & vitem petimus: ſic id, quod cito complectitur, non ſemper decet familiare facere: verum laudata & vtilia ipſi debemus amplecti cum iudicio. Quomodo autē Zeuxis incuſantibus eum nonnullis, quod imagines lente pingeret: fateor, inquit, longo tempore pingere me. Nempe ad magnā pingo æſtimationem: Perinde amicitiam & conſuetudinem debes ſeruare, vbi eam longo ponderatam ſpacio acceperis. Quid igitur, de frequentibus amicis non eſt exiſtimare procliue, verſari cū frequentibus ſimul procliue? An vero & hoc quoq; impoſſibile? Atqui vſura eſt cōſuetudo amicitiæ: ac quod habet ſumme delectabile, id in eo eſt poſitum, quod conuerſentur amici inter ſe, & vna tempus traducant.

Haud etenim viui charis ſemoti ab amicis
Conſilium capiemus.

Et de Vlyſſe Menelaus:

Nil nos vel læti vel grati diſſociabat,
Antea quam lethum nos atra nube velaret.

Diuerſum certe multiuaga amicitia facit. Illa namq; contrahit, cogit, & cōſtringit colloquiis denſans & familiaritate: ſicut coagulū candidum lac aſtringit, cōpingitq; iuxta Empedoclem. Eiuſcemodi enim efficere vult vnitatem & conglutinationem amicitia. Contra multi vaga amicitia diſtrahit, diuellit, & dirimit: quæ quod auocet & traducat ſe alias ad alium, non ſinit miſturam vel compagem in circumfuſa ac conglutinata fieri conſuetudine. Hoc autem in officiis etiam varietatem & vitioſum pudorem illico ſubiicit. Nam vſus, qui in amicitia eſt facilis, difficilis euadit in multiuaga amicitia. Hunc mores, illum cura vrget mortalium. Neq; enim ingenia noſtra eodem propenſa impulſibus ſuis ſunt, neq; cum fortunis paribus verſamur ſemper rerumq; articuli ventorum more his ſecundi, illis ſunt aduerſi. Et quidem vt eadem omnes requirant amici, arduum ſit tamen omnibus ſatisfacere conſulentibus, remp. tractantib⁹, prenſantibus, conuiuium habentibus. Quod ſi iam rebus & caſibus vno tempore diuerſis diſtrahātur ſimulq; ab amico poſtulent, qui nauigat, ſecum vt peregre proficiſcatur: qui cauſam dicit, vt ſibi patrocinetur: accuſator, vt delationi ſubſcribat: qui vendit vel mercatur, vt adſit ſibi ea in re tractanda, qui vxorem ducit, vt ſecum ſacrificet: qui funus ducit, vt ſecum agat luctum: ciuitas fuerit multiuaga amicitia, quæ

Gratis ſimul ſuffitibus referta ſit,
Et cantilenis, & ſimul quoque fletibus.

Hic omnibus impoſſibile eſt vt adſis, nemini abſurdum, vni ancillantē offendere multos moleſtum. Nem enim ipſe diligens facile fert negligi. Atqui negligentiam & ſocordiam amicorum

ferunt lenius, causasq; huiuscemodi placare ab iis accipiunt: Memoria cessit. At si alleget, quòd amico alter aduocatus fuerim, non astiti vocato in discrimen tibi: febre laborantem nō inuisi. Nam cuipiam, qui amicis cœnam præbebat, operam dedi: dū purgationem negligentiæ ex studio erga alios mutuatur, non diluit, sed onerat insuper æmulatione expostulationem. Enimuero complures, amicitia multiiuga quæ præstare queat, spectant scilicet: quæ vera afferat onera, ad ea conniuent: neq; meminerunt oportere illum, multis qui vtitur, quando sibi opus est multis, si quando res eorum postulant, mutuam præbere operam. Quomodo ergo Briareus, qui cētum manibus in ventres ingerebat quinquaginta nihilo nobis præstabat, qui vni ventri duab* subministramus manibus: Ita quod in amicis inest commodi, hoc habet adiunctum, vt multis ministrent, socios se præbeant in rebus trepidis, in negociis, in laboribus. Neq; enim dictis adiungenda fides Euripidis: 10

Modica esse amicitia inter mortalei debet,
Nec ima se insinuare sub præcordia:
Nec mulcimenta mentis extrudi ardua
Vel attrahi illa, ceu claui nauis pedem

porrigendo & contrahendo ad vsus amicitiam. Sed id vertendum Euripide ad inimicitias est præcipiamusq;, modicas vt gerant homines simultates, neq; ima vt insinuent se sub præcordia: sed laxa vt sint odia, & iræ, & expostulationes & suspiciones. Quin tu illud potius subiicis nobis Pythagoricum, ne multis iniiciamus dexteram, id est, ne multos faciamus amicos, neq; promiscuam aut vulgarem amplectamur amicitiam: nec eam, quæ in diuersum multis cum animi perturbationibus cōcedat: quarum est societas in trepidationibus, in mœroribus, in laborib*, ac periculis non ita gratis hominibus liberis & generosis. Sed hoc verū est * sophistæ Chilonis ad eum, qui nullum habere se iactauit inimicum: Nempe apparet te, inqt, ne amicum quidem habere. Comitantur enim confestim adhærentq; amicitiis simultates: neq; potest fieri, illata amicis iniuria, quin eius infamia & ignominia ad te pertineat. Siquidem inimici extemplo suspectāt & oderunt amicum: amici crebro inuident, æmulantur, retrahunt. Atq; vt Timesiæ de colonia deducenda datæ sortes pronunciauerunt: 20

* Alii sapientis.

Vesparum tibi erunt confestim examina apumq;:

Ita qui gregem quærunt amicorum, incidunt nec opinantes in inimicorū sicut vesparū alueare. Nec momentū par affert inimici maleuolentia ac gratus animus amici. Philotæ & Parmenionis amicos vide quemadmodum accepit Alexander, quemadmodum Dionis Dionysius, Plauti, Nero, Serani Tiberius, quos excruciatos necauere. Sicut enim Creonti nihil filiæ aurum vel peplum profuit, sed accensus ignis repente accurrentem & circumplectentem hausit & vna absumpsit: item multi amici, qui à florentibus nihil acceperunt emolumenti, vna cum afflictis occidere: quod quidem accidit potissimū philosophis & bonis viris: Ita Theseus cum Perithoo fuit vincto & pœnas luente 30

Pedes adamantinis constrictus vinculis.

In pestilentia memorat Thucydides eos, qui vnice virtutem sectabantur, vna cū affectis amicis interiisse Nam salutis suæ rationem, vt accederent ad necessarios suos, nullam habebant. Vnde non decet tam citra delectum virtutem profundere aliis eam colligando & copulando: verum cōmercium hoc conseruare dignis, id est, iis, qui æque amare & conferre valent. Etenim horū est omnium dissonantia summa cū multiuaga amicitia: quod amicitiæ ex similitudine fœtura sit. Quando enim miscentur inanimata cū disparibus vi subacta, detrectant id, diffugiuntque à se mutuo: cum cognatis vero & familiaribus coalescunt, dum commiscentur, admittuntq; consociationem facile & placide: qui ergo possit moribus indiscrepantibus, in motibus disparibus atq; alia sectantibus studia vitæ generibus existere amicitia? Cantilenarū quidem & citharatū habet harmonia ex dissonantibus concentum: cum ex acutis & grauibus aliquo modo paritas edatur. At in consonantia hac & harmonia amicitiæ partem nullam absimilem neque inæqualem oportet esse neq; mutam: verum ex concinentibus omnibus congruere, consentire, idem velle, iisdemq; affici quasi in corpora plura vno distracto animo. Quis est igitur adeo laboriosus, adeo multiplex & versatilis homo, multis vt semetipsum adæquet multisq; adaptet, non autem derideat Theognim, qui monet: 40 50

Polypodis mentem varii cape, cuius imago
Effingit petram, cui applicat ipse eutem.

Quanquam ad ima non penetrant polypodis variationes, sed in summo eduntur corio: quod spissamento & raritate effluuia recipit eorū, quæ propius admouentur. At amicitiæ multiugæ æmulari student mores, affectus, sermones, studia, & habitus animorum. Prorhei cuiuspiam opus infelicis est nec probi: sed eius qui præstigiis sese in alteram ex altera formam eodem tēpore subinde transformat, cum studiosis literarum legens, cum luctatoribus puluerulentus

cum venatoribus venans, cum vinosis potitans, cum versante in repub. vna prensans, & qui domicilium morum proprium non habet. Vt autem informem & nullo tinctam colore essentiam & materiā ferunt physici subiectam ac conuersam à se ipsa nunc ardere, nunc liquescere, alias in aëra solui, rursus densari: perinde multiuaga amicitia animum requirat subiectum, qui varie afficiatur, versatilis mollisq; sit, vt variis modis facile conuertatur. Amicitia stabiles quærit ratosq; atq; vno in loco & consuetudine fixos mores. Quapropter insolens est & difficilis inuentu firmus amicus.

10

PLVTARCHI

De Fortuna, Commentarius.

MORTALIVM res fors non prouidentia.

Quid an nec iustitia res mortalium sunt, nec æquitas, nec continentia, nec modestia: sed casu & per casum, cum potiri magna pecuniæ vi posset, patienter tulit Aristides paupertatem: atq; expugnata Scipio Carthagine nihil de manubiis neq; attigit neque vidit: Casu & per casum accepto Philocrates à Philippo auro scorta & pisces est mercatus? Lasthenes autem & Euthycrates Olynthum venrre ac rebus fœdissimis felicitatem definientes prodidere? Num fortuito Alexander Philippi filius cum ipse à mulieribus captiuis 20 abstinuit, tum ab illis, qui stuprauerant eas piacula exegit? Priami vero filius fortuna mala & forte vsus hospitis sui coniugi illusit, eaq; rapta duas armis & calamitatibus repleuit continentes. Nempe hæc si fiant fortuito, quid causæ est, quin mustelas, hircos, & simias sectari dicamus casu ingluuiem, intemperantiam, scurrilitatem? Quod si est continentia, si iustitia, & fortitudo, qui fiat, vt non sit prudentia: si prudentia, quid impediat, quo minus prouidentia sit? Nam est temperantia, vt aiunt, prudentia quędam, & iustitia præsentiam requirit prudentiæ. Imo prouidentiam, & prudentiam quæ in voluptatibus præstat bonos, continentiam & moderationem vocamus: eam, quæ in periculis & laboribus, tolerantiam & fortitudinem: quæ in commerciis & repub. tractanda, æquitatem & iustitiam. Quare si prudentiæ opera ascribenda ducimus fortunæ, sint fortunæ iustitiæ quoq; & moderationis opera: sit hercle etiam furari, compilare, 30 & lasciuire fortunæ: dimissisq; consiliis nostris permittamus nos fortunæ ceu ingenti vento, vt pulueris vel paleæ modo ab ea impellamur vel hac illac iactemur. Tolle igitur prouidentiam, & consultationem sustuleris de rebus, similiter reputationem & inuestigationem eius, quod conducit: ac nugæ sint, quod dixit Sophocles:

Hoc percipi valet, quodcunq; quæritur,
Atq; effugit, si quid negligitur.

Rursus discriminans res,

Si quid valet doceri, disco: si licet
Reperire quid quæro: optanda ab diis postulo.

Quid est enim, quod inueniri ab hominibus aut disci valet, si cœco casu efficiuntur omnia? Quę autem non euertitur ciuitatis curia, quod non dissipatur consilium regis, si omnia parent fortu- 40 næ, quā contumeliæ causa cœcam appellamus, quod cœci in eam incurramus? Quid deniq; nō faciemus, si postquam prouidentiam tanquam oculos eruerimus, vitæ cœcam acceperimus ducem? Atqui dicat sodes aliquis fortunā esse cernentium res, non visum nec oculos luciferos, vt verbis Platonis vtar: & casum esse audientium res, non vim apprehendentem pulsus æris, qui per aures & cerebrum accidit. Esset porro bonum scilicet sensum defugere. Atqui visum, auditum, gustatum, olfactū, & partes reliquas corporis, per quas funguntur illi facultate sua, vt ancillentur prouidentiæ & prudentiæ natura nobis donauit.

Mens audit & videt mens, cætera surda sunt
Et cæca.

50 Et quomodo, nisi sol foret, quod ad reliqua astra attinet, in nocte, vt ait Heraclitus, versaremur: sic quantum ad sensus si vacare homo mente & ratione, nihil vita nostra à brutis discreparet. Nunc nō fortuito neq; temere præstamus eis atq; præcellimus: sed est Prometheus, id est, consilium author,

Asinorum equumq; vehiculis & fœtibus
Taurum remunerans, laboresq; solans:

vt est apud Æschylum. Quando fortem quidem atq; indolem geniture plæraq; ratione vacantia nacta meliorem sunt. Quippe alia cornibus, dentibus, aculeis sunt armata,

Dorsa at echinus inhorrescentia vibrans:

Alia calceata & vestita sunt squammis, villis, chelis, & vngulis rigidis. Vnus homo iuxtā Plato-

nem nudus,inermis,excalceatus: & non instructæ natura relictus est: verum vno illa dono solatur hæc omnia consilii,curæ, & prouidentiæ.

Robur viris exiguum, at mentis versutia
Miras maris domat artes atq; montium
Sublimium.

Leuissimi sunt & ocyssimi equi,sed currunt hominibus:bellax canis animosusq;, sed custos hominis est: carnosus piscis & sus:at hominibus esca & pulmentū est. Quid vastius elephanto vel aspectu horridius? at hic quoq; proludo est homini & spectaculo celebri, tripudiaq; & saltatus & adorationes discit. Neq; hæc abre peregre adducuntur:cæterum vt intelligamus quod efferat prudentia hominem,super quæ extollat,& quemadmodum emineat hic omnibus superetque omnia. Neq; enim pugiles sumus præstantiores neq; luctatores,neq; pedibus currimus pernicites: verū omnibus in his infortunatiores bestiis sumus. At peritia,memoria sapientia, arte iuxta Anaxagoram vtimur nostra ipsorum:mel ex fauis exprimimus, mulgemus, gestamus, & agimus apprehendentes animo:vt sibi hic fortuna nihil,cuncta consilium & prouidentia vendicet. Quin etiam fabrorum opificia vtriq; mortalium sunt,& ærariorum & ædificatorum & statuariorum: à quibus forte aut cœco casu rite effectum nihil contemplamur. Quod si casus sapienti ærario aut ædificatori leuis intercurrerit,plæraq; certe & potissima opera absoluunt per se artificia,quod hic significauit:

Ite in viam fodes caterua tu artifex,
Oculis trucem natam Iouis qui Palladem
Laitis honoratis frugum primitus.

Assessorem enim artes Palladem & Mineruam non fortunam habent. Vnū tamen memorant, qui,equum cum pingeret & reliquis quidem partibus & coloribus successum habuisset,spumæ vero quæ ad frenū verberabatur atq; cum anhelitu excidebat,raritatem non probaret, in pingendo sæpius eam absterisisse,tandem iratū impegisse tabulæ spongiam sicut coloribus erat infecta:quam iniectam mirifice expressisse & reddidisse,quod optauerat. Hoc artificiosum proditum est memoriæ vnum fortunæ opus. Normas autem, amusses,modos,& numeros, ne vsquam temeritas & cœcus casus manum interpellet, vsquequaq; adhibent. Et sane artes dicūtur paruæ quædam esse prudentiæ,vel potius micæ prudentiæ & ramenta in huius vitæ vsus diffusę:quomodo per ænigma significatur diuisus in partes à Prometheo ignis,alius alio suisse diffusus:Prudentiæ namq; momenta & fragmenta minuta dissectæ & discerptæ cesserunt muneribus. Mirum est igitur,qui artes casum ad proprium effectum suum non postulent: si omnium prima & absolutissima ars ac caput humanæ laudis ac dignationis nihil est. Atqui in fidium intentione & remissione intelligentia quædam est, quam musicam dicunt: & in pulmentis condiendis,quam culinariam nominamus,& in lauandis vestibus,quam fulloniam artem: liberos nostros calceari & amiciri docemus,dextraq; sumere pulmentum,tenere panem sinistra quod ne hæc quidem fiant fortuito,sed animaduersionem & animum flagitent intentum: Et eæ quæ prima & præcipua ad vitam beatam sunt,non aduocatam petant prudentiam , neq; rationem & prouidentiam adhibeant? Enimuero nemo terram, quam macerauit, quasi casu & forte lateres inde extituri sint, relinquat: neq; qui lanam vel corium comparauit, desideat fortunæ vota nuncupans,vt pallium inde sibi vel calciamenta fiant. Auri vero & argenti qui magnā vim congessit mancipiorumq; agmine se & laxis atriis succinxit, ac lectos mensasq; exposuit sumptuosas: num existimet hæc,si absit prudentia,felicitatem sibi fore, vitamque lætam,beatam & immobilem? Quæsiuit quidam ex Iphicrate duce coarguendi eius gratia,qui esset. Neq; enim eum legionarium esse,non sagittarium,non cetratum. Cui ille: Is sum, inquit, qui omnibus his impero & vtor. Non est aurum prudentia,non argentum non gloria,non opes,non sanitas, nō vires,non formæ decor. Quid est ergo? Nempe quod hisce omnibus vti valet recte,& per quod horum quodq; iucundum,honorificum,& vtile redditur: quo sine incommoda, infrugifera & noxia euadunt,degrauantq; & dedecorant possessorem. Nonne Epimethea Prometheus admonet recte

Non sumere dona
Ab Ioue supremo, verum contemnere cuncta.

Fortuita significans & aduentitia: vt si iuberet musicæ rudi, ne canat fistula: te legat, illiterato, ne equitet, qui equitandi est imperitus. Haud aliter commonet eum, ne imperiū capessat, cū insipiens sit: nec opes quærat, cum illiberalis: nec vxorem ducat, cum obnoxius ei. Quippe non tantum immerito secundis rebus vti,occasio fit desipiendi stultis, vt ait Demosthenes: sed & immerito fortunatum esse occasio est non sapientibus rerum asperatum.

PLVTARCHI

Oratio consolatoria ad Apollonium, Excellentissimo viro Domino Henrico Olischlegerio, I. V. Doctori, & Cancellario Cliuensi nuncupata.

POSTQVAM excessum immaturum accepi charissimi nobis omnibus filii tui adolescentis sane quam modesti & temperantis, qui mirifice omnia iura & officia tam aduersus deos quam aduersus parentes & amicos conseruauit: iamdudum vicem 10 tuam Apolloni dolui, mœroremq; hausi ex tuis molestiis. Ac tunc quidem, vt sub ipsum obitus articulum appellarem te hortarerq; eum casum vt ferres moderate, parum erat consentaneum: qui ex calamitate inexpectata & corpore & animo languebas, & ego non poteram non tangi dolore tuo. Neq; enim optimi medici subitis pituitæ epiphoris extemplo medicamentorum auxilia applicant, sed permittunt molestiam tumoris citra imposita foris emplastra per se maturari. Quando igitur nunc & quæ omnia maturare solet, accessit ad cladem hanc dies, & tu comparatus ita es, vt requirere videaris amicorum opem: recte me facturum arbitratus sum, si ad remittendum mœrorem comprimendumq; luctum atq; inanes lamentationes orationem consolatoriam ad te mitterem. Quippe

20 *Mentis quidem ægræ sunt sermones medici,*
Si cor modo molliueris tu in tempore.

Nam iuxta sapientem Euripidem,

Morbis medicinæ aliæ sunt sane in cæteris,
Mærenti amicorum benigna oratio,
Insanienti valde castigatio.

Etenim inter animi labores, qui multi sunt, grauissimus esse tristitia solet. Quandoquidem ex tristitia multos ferunt in insaniam atq; in morbos incidisse insanabiles, ac nonnulli tristitia oppressi manus sibi ipsi intulere. Ac dolere quidem morderiq; ex interitu filii fontem habet, qui non est in manu nostra, naturalem mœstitiæ. Equidem enim non assentior iis, qui feram illam 30 & rigidam laudibus ferunt indolentiam, quæ & extra potestatem nostrã est, nec cõducit quicquam. Siquidem spoliabit hæc nos conflata ex mutuo amore beneuolentia, quæ inprimis est retinenda. Cæterum vltra modum concitari atq; intendere luctum, hoc ego præter naturam esse aio, nasciq; ex opinione, qua imbuti sumus, praua. Quapropter est hoc vt noxiũ, vitiosum, atq; ab honestis viris prorsus alienum omittendum, ægritudo autem haud improbanda modica. Optandum, ne ægrotemus, inquit Academicus Crantor: Vbi vero in morbum incidimus, vt adsit sensus aliquis, siue ex corpore nostro aliquid secetur siue auellatur. Namq; vacuitas hęc doloris nõ sine magna mercede inuritur homini immanitatis. Quippe efferatum esse oportet illic corpus, si euaserit tale, hic animum. Itaq; nec immunes doloris in eiuscemodi acerbitatib⁹ vult esse ratio sapientes, neq; nimium perturbationibus succumbere. Hoc n. eneruati animi & muliebris, illud stupidi & bruti est. Itaq; bene consultus est, qui fines ꝓprios non accedens, ca-40 suum humanorum tam blandimenta quam asperitates ferre valet prudenter: præcogitauitq;, sicut in populari ciuitate magistratus sortito creantur, ac cui sors obuenit, eum gerere magistratum oportet, præteritum æquo animo fortunam ferre: perinde partitioni rerum placide se atq; obsequenter accõmodare. Quod facere qui nequeunt, hi neq; secundas res ferre sapienter & modice valeant. Nam inter recta dicta etiam hoc pro præcepto est:

Successus vsq; adeo magnus ne sit tibi,
Qui spiritus nimio tuos plus euehat,
Neu rebus in duris remittas denuo:
Sed ipse continenter indolem tuam
50 *Vt aurum in igni ardente serua stabilem.*

Est enim virorum doctorum & moderatorum eundem esse in fortunæ flatu, quem apparet esse secundum, & temporibus duris generose tueri decorum. Siquidem recte consulti officium est, aut deflectere malum ingruens, aut acceptum corrigere, aut quã angustissime contrahere, aut componere se ad tolerantiam virilem & fortem. Etenim satagit circa bonum prudentia quadrupliciter: dum vel quærit bona, vel conseruat, vel amplificat, vel vtitur sapienter. Hæ sunt namque prudentiæ virtutumque aliarum regulæ, quæ ad vtramque fortunam vsurpandæ sunt. Quippe qui perpetuo sit felix est nemo, neq; hercle qui fatum, vt non sit fatum, efficiat. Quomodo enim in blandis interim prouentus vberes fructuũ sunt, interim sterilitates: item in animantibus modo magnæ fœturæ, modo infœcunditates, atq; in æquore tranquillitates, & tem-

pestates: sic complures & multiformes, quæ existunt in vita circumstantiæ ad sortes circumagunt mortales repugnantes: ad quas contuens non immerito dicas:

Ad cuncta non genuit te Agamemnon prosperè
Atreus, dolendum & gaudendum inuicem tibi.
Es namq. mortalis genitus: qui vt non velis,
Est quando sic visum superis: fiet tamen.

Et quod est à Menandro dictum:

Natus si alumne solus et mortalium,
Quando edidit mater te, vt tu pro libito
Ageres, beatusq. esses in perpetuum,
Atq. id deum tibi promisit quispiam:
Merito fremis, quando te ludificatus est, 10
Ac non probe egit. Sin iisdem legibus
Aura, quibus nos, tu communi vesceris,
Vt durius loquar tibi, ferenda sunt
Hæc atq. perpendenda sane rectius.
Orationis hoc autem caput est, homo es:
Citius quo ad altum rursusq. ad imum vices
Animal capit nullum: & merito imbecillimum.
Etenim, quod est, agitatur rebus maximis: 20
Verum cadens bona secum plurima obterit.
Atqui boni haud amisisti tu insignia
Alumne: nunc quoq. sunt tibi mediocria
Mala: feras ergo mediocre si quid restat.

Verumenimuero quamuis ita se res habeāt, nonnulli ex insipientia sunt vsq; adeo stolidi & insolentes vt nonnihil euecti aut ob ingentem pecuniæ affluentiam, aut magnitudinem imperii, aut ob principatum in repub. aliquem, aut honorum aut gloriæ causa comminentur inferioribus & lasciuiant, non pensantes fortunæ instabilitatem & inconstantiam, neq; quā facile excelsa pessum eant, & demissa euehantur repentinis fortunæ conuersa vicissitudinibus. Quærere igitur in instabilibus quicquam stabile, res non recte reputantium est.

Rota enim volutata circum modo altera
Est apsis in summo, modo contra altera. 30

Medicina vero ad tollendum mœrorē doctrina præstantissima, & præparatio ex hac ad omnes vitę conuersiones. Oportet enim non modo mortalem se natura scire esse, verum etiam vitam sortitum mortalem atq; res, quæ in diuersum vertunt facile. Hominum enim reuera sunt mortalia & momentanea corpora, mortales item fortunæ & animi motus, breui omnia quæ sunt in hac vita:

Quæ non licet mortalibus deflectere,
Nec prorsus euitare. Verum Tartari
Fundum premis obscuri necessitatibus
Duris,

vt est apud Pindarum. Hinc recte Demetrius Phalereus, vti dixit Euripides: 40

Non sunt opes stabiles, diei ad vnius:
Nec non caduca natura, atq. vnus dies
Extollit hæc in altum, & illa deprimit:

Cætera dicere ait eum probe, sed hoc rectius fore, si non vnum diem, sed punctū dixisset temporis:

Nam circulus plantis est idem pinguibus
Mortaliumq. genti: horum vita alitur,
Inclinat horum rursus ac decerpitur.

Pindarus autem alio loco:

Aliquis quid est, quid nullus? homo vmbra est somnium. 50

superiectione vsus sanequam illustri & præstanti vitam mortaliū declarauit. Quid namq; vmbra debilius? At huius somnium ne explicare quidem alius dilucide queat. His consequenter consolans ob decessum liberorum Hippoclem Crantor ait. Hæc enim omnis antiqua philosophia demonstrat & præcipit: quorum siquid aliud non recipimus, hoc certe, ærumnosissimam esse molestiarumq; plenam vitam plane verum est. Etenim si non ita sua sponte est comparata, à nobis certe eo est corruptionis deducta: atq; fortuna hæc incerta iam pridem nos ipsisque ab incunabulis sequitur, neq; sana est vspiam, orienribusq; admiscetur in omnibus mali quædam

sors.

fors. Siquidem femina quę à primordio mortalia ſunt, in conſortium veniunt huiuſce cauſę: vnde animi ignauia, morbiq; & angores, & fatum nobis arrepit. Sane huius gratia huc diuertimus, vt cognoſcamus alteram fortunam experiri, nihil id eſſe homini noui: verum eodem contacti omnes ſumus. Cœca eſt enim, inquit Theophraſtus, fortuna, mireq; valet ante elaborata auferre atq; ſpecioſam proſperitatem traiicere, nec tempus habet ſtatum vllum. Hæc atq; huiuſcemodi alia promptum eſt apud temeripſum reputare, atq; ex aliis audire veteribus & ſapientibus viris: quorum eſt diuinus Homerus princeps, qui ait:

Debilius quicquam humanu tellus nihil effert,
Nam nihil aduerſi ni clant contingere poſſe
10 *Paſt ſibi: virtutem dum dii vireſq; miniſtrent.*
At ſi iam à ſuperis diuerſa afflauerit aura,
Hos anima inuiti tolerant caſus moderata. Et,
Talis enim miſeris mens eſt mortalibus: haris
Omnibus vt verſat diuûm pater atque hominum rex.

Alio item loco:

Quid genus ô fortis veſtrum Tydide requiris?
Sic genus eſt hominum, ſicut cernis foliorum.
Quorum hac tempeſtas decuſſit, & illa vireſcens
Sylua edit, verno ſuccreſcunt tempore multa.
20 *Sic genus hoc hominum prodit, ſic occidit illud.*

Hac eum imagine recte vſum humanæ vitæ eſſe liquet ex iis, quæ alio loco idem canit:

Bella hominum cauſa tractare harum miſerorum,
Qui foliis ſimiles florent nunc atq; fruuntur
Tellure, exanimes nunc marcent viribus orbi.

Simonides cantilenarum conditor, cum Lacedæmoniorum rex Pauſanias, qui perpetuo res ſuas geſtas iactabat, iuberet ioculariter, vt ſibi præceptum aliquod ſapiens daret: poſtquam hominis inſolentiam aduertit, vt meminiſſet conſulebat hominem ſe eſſe. Philippus Macedonum rex, cum tria ei ſub idem tempus læta nunciata eſſent: primum, viciſſe ipſum Olympiis quadriga, alterum ducem ſuum Parmenionem ſignis collatis Dardanos concidiſſe, tertium, peperiſſe
30 ſibi Olympiadem filium: tenſis ad cœlum manibus: Refer his fortuna, inquit, modicum aliquod incommodum. Ingentibus felicitatibus inuidere ſciebat fortunam ſolere. Theramenes, qui Athenis in triginta tyrannis fuit, collapſa domo, in qua cœnabat cum pluribus, ſeruatus vnus, cũ ab omnibus eſſet beatus appellatus, elata voce exclamauit, ac: In quod tandem, inquit, tempus fortuna me reſeruas? Hunc non multo poſt eius collegæ in tyrannide excruciatum necauere. Mirifice ſane placet in conſolatione Homerus, à quo fingitur Achilles Priamum, qui ad corpus Hectoris redimendum venerat, ita affari:

Verum age conſideas ſella, mentiſq; dolores
Linquamus: quoniam grauis haud mæſtitia prodeſt.
Hac miſeris ſuperi mortalibus impoſuere,
40 *Mæſti vt agant: ipſi quamuis ſint abſq; dolore.*
Dolia bina Iouis ſunt ſita in limine: quorum
Diris eſt fatis hac plenum, illudq; ſecundis
Cui permiſta bonis felicia Iuppiter offert.
Sortem hic nunc latam ducit, quandoq; malignam.
Cui mala contigerit probris obnoxius hic eſt.
Exagitatq; fames dira iſtum terra in opima.
Huic quoq; apud diuos hominesq; infamia adhæret.

Eo inferior & gloria & ætate, quamuis diſcipulum ſe ipſe prædicet Muſarum, Heſiodus etiam in dolio incluſit mala quod vbi Pandora aperuit, demonſtrat hanc examen eorum per omnem ter-
50 ram & mare proſeminaſſe, cuius hæc ſunt verba:

At mulier magnum tegumentum dolia ademit
Diſtribuitq; ſuo curas mortalibus agris
Conſilio duras: intus ſpes vna remanſit
Ædibus in validis ſub labris: quæ neque ad extra
Extulit hinc ſe, dolium enim concluſerat illa.
Sed clades inde innumera mox exilierunt.
Plena malis tellus, plenum mare, iamque diurni
Exercent homines morbi, noctuque ſilentes
Inuadunt illos ſponte, cumulumque malorum

Infligunt miseris, quoniam Saturnius hisce
Iuppiter incidit voces atq; abstulit omnes.

Hisce astipulans comicus de iis, qui huiuscemodi in calamitatibus affligunt sese, ita ait:

Si luctus eriperet grauis nobis mala,
Lachrymasq; post dolore semel desisteret:
Auri parandæ lachrymæ precio forent.
Nunc non morantur res nec respiciunt eas.
Verum via incedent eadem, fleueris
Nec ne ô here. Quid prosunt igitur? plane nihil.
Sed fructum habet mœror, vt folia arbores,
Lachrymas.

Iam consolans grauiter lugentem Danaën dicit Dictys.

Orcum putasne tuo moueri lachrymis
Quicquam, tuumq; remissurum tibi filium,
Si tu voles mœrere? Cessa ac respice
Mala cæterorum, ita feres tua lenius:
Reputare si voles, homines quot vinculis
Stringuntur, ac natis quot orbi sunt senes,
Magna quot & ditissima ex tyrannide
Ad nihilum recidere, quæ perpendere
Tecum decebat te.

Præcipit enim ei, vt voluteт in animo illos, qui pares & maiores clades pertulere, ita laturam suas facilius. Huc applices etiam Socratis vocem, quæ vult, vt infortunia in commune conferantur, ac tum ex æquo quisque partiatur, ita fore, vt pars maior sit contenta suis abitura. Parilleuatione est poëta Antimachus vsus. Nam extincta coniuge sua, quam charam habebat, Lyde leuamen sibi doloris elegiam condidit, quæ Lyde vocatur: enumerauitque ad eleuandum miseriis alienis mœrorem suum ærumnas heroicas. Vnde dilucet eum, qui recreat mœstum, & casum ostendit communem esse, & multorum, aliorum exemplis opinionem alleuare mœrentis, eoque hunc adducere, casum suum vt credat, quam quantum existimabat, minorem. Æschylus autem arguit recte eos, qui mortem in malis numerant: cuius hæc sunt verba:

Mortem quam iniquè persequuntur odio
Homines, malorum cum sit hæc vel maxima
Medela multorum.

Hunc enim subsecutus est ille, qui ait:

O mors Pæan medicus veni. Nam portus est
Dubio procul per orbem Orcus terra patens.

Magnum namq; est ex animo fidenter dicere:

Quis seruus est, qui mortis est incurius? Et hoc,
Orci auxilio fretus mortem non horreo.

Quid enim est illud, quod graue sit & angat in morte? Mors autem an non supra modum domestica nobis est & congenita? haud scio tamen qua ratione eam infestare appareat: Quid enim est miraculi, si quod sectile est, sit dissectum: si eliquatum, quod liquescere potest: si combustum, quod aduri: si corruptile sit corruptum. Quando enim non circumgerimus in visceribus nostris mortem? Ac natura, vt ait Heraclitus, idem est viuus & mortuus, vigilans & dormiens, iuuenis & senex. Siquidem hi, quando se vertunt, illi sunt: illi rursus, quando vertunt se, hi. Vt namque potest eodem ex luto confundere figulus, quæ formauit animantia, iterumq; fingere & permiscere, idq; vicissim assidue facere: perinde natura ex eadem materia olim maiores nostros produxit, inde continuo edidit parentes nostros, mox nos, hinc alios ex aliis versabit: atq; amnis hic generationis iugiter fluens haud insistet vnquam, ac rursus vice versa ille interitus, siue Acheron siue Cocytus à poëtis dicatur. Imo prima causa, lumen quæ nobis ostendit Solis, eadem tenebricosum Orcum adducit. Atq; haud scio, an huius simulachrum sit circumfusus nobis aër, qui inuicem diem & noctem efficit seriem cõtinuantes vitæ & mortis, somni & vigiliç. Quapropter debitum dicitur esse vita fatale, vt reddendum, q̃ maiores nostri acceperunt fœnore; quod etiam dissoluendum, vbi creditor appellauerit, æquo est animo & hilariter. Ita enim ostendemus nos maxime bonam fidem agnoscere. Ac meo quidem iudicio vitam nostram cernens natura incõpositam & breuem, diem decessus præfinitam reddidit incertam, Id enim satius erat. Quippe eã si ante videremus, aliqui priusquam veniret, contabuerant mœrore, & ante mortui erant, quam emorerentur. Iam mihi vide vitæ dolores curasq; crebras, qui animũ cõficiunt: Eos si percensere institua-

instituamus, magnopere nos eius pœniteat, veramq; agnoscamus, quæ apud nonnullos inualuit, opinionem mori quam viuere potius esse. Siquidem Simonides:

Hominum, inquit, lacerti sunt modici, vana quoque
Cura, breui & vita laborum cumulus,
Fatumq; crudele instat ineuitabile,
Obnoxii huic sunt ex aquo boni & mali. Ac Pindarus,
Vnum quidem ad malum duplex incommodum
Homines capiunt durare nec valent
Æterni, inepti qui modeste isthæc ferant. Iam Sophocles,
Tu quod caducus occidit, valde gemis.
Cum, quod futurum est, sit dubium tibi,
Quicquam ne sit lucri relaturum tibi. Ad hæc Euripides,
Natura nostin' cuius sit mortalibus
Modi? Nequaquam si quid sentio. Vnde nam?
Audi proinde me, ponenda est omnibus
Mortalibus vita. Inter hos nec vllus est,
Qui cras ne victurus sit, certo nouerit,
Ac quo volabit fors, incertum est omnibus.

Ea cum sit mortalium vita, quam hi asserunt: cur non conueniat potius prædicare beatos eos, qui seruitute, qua premimur in ea, sunt exempti: quam miserari & deflere, quod ex inscientia faciunt multi. Socrates mortem adæquabat vel profundissimo somno, vel peregrinationi longinquæ & diutinæ, vel tertio corruptioni alicui & interitui corporis simul & animi: at nullo horum modo eam malum esse, exequæbaturq; eos sigillatim, ac primo loco primum. Nam si mors somnus aliquis est, neq; habent quicquam dormiẽtes mali: planum est, nec defunctos mali quicquam habere, imo vero profundissimum esse quam iucundissimum quid attinet referre? Nempe res ipsa mortalibus clare est omnibus. Astipulatur de ea Homerus his verbis:

Altusq; & gratus somne, referens quoq; lethum.

Alio loco etiam ita ait:

Hic mortis frater somnus sese obtulit illis. Et,
Somno mortiq; gemellis.

quodam modo oculis germanitatem eorum ostendens. Siquidem affinitatem maxime repræsentant gemina. Alias mortem demonstrat esse somnum æreum, omnium sensuum in morte stuporem docere nos laborans. Nec sane ineleganter censuit ille, qui esse dixit somnum parua mysteria. Est enim imitatio prima reuera somnus mortis. Sanequam autem sapienter somno arreptus Cynicus Diogenes, cum excessurus iam vita esset, excitante eum medico percunctanteq;, ecquam molestiam sentiret: Nullam, inquit. Nam frater sororẽ anticipat, somnus mortem. Sin peregrinationem mors æmulatur, ne sic quidem est malum, imo haud scio an contra bonum sit. Siquidem mancipatum non esse carni, neq; eius affectibus teneri, quibus mens distracta ineptiis repletur mortalibus, id felix beatumq; est. Negocia enim, inquit Plato, præbet nobis sexcenta alimenti necessarii gratia corpus. Huc si accesserint morbi aliqui, interpellant nobis vniuersitatis contemplationem. Iam amoribus, cupidinibus, timoribus, spectris variis & portentis onerat nos: vt verum sit, quod dicitur, reuera nihil nobis vnquam per id intelligere licere. Nam nihil bella, seditiones, & pugnas quicquam aliud quam corpus excitat, orientesq; ex eo cupiditates. Quandoquidem quærendæ pecuniæ causa bella cuncta nascuntur. Pecuniam autem corporis causa, dum huius seruimus obsequiis, comparare compellimur. Hinc non licet nobis ob hæc omnia vacare philosophiæ. Et quod omnium est nouissimum, quia etiamsi quid nobis ab eo ocii fuerit concessum, vertimusq; nos ad speculandum quid, quod passim in quæstionibus occurrat: interturbat, solicitat, & percellit, vt non sit per illud conspicere verum integrum. Cæterum reipsa demonstratum à nobis est, si cognituri vnquam quicquam dilucide simus, discedendum ex eo esse, ipsoq; contemplandas animo res ipsas: ac tunc profecto consequemur, quod affectamus. & cuius dicimus nos amore teneri. Assequemur autem vbi è vita migrauerimus, prudentiam, vt ratio illa declarat, viui nunquam. Nam si fieri non potest, vt cum corpore rem vllam liquido percipiamus: alterutrum necesse est, vt aut nunquam aut defuncti comparemus scientiam. Tunc enim ipse secum animus solus secretus à corpore erit, ante non, neq; tantisper dum viuimus. Ita mea sententia quam proxime ad scientiam perueniemus, si quam maxime à consuetudine nos abduxeamus corporis, neq; consortium cum eo, nisi maxima necessitas exprimat, habeamus: neq; induamus huius indolem, sed mundi ab eo simus: quoad deus nos ipse eo exsoluerit. At tunc quidem, cum discesserimus ex corporis amentia, puri cum talibus erimus, ac per nosmetipsos omne syncerum, id est, verum cernemus.

Nam

Nam munda vt immundus contingat, sit nefas
Plane.

Itaq; quamuis à morte traduci quem alium in locum appareat, non est malum tamen. Quippe haud scio etiam, an in bonis prædicanda sit, vti demonstrauit Plato. Quapropter ita iudices Socrates affatus est sane quam diuine: Trepidare itaq; iudices mortem, nihil est aliud, quam videri, cum nō sis, sapientem esse. Quandoquidem scire videri est, quæ nescis. Cognouit enim mortem nullus, neq; an homini illa summum bonorum sit omnium. Atqui formidant eam, quasi malorum sciant esse summum. His concinere videtur ille, qui ait:

Nemo laborum terminum fatum horreat,

& vero malorum etiam maximorum. His astipulari dii quoq; dicũtur. Multos n. accepimus pietatis hanc assecutos ab cœlestib. remunerationem, quorum alios, vt modum seruem huius scripti, omittam, commemorabo autem celeberrimos, qui omnibus sunt in ore. Ac primum tibi exemplum Cleobis & Bitonis iuuenum Argiuorum exponam. Referunt matrem eorum Iunonis sacerdotem fuisse, ac cum proficiscendi ad templum tempus instaret, remorantibus qui trahebant currum mulis atq; articulo vrgente, hos subisse iugum currus, matremq; ad delubrum vexisse: quam supra modum filiorum pietate exultantem, precatam esse deam, vt eis optimum, q dari posset mortalib. daret: quos vt cubitum concesserunt, nunquam post surrexisse, dea horum pietatem morte remunerante. De Agamede & Trophonio Pindarus narrat, hos postquam fanum Delphicum struxissent, mercedem postulasse ab Apolline: hunc autem ostendisse ad diem septimum eam se persoluturum, interea vt epularentur, præcepisse. Fuisse hos dicto audientes, ac septima nocte sopitos mortem cum vita commutasse. Authores sunt ipsi Pindaro, qui Bœotorum legatis ad templum Apollinis missis mandauerat, vt quærerent, quid optimum mortalibus foret, responsum reddidisse vatem, id nō nescire ipsum, siquidem scripta de Trophonio & Agamede illius forent. Quod si etiam experiri aueat, fore id ei breui apertum. Hoc vbi relatum fuit Pindaro, animaduertisse eum id mortem esse, nec multo interposito spacio defunctum fuisse. Itali Euthynoi hunc fuisse memorant casum. Patrem ei fuisse Elisium Terinæum ciuitatis suæ virtute, diuitiis, & dignitate principem. Illum ex causa aliqua obscura extinctum. Elisium igitur subisse cogitationem, sicut fortasse alteri quoque subisset, an forsitan fuisset veneno sublatus: Hunc enim fuisse solum sibi tantarum facultatum & pecuniæ hæredem. Ambigentẽ quẽadmodum ad indicium horum perueniret, concessisse ad psychomantium quoddam, ac de more sacrificio ante facto dedisse se quieti, oblatamq; ei fuisse huiscemodi visionem: Visum ei adesse patrem suum. Quem vt conspexit, exponere ei se filii sui casum, obsecrareq; atq; orare, vt ad eruendum necis authorem, sibi præsto esset: Illum autem, Ea de causa accessi, dixisse: Cæterum cape ab hoc, quæ tibi apporto. Nam ex his cognosces omnia, quorum causa mœres. Fuisse vero eum, quem significabat, adolescentem, qui sequebatur ipsum, filii assimilem, & quo tempore, qua ætate affinem. Quæsisse ergo, quinam esset, atq; hunc respondisse: Genius sum filii tui atq; tum libellum ei porrexisse: Quem vbi explicuit, conspexisse in eo tria hæc scripta:

Elisi age ô demens animos tu sume viriles,
Euthynous letho fatali concidit: illum
Viuere nec diis nec genitoribus expediebat.

Hæc quidem habes exempla, quę apud veteres relata sunt. Porro si absoluta mors ac tam corporis quam animi corruptio & dissipatio est: (Erat enim similitudinis hoc Socraticę tertium) ne sic quidem mors malum est. Sensus enim in ea tollitur omnis, tollitur etiam dolor & cura. Quippe vt nihil boni nobis in ea accedit, ita nihil mali. Nam in eo, quod est & existit, quomodo potest esse bonum, sic etiam malum: Ei vero, quod non est, sed sublatum est ex iis, quæ sunt, neutrum horum queat adesse. Eodem igitur loco sunt defuncti, quo ante, quam essent geniti, fuerunt. Sicut igitur nihil nobis accidit ante ortum nostrum neq; boni neq; mali, perinde neque ab excessu ex hac vita erit. Atq; vt ea quæ antecesserũt nos, nihil ad nos spectabant: item nec quæ consequentur nos, spectabunt ad nos nihil.

Nam mortuum pungit nullum vere dolor,
Idem mori dico esse, vt haud vnquam editum
Fuisse.

Eadem est enim ab* interitu conditio atq; fuit ante productionem. An vero interet non genitum esse & genitum interiisse discrimen esse existimas? Nisi etiam domus & vestimenti nostri post dissipationem arbitraris discrimen esse ad tempus, quo nondum parata fuere. Quod si nihil in hisce interest, in confesso est nec in morte ad conditionem ante natiuitatem esse disparitatem. Scitum est enim illud Arcesilai: Hoc, inquit, quod dicitur malum mors, reliquorum, quę numerantur mala, vnum, vbi præsens est, nulli dolorem vnquam attulit: verum quamdiu abest & expectatur, torquet. Nam reuera complures ex vanitate & querela de morte, ne moriantur, moriuntur.

* Alii ab incuria.

untur. Probe igitur Epicharmus: Concretum est, inquit, & discretum, eoq; iterum recessit, vnde accessit, terra in terram, aër in sublime. Quid est horum graue? Nihil sane. Apud Euripidem alicubi Cresphontes de Hercule loquens

Tellure, inquit, si sub ima in illis incolit,
Qui haud plus colunt vitam, nil ille iam potest.

Hoc si correxeris, dicas

Tellure si sub ima in illis incolit,
Qui haud plus colunt vitam, nil hic iam sufferat.

10 Generosum etiam illud Laconicum:

Nunc nos ante alii viguerunt, nec genus horum
Vltra oculis sese subiicere inde valet. Et rursus,
Hic cecidere, bonum non vitam aut cedere fato
Rati, at vtrunq; horum fine locasse bono.

Praeclare admodum etiam Euripides de iis, qui longinqua valetudine tenentur, ait

Exosus est mihi, quisquis producere
Vitam cupit dapibus, simulq; poculis,
Magorum & artibus deflectens riuulum
Demitet vt fatum: quem, cum prosit nihil
20 *Orbi, decebat emori, & facessere*
Dantem locum statim efflorescenti pubi.

Merope fortiter loquens commouet theatra, cuius haec sunt verba:

Non liberi sublati soli sunt mihi
Mortalium, nec sum viro vna vidua,
Sed vitam plurimae exegere aeque atq; ego.

Hic enim apte illa annectas:

Vbi nam illa sunt praeclara, vbi magnus ille rex
Craesus & ille Xerxes, Hellespontici
30 *Hic qui maris ceruicem ponte transiit,*
Omnes patris Ditis nec non Lethes domos
Videre corporibus simul & pecuniis
Iam prorsus absumptis.

At hercule multos ad luctum & lamētationem mors immatura impellit. Verum est in hac quoque tam facilis alleuatio, vt etiam à vulgaribus poëtis sit perspecta & adhibita: Contemplare n. quae de eo referat comicus quidam, qui intempestiua morte angebatur:

Iam si teneres vitam, quam non viuere
Quiuit, secunde aucturum, est importuna mors.
Sin attulisset vita quicquam durius:
40 *Fortasse haec longe fuit te amicior.*

Quando autem obscurum est, commode fato functus sit, qui migrauit è vita, & maioribus solutus curis, nec ne: non ita grauiter ferendum est, quasi orbati simus omnibus, quae consecuturos nos ab eo putabamus. Siquidem non inscite videtur ille apud poëtam Amphiaraus matrem confirmare Archemori: quae, quòd infans filius atq; perquam immaturus extinctus esset, conflictabatur: cuius sunt haec verba:

Mortalium est in lucem nemo hanc editus,
Qui non laboret, liberosq; funeret,
Ac mox, nouos acquirat, & mortem oppetat.
Panguntur hinc mortales, illos qui efferunt.
50 *Porro necesse vitam est hanc detinere*
Spica modo pinguis, hunc esse, illum minus,
Quid haec opus deflere, natura lege
Qua transeant oportet. Nam necessitas
Qua cogit, vsq; ferenda sunt mortalibus.

In summa omnia tibi in animo sunt voluenda percensenti apud te atq; apud alium sedulo non esse lōgissimam vitam optimam, sed honestissimam. Neq; enim qui plurimum cithara cecinit, aut causas dixit, aut nauem gubernauit, sed qui recte, cōmendatur. Rectum autem nō est in temporis longinquitate, sed in virtute & competentia locandum tempestiua. Hoc enim fortunatum & pium habetur. Ideo sane excellentissimos heroas atque diis prognatos, qui senectutem morte praeuerterunt, nobis poëtae prodidere. Neq; enim ille,

Ex animo

Ex animo quem diligit ipse
Iuppiter Aegiochus, studioq; amplectitur omni
Phoebus, persaepe senii per limina transit.

Siquidem tempestiuitatem potius quam grandaeuitatem cernimus plurimum praepollere. Etenim plantarum praestantissimę sunt, quae breui aetate plurimum fructus ferunt: & animantium, à quibus non longo spacio magnum ad vitam compendium accepimus. Inter multum autem & parum, ad aeternitatem si respicias, nihil interesse apparet. Siquidem mille anni & decem millia annorum iuxta Simonidem momentum sunt ad infinitum, imo particula momenti breuissima. Quando animalibus illis, quae ad pontum legimus prouenire, ac vnum tantum diem viuere, mane nascentia, meridie adulta, vesperi senescentia vitamque ponentia, si animus humanus ratioque singulis inesset, nonne haec eodem modo ac nos afficerentur, atque eadem eis videlicet acciderent: vt illa, quae ante meridiem vitam reddunt, lamentationes excitarent & lachrymas, quae vero diem transegerunt, haec plane iudicaremus felicia. Modus enim vitae honestum non temporis diuturnitas est. Quippe inanis & magnae stultitiae sunt huiuscemodi exclamationes censendae: Atqui non oportebat eum in aetatis flore subito è medio tolli. Quis vero dicat, quemadmodum oportuerit. Multa etiam alia, quae dicas non oportuisse facta, facta sunt, fiuntque nunc, & fient saepius. Namque non ad ferendas leges in vitam ingressi sumus, sed obtemperaturi gubernantium cuncta deorum sanctionibus fatique & prouidentiae scitis. Quid porro illi, qui lugent ita sublatos, sua ipsorum absumptorumne causa lugent? Siquidem sua ipsorum: quod suauitate defunctorum, vel vtilitate, vel eorum in senectute sua officiis sint spoliati: moeroris occasio illinc proficiscitur, quod se ipsi ament. Neq; enim illos desiderare, sed commoditates ab illis videbuntur. Sin vero defunctorum causa lugent: si considerent nullo illos malo teneri, moerere desinent, sapiens sequentes & antiquum dictum, quod admonet, vt bona faciamus quam maxima, mala vero contrahamus & deprimamus. Quare si luctus bonus est, facere debemus eum plurimum & maximum. Quod si, vt res est, fatemur eum malum, astringere ac quam breuissime cogere atque obliterare pro viribus. Quam autem id sit facile, ex hac liquet consolatione. Fama est priscorum philosophorum quendam, cum esset ad reginam Arsinoen ingressus, quae filium lugebat, huiuscemodi oratione vsum esse ac commemorasse, quo tempore dilargiebatur daemonibus Iupiter honores, absentem fuisse luctum. Illis iam distributis venisse eum sero. Iouem itaq;, cum peteret, vt etiam sibi honorem haberet, fluctuantem animo, quod omnes iam effundisset in alios, hunc ei impertisse, qui in defunctorum funere fit, lachrymas & aegritudines animi. Sicut igitur caeteri dii, à quibus coluntur, hos diligunt, item luctus, si eum contempseris mulier, non adibit te. Si vero colatur à te accurate delatis sibi honoribus, moeroribus & lamentationibus, diliget, semperque aliquid tibi suppeditabit eiuscemodi, quo abs te assidue colatur. Mirifice dicitur mulieri eo adductae sermone ademisse luctum & lamentationes. Breui dicere posses ad lugentem: Nunquamne depones aegritudinem, an perpetuo existimabis tibi per totam vitam lugendum? Nam semper si persistes in hac acerbitate, in summam miseriam & acerbissimam calamitatem ex animi ignauia & mollitia temetipsum conieceris. Sin animum mutabis aliquando, quin nunc mutas, atque ex miseria teipsum extrahis? Quibus enim rationibus die vsum eximes te, iisdem nunc attendens explica ista molestia. Etenim in morbis corporis vt quaeque est liberationis expeditissima via, ita optima est. Quod ergo tempori es concessurus, id rationi concede literisque, ac temetipsum malis extrica. At enim non speraueram, inquis, hunc acerbum casum, neque expectaueram. Atqui oportuerat te expectare, atque ante reputasse rerum humanarum incertitudinem & imbecillitatem, nec imparatus nunc ceu ab ingruentibus repente hostibus esses deprehensus. Etenim egregie Euripideus Theseus instructus fuisse ad talia videtur. Nam ait ille:

Sapiente doctus à quodam curas ego
Reputabam & aerumnas, fugamq; exilii,
Obitusq; substituebam immaturos mihi,
Molesq; alias malorum, vt si quid ex eis
Agitaueram qua mente, me percelleret,
Nouum atq; inexpectatum ne mihi accidens
Acerbius menti vulnus infligeret.

Languidiores vero qui sunt nec meditati, nec receptum quidem capiunt vnquam ad cogitandum quicquam, quod eos deceat & expediat: verum ad vltimas deflectunt miserias, innocuum corpus cruciantes, eaque, quae non aegrotant iuxta Achiuum illum vna dolere compellunt. Itaque perquam recte admonet Plato eiuscemodi in aerumnis, vt quietem agas: quod non constet, quid bonum vel malum sit, neque quicquam proficiat in posterum aegre ferenti. Eripi enim cōsultando de eo, quod euenit, dolorem, atque aggregando vt in talorum iactu res tuas ad ea, quae ceci-

quæ cecidere, sicut euincit ratio rectissime habere. Non esse igitur, si quando offendimus, puerorum more affixorum plagæ vociferandum, sed consuefaciendum animum, vt petat casus & morbi medicinam & emendationem arte medica lugubrem opprimendo cantilenam. Legislatorem Lyciorum præscripsisse ferunt ciuibus suis, quãdo lugerent, vt stola velati muliebri lugerent: quod demonstraret esse luctum muliebrem atq; à dignitate virili alienum, & ab iis, q̃ ingenuas artes profiteantur. Est enim profecto muliebris, imbecilli, & degeneris animi lugere. Quippe sunt ad luctum fœminæ quam viri proniores, barbari quam Græci, deteriores, quam meliores, atq; inter ipsos barbaros non fortissimi Galli, Galatæ, omnesq;, qui spirituum sunt virilium pleni: sed potius, si qui sint tamen, Ægyptii, Syri, Lydi, & quotquot horum similes sunt. Nam eorum aliquos tradunt historiæ in foueas abdere se, ibiq; complures dies hærere, ne solis lumen aspiciant: quod eo quoq;, qui defunctus est, sit orbatus. Ac poëta tragicus non ignarus horum fatuitatis Ion inducit quandam, quæ ita ait:

Ego plena lachrymis nutrix egressa sum
Fossis relictis natorum lugubribus.

Sunt inter barbaros, qui se membris aliquibus mutilant, naribus, auribus, ac corpus reliquum flagris cædunt: quod defunctis, si à moderatione in hisce ægritudinibus naturali discesserint, rem gratã putent facere. At hercle obiiciunt hic se quidam, qui non passim plangendos mortuos, sed immaturos existimant: quod nihil assecuti sint eorum, quæ in vita habentur bona, ceu nuptias, doctrinam, iustam ætatem, reip. procurationes, magistratus. Hæc enim esse, quæ pungant potissimum eos, qui præcocibus occasibus premuntur, quod ante tempus exuti spe sua sint, ignorantes præcox lethum quantum ad naturam humanam nihil referre. Quomodo enim proposito omnibus ad communem patriam itinere necessario & ineuitabili hi prægrediuntur, illi subsequuntur, omnes autem eodem contendunt: sic inter eos, qui ad fatum pergunt, qui serius adsunt, præ aduentantibus maturius nullam habent prærogatiuam. Atqui si præmatura mors malum esset, præmaturissima esset puerorum & infantium, multoque magis recens editorum: verum horum ferimus excessus è vita leniter & æquo animo: eorum vero, qui prouectiores sunt, ægro & lugubriter, quod propter falsæ spei figmentum arbitremur fixum iam habere nos, perduraturos esse. Itaq; si vitæ humanæ spacium annorum esset viginti, eum, qui quintum decimum excessisset, non iam decedere immature, sed in modo ætatis sufficiente putemus. Illum vero, qui viginti annorum explesset terminum, vel prope accessit ad annorum numerum viginti, plane in cœlo collocaremus ceu eum, qui felicissimam & consummatissimam vitam sit emensus. Quod si ducentorum annorum esset, defunctum anno ætatis centesimo, quia arbitraremur omnino sublatum immature, ad eiulationes & planctus conuerteremus nos. Constat itaq; tam ex his, quam ex superius dictis immaturæ, quæ dicitur, mortis facilem esse alleuationem. Nam minus profecto lachrymatus esset Troilus vel Priamus ipse, si florente adhuc ei regno atq; fortuna tanta, quam complotabat, mortem opperisset: cum ad filium suum talia retulit Hectorem, commonens eum, vt abduceret se ab ineunda cum Achille dimicatione, his verbis:

Vt Troiam serues, concede in mœnia fili,
Ne ingens Pelides pariat decus, atq; priueris
Chara tu vita, atque senem miserare parentem
Ærumnosum, etiam spirantem in limine summus
Iuppiter absumet senis letho miserando,
Plurima cernentem mala, natos cæde peremptos,
Raptatas natas, thalamorum & diruta tecta,
Infantesq; solo afflictos per prælia dura,
Meq; canes postremum ipsum immanes laniabunt
Primus in foribus: ferro me cum quis acuto
Percutiens animam mæstam dimittet ad vmbras.
Cum vero in canam barbam in canosque capillos
Atque pudenda canes sæui fœdare perempti
Iam senis institerint, erit hoc miserabile cunctis.
Sic fatur Priamus, capitisq; comam venerandi
Euellit manibus, neq; sic tamen Hectora flectit.

Cum igitur permulta tibi de eo exempla ante oculos sint, considera non paucos mortem ingentibus & grauib⁹ malis expedire: quibus, si superstites fuissent, prorsus essent iactati: quæ ego vt consulerem orationis breuitati prætermisi contentus ante dictis in hanc sententiam, non esse vltra naturæ præscriptum & modum ad inanes planctus & lamenta mollia deflectendum. Nam non sua ipsius culpa in aspetis rebus se esse nõ exiguum ostendit Crantor esse ad fortunas

leuamen, ego vero medicinam dicam ad tollendum mœrorem summam. Diligere autem fatò functum & amare non in eo est, vt torqueamus nosmetipsos, sed vt iuuemus eum, quem charum habemus. Auxilium porro præstabitur sublatis, si pia memoria eos colamus. Nemo enim meretur bonus gemitum, sed laudes & commendationes: neque planctum, sed recordationem celebrem: neque lachrymas lugubres, sed gloriosa libamina. Quandoquidem qui decessit, vitam induit diuiniorem emancipatus corporis seruitute curisque his asperis & calamitatibus, quas tolerare necesse est iis, qui vitam hanc sunt sortiti caducam: dum iniunctam fatis conditionem expleuerint vitæ, quam largita nobis natura est non in perpetuum, sed sigillatim distribuit tempus ex legibus fatalibus dispensatū. Quare non debent intelligentes defunctorū causa vltra naturalem & moderatam animi ægrimoniam in inanes & barbaricos planctus se præcipitare, neque hoc, quod multis iam vsu venit, operiri: vt prius, quam luctum summouerint, confecti ærumnis animam reddent, atque inter lugendum infelices exequias sortiantur cum profectis ex impetitia anxietatibus & malis, quæ vna cum ipsis funerentur, vt in eos Homericū hoc exclamare liceat: 10

Accessitque niger lugentes Hesperus istos.

Debent itaq; semetipsi crebro affari. Quid autem, nunquā ne tristitiam ponemus, an ærumnā perenni conflictabimur per omnem vitam? Nam luctus ducere nullum faciendum terminum extremæ dementiæ est. Et quidem eos, qui vel grauissime mœrent & diutissime lugent, maxime subinde leniti à die conspicimus: atque quibus in monumentis ingenti dolore lamentantes & plangentes conficiebantur, adhibitis cantricibus & aliis animi oblectationibus splendida conuiuia agitantes. Est igitur insani ita opinari in eodem luctum statu permansurum. Atqui si reputarent conquieturum, si quid accidisset: simul reputarent: nempe vbi tempus quid effecerit. Nam quod factum est, id ne deus quidem infectum reddere valet. Quod igitur nunc præter spem euenit ac præter nostram opinionem, id ostendit ipsis exemplis, quod accidere solitum est complutibus. Quid igitur num percipere hoc ratione nequimus, neque animaduertere: 20

Est plenum pelagus, tellus quoque plena malorum? Et hæc,
Tanta hominis hæc mala sunt, circum quoque fata feruntur.
Nec vero ingressus vacuus vel cælitibus fit.

Multi namque & sapientes homines, vt ait Crantor, non nunc, sed iam olim conditionem humanam deplorauerunt, qui supplicium ducebant vitam esse, ac principium, quod natus homo sit, cladem maximam. Idem memorat Aristoteles Silenum comprehensum Midæ demonstrasse. Operæprecium autem est ipsa Philosophi verba attexere In libro, qui inscribitur Eudemus, vel de anima sic ait: Quapropter optime omnium ac beatissime non modo beatos, verū etiā felices existimamus esse defunctos: ac mentiri de iis aut iis detrectare, vt qui meliores iā & præstātiores sunt redditi, nefas ducimus: atq; hæc ita vetusta & antiqua apud nos opinione sunt firmata: vt nemo prorsus vel initium temporis vel primum authorem nouerit: sed ab æterno in perpetuum hæc ita fuisse censeantur. Adhæc in ore vides hominum hoc ex multis vetustatis annis peruulgati tritum. Quidnam tandem, inquit? Ac respondens ipse: Nempe omnium optimum, inquit, non nasci, ac emori quam viuere est melius, atq; huius apud multos testis deus fuit. Ceu illi Midæ ferunt post capturam, postquam Silenum comprehendit, percontanti & roganti, quidnam optimum foret hominibus, & quid maxime omnium expetendum, nihil hunc primum dicere voluisse, sed immobilem siluisse Cæterum vt tandem aliquando omnia machinatus expressit, aliquid vt ad se loqueretur, tum coactum dixisse: Fati ærumnosi ac fortunæ asperæ soboles momentanea quid me proloqui, quod vobis præstabat ignorare: compellitis? Ignorantia enim propriorū malorum vitam quam maxime abducit à tristitia. Nequaquam valent homines summum omnium bonum assequi, neq; optimæ naturæ fieri participes. Siquidem optimum est mortalibus omnibus non esse natos: Proximum & alterum, quod fieri queat primum, sed secundum tamen, natos quam ocyssime interire. Patet igitur ita pronunciasse eum, quod conditio in moriendo quam viuendo sit melior. Sexcenta & sexcenta eidem argumento eiusce modi exempla attexere queam: verum non est operæ verbosum esse. Non sunt igitur, qui è vita emigrauere, lugendi iuuenes, quod bonorum, quæ longa vita putatur afferre, sint destituti. Id enim, bonis malisne sint destituti, est sicut iam sæpius ostendimus, anceps. Quippe sunt longe mala copiosiora. Atq; illa quidē ægre & multis quærimus & solicitudinibus, mala vero perfacile. Hæc enim esse aiunt globosa & continentia multisq; ex causis sibi mutuo consequentia: at bona distracta ac contumacia circa ipsas vitæ metas coire. Adæquamus igitur eos oblitis. Siquidem non tantum: vt ait Euripides: 30 40 50

Minime suas homines tenent pecunias.

sed semel rerum humanarū nihil. Quare dicendum est de omnibus: Res cœlestium habemus, quas

quas tractamus. Vbi illis visum est, auferunt eas rursus. Non est ergo inique ferendum, si ea, quæ paulisper nobis commodauerunt, hæc reposcant. Neq; enim argentarii, vt dicere crebro consueuimus si quando repetūtur ab iis illa, quæ apud mensam sunt deposita, si bonæ fidei sint, grauiter ferunt, quod ea sunt restituturi. Illis enim, qui inuiti reddunt, iure dicas: Num accepisse te hæc excidit tibi, vt redderes? Idem profecto omnibus mortalibus vsu venit. Vitam tenemus velut necessario ab diis apud nos depositam: neq; est huius tempus statum vllum restituendæ, sicut nec numulariis depositi apud mensam argenti: sed est, quando is, qui dedit, exacturus sit, incertum. Itaq; qui aut ipse est moriturus, aut morientibus supra modum id moleste fert liberis, an non, & ipsum hominem esse & liberos se genuisse mortales ex animo eius effluxit: Neq; enim
10 est hominis cordati, animal hominem esse mortale natumq;, vt moriatur, nescire. Si ergo Niobe iuxta fabulas hanc opinionem habuisset promptam, non se vita semper virente, germinibus propendentem ac dulce lumen aspicientem expiraturam, haud ita tumultuara foret, vt etiam vitam statueret ob calamitatis grauitatem abrumpere, deosq; cieret, vt abriperetur, ad exitium quam dirissimum. Tabulæ apud Delphos extant duæ: quæ ad vitam inprimis sunt necessariæ, Nosce teipsum, & Ne quid nimis. Nam ex his reliqua sunt apta omnia. Sunt autem hæc inter se consentanea & concinentia, atq; alterius altero vis significari videtur. Siquidem in cognoscendo teipsum continetur hoc, Ne quid nimis, atq; in hoc illud, Nosce teipsum. Quapropter differit de his Ion in hunc modum:

Est nosce teipsum non quidem ampla dictio,
20 *Sed tanta res, solus quam nouit Iuppiter.*

Pindarus:

Multum sapientes laudarunt, Ne quid nimis:

Quare si hæc mente teneat vt præcepta ex Apollinis oraculo profecta, facile accōmodate se q̄s ad omnes vitæ molestias, easq; poterit ferre moderate naturam contuens suam, atq; eo respiciens, ne præter quā deceat, in occurrentibus casibus ad insolentiam extollatur, vel abiiciat & demittat se ad miserationes & planctus ex animi imbecillitate & innato nobis mortis more per imprudentiam eorum, quæ accidere in vita iuxta necessitatis vel fati sortem consueuere. Recte autem Pythagorei commonuerunt hisce verbis:

Casibus æthereis mortales quæ mala vexant,
30 *Quæ tibi delata est sors, hanc cape, ne stomachare.*

Ac tragicus Æschylus:

Virtute præditi & sapientis est viri,
Non rebus in duris in diuos fremere. Iam Euripides,
Necessitati qui cessit mortalium,
Valde hic sapit, tenetque res cælestium. Item alius locis,
Quicunque casus fert alios permolliter
Habeo modestum hunc inprimis & optimum.

At vulgus de omnibus conqueruntur: ac quæ præter expectationem ipsis interueniunt, omnia ex inuidia fortunæ & larium arbitrantur fieri. Quapropter ad omnia lamentantur gementes
40 suamq; incusantes infelicitatem. Quibus respondeas,

Deus haud tibi officit, sed ipse tu tibi,

Atque per inertiam amentia & vecordia. Ac nimirum ob hanc fallacem & falsam opinionem de omni excessu queruntur. Nam si quis peregre fato cesserit, cum gemitu dicunt:

Infelix, neque enim huic pater ac mater veneranda
Occludent oculos.

Si domi suæ assistentibus parentibus, lamentantur, quasi subito ereptus è manibus sit, dolorēque sui causa ipsis incusserit. Si mutus nullius facta mentione, plorantes dicunt:

Nullum mi verbum, cuius semper meminissem
Fecisti sanum.

50 Si quid sermocinatus sit, id perpetuo tristitiæ suscitabulum in ore habent. Si repente, lamentantes dicunt: Ereptus est: si longo morbo, incusant quod tabe confectus & excruciatus perierit. Siquidem ad dolores & lamentationes * lacessendas quiuis color satis est. Hæc mouerunt poetæ, ac præ cæteris Homerus primus, qui ait:

* Accumulandas.

Haud secus ac genitor, nati cum funera tossa
Sponsi, edit luctum, miseroque dolore parentes
Afficit extinctus, fletum luctumque ministrat
Immensum.

Atque hæc quidem non satis liquet, an merito lamentetur. Cæterum quod sequitur, vide:

Filius in coptis charusque & vnicus amplis:

Quis enim nouit, an paterne deus prospiciens solicitus de humano genere, cum quæ impendeant præuideat, ante illorum euentum immaturos ex hac vita nonnullos educat. Quare nihil eos, quod fugiendum sit pati existimandum

Homini namque nihil, necesse quod sit, est graue:

siue ex præposita causa eueniat, siue ex consequenti, & quod migrationes ex hac vita plæræque acerbitates maiores anteuertant: & quod his ne natis quidem esse conducibile erat, illis vna cum ortu interisse, nonnullis paululum prouectis, aliis florenti ætate. Omnes hi, inquam, excessus sunt molliter ferendi, cum sciamus defugi non posse fatum. Est autem hominum doctrina excultorum cogitatione anticipare paululũ præuentos nos ab illis, quibus immature apparet vitam extortam esse. Siquidem est ad æternitatem quam longissima vita breuis & momentanea: & complures, qui diutius luxerunt, non multo post eos, quos complorarunt, sunt subsecuti, nullo facto ex lachrymis suis compendio, nisi quod animi ægritudine incassum seipsi afflixere. Quia vero peregrinationis in hac vita dies est breuissima: non in squalidis mœroribus neque infelicissimo in luctu labefactare debemus nosmetipsi doloribus & corporis suppliciis confectos, verum traducere ad meliora & humaniora, annitentes & quærentes conuenire viros, non qui nobiscum mœreant & extimulent luctum assentando, sed qui mœrorem eripiant forti & graui consolatione, auscultantesq; & mente tenentes Homericum hunc versum, quo Hector confirmans mutuo Andromachen eam est affatus hisce verbis:

Sollicitare animum tu infelix desine nostrum:
Nemo etenim præter fatum me mittet ad Orcum.
Fata autem nullum fortemue aio timidumue
Defugere, vt primum lucem conspexerit almam,

Hoc fatum poëta alias expressit:

Neuit ei stæmen, genitrix postquam edidit illum.

Quæ si menti subiecerimus, inani & anili leuabimur luctus acerbitate, præsertim cũ vitæ spacium intercedat angustum. Agendum igitur est, vt placidum hoc atq; ab lugubribus ægritudinibus transigamus tranquillum, insignia luctus abiicientes, & corporis curam agentes, salutisque contubernalium nostrorum. Rectum est etiam meminisse sermonum: quos de more ad necessarios & amicos aliquando paribus ictos ærumnis habuerimus, cum erigeremus eos suaderemusq;, vt casus vitæ communes ferrent communi modo, & humana humano: cauendumque ne qui aliis ad abstergendum mœrorẽ subuenire valemus, nobis horum suggestio nullum adferat subleuamen, neque dolorem animi salubribus orationis medicamentis depellat. Nam cuiusuis potius quam abiiciendi mœroris facienda productio. Et quidem quacunque in re procrastinatorem cum Atis dicit luctari tutum hoc apud omnes prouerbium: Multo magis meo quidem iudicio eum, qui acerbas animi perturbationes inauspicatasque in futurum reiicit. Contuere autem ad generosos & magnanimos viros, qui filiorum fata leniter tulerunt, Clazomenium Anaxagoram, Demosthenem Atheniensem, Dionem Syracusium, regem Antiochum, frequentesque alios cum superioris tum nostræ memoriæ. Ex his fando accepimus Anaxagoram de rebus naturalibus disputantem & disserentem apud familiares, cum ex quodam annunciante de filii sui obitu intellexisset, parumper sustinuisse se, tum dixisse ad auditores: Sciebam mortalem me genuisse filium. Periclem, qui ob dicendi & prudentiæ incomparabilem vim cognomen Olympii inuenit, postquam ambos filios suos naturæ concessisse accepit Parolum & Xantippum, vt memorat Protagoras, ita dixisse. * Siquidem filiorum, qui iuuenes erant & pulchri, intra dies autem omnino octo extincti, casum tulit hilariter. Tranquillitatem enim retinuit animi, quæ ei inde magis indies ad felicitatem, ad dolores opprimendos ac gloriam ad plebem profuit. Quicunq; enim luctus suos fortiter ferentem contemplabatur, celsumq; & virilem animo, longe habebat eum se ipso præstantionem, suam cognoscens patib[us] in molestiis mollitiam. Quippe hunc mox accepto de vtroq; filio nuncio, nihilo secius patrio more coronatum & candida veste amictum concionatum fuisse, consiliorumq; bonorum authorẽ se præbuisse, & populum Atheniensem ad bellum inflammasse. Xenophontem Socraticum sacris aliquando operantem, cum ex nunciis, qui ex castris aderant, filium suum Gryllum pugnantem cecidisse audisset, detracta capiti corona, quemadmodum occubuisset, percontatum. Qui vti denunciarunt strenue prælianten multis hostibus interfectis, aliquantulo interposito spacii, dum ægritudinem animi consilio reprimeret, reposuisse denuo capiti coronam, sacrificiumque absoluisse, ac nunciis dixisse: Deos precatus sum, non vt immortalis mihi, vel longæuus esset filius. Id enim incertum an conducat: sed mihi contigit, vt bonus & patriæ amans. Dionem Syracusium in consessu amicorum, cum domi tumultus & clamor ingens exortus esset, vt causam & casum accepit, filium suum de tecto delapsum fuisse & exanimatum, nihil perculsum, corpusculum præcepisse extincti mulierib. ad iusta facienda tradi ipsum

* Videntur hic quædam deesse.

Line numbers in margin: 10, 20, 30, 40, 50

ipsum ea, de quibus consultabat, non intermisisse. Huius fertur æmulus fuisse orator Demosthenes, cum vnicam & dilectam filiam amisisset: de qua Æschines ad eum criminandū ita memorat: Septima die, quam filia eius decessit, antequam eluxisset & iusta exequiarum fecisset, coronatus & candido amictus pallio sacrificauit & morem soluit: cum vnicam infelix & eam, quæ primum eum appellauerat patrem, amisisset. Atque ille quidem cum more oratorio accusare instituisset eum, ita disseruit, nescius illum se his celebrare, quod luctum abiecisset, prioremque patriæ charitatem affectu in necessarios habuisset. Antigonum regem excessu in acie filii allato animose ad eos, qui cladem hanc ei nunciauerunt, contuitum, atque aliquantulo interposito spacio mœstum locutum: Serius Alcyoneu occidisti, qui in hostes tam tuebas inconsulte, & cui
10 neq; salus tua, neq; monita curæ erant mea. Quos quidem viros magnitudinis animi causa suspiciunt & commendant omnes, vestigiis factorum eorum ob animi ex inertia ignauiam insistere nequeunt. Cæterum ex multis exemplis eorum, quos historia nobis Græca pariter & Romana prodidit, generose & honeste in fatis se necessariorum gessisse, sufficiunt ea, quæ retulimus, ad acerbissimum omnium luctum, atq; ad inanem & vndequaque inutilem in eo deponendum dolorem. Nam virtutibus præstantes & diis charos iuuenes fato concessisse, & iam pridem superiore docui oratione, & nunc quā breuissime perstringere studebo, astipulans præclaro huic Menandri dicto:

Quem diligunt diui, iuuenis discedit hic.

At occurens fortasse charissime Apolloni dicas: fuit perquam adolescens Apollonius in fatis
20 felix assequendis, ac te oportebat ab illo cum ad virilem ætatem aspirasset, fato functum efferri. Erat id quidem secundum naturam nostram videlicet & humanam, at non secundum vniuersitatis prouidentiam & mundi descriptionem. Illi vero beato non erat vltra attributum ei ad hanc vitam tempus morari secundum naturam: sed recte atq; ordine eo expleto ad fatum se recipere, cum id iam illum ad se reuocaret. At immature interiit,

Proinde tanto felicior, neq; in malis iactatus.

Nam vita, inquit Euripides, diceris, laborem sed te ego. Hic vero in ætate floridissima ante decessit, integer, cœlebs, charus, honoratusq; familiariaribus suis omnib⁹: qui patris, matris, propinquorum & sapientiæ fuit amans, breui humanus, seniorum amicorum & parentum reuerens, diligens æqualium & familiarium, venerans præceptorum, hospitibus & ciuibus mitissi-
30 mus, omnibus blandus, & ob aspectus gratiam & affabilem humanitatem iucundus. Sed enim & tuæ illæ & suæ pietatis meritam laudem assecutus ad æternū seculum ex vita hac caduca quasi ex conuiuio ante, quam ex temulentia in petulantiam aliquam incurreret longæ senectuti comitante, concedere præuertit. Quod si vetusti poëtæ & philosophi verum, quod est verisimile, dixerunt: id piis, postquam defuncti sunt, suus honor est, vt ferunt, & prærogatiua, ac locus assignatus certus, vbi horum manes degunt: bonam spem habere de filio tuo beato debes, illis eum annumeratum esse ac cum eis agere. Referuntur à melico poëta Pindaro hæc de piis apud inferos:

Quibus resplendet nostro noctis tempore
Phœbi aureum iubar, rosisque rubentibus
40 *Sunt prata ibi consita, arbustis suburbium*
Est thuriferis inumbratum, atq; fructibus
Simul aureis plenum, hic ludis equestribus
Hi, tesseris illi, sunt qui gymnasiis
Et fistulis alii se recreant. Ibi
Florum affluentia editur complurium,
Gratusque perpetuo locum illum halitus tenet,
Variasque primitias aris dant cælitum.

Ac paulo post alia in lamentatione, vbi de anima loquitur, ait:

Beata dissoluens labores terminat
50 *Parca vndiq; omnium morti valida patet*
Corpus, neq; existit viuens æternitas.
Etenim est imago ex diuis tantum, agentibus
Membris quiescit: Verum dormientibus
Insomniis in multis gratorum indicat
Et arduorum iudicium certum arrepens.

Diuinus Plato in dialogo de anima multa de eius immortalitate disseruit, non pauca etiam in Rep. in Menone, in Gorgia, & sparsim aliis in dialogis. Verum quæ in dialogo de anima retulit, peculiari cōmentario à me exposita tibi, vt voluisti, dabo. Quæ vero ad præsens accōmodata sunt & vtilia ad Athenæum dicta Gorgiæ oratoris asseclam & auditorem ita habent. Ait apud

rur molestia sicut in sereno fluctus, quando corpus tranquillitate exhilaratur. Quod si squallor accesserit & austeritas ex prauo vitæ instituto, neque quicquam benigni vel boni subministret animo corpus præter dolores & ægrimonias sicut amaros quosdam & tristes halitus: haud pronum est, etiam si cupias eum colligere. Huiusmodi premitur animus malis, si quando ita fuerit afflictus. Sane quod grauissimum in his & horrendissimum est, non possum timere malarum mulierum accessus, & voces lamentationes occinentium: quibus extimulant & exacuunt mœrorem, neque eum vel per alios, vel ipsum per se sinunt restingui. Non latet me, quam magna nuper certamina subieris, cum Theonis sorori præsto esses, pugnaresque cum illis, quæ foris cū eiulatibus & vlulatibus superueniebant, & quasi vere ignem afferebant. Quippe amicorum tecta vbi flagrantes vident, restinguunt ignem, quam ocyssime & enixissime quisque valet: quando animos inflammatos, admouent eis fomenta. Cui lux oculorum est perturbata, huic non sinunt quemuis manum admouere, nec membrum inflammatum contrectant. Qui luget, sedens cuiuis manum accommodanti permittit: sicut riuum exagitare atque exacerbare animi perturbationem: quæ ex modica titillatione & impulsu in vehemens & difficile malum, exulceratur. Cæterum hæc non dubito, quin cauebis. Tenta autem cogitatione traducere teipsum ac repræsentare tibi subinde illud tempus, quo nondum nata hac puella nihil habebamus, quod fortunam incusaremus: tum committere cum illo hunc articulum, quasi eundem in statum res nostræ reciderint. Quando natales eius mea vxor parum nobis grati esse videbuntur, qui magis acquiescimus in ea conditione, quæ eius ortum antecessit. Quod vero intercutrit, biennium non est è memoria eiiciendum: sed quod oblectamento & voluptati fuerit, pro blandimento habendum. neque exiguum bonum pro magno ducendum malo: neque quia quod sperabamus non adiecit fors: de eo, quod contulit, ingrati esse debemus. Etenim semper animus, qui de diis bene sentit, atque erga fortunam placidus & minime est querulus, gratum & amœnum fructum adfert. Hisce autem in casibus, qui maxime oblectat se bonorum recordatione, & qui ad lucem splendoremque vitæ deflectit & traducit ex caligine & procellis animum: hic mœrorem vel in totum sustollit, vel contrario temperamento eleuat & obscurat. Nam vt vnguentum blanditur odoratui, & graueolentiæ resistit: ita cogitatio bonorum in rebus malis vicem præbet remedii necessarii iis, qui bonorum recordationem non refugiunt, neque semper atque omni ex parte fortunam culpant. Quod nobis non est admittendum, vt vitam nostram, si vnam habeat quomodo libet litutam putis & nitentibus cæteris, calumniemur. Beatitatem sæpe audiuisti ex rectis commentationibus, quæ in stabilem affectionem terminant, aptam esse, fortunæ vero vicissitudines non multum momenti adferre, neq; inferre lapsus vitæ temerarios. Quod si etiam nos vulgi more rebus gubernandi externis sumus, & enumeranda fortuita, iudicioque standum de felicitate quorumlibet hominum, noli spectare visentium te lachrymas & lamentationes, quæ prauo more apud quemuis effunduntur & peraguntur: sed referad animum, quam te felicem hæ liberorum, familiæ, & vitæ causa prædicent: & alios optare quam turpe sortem tuam vel eum hoc incommodo, quo nunc cruciamur, te vero quiritari & moleste ferre eandem, quam habes: neque ex hoc, quod mordet, percipere, quam grata sint ea, quæ nobis supersunt: sed quomodo illi, qui capite & fine truncos Homeri versus seligunt, & prætereunt interim multos in illius poëmatibus insignes: sic anxie consectari & traducere vitæ incommoda, bonis vero incondite & promiscue affluentibus non vtentes imitati sordidos & auaros: qui multa coaceruant nec fruuntur partis, sed lamentantur torquenturque amissis. Porro si illius miseratione tenetis, quod innupta & liberorum decessit exors, iam habes ex aliis, vnde magis te delectes quę nullius horum immunis vel expers sis. Si enim hæc magna sunt spoliatis bona, non sunt ea obtinentibus parua Illa vero, quæ iam omni cruciatu vacat, non debet nos cruciare. Quid enim ab illa nobis accedit mali, si omni est ipsa soluta molestia? Quippe magnarum rerum orbitates, vbi eo peruenerunt, vt eis non indigeant, deponunt mœrorem. Timoxena tua paruis est orbata quæ parua cognoscebat & paruis ducebatur. Quorum vero neque sensum habuit, & quæ in notitiam eius non venerunt, & quorum nullam habuit notitiam, quomodo dicatur iis viduata? Iam vero quæ audis ex aliis, qui multis persuadent, nihil protsus ex animi mali vel molesti accidere: his ne fidem adiungas, scio sermone prohiberi te apud nos vulgato & mysticis symbolis Liberi patris sacrorum, quorum inter nos, qui in eorum consortium venimus, sumus conscii. Quare animo vt immortali idem cogita atque captis auibus accidere. Nam si diu in hoc corpore vixerit, multisque ex negociis & longa consuetudine cœperit huic vitæ esse familiaris, quando rursus deuolat, de integro induit se laqueis, nec emergit vel conquiescit calamitatibus his & fortunis ex natalium conditione irretitus. Neq; enim senectutem arbitrare ob rugas, canos, & corporis imbecillitatem obteri & male audire. Imo est hoc eius grauissimum malū, quod animum languidum reddat ad recolendum memoria res illas, & rebus terrestribus affixum, flectatque & deprimat figuram, quam à corpore in tolerandis malis accepit, conseruans. Qui vero

vero corpore excessit, in meliore est conditione velut ex flexu lento & molli ad meliorem statū reuocatus. Nam sicut ignis, si eum extinxeris, mox accendas, excitatur & concipit flammā ocyus. Ita animus, si quam citissime hinc auolet:

Peruolat extemplo fera limina Ditis,

priusquam ingenti rerum humanarum amore sit imbutus & delinitus, atq; quasi ex veneno contabescat. At instituta & leges patriæ ac priscæ horum veritatem demonstrant clarius. Neq; enim infantibus suis extinctis inferias dant, neq; alia iusta faciunt, quæ apparet alios defunctis præstare. Quippe commercium cum terra aut cum terrenis habent nullum: neq; hic apud tumulos, & monimenta, & libamenta mortuorum libenter versantur & assident corporibus. Neq; enim tā-
10 tulos lugere leges, quasi nefas sit, permittūt, cum ad meliorem & diuiniorē sortem simul & sedem demigrauerint. *Quibus cum derogare quam adhibere fidem sit periculosius: quantum ad externa, ex legum præscriptis nos geramus: interiora multo impollutiora, puriora, & moderatiora præstemus. * *Desiderantur aliqua.*

PLVTARCHI

20

Commentariolus, Bellone Athenienses an sapientia fuerint clariores.

RECTE hæc ille ad duces, qui ipsi successerunt, quibus viam ad insecutas res gerendas pulsis barbaris & Græcia liberata muniuit. Recte etiam ad illos dicentur, quibus facit eruditio animos. Si enim sustuleris rerum effectores, non habebis earum scriptores. Sustolle Periclis res domi gestas, victorias nauales apud Rhion Phormionis, facta Niciæ ad Cythera, Megaram, Corinthum, Demosthenis Pylon, trecentos Cleonis captiuos, Tolmiam Peloponnesum circumnauigantem, Myronidem Bœotos in vinetis superantem: simul Thucydidem induxeris. Sustolle Alcibiadis strenua in Hellesponto acta, apud Lesbon
30 Thrasybuli, paucorum dominorum excidium Theramenis, Thrasybulum, Archippum, & septuaginta illos, qui ex Phila in Spattiatarum imperium insurrexerunt, Cononemque Athenas denuo in mare deducentem: sublatus sit Cratippus. Nam Xenophon quidem suiipsius fuit historia, qui res suis auspiciis gestas descripsit, & Themistogenem scripsit Syracusium eas memoriæ prodidisse: quo maiorem fidem faceret, si se vt aliam personam celebraret, alteri eorum commentariorum gloriam largiens. Reliqui historici omnes Clinodemi, Diyli, Philochorus, Philarchus actuum fuerunt alienorum velut fabularum histriones: qui, quod Imperatorum & regum res conscripserunt, in laudes eorum irrepsere: vt in quasi splendoris alicuius & luminis partem venirent. Resultat enim ab rerum authoribus ad scriptores relucetque decoris effigies alieni: dum tanquam in speculo per scripta actiones repræsentantur. Ac multarum quidem hæc
40 ciuitas benigna genitrix & nutrix aliarum artium extitit: quas partim princeps inuenit & edidit, partim confirmauit, ornauit, & amplificauit. Inprimis prouecta & exculta ab ea est pictura. Siquidem Apollodorus pictor, qui phthoram, id est, colorum mixturam & vmbræ coloribus rationem reddendæ mortalium primus inuenit, Atheniensis fuit, cuius operibus subscriptum est, inuisurum aliquem facilius quam imitaturum. Euphanor, Nicias, Asclepiodorus, & Plistenætus Phidiæ frater, alii victores duces pinxerunt, alii prælia, heroas alii: sicut Euphranor, qui Thesea suum cum Parrhasii contendit, addens Thesea illius rosa pastum esse, suum carnem bubulam mandisse. Nam reuera ille Parrhasii pictus & effictus est venuste: quod res ipsa indicat. Euphranoris qui viderit, haud illepide dicat:

Strenui Erechthei populum, quem aliquando Minerua
Filia magna Iouis nutriuit.

50 Pinxit etiam equestre prælium apud Mantineam cum Epaminonda lymphatica permotionē præditum Euphranor. Res autem hunc in modum gesta est: Epaminondas Thebanus ex aciē Leuctrica magnum nomen allecutus abiectæ insultare Spartæ spiritusque eius & dignitatem proculcare certum habuit. Ac primum septuaginta millibus militum incursans fines Laconicos depopulatus est, finitimosque ab Lacedæmoniis retraxit. Deinde ad Mantineam in procinctu aduersus se stantes Lacedæmonios lacessiuit ad dimicandum. Quibus detrectantibus neque aciem ausis, sed auxilia operientibus Atheniensium, nocte signis motis præter omnium expectationem Laconiam inuasit: neque quicquam factum est propius, quin vrbem ex itinero caperet vacuam, eaque potiretur. Cæterum cum id odorati essent socii, & repentina auxilia vrbi submisissent: simulauit ad populandum & vrendum agros iterum se versurum. Ita il-

lusit

lusis & securis hostibus recepit se nocte ex Laconia: vastatoque, qui interiectus erat, agro, Mantineis ex improuiso imminebat, præcidensque eis occasionem mittendi Lacedæmonem suppetias, extemplo arma capere Thebanis imperauit. Ira Thebani, quorum intolerabiles erant in armis spiritus, corona adorri sunt & oppugnauerunt mœnia. Mantineos stupor incesserat vlulantes & discurrentes: qui tantas copias instar vndarum ingruentes non valebant propulsare, nec vllam opem animo concipiebant. In hoc articulo & fortuna Athenienses ex summis montibus in fines Mantinicos descenderunt, imprudentesque momenti & præcipitis periculi composito procedebant gradu. Vt quidam ex ipsis, qui excurrerat, discrimen annunciauit, etsi rari essent cum hostium multitudine comparati & ex via defessi, neque vllus adesset ex sociis, in aciem tamen extemplo plerique iêre. Equites raptis armis inuecti sub ipsas portas & muros duram equestrem pugnam commiserunt, obtentaque palma, ex Epaminondæ manibus Mantineam eripuerunt. Hunc actum Euphranor pinxit: atque videre est quasi simulachrum eius conflictus hanc picturam cum illo certantem & virtutis animorum & spirituum plenam. Cæterum non conferatis, ni fallor, pictoris cum duce ingenium: neque feratis eos, qui præferant trophæo tabulam vel imitamentum veritati: nisi quod Simonides picturam tacitam poësim appellat poësim picturam loquentem. Quas enim pictores res, tanquam agantur, ob oculos ponunt, has libri gestas exponunt & tradunt. Quamuis autem nominibus hi & dictionibus, illi coloribus & figuris eadem indicent: materia & ratione quidem exprimendi inter se differunt, finem tamen spectant ambo eundem, atque inter historiographos præcellit ille, qui narrationem picturæ modo animi motibus & personis repræsentat Thucydides quidem vbique oratione ad hanc euidentiam contendit, vt auditorem tanquam spectatorem faciat, stuporesque & animorum motus, quibus perciti fuerunt rerum contemplatores, legentibus affectat imprimere. Quippe instruens in ipsius Pyli crepidine Atheniensium Demosthenes aciem, gubernatorum vsque instans Brasidas eiicere, & progrediens in scalas, saucius animam agens, & reclinatus in prora pro remigii fronte, pedestri pugna ex mari certantes Lacedæmonii, Athenienses ex terra nauali: iam bello Siculo ex terra pedestres copiæ hinc inde neutro adhuc inclinante Marte nauali, graui certamine & conspiratione animorum classium causa conflictatæ, quasi conflictui ipsis corporibus interessent: hæc parem gloriam obtinent perspicuitate picturæ ac scripturæ affectibus & informationib. rerum. Vnde si indignum sit eum ducibus contendere pictores, nec historiarũ authores cõtendamus. Pugnam Marathoniam denunciauit, vt Ponticus Heraclides tradit, Thrasippus Eroensis. Plærique Ericlem memorant currentem in armis adhuc ex acie calidum ac concidentem in ianua primorum hoc tantum dixisse: Saluete, nos salui sumus. mox expirasse. Verum hic ipse, qui certamini interfuerat, nuncius venit. Cedo iam, si quis, qui ex colle quopiam, vel specula spectator fuisset prælii, caprarius vel bubulcus, magnamque illam rem atque omni maiorem oratione esset contemplatus, in vrbem veniret non saucius & incruentus nuncius: inde honores poscat, qui tributi Cynegiro fuerunt, qui Callimacho, qui Polyzelo: quod horum præclara facta, vulnera, & occasus renunciasset, quid hic ad summam impudentiam reliqui fecerit? Cum Lacedæmonios perhibeant ei, qui victoriam Mantinicam adferebat, præmio carnes ex conuiuio misisse. Atqui rerum scriptores nuncii sunt gestorum canori, oratione que per niorem & facundiam rem attingunt: quibus præmium debent illi, qui inscripta inciderunt. & qui ea perlustrauerunt primi: & certe celebrantur, dum eorum commemoratio fit, & dum propter magnificarum rerum patratores leguntur. Neque enim gerunt historiæ res, attamen audiri merentur. Etenim assecuta est præmium & honorem poësis, quod rebus gestis germana referat: vt est apud Homerum,

Falsa ille effudit complura affinia veris.

Fama est Menandro familiarem quempiam dixisse: Instant Menander Bacchanalia, nec comœdiam tu fecisti: Respondisse illum: Ego medius fidius comœdiam condidi. Digestum est enim argumentum, cui accinant versus oportet: quod illi ipsi etiam verbis res magis necessarias & antiquiores ducant. Corinna Pindarum oppido etiamnum iuuenem & facundiam ostentantem corripuit, vt inertem nec fabulas condentem, quod ad poëtices munus spectat. Lingua abusiones, interpretationes, modos, numeros rebus ad oblectandum suggerit. Quibus dictis magnopere Pindarus animum intendens hoc carmen fudit:

Ismenon aut Meliam sagittis cum aureis,
Cadmumue, sacrum aut Spartiatarum genus,
Aut Herculis robur precellens vincere.

Quod vt Corinnæ ostendit, ridens illa, manu dixit semen spargendum, nõ toto culeo. Quippe re vera collectitiam quandam fabulatum Pindarus farraginem congessit, atque in hoc carmen elusit: Cæterum versari poëticam circa fabulositatẽ etiam Plato est professus. Fabula autem oratio esse vult veritatis æmula. Quare longe à factis abest: si historia facti, historiæ fabula imago & simu-

& simulachrum est: tantumq; vincuntur ab historiographis rerum fictores, quanto agentibus historici posthabentur. Atque in poësi quidem vel modis condendis non habuit hæc vrbs artificem celebrem. Nam Cinesias odiosus fuisse videtur dithyramborum poëta, atq; ipse infœcundus & inglorius extitit. Derisui autem & ludibrio habitus à comicis infelix fuit ad gloriam. Inter fabulas vero adeo est comœdia abiecta & illepida habita, vt lege sancitum sit, ne quis comœdiã componeret Areopagita. At floruit tragœdia inclaruitque, ac mirificum eius ætatis hominum acroama & spectaculum est existimatum: præbuitque fabulis & affectibus captionem, vt ait Gorgias: qua qui cepit, iustior est quam qui non cepit: capt usque non capto sapientior sit. Qui cepit, iustior, qui hoc professus sit: captus sapientior, quod facile teneatur ab orationis suauitate, qui
10 non est stupidus. Quem igitur fructum præclaræ tragœdiæ Athenis tulerunt, qualem Themistoclis prudentia qui muris vrbem cinxit: qualem Periclis industria, quæ arcem exornauit: qualem Miltiades, qui seruitutem à ciuitate depulit: qualem Cimon, qui eam ad summam imperii prouexit? Si æque Euripidis sapientia, Sophoclis facundia, Æschyli mel aliquid mali auertit, vel splendoris conciliauit: verum sit, vt fabulas cum trophæis componamus, prætorio theatrum adæquemus, vt cum strenuo fabularum doctorem pertendamus: Visne illos ipsos introducamus notas factorum suorum & insignia apportantes, ac parti vtriq; seorsum transitum præbeamus? Hinc ergo accedant ad tibias & lyras poëtæ, qui dicant & canten:

20 *Lingua fauendum, decedendumque est via*
Nostris ei, huius qui sermonis est rudis,
Lingua vel impura, aut insignium orgia
Nunquam cecinit Musarum aut saltauit sacra,
Neq; Tauriuori Cratini initiatus est
Mysteriis.

Amictus, personas, aras, machinas ex scena versatiles, & mensas victoriosas ferant, Histriones eos Tragi, Nicostrati, Callippede, Menisce, Theodori, & Poli comitentur tragœdiæ sicut fœminæ luxuriosæ comptores & lecticarii: vel potius vt signorum encaustæ, inauratores, & tinctores assectentur. Amictuum, personarum, Xystidum conchiliatarum, machinarum scenicarum, chorimagistrorum, & satellitum odiosa natio, & impensa paretur immensa quę Lacon quispiam re-
30 spiciens non absurde dicat: Quantum peccant Athenienses, tantum qui in ludum serii impendunt: id est magnarum classium sumptus & exercituum stipendia effundunt in theatrum. Quãdo si ad calculum reuocetur quanti fabula quæq; steterit: plus impendisse planum fiet hunc populum in Bacchas, Phœnissas, Oedipodas, Antigonam, Medeæ & Electræ calamitates, quã pro imperio & libertate belligerans cum barbaris erogauit. Duces sæpenumero postquam edixerant, vt incocta cibaria milites secum ferrent, eduxerunt eos ad prælia Et herclè trietarchi sociis naualibus parata farina & in opsonium cepis & caseo imposuerunt eos in nauibus. Choragi vero mimis anguillas, lactuculas, alii nucleos, & medullam apponentes in longum tempus conuiuio excipiebant, dum vocẽ exercerent & genio indulgerent. Atq; ex his, qui succubuissent, hoc
40 restabat eis, vt exploderentur & illuderentur: Victores non mensam assequebantur, non monimentum palmæ, vt est Demetrius author,

Sed in rudentibus vitam depositam,
Demortuorumq; cenotaphiam domum.

Nam huiusmodi exitus extiterunt poëticæ, neq; inde clarius quicquam. Imperatores vicissim ex altera parte transeuntes spectemus: quos prætergredientes profecto faustis exclamationibus excipere atque assurgere ignauos, ciuilium artium rudes, & paganos oportet: quicunq; ad ea opera animo & consilio sunt profani, neq; Miltiadis Medorum extinctoris, neque Persarum percussoris Themistoclis manus furore initiati sunt. Martia hæc est comessatio, ex terra simul phalangibus, classibus ex mari, manubiis & trophæis grauis.

Bellona Martis audi filia
50 auspicans præludium,
Sacrum vt libamen fortes effundite mortem.

vt Epaminondas dixit, in quibus sunt, qui pro patria arisque & focis dedunt se præclarissimis & acerrimis certaminibus: quorum videre videor accedentes victorias, quæ non bouem trahant palmæ præmium vel hircum neque hedera sunt coronatæ & fecem Bacchicam resipiunt: sed earum sunt solidæ vrbes, insulæ, continentes, oræ maritimæ, coloniæ frequentes deductæ, ac variis circumfusæ sunt triumphis & prædis. Quarum statuæ & monimenta, Parthenones hecatompedi, australes muri, naualia, vestibula, Chersonesus, Amphipolis, Marathon Miltiadis lautã am prosequitur, Themistoclis Salamin nauiũ naufragia mille calcantem. Fert illa Cimonis centum triremes, ab Eurymedõte Phœnissas, Demostenis & Cleonis à Spacteria captiuum Brasidæ clypeum vinctosque milites. Sepit vrbem Cimonis palma, Thrasybuli populum ex Phila liberum re-

rum tedúcit. Illæ Alciabidis collapsam in Sicilia ciuitatem erigunt, ex Nilei & Androcli circa Lydiam & Cariam certaminibus deuastatam aspexit Græcia Ioniam. Cæterarum quamq; si roges, quid ciuitati attulerint commodi: hæc Lesbon proferet, illa Samum, Cyprum alia, alia Pontum Euxinum, quingentas alia triremes, alia præter gloriam & trophæa decem millia talentûm. Horum causa festos dies agit ciuitas, horum causa diis honorem habet: non ob Æschyli victorias vel Sophoclis: neq; quando cum Ærope cõsuetudinem habuit Carinus, vel cum Hectote Astydamas, sed sexto die Bœdromionis in hunc vsq; diem victoriam Marathonicam ciuitas celebrat. Sexto die eiusdem mensis propter Chabriæ ad Naxam victoriam vim congiarium datur. Duodecimo recuperatæ libertatis causa ad gratias diis habendas sacrificabant. Illo enim die ciues ex Phila domum redierunt. Tertio die victoria ad Platæas potiti sunt Sextumdecimum Munichionis Dianæ sacrauerunt. Quo die vincentibus apud Salamina Græcis dea pleno orbe illuxit. Duodecimum Scirrophotionis solenniotem fecit acies Mantiniaca: quo reliquis sociis profligatis & terga dantibus soli pulso, quod ipsis oppositum fuit, cornu trophæum de vincentibus statuerunt hostibus. Hæc ciuitatem ad gloriam, hæc ad magnum nomen euexere. Horum gratia columen Græciæ appellauit Pindarus Athenas: non quod Phrynichi tragœdiis & Thespidis Græcos erigerent: sed cum primum, vt ille ipse ait, apud Artemisium

Cecropidæ clarum libertatis posuere
Fundamentum.

Ac Salamine, Mycale & Platæis quasi adamantinis fultam Græciæ libertatem cæteris mortalibus tradiderunt. At hercle illa poëtarum ludus sunt, oratores vero cum ducibus comparati aliquam prærogatiuam habent. Vnde verisimile est, vt false ridens Demosthenem Æschynes ait dicere eum, iudicium dictaturum se, & controuersiam pulpito cum prætorio constituturum. Num igitur præferenda est oratio Hyperidis Plataica cum Plateaica victoria Aristidis? aut Lysiæ in triginta tyrannos cum Thrasybuli & Archiæ oppressione tyrannorum? aut Æschynis in Timarchum de scortatione cum Phocionis ope Byzantiis lata? qua obstitit, ne sociorum liberi contumelia afficerentur & ludibrio essent Macedonibus: aut cum coronis, quas Græcia ab illo liberata ei communi decreto detulit, Demosthenis de corona conferamus orationem, in qua hoc luculentissimum & disertissimum fecit orator ille: quod iuramento testatus est maiores, qui in Marathone pro Græcia decertauerant: aut eos, qui in scholis iuuentutem rudimenta docuerunt atq; in his Isocrates, Antiphontas & Isæos? Cæterum hos ciuitas publicis funerib. extulit, cum corporum reliquias accepisset: atque inter cœlestes orator ille eos, quorum non sequebatur vestigia, retulit iuramentis. Isocrates illos, qui pro Græcia discrimini se obtulerant in Marathone, tanquam sub alienis animabus prædicat dimicasse, audaciamq; eorum & vitæ contemptum miris laudibus commendauit: cum ipse, vt fama est, iam senex, quemadmodum haberet, quærenti: Ita, inquit, vt homo, qui supra nonaginta annos natus mortem summum malum ducit: Neq; n. acuendis gladiis, vel lancea cuspidanda, vel galea extergenda, vel æra merendo, nec socius naualis, sed antithetis, parisis, & homœoptotis conglutinandis & cõtexendis tantum non sceptris & strigilibus comprehensiones & ambitus verborum poliens & concinnans consenuit. Non mirum igitur si strepitum armorum exhorruisset & concursum aciei, homo qui committere cum vocali vocalem & syllaba isocolon truncum proferre timuit. Miltiades quidem ipse postridie, quam in Marathone acie pugnasset, in vrbem cum exercitu victor rediit. Et Pericles, qui nono mense Samios subiugauit, magis gloriabatur quam Agamemnon, qui decimo anno Troiam ceperat. Isocrates fere tres Olympiadas in scribenda oratione panegyrica posuit: qui nõ fecit tanto spacio stipendia, neq; legationem obiit, neq; oppidum condidit, neque nauarchus in bellum est missus, tametsi sexcenta bella ea tempestas tulerit. Verum interea, dum Eubœam Timotheus in libertatem vindicauit, Chabrias circa Naxum classe dimicauit, ad Lecbæon Iphicrates cohortem Lacedæmoniorũ cõcidit, liberataq; ciuitate populus in pari conditione constituit Græciam: domi desidebat librum effingens dictionibus tam diu, quam vestibula Pericles & templa Hecatompeda excitauit: quamuis etiam hunc, quod segnius opera consummaret, ridens Cratinus in hunc modum de intermedio muro dicat:

Iam pridem haud cessat murum iactare Pericles
Verbis, at re ipsa nil præstat.

E diuerso sophisticam ignauiam specta, quæ vitæ nonam partem vnam in orationem absumpsit. At enim secundum Demosthenis oratoris orationes meretur cum ducibus comparari oratio in Cononis amentiam, illius ad Pylum trophæis, illa contra Amathusium de mancipiis Spartiatis ab illo in seruitutem abreptis: aut quod orationem aduersus incolas scripsit: cuius ope Alcibiades Mantineos & Elios in Lacedæmonios concitauit. Atqui publicæ orationes hanc merentur laudem: quod Philippicis ad res gerendas incitet, & actionem Leptinis celebret.

PLVTARCHI
De exilio, Commentarius.

SICVT amicos optimos & firmissimos, ita sermones esse ferunt eos, qui in calamitatibus præsto sunt utiliter & opem ferunt: Quandoquidem multi adsunt & colloquuntur cum iis, qui impegerunt, verū nullo cum fructu, imo cū pernicie: perinde ac natandi rudes, qui eos, qui obruti sunt fluctibus, moliuntur succurrere, cōplexi ab illis vna vndis hauriuntur. Debet vero amicorum & opitulantium oratio consolatio non patrocinium esse. Neq; illachrymantibus casui nostro sicut choris tragicis in miseriis nostris opus habemus, sed monentibus & demonstrantibus mœrere & animum abiicere cum vbique sterile esse, tum q; id nequicquam & stulte, tum quando res ipsæ permittunt ab oratione contrectatæ & detectæ, vt apud teipsum dicas:

Mali nihil tibi accidit, ni simules.

sanequam ridiculum sit non ex corpore requirere: quid tibi abest: neque ex animo num eo ex casu labefactatus sit: sed extra te vicem tuam dolentes & malis tuis ingemiscentes magistros adhibere doloris. Quare nos seorsum nobiscum agētes in singulis casibus velut oneribus animum nostrum excutiamus. Nam corpus quidem degrauantis fasce premitur: animus vero molestius frequenter pondus ex seipso adiicit. Durus sua spōte est lapis, glacies sua spōte gelida, neq; à foris rigores hosce fortuito & cōcretiones adterunt. Exilia, infamias, repulsas in petendis honoribus, sicut vice versa coronas, magistratus, primatus, quia nō ex nostra natura, sed ex nostro habent iudicio affligendi & exhilarandi modum, ea sibi quisq; ipse leuia, grauia, & facilia ad ferendum efficit, & contra. Polynicum audias licet respondentem, cum ita ex eo quæsitum esset:

Quid pátria priuari ingens an non malum?
Est maximum sed re quam dicto grandius.

Contra Alemanem, vt cecinit, qui hoc epigramma condidit,

Sardaici patres in vestro ego si agmine vitam
Duxissem, celsus aut aliquis Macelas
Concaua veste ego in aurata tunc tympana pulsem.
Alcman nunc nomen, Sparta mihi patria est,
Musam tractaui Græcam, longeque tyrannos
Dascyleum supra hæc me extulit atq; Gygem.

Quippe eandem rem vni commodam opinio sicut probum nummum, alteri incommodam & noxiam reddit. Sit sane res acerba, vt complures dicunt & canunt, exilium. Etiam multa esculenta amara, acria, & mordicantia sunt gustus. At temperando ea dulcibus & suauibus, tædium tollimus. Sunt & offendentes oculos colores, qui nulla confusione & luminis interpolatione ob violentam asperitatem leniri valent. Si ergo ad illam emendandam offensionem vmbraculis admiscemus aut aciem auertimus ad viridantia & blanda: idem in cladibus facere potes, ac diluere eas præsentis conditionis tuæ cōmoditate & facilitate, re familiari, amicis, ocio, necessariorum ad vitam copia. Neq; enim multos esse reor Sardianos, quin sortem tuam vel cum exilio præoptent: quos non pœniteat ita peregre viuere, quam vt cochleatum more testis affixos, neque quicquam aliud boni experientes domi viuere nulla interpellante molestia. Quomodo igitur in comœdia quidam, qui aduersa ictum fortuna amicum confirmat, atq; vt repugnet fortunæ, admonet: quærente illo qua ratione respondet philosophice: perinde nos ei philosophando recte reniramur. Ioui pluenti & spiranti Boreæ quomodo renitimur? Ignem quærendo, balneum, vestem, tectum. Neq; enim quando funditur imber, desidemus vel ploramus. Tibi æque si cuiquā alii licet perfrigeratam hanc vitæ partē recreare & refouere citra alia adminicula, si tantum vtaris præsenti sorte moderate. Cucurbitulæ modicæ, quæ vitiosissimum sanguinem corpori detrahunt, alleuant & seruant reliquum. At præcipites qui sunt in mœrorē & queruli, cum ex rebus suis colligunt & repurant assidue acerbissima quæque, neq; à molestiis animum abducunt: hi vel vtilia reddunt sibi inutilia in articulo, quo maxime succurrere valent. Nam heus tu gemina dolia, quæ Homerus dicit fatorum plena in cœlo posita esse, vnum bonorum, alterum malorum, nō sedet Iupiter dispensans & emittens aliis læta & temperata, aliis meros riuos malorum: sed ex nobisipsis sani qui sunt, aliqua bona infundentes malis vitam efficiūt suauiorem & potabiliorem: vulgo hominum sicut colis applicant se & adhærescunt effluentibus melioribus deterrtima. Quocirca si vulnere quopiam vere & acerbitate icti fuerimus, ex præsentibus & relictis bonis amplecti debemus iucunda & læta, & nostris aliena lenire. Quorū vero natura nullus est contagione mali suffusa: sed totum atq; omne, quod torquet, ex vana fictum est opinione: hanc oportet, sicut metuentibus personas pueris prope admonendo eas &

conuertendo assuefacimus illas contemnere: ex propinquo item contrectando & consilium confirmando, flaccidam, inanem, & tragicam speciem aperire: qualis est nunc tua ista causa ex ea, quæ putatur, patria. Nam natura nulla est patria, vt nec domicilium neq; prædiũ, neque officina æraria, vt Aristo dixit, vel medica: sed fit, imo appellatur & nominatur horum quodque quantum ad habitatorem & vtentem. Homo enim, vt est apud Platonem, non est stirps terræ infixa neq; immota: sed cœlestis ex capite sicut radice, quod corpus dirigit, ad cœlum conuersa. Hinc dixit Hercules:

Argiuus haud sum vel Thebanus: non lego
Vnam, omnis est mihi turris patria
Graciæ.

Melius Socrates, qui non Atheniensem se, neq; Græcum, sed esse ostendit mundanum, ceu Rhodium dicas vel Corinthium: quod neq; Sunio, neq; Tenaro, neq; Ceraunicis incluserit se montibus:

Vides in edito sublimem hunc æthera,
Complectitur madidis qui terram brachiis.

Hi patriæ sunt nostræ limites: neq; est exul vel hospes vel peregrinus quisquã, vbi idẽ est ignis, aqua, aër: consules iidem & senatores sol, luna, lucifer: leges omnibus eædem sub vno ordine atque imperio, solstitia Aquilonaria, solstitia Austrina, æquinoctium, Vergiliæ, Arcturus, articul⁹ sementis, articulus plantandi: rex etiam & princeps vnus deus, qui principiũ, medium, ac finẽ tenet vniuersitatis, cuncta cõplet directo tramite naturaliter ea lustrans. Eum iustitia digrediẽtium ex diuina lege vindex comitatur: qua vtimur natura duce aduersus cũctos mortales vt ciues mortales cuncti. Quod Sardeis non colas, nihil refert. Neq; Athenienses colunt omnes Colyton, neq; Corinthii Cranio, neq; Pitanen Lacones. Num igitur, qui ex Melite Diomidem demigrauerunt, hospites & extorres sunt Athenienses: vbi etiam mensem Metagitnionẽ & solenne agunt, cui migratio nomen dedit Metagitnia: qui viciniratem cũ aliis æquo animo & hilari admittũt, in eaq; acquiescunt: Minime dixeris. Quæ igitur habitatæ terræ vel vniuersę pars longe altera ab altera remota est, quam demonstrãt mathematici puncti instar esse, si cũ cœlo comparetur, indiuidui? At nos formicarum vel apum modo nido vno vel alueari profugi angimũr & cruciamur: nec nouimus omnia nobis propria, vt sunt facere & ducere. Et quidem stoliditatem ridemus eorũ, Athenis qui iactant meliorem quam Corinthi lunam esse: cum tamen idem nobis accidat, quando non agnoscim⁹, vbi peregre sumus, terram, mare, aëra, cœlũ, quasi alia sint & discrepantia à consuetis. Natura emancipat nos & solutos dimittit: contra nos constringimus nosmetipsi, in arctum cogimus, domo includimus, in exigua & angusta redigimus. Ita ne vero Persarum reges ludimus, modo verum sit, quod qui haustu Choaspi solum potant, reliquum orbem faciunt sibi sitientem: nos vbi solum vertimus, dum Cephisum gliscimus, Eurotamq; vel Taygetum vel Parnassum appetimus, nullam in orbe terræ vrbem & domiciliũ nobisipsis relinquimus. Ægyptii aliqui, cum propter offensam quampiam & sæuitiam regis in Æthiopiam demigrassent, orantibus, redirent ad liberos & coniuges, monstrarunt more Cynico inuerecundius verenda: nuptiasq; & sobolem negauerunt sibi, quoad hæc secum ferrent, defuturas. Pudentius & honestius dicere licet: vbi & cui necessaria mediocriter ad vitam suppetunt: ibi eum neq; oppido, neq; tecto carere, neq; peregrinum esse. Tantum applicare his mentem & animum oportet, sicut anchoram gubernator: vt vti queat portu, quocunq; appulerit. Opes sane non est pronum amissas breui recuperare. Patria fit omne oppidum homini, qui vti eo didicit, & radices habet, quæ vbiq; viuere & adolescere, omniq; loco coalescere valeãt: quales habuit Themistocles, quales Demetrius Phalereus. Hic Alexandriam profugus princeps fuit Ptolemæi amicorum, ac non tantum ipse in magna rerum affluentia egit, verum etiam Atheniensibus munera misit. Themistocles, qui sumptibus regiis quasi in Prytaneo victum habebat, dixisse perhibetur vxori & liberis: Perieramus: nisi periissemus. Hinc Diogenes Cynicus dicenti Sinopenses tibi exilium irrogauerunt: Ego illis, inquit, in Ponto mansionem extremis in littoribus Euxini Ponti. Stratonicus aduenam quendam Seriphi rogauit, quodnã crimen lege apud eos exilio expiaretur. Vt audiuit testamentarios exterminari: Quin igitur, inquit, testamentũ supposuisti, quo ex his angustiis solum mutes illuc,

Ficos, Comicus ait, *vbi fundis demeti*,

atq; omnia habere, quibus sit opus, insulam. Si namq; consideres reiecta inani opinione verum: qui vnius est oppidi ciuis, hic hospes est aliis in omnibus & peregrinus. Neq; enim honestũ esse vel verum videtur: vt relicto tuo colas aliud: Spartam sortitus es, hanc orna, quantumuis ignobilis & pestilens sit, licet laboret intra se seditionib⁹ & negociis parum salubribus. Cui vero patriam extorsit fortuna suam: huic dedit, vt eam, quæ ipsi cordi sit, tenere possit. Quippe præclarum illud Pythagoreorum præceptum: Vitam delige optimam, iucundã consuetudo efficiet:

etiam

etiam hic prudens sit & conducibile. Vrbem delige optimam, gratissimam patriam eam dies efficiet: ac patriam, quæ non distringat te, non fatiget, non imperet: Infer tributum, legationẽ Romam obi, excipe hospitio præsidem, munus publicũ præsta. Quæ si subiicias tibi, modo mẽte præditus sis, nec semel delires: eliges vel insulam patria pulsus Gyaron vel asperam Cinaron, infœcundam, & plantis malignam: nec fracto eris animo, vel lamentis te dedes, nec vsurpabis dicta illarum apud Simonidem mulierum:

Purpureum tumidis mare me circumfremit vndis.

Quin potius illud Philippi reputabis. Qui cum in palæstra cecidisset, & conuersus corporis vidisset formulam: Pape, inquit, quam exiguam terræ portionem occupamus, qui appetimus
10 orbem vniuersum. Vidisse arbitror te Naxum: si minus, at nobis vicinum Thuriam. Atqui ista Ephialtem & Otum cepit, hæc fuit Orionis domicilium. Alcmæon limum recenti compactum Acheloi alluuie incoluit fugiens, vt poetæ perhibent, Eumenidas. Ego illum quoque coniicio fugientem ciuiles magistratus, motus, & furiosas calumnias maluisse exiguum prædium in ocio & quiete incolere. Tiberius Cæsar in Capreis septem annos ad excessum suum vsque vixit, atq; orbis terrarum princeps illa ædes tanquam in cor coacta nusquam se tanto interuallo mouit. Cæterum illi quidem principales curæ offusæ atq; ad eum vndique affluentes quietem insularem præbuerunt parum synceram & tranquillam. Cui vero licet in angustam descendenti insulam non paruis se expedire malis: hic miser sit, nisi hæc Pindarica sibi suggerat & occinat crebro:

20 *Leuem cupressum ama, Cretaq; pascua*
Fac missa: concessum est modicum mihi rusculum,
Quod vacuum licet sit arboribus, tamen
Non luctibus sum obnoxius,

neq; seditionibus, neq; principis edictis, neq; ministeriis reip. temporibus postulantibus, neq; muneribus publicis, quæ causationem ægre admittunt. Quando enim non maledicere Callimachus videtur,

Ne metiare Persico sapientiam
Schœno:

num felicitatis schœnis & parasangis modum inibimus, ac si in insula agitemus, quæ in ambitu
30 ducentis stadiis non quatuor dierum nauigatione vt Sicilia pateat, affligere nos & lamentari vt calamitosi debemus? Quid enim ad vitam lætam regio laxa? Non audis dicentem in Tragœdia Tantalum:

Bis sex dierum itineris aruum ego sero
Berecynthio ex agro.

Mox subiicientem,

Animus meus aliquando summis inhians
Delapsus est humi, ac suggessit talia:
Disce obstupescere non nimis mortalia.

Nausithous spaciosis relictis Hyperiæ campis, quod finitimos haberent Cyclopas, in insulam
40 sedes transferens vltro aliis procul mortalibus, habitansq;, vbi cum multis hominibus haberet commercium,

vndosa per æquora solus

vitam ciuibus suis parauit suauissimam. Cycladas ante Minois filii, post Codri & Nilei tenuere: in quibus amentes exules plecti putant se. Et quidem quæ exulum insula nõ est agro Scilluntio patentior, in quo post expeditionem hilarem senectam Xenophon vidit. Academia tribus millibus drachmarum comparatum prædiolum penatus fuit Platonis, Xenocratis, & Polemonis: qui literis vbi vacarunt, totamq; vitam traduxerunt, die excepto vno, quo Xenocrates quoque anno transibat in vrbem ludis Bacchanalibus nouorum tragœdorum ornans, vti ferebat, solenne. Aristotelem etiam insectatus est Theocritus Chius: quod contubernium amplexus Phi-
50 lippi & Alexandri in Borbori ripis quam in Academia habitare maluerit. Est amnis iuxta Pellam, quem Macedones Borborum vocant. Insulas quasi dedita opera celebrat & commendat nobis Homerus:

Deuenit Lemnum, sacri sedesq; Thoantis,
Et quæcunq; deum Lesbos domus alma recondit. Et,
Excelsam tenuit qui Scyron Eyeis vrbem, Et,
Ills ex Dulichio, est hoc inter Echinadas almas,
Vltra quæ pelagus posita sunt Elida contra.

Iam ex viris illustribus insulam incoluisse fama tenet sanctissimum Aeolum, sapientissimũ Vlyssem, fortissimum Aiacem, hospitalissimum Alcinoum. Zeno, vt ad eum est delatum, nauẽ, quæ

teticam amplecteris & suscipis maxime, Aristoteles fuit ex Stagira, ex Ereso Theophrast⁹: Strato è Lampsaco, Glycon ex Troade, Aristo ex Cea Critolaus Phaselites. Si Stoicã, Citiensis Zeno, Cleanthes Lyssius, Chrysippus Solensis, Diogenes Babylonius, Antipater Tarsensis, Atheniensis Archedemus in Parthos migrauit Babylone, atq; illic successionem Stoicam reliquit. Hos autem quis est insectatus? Nemo. Cæterum sectantes ipsi ocium, quo frui non admodum domi integrum est iis, qui quantulacunq; authoritate vel opibus sunt prædìti, cætera libris suis, hæc factis nos docent. Et nunc quoque probatissimus & optimus quisque peregre viuit: non quia pulsus fuerit, sed quod emigrarit: non quod in exilium sit actus, sed fugiat vltro molestias, interpellationes, & negocia, quæ patriæ imponunt. Sane antiquis Musæ optima & excellentissima opera exilii ope consummauerunt. Thucydides Atheniensis bellum inter Peloponnesios & Athenienses gestum conscripsit in Thracia ad Scapten Hylen, Xenophon Syllonte Eliorũ, Philistus in Epiro, Tauromenites Timæus Athenis, Androtion Atheniensis Megaræ, in Peloponneso poeta Bacchylides sua est cõmentatus: omnes hi pluresq; alii patriis profugi non desponderunt animos neq; abiecerunt se ipsi: verum ingeniorum suorum felicitatem explicauerunt occasionem mutuati à fortuna exilium, cuius causa vbiq; etiam defuncti celebrantur: cum eorum, qui hos pepulerunt, inuidiaq; conflata & factione oppresserunt, mentio nullius sit vlla relicta. Quare ridiculus est ille, qui labem adesse exilio censet. Heus tu, famosus est Diogenes? quem vt vidit in sole Alexãder apricantem assistens rogauit, ecqua re opus haberet: Quo nulla respondente, nisi quod peteret, vt paulum ex sole recederet: stupens ingentes eius spirit⁹, amicis ait: Nisi Alexander essem, Diogenes esse vellem. Infamis fuit Roma exactus Camillus, cuius nunc alter conditor prædicatur. Nec vero Themistocles, quam inter Græcos obtinebat, amisit extorris gloriam, sed insuper apud barbaros comparauit. Neq; est adeo ignauus quisquam vel degener, qui esse mauelit se Leocratem, qui nomen eius detulit, quã exilio mulctatum Themistoclem: & Clodium, qui exterminauit, quam qui exterminatus fuit, Ciceronem: & Aristophontem, qui postulauit, quam Timotheum, qui patria cessit. At quoniam multos verba Euripidis, quem mire exagitare exiliũ apparet, commouent: videamus quæ dicat, singulatim quærens ac respondens:

Quid patria priuari ingens an non malum?
Est maximum, sed re quam dicto grauius.
Quid cedo nam mali est, premit quod exules?
Hoc maximum, non est eis vox libera.
Seruile, id est, quæ sentias, non dicere.
Potentiorum perferenda inscitia est.

Hæc ille non recte neq; ex vero censet. Primum, non est seruile, quæ quis sentit, nõ expromere, sed viri cordati, quando tempora & res reticentiam & silentium postulant: vt ille ipse alias dixit rectius:

Loco tacere, & quando securum, loqui.

Deinde eorum, qui rerum potiuntur, inscitiam non secus qui domi manent, quam qui exulant, necesse habent ferre. Quin etiam sæpe multo magis qui domi manent, quam qui abscesserunt, iniquas factiosorum in ciuitatibus calumnias vel violentias formidant. Hoc vero multo maximum est, si liberam vocem exulibus præcidit. Fuit scilicet mutus Theodorus: qui, cũ rex ei obiiceret Lysimachus: Tua te istis moribus patria in exilium dedit: Vero, inquit: quod me non ferret, sicut Liberum patrem Semele. Neq; eum perculit, cũ ostendisset ei in cauea Thelesphorum, cui oculos eruerat, quem naso, auribus, & lingua mutilauerat, diceretq;: Ita in male de me merentes consulo. Quid Diogenes, non habuit liberam vocem? Qui castra Philippi ingressus: quo tempore pergebat ille ad dimicandum cum Græcis, atq; ad eum pro speculatore attractus: Certe, inquit, speculatũ accessi immodicæ tuæ cupiditatis & amentiæ, qui breui momẽto aleã iacturus venis de regno simul & de capite. Quid vero Annibal Pœnus, nonne libere egit cum Antiocho, exul cum rege? cum oblata occasione monuit eum, vt hostes adoriretur. Qui cum immolasset, & fœda exta diceret esse, increpauit eum fatus: Tu quid caro præscribit, agis, non quid vir prudens? Sed nec geometris quidem vel mathematicis ademit exilium linguæ libertatem: quin de iis, qui tenent & perceperunt, disserant. Multo minus profecto viris bonis & fortibus. Cæterum animus degener vocem vbiuis claudit: linguam detorquet, obtundit, & elinguẽ reddit. Illa porro, quæ subiungit Euripides, qualia tandem sunt?

Spes exules, sicut vulgo ferunt, alit.
Pulchris vident oculis, morantur attamen.

At est stoliditatis id quoq; potius quam exilii crimen. Quippe qui non didicerunt neq; norunt præsenti sorte vti: sed qui semper pendent ex futuro, inhiantq; absentibus, spe quasi in rate iactantur, etiamsi pedem extra muros nunquam extulerint.

Paterni amici & hospites prosunt nihil?
Bene sit tibi, rebus amici nil male.
Natalium nec splendor in altum te extulit?
Malum est egere, non autem me aluit genus.

Hæc iam Polynices vt ingratus, qui nobilitatem suam contemptui haberi, & amicis orbum exilium prædicat: cum tamen propter generis claritatem nuptias exul regias obtinuerit, amicorum vero subsidio & opibus septus ingentibus expeditionem fecerit: quod ipse paulo post fatetur:

Multi ex Mycenis & Danai iam adsunt mihi,
Acerbam opem sed opportunam vt afferant. 10

Conformia matris lamentantis verba sunt:

Nec nuptiales accendi faces tibi,
Hymen nec adfuit, nec te Ismenius lauit.

Debebat vero hæc gaudere & præclare secum agi putare: postquam filium intellexit tam amplam regiam colere. At faces illa dum leget non accensas, nec lauacrum præbuisse Ismenium, quasi Argis neq; aqua nuptiis neq; ignis suppeditet, vanitatis & stultitiæ mala exilio adiungit. At probrosus est exul: Nempe apud insipientes: qui etiam mendicum, caluũ, & pusillũ probrosum putant, & vero etiam peregrinum & incolam. Imo qui his erroribus non tenentur, honorem habent, quamuis inopes, quamuis peregrini, quamuis exules sint, bonis viris. An non videmus sicut Parthenonem & Eleusinium fanum, ita etiam Thesei ab omnibus adorari? Atqui fuit 20 extorris Theseus Athenis, propter quem habent nunc Athenas homines, vrbemq; amisit, quã non acceperat, sed ipse condiderat. Eleusini vero quid superest præclari, si nos Eumolpi pudet: qui cum solum mutasset ex Thracia, Græcos initiauit sacris & initiat. Codrus deniq; quonã ortus patre regnauit, Melanthone Messenio exule? Non laudas hoc Antisthenis ad eum, qui ipsi obiecit, Phrygia est genitrix tua: Sane & deum mater. Quin tu idem, si ex probretur tibi exilium, respondes? Nimirum & Herculis Victoris exul fuit pater, & Liberi patris auus: qui ad inuestigandam missus Europam, nec ipse regressus est,

Phœnicia ortus qui exulem gignit prolem,

Vt Thebas est ingressus,

Bacchas cientem Liberum, 30
Honoribus furiosis, qui gaudet coli.

Iam quæ obscure notauit & Æschylus, dum ait:

Apollinem castum exulem cælo deum.

His lingua fauendum, vt Herodoti verbis vtar. Empedocles in philosophiæ auspiciis præfatus.

Vrget enim vetus ac stabilis sententia diuum,
Quem scelerum metus ater agit, trepidumq; fatigat,
Dæmones hunc longa sortiti tempora vitæ,
Pellitis à superum facie per secula multa:
Quos ego nunc inter diuis procul exul aberro.

Non se modo, sed posteros quoque ostendit omnes extorres hic, hospitesq; & exules nos esse. 40 Neq; enim sanguis, inquit, neque spiritus temperatus vobis homines animæ essentiam & principium præbuerunt: sed ex his est corpus conflatum terrenum & caducum, animæ vero, quæ aliunde huc delata est, ortum speciosissimo & blandissimo nomine appellat peregrinationem. Ac reuera profuga est & palatur diuinis expulsa decretis & legibus. Inde quasi influctuãte multum insula, vt est apud Platonem, ostrei vice illigata corpori, quod non recordetur, neq; in animum reuocet,

Ex quantis opibus, qualiq; orbatus honore

profugerit, nec Sardeis Athenis, neq; Corinthum Lemno vel Scyro, sed cœlum & lunam terra & terrestri permutauerit vita: si exiguum ibi locum ex loco variet, grauiter & indigne fert, sicut vitiosa stirps extabescens, quamuis stirpi solum alio aliud accommodatius est, in quo adolescat & fruticetur melius. Hominem beatitate nullus expoliat locus, sicut neq; virtute neque intelligentia: sed Anaxagoras in carcere de quadrando circulo scripsit. Socrates, cum venenum hauriret, philosophabatur, & ad philosophiam colendam familiares suos excitabat: cui illi gratulabantur vt beato. Phaëtontem vero & Tantalum, quamuis scanderint in cœlum, perhibent poëtæ propter dementiam tamen in summas miserias incidisse.

Apophthegmata, *idest*, succincte & acute dicta regum & imperatorum.

ARTAXERXES Persarum rex, maxime Imperator Cæsar Traiane, qui iuxta censebat regium esse & benignum capere candido & alacri animo exigua, atq; ingentia donare, cum homo pertenuis & plebeius, cui nihil erat aliud, sumptam ex amne ambabus manibus aquam ei equitanti in itinere obtulisset, accepit hanc graro animo, arrisitq; ex propensoanimo dantis, non ex dati precio munus æstimans. Lycurgus simplicissimas hostias Spartæ præscripsit: quo sempet deos ex iis, quæ ad manum essent, colere prompre & facile valèrent. Pari mente cum leuia tibi dona, xenia, & communia ex philosophia afferam libamina, vna cum animi nostri prompta voluntate vtilitatem accipe memorabilium dictorum, quæ regulam aliquam habent ad perspicienda ingenia & studia principum virorum: cum ea ex dictis eorum magis quam factis eluceant. Quanquam etiam vitas complectitur commentarius noster clarissimorum tam apud Romanos, quam apud Græcos ducum, legumlatorum, & principum. Cæterum interpolatæ actiones plæræq; fortuna sunt. Quæ vero emittuntur in actionibus, ærumnis, & casibus sentenriæ & dicta, præbent sicut in speculis dilucide cuiusq; animi speculationem. Ac Perses Siramnes mirantibus, quod cum dicta eius prudentiæ plena essent, nihil gereret prospere, verba sua ait in arbitrio suo esse, in fortunæ & regis gesta. Atq; illic quidem illustrium virorum dicta, cum actus habeant adiunctos, ociosas aures quærunt: hic vero dicta seorsum tanquam tenorum animi specimina & semina contracta nihil existimo tempus tuum interpellatura: cum in paucis complures viros memorabiles valeas contemplari.

Persæ viros adunco naso amant & pro pulcherrimis habent: quod quem in regibus summe dilexerunt, ea specie Cyrus fuerit.

Dixit CYRVS, qui sibi ipsis nollent, eos aliis cogi bona suppeditare. Imperare nemini conuenire, qui parentibus non præstet. Tendentibus Persis monrosam suam & asperam regionem campestri & molli commutare non indulsit, dicens & plantarum semina & hominum mores solum æmulari.

DARIVS Xerxis genitor seipse celebrans, in præliis dixit & præsenti in discrimine fieri se sapientiorem. Cum tributa descripsisset subditis, principes prouinciarum exciuit, ac de tributis ecquid grauia forent, rogauit. Vbi responderunt, sic satis bene esse, dimidium eorum pendere quemq; iussit. Cum malum punicum aperuisset grande, requisitus à quodam: quid cupiat tanto numero, quantus acinorum esset, habere: Zopyros respondit. Fuit vir bonus & eius amicus Zopyrus. Cum semetipse flagris Zopyrus cæcidisset, nasoq; & auribus mutilaris Babylonios circumuenisset, quibus fidem ei adiungentibus prodidit Dario vrbem: sæpius est ex Dario auditum, malle se integrum Zopyrum babere, quam centum potiri Babylonibus. Semiramis parato sibi conditorio inscripsit: Siquis regum pecunia indigeret, aperiret monimentum, acciperetq; quantum liberet. Quod vbi refregit Darius, nummos quidem non inuenit, sed incidit in scripturam aliam, quæ hoc significabat: Ni vir malus & auro esses insatiabilis, defunctorum loculos non moueres.

XERXES Darii filius fratri Arimeni, qui secum de regno ambigebat, descendenti ex Bactris misit dona iussis qui ea daturi erant, dicere: Hisce re nunc honorat frater Xerxes. Quod si fuerit rex renunciatus, omnium eris apud eum primus. Regem consalutatum Xerxem adorauit exemplo Arimenes. & insigni regio reuinxit: cui Xerxes locum à se dedit secundum. Babylonius ob eorum defectionem infensus, postquam eos recepit, ne arma ferrent, imperauit, sed psallerent, tibia canerent, lenocinia & cauponas exercerent; & tunicas ferrent sinuosas. Caricis Atticis allatis negauit venalibus vesciturum, nisi quæ eas edidisset, subiugata regione. Græcos speculatores in castris suis prebēsos nihil læsit, sed exercitum vt inspicerent, iussit, cum missos fecit.

ARTAXERXES Xerxis filius cognomento Longimanus, quod manum haberet alteram prolixiorem, addere dictitabat quam detrahere esse magis regium. Primus iaculari ante se ex comitibus in venatione, qui possent & vellent, iussit. Primus delinquentibus principibus pœnam sanciuit, vt corporum loco detractæ eorum vestes flagellarentur; & loco depilandi capitis tiaram deponerent. Satibarzanem cubicularium, qui perebat quid ab eo, quod dare iure non porerat: vt odoratus est tribus millibus Daricorum redemptum id facere: præcepit quæstori, vt ter mille Daricos adferret, largiensq; eos illi: Cape, inquit, Satibarzane Hos enim cum dedi, nihilo ero pauperior, illud si fecissem, essem iniustior.

CYRVS iunior ad societatem secum ineundam inuitans Lacedæmonios, cor habere dixit

se fratre grauius, plus meri eo bibere & ferre melius. Illum in venationibus ægre in equo manere, in aduersis reb. nec in sella. Petiit vt milites ad se mitterent, ostendens pedestribus largiturum se equos, equestribus currus, villas possidentibus vicos, vicos tenentes vrbium se dominos facturum, argentum & aurum non annumeraturum sed appensurum.

ARTAXERXES huius frater, Mnemonem dicunt, non solum appellantes se passim admittebat: verum etiam iussit matrifamiliâs suę aulæas currus præcepit vt auferret, quo qui cuperāt, eā conuenire valerent. Malum conspicuæ magnitudinis, quod homo pauper ei obtulit, cepit vultu hilari, ac: Per solem, inquit, hic meo iudicio etiam vrbem paruam, si permissa ci sit, efficiat magnam. Impedimentis eius in fuga quadam direptis, cum edisset siccos ficus & panem hordeaceum: Quas delicias, inquit, non gustaui antehac?

PARYSATIS Cyri & Artaxerxis mater iussit eum, qui regem erat admoniturus, verbis vt vteretur byssinis. 10

ORONTES regis Artaxerxis gener infamia ab eo per bilem notatus damnatusq; ait: vt arithmeticorum digiti nunc immensos numeros, nunc vnum ponere possunt, perinde regum amicos nunc omnia posse, nunc minimum.

MEMNON, qui pro partibus Darii bellum cum Alexandro gerebat, mercenarium militem, qui multa conuitia petulanter euomebat in Alexandrum, hasta percutiens: Ego tibi, inquit, vt pugnes cum Alexandro, non vt eum laceres, stipendium do.

Ægyptiorum reges ex lege sua iudices iureiurando adigebant, si vel rex iussisset quid iudicare non iuste, non obtemperaturos. 20

POLTYS Thracum rex, cum legatos ad eum bello Troiano pariter Troiani & Achiui misissent, iussit Paridi, redderet Helenam, & duas ab se formosas mulieres caperet.

TERES Sitalci pater ferebat, cum à bello feriaretur, nihilo se equisonibus præstare.

COTYS illum, qui pardalim ei donauerat, remunerauit leone. Hic natura cum esset in iram præceps & acerbus titubantium in ministeriis vindex, hospes autem quidam ei aliquando vasa apportasset figlina fragilia & subtilia, quæ scite & affabre exlata & tornata erant: hospitem quidem est muneribus prosecutus, sed vasa quassauit cuncta: Ne quid, inquit, in eos, qui ea frangent consulam acerbius.

IDATHYRSVS Scytharum rex, in quem exercitum traduxit Darius, consuluit Ionum tyrannis, vt ponte dissoluto reciperent se. Abnuentes ob fidem in Darium frugi mancipia nec fugitiua appellauit. 30

ATEAS ad Philippum scripsit: Tu regnum in viros bellandi peritos obtines Macedonas: ego in Scythas, qui cum fame & siti pugnare valent. Legatos Philippi fricans equum rogauit, num id faceret Philippus. Ismeniam cepetat optimum tibicinem, huicq; imperauit, vt tibia caneret. Aliis eum admirantibus, ipse iurauit iucundiorem auditu esse sibi hinnientem equum.

SCILVRVS, qui filios relinquebat octoginta, cum morti vicinus esset, fasciculum iaculorum singulis porrexit iubēs, vt frangerēt eum: Cum id eorum posset nemo, ipse singula iacula extrahens facile omnia confregit: docens illos, si concordes essent, permansuros validos, imbecillos euasuros, si essent dissociati & distracti.

GELO tyrannus Pœnos, cum hos apud Himerum bellum superasset, pace cum eis pacta coegit eos in fœdere asscribere post eum diem non litaturos Saturno liberos suos. Educebat subinde plantatum sicut in expeditionem Syracusanos: quo melior redderetur ager cultura, nec ipsi ex ocio deteriores. Cum postularet à ciuibus pecuniam, vbi fremuerunt illi, postulare ostēdit se vt redditurum, reddiditque perpetrato bello. In conuiuio cum circumferretur lyra, pulsarentque eam & canerent ordine cæteri, ipse alacriter & expedite in equum, quem introduci iusserat, insiliit. 40

HIERO, qui in tyrannide Gelonis successor fuit, neminem dixit, qui libere loqueretur, sibi importunum esse. Arcana qui enunciarent, hos iniuriam arbitrabatur inferre etiam illis, quibus ea proderent. Veniunt enim nobis odio non modo hi, qui enunciant, sed & qui, quæ nolumus, audiuerūt. Exprobrata sibi oris à quodam graueolentia, culpauit vxorem suam, quæ sibi id nunquam indicasset: Illa vero: Arbitrabar profecto, inquit, omnes viros ita olere. Xenophani Colophonio, qui dixit ægre seruos se duos alere: At Homerus, inquit, quem tu vellicas, amplius decē millia alit extinctus. Comico Epicharmo, quod vxore eius præsente aliquid locutus esset inhoneste mulctam irrogauit. 50

DIONYSIVS senior, cum sortes ducerent concionatores literis, vt ei exiit M. dicenti, Morionis modo garris Dionysi: Imo, inquit, monarchæ erimus. Atque postquam concionatus est, mox fuit à Syracusanis designatus prætor. Cum in tyrannidis exordio à conspirantibus in eum ciuibus obsideretur, amici consulebant ei, nisi vellet in potestatem eorum redactus necari, vt deponeret dominatum. At ipse bouem cum videret, quem cocus mactabat, illico concidērem: Quid,

Quid, anne durum sit, inquit, si mortis timore adeo breuis tantum imperium derelinquamus? Filium quem relicturus erat dominatus successorem, cum stuprum hominis ingenui vxori obtulisse resciuisset: inflammatus rogauit eum, ecquid in se tale comperisset? Respondente adolescente: Nempe tu patrem non habuisti tyrannum: Nec tu, inquit, nisi factis istis temperes, filium habebis. Aliâs ad eum ingressus domum, vbi conspexit poculorum aureorum & argenteorum magnam vim, exclamauit: Non es ad dominatum natus, qui tam multis, quæ à me accipis, poculis amicum tibi nullum comparasti. Pecuniam cum à Syracusanis exigeret, mox eiulantes cerneret deprecantesque, ac non esse sibi allegantes: iussit iterum extorqueri, ac bis vel ter idem egit. Vt vero pluribus indictis ridentes audiuit ac dicteria inter deambulandum in foro iacientes, iussit desistere: Nunc enim nihil, inquit, habent, quando nos contemnunt. Cum mater eius quæreret grandæua viro elocari, ciuitatis ait perumpere leges se posse, naturæ non posse. Qui atrociter alios in sontes animaduertebat, furibus vestium parcebat: vt desinerent Syracusani vna cœnare & perbacchari. Peregrino cuipiam, qui monstraturum ei se & doctorum profitebatur, quemadmodum præsentire insidiatores valeret, iussit exprimere. Vt ille ad eum accessit ac dixit, dona mihi talentum, quo audisse videare insidiatorum indicia: dedit audisse simulans, miratusq; est hominis commentum. Percunctanti, essetne ocium ei? Absit, inquit, hoc vnquam vt mihi contingat. Duos iuuenes acceperat multis probris se dominatumq; suum inter pocula aspersisse. Hos inuitauit ambos ad cœnam: quorum cum videret alterum debacchantem ac multas nugas per vinum euomentem, alterum non temere sed caute poculis indulgentem, illum noxæ exemit vt natura debacchatum atq; ex crapula in conuitia effusum, alterum vt infestum sibi & hostem ex composito sustulit. Incusantibus eum quibusdam quod improbum hominem & ciuibus inuisum honoraret & proueheret: Ego vero, inquit, esse volo aliquem, qui plus me sit inuisus. Cum Corinthiorum legati munera, quæ eis ipse dabat, vetante abdicarent lege, qua sancitum erat, ne à dynaste munera legati caperent: Rem absurdam ostendit eos facere, qui quod tyrannides vnum habent bonum, abolerent docerentq; beneficium à tyranno horrendum esse accipere. Delatum ad eum cum esset ciuem quempiam defossum haberi domi aurum, adducere illud præcepit ad se. Hic cum aliquanrulum furtim interuertisset, ac translato in aliud oppidum domicilio villam mercatus esset, accito iussit, vt solidum reciperet, vtereturq; opibus, nec posthac vtile quod sit redderet inutile.

DIONYSIUS iunior multos sophistas ostendit ab se ali, non quod suspiceret illos, sed quo per eos suspiceretur. Polyxeno dialectico redarguere iactante se eum: Nempe verbis, inquit, Ego vero coarguo te factis, qui relictis tuis me & mea captas. Dominatu eiectus roganti: quid tibi Plato & philosophia profecit? Vt tantam, inquit, fortunæ conuersionem feram leniter. Sciscitanti, qui pater eius tenuis & vnus de plebe imperium Syracusis quæsiuisset: & ipse, cum id teneret & tyranni esset filius, perdidisset: Pater meus inquit, displicente populari ditione rerum potitus est, tyrannide ego inuisa. Ab alio interrogatus idem: Pater mihi, inquit, tyrannidem suam, non fortunam reliquit.

AGATHOCLES filius fuit figuli. Hic potitus Sicilia ac rex appellatus, solitus erat pocula iungere aureis figlina, atque iuuenibus glorians dicere, se, qui ante hæc finxisset, nunc illa ob vigilantiam & strenuitatem suam facere. Obsidentem vrbem quampiam, quidam ex iis, qui stationem in muro agebant, insectabantur hisce verbis: Vnde stipendium figule militibus numerabis? Quibus hic placide ridens: Hanc, inquit cum cepero. Expugnata vrbe distrahebat captiuos, addens: si iterum me allatraueritis, deferam ad dominos vestros querelam. Insimulantibus nautas eius Ithacensibus, eos appulsa naui ad insulam pecudes aliquot abegisse: Atqui vester, inquit, rex cum ad nos venisset, non modo raptis ouibus, verum exoculato insuper pastore recepit se.

DION qui tyrannide pepulit Dionysium, delato ad eum parari ipsi insidias à Calippo, cui supra amicos & hospites omnes fidē habebat, non sustinuit excutere crimen, præstare dicens emori quam viuere, si non ab hostibus rantum, sed & ab amicis esset cauendum.

ARCHELAUS, à quo poculum aureum vnus ex familiaribus non tamen ex probatis petebat, puero iussit, vt Euripidi daret. Stupente illo: Nempe tu qui petas, inquit, hic qui accipiat, etiamsi non petat, est dignus. Cum loquax tonsor esset sciscitatus: Quomodo tondebore: Tacitus, inquit. Complectente in conuiuio Euripide formosum Agathonem atq; deosculante iam pubescentem, ad amicos ait: Ne miremini: Quippe pulchrorum etiam autumnus pulcher est. Cum citharœdus Timotheus, qui maiora sperauerat & minus acceperat, non dissimularet queri de eo, atq; aliquando hunc canens versiculum,

Tu nempe terrigenum argentum effers laudibus:

taxaret Archelaum: retorsit hic in illum. Sed tu petis. Cū quidam eum aqua respersisset, inflammantibus eum in hominem amicis: Non me, inquit, sed respersit illum, quem esse putauit me.

PHILIP-

PHILIPPVM Alexandri genitorem memoriæ prodidit Theophrastus, non maiestate modo cæteros reges, sed fortuna quoque & ingenii modestia antecelluisse. Hic beatos dixit Athenienses, qui denos quoque anno inuenirent, quos designarent duces: cum ipse multis annis vnum solum ducem inuenisset Parmenionem. Multis ei & claris vno die annunciatis victoriis: Exiguum fortuna, inquit, mihi malum pro tot tantisq; bonis repende. Superatis Græcis cum suggererent ei quidam, vt præsidiis vrbes frenaret: Malle dixit diu se dici humanum, quam exiguo tempore dominum. Conuitiatorem vt expelleret monentibus amicis, negauit se facturum, ne ipsum passim apud plures conuitiis proscinderet. Deferente Nicanorem Smicytho, quod perpetuo obtrectaret Philippo, consentibusque amicis eius euocandum & plectendum: Atqui non est, inquit, vilissimus Nicanor Macedonum. Videndum igitur, nunquid per nos admissum sit. Itaque vt Nicanorem comperit graui inopia premi, neque haberi eius ab se rationem, iussit donum quodpiam ei præberi. Post referente iterum Smicytho mirifice ipsum apud omnes assidue prædicari à Nicanore: Cernitis iam, inquit, in manu nostra positum esse, vt bene aut male audiamus? Concionatoribus Atheniẽsium gratiam se ait habere, quod obterendo ipsum redderent tum dicendo tum moribus meliorem. Elaboro enim eos iuxta oratione & factis mendacii arguere. Cum Athenienses, qui ad Chæroneam capti erant, sine precio dimissi insuper vestimenta & stragula reposcerent, Macedonesque stomacharentur, ridens Philippus: Videnturne vobis, inquit, Athenienses talis se à nobis existimare victos? Fracta ei per bellum clauicula, cum qui eum curabat, quotidie omnino postularet aliquid medicus: Sume, inquit, quantum libet: nam clauem habes. Ex fratribus duobus quorum vnus Ambo, alter Vterque dicebatur: cum prudentem hunc & negociosum, illum esse videret fatuum & ignauum: Vterq; infit, Ambo est Ambo Neuter. Illos, qui suadebant, vt durius in Athenienses consuleret, esse dictitauit ineptos, qui iuberent viro gloriæ causa nihil non facienti & perpetienti vt proiiceret gloriæ theatrum. Iudex sedens duorum facinorosorum fugere præcepit vni ex Macedonia, & alteri eum insectari. Castra loco amœno metaturus cũ acciperet non esse iumentis fœnum: Quæ est, inquit, vita nostra, eam si accommodare & ad asinorum tempora debemus? Arcem intendens minutam capere, vt renunciarunt speculatores asperam vndiq; esse atq; inexpugnabilem: Itane rogauit aspera foret, vt nec onustus auro asinus eo posset accedere? Cum Olynthius Lasthenes quereretur & fremeret, quod proditorem se nonnulli ex Philippi comitatu appellarent: rudes natura esse & rusticos ait Macedonas, ac scapham scapham vocare. Filio subiecit, vt ad conciliandas sibi vulgi vires, blandiretur Macedonibus, quam diu esse regnante alio liceret humanum. Consulebat, vt pollentium in ciuitatibus pararet amicitiam tam malorum quam proborum: inde his vteretur, illis abuteretur. Philoni Thebano bene de ipso merito & hospiti, cum ageret Thebis obses, qui post nullum ab se munus admittebat: Noli me, inquit, si beneficiis & meritis victus sim, inuicti gloria spoliare. Ingentem numerum captiuorum sub hasta vendens subducta sedebat tunica parum honeste. Ibi vnus ex iis, qui veniebant exclamauit: Parce mihi Philippe: amicus sum tuus paternus. Requirente, Vnde cedo sis & quemadmodum, Philippo? Exponam tibi, inquit, ex propinquo. Vt ad eum adductus est: Demitte, inquit, aliquantulum chlamydem. Parum enim decore ita sedes. Tum Philippus: Missum facite, inquit, eum. Nam vere cupidum nostri & amicum esse me latuit. Cum ab hospite quopiam ad cœnam inuitatus in itinere multos adduceret atque hospitem cerneret perculsum. Neque enim satis erat parati, misit ad amicorum quemque monens, vt placentę locum relinquerent. Qui cum cederent expectarentque non multum edebant. Ita omnibus satis fuit. Eubœensi extincto Hipparcho casum grauiter ferre præ se ferebat, ac cum diceret quidam: Atqui non fuit eius immaturus decessus: Ipsi quidem, inquit, at mihi immaturus. Præuertit enim fato fungi, quam meritam gratiam à me amicitiæ reciperet. Cum audisset succensere sibi, quod sobolem ex pluribus fœminis quæreret, Alexandrum: Igitur, inquit, cum multos de regno habeas aduersarios, bonum te & fortem præsta, ne mei causa, sed tua ipsius regnum consequaris. Iussit ei, vt audiret Aristotelem & philosophiæ vacaret: Ne, inquit, multa admittas quorum me admissorum pœnitet. Quendam ex Antipatri necessariis in album iudicum retulerat: quem inde vbi barbam sensit, & capillum inficere, expunxit eum, infido fatus in crinibus nihil putare se fidendum in negociis. Dum Machetæ cuiusdam causam disceptat, conniuens nõ attendit causę eius ęquitati, sed damnauit eum. Quo exclamante prouocare se à sententia excandescens: Ad quem, inquit? Cui Machetas: Ad te ipsum, inquit, rex vigilantem & attente audientem. At tunc quidem excusso somno magis ad se reuersus cognouit iniuriam fieri Machetæ, nec rescidit rem iudicatam, cæterũ litis æstimationem ipse dependit. Cum Harpolus pro propinquo & necessario Cratete iniuriarum reo peteret, sibi vt liceret mulctam inferre, & ille iudicio liberaretur, ne probris proscinderetur: Satius est inquit, hunc ipsum quam eius causa nos male audire. Stomachantib. amicis, quod Olympiis Peloponnesii eum, cuius haberent beneficia, exibilatẽt: Quid ergo, inquit si læsi a nobis forent?

cum

Cum lõgo spacio in expeditione dormitasset, inde excitatus: Secure, inquit, dormiebam. Quippe excubabat Antipater. Alio tempore cubante eo interdiu, Græcisque, qui ad fores eius erant coacti, frementibus & eum incusantibus, Parmenio: Nolite mirari, inquit, dormire nunc Philippum. Nam cum sopiti vos essetis, hic vigilabat. Fidicinem instituente eo super cœnam corrigere ac verba facere de pulsandarum fidium ratione: Dii melius, inquit, rex me quam vt hæc teneas rectius. Offensione ei cum coniuge Olympiade & filio orta eum aduenisset Corinthius Demaratus, sciscitabatur, qui inter Græcos conueniret. Cui Demaratus: Scilicet tibi conuenit de Græcorum consensione verba facere, cum ea tecum intercedat tuis coniunctissimis simultas. Hinc ad se reuersus deposita ira reconciliauit cum eis gratiam. Cum paupercula anus postularet, vt ipse de causa sua cognosceret, eumq; identidem interpellaret, negauit vacare sibi. Ibi vociferans anus: Ergo noli, inquit, regnum agere. Quo ille dicto defixus non istam modo, verum etiam alios confestim diligenter audiuit.

ALEXANDER puer etiamnum multas referente victorias Philippo non lætabatur, verum cõtubernalibus suis dicebat: Nihil mihi reliquum faciet pater? Subiicientibus pueris: ei illa parari: Quid refert, inquit, multa si habeam, & agam nihil? Agilis cum foret ac velox, atq; à patre ad currendum ludis Olympiæ stadium excitaretur: Sane, inquit, si reges habiturus sim aduersarios. Adductam ad ipsum profunda iam vespera puellam, quę concubitura erat secum, rogauit: Quid id temporis venisset. Qua allegante, præstolatam se, dum vir suus cubitum iuisset, pueros castigauit acerbe, quod pene eorum opera adulter factus fuisset. Adolescenti diis large: & subinde thus in ignem iniicienti assistens pædagogus Leonidas: Tam profuse fili, inquit, adolebis, quãdo thuriferam regionem in ditionem redegeris. Qua vt est potitus, scripsit ei epistolam: Misi tibi talenta thuris & casiæ quingenta, vt desinas in deos esse malignus, certus oram nos odoriferam subiugasse. Commissurus prælium ad Granicum hortatus est Macedonas, vt liberaliter cœnarent, omniaq; proferrent, tanquam postridie ex hostilibus cœnaturi. Perillo cuidam ex amicis dotem filiabus suis petenti, talenta quinquaginta capere iussit. Qui cum dixit, satis esse decem: Nempe tibi, inquit, accipere: mihi non satis donare. Anaxarcho philosopho dare iussit dispensatori, quantum postulauisset. Vbi ostendit dispensator eum centum talenta postulare: Recte, inquit, facit, qui esse amicum nouit sibi, qui tantum & possit donare & velit. Mileti multas statuas contemplatus athletarum, qui ludis Olympicis & Pythicis fuerant victores: Vbi erant, inquit tanta corpora, cum vrbem vestram barbari expugnabant? Regina Cariæ Ada, cum dapes & bellaria exquisite per artifices & coquos parata assidua ad eum propenso animo mitteret, meliores habere ait se obsoniorum architectos, ad prandium antelucanam expeditionem, ad cœnam frugale prandium. Omnibus ad conflictum instructis requisiuerunt duces, nunquid præterea vellet: Nihil respondit, nisi vt Macedonum menta raderentur. Demirante Parmenione: Ignoras, inquit, nexum in pugna non esse barba meliorem? Dario offerente ei decem millia talentûm dare, Asiamq; ex æquo cum eo partiri, ac ferente Parmenione: Si Alexander essem, acciperem: Et ego hercle, inquit, si essem Parmenio. Dario respondit neq; terram duos Soles, neq; Asiam reges ferre duos. Cũ de summa esset apud Arbela decreturus aduersus copias decies centena millia, adierunt eum amici, qui detulerunt in tentoriis milites iactare atque inter se constituere, ne quid de manubiis in ærarium regium reportaretur, sed omnia ipsi in prædam verterent: arridens: faustũ nuncium, inquit, adfertis. Nam sermones audio virorum, qui vincere non fugere moliuntur. Ac frequentes milites obtulerunt se ei, qui dixerunt: Bono animo es rex, neq; hostium numerum trepidã: ipsum virus non ferent nostrum. Dum instruitur acies, conspicatus militem quendam, qui iaculum amentaret: exegit eum vt inutilem acie, qui pararet arma tunc, cum esset eis vtendum. Allatam à matre epistolam, qua arcana crimina & delationes contra Antipatrum continebantur: vna legenti, vt solebat, non prohibuit Hephestioni: cæterum ea lecta detraxit sibi annulum, atq; ori illius signum impressit. In Ammonis delubro appellatus à vate Iouis filius, nihil ait mirum esse: Patrem enim esse natura Iouem omnium, adoptare autem sibi optimum quemq;. Sagitta crure eius icto, vt confertim concurrerunt, qui frequenter erant eum deum salutare soliti, gestienti vultu: Hic sanguis, inquit, est, non liquor,

Diis vt solitus manare beatis.

Celebrantibus nonnullis Antipatri frugalitatem, cuius esset durus victus & austerus: foris, inquit, est candidus Antipatri amictus, intus totus purpureus. Hyeme per algorẽ eum amicus quidam, qui excipiebat eum epulo, focum paruum & modicum ignis intulisset, aut ligna aut thus præcepit inferri. Cum Antipatridas formosam psaltriam in conuiuium adduxisset, motus eius forma Alexander, quæsiuit de Antipatride, ecquid istam amaret: Annuente illo: Non abduces, inquit, actutum scelus ex conuiuio mulierem? Alio tempore Pythonem, qui ab Euio tibicinẽ amabatur, vi volebat Cassander osculari. Quo offendi cum cerneret Euium, exiliit ita flagrans in Cassandrum vociferatusque est. Num nec licet quenquam per vos amare: Apud eum, cum

remitteret

remitteret ad mare Macedonas valetudinarios & mutilatos, delatus fuit quidam, qui inter fonticos se, cum non esset, retulerat. Vt hic ad conspectum eius est attractus, intertogatusque morbum se respondit causarum amore Telesippæ, quæ ad mare abscedebat: Percunctatus Alexander est, quicum esset de Telesippa agendum. Quam vt liberam esse intellexit. Ergo, inquit, inducamus Antigene Telesippam, nobiscum vt maneat, quando cogere liberam non est nostrum. Ex mercenariis Græcis apud hostes militantibus, qui capti erant, iussit in vinculis haberi Athenienses: quod, cum præberentur iis publice alimenta, æra mererent: Thessalos, quod, qui agrum possiderent optimum, nollent eum colere: Thebanos dimisit, solis dicens his neque vrbem neque aruum per se relictum esse. Peritissimum inter Indos in arte sagittandi celebratumque per annulum mittere iaculum bello ceperat. Huic iussit, documentum ederet, ac recusantem ira incensus trucidari imperauit. Qui inter ducendum dixit eis, qui ipsum ducebant, multos dies non esse meditatum se ac ne aberraret veritum. Eo Alexander nunciato illum in admiratione habuit, missamque fecit additis muneribus, quod occumbere citius, quam gloria illa videri indignus sustinuisset. Cum Taxiles vnus ex Indiæ regibus occurrens prouocaret Alexandrum, ne dimicarent, nec bellum gererent: sed si cederet sibi beneficia acciperet: sin præstaret, daret: De eo ipso esse respondit certandum, vter meritis esset futurus superior. Rupem Aornum appellatam apud Indos cum acciperet præsidium inexpugnabile esse, sed eum qui teneret illam, hominem imbellem: Ergo nunc est inquit, expugnabile præsidium. Alius, qui potiebatur saxo, quod inexuperabile habebant, in deditionem se cum saxo & copiis suis permisit Alexandri. Hunc præfecit illis, adiecitque regionem, dicens sapere videri sibi hominem, qui viro se bono permittere quam munito loco maluisset. Capto saxo cum iactarent amici eius supergressum cum rebus gestis Herculem: Enimuero ego, inquit res gestas meas cum imperio non existimo esse vni æquiparandas Herculis verbo. Amicis nonnullis, quos in tesserarum ludo animaduertit serio agere, mulctam indixit. Ex primis & summis amicis in præcipuo supra cæteros honore Craterum habere videbatur, sed diligere Hephestionem. Craterus n. inquit, regis, Hephestion Alexandri est amans. Xenocrati philosopho talenta quinquaginta misit. Quæ postquã ille accepit non indigere fatus: rogauit, an ne amicum quidem haberet Xenocrates? Nam mihi quidem, inquit, vix Darii opes ad explendos amicos satis fuere. Vt Porus à conflictu rogatus ab eo, quemadmodum de ipso esset statuturus: Regaliter, inquit. Insuper requisitus, nunquid præterea: Omnia, inquit, eo in verbo regaliter sunt: admiratus tum prudentiam viri tum virtutem, latiorem regionem ille ea, quam antea possederat, adiecit. Audiens maledictis à quopiam se lædi: Regium, inquit, est, cum bene meritus sis, male audire. Moribundus in amicos versus: Magnas video, inquit futuras mihi exequias. Defuncto eo Demades orator cernere ait se Macedonum exercitum ex licentia occæcato Cyclopi similem.

Ptolemævs Lagi fere apud amicos cœnabat & cubabat. Si quãdo epulum præberet, rebus illorum vtebatur petens commodato pocula, stragula, & mensas. Ipse non parauerat plus necessariis. Verum ditare dicebat quam ditescere esse regalius.

Antigonvs pecuniam exigebat rigide. Cum autem diceret quidam: At non fuit eiuscemodi Alexander. Merito, inquit. Ille enim demetebat Asiam, ego lego spicas. Milites nonnullos intuitus thoracatos & galeatos pila ludentes gestiuit, acciuitque eorum præfectos, vt eos laudaret: Quos vt accepit potare, illorum præfecturas attribuit militibus. Mirantibus cunctis, quod iam senex blande & comiter regnaret: Ante, infit, opus habebam potentia, nunc gloria & beneuolentia. Filio Philippo multis præsentibus percunctanti, quando castra mouebimus? Quid tu, inquit, metuis ne solus tubam non exaudias? Contendente iuuene Philippo diuersorium sibi assignari apud mulierem viduam, cui filiæ tres speciosæ erant: vocato qui super hospitiis erat: Educesne, inquit, istis ex angustiis filium meum? Correptus paruo languore, vt ex morbo assurrexit: Haud male, inquit, actum est nobiscum. Commonuit enim morbus nos, ne spiritus, cum mortales simus, sustollamus. Cum Hermodotus eum in carminibus Solis filium appellasset: Non idem dicat, inquit, lasanum qui mihi subiicit. Cum quidam dixisset esse honesta & iusta regibus omnia; Certe, inquit, Barbarorum regibus: Nobis vero honesta sola; quæ honesta, & sola iusta quæ sunt iusta. Marsyas frater eius reus cum postularet, de causa vt domi cognosceretur: Imo inquit, cognoscetur in foro omnibusque audientibus, nunquid facinoris concepimus. Cum per brumam aliquando in locis vbi angustia erat commeatuum, castra locari coegisset, ac milites nonnulli proscinderent eum conuitiis, prope eum esse ignari, aperuit baculo tabernaculum, ac: Pœnas dabitis, inquit, nisi remotiores laceraueritis me. Vno de amicorum grege Aristodemo, qui patre prognatus dicebatur coquo, consulente ei, vt impensas & dona præcideret: Oratio tua, inquit, Aristodeme olet ius. Cum Athenienses seruum eius. quem in honore habebat, in ciuitatem pro libero ascripsissent: Cuplam, inquit, vnum ciuem Atheniensem à me non fuisse flagris cæsum. Iuuenis quidam ex Anaximenis oratoris alumnis orationem meditatam

ditatam cum apparatu in laudem eius habuit. Ibi cum vellet aliquid discere, interrogauit eū. Obmutescente iuuene: Quid ais, inquit, hæccine scripta sunt in tabellis? Alium cum audiret oratorem, infestam niuibus qui prædicaret tempestatem penuriā herbæ inuexisse: Non temperabis, inquit, me pro vulgo habere? Thrasyllo Cynico ab eo drachmam petente: Id vero nō est, inquit, donum regium. Quo subiiciente: Dā ergo mihi talentum: Enimuero, insit, non est id accipere Cynicum. Demetrium filiū cum frequenti iuuentute & copiis ad Græcos mittēs in libertatem asserendos, gloriam memorauit ex Græcia, sicut ex specula facem in orbem terræ emicare. Poëtę Antagorę congrum elixanti, ipsique patellam quatienti assistens pone: Putasne, inquit, Homerum Antagora, acta cum describeret Agamemnonis, elixasse congrum?
10 Cui Antagoras: Tu vero inquit, rex num Agamemnonem censes cum acta ederet illa, esse rimarum, ecquis in castris congrum elixaret? Cum obuersata ei esset species in somnio messem auream desecantis Mithridatis, deliberatum habebat illum perimere. Quod cum filio declarasset DEMETRIO, adegit eum sacramento tacitum habiturum. Hic trahens secum Mithridatem, ambulansque cum eo iuxta mare, in littore ferro imæ lanceæ exarauit, fuge Mithridate. Quod ille intelligens profugit in Pontum, atq; illic regnum perpetuo tenuit.

Rhodum DEMETRIVS obsidens cepit quodam in suburbio tabulam Protogenis pictoris, qui Ialysum pingebat. Cum per præconem Rhodij petiissent ab eo, vt tabulæ parceret: citius respondit patris se statuas, quam picturam illam labefacturum. Fœdere cum Rhodiis
20 pacto Helepolim apud eos reliquit magnificentiæ documentum ad posteros suæ atque illotū fortitudinis. Cō rebellassent Athenienses, capta vrbe, quæ iam fame macerabatur, illico pro concione, quæ ei erat aduocata, largitus est dono iis frumentum. De quo cum ad populū verba faceret, essetque locutus barbare: quidam ex iis, qui in concione sedebant, quemadmodū verbum illud eloquendum esset, succlamauit. Tum ille: Ergo huius quoq; emendationis gratia altera vobis quina millia medimnûm dono.

ANTIGONVS secundus, cum pater eius captus Demetrius esset, missoq; vno ex amicis mandasset ei: ne obtemperaret, si quid vi à Seleuco subactus scripsisset, neque cederet vrbibus: ipse ad Seleucum scripsit, si patrem Demetrium dimisisset, concessurum ei se vniuersum imperium suum, traditurumq; seipsum obsidem. Commissurus cum Ptolemæi ducibus
30 prælium nauale, monente gubernatore naues Ptolemęi longe numero superare: Me vero, inquit, ipsum præsentem cum quot comparas? Recipiens aliquando se ingruentibus hostibus, negauit fugere se, sed consectari retropositum compendium. Iuueni, qui parentem virū fortem habuerat, ipse non habitus strenuus, poscenti stipendium, quod patri Antigonus pendere solebat: Ego vero, inquit, adolescens propriæ virtutis, non paternæ mercedē & præmia do. Xenone Citieo defuncto, quem præ cæteris philosophis suspiciebat, theatrum dicebat actuum suorum sublatum.

LYSIMACHVS cum in Thracia à Dromachete esset deuictus, atq; siti subactus se exercitumq; in potestatem eius dedisset: vt bibit iam captiuus: Dij boni, inquit, quam breuis voluptatis causa seruum me ipse ex rege feci. Philippidi comico & familiari cum dixisset: Quid
40 tibi meorum patticipabo? Tum ille: Quidlibet, modo ne arcana.

ANTIPATER nunciato absumptum ab Alexandro Parmenionem ait: Si insidias tetendit Parmenio Alexandro, cui adiungenda fides? Sin secus, quid agendum? Demadis oratoris iam ætate grauis dixit sicut victimæ sacrificio perpetrato solum superesset ventrem & linguam.

ANTIGONVS tertius scripsit ciuitatibus, si quid scripsisset, quo quid contra leges imperaret, ne parerent vt falso sibi. Dianæ sacerdotem cōtemplatus forma mire venusta repente mouit Epheso: veritus, ne quid præter animi sententiam nefarij admitteret.

ANTIOCHVS cognomento Hierax bello certabat de regno cum fratre Seleuco. Qui vt profligatus à Gallis nusquā apparuit, sed putabatur trucidatus: posita Antiochus purpura
50 pallium pullum induit. Breui post allato esse incolumem fratrem, ob lætum nuncium diis honorem habuit, ciuitatesque suæ ditionis sumere iussit coronas.

EVMENES insidiis à Perse appetitus habebatur mortuus. Rumore Pergami accepto frater eius Attalus adiecto capiti diademate, ductaque eius vxore regnabat. Vt autem venientem accepit fratrem viuum, prodiit ei obuiam more suo cum satellitibus iaculum tenens. Quem comiter Eumenes salutauit, atque in aurem ei dixit: Caue prius, quam extinctum conspexeris, maritus nuptias conciliare. Præterea dum vixit nec dicto, nec facto vllam ei causam dedit suspicionis. Imo etiam reliquit ei moriens vxorem & regnum. Quorum gratia nullum ex liberis suis quamuis haberet plures, eduxit: verum Eumenis filio postquam maturus fuit, adhuc viuus tradidit regnum.

PYRRHVM filij adhuc pueri rogarunt, cuinam relicturus regnum esset? Quibus respondit Pyrrhus: Qui gladium habebit acutissimum. Interrogatus, Python an Caphisius tibicē melior foret: Polysperches respondit dux. Cū signis collatis bis Romanos fudisset, multis desideratis amicis & præfectis suis: Si vna, inquit, adhuc pugna pepulerimus Romanos, actum de nobis fuerit. Cum spe lapsus potiundæ Siciliæ inde solueret, respectans retro ad amicos: Qualē, inquit, Romanis & Carthaginensibus palæstram relinquimus? Militibus aquilam eum appellantibus: Quid ni sim, inquit, armis vestris vt pennis sublatus. Cum delatum ad eum esset iuuenes multa probra in ipsum inter pocula effudisse: iussit postridie ad se duci omnes. Ex adductis primum percunctatus est, eane de se dixissent. Cui iuuenis: Nos vero, inquit, rex, ac plura eramus dicturi, plus vini si fuisset. 10

ANTIOCHVS, qui iterum Parthos bello petijt, in venatione quadam sectando feras cum ab amicis & ministris diuertisset, villam hominū tenuium ignotus subijt. Vbi super cœnam illato de rege sermone audiuit cætera bonum se esse, sed prauis amicis res permittendo plurimis conniuerē, ac subinde necessaria ob insanum venandi studium postmittere. Atque in præsentia quidem tacuit. At primo diluculo aduolantibus ad villā eius stipatoribus, motus iā allata ei purpura & diademate: Primū heri, inquit, post eam diem, qua vos in familiam meā recepi, vocem de me audiui liberam. Iudæis, cum circumsideret Hierosolyma ad summū festum postulantibus dierum septem inducias: non tantum dedit has, verum & tauros auratis cornibus adornatos thymiamatumque & odoramentorum ingentē vim ad portas deduxit: atque postquam eorum sacerdotibus victimas tradidit, ipse in castra est regressus, quem Iudæi admirati mox à festo in fidem eius se permisere. 20

THEMISTOCLES adhuc adolescentul' in vino & lustris volutabatur. At vt in Marathone fuit fugauitq; Miltiates dux legiones barbarorum, non offenderes deinceps agentem Themistoclem dissolute. Eam stupentibus conuersionem: Haud sinit, inquit, me dormire aut torpescere Miltiadis trophæū. Rogatus Achillesne an Homerus esse mallet: Et tu, infit, ipse victor malles Olympiis, an proclamans victores esse præco. Descendente in Græciam ingenti classe Xerxe, metuens ne si Epicydes concionator homo venalis & ignauus prætor creatus esset, perditum iret ciuitatem: auro eum redemit, vt petitionem deponeret. Dubitans classe confligere* Adimantus cum ad Themistoclē diceret, qui Græcos acuebat & excitabat: Qui in ludis maturius assurgunt, hos semper cædunt flagris: Sane quidem, infit, Adimante: at moratores non coronant. Cum attolleret Eurybiades baculum vt eum pulsaturus: Pulsa, inquit, sed audi tamen. Cum nō adduceret, vt in freto dimicaretur, Euribiadem, misit furtim ad barbarum, monens ne circumspicientes fugam Græcos formidaret. Vt hic habita ei fide est fusus, cum classe pugnasset loco Græcis opportuno, misit iterum ad eū, confestim vt ad Hellespontum fugeret: constituisse pontem interscindere Græcos: quo, dum seruabat Græciam, seruare illum videretur. Seriphio, qui ei obiiciebat, non per se illum, sed vrbis causa esse clarum: Recte ais, inquit. Cæterum neque ego Seriphius si sim, euasissem clarus: neque tu, si Atheniensis. Formosus Antiphates ante amātem defugerat & fastidierat Themistoclem. Post, vbi ingens nomen eius & opes fuere, adiens blandiebatur ei. Cui ille: Adolescens, inquit, sero quidem ambo, sed tamen sapuimus. Simonidi postulanti, vt quadam in causa inique iudicaret: neque illum ostendit poëtam fore bonū, si præter modos caneret: neq; se, si præter leges quid decerneret, magistratum probatum. Nixum matris indulgentia filium plurimum inter Græcos memorauit pollere. Siquidem imperare Græcis Athenienses, se Atheniensibus, sibi illius genitricem, illum genitrici. Ex illis, qui filiæ suæ nuptias ambiebant, probum cum pecunioso prætulisset, ait virum se quærere potius, pecunia qui egeret, quam pecuniam, quæ viro. Prædium distrahens iussit pronunciari, etiam vicinum bonum illud habere. Insultantibus ei Atheniensibus: Quid tumultuamini, inquit, qui ab iisdem sæpius beneficia accipitis? Comparabat platanis se, sub quas tempestate coorta refugiant homines: vbi differenuit, vellicent eā prætereuntes atque insectentur. Eretrienses cauillo dixit sicut loligines gladium habere, cor non habere. Postquam profugit Athenis primum, deinde ex Græcia quoq;, contendit ad regem, ac dicere iussus, sermonem ait instar esse stragulorum pictorum: Nam vt hæc, ita illum expansum aperire imagines, contractum regere ac deprauare. Postulauit autem spacium, quo percepta lingua Persica suo arbitrio non per interpretem consilia sua regi aperiret. Honoratus plurimis donis, ac cito factus opulentus, filiis suis, filij, inquit, perieramus, nisi periissemus. 30 40 50

* Alii, Eurybiades.

MYRONIDES expeditionem in Bœotos edixit Atheniensibus. Instante hora cum ostenderent ordinum ductores haud dum omnes adesse: Adsunt, inquit, qui dimicaturi sunt: quorum prompta opera vsus fudit hostes.

ARISTIDES Iust' remp. semper suis opib. gerebat, ac sodalitia defugiebat: q. collecta

ex amicis potentia ad iniuriam impellat. Instituentibus irrogare decennale exilium Atheniensibus, quidam literarum rudis & rusticus testam tenens adiit eum, petens vt nomen inscriberet Aristidis: Tum ille: Nempe nosti, inquit, Aristidem? Nosse quidē illo negante, sed vri se iusti appellatione: conticuit, ac inscripto nomine suo reddidit ei testam. Alienus cū esset à Themistocle, & mitteretur cum eo legatus peregre: Placetne, inquit, Themistocle, vt ad fines simultatem deponamus, resumpturi, si videbitur, eam reduces? Descripto Græcis tributo, tanto reuersus est pauperior, quantum in profectione impenderat. Fecerat in Amphiaraum Æschylus hosce versus:

Neque enim videri iustus hic, sed esse vult
10 *Alta recessum mente possidens: scatent*
Ex quo salubria consilia per Graciam.

Dum hi recitantur, Aristidem omnes intuiti sunt.

PERICLES quotiescunque præturam erat initurus, cum sumeret chlamydē, apud se dicebat: Attende tibi Pericle: Liberis imperaturus es, Græcis & Atheniensibus. Æginam iussit Atheniensibus à Piræeo velut lemam auellere. Amico, qui falsum testimonium, q; iurato erat dicendum, ab eo flagitabat: vsque ad aras respondit se amicum esse. Instante morte beatū se eo ipse prædicauit, quod ciuis Atheniensis pullam vestem nullus sua opera sumpsisset.

ALCIBIADES etiamnum puer cum in palęstra ita prehensus esset: vt expedire se nequiret: manum eius, qui ipsum luctatione deprimebat, momordit. Qui cum diceret: Mulierū
20 more Alcibiade mordes: Minime vero, inquit, sed leonum more. Cani, quem habebat mira specie septem millibus drachmarum comparatum, caudam truncauit: Vt hoc de me, inquit, loquantur Athenienses, nec in alio sint curiosi. Ad ludum literarium profectus Homeri Iliada poposcit. Respondēte nihil se habere Homeri magistro, inflicto colapho reliquit hominē. Salutatum profectus Periclem, vt audiuit ei non vacare, sed quemadmodum Atheniensibus rationes referret, pensare: Satiusne esset, inquit, quemadmodum non referret, pensare? Ex Sicilia ab Atheniensibus ad causam capitis dicendam reuocatus subduxit se, stultum esse prædicans reum, qui, cum fugere liceat, quærat absolui. Cum quispiam dixisset ei: Non credis Alcibiade iudicanti de te tuæ patriæ? Ego vero, inquit, ne matri quidem, ne forte pro albo atrum calculum imprudens iniiciat. Audito se cum sociis rei capitalis condemnatum: At ostende-
30 mus, inquit, eis nos viuere: conferensque se ad Lacedæmones bellum Atheniensibus Decelicum conflauit.

LAMACHVS increpabat quendam ordinum ductorem offensi causa. Qui cum dixisset, posthac se id non admissurum: Non licet, inquit, bis in bello offendere.

IPHICRATES, qui filius habebatur sutoris, nullo loco numerabatur. Verum tunc primum est factus celebris, cum hostem saucium vna cum armis corripuit, atque viuum in triremem suam transportauit. Hic in agro pacato ac sociali castra locans, dum ea vallo & fossa munit accurate, iactanti: Quidnam formidamus? Vox hæc, inquit, est imperatoris turpissima: Nō expectaram. Cum in procinctu aduersus barbaros staret, vereri ait se, ne Iphicratem ignorarent, quo nomine alios consternaret hostes. In iudicium capitis vocatus, delatori: Quid in-
40 quit, malum agis: qui circumstante bello de me suades ciuitati, non mecū vt deliberet? Hermodio prisci Hermodii progeniei, qui natalium ei obscuritatē obiiciebat: Nobilitas, inquit, à me mea orditur, tua in te expirat. Oratore quopiam subinde eum in concione interrogante: Quisnam es, tantos qui geras animos, eques, sagittarius, cetratus, an pedes? Nullus, inquit, horum: cæterum qui hisce sciam omnibus imperare.

TIMOTHEVS dux habebatur felix. Cum eo quidam æmulantes vrbes pingebant in nassam illo dormiente vltro se insinuantes. Quare dicebat Timotheus: Si vrbes tantas capio dormiens, quid facturum censetis expergefactum? Duce quopiam feroce vulnus suum Atheniensibus monstrante: Me vero, inquit, puduit: quod prope me, cum dux vester in Samo erā, telum catapulticum decidisset. Oratoribus Charetem commendantibus, atque talem iactitantibus esse debere Atheniensium ducem: Non ducem inquit Timotheus, sed eum, qui duci
50 stragula portet.

CHABRIAS summum esse dixit ducis officium habere explorata hostium consilia. Perduellionis cum Iphicrate accusatus, exprobrante ei Iphicrate, quod reus ad gymnasium vaderet, & hora solita pranderet: Igitur inquit, si secus de nobis Athenienses statuerint, squalidum te & ieiunum, me necabunt pransum & vnctum. Referre solebat exercitum terribiliorem ceruorum duce esse leone, quam duce ceruo leonum.

HEGESIPPO, cui cognomē Crobilo fuit, in Philippum concitante Athenienses, succlamauit quidā ex concione: Tu ne belli es author? Sane hercle, inquit, etiam pullorum pal-

liorum, publicarum exequiarum, & orationum funebrium, si victuri simus in libertate, nec imperata Macedonum facturi.

PYTHEAS etiamnum adolescens accessit ad dissuadendũ, quæ in honorem Alexandri ferebantur, rogationes. Ibi cum diceret quidam: Tu dicere iuuenis tantis de rebus audeas? Atqui Alexandri, inquit, quem plebiscito deum appellatis, me est iunior.

PHOCION Atheniensis à nemine ridere visus vel lachrymari. In cõcione dicenti: Præ te fers Phocion meditari: Recte diuinas, inquit, Meditor enim, an quid præcidere de oratione, quam ad populum habitur^us^ sum, valeam. Edito Atheniensibus oraculo, vnum esse in vrbe ciuem, qui omnium sententiis repugnet. Ibi quæstionem decernentibus Atheniensibus, qui ille esset, frementibusque: Phocion esse eum edidit se. Soli namq; sibi, quæ vulgus agat & dicat, non probari. Cum sententiam aliquando in concione diceret, quæ probabatur, omnesq; ex æquo videret orationi suæ assentientes: conuersus ad amicos. Nunquid imprudens, inquit, secus dixi? Ad sacrificium quoddam flagitantibus Atheniensibus congiarium præbentibusq; aliis identidem appellatus: Puderet, inquit, me vobis si largirer, nec huic soluerem, ostendens simul fœneratorẽ. Demosthenes orator cum dixisset: Interficiet te populus Atheniensis Phocion, si insanire cœperit: Respondit, me, si insanire cœperit: te, si sapuerit. Aristogiton Sycophanta damnatus, cum esset moriturus in carcere, Phocionem, vt ad se veniret, precabatur. Hic retinentibus eum amicis, ne ad improbum hominem pergeret: Vbinam, inquit, malis Aristogitonem conuenire? Succensente Byzantiis populo Atheniense, quod non accepissent vrbe Charetem, quem miserant iis cum copiis aduersus Philippum suppetias: ostendit Phocion non esse diffidentibus succensendum sociis, sed infidis ducibus. Ibi creatus dux habita ei à Byzantiis fide coëgit Philippum re infecta se recipere. Cum Alexander rex dono ei centum talenta misisset, quæsiuit de iis, qui ea apportabant: Qua de causa inter multos Athenienses ea soli sibi Alexander largiretur. Vbi illi responderunt, quod virum te existimet bonum & honestum: Ergo, inquit, sinat, talis vt & habear & sim. Postulante classem Alexandro cum euocaret eum nominatim populus, vt adesset & sententiam exprometet: exurgens: Consulo igitur, inquit, vobis, vt aut vincatis ipsi, aut amici sitis victorum. Cum rumor afflauisset incerto authore de Alexandri obitu, prosilientibusque extemplo in suggestum oratoribus, neq; cunctandum, sed bellandum iam suadentibus: præstolandum censuit & certum cognoscendum Phocion. Nam hodie, inquit, si mortuus est, & cras erit & post mortuus. Vt ciuitatem Leosthenes præcipitem in bellum egit ingenti spe ad libertatis & imperij nomen arrectam, orationem eius cupressis assimilauit. Hæ namque, infit, pulchræ sunt & excelsæ, sed non ferunt fructum. Cum primi successus ex voto essent, & ciuitas ob lætum nuncium diis honorem haberet: rogatus, anne hæc optaret ita fuisse gesta: Omnino, inquit, hæc gesta esse, sed tamen consilia capta illa. Cum in Atticam incurrissent & depopularentur oram maritimam Macedones, eduxit iuuentutem. Ibi multis accurrentibus, monentibusque vt illum tumulum occupatet, hinc instrueret aciem: Pape, inquit, quam multos duces, paucos video milites: sed tamen signis collatis fudit occiditque ductorem Macedonum Nicionem. Breui post fracti bello Athenienses præsidium ab Antipatro acceperunt. Menylo autem præsidij præfecto pecuniam sibi offerẽti Phocion cum stomacho respondit, neque illũ Alexandro præstantiorem, & deteriorẽ esse causam, quare nunc caperet, qui tunc nõ accepisset. Antipater dicebat ex amicis duob^us^, quos haberet Athenis, neque Phocionem inducere se, vt quicquã acciperet, neque Demadem dando explere potuisse. Postulante ab eo Antipatro, vt quiddam, quod iniquum erat, ageret: Non vales, inquit, Antipater amico Phocione vti & adulatore. Secundum fata Antipatri restituta populo Atheniensi libertate, rerum capitalium fuit Phocion cum amicis in concione damnatus: Ac cæteri plorantes ducebantur. Phocioni, qui tacitus ibat, ex inimicis quidam occurrens in os expuit. Hic oculos Phocion in magistratus conuertens: Nemo reprimet, inquit, istum, ne ita turpem se præbeat? Vno ex illis, qui cum eo morituri erant, lamentante & gemente. Non tu, inquit, præclarum Euippe ducis, quod cum Phocione occubiturus sis? Cum iam calix ei deferretur, rogatus, nunquid ad filium vellet: Ego tibi, inquit, præcipio & moneo, ne quæ in nos admiserunt Athenienses, ad memoriam reuoces.

PISISTRATVS Atheniensium tyrannus, cum nonnulli amici ab eo desciuissent atq; Phylen insedissent, profectus est ad eos ipse ferens culcitram: Sciscitantib. illis, quid sibi vellet: Vt inquit, in sententiam meam adductos vos reducam: aut si id non potero, maneam vobiscum: atque ideo apportans mecum necessaria veni. Cum ad eum esset delatum adolescẽtis cuiusdam amore matrẽ eius deperire, ac furtim habere cũ eo consuetudinem, formidãte atque abnuente plærunq;, vocauit adolescentem ad cœnam, ac cœnatum rogauit, vt acceptus esset: Laute, inquit Tũ Pisistrat^us^: Hoc tibi quotidie, inquit, paratũ erit si fueris matri meæ gratus. Cum Thrasybul^us^, qui amabat eius filiã, huic in occursu osculũ tulisset, stimulãte eũ vxore

ipsi-

in illum: Si odisse oportet, inquit, eos qui diligunt nos, quid faciemus odio prosequentibus? puellamq; ei collocauit. Cum temulenti nonnulli in coniugem eius, in quam inciderāt, multa petulanter designassent & euomuissent: postridie autem deprecarentur cum lachrymis Pisistrarum: Date, inquit, vos operam posthac, vt sobrij sitis. Nam vxor mea nusquam omnino heri est progressa. Filiis eius, cum alteram vxorē insisteret ducere, percunctantibus: nunquid ipsis succenseret: Minime, inquit, imo probo vos, atque alios volo mihi nasci tales.

DEMETRIVS Phalareus Ptolemæum regem admonuit, commentarios de regno & imperio compararet volueretque. Quæ namque dubitant subiicere regib. amici, hæc descripta in commentariis sunt.

10 LYCVRGVS Lacedæmonius ciues, vt essent comantes, assuefaciebat, referens reddi pulchros à coma speciosiores, turpes formidabiliores. Monenti vt rempub. in ciuitate efficeret popularem: Tu prius, inquit, domi tuæ effice rempub. popularem. Domos præscripsit securi tantum & serra fabricandas: quod in ædes pudeat humiles pocula, vestem stragulam, mēsas sumptuosas inferre. Pugilatus & pancratij interdixit certamen, quo ne per ludum quidem fatiscere assuescerent. Interdixit sæpius in eosdē moueri arma, ne pugnaciores eos redderent. Hinc saucium post Agesilaum egregiam mercedem Antalcidas recipere ait à Thebanis, qui inuitos imbuisset & docuisset bellare.

CHARILLVS rex, quid tam raras leges Lycurgus sciuisset, requisitus: Eos respondit qui verba vsurpent pauca, non requirere numerosas leges. Cum ex Ilotis quidam ageret cum

20 eo ferocius: Occidissem hercle, inquit, te, nisi ira flagrarem. Quærenti quid comati essent: q̃ inter ornamenta hoc, inquit, maxime parabile sit.

TELECLVS rex improperanti fratri ciuibus, quod importuniores aduersus se quam fratrem essent: Nempe nescis tu, inquit, lædi.

THEOPOMPVS in oppido quodam ostendenti sibi muros rogantique anne pulchri & excelsi videantur: Pulchri sane, inquit: at non vt viri, sed vt eos incolant fœminæ.

ARCHIDAMVS poscentibus bello Peloponnesiaco sociis vt vectigalia ipsis definiret certa: Bellum, inquit, non habet certum pabuli modum.

BRASIDAS in carycis captum murem morsus ab eo missum fecit: Mox assistentibus: Nihil adeo est, inquit, pusillum, quod non sit incolume, si aduersus aggredientes defendere se

30 audeat. In prælio lancea per clypeum ictus, eadem ex vulnere extracta hostem peremit. Interrogatus, quî vulneratus esset: Prodente, inquit, me clypeo, cum forte cecidisset, dum incolentes Thraciam in libertatem asserit Græcos, missiq; Lacedæmonem legati matrem eius adessent: primum requisiuit ea, an cecidisset Brasidas honeste. Celebrantib⁹ ibi eum Thracibus, prædicantibusque nullum esse alterum talem: Erratis, inquit, hospites: fuit sane vir Brasidas fortis: cæterum habet complures illo Lacedæmon præstantiores.

AGIS rex negauit quærere Lacedæmonios, quot sint, sed vbi sint hostes. Mantineæ cū interpellaretur signa cum hostibus, quod plures essent, conserere: Cum multis, inquit, dimicādum est ei, qui imperare intendit multis. Cum commendarentur, q̃ Olympia rite celebrarēt, Elij: quidnam, inquit miri edunt, si quarto quoq; anno vna die iustitiam exercent? Cum per-

40 gerent eos laudare: Quid miri, inquit, si re recta recte vtantur iustitia. Homini impuro subinde percunctanti, qui Spartiatarum esset optimus: Tui, inquit, dissimilimus. Alio sciscitante, quot sint Lacedæmonij: Tot, inquit, qui ad propulsandum sufficiant malos. Idem quærenti alij: Multi tibi, inquit, esse videbuntur, si eos pugnantes contempletis.

LYSANDER stolas, quas Dionysius tyrannus filiab. suis exquisitas miserat, non accepit, veteri se dicens, ne apparerent ex iis turpiores. Ad concidentes ipsum, quod plæraq; fraude transigeret, vt indignum Hercule, ait, quo nō pertingat leonina, ibi assuendam vulpinam. Argiuis, qui de controuerso agro afferre videbantur quam Lacedæmonij æquiora, districto gladio: Qui hoc, inquit, poriatur, hic de agri finibus dicit optime. Lacedæmonios segnes cernens ad oppugnandos muros Corinthiorum: vt leporem conspexit ex fossa exilientem: Eius-

50 cemodi, inquit, formidatis hostes, quorum ex ignauia mœnibus indormiunt lepores. Agenti cum eo ciui Megarensi liberius in Græciæ concilio: Oratio tua, inquit, vrbe indiget.

AGESILAVS Asiæ cultores, liberos ferebat malos esse, seruos bonos. Cū illi regē Persarum magnum appellare in more haberēt: Quo ille, inquit, me est maior, nisi iustior & tēperantior? De fortitudine & iustitia, vtra præstet, rogatus: Nihil fortitudinē, inquit, requiramus, omnes si iusti simus. Nocte castra ex hostico repente moturus, cum amasium videret, qui ex infirmitate sequi nō valuit, in lachrymas profusum: Arduū, inquit, est pariter misereri & sapere. Cum Menecrates medic⁹ cognomine Iuppiter epistolam ad eū scripsisset: Menecrates Iuppiter regi Agesilao Salutem: rescripsit, Rex Agesilaus Menecrati Sanitatem. Cū fudissent Athenienses eorumq; socios Lacedæmonij, atque numerum intellexisset Corinthi hostium

interfectorũ:Hem Græciam,inquit,quæ tot ipsa perdidit, quot ad barbaros domandos satis sint cunctos. Sortibus Olympiæ acceptis à Ioue ex voto suo,cum inde iuberent ephori, vt de iisdem Apollinem Pythium consuleret: profectus Delphos rogauit Apollinem, eadem ne ei quæ patri viderentur. Deposcens ab Icariensi Care quendam amicũ,scripsit ei: Niciam, si nihil commisit fraudis,dimitte:sin fraudem commisit,nobis dimitte,omnino vero dimitte. Cũ inuitaretur ad audiendum eum,qui vocem Luciniæ referebat:Ipsam, inquit, audiui frequenter. Post Martem Leuctricum notatis ex lege omnibus, qui ex acie fugeranr, infamia, vrbem cum cernerent ephori viris desolatam, notam in animo habebant antiquare, ac legislatorem creauerunt Agesilaum. Qui progressus in concionem leges sanxit ex postero die fixas esse. Missus Ægyptiorum regi suppetias,cum obsideretur cum eo ab hostibus,quorũ numero nulla parte comparari sui poterant: castraque fossa circumuallarentur: imperante rege, vt eruptione cum hostibus dimicaret:negauit inhibiturum hostib. se,qui pares ipsis se vellent reddere. Vt iam parum spacij superfuit, quin committeretur fossa, eo in ipso interstitio instructa acie pares cum paribus certantes victoriam retulere. Amicis moriens præscripsit,ne vllam sui fictam vel pictam imaginem facerent.Nam si quod meum recte factum extat, erit monimentum hoc meum:si nullum,ne si omnes quidem statuæ.

ARCHIDAMVS Agesilai filius telo conspecto catapultico, quod tunc allatum ex Sicilia primum erat,exclamauit:Pape periit viri virtus.

AGIS minor, cum diceret Demades deuorari à præstigiatorib.ob breuitatem gladios Laconicos:Atqui his ensibus,inquit,hostes maxime attingunt Lacedemonij.Ephoris,vt milites traderet proditori præcipientibus:negauit credere alienos se ei qui prodidit suos. 20

CLEOMENES pollicenti gallos gallinaceos dare sibi,qui in pugnãdo expirarent: Minime vero hos,inquit: cęterum da mihi illos,qui in pugnando interficiunt.

PÆDARETVS in trecentorum lectione præteritus: qui honos in ciuitate censebatur ordine primus:hilaris ridensq; digrediebatur, gaudere iactans se, quod ciues haberet ciuitas trecentos se præstantiores.

DAMONIDAS locatus ab eo.qui chorum docebat,nouissimo loco: Recte sane, infit, commentus es,quemadmodum hic quoque euadat honorificus.

NICOSTRATVS Argiuorum prætor ab Archidamo solicitatus, vt magnæ summæ præmio & nuptiarum Lacenæ,quam optasset extra regias, præsidium quoddam proderet: responsum reddidit non esse stirpem Archidamum Herculis. Quippe lustrantem terras coercuisse improbos Herculeum, Archidamum probos improbos facere. 30

EVDAMIDAS in Academia conspiciens grandẽ natu iam cum discipulis philosophãtem Xenocratem,accipiensq; inuestigare eũ virtutem: Quando tandem,inquit, eam in opus educet. Alias audito philosopho,qui solum sapientem bonum imperatorem esse dicebat: Oratio quidem ista,inquit,mirifica est:at qui dicit,tubarum sonitum non audiuit.

ANTIOCHVS cum esset ephorus, vt nunciatum est Messenijs Philippum agrum donasse:rogauit num etiam palmam ferre eis de agro confligentibus dedisset.

ANTALCIDAS Atheniensi,qui indoctos Lacedæmonios appellabat:Nempe soli,inquit,nihil à vobis didicimus nos mali. Cum alius ei Atheniensis dixisset: Enimuero nos subinde à Cephiso vos sumus insecuti: Nos vero,inquit, vos ab Eurota nunquam. Cum sophistes Herculis laudes recitaturus esset: Quis,inquit,eum vituperat? 40

EPAMINONDA Thebano duce nunquam tumultus panicus castra occupauit. Mortem,quæ obiretur in bello,esse dixit pulcherrimam. Armigerorũ esse corpus dictitabat oportere exercitatum non athletice modo,verum etiam militariter. Quocirca oppugnabat semp habitiores ac quempiã cum tali corpore exauthorauit,addens vix clypeis tribus vel quatuor tegi eius ventrem: qui obstaret, quo minus videre pudenda sua posset. Vsq; adeo fuit in victu frugalis: vt inuitatus à vicino ad cœnam, postquam offendit illic bellariorum,dapum, & vnguentorum apparatũ,extemplo se receperit,dicens: Sacrificare ego te, non luxuriari arbitrabar. Cum collegis eius coquus rationes paucorum dierum impensæ ederet,solam ob olei vim est stomachatus. Obstupescentibus collegis eius: non sumptu ait angi se,verum quod tantum olei in corpus receptum esset. Solenne celebrante ciuitate, omnibusque in vinũ & epulas effusis incurrit in familiarem quendam squalidus cogitabundusque incedens. Qui mirante atque sciscitante: quidnã solus tali specie obambularet: QVO vobis,inquit, crapulari & oscitare omnibus liceat. Hominem turpem, qui fraudem non grandem admiserat, deprecante missum non fecit Pelopida:sed oranti amice concessit, talia dicens accipere meretricib. conuenire,non ducibus. Cum petentibus bello Thebanos Lacedæmonus oracula Thebanis referrentur,quę partim cladem,partim victoriam spondebant:præcepit hæc ad dexterã suggestus, illa ad sinistram locari. Omnib.ita positis exurgens:Si dicto,inquit, audientes imperatoribus 50

esse

esse ac pedem conferre velitis cum hostibus, hæc vobis edita sunt oracula, monstrans lætiora: Quod si ingruente periculo locum deserueritis, illa, contuens tristiora. Alio tempore moués in hostem, cum tenuisset, atque assistentes interrogarent, quid eo putaret denunciari: percussisse Iouem ait hostes: quod quando loca eiuscemodi ad manum essent, in huiuscemodi castra essent metati. Iucundissimum ostendit sibi omniũ esse eorum, quæ sibi obtigerant præclarorum & lætorum: quod patre adhuc superstite & matre, qui se genuerant, lauream retulisset Leuctricam. Solitus alias prodire vnctus & fronte exporrecta: postridie illius conflictus sordidatus & vultu deiecto est progressus. Requirentib. nũquid ei tristius accidisset: Nihil, inquit: verum heri animaduerti maiores me, quam decebat, animos gessisse. Quare nimiam animi ef-
10 fusioné hodie coerceo. Quia vero sciebat supprimi à Spartiatis eiuscemodi casus: quo cladis eorum detegeret molem, non promiscue omnibus mortuos recipere, sed singulis ciuitatibus concessit. Ita plus mille deprehensi sunt Lacedæmoniorum. Cum Thessalorum princeps Iason Thebanorum socius in vrbé venisset, atque aureos duo millia Epaminondæ, cui angustiæ erant rei familiaris, misisset: aurum repudiauit, ac Iasonem contemplatus: Iniquis, inquit manib⁹ imperas. Ipse autem drachmis quinquaginta ab vno ciuium fœnori acceptis expeditionis viatico arma Peloponneso intulit. Alio tempore missis ei ab rege Persarum triginta millibus Daricorum, corripuit Diomedontem acriter, quod tantum æquoris ad redimendũ Epaminõdam traiecisset: atq; regi renunciare iussit: Si reipub. Thebanorũ consultũ vellet, amicũ eum habiturum gratis Epaminondam: sin secus, hostem. Cum Thebanis Argiui se consociaf-
20 sent, Atheniensium autem legati in Arcadiam profecti vtrosque criminarentur, atque orator Callistratus hisce ciuitatib⁹ exprobrasset Oresté & OEdipodem: exoriens Epaminondas, fatemur, inquit, apud nos parricidam extitisse patris, & genitricis apud Argiuos. Cæterum eorũ scelerum authores nos exegimus, Athenienses receperũt. Spartiatis multis verbis in Thebanos inuectis: Atqui breuitatem, inquit, hi vobis verborum extorsere. Postquam cum Alexandro Pheræorum tyranno hoste Thebanorum Athenienses amicitiam & societaté pepigerũt, qui promiserat eis libram carnium semiobolo præbiturũ se venalem: Nos, inquit Epaminõdas, ad carnes has præbebimus Atheniensib. sine precio ligna. Quod si negocijs nostris se ingesserint, fines eorum populabimur. Bœotos ex ocio dissolutos cum perpetuo vellet in armis continere, si quando creatus Bœotarches esset, monens dicebat. Etiam atque etiã deliberate
30 ciues. Ego enim si dux ero, militandũ erit vobis. Agrũ, qui campestris est, & laxus belli orchestram nuncupauit: quod tenere eum, nisi insertam loro scuti haberent manum, non valerent. Cum paucos Thebanos sub Corinthiorum muris pugnam lacessentes fudisset Chabrias, ac trophæum statuisset: irridés Epaminondas ait, Ibi non trophæum, sed excitatũ ab eo Hecatesium. Nam Hecaten fere in triuiis pro portis locabant. Allato copias ab Atheniensibus nouis instructas armis in Peloponnesum missas: Quid igitur, inquit, Antigenidas non gemit, q; nouas habet Tellis tibias? Fuit tibicem Tellis pessimus, optimus Antigenidas. Armigerum suum odoratus à captiuo multum argenti cepisse: Mihi quidé, inquit, redde clypeũ, tibi vero cauponam, in qua vitam transigas, mercare. Quia enim vnus ex pecuniosorum & beatorũ numero euasisti, noles posthac æque discrimina subire. Rogatus, vtrum se censeat, an Chabriã, an ve-
40 ro Iphicratem ducem meliorem: Id, inquit, dum viuimus, æstimatu est intricatum. Postquam domum ex Laconia repetiit, in iudicium capitis cum collegis vocatus, quod præturam suam contra legem in menses quatuor prorogasset: collegis iussit in se culpam transferre, quasi vi subactis: Se quidem negauit meliorem gestis habere orationé. Sin omnino quid apud iudices dicendum sit, flagitare se, si damnent se rei capitalis, vt in pila condemnationem inscribant: quo intelligant Græci nolentes Thebanos ab Epaminõda compulsos Laconiam vastasse annos intactam quingentos, Messenen ab annis triginta & ducentis cultoribus frequentasse, vnum in corpus centuriasse & contraxisse Arcadas, restituisse Græcis immunitatem & leges suas. Hæc enim gesta fuerunt illa expeditione. Iudices igitur in cachinnos effusi exiere, ac ne calculos quidem in eum accepere. Postremo certamine vulneratus ac relatus in tabernaculũ acciuit Daiphantum, mox post illum Iollidã. Quos vt accepit cecidisse, dirimere Thebanis,
50 quod duce carerent, iussit cum hostibus bellum. Atque res ipsa dicto eius astipulata est, quod optime perspectos habuisset ciues.

PELOPIDAS Epaminondæ collega, cum amici incurium esse dicerent rei necessariæ, pecuniæ parandæ: Necessaria vero pecunia huic inquit, Nicomedi, hominẽ claudum & mutilũ monstrans. Orante vxore ad prælium progredienté, vt se seruaret: Id aliis, inquit, est subiiciendũ: imperatori vero & duci vt seruet ciues. Cum miles quidam diceret. Incidimus in hostes. Quid magis, inquit, quam in nos illi? Violatus præter fœdus à tyranno Pheræorum Alexandro, ac vinctus probris lacerauit eum. Qui cum diceret, Festinas mori? Ego vero, inquit, quo magis inflammatis in te Thebanis pœnas pendas maturius. Inuisit Pelopidam vxor

tyranni Thebe, ac mirari ostendit se, quod ita esset in vinculis hilaris: Cui magis ait se ipsam demirari, quod soluta Alexandrum sufferret. Liberatus per Epaminondam grates habere se Alexandro iactauit. Periculum enim se potissimum nunc fecisse sui, ac comperisse etiam ad lethum se, nedum ad bellum, obfirmato esse animo.

Romanorum apophthegmata.

M. CVRIVS incusantibus eum nonnullis, quod de agro bello capto exiguam in capita portionem assignasset, ac partem magnam publicasset: optauit neminem existere ciuem Romanum, qui pro exiguo habiturus esset agrum illum, qui alere ipsum valeret. Samnites ad eum deuicti venerunt, aurumque obtulerunt. forte autem coquebat in ollis rapas. Quibus respondit non habere opus auro se, cui tale esset prandium. Malle autem imperare aurum habentibus, quam ipse habere.

C. FABRICIVS fusos à Pyrrho Romanos audiens: Leuinū, inquit, Pyrrhus non Epirotæ Romanos superauerunt. Missus ad Pyrrhum ad redimendos captiuos vim magnam auri, quod ille dabat, reiecit. Postridie maximum elephantum iussit Pyrrhus à tergo inscio Fabricio sonum cum magno stridore edentem offerri. Quo facto conuersus Fabricius arridensque: Me, inquit, neq; aurum heri, neque hodie hæc belua perculit. Inuitanti eum Pyrrho, vt ipsum comitaretur, teneretq; primum post se locum: Ne tibi quidem, inquit, hoc conducat. Siquidem Epirotæ si ambos nouerint nos, me regnare apud se quā te maluerint. Consuli Fabricio scripsit Pyrrhi medicus epistolam ostendens se, si iubeat sublaturum veneno Pyrrhum. Eam epistolam transmisit Fabricius Pyrrho, vt consideraret, monens pessimum ipsum esse amicorum & hostium æstimatorem. Compertis insidiis Pyrrhus medicum suspendit, ac Fabricio captiuos sine precio reddidit. Quod munus non admisit: verum, ne capere videretur mercedem, totidem inuicem restituit, neque enim gratificandi gratia Pyrrho detexisse insidias se: sed ne viderentur eum dolo necasse, quasi vincere nequissent.

FABIVS Maximus signa cū Annibale conferre detrectans, sed atterere instituens copias eius die rei pecuniariæ angustiis & commeatuū laborantes infesto agmine per loca aspera & alta sectabatur. Hic cum ludibrio haberet eum vulgus, atque Annibalis pædagogum appellaret, floccifaciens id rationibus suis vtebatur, atq; amicis dixit, eum, qui cauillorum & cōuitiorum metuens esset, timidiorē putare se eo, qui hostes profugiat. Cum collega eius Minutius aliquanta manu hostium cæsa in omnium ore esset, vt vir vere Romanus. Magis ait secundam fortunam se quam aduersam timere Minutij. Breui post insidiis circumuento ac pene cū exercitu oppresso succurrens, & magnum hostiū numerū cecidit & illum eripuit. Quare Annibal amicis, Nonne prædixi, inquit, vobis ego sæpius illam, quæ sederet in montibus nubem imbrem aliquando in nos daturam? Post Cannensem vrbis cladem vocatus cū Claudio Marcello ad imperium feroce viro præliandiq; semper cum Annibale auido, ipse spem conceperat: si nemo signa cum Annibale conferret, breui fore, vt vires eius confectæ elanguescerent. Itaque dixit se Annibal magis quam dimicantē Marcellum formidare Fabium à pugna abstinentem. Miles quidam Lucanus delatus erat apud eum extra castra subinde amore mulieris pernoctare: cætera virum esse in armis eximiū intelligens, comprehendi imperauit clam amicam eius atq; ad se trahi. Vt attracta est, accito illi: Haud fefellit me, inquit, contra disciplinā militarē extra castra te pernoctasse. Neq; vero etiam virtutes ante ignoraui tuas. Igitur factis tuis strenuis, quam commisisti, condono fraudem. Posthac manebis nobiscum. Habeo enim expromissorem, productamq; mulierem tradidit ei. Annibale, qui præsidium Tarento præter arcem imposuerat, dolo quam longissime inde retracto vrbeque capta & direpta, interroganti scribæ, quid signis deorum fieri vellet: Deos iratos, inquit, Tarentinis relinquamus. M. Liuium, qui arcem custodiebat, sua opera receptam commemorantem vrbem cum cęteri deriderent, Fabius ait: Recte ais. Nam nisi vrbē tu perdidisses, ego eam non recepissem. Iam annis grauis ad filium consulem pro tribunali sedentem assistente magna caterua equo vehens accedebat. Cui cum iuuenis misso lictore iussisset, vt descenderet ex equo: erubuerunt alij. At Fabius ex equo desiliens præter ætatem properauit ad filium, eumque complexus: Macte consilio, inquit, fili. Sentis, quibus imperas & quantæ maiestatis imperium teneas.

SCIPIO maior, quod ei ab expeditionibus & repub. gerenda ocij concedebatur, id in literis traducens dicebat tum minime se esse in ocio, cum esset ociosus. Cum Carthaginē expugnasset & milites nonnulli virginem mira forma captā adducerent eiq; darent: Libens, inquit, acciperē, si priuatus & non cū imperio essem. Obsidens oppidū cauo loco positū, ex quo delubrum Veneris eminebat, ibi iussit vt sponsiones facerent, post triduum in fano Veneris audiru-

auditurum se disceptãtes: atque id potitus vrbe, sicut prædixerat, fecit. Interroganti cuidã in Sicilia, quo fretus traiicere cum classe aduersus Carthaginem instituerat: ostendit milites armatos trecentos, qui exercebant se, ac turrim editam, quæ mari imminebat, atq; : Horum, inquit, est nemo, quin si iussero, scandat hanc turrim, atq; seipsum præcipitet. Vt transmissis legionibus terra est potitus atque castra hostium incendit: Carthaginenses missis legatis pacẽ his legibus patrarunt, vt elephantos & naues traderent, stipendiumque penderent populo Romano: deportatis ab Annibale ex Italia copiis pœnituit eos ex fiducia fœderis. Quod vbi intellexit Scipio, ostendit se, nec si cuperent, staturũ iam se pactis: nisi insuper, q accersiuissent Annibalem, quinque millia talentũm penderent. Postquam signis collatis victi Pœni legatos ad petendum fœdus & pacẽ ad eum miserunt: facessere extemplo iussit illos, qui venerant: non ante auditurum se eos, quam L. Terentium adduxissent. Erat inter Quirites Terentius vir probus à Carthaginensibus captus. Vt eum adduxerũt, pro tribunali in consilio iuxta se locauit Terentium, atq; ita fecit eis dicendi potestatem, ac bellũ diremit. Terentius liberti modo pileatus secutus est triumphantem: ac defuncti funus prosequentib mulsum dedit, cæteraque in exequiis munifice fecit. Cæterum hæc post secuta sunt. At cum rex Antiochus traducto in Asiam exercitu Romano legatos ad Scipionem pacem petitum misisset: Hoc oportuerat, inquit, ante factum, non nunc, postquam frenum & sessorem accepisti. Cum senatus decreuisset, vt pecuniam sumeret ex ærario, renuentibus ærarium illo die aperire quæstorib. seipsum iactauit aperturum. Quippe claudi sua opera ærariũ, qui id tanta impleuisset pecunia. Cum Petitius & Quintus eum longa oratione in concione accusassent: Hoc, inquit, die cum Carthaginensibus & Annibale signis collatis feliciter pugnaui. Itaque corona sumpta in Capitolium sacrificatum ascendo. Cui cordi est, ferat de me suffragium. Ita fatus ascendit, populusque accusatores relinquens concionantes est eum secutus.

T. QVINTIVS adeo fuit à rudimẽtis clarus, vt transcenso tribunatu, prætura, ædilitate, consul designaretur. Hic cum missus esset aduersus Philippum dux, adductus est, vt in colloquium cum eo veniret. Petente obsides Philippo, q ille multi q; alij Romanis duces essent, se vnum Macedonib. Nempe tu, inquit Quintius, qui amicos interfecisti & necessarios solũ te ipse reddidisti. Superato pugna Philippo Isthmiis per præconem pronunciauit, iubere se Græcos liberos esse & immunes suis legibus. Quotquot ciues Romani bello Punico capti in Græcia seruiebant, hos in capita drachmis quingentis redemptos ei dono dedere. Qui manumissorum more pileati currum secuti sunt triumphantis. Parantes in Zacynthiorum insulã expeditionem Achæos detettuit, ne testudinis modo caput extra Peloponnesum exerentes exponerent se periculo. Rege cum ingentib. copiis Græciam petente Antiocho, omnibusq; multitudinis stupore & armaturæ defixis, huiuscemodi orationem ad Achæos habuit: Chalcide, commemorauit, cum cœnaret apud hospitem, miratum se affluentiam carniũ. Respondisse hospitem sibi, esse ea omnia porcina, apparatu, condimentis, & confectionib. distincta. Quare nolite vos quoque, inquit, stupere exercitum regium, cum lancearios, cataphractos, pedites, sagittarios, desultores audistis. Omnes enim hi Syri sunt, armis inter se differentes. Cũ Philopœmene Achæorum prætore, qui magnum equitatum & peditatum habebat, sed re pecuniaria destituebatur, iocans ait: Manus Philopœmen habet & crura: ventrem nõ habet. Et erat enim habitus quoque is Philopœmeni corporis.

C. DOMITIVS, quem Scipio maior sibi apud Lucium fratrem substituerat legatum bello, quod cum Antiocho est gestum, contemplatus hostium aciem præfectis, quos secum habebat, vt extemplo signa inferret, instantibus: negauit satis temporis suppeditare, vt concisis tot millibus atque impedimentis eorum direptis in castra reuersi curate possent corpora. Idem facturum cras ostendit se mature. Ac prælio postridie conserto quinquaginta millia hostium contrucidauit.

P. LICINIVS consul, qui res in Macedonia gerebat, à rege Perseo equestri prælio fusus duo millia & octingentos de suis desiderauit partim occisos, partim captos. Cum autem secundum pugnam misisset ad fœdus & pacem faciendam Perseus, imperauit victus victori, vt sua omnia populo Romano permitteret.

PAVLVS Æmilius candidatus iterũ consulatis honore deiectus est. Quẽ vt bello Macedonico, q cum Perseo gerebatur, ducum imperitia & ignauia extracto consulem creauerunt, gratia eis negauit se habere. Neque enim q ipse honorem requireret, sed quod illi imperatorem, mandatum sibi magistratum. Domum ex foro reuersus, filiolamq; repetiens Tertiam lachrymantem, causam requisiuit. Quæ cũ diceret: Perseus nobis mortuus est. (Catellus fuit ita dictus) Quod felix faustũque sit, inquit filia, accipio omen. Reperiens in castris ingentem ferociam & loquacitatẽ, quod milites imperatoris officio se ingererent, & consilia iactarent sua: edixit, ne sibi obstreperent, sed gladios acuerent solum, reliqua sibi curæ fore. Vigiles

lanceam

lanceam & gladiũ in stationes ferre vetuit: quo spe deposita repellendi hostem somno actius repugnarent. Inita per iuga montium Macedonia in aciem instructos conspiciens hostes, cũ impelleret eum ad hostes e uestigio adoriendũ Nasica: Si tua quidem, inquit, sim ætate. Enimuero multarum rerũ mihi vsus, nec cum instructa acie signa ex itinere conferã, prohibet. Deuicto Perseo cum cõuiuia exhiberet victorialia, eiusdem esse dixit peritiæ aciem quam horrendissimam hostibus, & conuiuium offerre amicis quam iucundissimum. Cum Perseus bello captus deprecaretur, ne in triumphum duceretur: Id in tua, inquit, est, situm manu, potestatem ei faciens se ipsum necandi. Ex immensis, qui reperti sunt, thesauris nihil sibi sumpsit, sed genero Tuberoni phialam argenteam quinque pondo virtutis causa donauit: q. ferunt primũ fuisse in Tuberonum domum argentum factum illatum. Ex filiis, quos habebat quatuor, duos ante in adoptionem aliis dederat. Duorum, quos in familia retinuerat, alter dieb' quinq; ante triumphum eius annos natus quatuordecim decessit: alter annorũ duodecim post triumphum totidem diebus. Tum in concionem progressus populo vicem eius dolente & casum eius lugente: Nunc de patria, inquit, securus sum & extra omnẽ alcam: quod in domum meam effuderit fortuna rerum inuidiam secundarum, quam pro omnibus ipse suscepi. 10

CATO maior pro concione in luxum & profusionem inuehens: Vt est, inquit, difficile ad ventrem verba facere auribus expertem. Mirari ait se, quemadmodũ salua possit esse ciuitas, in qua pluris piscis veneat quam bos. Insectans aliquando infundentẽ se ciuitati fœminarum potentiam: Omnes inquit, mortales mulieribus imperant, nos omnibus mortalibus, nobis mulieres. Malle demonstrauit se benefactis suis non haberi gratiam, quam non luere pœnas offendentem: Omnium noxis præterquam suis ignoscere. Incitans magistratus ad puniẽdum delinquentes, dixit eos, qui eum valerent, non interpellarent flagitia admittentes, hos incitare. Iuuenes placere sibi ait potius eos, qui erubescerent, quam qui expallescerẽt. Odisse militem se, in ambulando qui manus, & in præliando moueat pedes, stertat altius quam fremat. Pessimum esse dicebat reipub. rectorem, qui regere se ipse nõ posset. Maxime arbitrabatur seipsum quenque vereri debere. Nemine enim vnquam à seipso esse remotũ. Compluribus positas cernẽs statuas: De me, inquit, præopto vt quærant homines, cur posita statua Catoni nulla sit, quam cur posita. Vt parcerent monuit potentes licentia, quo vti ea ipsi perpetuo possent. Qui virtutem spoliarent honore, hos spoliare virtute iuuentutem dixit. Potestatem aut iudicem debere negauit permittere, vt aut quis ipsum ad ius suum obtinendum precaretur, aut ad obtinendam iniuriam deprecaretur: Iniuriam aiebat, quamuis non creet periculum facientibus, tamen omnibus creare. Senectuti multis obnoxiæ turpibus monebat, ne adiungerent à vitio turpitudinem. Irascentẽ à furioso putabat diuturnitate differre. Minime esse inuidiosos, qui fortuna ciuiliter & modice vtantur. Neque enim nobis sed iis, quæ nobis adsunt, inuideri. Qui serij in ridiculis essent, hos fore in seriis memorauit ridiculos: Præclara facta præclaris decoranda orationib. demonstrauit, ne gloria defraudentur. Increpauit ciues, quod semper eosdem consules designarent. Videbimini enim, inquit, aut non magni consulatum aut non multos consulatu ducere dignos. Eum, qui prædium maritimum venum dederat, demirari finxit se vt pelago validiorem. Quod enim, inquit, illud ægre lambit, id hic facile deuorauit. Censuræ candidatus, cum alios conspiceret supplices & prensantes multitudinẽ ipse clamabat indigere medico populum seuero ac magna purgatione. Itaque non blandissimum sed capiendum tristissimum. Quæ ille dum iactat, omnibus fuit prælatus. Erudiens pubem audacter pugnare, subinde prædicauit sermonem citius quam ferrum, ac vocem quam manum auertere & obstupefacere hostem. Res gerenti aduersus Bœticam incolentes terrorem incussit multitudo hostium. Ibi Celtibæris societatis mercedem ducenta talenta postulantibus, Romanis vero indignantibus mercedem barbaris promitti: errare ostendit eos. Siquidem si vicissent, depensuros se non de suis, sed de hostium facultatibus: Sin essent victi, non fore neque qui exigerent, neque à quibus exigeretur. Vrbes plures cepisse ait se, quam fuisset dies in prouincia moratus, ac nihil præter esculenta & poculenta accepisse. Militibus viritim libras argenti partitus satius esse ait multos cum argento, quam cum auro paucos domum redire. Nam ducem decere nihil aliud in prouinciis quam gloriam amplificari. Seruos habebat in expeditione quinque, quorum vnus tria mancipia mercatus, cum nõ esset id clam Catone: antequam in conspectum eius venit, laqueo sibi mortem conciliauit. Ab Scipione Africano rogatus, vt adesset Achæorum exulibus aduocatus, quo in patriam eis reditus conficeretur: simulauit rem curæ sibi non esse. At cum in senatu magna esset hac de re disputatio, exurgens: Quasi non sit, inquit, quid agamus, desidemus hic totum diem de senibus Græculis quærentes, hic an illic à sandapilariis efferantur. Posthumo * Labieno, qui historias Græce scriptitaurat, veniam ab auditoribus petente, cauillatus est Catogratiam faciendam, si Amphyctionum decreto coactus scripsisset. 20 30 40 50

SCI-

Scipionem minorem annis ferunt, quibus vixit quatuor & quinquaginta, nihil nū-
dinatū esse, nihil distraxisse, nihil ædificasse, pondo argenti triginta tria sola magno in censu,
duo auri reliquisse, idque Carthaginis domitorem & eū, qui supra cæteros imperatores locu-
pletauerat milites. Polybij præceptum sequens elaborabat nō prius ex foro digredi, quā quà-
uis ratione consuetudinē & amicitiam sibi conciliasset alicuius ex iis, qui ipsum conuenirēt.
Tantam etiamnum adolescens excitauerat de se virtutis & prudentiæ, opinionem: vt Cato
maior pronunciauerit rogatus de iis, qui ad Carthaginem militabant, in quibus erat Scipio:

Huic modo cor soli est, reliqui velut vmbra feruntur.

Ab expeditione ad vrbem reuerso consulatum detulerunt, non quo ei gratificarentur: verum
quo illius opera mature & facile potirentur Carthagine. Cum teneret muros propugnantib,
ex arce Carthaginensibus, author fuit ei Polybius, vt in mare interiectum non admodum al-
tum murices ferreos dispergeret, aut taleas disseminaret aculeatas, ne illic transmeantes ado-
riuntur hostes aggeres. Cui ille ridiculum ait esse, cum teneantur mœnia, & in vrbe sint, iam
hoc agere, ne cum hostibus dimicent. Cum vrbem reperisset signis & ornamentis Græcis re-
fertam ex Sicilia asportatis, per præconē pronunciari iussit, vt ciuitates certos mitterent, qui
agnoscerent & auferrent sua. Ex præda neq; seruum, neque libertinum quicquam vllum per-
misit capere ac ne licitari quidem, cum agerent & ferrent omnes. C. Lælij amicorum eius
charissimi consularis candidati petitionem studio suo iuuans requisiuit de Poppio, num ipse
quoque consulatum ambiret. Dicebatur Poppius tibicinis esse filius. Abnuente eo ambire,
imo pro Lælio etiam se prensaturum ostendente, habita fide, dum operiuntur illum, delusi
sunt. Nunciatum est enim, eum in foro ambire & prensare ciues. Cum ibi stomacharentur
cæteri, Scipio ridens: Stulti, inquit, sumus: qui quasi non homines simus, sed deos precaturi,
tempus iam diu terimus, tibicinem præstolantes. Appio Claudio, qui competitor eius erat
in censura, iactante omnes ciues se nominatim salutare, eum neminem pene cognoscat Sci-
pio: Verum, inquit, prædicas. Mihi namque non nosse multos, verū ne essem cuiquam igno-
tus, fuit curæ. Iussit ciuibus, quandoquidem bellum cum Celtiberis gerebant, vtrumque vt in
castra mitterent vel legatos vel tribunos, atque eos, qui bello interfuissent, testes caperent &
iudices vtriusque virtutis. Renunciatus censor ademit iuueni equum, quod opipare cœnans,
quo tempore oppugnabatur Carthago, formatam ad vrbis effigiem placentam, quam Car-
thaginem appellauit, conuiuis apposuisset diripiendam. Quærenti causam, cure quum sibi
ademisset iuueni: Quia Carthaginē, inquit, me anteuertisti diripere. C. Licinium cum vide-
ret prætergredientem: Hunc ego scio, infit, peierasse. Cæterum cum eum nemo accuset,
non possum idem accusator esse & iudex. Missus à senatu tertius, vt est Clitomachus
author,

Quas hominum leges colerent speculator & vrbes:

ad res ciuitatum, nationum & regum inspiciendas, vt Alexandriam appulit, atque egressus è
naui incessit iniecta capiti toga: petierunt circūcursitantes Alexandrini, vt aperiret se, osten-
deretq; desiderantibus faciem suam. Vbi apparuit caput, clamorē sustulerunt, ac plausum de-
derunt. Progredientes autem illos ægre ob ignauiam & mollitiā corporis regē comitati con-
tendente: Scipio submissim Panætio insusurrans ait: Hunc iam fructū ex aduētu nostro cepe-
runt Alexandrini, quod regem suum viderunt inambulantem. Comitabatur eum amicus v-
nus philosophus Panætius, serui quinque: quorum in peregrinatione extincto vno, alium
quia comparare nolebat, accersiuit Roma. Cū haberentur Numantini inuicti bello viri, mul-
tosq; duces profligassent, ad bellum illud gerendum Scipionem populus consulem creauit.
Cum autem frequentes ad eam expeditionem se voluntarij offerrent: veritus, ne vacua relin-
queretur Italia, impediuit id senatus: nec stipendium vt caperet ex ærario concessit, verū as-
signauit à publicanis, cuius pecuniæ nondum cesserat dies. At Scipio non requirere ait se pe-
cuniam, suppeditaturam domo & ab amicis: verum de militibus est questus. Quippe graue es-
se bellum, si virtute hostium fuissent toties superati, quod aduersus tales: si ciuium ignauia, q
cum talibus gereretur. Postquam in castris sub aduentum suum ingentem licentiam, lasciui-
am, superstitionem, & luxum offendit: extemplo fatiloquos, ariolos, & lenones exegit, instru-
mentum omne edixit vt dimitterent, præterquam ollam, veru, & poculum figlinum. Ex ar-
genteis calicem permisit, quibus liberet, non amplius dupondio, balneis interdixit. Qui vngi
vellet, vt se quisque ipse fricaret. Namque iumenta manibus carentia habere opus alio, qui
ipsa fricet. Prandium præscripsit vt pedibus insistentes caperent incoctum: cœnarent accū-
bentes panem vel pultem simplicē, & carnes assas vel elixas. Ipse sago amictus pullo in publi-
co versabatur, lugere ferens se exercitus infamiam. Cum Memmij cuiusdam tribuni militum
iumenta deprehendisset cupas gemmatas deportantia & pocula Tericlia: Mihi inquit, & pa-
triæ dies triginta, tibi vero ipsi vitam omnem talibus moribus effecisti inutilem. Cum scu-
tum

cum alius egregie exornatum ostentasset: Scutum quidem, inquit, adolescens bellum est: at decet militem Romanũ spem in dextera potius quam in sinistra reponere. Qui vallum gerebat, cum oppido se diceret degrauari: Merito, infit: Nam ligno hoc plus quã gladio fidis. Desperationem cernens hostium, redimere prædicauit se tractu securitatem. Siquidem ducem bonum medici more nouissimo loco adhibere in curatione ferrum. Tandem adortus in loco Numantinos fudit fugauitque eos. Ibi senioribus victos probris increpantibus, quod terga dedissent iis, quos tam sæpe fugientes egissent, dixisse ferunt Numantinum quendam, easdẽ etiam nunc esse oues, at pastorem alium. Vbi capta Numantia iterum triumphans vrbem inuectus in concertationem cum C. Graccho pro senatu & sociis venit, populusque ob id infensus ei pro rostris obstrepuit: Me nunquam, inquit, exercituum fremitus perculit, nedum hominum collectitiorum, quorum esse Italiam nõ matrem, sed nouercam noui. Vociferante Caij caterua contrucidandum tyrannum: Haud ab re, inquit, hostes patriæ occupare volunt me interficere. Neque enim Romam stante Scipione cadere fas est, neque viuere Scipionem in præceps data Roma.

CÆCILIVS Metellus firmam arcem aggredi destinans centurionem, qui ei demonstrabat, si decem tantum militum faceret iacturam, potiturum eum arce, rogauit, ecquid vnus ipse ex illis decem esse vellet. Cuidam ex iunioribus tribuno militũ, quid cepturus esset, percunctanti: De eo mihi, inquit, si tunica esset conscia, detractam in ignem coniicerem. Scipionis, quem viuum oppugnauerat, morte doluit, filiisque suis eius lectum iussit subire. Diis autem memorauit vrbis causa gratias se agere, quod alibi non esset Scipio natus.

C. MARIVS, qui ex obscuro loco gloria militari ad rempub. aspirauit, ædilitatẽ curulem petiuit. Ac præteriri cum se animaduerteret, eodẽ die ædilitatis plebis se candidatum ꝓfessus est. Qua item cum esset deiectus, non est depulsus tamen principatus Romæ obtinendi spe. Varices habebat in vtroq; crure, quos præbuit medico execandos non alligatus, ac sine gemitu vllo, & vultu non contracto sectionem pertulit. Verum ad alterum crus cum transiret medicus, reiecit eum, negans tanti esse curationẽ, vt tolerandum eum dolorem existimaret. Cum secundo eius consulatu sororis eius filium Lucium vim sibi adhibentem, miles quidam forma speciosa Trebonius nomine confodisset, multis ipsum criminantibus non iuit inficias se tribunum confodisse, sed causam allegauit probauitq;. Quare iussit adferri Marius coronã, quæ virtutis causa dari solebat, eaque Trebonium donauit. Cum castra sua Teutonum castris contulisset loco, qui angustam habebat aquationem, militibus siti laborare se ferentibus mõstrauit manu, qui sub hostium castris decurrebat, fluuium atq;: Inde vobis, inquit, potus sanguine venalis est. Illi ducerct conclamauerunt, dum liquidum sanguinem haberent, neque omnẽ dum ex siti concretum. Bello Cimbrico mille Camerinos, quorum strenua opera vsus fuerat, simul ciuitate donauit nulla lege, & obtrectantibus respondit, non potuisse per armorum strepitum se leges exaudire. Bello Italico circumuallari & obsideri se passus est, occasionem suam manens. Cum diceret ei Silo Popedius: Si magnus es Mari dux, descende in certamen: Imo tu, inquit, si magnus dux es, coge me dimicare vel inuitum.

LVCTATIVS Catulus bello Cimbrico ad Athesim amnem statiua habebat, cum autẽ Romani, qui barbaros transmittere moliẽtes cernebant, reciperent se, neq; sustinere eos valeret, ad primos contendit fugientium, ne cedere hostibus viderentur, sed ducem sequi.

SYLLA cognomento Felix in maximis suis felicitatibus numerabat duo, Metelli Pij necessitudinem, & quod non deleuisset Athenas, verum ei vrbi pepercisset.

C. POPILIVM legatum à senatu ad Antiochum missum cum literis, quib. iubebatur, vt deportaret ex Ægypto exercitum, neque sibi assereret liberorum Ptolemęi orborum regnum, cum accedentem per castra procul salutaret comiter Ptolemæus, hic non resalutauit illum, sed epistolam reddidit. Qua lecta cum deliberaturum se ille dixisset, ac redditurum responsum: virga ei Popilius circulum circumscripsit, addens, vt eo loco insistens consultaret ac responderet. Stupentibus spiritus Popilij cunctis, atque senatus voluntati Antiocho obsecundaturum se ostendente, tum salutauit complexusque eum est Popilius.

LVCVLLVS in Armenia cum decem millibus peditum & mille equitũ mouebat in Tigranẽ exercitu succinctum cẽtum quinquaginta millium militum pridie Non. Octob. qua die antea legiones Cæpionis oppressæ fuerant à Cimbris. Cum subiiceret quidam diem eam esse Romanis nefastam: Igitur, inquit, decertemus hodie strenue, vt & hanc ex nefasta & tristi lætam & secundam Romanis reddamus. Cataphractorũ præcipue timentes milites iussit bono animo esse. Plus enim fore laboris in his spoliandis quam fundendis. Motum barbarorum ex cliuo, quem princeps scandit, speculatus exclamauit: Vicimus commilitones. Effusos in fugam omnes consectans quinque de suis desiderauit, de hostibus concidit plus centũ millia.

CN. POMPEIVS tam fuit populo Romano charus, quã in odio eius pater. Admodum

adhuc

adhuc iuuenis partibus Syllanis aggregauit se: ac cum neq; magistratum vllum cepisset, neq; senator esset, magnas copias ex Italia conscripsit. Quę accersente Sylla, negauit sine manubiis & incruentum ostensurum se imperatori exercitum: neq; ante ad eum venit, quam hostium duces multis prælijs contudisset. Vbi missus cū imperio à Sylla in Siciliam milites accepit excedentes agmine manus adferre prouincialib. eosq; expilare, qui sine causa vagabantur & palabantur, animaduertit in eos: illorū vero, qui ab se mittebantur gladiis sigilla impressit. Mamertinos, qui à diuersis partibus steterant, parabat cunctos necare. At Sthenio demonstrante concionatore facere eum inique, qui vnius vice sontis insontes plecteret multos: Eum se esse, qui amicos induxerat, alienos à se vi subegerat, vt in Marij descenderent sectam: obstupescēs Pompeius veniam ait dare Mamertinis se, qui permoti ab eo fuissent viro, patriā qui sua ipsius anima potiorem habeat, ciuitatemq; ac Stheniū noxa exemit. Postquam in Africam traiecit aduersus Domitium, atq; hostes ingenti prælio fudit, salutantibus ipsum militibus imperatorem, honorem eum negauit, dum directum hostium vallū staret, agnoscere. Tum illi, tametsi largus imber cœlo deflueret, impressione facta castra exciderūt. Reuersum cum aliis honoribus Sylla excepit benigne, tum Magnum prim⁹ appellauit. Triumphum petentem, quod nōdum in senatum allect⁹ esset, reiiciebat. Ibi cum iactasset apud assistētes Pompeius, fallere Syllam exorientē solem plures quam occidentem adorare: Proclamauit Sylla, Triumphet. Stomachabatur autē Seruilius, qui partis erat optimatiū, ac frequentes milites præmia quædam postulantes triumphū interpellabant. Vt vero dixit Pompeius potius se triumphum dimissurūm, quā illis assentaturum: Nunc, inquit, Pompeium video & Magnum vere & triumpho dignum. Moris erat equitum Romanorum, si quando legitimum tempus stipendiorū expleuissent, vt equum in forum ad censores adducerent, recēsitisq; singulis expeditionib. & imperatoribus, sub quib. meruissent, honorem aut notam pro meritis consequerentur. Pompei⁹ autem consulatu fungens equum ipse deduxit in forum ad censores Gellium & Lentulum. Quibus de more interrogantib. ecquid omnia stipendia implesset: Omnia, infit, sub me ipso imperatore. Sertorij monumentis in Hispania potitus, in quibus multorū epistolæ principum erant, qui cum præsentem rerum statum mouere & versare remp. cuperent, Sertorium in Italiam acciebant: omneis concremauit, pœnitentiæ locum dans, & vt corrigere se improbi possent. Vt Parthorum rex per legatos postulauit ab eo Phraates, vt terminus ipsis Euphrates esset: Imo, inquit, vtetur populus Romanus termino cum Parthis iustitia. Cum L. Lucullus post bella gesta se in luxum demisisset, ac sumptuosam duceret vitam, carperet autem Pompeium, quod præter ætatē multas res gerere affectaret: Magis ait deliciis indulgere seni quā rempub. gerere esse præter ætatem. Laboranti turdum præscripserunt medici sumere. Qui cum quæreretur, nec inueniretur, q, esset intēpestiuum, dixit quidam reperturos apud Lucullum, qui per totum annum eos aleret: Itane vero, nisi Lucullus, inquit, luxuria difflueret, non viueret Pompeius? missoq; facto medico, quæ parabilia erant, cepit. Cum Romæ annona grauiter laboraretur: præpositus verbo procurationi frumentariæ, reuera creatus terræ marisq; domin⁹, soluit in Africam, Sardiniam, & Siciliam. grandique coacto frumenti numero Romam properauit. Cum autem grauis tempestas sæuiret, dubitantibus gubernatoribus conscendit primus, imperansq; vt anchoras molirentur, exclamauit: Nauigare necesse est, viuere nō est. Dilucente alienatione à Cæsare eius, cum Marcellinus quidam, quem fama erat fuisse à Pompeio prouectum, desciuisset ad Cęsarem, atq; oppugnaret eum in senatu valde: Ecquid te pudet, inquit, Marcelline, insectari me, per quem ex muto disertus, & ex famelico nauseabundus es effectus? Catoni, qui eum perstrinxit acriter, quod identidem denunciante se Cæsaris opes & incrementum non è repub. esse, ipse eas auxisset, respondit: Tua maiorem diuinationem, mea amicitiam habuere. De seipso iactans dixit, omne imperium se citius quam expectasset, accepisse, & deposuisse quam esset expectatum. Post aciem Pharsalicam in Ægyptum fugiens, vt transiturus ex triremi erat in nauem piscatoriam, quam rex miserat, conuersus ad vxorem & filium aliud nihil, quam hoc Sophoclis dixit:

Quisquis domum elatam tyranni accesserit,
Fit illius seruus, venit liber licet.

Vt transcendit in eam, gladio ictus vno edito suspirio nihil locutus est, sed obuelato capite permisit se percussoribus.

CICERO orator cum illuderetur eius nomen, monerentque amici, vt id immutaret: Redditurum nomē se Ciceronis ait Catonibus, Catulis, & Scauris illustrius. Poculum argenteū diis dedicās initia nominū suorum literis expressit, Ciceronis loco cicer insculpsit. Oratores clamosos dicebat ex imbecillitate in clamorē, sicut claudos in equum insilire. Erat Verri fili⁹, qui parum pudice formam habuerat: cum autem obiiceret Ciceroni mollitiem, atque cinædum appellaret: Nescis, inquit, liberis intra fores conuiciandū esse? Cum exprobrasset ei Me-

tellus Nepos plures eum testimonio suo occidisse, quam conseruasse patrocinio: Nempe, inquit, plus mihi est fidei quam eloquentiæ. Quærenti Metello, quis pater eius esset: Hanc inquit, responsionem mater tua efficit difficiliorem. Erat enim eius impudica mater: ipse autem leuiculus temporariusque Metellus, atque in appetitus suos præceps. Diodoti, quo vsus erat Metellus in rhetoricis præceptore, cum tumulo defuncti imposuisset marmoreum coruum: veram ait mercedem eum recepisse. Volare enim hunc, non dicere docuit. Vatinium hominem ab eo alienum & improbum aliàs cum allatum esset decessisse, vbi mox viuere illum cognouit: Male pereat, inquit, qui male mentitus est. At illum, quem ex Africa ferebant ortum, cum non exaudire se eum dicentem prædicaret: Atqui aures, inquit, habes perforatas. * C. Popilium, qui haberi iurisperitus affectabat, cum esset indoctus & ineptus, ad testimonium in causa quadam citauerat. Qui cum nihil diceret se scire: Putas inquit, fortassis te de iure interrogati. Orator Hortensius, qui à Verre Sphyngē argenteam mercede acceperat: Cum Cicero aliquid oblique dixisset, scire negauit soluere ænigmata. Cui Cicero: Atqui Sphyngem, inquit, domi habes. Voconio occurrens, qui secum ducebat tres insigniter deformes filias, submisse ad amicos dixit:

*In Vit. est, P.Consam.

Invito Apolline seminauit liberos.

Cum Faustus Syllæ filius ære alieno obrutus bonorum suorum auctionē proscripsisset: Hanc, inquit, proscriptionem malo quam paternam. In Pompeij & Cæsaris dissensione ait. Quem fugiam habeo: non habeo, quem sequar. Ac Pompeium reprehendit, quod deserta vbe Themistoclem potius quam Periclem esset imitatus: cum res huius temporibus non illius affines essent. Cum esset ad Pompeium profectus, & rursus eū consilij pœniteret, à Pompeio rogatus, vbi *Pisonem generum suum reliquisset: Apud socerum, inquit, tuum. Cum quidam à Cæsare ad Pompeium transisset, atque equum referret se præfestinantē ex studio suo reliquisse: melius ait illum equo consuluisse. Annuncianti Cæsaris amicos contracto vultu esse: Narras, inquit, male eos Cæsari velle. Post pugnam Pharsalicam cum fugam Pompeius conscivisset, referēte Nonio septem ipsis adhuc aquilas superesse, hortanteque idcirco, vt bono animo essent: Recte moneres, inquit, si cum graculis esset bellum gerend. Cum Cæsar victor deiectas Pompeij statuas honorifice erexisset, loquens de illo Cicero: Cæsar, inquit, Pompeij statuas erigēdo suas stabilit. Tanti faciebat bene dicere, atque adeo laborabat in eo anxie, vt causam apud centumuiros dicturus, instante die seruum Erotem, qui iudicium in posterum diem reiectum nunciarat, manumiserit.

*Dolabellā, corrigendum.

C. CÆSAR cum Syllam profugeret admodum adhuc iuuenis, incidit in piratas. Ac primum cum poposcissent ab eo summam argenti prædones, quod ignorarent, quem tenerent, derisit, alterumque tantum promisit se daturum. Deinde custodientibus se, dum argentum cogitur, imperabat, ne dormientem interpellarent, & silentium tenerent. Orationes etiam & versus scribebat, quos eis recitabat. Eos nisi valde laudarent, insulsos appellabat & barbaros, ac per iocum suspensurum eos se minitabatur: quod breui post fecit. Siquidem precio redemptionis allato dimissus, contractis hominibus ex Asia nauibusque, redegit in potestatem prædones ac cruci suffixit. Romæ competitor Catuli principis ciuitatis comitiis Pontifice Maximo rogando matri ad ianuam eum prosequenti: Hodie, inquit, mater aut Pontificem Maximum filium aut exulem habebis. Vxore Pompeia ob Clodium famosa abdicata, in Clodium, qui ob id causam dicebat, testis productus, nihil dixit secus sibi de vxore compertum. Ibi quærente accusatore: quid ergo diduxisset cum vxore matrimonium: Quod Cæsaris coniugem, inquit, etiam calumnia vacare oporteat. Acta legens Alexandri ad lachrymas est effusus: quod, vt est apud amicos professus, in ea ille ætate debellasset Darium, ipse nihil dum effecisset. Oppidulum in Alpibus tenue prætergrediens, disputantibus eius amicis, num quæ illic quoque de primatu seditiones & certamina forent: restitit, ac cogitabundus: Equidem, inquit, mallem apud hos primus esse, quam Romæ secundus. Cœpta audacia & magna agenda dixit esse, non consilio expendenda ac Rubiconem amnem, qui prouinciæ Galliæ fines efficit, traiecit aduersus Pompeium, dicens: Iacta esto alea. Cum relicta Pompeius vrbe ad mare se reciperet, ac Metellus, qui præfectus erat ærario, argentum capere quærenti vetaret, ærariumque præclusisset, denunciauit ei necem. Consternato Metello: Hoc inquit, adolescens dictu mihi quam factu est difficilius. Cum milites ei serius Brundusio Dyrrachium transportarentur, clam omnibus exiguum nauigium conscendit, tentauitque transmittere pelag⁹. Cum autem obrueretur nauigiū fluctibus: gubernatori, qui esset, aperuit, exclamauitque: Confide fortunæ, cum scias vehere te Cæsarem. Cæterum in præsentia quidem increbescēte tempestate impeditus fuit, concursuque facto militum mœrentiū, quod diffidens ipsis copias respiceret alias. Vt signis collatis victor Pompeius non institit fugientib. sed receptui cecinit: Hodie, inquit, penes hostes victoria fuit: verum non habent, qui vincere nouit. Apud Pharsalum

cum aciei Pompeius digestę, ne se moueret, sed exciperet hostes, edixisset: errare dixit eum, quod militum vim & impressionem, quæ ex incursu furioso infertur, resoluisset. Pharnace Pontico prima irruptione deuicto ad amicos scripsit: Veni, vidi, vici. Secundum Scipionis in Africa superati fugam cum manus Cato sibi ipsi intulisset: Inuideo Cato, inquit, hoc lethū tibi. Namque tu mihi tuam salutem inuidisti. Antonium & Dolobellam suspicientibus nonnullis, atque vt caueret sibi ab eis, monentibus: hos negauit timere se pingues & nitidos: verum macilentos illos & pallidos, Brutum & Cassium designans. Sermone super cœnam, quęnam mors optima foret, moto: Inopinata, inquit.

10 CÆSAR, qui primus dictus est Augustus, admodum adhuc adolescēs ab Antonio millies HS ex hereditate primi Cæsaris interfecti, quam pecuniam domū suam asportauerat Antonius, reposcebat: quo repræsentaret populo Romano, quod legauerat Cęsar, viritim trecenos nummos. Incubante autem argento Antonio, atque repetitionem istam, si saperet, vt missam faceret, consulente, patrimonium suum proscripsit ac distraxit, legatoque soluto studium sibi, illi ciuium conciliauit odium. Cum rex Thraciæ Rhymetalces, qui ab Antonio ad eum defecerat, immodice inter pocula atque odiose societatē suam ei exprobraret: propinans alij cuipiam regi Cæsar: Proditionē, inquit, amo, proditores non commendo. Alexandrinis vrbe capta extrema timentib⁹, conscendit tribunal, Alexandrinoque sibi adiuncto Ario, parcere retulit se vrbi, primum ob eius amplitudinem & speciē, deinde Alexandri causa conditoris, tertio amici Arij gratia. Delato ad eum procuratorem Ægypti Erotem coturnicem, qui in pugnan-

20 do superabat omnes & inuictus erat, nundinatum esse atque assum adedisse, exciuit eum, atque quæstionem de eo habuit, confessumque malo nauis imperauit suffigi. In Sicilia Arium suffecit Theodoro procuratorem. Cum autem porrexisset ei quidam libellum, in quo scriptum erat: * Caluus Theodor⁹ Tharsensis fur erat, tibi quid videtur? Lecto Cæsar subscripsit: Videtur. A Mœcenate contubernali quotannis phialam natali suo dono accipiebat. Athenodoro philosopho senij causa domū dimitti postulanti annuit. Qui cum salutans eum monuisset: cum exarseris iracundia Cęsar, nihil ante dixeris vel feceris, quā xxiiij. literas apud teipsum recensueris: prehensa eius manu: Præsentia tua etiamnum, inquit, opus habeo: detinuitque eum annum integrum, esse fatus etiam silentij tutum præmium. Audito annos natum duos & triginta Alexandrum maxima parte orbis ab se subiugata, quid deinceps actur⁹ esset, hæsitasse: miraba-

30 tur, quod non magis arduum arbitraretur, quam quærere spaciosum imperium, id quod tenebat, componere. Cum legem Iuliam de adulterio tulisset, in quā definitum erat, quemadmodum reorum causa cognoscenda, & quemadmodum vindicandum esset in compertos: Inde ira elatus iuuenem ob stupri cum filia sua Iulia consuetudinem infamem manibus pulsaret: vociferante illo: legem sanxisti Cæsar: tanta pœnitentia subiit eum, illo die vt cœnare recusaret. Nepotem in Armeniam Caium mittens precabatur deos, vt charitas eum Pompeij, animi magnitudo Alexandri, & sua comitaretur fortuna. Populo Romano memorauit successorem imperij se relicturum, qui nunquam eadem de re bis deliberasset, Tiberiū denotans. Tumultuantes iuuentutis primores reflectere cupiens, vt non audierunt, sed obstrepuerunt: Audite, inquit, iuuenes senem, quem senes iuuenem audiuere. Cum populus Atheniēsis aliquid

40 culpæ contraxisse diceretur, scripsit ex Aegina, existimare se non latere ipsos infensum se esse. Neque enim hyematurum in Aegina se. Nec aliud eius extitit in illos vel dictum vel factum. Cum vnum de Eucyclis accusatoribus insolenter & odiose loqueretur, atque eo progressus esset, vt eiuscemodi quid iaceret: Si hæc Cæsar non videntur tibi magna, iube ei, vt mihi Thucydidis septimum volumen recitet. Vnde ira percitus, ad cædem rapi eum mandauit. Cæterum vt ex stirpe intellexit hunc esse Brasidæ reliquum, accitum atque modice castigatum dimisit. Cum Piso domum à fundamentis ad culmen vsque accurrate extrueret: Alacrem, inquit, facis me, perinde qui ædificas, atque si futura sit Roma perpetua.

Apophthegmata Laconica.

ACROTATVS, cum postularent ab eo parentes, vt quadam in re iniqua efficienda esset

50 ipsis præsto, aliquandiu restitit. Vbi institerunt, respondit: Dum vobiscum fui, nullam intelligentiam habui iustitiæ. Enimuero quando me patriæ dedidistis eiusque legibus, præterea ad iustitiam & honestatem pro viribus instituistis, hæc, potius dabo operā quam vos vt sectęr. Quia vero vultis me optima agere: optima autem cum priuato tum multo magis imperanti sunt iusta: agam, quæ vultis: quæ dicitis repudiabo.

AGASICLES Lacedæmoniorum rex mirante quodam, quod qui discendi studiosus esset non admitteret Philophanem sophistam: Horum respondit volo discipulus esse, quorū sum filius. Quærenti quemadmodum quis sine satellitio imperare tuto queat: Si ita, inquit, popularibus imperitet, vt liberis genitores.

AGESILAVS magnus in comparatione magister conuiuij sorte creatus, cū requisisset ex

R 2 copo-

* Alii, Theodorus Tarsensis caluus, vel fur erat.

eo pocillator, quantū cuiq; vini ministraret: Si multum, infit, vini suppeditat, quantum quisq; petit: si parum, ex æquo omnib. Cum homo quidam scelestus obstinate quæstionem pertulisset: Quantopere est iste, inquit, perditus, qui in nefariis & turpibus reb. patientiā & tolerantiā consumit. Celebrante oratorem quopiam, q; res tenues mire valeret amplificare: Ego vero ne sutorem quidem, inquit, duco bonum, pusillo pedi qui calceamina grādia inducit. Cum quidam ei aliquando dixisset: Pollicitus es, idemque subinde inculcaret: Certe, inquit, si iustum est: si minus, dixi quidem, sed non pollicitus sum. Subiiciēte illo: Atqui decet reges, quicquid capite annuerint, præstare: Non magis respondit, quā eos, qui adeūt reges, petere decet æqua & dicere, rationem habentes tum temporis tum eius, quod conueniat regib. Siquando vituperantes vel laudantes audiret, non secus existimabat inspiciendos dicentium quam eorū, de 10 quibus dicerent, mores. Puero etiamnum, eum ludi gymnici puerorum agerentur, chori magister locum minus honoratum assignauerat. Ille quamuis iam rex designatus, obtemperauit dixitq;: Probe sane: Nam ego ostendā non loca viros, sed viros cohonestare loca. Præscribēte ei medico accuratiorem nec simplicē curationē: Per Castores, inquit, nulla mihi spes est vitæ, ne si omnia quidem præstem. Assistens aliquando Chalciœci aræ ac rem diuinam faciens, cum momordisset eum pediculus, non erubuit· verum captum palam inspectantib. omnibus occidit, addens: Ego hercle insidiatorem vel ipsa in ara. Aliās murem conspicatus ex fenestra trahi à puero, qui eum tenebat: vt flectens se manū momordit mus tenentis profugitq;, ostendit id illis, qui præsto erant, atque: Quando animal minimū ita propulsat iniuriā, quid viros facere deceat, perpendite. Moliens bellum regi Persarū ad Asianos Græcos in libertatē asse- 20 rendos mouere, oraculum Iouis Dodonæi consuluit. Quod cū annuisset, vt expeditionem pro animi sententia faceret: fortes renunciauit ephoris: qui præceperunt ei, vt etiā Delphos pergeret, atq; eadem de re quæreret. Profectus ad oraculum in hunc modum requisiuit: Idem ne tibi Apollo ac patri videtur? Qui vbi annuit, dux creatus signa eduxit. Cum Tisaphernes primum Agesilai formidine pepegisset cum eo, vrbibus Græcis se permissurum, vt libere legibus suis sub rege essent: mox euocatis à rege ingentibus copiis, indixisset ei bellum, nisi Asia excederet, cupide accepit violatum fœdus, ac velut Cariam petiturus castra mouit. Postquam illic exercitum Tisaphernes contraxit, in Phrygiam subito conuertit agmen, compluribusq; captis vrbibus & magna pecuniç vi, demonstrauit amicis fidem in fœdere fallere iniuste nefariū esse: hostes vero circumuenire non iustum modo & laudabile, sed & iucundum esse ac cōpen- 30 diosum. Quia vero erat equitatu inferior, recepit se Ephesū, edixitq; opulentis, si solui militia vellent, vt pro se equum & vicarium darent. Ita factū, vt breui cogerentur equi & milites loco ignauorum & locupletium boni: atq; vestigiis se Agamemnonis insistere: qui pro bona equa imbelli & diuiti militiæ vacationem dedisset. Cum eius iussu captiui detractis vestibus sub corona venirent, auctionem fecerunt prædæ, qui ei rei erant præpositi: cumque vestes quidem complures licerentur, corpora vero ex vita vmbratili candida & mollia deriderent, vt inutilia & vilia, assistens Agesilaus: Hi sunt, infit, quibus cum dimicatis: illæ, propter quas dimicatis. Fuso in Lydia Tisapherne, ingentique strage data prouincias regis populabatur. Illo pecuniā ei ostendente, vt pacem sibi daret: Agesilaus pacis respondit penes ciuitatem suam arbitrium esse: se vero malle milites ditare, quam ipse ditescere. Præclarum autē duci apud Græcos, non dona capere, sed manubias referre ab hostib. Cū Megabates Mithridatis filius forma eximia 40 illum adisset, q; ardenter amari videretur ab eo, ad eum salutandū & osculandum: declinauit. Vt destitit ille ipsum adire, requisiuit eum Agesilaus. Amicis ipsum in causa esse subiicientib. qui formosi illius complexum fugisset: nunc autē metu adductum non venire illum, haud exiguo spacio cogitabundus ac tacitus constitit, tum: Haudquaquā est ille, inquit, à nobis inducendus. Ego enim ista vincere præopto, quam munitissimam hostium vrbem expugnare. Erat cætera integer rectusq;: sed in amicorū negociis prætextum existimabat nimium exactam iustitiam in iis tueri. Asscribitur ei epistolium, quo deprecabatur amicum quendam, ad Carem Idriea huiuscemodi. Niciā, si nihil admisit, absolue: Sin quid admisit, nobis absolue, omnino vero absolue. Atq; in amicorū causis is fere Agesilaus fuit. Interim tamen, si ex vsu foret, tempori se potius accommodabat. Ac cū tumultuosius aliquando castra moueret, infirmū relin- 50 quens amicum: precibus & lachrymis abeuntis imploranti opem conuersus: vt arduū est, inquit, simul misereri & sapere. Victus erat ei nihilo quam contubernalibus suis delicatior. Aque ingluuie & crapula prorsus temperabat. Somno indulgebat ita, vt sibi non dominaretur, sed negociis suis ancillaretur. Ad æstum erat & algorem ita comparatus, solus vt omnib. anni temporib' eadem veste vteretur. Mediis in castris rendens cubile nullo habebat melius. Perpetuo dicebat principem non mollitia & deliciis præstare priuatis, sed virtute debere. Atque interroganre quopiam, quid contulissent Spartæ Lycurgi leges: fastidium, inquit, voluptatū. Admirantibus moderationē in vestitu & cibo eius cæterorumq; Lacedæmoniorū: Pro hac, inquit;

inquit, viuendi ratione hospes libertatem metimus. Alio adhortante, vt genio indulgeret, ac suggerente ob incertum fortunæ fortasse nō darū iri eius faciēdi occasionem: At ego, inquit, sic consuefacio me, nulla vt in vicissitudine quæram vicissitudinem. In senectute iam eadem disciplina vtebatur, roganriq; cur aspera hyeme sine tunica id ætatis ageret: Quo æmuletur hoc, inquit, iuuentus exemplo eis proposito maximorum natu & imperantiū. Thasij prouinciam suam peragranti cū exercitu farinam, anseres, bellaria, dulciaria, dapesq; multifarias, & exquisita poculenta misere. Ille vero accepta modo farina, reliqua eos, qui apportauerant, reportare iussit vt ipsi nihil vtilia. Precantibus & instantib⁹ illis, vt omnino caperet, iussit Ilotis præberi. Causam sciscitantibus: Virtutem ait meditantibus non conuenire, eiuscemodi gulæ
10 irritamenta vt admitterent. Illecebras enim mancipiorum ab ingenuis esse alienas. Rursus cū ei Thasij, q. iudicarent multa se habere eius beneficia, delubra & diuinos honores decreuissent, atq; huius rei causa legationem misissent: lectis, quos detulerant ei legari, honoribus rogauit, an patria eorum facere homines valeret deos. Annuentibus: Agite, inquit, facite primū vos. Quod si feceritis, tum vobis posse & me deum efficere credam. Cum nationes Græciæ Asianæ statuas ei in celeberrimis vrbib. collocare decreuissent, scripsit ad eas: Mea sit nec picta, nec ficta, nec sculpta imago. In Asia contemplatus domum quadratis laqueatam trabibus, rogauit dominum ædium, nū materia nasceretur apud ipsos quadrata, abnuenti, verum teres: Quid igitur, inquit, si esset quadrata, teretem efficeretis? Interrogatus aliquādo, quousq; pertinerent Laconiæ fines: vibrata lancea: Quousq;, inquit, hæc pertingit. Requirenti alij, quid
20 muris careat Sparta, ostendens armatos ciues: Hi respondit, sunt Lacedæmoniorum muri. Alij idem quærenti: Nō lapidibus, inquit, sepiendæ nec lignis vrbes sunt, verum incolarum virtutibus. Amicos suos monuit, non argento, sed fortitudine & virtute vt studerent ditescere. Si quando opus aliquod à militibus fieri mature vellet, ipse sub oculis omnium ei princeps manus admouebat. Gloriabatur, q. nemini in obeundo labore concederet: potiusq; quod imperaret sibi ipsi, quam quod regnaret. Cum spectaret quidam Laconē in expeditionem euntem claudum atq; equum quærentem: Non intelligis, inquit, non fugientes sed manentes in bello requiri. Rogatus qua ratione magnum nomen sibi paratum esset: Si mortem, infit, contempseris. Quærenti cuipiam, quid ad tibias dimicarent Spartiatæ, respondit: Vt cū ad modos incedunt, ignaui & fortes elucescant. Prædicante nonnullo regē Persarum, qui admodum erat
30 adolescens, beatum: Nempe nec Priamus, inquit, hac ætate alterā fuit fortunā expertus. Parte magna Asiæ subiugata statuerat in ipsum mouere regē, quo facultatem ei Græcorum concionatores ferianti redimendi præcideret. At reuocatus ab ephoris ob vrgēs in faucibus Spartæ bellum Græcum, quod missa pecunia rex Persarum concitauerat: bonum imperatorem satus dicto audientum esse legibus oportere, soluit ex Asia, magnumque desiderium colentibus Asiam Græcis sui reliquit. Quia nummi Persici sagittario erant signati, deportans exercitum triginta millib⁹ sagittariorum ait Asia se ab rege summoueri. Tot enim deportatis Athenas & Thebas, diuisisq; inter concionatores aureis Daricis, populi illi ad mouendum Spartiatis bellum fuerunt incēsi. Ephoris epistolam rescripsit huiuscemodi: Agesilaus ephoris S. D. Plæraque Asiæ subegimus, barbaros profligauimus, atque in Ionia rebus multis gestis, postquā ius-
40 sistis mihi, vt ad præfinitam diem præsto sim, sequar hanc epistolam, imo eam pene præcurrā. Habeo enim imperium non mihi, sed reip. nostræ & sociis. Ac tum demum imperator vere ac iuste imperat, cum etiam paret legibus & ephoris, aut si qui in ciuitate alij magistratū gerunt. Hellesponto transmisso, dum permeat Thraciam, nemini fuit barbarorū supplex: ceterū ad vnumquemq; misit legatos quæsitum, pacatam an hostilem terram transiturus esset. Ac cæteri eum omnes receperūt ac prosecuti sunt amice. Illi vero, qui* Troades dicūtur, quos Xerxes quoq; donis, vti fama est, redemerat, transitus mercedem ab Agesilao centum talenta & totidem fœminas poposcerunt. Quos ludens ait: Quin ergo statim adfuerunt accepturi ea. Ita processit, illosque signis collatis fudit, multisq; cæsis transiuit. Cum parib⁹ mandatis misit ad regem Macedonum legatos. Qui cum respōdisset deliberare se velle: Deliberet ergo, inquit,
50 Nos interim transgredimur. Cuius admiratus & pauens rex audaciam pacate petiuit vt progrederetur. Thessalorum, q. hostium socij forent, depopulatus est fines. Larissam Xenoclem & Scythem adiungendam cum eis amicitiam legauit. Quibus prehensis & in custodiam datis cæteri infensi cēsebant, vt Agesilaus Larissam corona circumdaret & oppugnaret. Enimuero ille cum tanti facere negasset se vniuersa Thessalia potiri, vt alterum eorū amittere vellet, pactis induciis recepit eos. Allato nuncio Spartiatas commisso circa Corinthum prælio perquā paucos cecidisset Corinthiorum, Atheniensiū, cæterorumq; iis confœderatorū permultos: nullum lætitiæ ex victoria signum dedit vel exultationis, sed ingenti edito gemitu: Heu Græciam, inquit, quæ tot milites bello intestino perdidit, quot ei si incolumes sint, ad debellandū vniuersos barbaros sint satis. Carpentes & fatigantes agmē eius Pharsalos quingentis equiti-

*In Vitis, Trallos.

 bus fudit

bus fudit fugauitq́;,ac trophæum ſub Narthaciis excitauit. Eam victoriam fecit inter omnes
maximu:quod equitatu,quem ipſe per ſe conſcripſiſſet,ſolo plurimũ gloria equeſtri claros ſu-
peraſſet. Hic Diphridas magiſtratum Spartanorum mandato præcepit ei,vt confeſtim ex iti-
nere Bœotiã incurſaret. Quod etſi facere maiore poſt inſtituerat apparatu, quia nõ putabat,
tamen non parendum magiſtratibus,euocatis cohortibus duab.de exercitu,qui apud Corin-
thum bellum gerebat,Bœotiam iniit, ac concurrit apud Coroneam cum Thebanis Atheniẽ-
ſibuſq́;,ſimulque cum Argiuis & Corinthiis,atq́; hos ambos,quamuis multitudine vulnerum
corpore affecto maxima,vt eſt Xenophon author,ſuę ætatis pugna pepulit. Nec in vita aut vi-
ctu tot ſucceſſuum & palmarum gratia domum regreſſus quicquã notauit. Cũ cerneret non-
nullos ciues,quod equos ad ſacra certamina alerẽt,celebres eſſe & ſibi placere:quo ſubiiceret
Græcorum oculis nullius ea virtutis eſſe,ſed opum & ſumptus, ſororem impulit Cynicam, vt
currum conſcenderet,& Olympiis certaret. Xenophonti illi ſapienti,quem ſecum magno in
honore habebat,liberos ſuaſit vt acciret,& Lacedęmone educeret,quo pulcherrima diſcipli-
na imbuerentur imperandi atq́; parẽdi. Rogatus aliquando, quare ſupra cæteros agerẽt præ-
cipue Spartiatæ vitam felicem: Quod ſupra cæteros,inquit, excolant ſe ad imperandũ & pa-
rendum. Defuncto Lyſandro cum factionem frequentem, quam ille ſimul atque ex Aſia re-
meauit,conflauerat in Ageſilaum:ſtuduit,qualis ille in vita ciuis extitiſſet, oſtendere,atq́; cũ
relictam in volumine orationem legiſſet,quam à Cleone ſcriptam Halicarnaſſeo habere me-
moriter ſtatuerat in concione Lyſander, de rebus nouandis & reipub.mutatione, proferre eã
in publicum inſtituit. Quam cum legiſſet ex ſenibus quidam, veritusq́; orationis neruos ſua-
ſiſſet,ne refoderet Lyſandrum,ſed orationem citius cum illo defoderet:paruit acquieuitque.
Aduerſarios ſuos in aperto quidem nõ fatigabat:ſed efficiebat,vt ex illis aliqui duces & recto-
res foras mitterentur:quorum detegendo in poteſtate nequitiam & auaritiam,mox poſtulatis
rurſus opem ferendo & patrocinando neceſſarios ſibi reddidit,& ad ſe traduxit,vt infeſtũ ha-
beret neminem. Orauit eum quiſpiam,vt ad hoſpites ſuos in Aſia ſcriberet,quo ius ſuum ob-
tinere poſſet: At hoſpites mei,inquit,quod æquum eſt vltro,vt non ſcribam,facient. Oſtendit
ei non nemo mœnia vrbis firma & præualide ſtructa, rogauitq́;, ecquid viderẽtur ei pulchra:
Pulchra ſane,inquit,at non vt viri, ſed vt ea incolant fœminæ. Cum Megarenſis quidam apud
eum vrbem ſuam iactaret: Oratio tua,inquit,adoleſcens magnas vires requirit. Quorũ teneri
alios ſtupore videbat,ea ſimulabat nec noſſe. Atque aliquando tragœdiarũ hiſtrio Callipides
cuius inter Græcos celebre nomẽ & fama atq́; gratia erat apud omnes ingens, occurẽs ſaluta-
uit eum primum,deinde faſtuoſe inferens ſe ambulantib. oſtentabat ſe,fore exiſtimans,vt co-
miter ſe exciperet. Poſtremo ait: Non me rex noſcis,neque qui ſim audiſti? Ille eum reſpiciens
reſpondit, Tune Callipides es Dicelictas? Ita mimos Lacedæmonii vocant. Cum inuitaretur
ad audiendum quendam,qui vocem Luſciniæ reddebat,detrectauit fatus: Ipſam ſæpe audiui.
Menecrates medicus,qui quod in deploratis quibuſdã morbis curandis habuiſſet ſucceſſum,
Iupiter appellabatur,odioſe vſurpabat eam appellationẽ,& vero ad Ageſilaum ſuſtinuit ſcri-
bere. Menecrates Iupiter regi Ageſilao Salutem. Cui nõ lectis reliquis reſcripſit: Rex Ageſila-
us Menecrati Sanitatẽ. Poſtquam Conon & Pharnabazus, qui regia claſſe mare obtinebant,
maritimam Laconiam vaſtabant,& vrbs Athenienſis mœnibus ſepta eſt,ſumptum præbente
Pharnabazo: pacificati ſunt cum rege Lacedæmonii, ciuemque ſuum Antalcidam ad Tiriba-
zũ miſerunt,& Aſiaticos Gręcos,pro quib. bellum Ageſilaus geſſerat,regi prodiderunt. Vnde
contigit Ageſilao,vt haudquaquam illius infamiæ ad eum contagio perueniret. Quippe erat
eius Antalcidas inimicus: qui pacem hanc quouis modo vrſit: quod bellum Ageſilaum ampli-
ficaret,illuſtraret,& ſupra omnes extolleret. Veruntamen illi, qui dixit ſentire cũ Medis La-
cedæmonios,reſpondit potius Medos cũ Lacedęmoniis ſentire. Interrogatus quandoq́; vtra
virtus præſtaret,fortitudo an iuſtitia: fortitudinis demonſtrauit,vbi abeſt iuſtitia,nullum eſſe
vſum. Quod ſi omnes iuſti eſſent, fore vt non requireretur fortitudo. Aſiæ cultoribus regem
Perſarum de more Magnum nuncupantibus: Quid me ille eſt,inquit,maior, niſi ſit iuſtior &
temperantior? Aſiæ incolas memorauit liberos improbos,ſeruos eſſe bonos: Cum de eo quæ-
ſitum eſſet,quî potiſſimũ hominibus ſe quis probaret: Si diceret, inquit optima & honeſtiſ-
ſima ageret. Ducem vti dixit debere aduerſus hoſtes audacia, erga pacatos benignitate. Re-
quirente quopiam: quæ addiſcenda ſint pueris: Hæc,inquit,quibus etiam,quando euaſerunt
viri,vtentur. Cũ cognoſceret de lite quadam,accuſatorq́; probe cauſam egiſſet,defenſor ma-
le,qui vbiq́; occinebat: Decet regem Ageſilae legib' ſubuenire: Et ædes tuas reſpondit, ſi quis
diſſiparet,aut expoliaret te pallio,num expectes,dũ ędificator aut textor pallij tibi ſuccurrat?
Literas ab rege Perſarum cõpoſita pace de hoſpitio & amicitia iungenda miſſas, quas attule-
rat veniens cum Lacedæmonio Callia Perſes,non accepit, iuſſitque renunciari regi,non eſſe
opus ad ſe priuatim epiſtolas mittere. Quod ſi amicum ſe Lacedæmoniis probaret & Gręciæ
beneuo-

beneuolum, amicum se quoq; ei pro viribus fore. Quod si insidiari iis compertus esset, nec si multas literas accepisset, credat se amicum futurum. Fuit in liberos multo indulgentissimus, ac memorant eum paruulis liberis in arundine equitantem domi colludere solitum. Conspectus autem à quodam amico orauit, ne cui id prius, quam liberorum ipse foret pater, enunciaret. Cum assidue bello Thebanos persequeretur, ac vulnere in prælio fuisset affectus, ferunt Antalcidam dixisse: Præclaram mercedē refers à Thebanis, qui inuitos & rudes pugnare docuisti. Et profecto Thebanos perhibent ex pluribus Lacedæmoniorum in ipsos expeditionib. bellicosiores tunc quam vnquam alias euasisse. Quamobrem in rethris appellatis interdixerat Lycurgus priscus in eosdem identidem arma ferri, ne bellare addiscerent. Cū fremere socios ob continua bella accepisset, qui paucorum Lacedæmoniorum frequentes ipsi ductū sequerentur: quo detegeret eorum numerum, socios iussit omnes inter se promiscue cōsidere, Lacedæmonios seorsum solos. Inde pronunciauit, vt figuli primi exurgerent. Vbi hi consurrexere, mox excitauit fabros ærarios, hinc materiarios & ædificatores, reliquosq; per singula artificia. Ita cuncti prope socij surrexere, ex Lacedæmoniis nemo. Quippe his artem exercere & discere vilem vetitum erat. Itaq; arridens Agesilaus: Videtis, inquit, socij quanto nos quam vos plures milites præbeamus. In prælio Leuctrico cum multi Lacedæmonij terga dedissent, tenerenturque hi legitimis pœnis: ephori, qui exhaustam ciuib' vrbem videbant, quæ requirebat milites, volebant illos soluere infamia, & leges conseruare. Ita legislatorem Agesilaum creant. Ille in concionem progressus: Lator ego, inquit, nolo aliarum legum esse. Neque enim præsentibus quicquam adiiciam vel detraham, vel eas corrigam: Verum leges præsentes è repub. puto esse, vt ex crastino die vim suam recipiant. Imminente tanta cum procella & fluctu Epaminonda Thebanorum sociorumq; victoria exultantium, repulit eos tamen ab vrbe ac recipere se coegit, pauci licet in vrbe essent. In pugna ad Mantineā monuit Lacedæmonios, vt aliis missis omnibus Epaminondam peterent, solos ferens esse prudentes fortes, authoresq; victoriæ solos. Hunc igitur si sustulerimus, facile fracturos alios: Nempe insipiētes esse & diobolares. Quod scilicet euentus comprobauit. Nam cum victoria penes Epaminondam esset, & effusi in fugam Lacedæmonij: signa conuertenti & receptui canenti Lacedæmoniorum quispiam lethale vulnus dedit. Qui vt cecidit, versi à fuga in hostes qui cū Agesilao erant, dubiam fecerunt victoriam: quod multo Thebani gessissent se ignauius, & multo forti' Lacedæmonij. Laborātē porro rei pecuniariæ difficultate Sparta, quod milite mercenario ad bellum vteretur, Agesilaus in Ægyptum perrexit, accit' proposita mercede ab rege Ægyptiorū. Cæterum ob vestis simplicitatem fuit incolis contemptui. Expectabāt enim regem Spartæ sicut Persarum se spectaturos corpore excultū eximie: qui opinionem de regib' prauam præceperant. His demonstrauit deinceps maiestatē & dignationē prudentia & virtute comparandā. Vt vero illos qui præsto ei in bello esse debebant, timentes imminentis discriminis ex hostiū multitudine vidit, qui erant ducenta millia atq; ex sua infrequentia: ante conflictum statuit sacrificium facere, aliisq; inscriis sinistræ manus palmæ victoriam inscripsit, atq; acceptū à vate iecur coniecit in inscriptam manum, quod aliquanti per tenens speciem præ se ferebat hærentis & fluctuantis: dum exceptæ iecinore & expressæ literarū figuræ fuerunt: atq; tunc mōstrauit id commilitonib', deos prædicans illis literis significare victoriam. Argumentum igitur firmum rati palmæ habere ad conflictum se acuerunt. Circumuallantibus eius castra multitudine sua hostibus, Nectabique, cui adiunxerat se, iubente infesta signa inferri, ac prælio cum eis decerni negauit impediturum se hostes elaborantes, vt ipsis se reddant pares. Postquam pene iam cūcta fossa est, in relicto interuallo aciem instruxit, atq; cum paribus dimicās hostes in fugam vertit, ac cū paucis militibus suis ingentem stragē edidit, ciuitatiq; suæ grandem pecuniæ vim misit. In renauigando ex Ægypto moriens suis præcepit, nullam vt facerēt vel fictam vel pictam imaginem suam. Namque si quid feci, inquit, præclare, hoc mei monumentum erit: sin minus, ne omnes quidem statuæ opificum opera nihili hominum.

AGESIPOLIS Cleombroti, cum narraret quidam Philippum paucis diebus Olynthum deleuisse: Ille hercle, inquit, aliam talem vrbem multo longiore spacio non excitauerit. Alio prædicante, quod cum adultis regnans fuisset obses, non pueri vel vxores eorū: Merito, infit. Quippe decet nos offensa nostra ferre. Cum vellet domo accersere catulos, ac non nemo dixisset, non licere apud ipsos educere: Nec etiam, inquit, antehac viros, at nunc licet.

AGESIPOLIS Pausaniæ Atheniensibus de controuersiis mutuis aduersus eum ad ciuitatem Megarensem prouocantibus: Turpe est, inquit, Athenienses Græcorum duces minus quam Megarenses, quid æquum bonumue sit, scire.

AGIS Archidami filius, cū ephori aliquando ei edixissent: Perge trahens tecū iuuentutē ad huius patriam. Ducet te hic ipse in arcem: Qui conueniat, inquit, ephori tantam pubem ei, qui suam ipsius patriam prodit credere. Interrogatus, quam disciplinam potissimū Spartæ

commententur: Scire inquit, imperare & parere. Quærere negauit Lacedæmonios, quot sint hostes, sed vbi sint. Apud Mantineã cum interpellaretur, ne cum hostibus pluribus dimicaret: Cum pluribus, inquit, dimicet oportet is, qui imperare pluribus intendit. Sciscitante quodã, quot sunt Lacedæmonij: Satis, inquit, ad arcendum malos. Prætergrediens Corinthiorũ muros contemplatusq; excelsos, firmos, & longe porrectos: Quænã, inquit, in hoc loco incolunt fœminæ? Cum dixisset sophistes quispiam: Omnium est oratio præualentissima: Scilicet inquit, tu si taceas, nauci non es. Vt Argiui fusi post iterum obtulerunt se ei ferocius, perculsos cernens plærosq; socios: Bono animo, inquit, este commilitones. Nam quãdo nos vxores trepidamus, quid facere censetis illos, qui à nobis victi sunt? Abderitarũ legato, vbi prolixæ orationis finem fecit, quid ciuitati suæ esset renunciaturus requirenti: Quantũ temporis, inquit, dicẽdo consumpsisti, tantum me tacitum auscultasse. Prædicantib. Elios quibusdam, quod in ludis Olympiacis præstarent se iustissimos: Quidnam vero magni, inquit, aut miri faciunt, si p annos quinq; vno solo die iustitiam tractant. Dictitantibus certos cũ eo ex altera familia regia æmulari: Igitur, respondit, torquebunt istos propria mala, atq; insuper mea meorumq; amicorum bona. Præcipienti esse fugientibus hostibus aperiendum transitũ: Qui inquit, si cũ terga vertentibus non pugnabimus, pugnabimus cum iis, qui ex strenuitate locũ tenent? Differenti cuidam de Græcorum libertate nõ leuia quidẽ, sed effectu ardua: Desiderat inquit, hospes vires & pecuniam ista oratio. Iactanti clausurum ipsis aditũ in Græciam Philippum: Satis nobis, inquit, hospes spacij ad versandũ in patria est. Legatus, qui Lacedæmonẽ Perintho venerat, prolixam orationem habuit. Vt perorauit & quæsiuit, quid relaturus esset Perinthiis: Quid aliud, inquit, quam vix tandem abrupisse te sermonẽ, ac me tacuisse? Legatus ad Philippum solus venit. Quo rogante: Quidnam hoc, solusne venis? Nempe, inquit, ad vnũ. Cum ex maioribus natu quidam ad eum iam grandæuum dixisset, postquam veteribus institutis videret exolescentibus irrepere praua alia: ideo Spartæ summa imis commutãtur: ludens respondit: Hoc si fit, recte res procedunt. Quippe audiui ego à patre puer summa imis illius memoria commutata. Addidit puero etiam ei hoc narrasse illius parentem. Itaq; non esse miraculũ, quod sint consecuta antecedentibus deteriora: sed si forte rectiora aut consimilia essent. Interrogatus, quemadmodum quis permaneat liber: Si mortem inquit contemnat.

AGIS inferior cum diceret gladios Laconicos Demades à præstigiatorib. deuorari: Atqui Lacedæmonij, inquit, his gladiis hostes assequuntur. Ad hominem improbum subinde quærentem, qui optimus esset Spartiates: Tu dissimillimus, inquit.

AGIS Lacedæmoniorum regum postremus ex insidiis correptus, atq; indicta causa ab ephoris damnatus, cum conspiceret, dum ducitur ad laqueum, ex ministris quendam flentem: Mitte tu me, inquit, deflere. Etenim ego, qui ita nefarie & violenter pereo, præstantior sum interfectoribus. Ita fatus collum vltro laqueo obtulit.

ALCAMENES Telecri roganti, quemadmodũ quis optime regnum cõseruaret. Si maioris, inquit, quæstum non faciat. Sciscitanti alij, quid à Messeniis dona non cepisset. Quia si cepissem, inquit, nullo pacto cum legibus pacẽ habere queam. Obiicienti, q lauta in re viueret anguste. Honestum est, inquit, locupletem ex rationis, non libidinis præscripto viuere.

ALEXANDRIDAS Leontis filius, cuidam q patria extorris esset, languenti. Noli quæso, inquit, q vrbem reliqueris, trepidare, sed quod iustitiam. Illi qui parum conueniẽtia apud ephoros, & pluribus, quam satis esset, verbis dicebat: Hospes, inquit, congruo parum congrue vteris. Roganti, quid agros permitterent Ilotis, non ipsi eos colerent. Quia hos, inquit, non colendi hunc gratia, verum nosmetipsos eum parauimus. Alij gloriam officere iactanti, quam beatum esse qui fugisset. Ergo, inquit, qui iniuste agunt, sunt vt tu ais beati. Qui enim quis, cũ sacrilegium committit aut iniuriam facit, gloriam moretur? Percunctanti alij, quid per bella Spartiatæ intrepide pericula adirent. Quod soliciti, inquit, esse de vita non vt alij timere meditamur. Roganti eum, quid causas capitales senes pluribus diebus disceptent, atque vt noxa quis liberatus sit, nihilominus maneat reus. Multis, infit, diebus disceptant, q, si in re capitali titubent, non sit ad pœnitentiam regressus, legibus autem obnoxium esse oportet, quod hac ex lege liceat etiam rectius consilium capere.

ANAXANDER Eurycrati quærenti, cur pecuniam in ærarium nõ cogerent: Ne inquit, qui custodes ei præfecti sint, labefactentur.

ANAXILAS miranti, cur regibus non assurgant ephori, idq; cum ab regibus creentur. Eandem ob causam, inquit, ob quam ephori præsunt.

ANDROCLIDAS Lacon crure captus centuriauit se inter bellatores. Cum reiicerent eum quidam, quod mancus foret. Atqui nõ fugientem, inquit, sed loco insistentẽ cum hostibus confligere oportet.

ANDALCIDAS cum Samothracę initiaretur, interrogatus à sacerdote, q in vita grauissimum

simum piaculum admisisset: Si quid ego concepi tale, scient, inquit, ipsi dij. Vocanti rudes Atheniensi Lacedæmonios ait: Nempe soli à vobis nihil didicimus mali. Alij Atheniensi, qui ei dixit: Atqui nos à Cephiso sæpius vos sumus consectati: Nos vero, inquit, ab Eurota vos nunquam. Alij rogitanti, quî potissimum hominib. placere posset, respondit: Si quã iucundissime cum eis sermocineris, & quam plurimum commodaueris. Laudationem Herculis instituente sophista recitare: At quis, inquit, eũ vituperat? Agesilao in pugna à Thebanis vulnerato: Retulisti, inquit, mercedem: qui inuitos atq; rudes bellare docuisti. Apparebat enim expeditionib. in ipsos Agesilai assiduis euasisse illos bellicosos. Murum dixit hic Spartæ iuuentutẽ esse, fines lanceæ cuspidẽ. Quærenti, quid gladiis breuibus Lacedæmonij in bello vtantur, respon-
10 dit: Quod cominus cum hostibus manus conseramus.

Antiochvs, cum esset ephorus, postquam Philippum Messeniis agrum audiuit donasse, quæsiuit: num vires quoq; vt de agro dimicantes vincere possent, tribuisset.

*Arigevs commendantibus nonnullis non suas, sed certas aliorum coniuges: Non debent sane, inquit, de bonis & honestis matronis temere verba fieri: quæ sint, nisi domesticis prorsus ignorari. Per Selinuntem Siciliæ iter faciens, cum videret inscriptum monimẽto hoc epigramma:

* Alii, Argeus.

Saeuo, qui diros quondam extinxere tyrannos,
Ante Selinuntis mœnia Marte cadunt:

Merito, inquit, occubuistis, flagrantem qui extinguere tyrannidem moliti sunt. Contra enim
20 oportebat totam sinere incendio absumi.

Aristo extollenti Cleomenis responsum, quod interrogatus, quodnam sit boni regis officiũ: dixit: Bene de amicis vt mereatur, & male de inimicis: Quanto vero, inquit, homo præclare præstantius est bene mereri de amicis & inimicos conciliare. Hoc dictum, etsi primum eius Socratem in confesso sit authorem fuisse, huic quoq; tamen tribuitur. Requirenti, qui numerus Spartiatarum esset, Tantus, inquit, qui satis sit ad summouendum hostes. Recitanti orationem funebrem Atheniensi in laudem eorum, qui ab Lacedæmoniis fuerant cæsi, Quos viros, inquit, hos qui superarunt, fuisse censes?

Archidamidas Charilaum, quod esset in omnes æque lenis, commẽdanti: Quo iure, inquit, commendetur, si in malos quoq; sit lenis? Carpenti sophistam Hecatæum, quod in eo-
30 rum conuiuium admissus nihil dixisset: Ignorare mihi videris, inquit, qui dicere nouit, eum etiam tempus nosse dicendi.

Archidamvs Zeuxidami filius, quærenti de ipso qui Spartæ præsint: Leges, inquit, & iuxta leges magistratus. Illi, qui laudib.[9] citharœdum ferebat, stupebatq; eius artem: Qualem honorem quæso, inquit, bonis viris habebis tu, cum citharœdum ita in cœlũ feras? Cum quidam, qui fidicinem ei commendabat, diceret: Bonus hic est fidicen: Apud nos, inquit, bonus est coquus. Quasi nihil intersit, per organorum vocem, an per esculentorum & iuris conditurам illecebras offeras. Pollicenti suaue vinum: Quo, inquit? Siquidem & exhaurietur largius, & animos strenuos labefactabit. Dum statiua ad Corinthum habet, cum videret ex quodam loco iuxta mœnia lepores exurgentes, fatus est ad commilitones: Expugnatio, inquit, hostiũ
40 procliuis est. Ceperunt eum duo arbitrum. Hos in Calciœcæ templum duxit, ibiq; iureiurãdo adegit, iudicatis staturos. Adiuratis: Iudicio inquit ne prius templo pedem efferatis, quam inter vos de controuersia transegeritis. Filiab[9] eius missas à Siciliæ tyranno Dionysio preciosas vestes non accepit, addens: Vereor, ne ex eo amictu puellæ videantur mihi deformes. Filiũ contemplatus cœco impetu cum Atheniensibus confligentem: Aut viribus, inquit, adiice, aut summitte animos.

Arcidamvs Agesilai Philippo, qui à pugna ad Chæronã ad ipsum scripserat asperius, rescripsit: Si tuæ ipsius vmbræ mensuram egeris, haud reperies eam quã ante victoriã ampliorem. Rogatus, quantũ agri Spartiatæ possideant, Quantũ, inquit, lancea assequantur. Periandro præstanti in arte sua & inprimis laudato medico, sed mala carmina scribenti, Quid malũ,
50 inquit, Periander pro generoso medico dici affectas malus poëta? Bello, quod cum Philippo gessit, consulentibus procul domo conserendam pugnam. Atqui non hoc, inquit, spectandũ, cæterum vbi strenue pugnando hostes superabimus. Celebrantib. ipsum, cũ Arcadas prælio vicisset: Præstaret, inquit, si prudentia eos quam lacertis vicissemus. Vbi incursauit in Arcadiã, nunciato ferre eis Elios suppetias, scripsit his, Archidam[9] Eliis: Præclara res ocium. Sociis bello Peloponnesiaco, quantũ stipendij satis futurum esset, requirẽtibus, postulantibusq; tributa definiri. Non habet, inquit, bellum definitũ pabulum. Telum conspicatus catapulticũ tunc primum ex Sicilia aduectum exclamauit. Pape periit viri virtus. Cum non audirent eum Græci, abnuerentq; initum cum Antigono & Cratero Macedonibus fœdus dirimere, ac se in liber-

libertatem vindicare, quasi duriores futuri Lacedæmonij quam Macedones essent: Ouis vocem inquit, mittit semper eandem, multas homo & varias, dum quod visum sit, effecerit.

ASTICRATIDAS, cum diceret ei quispiam fuso iam in pugna aduersus Antipatrum apud Megalopolim Agide: Quid agetis Lacedæmonij, seruietisne Macedonibus? Quid, num valebit, inquit, Antipater, quo minus pugnantes pro Sparta occumbamus, impedire?

BIAS insidiis ab Atheniensium duce Iphierate circumuentus, cum rogaretur à militibus, quid faciendum esset: Quidnam, infit, aliud, quam vt vos euadatis incolumes, ego vero dimicans eadam.

BRASIDAS captum in carycis murē morsus ab eo dimisit. Tum ad assistentes ait: Nullū est adeo animal pusillum, quod si repellere sustineat aggredientes, non valeat esse saluum. In prælio iaculo per clypeum vulneratus, eodem ex vulnere recepto hostē interemit. Quomodo vulneratus esset, rogatus: Proditus, inquit, à clypeo. Profectus ad bellum ephoris scripsit: Quæcunque belli nocumenta aut repellam aut occumbam. Vt forte cecidit, dum incolentes in Thracia Græcos in libertatem asserit, ac missi Lacedæmonem legati matri eius Archileonidi præsto fuere: primum rogauit, occubuissetne Brasidas honeste. Celebrantibus eū Thracibus, prædicantibusque, neminem extare parem alium: Erratis, inquit, hospites. Fuit quidē vir bonus Brasidas, sed sunt Spartæ meliores illo multi.

CALLICRATIDAS nauarchus amicis postulantib. Lysandri, largiretur ipsis vnū certū ex inimicis suis interficiendum, daturos ei se quinquaginta taléta: Ille, quamuis in magna rei nummariç difficultate foret ad commeatū nautis expediendum, haud annuit tamen. Ibi consiliarius eius Cleander: Ego vero, inquit, si tu essem, acciperem: Sane ego quoq;, inquit ille, tu si essem. Profectus autē Sardeis ad Cyrum minorē Lacedæmoniorum socium ad quærendum classiariis stipendium, primo die cupere ipsum conuentum iussit ei significari. Vbi potare eū audiuit: Ego hic, inquit, dum potauerit, expectabo. Atq; in præsentia quidē, vt non dari intellexit illo die copiam sibi eius conueniendi: insulsitatis de se præbita opinione recessit. Postero diē cum iterum eum potare, neq; proditurum in publicum accepisset: fatus non ita enitendū pecuniam parare, vt nihil indignum admittere Sparta, multumq; execrat⁹ in capita illorum, qui barbaris se primi summiserāt, quiq; eos docuerāt ipsis propter opulentiā insultare, Ephesum abscessit. Iurauit etiam apud assistentes, vt primū Spartā redisset, ad reconciliandos Græcos omnia se moliturum: quo essent ipsi barbaris formidabiliores, neq; deinceps illorum in se mutuo opem peterēt. Interrogatus, qui homines Iones essent: Liberi, inquit, mali, serui boni. Cum misisset militibus Cyrus stipendium, & huic munera: accepit modo stipendiū, munera remisit, addens nihil esse, quod amicitia sibi cum eo priuata intercederet: sed quæ facta cū Lacedæmoniis cunctis publica esset eam etiā ipsi competere. In procinctu cum classem ad præliandum circa Arginusas haberet, Hermone monente gubernatore recte facturū, si recepisset se, Siquidem triremium numero Athenienses longe superiores esse, ait. Quorsum hoc? Enimuero fugam capessere cum fœdum Spartæ tum dispendiosum, manentem vero vel cadere vel vincere optimum. Cum vt ex incensis permactatę victimæ exercitui victoriam, sed duci mortem portendi audiuit: nihil perplexus non ex vno pendere Spartam ait: Me namq; defuncto nihil decedet patriæ: sin cessero hostibus, decedet. Igitur suffecto in locum ductore Cleandro instituit pugnam naualem committere, ibique pugnans occubuit.

CHARILLVS rogatus, quid leges Lycurgus adeo paucas tulisset? Quia pauca loquentib. inquit etiam paucis legibus est opus. Requirenti, cur virgines retectas, matronas in publicum velata facie ducant: Quod virginibus, inquit, quærendi viri sint, fœminis seruādi illi, quos habent. Cum ex Ilotis quidam cum eo ageret ferocius: Nisi irascerer, inquit, occiderē te. Interrogatus, quam rempub. optimam numeraret: In qua, inquit, plæriq;, qui remp. tractant, de virtute inter se sine seditione certant. Roganti, cur deorū signa armata omnia apud ipsos posita sint: Ne probra, inquit, quibus homines proscinduntur ex ignauia, in deos conferamus, neque iuuenrus deos inermis precetur.

CLEOMBROTVS Pausaniæ hospiti cuidam cum patre de virtute ambigenti: Hactenus, inquit, te pater melior est, quo vsque tu quoque generaueris.

CLEOMENES Anaxandridæ Lacedæmoniorum esse dixit Homerum poëtam, Hesiodū Ilotarum. Hunc enim, quemadmodum arua colenda, illū quemadmodum bellandū præscripsisse. Inducias in * aliquot dies cū Argiuis pactus, tertia nocte sopitos, vt induciis fretos p insidias est adortus, ac partim eorum contrucidauit, partim cepit. Insectantibus eum ob violatum iusiurandum, negauit cum diebus in iureiurando comprehēsas noctes. Alioqui quicquid cladis hostibus intuleris, id apud deos hominesq; præstantius iustitia haberi. Enimuero euenit ei, vt ab Argis, cuius causa inducias soluerat, deciderit mulierum opera: quæ detraxerunt ædibus sacris arma, quib. eū repulerunt. Post mēte captus arrepto cultro semetipse inciderit à plantis

*Alij, septē.

10 20 30 40 50

à plantis pedum vsq; ad partes corporis vitales, itaq; expirauerit ridens cachinnansq;. Deterrente eum ab expeditione in vrbem Argiuorum vate: fore enim receptũ deformem: vt ad vrbem accessit, portas conspexit clausas & fœminas muros tenẽtes: Hic tibi, inquit, videtur deformis reditus: in quo viri cecidere, mulieres portas clausere? Lacerantibus eum vt periurũ & nefariũ Argiuis: Maledictis lacessendi, inquit, vos facultatẽ, affligendi vos ego habeo. Legatis Samiis orantibus, vt tyranno Polycrati bellum faceret, qui ea de causa longã orationẽ habuerunt: Quæ memorastis, inquit, eorũ exordium non teneo memoria, eoque non capio media, postrema non probo. Prædoni, qui populatus erat fines & comprehensus ait: Cum non haberem, vnde commeatus militibus expedirem: ad eos, qui abundabant, nec vltro præbebant, vi
10 rapturũs me conuerti: Concisa, inquit, malitia. Cum homo turpis probris eũ lacesseret: Ideone, inquit, omnes tu probris lacessis, quo purgantib. nos de tuis vitiis verba facere non vacet? Ciue quodam ferente regem esse omnibus modis debere mansuetum: Nempe hactenus, inquit, dum ne sit contemptui. Diuturno morbo conflictatus, postquam piatorib. & ariolis dedidit se, à quibus fuerat ante alienus, demirãti cuipiam: Quid miraris? inquit. Neq; enim sum idem qui ante. Cum autem idem non sim, non probo eadem. Sophista de fortitudine differẽte effusus est in cachinnos. Qui cũ diceret: Quid cachinnaris Cleomene, dum de fortitudine dicentem audis, idq; qui rex es? Quia, inquit, hospes de ea, si etiam hirundo diceret, item facerem: si aquila, plane quiescerem. Argiuis priorem pugnam, qua fusi fuerant, se reparaturos iactitantibus: Miror. inquit, si syllabæ adiectione vnius, euasistis quam ante fortiores. Insectanti
20 eum atq; obiicienti: Delicatus es Cleomene: At præstat id, inquit, quam iniustũ esse. Tu vero, quamuis q. satis sit possideas, auarus es. Quidam, qui fidicinem ei volebat commendare, cum in cæteris hominem laudauit, tum optimum ostendit Græcorum esse. Cui hic quempiam ex corona monstrans: Hic hercle, inquit, apud me coquus. Cum tyrannus Sami incursionis Persarum metu Mæander Spartam profugisset, ostendissetq; ei, quantam argenti vim secum adduxisset: quantumq; liberet, obtulisset: nihil cepit: cæterum solicitus, ne aliis ciuibus largiretur, profectus ad ephoros, è repub. esse ait, vt hospes suus Samius ex Peloponeso discederet, ne peruerteret quempiam ex ciuibus. Qui ei auscultantes edixerunt Mæandro, vt eodem die finibus suis excederet. Cum rogaret quidam: Cur Argiuos, qui bellum vobis faciunt, cum eos subinde viceritis, non deleuistis? Non delebimus eos inquit, vt habeamus, qui iuuẽtutem no-
30 stram exerceant. Quætenti ex ipso, quare diis Spartiatæ hostium spolia non sacrarent? Quod detracta, inquit, ignauis sint. Siquidem de possessoribus ob eorum ignauiam capta, neque iuuentutem videre bonum est, neque diis dicare.

CLEOMENES Cleombroti donanti ei pugnaces gallos gallinaceos, quos referebat pugnantes animam deponere de victoria: Tu vero, inquit, da mihi ex illis aliquos, qui eos perimunt. Quippe his illi sunt præstantiores.

DAMINDAS armis à Philippo illatis Peloponneso iactãti cuipiã graues calamitates Lacedæmoniis, nisi fœdere bellum cum illo diremissent, impendere videri: Effœminate, inquit, quid mali patiamur, si mortem contempserimus?

DAMIS ad Alexandri scripta, vt deum se esse sciscerent: Permittimus, inquit, Alexandro
40 si velit, deum appellari.

DAMONIDAS locatus à chori magistro nouissimus in choro: probe sane, inquit, chorage inuenisti rationem, quomodo hic ipse inhonorus locus euadat honestus.

DEMARATVS, cum horridius egisset cum ipso Orontes, dixissetq; quidam, tractauit te Orontes aspere. Nihil, inquit, in me peccauit. Nã qui blandiuntur, lædunt, nõ qui aiunt acerbe. Rogatus, quid iis, qui clypeũ proiecere, dedecus imprimatur, illis, qui galeam vel thoracẽ, non item. Quia hæc, inquit, sui ipsorum causa sumunt, clypeum cõmunis aciei gratia. Fidicinem audiens: Haud male, inquit, videtur, mihi nugari. In consilio quodam rogatus, stultitiane an inopia dicendi taceret. At stultus certe, haud queat, inquit, tacere. Quærẽti, cur Sparta solum exilij causa vertisset, cũ rex esset. Quia leges illic, inquit, sunt potentiores. Cũ Perses qui-
50 dam assidue muneribus solicitando amicum ab eo retraxisset, dixissetq;: Cepi amasium tuum. Minime vero tu, inquit, sed mercatus es. Cum desciuisset quidam à rege Persarũ, qui Demarati impulsu erat ad eum reuersus, essetq; hunc Persem rex perẽpturus. Turpe est, inquit, rex, cum hostis esset tuus, non potuisse te pœnas ab eo rebellionis persequi, cum vero factus amicus est, eum necare. Assentatori regis qui exilium ipsi crebro improperabat. Non certabo tecum hospes, inquit, quoniam vitæ cursum peregi.

DERCILIDAS ad Pyrrhum, qui in finibus Spartanis exercitum ductabat, imperante Pyrrho regem suum reciperent Cleonymum, aut cogni turos nullis aliis ipsos præstantiores esse occurrens ait. Si deus est, non timemus hunc, nihil enim est à nobis profectum iniuriæ, sin homo, nihilo profecto nobis præstat.

EMERE-

EMEREPES ephorus Phrynidis musici ascia duas fides ex nouem incidit, adiiciens: Non peruertere musicam.

EPÆNETVS omnium ait mendaces noxarum & maleficiorum architectos esse.

EVBOIDAS, cum nonnullos audiret alienam vxorem commendantes, non probauit, de indole dicens muliebri nullum omnino apud extraneos haberi sermonem debere.

EVDAMIDAS Archidami, frater Agidis Xenocratē contēplatus in Academia grandiorem iam ætate cum affeclis philosophantem, exquisiuit, quinā ille esset senex: Respondente quopiam virum esse sapientem & ex illis, qui virtutem quærunt: Quando tandē, inquit, si modo eam quærit, vtetur ea? Philosophum cum audisset disserentem, Vnum sapientem bonum esse ducem: Oratio mirifica, inquit: sed non meretur, qui dicit, fidem. Neque enim aures eius tubæ sonum audiuere. Cum quæstionē Xenocrates explicasset, finemq; dicendi faceret, aderat Eudamidas. Vt dixit ex comitib. eius quidam: Postquam nos adsumus, abrupit sermonem: Recte, inquit: siquidem dixeriam ea, quæ voluit. Illo subiiciente: Operæ precium erat audisse: Num etiam, inquit, ad cœnatum si venitemus, postularemus vt iterū cœnaret? Interroganti, qua de causa cum ciues eius decernerēt aduersus Macedonas bellum, ipse quiescendū decernat: Quod nolim, inquit, eos arguere mendacij. Cum alius actos de Persis triumphos commemoraret acueretq; ad bellum: Ignorare mihi quidem, inquit, videris idem esse, ac si mille victor ouium cum quinquaginta lupis decertet. Fidicine quopiam placēte requisiuerunt de eo, qui esse ei videretur: Magnus infit, exigua in re delinitor. Laudanti Athenas: Quisnā, inquit, iure hanc celebret vrbem, quam nemo vnquam probus dilexit? Argiuo, qui Laconas peregrinando deteriores fieri dicebat, desciscentes à patriis legibus: Atqui vos, inquit, postquā Spartam venistis, non prauiores, sed euaditis meliores. Cum Olympiis Alexander per præconē pronunciari iussisset, vt omnes exules, Thebanis exceptis domum redirent: Miserum, inquit, Thebani gloriosum tamen edictum. Solos enim formidat vos Alexander. Rogatus, quid ante prælia immolent Musis: Quo res gestæ, inquit, ornatam historiam consequantur.

EVCRATIDAS Anaxandridæ filius quærenti, cur de contractibus ephori quotidie ius dicant: Quo, inquit, & inter hostes fidem mutuo habeamus.

HERONDAS Athenis agens, cum quendam oeij damnatum audisset, petiuit monstrari sibi eum, qui ingenuæ causæ iudicatus esset.

HIPPOCRATIDAS, ad epistolam sattapæ Cariæ, qua scripserat ciuem Lacedæmoniū quibusdam insidias ipsi struentibus eas silentio texisse, adieceratque, quemadmodum de eo statueret: rescripsit, si magno beneficio eum affecisti, trucida hominem: si minus, exige prouincia ignauum ad virtutem. Cum occurrisset ei aliquando adolescens, quem affectabatur amator, erubescente illo: Cum talibus, inquit, eundum, quibuscum conspectus colorem non mutabis.

HIPPODAMVS, cum aduersus Archidamum Agis in acie staret, & mitteretur Spartam, vt illic necessaria Agidi administraret: Nonne hic, inquit, pulchrius occumbam, pro Sparta strenue pugnans? Nam annos natus erat plus octoginta. Mox sumptis armis dexteram regis clausit, ac pugnans cecidit.

LABOTVS multa verba fundenti: Quid mihi, inquit, in minutis grādia, præfaris? Quanta enim res fuerit, tanta fit & oratio, qua vteris.

LEOTYCHIDAS primus obiicienti, q. versatilis esset: Pro tempore, inquit, non vt vos pro vestra prauitate. Quærenti, quī retineatur præsens felicitas: Si non inquit, vndequaq; fortunæ credas Interrogatus, quid potissimum ingenuos pueros discere oporteat: Hæc inquit, quæ vsui eis futura sunt, quando viri euaserunt. Requirēti, qua de causa parci in potu Spartiatæ sint. Ne alij, inquit, pro nobis consultent, sed pro aliis nos.

LEOTYCHIDAS Aristonis dicenti Demarati filios ei maledicere. Nō mę hercle, inquit, miror Nam bene dicere valeat eorum nullus. Propioris portæ vectē circumiecto angue, vatibusq; ostentum pronunciantib. esse: Id mihi, inquit, non videtur: verum si anguem vectis circumplicaret, ostentum fit. Philippo, qui Orphei sacris initiabat, plane mendico initiatos ab se iactanti felicem vitam à fato agere. Quin tu igitur, inquit, homo demens quam ocyssime vitam deponis, quo desinas infelicitatem atque inopiam deplorare?

LEON Eucratidæ interrogatus, quali in vrbe habitare queat quis secure: Vbi inquit, neque plura neque pauciora possidebunt incolæ, atq; vbi iustitia vigebit, & languebit iniustitia. Olympiæ cursores de emissione laborantes cernens, Quando acrius, inquit, cursores de pernicitate laborant quam de iustitia? Intempestiue de rebus non infrugiferis verba facienti. Parū, inquit, hospes opportune te opportuna vteris.

LEONIDAS Anaxandridæ frater Cleomenis dicenti, nulla re nos, nisi q. rex noster sis, excellis: Imo, inquit, nisi præstantior essem vobis, non regnarem. Vxori suæ Gorgo euntem in.

expedi-

expeditionem ad Thermopylas ad pugnandum cum rege Perſarum ſciſcitanti, num quid vellet: vt bonis nubas, inquit, & bonos edas. Dicentibus ephoris paucos ipſum ad Thermopylas ducere: Multos, inquit, ad quem pergimus actum. Exquirentibus iterum, nihil ne ſtatuiſti aliud agere: Tranſitum Barbarorum, inſit, verbo arcere, reuera pro Græcis moriturus. Vt peruenit intra Thermopylas ad commilitones ait: In propinquo ferunt eſſe barbarum. Quare non eſt tempus terendum. Iam enim aut vincendi barbari, aut nobis moriendum. Dicenti præ barbarorum ſagittis nec ſolem videre licebit: Bene habet, inquit, quod in vmbra cum iis decertabimus. Alii dicenti: Propinquant nobis: Ergo, inquit, & nos illis propinquam⁹. Dicenti: Cũ tam multis conflicturus Leonida paucos ſub ſignis adduxiſti? Si multitudine me cẽſetis fretũ eſſe: ne vniuerſa quidem Græcia ſatis ſit. Exiguam enim portionem illorum colluuiei adæquet: ſin virtute, & hic numerus ſufficit. Idem dicenti alii: Atqui, inquit, multos adduco vt morituro. Xerxi, qui ei ſcripſerat: Copia tibi eſt, niſi cum diis pugnare velis, ſed à me ſtare, toti Græciæ dominati: reſcripſit: Si honeſtam vitam noſſes, deſiſteres aliena concupiſcere. Mihi vero ſatius eſt p Græcia emori, quam gentis meæ dominum eſſe. Vt denuo ſcripſit ei Xerxes: Mitte arma: reſcripſit: Veni & cape. Inſtituenti iam hoſtes adoriri Polemarchi dixerunt operiendum cæteros ſocios: Quid, non adſunt, inquit, qui dimicaturi ſunt? an fugit vos, præliaturos cum hoſtibus ſolos, reges qui verentur & timent? Militibus edixit, vt pranderent velut apud inferos cœnaturi. Rogatus, cur optimus quiſq; nobilem mortem ignobili vitæ præferat: Quoniam, inquit, illud naturæ proprium, hoc ſui ipſius putat eſſe. Cum impuberes vellet eſſe ſaluos, ſciret autem aperte id eos non toleraturos: ſcytalas ſingulis dedit ad ephoros perferendos. Cupiebat item adultos tres ſeruare: qui rem odorati ſcytalas reiecerunt. Horum vnus ait: Non præco, ſed pugnator te ſecutus ſum. Secundus, Hic ſi maneam, præſtantior ero: Tertius, haud poſtremus horum, ſed primus pugnabo.

LOCHAGVS Polyænidæ, pater Sironis fatum ſibi alterius filiorum nuncianti: Iam pridem, inquit, mortalem eſſe ſciui.

LYCVRGVS ille legiſlator ex priore vita inſtituens ciuitatem traducere ad ſtatum frugaliorem, honeſtoſq; ac fortes reddere (Nam molles erant) catulos duos ex eodem ſusceptos patre & matre eduxit, atq; hunc domi relictum gulæ aſſuefecit, alterum ſecum trahens ad venationem exercuit. Inde produxit eos in concionem, poſitisq; ſpinis piſcium & gulæ irritamentis emiſit ſimul leporẽ. Hic cum vterq; cõſueta peteret, & cepiſſet alter leporem: Cernitis, inquit, ciues hoſce, licet eadem ſtirpe ſint, vitæ tamẽ diſciplina longe inter ſe euaſiſſe diuerſos, atq; efficaciorem ad recta eſſe natura exercitationem. Alii memorant nõ produxiſſe catulos eum, qui ex iiſdem eſſent geniti, ſed fuiſſe vnum ex domeſticis, alterum ex venaticis: hinc illum deterioris generis venationibus excoluiſſe, hunc melioris ad ingluuiem tantum exercuiſſe: mox vtroque ad ſolita contendente, cum ſubieciſſet oculis, quantum diſciplina ad meliora vel deteriora momenti adferat dixiſſe: Nec nobis igitur ciues natalium apud vulgus celebrata claritas, nec quod ſtirps ſumus Herculis, proſit, niſi ſectemur ea, per quæ mortalium omnium ille nobiliſſimus & generoſiſſimus euaſit, meditantes & condiſcentes per totam vitam honeſta. Cum partitus agrum eſſet, omnibuſq; ciuibus ſortes æquales diſtribuiſſet, ferunt poſtea peregre reuertentem agrum frugibus modo demeſſis peragraſſe, cernentemque aceruos comparatos æqualiter & pares lætum atridentemq; comitibus dixiſſe: Nonne totam Laconiam dicas multorum fratrum, qui modo eam inter ſe ſint partiti, eſſe? Iam lata de nouis tabulis lege aggreſſus etiam eſt ea, quæ rerum mouentium ſunt, ex æquo diuidere: quo ſemel diſparitatem & inæqualitatem ſuſtolleret. Quia vero videbat, ſi eis extorquerentur aperte, ægre laturos, monetã auream & argenteam antiquauit, ſolius ferri vſum ſanciuit, definiuitque, quatenus cenſendum ad huius valorem totũ patrimoniũ foret. Ea re exterminata Lacedæmone omnis eſt iniuſtitia. Quis enim furari, quis venalis munerib⁹ eſſe, quis defraudare aut rapere poterat quid, quod nec valeret tegi, cuius nemo eſſet poſſeſſione beatior: neque quo vti ſecurum neq; quod exportare vel importare tutum? Adhæc ſuperuacanea & exotica eiecit è ciuitate cuncta. Quare neq; mercator, neq; ſophiſtes, neq; vates vel circulator, neq; fraudum architectus Spartam ingrediebatur: Neque enim monetam eis tractabilem permiſit, tantum ferreæ authoritatem tribuit, quæ eſt mina pondere Æginetico, valore quatuor chalcorum, id eſt æreolorum. Quo aũt magis incurſaret luxuriam atq; admirationem opũ adimeret, inuexit conuiuia, quæ ſyſſitia dicuntur. Ac quærentib⁹, quare hæc inſtituiſſet atq; ita diſtinxiſſet, vt pauci ciues ſimul ſeorſum ab aliis in armis diſcumberent: Vt, inquit, prõpte edicta accipiant, & ſiquid nouauerint, peccatum hæreat apud paucos, portioq; cibi & potus æqua ſit: neq; in poculẽtis aut eſculẽtis, imo nec in lecto & ſupellectili, vel in re vlla alia quicquam præcipui præ paupere habeat locuples. Quia vero deſpectas fecerat diuitias, quod iis frui, vel eas oſtentare poſſet nemo, dixit apud familiares: Vt eſt ſodales præclarum re oſtendere Plutum, vt vere eſt, cæcum? Cauit, ne præſumpta domi cœna liceret

expletis aliis dapibus aut potu ad conuiuia commeare. Insectabantur cæteri eum, qui cum ipsis non biberet vel vesceretur, vt intemperantem, & ad conuictum elanguescentem promiscuum. Mulctabatur etiam, siquis conuictus esset. Ac cum longo interuallo à bello deuictis Atheniensibus rex reuersus Agis cœnare apud vxorem vno die vellet, portionem postulanti non miserunt polemarchi, ac postridie re ephori ad ipsos delata mulctam ei dixerunt. Ob has ergo leges frementes pecuniosi coitione facta obstrepuerunt ei, saxisq; eum petierunt deliberatum habentes obruere. Dum eum insectantur, proripuit se foro. Aliis autem elapsus ad Mineruæ Chalciœcæ confugit. Aleander vero fugientis tergo inhærens respicienti oculum excussit. Quem publico decreto deditum sibi ad supplicium nec verbo, nec facto læsit, sed conuictorem secum habens effecit, vt laudator esset ipsius & victus quo fuerat apud ipsum vsus, atque prorsus disciplinæ suæ amator. Huius monimentum casus in Chalciœcæ templo sacellum excitauit Mineruæ, quam Optilitin dixit: quod eius regionis Dorii oculos ὀπτίλλους vocent. Interrogatus, cur legibus scriptis non esset vsus: Quod instituti, inquit, & informati recta disciplina, quod tempori conueniat, probent. Quærentibus item quid fastigium securi factum imponi ædificiis sanciuisset, fores serra sola, nec instrumento vllo alio: Quo moderati, inquit, sint ciues in omnibus, quæ in ædes inferant, neq; quicquam eorum, quæ apud alios in dignatione sunt, habeant. Ex hoc more regem Leontychidem primum referunt cœnantem apud quendam, cum tectum ædium magnifice structum & laqueatum cerneret, rogasse, hospitem, ecquid ligna apud eos quadrata nascerentur. Interrogatus, quare eosdem hostes sæpius peti vetuisset: Ne, inquit, sæpe pericula propulsari assuefacti, scientes belli euadant. Quapropter peccatum visum est haud leue fuisse Agesilai, qui perpetuis in Bœotiam irruptionibus expeditionibusque Thebanos effecit Lacedæmoniis pares. Alii requirenti, cur corpora virginum cursu lucta, discorum & iaculorum iactu subigeret: vt, inquit, fœtuum radix validum in valentibus corporibus exordium accipiens bene germinet, & ipsæ strenue partus subeuntes facile simul & bene aduersus puerperii decertent dolores: ac si qua incumbat necessitas, valeant pro sua, liberorum & patriæ salute pugnare. Improbantibus nonnullis virginum in supplicationibus detectionem, causamque requirentibus: Quo eadē, inquit, ac viri sectantes studia, nō concedant illis corporis robore & sanitate, vel animi altitudine & virtute, vulgi autem existimationem cōtemnant. Hinc de Gorgo Lenidæ vxore hoc literis proditum est. Cum mulier quædam, vt arbitror, peregrina ei diceret: Solæ vos Lacænæ imperium in viros habetis: Nempe solæ, inquit, parimus viros. Exclusit cœlibes gymnicorum ludorum spectaculo, suggillauitq;. Qua re liberis quærendis multū consuluit. Adhæc honore eos & obseruantia, quam præstabant maioribus natu iuuenes, orbauit. Atque id, quod Dercyllidæ exprobatum fuit quantumuis inclyto duci nemo reprehendit: cui accedenti adolescentior quispiam subsellio nō cessit, adiiciens: Neq; enim tu mihi, inquit, qui cessur' sit, sustulisti. Rogāti, quare puellas elocari indotatas sanxisset: Ne, inquit, vel per inopiam vllæ illocabiles sint, vel opum causa ambiantur: sed spectans quisque virginis mores, ex virtute delectum faciat: quare etiam elegantiam cultus vrbe pepulit. Cum aūt nuptiarum viris & fœminis præstituisset tempus, quærenti cur id fecisset: vt fœtus, inquit, ex adultis validus procreentur. Miranti, cur elocatum ab nuptæ concubitu abstineret, præscripsissetque ei, vt maiorem partem diei mansitaret noctesq; totas cubaret apud æquales, atque cum sponsa occulte presseq; congrederetur: Quo, inquit, corpore firmo sint non satiati, sed semper amore recentes durioresq; efferant fœtus: Iam vnguentum sicut olei corruptelam & perniciem amouit: infectutam item vt sensus blanditias, omnibusque pigmentariis aditum Spartæ præclusit, velut malis artibus veras adulterarent. Porro tanta erat illis seculis matronarum castitas, tantumq; aberat ab ea, quæ post est insecuta earum licentia, vt adulterium fuerit prius apud eos incredibile. Ac dictum memoratur * Geradatæ cuiusdā Spartiatæ ex antiquissimis, qui hospiti sciscitanti, quæ esset in adulteros pœna apud eos constituta: Nihil enim videre de eo se ab Lycurgo sancitum: respondit: Adulter hospes apud non nos inuenitur. Quo subiiciente: Quid si inuentus sit? Taurum, inquit, luit ingentem Geradatas, qui capite traiecto Taygetum bibat ex Eurota. Obstupescente illo ac dicente: Qui existat bos tantus? ridens Geradatas: Qui, inqt, adulter existat Lacedæmone, vbi opulētia, deliciæ, pigmenta infamiæ: pudor vero, modestia, & erga magistratus obsequium in honore sunt: Postulanti, vt principatum popularem Lacedæmone constitueret, respondit Lycurgus: Prius tu erigas principatum domi popularem. Quærenti, quid hostias adeo exiguas & viles præscripsisset: Ne vnquam, inquit, deum intermittamus colere. Certamina sola quia permisit ciuibus suis, in quibus manus non tollatur, requisiuit quidem causam: Quo, inquit hic, nullus eorum in laborando fatiscere consuescat. Interroganti, quare transferre crebro castra præciperet: vt hostibus, inquit, plus incōmodemus. Alii exquirenti, cur muros oppugnare vetuisset: Ne à fœmina, inquit, vel puero, vel simili homine opprimantur præstantiores. Thebanis, qui eum consulebant de re diuina & luctu, quem Matutæ faciunt, author fuit:

* In Vitis est, Gerada.

fuit:si deam existimarent,ne lamentarentur: sin hominem, ne rem diuinam vt deæ facerent. Sciscitantibus nonnullis ciuium,quemadmodum hostium impressionem propulsarent: Si inopes,inſit, ſitis, neq; plus alter quærat altero. Iam requirentibus de muro,negauit expertem muri vrbem esse, quam virorum non laterum corona ambiret. Excolebant Spartiatæ comam, commemorantes dictum quoddam de ea Lycurgi,formosiores ab ea speciosiores,deformes effici horrendiores. Edixit, vt prælio fusos fugatosq; hactenus, dum confirmassent victoriam, consectarentur, mox receptui canerent, haud esse ferens trucidare ergadantes Græcis dignum:imo id conducibile quoque. Siquidem certos, quibuscum manus consererent, occidere eos illos,si qui subsisterent,terga vertentibus parcere:fugam capessere, quam in acie manere existimaturos commodius. Rogante,quid mortuos hostes interdixisset spoliare: Ne,inquit,detrahendis incumbentes spoliis negligant pugnam: verum vt paupertatem quoq; cum loco in acie teneant.

LYSANDER, cum misisset ei Dionysius stolas duas iubens vt eam,quæ placuisset,caperet,vt filiæ ferret: Illam ipsam ait melius opaturam,acceptisq; duabus abscessit. Fuit mire versutus Lysander,doloq; pleraq; colorans,ac iustitiam vtilitate metiens, honestumque commodo,verum ait esse falso valentius,sed vtriusq; valorem & authoritatem vsu dirigendam. Carpentibus eum,quod astu pleraq; transigeret,vt Hercule indignum,& fraude non aperte res gereret,ridens dixit: quo non pertineat leonina,ibi vulpinam assuendam. Insectantibus eum alus, quod iusiurandum,quod editum ab eo erat Mileti, temerasset: pueros respondit talis, viros esse sacramentis circumueniendos. Superatos dolo apud Ægos fluuium Athenienses, fameque pressos ad deditionem compulit, scripsitq; ephoris: Captæ sunt Athenæ. Argiuis qui de agri finibus ambigebant cum Lacedæmoniis, ferebantque causam tueri se quam illos æquiorem, districto gladio: Hoc qui potitur, inquit, hic optime disputat de agri terminis. Fluctuantes, vtris se partibus darent, cum agrum eorum permearet, Bœotos cernens, missis legatis rogauit, directis an inclinatis hastis per fines eorum transiret. Cum ciuis Megarensis in concilio libere cum ipso ageret: Oratio tua, inquit, hospes ciuitate indiget. Cum Corinthii desciuissent, accedensque ad muros Lysander Lacedæmonios segnes cerneret ad oppugnationem: lepus autẽ transilire fossam esset conspectus: Ecquid pudet vos, inquit, Spartiatæ eos formidare hostes, quorum propter ignauiam mœnibus indormiunt lepores? Sciscitante deos in Samothrace iussit sacerdos, quod facinus in vita nefandissimum concepisset, exprommere. Hic percunctatus eum: Tuo ne an deorum præcepto id faciam? Qui cum diceret, Deorum: Tu ergo, inquit, hinc facesse, ego illis, si rogent, aperiam. Persæ interroganti, quam potissimum remp. commendaret: Quæ, inquit, viros fortes & ignauos pro merito tractat. Iactanti ipsum a se celebrari ac defendi: Boues habeo, inquit, ruri duos, quibus ambobus silentibus recte noui inertem & industrium. Proscindenti ipsum cuipiam conuitiis respondit: Perge sedulo hospitule, perge, ne quicquã omitte: quo mala, quibus videris refertus, exhaurire ex animo valeas. Postea loci, cum sociorum disceptatio quædam post huius excessum Spartæ esset, perrexit ad domum Lysandri Agesilaus ad consulenda quæ de ea erant scripta. Hæc enim apud se asseruarat Lysander. Ibi librum etiam inuenit, quem de rep. Lysander scriptum habuerat, regnum Eurytiontidis & Agiadis eripiendum & in medio esse ponendum, legendosq; reges ex optimis: ne Herculis nepotibus, sed iis, qui qualis Hercules fuit, virtute, qua ille quoq; ad diuinos honores aspirauit, essent censiti, præmium illud deferretur. Hanc orationem instituit in lucem pro concione proferre, ac Lysandrum aperire, qui in operto fuisset ciuis, simul ad traducendum Lysandri amicos. Verum *Cratidem ferunt principem ea tempestate ephororum verentem, si lecta esset oratio, ne impelleret ciues, retinuisse Agesilaum, monuisseq;, ne refoderet Lysandrum, sed orationem etiam cum eo astute & artificiose concinnatam defoderet. Procos, qui nuptias ambierant eius filiarum, mox inopia eius post vitæ exitum erumpente illis renunciauerunt, mulctam ephori dixere: quod eum, cum pecuniosum arbitrarentur, coluissent, iustum & probum ex tenuitate compertum repudiauissent.

* In vitis Lysandri.

NAMERTES legatus missus, cum eius loci quidam beatum ipsum prædicaret, quod multos haberet amicos, requisiuit: an probatum haberet, qua ratione multos amicos habere quis se exploret. Desideranti id discere alteri: Aduersa, inquit, fortuna.

NICANDER, cum diceret quispiam maledictis incessi eum ab Argiuis: Igitur debent, inquit, quod bonos obterant, mulctam pendere. Quærenti, quare comam & barbam promitteret: Quia omnium, inquit, speciosissimus est, & minimæ impensæ viro suus proprius ornatus. Atheniensi obiicienti: Nimium dediti estis Nicander ocio: Verum alis, inquit, cæterum non sicut vos temere agimus.

PÆDARETVS dicenti multos esse hostes: Igitur decus, inquit, referemus maius. Plures enim interficiemus. Cũ quendã vidisset ingenio mollem, benignitatis autem homine a ciuib.

celebratum, nec viros ait fœminarum similes, nec virorum commendabiles esse fœminas, nisi incubuerit mulieri necessitas. Cum lectus non esset inter trecentos, qui ordo in ciuitate erat dignitate primus, hilaris ridensq; digrediebatur: reuocatum autem ephori rogauerunt, quid rideret: Quod congratuletur, inquit, ciuitati, quæ ciues me habeat trecentos meliores.

PANTHOEDAS in Asiam legatus monstrantibus ei murum munitum ait; Pulchrum inquit, hospites gynæcium. Disputantibus in Academia philosophis, Panthœdamq; post rogantibus, qui viderentur ei hi sermones: Quid aliud, inquit, quam boni: Verum quo illi vobis, qui eis non vtimini?

PAVSANIAS Cleombroti filius Deliis disceptantibus de insula Delo cum Atheniensibus, allegantibusq; lege patria neque parere in insula mulieres, neque defunctos humari: Qui ergo, inquit, patria hæc vestra sit, in qua neq; natus quisquam est vestrum, neque sepultus erit? Exhorrantibus eum exulibus, vt moueret in Athenienses, atque adserentibus, cum voce præconis Olympiis pronunciaretur, cōsectatos sibilis ipsum solos Athenienses: Quid igitur censetis, inquit, qui vbi bene meritus sum de ipsis, sibilis me conciderunt, facturos male merenti? Requirenti: quid poëtam Tyrtæum ciuitate donassent: Ne, inquit, peregrinus vnquam videatur esse dux noster. Ad imbecillum corpore, qui consulebat, vt cum hostibus terra marique confligerent: Vis igitur, inquit, ostēdere te exutus, qui sis, nobis qui dimicare præcipis? Demirantibus quibusdam in manubiis barbarorum vestes: satius esse ait, vt laudati ipsi sint quam vt possideant laudata. Superatis ad Platæas Medis præcepit suis, vt præparatam cœnā Persicam apponerēt. Ea cum esset mirifice exquisita: Helluonem medius fidius, inquit, esse oportebat Persem qui hæc cum ei suppeterent, ostræ nostræ inhiauit.

PAVSANIAS Plistonactis interroganti, quid nullam ex priscis legibus apud ipsos antiquare ius sit: Quod ciues, inquit, esse in potestate legū oporteat, non in ciuiū leges. Extollenti huic Tegeæ exuli iam Lacedæmonios dixit quispiam. Quare igitur nō hæsisti tu Spartæ, sed in exilium iuisti: Quod nec medici inquit, apud valentes, verū vbi sunt ægri, ibi agere soleant. Roganti, qui frangere valerent Thracas: Si optimum inquit, designauerimus ducem. Consideranti ipsum medico, qui dicebat: Nihil mali habes: Ego vero, inquit, te non vtor medico. Cum culparet eum quidam amicus, quod medicum quempiam, quem periclitatus non erat, neq; fuerat ab eo læsus, traduceret: Quod si essem, inquit, eum, periclitatus, non viuerem. Cū autem diceret ei medicus, senex euasisti: Propterea, inquit, quod te medico non sum vsus. Medicum retulit hunc optimum esse, qui non ad marcorem deducit ægrotos, sed quam ocyssime sepelit.

PLISTARCHVS Leonidæ quærenti cuidam, qua de causa non à primis regibus nomen mutuarentur: Quod illi duces, inquit esse quam regere malebant, posteriores minime. Causidicus cum ridicula proferret: Non temperabis, inquit, mouendo assidue risus, ne reddaris ridiculus: sicut illi, qui perpetuo luctantur, luctatores? Narranti commendati eum ab detrectatore quopiam: Miror, inquit, nisi retulerit quis ei me decessisse. Siquidē de nemine ille benedicere potest viuo.

PLYSTONAX Pausaniæ oratore quodam Attico Lacedæmonios appellante indoctos: Recte, inquit, dicis: Nos enim ex Græcis soli nihil à vobis didicimus mali.

POLYDORVS Alcamenis, cum hostibus quidam multum minitaretur: Non intelligis, inquit, maximam partem exhausisse te suppliciorum. Signa inferentem Messenæ interrogauit quispiam, fratresne oppugnatum iret: negauit, sed ad vacuam possessore partem agri pergere. Argiuis iterum à trecentorum marte signis collatis ad internecionem cæsis monebant Polydorum socii, occasionem ne elabi sibi fineret, sed adoriretur hostium muros, vrbemq; reciperet. Pronum id fore viris stratis, relictis fœminis: respondit eis, Pari marte præliantem vincere hostes, est mihi honestum. Enimuero eum, qui de finibus dimicauit agri, affectare vrbem capere, haud censeo verum. Adsum namq; ad recipiendum agrum, non ad potiundum vrbe. Interrogatus, quid Spartiatæ in bello pericula forti animo capessterent: Quod vereri, inquit, didicerint duces, non timere.

POLYCRATIDAS legatus cum aliis missus ad regis duces, qui ex eo exquirebant, priuatim an publice missi essent: Si obtinuerimus, inquit, publice: sin minus, priuatim.

SOEBIDAS ante Leuctricum certamen, cū dicerent nonnulli ostensurū diē hodiernū virū fore: Magni ait faciundū diē, si virum fortē monstrare valeret incolumē. Fama est eū, cū in loco aspero & arido à Clitoriis circūsideretur, pactū fuisse, si ipse totusq; exercit⁹ su⁹ ex ꝓpinquo fonte bibissent (Nam seruabant eū hostes) agrū se bello partū eis redditurum. Cū id fœdus iureiurando sancitum esset: concione aduocata suorū pronunciasse regnū ei se, qui non bibisset, dare. Vbi nemo sibi tēperare potuit, sed biberūt oēs, ipsum descendisse omniū postremū: cumq; eōspersisset aqua se, hostib adhuc præsentibus discessisse: itaq; agrū, quod non potasset retinuisse.

TELECRVS referenti patrem male de ipso dicere. Nisi, inquit, dicendum ei fuisset, non dixisset,

dixisset. Cum dixisset ei frater non perinde secū ciues ac cum illo agere: quamuis ex iisdem esset prognatus, sed importunius: Nempe tu, inquit, non nosti vt ego iniuriam ferre. Interrogatus, cur apud ipsos moris esset, vt iuniores maioribus natu assurgerent: Quo, inquit, habendo eum honorem alienis magis honorent parentes. Quærenti, quantū patrimonii teneret: Haud plus, inquit, quam sat est.

THEARITAS gladium acuminans, an acutus est, rogatus respondit, Calumnia acutior.

THECTAMENES capitis damnatus ab ephoris, abibat ridens. Ibi quodam ex corona rogante, an iura Spartana despiceret: Minime, inquit, sed lætus sum, quod hæc mihi luenda est 10 mulcta, quam à nemine precario vel fœnori accipiam.

THEMISTEAS, qui vates erat, regi Leonidæ perniciem ad Thermopylas ipsius & commilitonum suorum prænunciauit instare. Qui cum ab Leonida Lacedæmonē futuri casus specie nunciandi ablegaretur, reuera ne sine causa interiret: non obtemperauit, sed, Pugnator sum, inquit, missus non nunciorum lator.

THEOPOMPVS quærenti, qua ratione quis fidele seruaret regnum: Si amicis, inquit, iustam admonendi libertatem concedat: ac subditos, quatenus efficere possit, non negligat lædi. Hospiti iactanti dici se apud ciues suos Laconum cupidum: Præstabat, inquit, ciuium te quā Kaconum cupidum vocari. Ex Eliorum legato, qui legatum ideo se à ciuibus perhibebat, quod vitam Laconicam vnus sectaretut, requisiuit: Tua an aliorum ciuibus bonus vnus est? Eo suam 20 dicente: Qui ergo, infit hæc salua sit ciuitas, in qua ex frequentibus ciuium melior vita est? Dicenti Spartam per reges stare imperandi artifices: Minime, inquit, sed per ciues magistratibus audientes. Cum Pylii maiores honores ei sciuissent, rescripsit: Moderatos dies alit, immodicos obliterat.

THERYCION Delphis veniens, cum exercitum Philippi fauces Isthmi insedisse contemplaretur: Malos vos, inquit, habet Corinthii Peloponnesus ianitores.

ZEVXIDAMVS quærenti, qua de causa leges de fortitudine non scriptas seruarent, atque iuuentuti scripto propositas non præberent legendas: Quod, inquit, fortibus factis potius quā scripturæ assuescendum sit attendere. Ætolo, qui dixit iis, qui student esse viri fortes, potius bellum pace esse: Bona verba, inquit, verum potior his mors est vita.

30

Vulgarium Laconum apophthegmata.

SAMIORVM legatis multa verba fundentibus responderunt Spartiatæ: Prima effluxerunt ex animo nostro, posteriora non sumus assecuti, quod effluxerint priora. Thebanis de quibusdam repugnantibus dixerunt: Aut minores animi vobis gerendi sunt, aut plus pollendum. Lacon rogatus, Qua de causa barbam vsq; adeo promittis? Quo cernens, inquit, canos meos nihil iis faciam indignum. Celebrantem optimos bellatores cum Lacon audiuisset: Apud Troiam, inquit. Alios audito quosdam à cœna ad potandum compelli: Num, inquit, ad vescendum 40 quoq; compelluntur? Cum scripsisset Pindarus, Columen Athenæ Græciæ, Lacon: Ruet Græcia, inquit, tali quę insidet columini. Cum spectans quidam in tabula picta obtruncari ab Atheniensibus Laconas diceret, Viri sane fortes sunt Athenienses, occurrens Lacon: In tabula, inquit. Recipienti cuidam calumniosa probra: Desine, inquit Lacon, aures aduersus me præbere. ad eum, qui dum plecteretur, dixit, Inuitus offendi, ait quidam: Ergo inuitus quoque plectere, Cernens quidam in discedendo sedentes in sella homines: Absit, inquit, vt ibi sedeam, vnde nō est assurgere seniori. Cum Chii in peregrinatione à cœna in ephororum tribunali vomuissent, atque in illorum sellis cacassent: primum acris quæstio habita est in authores, an essent ciues, vt Chios fuisse senserunt, per præconem pronunciauerunt Chiis permittere petulantibus esse. Amygdalas duras cum quidā videret duplo distrahi: Num raritas, inquit, lapidum est: Lusciniæ 50 quidam vulsis pennis cum exiguam carnem reperisset: Vox es tu quædam, inquit, prætereanihil. Cernens Lacon quidam Diogenem Cynicum per ingens frigus statuam æream complectētem rogauit, an rigeret: neganti: Quid igitur, inquit, magni facis? Cum obiectasset Metapontio Lacon ignauiam: Atqui non parum, inquit, agri alieni tenemus. Cui ille: Ergo, inquit, non ignaui modo, verum etiam iniusti estis. Peregrinus, qui Spartæ crepidatus altero pede rectus insistebat, dixit ad Laconem: Haud arbitror te Lacon tam diu pede quam ego instituturum. Qui occurrens: Non sane, inquit, ego: verum ex anseribus nullus non. Glorianti ob artem rhetoricā: At hercle, inquit Lacon quidam, nisi tractet veritatem, ne existet vnquā vlla. Iactante aliquando Argiuo, frequentes tumuli sunt apud nos Spartiatarū, respondit Lacon: Apud nos vero Argiuorum nullus, quod Argos ipsi frequenter inuasissent, Argiui Spartam nunquam. Lacon

captiuus ꝓnunciante, dū venditur, præcone; Laconē vendo: reuocauit eū fatus: Captiuū ꝓclama. Quidam ex iis, qui Lysimachi castra sequebantur, num ex Ilotis esset, interrogatus: An tu, inquit ad quatuor obolos tuos venturū existimas Laconem? Cum Thebani fusis ad Leuctra Laconibus accessissent ad Eurotam, ac quidam ostentabunde iactaret, Vbi nunc sunt Lacones? captus ab eis Spartiates: Non adsunt, inquit. Neq; enim vos huc accessissetis. Flagitantibus, cum vrbis deditionem fecissent, Atheniensibus, Samum ipsis solum permitti, responderunt: Quando vestri iuris non estis, tunc habere & alios quæriris? Vnde est prouerbium natum, Qui seipsum non habet, Samum petit. Expugnato ab Lacedæmoniis oppido certo dixerunt ephori: Sublata est pubis nostræ palæstra. Non habebunt posthac, quibus cū luctentur, aduersarios. Aliud oppidum, quod forte Laconibus subinde fuerat infestum, ostendente rege funditus se deleturum, nō permiserunt fati: Minime deleueris vel sustuleris iuuenrutis nostræ cotem. Luctantibus pueris non apponebant tectores, ne artis ea contentio sed virtutis esset. Quapropter rogatus Lysander, qui eum Charon superasset: Ingenti artificio, inquit. Scribente Philippo, quando in eorum finibus signa habebat: vtrum vellent, pacatus an hostis veniret: responderunt: Neutrum. Legato, quem ad Antigonum Demetrii filium miserant, vt intellexerunt eum appellasse illum regem, mulctam dixerunt, quamuis medimnum tritici ab eo arctis commeatibus in capita apportaret. Cum quidam optimam sententiam homo teter dixisset, discesserunt in eam omnes: cæterum detraxerunt eam huic, atq; alii innocentis vitæ asscripsere. Conflictantibus inter se fratribus irrogauerunt mulctam patri, quod filios dissidere permitteret, fidicinem peregrinum, quod citharam pulsaret digitis, mulctarunt. Duorum puerorum pugnantium alteri alter falce lethale vulnus inflixit. Cum autem pueri familiares expiraturo denunciarent executuros se facinus ac percussorē interemturos: Dii prohibeant inquit. Neque enim id rectum sit. Idem ego, si præuertissem & fuissem fortis, fecissem. Alius puer sub tempus, quo furari moris erat ingenuis pueris, quod quisq; valeret, & non fefellisse infame: vt pueri, qui eum comitabantur, viuam surripuerunt vulpeculam, eique custodiendam tradiderunt, superuenientibus, qui vulpeculam amiserant, ad eam quærendam, abdiderat forte illam sub pallio suo: Sæuiente bestia, ac latus eius vsque ad interanea laniante, continuit se, ne deprehenderetur. Inde digressis illis vt spectarunt factum pueri, incusaueruntque eum præstitisse dicentes vulpeculam detexisse, quam vsq; ad mortem occultare: Apage, inquit. Nam satius est doloribus immoti, quam furti manifestum per ignauiam, vt turpiter viuam, esse assecutum. Oblati nonnulli Laconibus in itinere dixerunt: Bona vestra fortuna modo hinc delapsi sunt latrones: Illi, minime vero, inquiunt, sed illorum, qui non inciderunt in nos. Interrogatus, quid sciret, Lacon: Liber, inquit esse. Puer Spartiates ab rege Antigono captus ac venundatus cæteris in omnibus emptori paruit, quæ decere ducebat liberum facere. Postquam imperauit, vt amidem afferret, non paruit fatus: Non seruiam. Illo tendente, conscendit in tectum, ac cum dixisset, Intelliges quid emeris, præcipitauit se atq; expirauit. Alius, dum distrahitur, rogante quopiam: Eris frugi, si re mercatus fuero? Etiam si non mercatus, inquit, fueris. Alius captiuus præcone in auctione subiiciente mancipiū se vendere: Non dices, inquit, scelus captiuum? Lacon, qui in clypeo insigne habebat muscam eamque non maiorem vera, cum deridentes quidam dicerent. Hoc fecit, vt lateret: Imo, inquit, vt manifestus sim. Siquidem ita probe hostibus admoueo me, vt insigne quantum sit, ab iis conspiciatur. Alius oblata in conuiuio lyra: Haud est, inquit, ineptire Laconicum. Rogatus Spartiates, tuta ne via Spartam foret: Qualis, inquit, accesseris. Nam ingredientes leones eiulant, lepores in cubilibus venantur. In palæstrico manuum nexum cum colluctatur curiose collo prehenderet & detraheret ad terram alterum: hic, qui cum illo congressus erat, minor corpore momordit illius brachium: qui ait: Mordes Lacon vt fœminæ: Imo, inquit hic, vt leones. Claudus ad bellum pergens, cum irrideretur ait: Non quæruntur, qui fugiant, sed qui insistant, & locum in acie teneant. Alius sagitta confixus moribundus dixit: Non laboro, quod mortem oppetam: verum quod ab effœminato sagittario interfectus, ac re nulla perpetrata. Quidam, qui ad cauponem diuerterat, ac pulmentum dederat stabulario parandum: vt altet caseum poposcit & oleum: Quid, inquit, si caseum haberem, quærerem insuper pulmentum? Ei, qui prædicabat Lampidis felicitatem Æginetæ, quod ex magno censu quem ex nauibus meritoriis comparabat, opulentior haberetur, ait Lacon: Floccipendo aptam ex Sparto felicitatem. Cum quidam Laconi ipsum mentiri dixisset, respōdit: Nempe liberi sumus: Alii, ni vera dixerint, non ferent impune. Cum instituisset quidam cadauer statuere rectum, vt omnia molitus non valuit: Oporret hercle, inquit, aliquid intus esse. TYNNICHVS Thrasybuli mortem filii forti animo tulit, factumque est in eum epigramma:

In clypeo Pitanen rediit Thrasybulus ab Argis,
Traiectus septem pectora vulneribus

Tyn-

Tynnichus hunc senior fœdatum sanguine multo
Imponens flammis talia verba dedit:
Quisq; fleat timidos, at tum nostrum te ego natum
Infletum condam cum Lacedæmonium.

Atheniensi Alcibiadi, cum copiose balneator aquam administraret, ait Lacon: Quid eam non vt mundo sed vt illuuiei pleno præbet affatim: Philippus cum signa Laconiæ inferret, haberēturque omnes pro deploratis, affatus est Spartiarem quendam: Quid nūc agetis Lacones? Quid vero, inquit, aliud quam fortiter cademus: Soli enim ex Græcis nos liberi, nec audientes esse didicimus aliis. Deuicto Agide cum postularet obsides Antipater pueros quinquaginta, respon-
10 dit Eteocles ephorus non daturos pueros ne minus instructi patria disciplina incompositi euaderent: Neque enim ciues essent. Senes vel mulieres, si placeret eis, bis totidem daturos. Denūciante illo vltima, ni accepisset, responsum publice reddiderunt: Si morte imperes grauiora, æquiore animo moriemur Senex Olympię ludos, qui edebantur, affectans spectare, sedili deficiebatur: eumq; se ad complura loco contulisset, contumelia ac dicteriis iactatus fuit excipiente eum nemine. Postquam ad Lacedæmonios venit, consurrexerunt omnes pueri viriq; frequentes, qui loco ei cedebant. Ibi cum totus Græcorum cœtus illud institutum comprobaret, atq; in cœlum laudibus efferret: senex: mouens tum canum mentum, tum tempora cana lachrymansque: O mores prauos, inquit: Quam sciunt cuncti Greci recta, sed soli ea vsurpant Lacedęmonii. Idem accidisse aiunt nonnulli Athenis. Siquidem Panathenæis Attici senem ludifica-
20 bant accersentes eum tanquam recepturi: quem, vbi accessit, reiecerunt. Vt prætergressus omnes peruenit ad Lacedæmoniorum theoros, cuncti ex subselliis assurgentes dabant illi locū. Eo facto turba ducta ingenti assensu plausum dedit. Ibi quispiam Spartiades: Per Castores inquit, norunt Athenienses, quid rectum sit, non faciunt tamen. Mendico Laeon abs se petenti: Enimuero, inquit, tibi si dedero, magis mendicus eris: ac inuerecundiæ huius tuæ primus, qui tibi est largitus fuit author, quod oscitantem te reddiderit. Lacon collectam exigentem videns diis, nihil curare ait deos magis quam se mendicos. Cum deprehendisset quidam adulterum cum deformi muliere: Quæ tibi miser, inquit, necessitas fuit? Alius oratorem, qui magnos verborum ambitus torquebat, audiens: Næ ille, inquit, homo strenuus in argumento nihili bene voluit linguam. Spartam quidam profectus, cum iuuenum vidisset erga senes reuerentiam: V-
30 na in Sparta, inquit, expedit senescere. Rogatus Lacon. qui Tyrtæus poeta esset: Bonus, inquit, ad animos iuuenum excitandos. Alius, qui ex oculis laborabat, ad bellum profectus est. Cui cum dicerent nonnulli: Quo abis ista valetudine, aut quid es facturus? Vt nihil aliud agam, inquit, hostis gladium certe obtundam. Butis & * Spertis Lacedæmonii profecti vltro ad tegem Persarum Xerxem supplicium luituri, qua obstricta Lacedæmon ex oraculo erat: quod missos à Perse ad ipsos caduceatores interemissent: Vt ad Xerxem venere, iusserunt, quo vellet modo se pro Lacedæmoniis necaret. Quos vbi admiratus ille liberauit, petiitque vt apud se manerent: Qui valeamus, inquiunt, hic deserta patria legibus, & his viris, pro quibus tantum itineris ad moriendum sumus emensi, viuere? Instante vehementius duce Indarmo memorantequè pari in honore futuros atque illi, qui maxima dignitate in amicis regis præfulgerent: respon-
40 derunt. Ignorare videmini nobis, quanti sit libertas, quam non mutauerit quis, nisi amens sit, Persarum regno. Lacon, cum die priore ipsum hospes defugeret, postridie commodato sumptis stragulis excepisset eum liberaliter, conscendit stragula calcauitque addens horum causa heri, nec in storea se quieuisse. Alius Athenas profectus, qui vidit Athenienses salsamenta & pulmenta sub hasta vendentes, vectigalia colligentes, lenocinium facientes, actusque alios fœdos obeuntes, neque ducentes quicquam turpe: vt est domum reuersus, quærentibus ex eo ciuibus, quæ vidisset Athenis: Omnia, inquit, recta: cauillatorie subiiciens omnia apud Athenienses honesta turpe nihil censeri. Alius de re quapiam interrogatus respondit, Non. Vbi subiecit ille, qui requisierat, Mentiris: Videsne igitur, inquit, vanum esse te, qui ea, quæ scis, exquiris? Venerunt aliquando in legatione ad Lygdamim tyrannum Lacones. Vt
50 producta ille sæpius die audientiam extraxit, atq; ad postremum valetudinem eius causati sunt: legati nuncia ei dixerunt non certe luctatum venisse nos cum eo, sed collocutum. Laconem initians quidam percunctabatur, cuiusnam facti maxime nefarii esset sibi conscius: Ille: Hoc sciunt, inquit, dii. Quo eum insisteret vehementius ac diceret: Est omnino hoc tibi declarandum: rogauit eum vicissim Lacon. Cui est hoc, tibi an deo dicendum? Illo respondente, Deo, Ergo tu, inquit, hinc facesse. Alius monimentum nocte præteriens concepit dæmonium quoddam se videre. Itaque incurrit, sublatamque lanceam ei intorsit addens: Quo me fugis bis interitura anima? Alius voto concepto, vt præcipitaret se ab Leucate: postquam conscendit, conspecta altitudine recepit se. Quod cum ei improperaretur: Non arbitrabar, inquit, votum illud voto indiguisse alio maiore. Alius in acie ferrum hosti intentans, cum tuba

* Alii, Sperchis, alii, Sperties.

receptui cecinisset,non percussit eum : Ibi sciscitanti,cur hostem,quem opportunum habebat, non interfecisset: Quia auscultare,inquit. Imperatori quam occidere rectius est. Laconi ludis Olympicis superato ait quidam: Aduersarius fuit Lacon te præstantior : Minime,inquit,sed ad sternendum dexterior.

INSTITVTA LACONICA.

VT QVIS QVE conuiuia,quæ syssitia vocabant,inibat : natu maximus commonstratis foribus: His,inquit,nulla verba egrediuntor. Inter pulmenta atro iuri prima laus erat. Proinde carnes non petebant maiores natu,quas iunioribus permittebant. Quare Dionysium fama est Siciliæ tyrannum huius gratia coquum Laeonicum comparasse, præcepisseq; vt pararet sibi id, neq; vllo parceret sumptui: mox gustu offensum expuisse,ac dixisse coquum: Hoc ius parādum 10 rex iis est,qui Laconice sunt exercitati & in Eurota lauerunt. Postquam biberunt Lacones in conuiuiis mediocriter,domum se sine face recipiunt. Neq; enim permittitur neq; tunc,neq; aliâs ad lumen incedere: quo discant in tenebris & nocte fidenter commeare & intrepide. Literas vsus gratia addiscebant: cæterarum disciplinarum vrbe interdicebant non magis doctoribus quam artibus. Disciplina vero erat iis vna ad bene parendum,ad tolerandum labores,& ad vincendum in pugna aut occumbendum: Perpetuo agebant sine tunica, vnum modo pallium quotannis accipiebant: squalidi corpore,à balneis & vnctionibus fere abstinentes. Vna iuuenes quietem turmatim& gregatim capiebant in toris,quos ipsi construebant ex arundine secus Eurotam nascente: cuius panniculam manibus citra ferrum confringebant. Per brumam 20 Lycophanas,quos vocant,substernebant,torisq; miscebant: quod ea materia vim quādam obtinere excalfactoriam putarut. Amare boni ingenii pueros licebat,complecti nefas habebatur, quasi corporis amore non animi captis. Qui argueretur venereæ coniunctionis, per totā vitam erat famosus. Moris erat etiam adolescentiores à maioribus natu rogari, quo pergerent,& ad quid,Non respondentem aut velamenta causantem castigabant. Qui non castigaret se præsente offendentem,is patis affinis culpæ erat atq; is,qui lapsus esset. Ac qui obiurgari ægre ferebat, in magno erat probro. Noxæ manifestum aram quandam oportebat ex vrbanis carmina probra cantantem in se composita,quod nihil erat aliud,quam semetipsum perstringere. Adolescentes reuerebantur de more non suos tantum genitores,atq; his obsequebantur: verū omnes etiam ætate maiores obseruabant,quibus via decedebant,ex sella assurgebant,prætereuntibus 30 conticescebant. Quocirca imperabat etiam quisq;, non modo aliis in ciuitatibus liberis,seruis & mancipiis suis tantum,verum etiam vicini vt suis: quo eorum quam maxime curam agerent vt suorum communem. Correctus à quopiam puer si detulisset id ad patrem : turpe erat parenti,nisi tantundem,vbi audierat,inflixisset. Credebant enim illos ex disciplina patria nihil filiis turpe iniunxisse. Furantur adolescentes etiam quæcunq; possunt cibaria,insidiari cum solertia dormientibus meditantes aut solutiorem curam agentibus. Comperto verbera & fames pro piaculo sunt. Angustam mensam habent,quo propulsantes industria sua famem ad audendum concitentur & ad dolos concinandum. Id cibi penuriæ munus est, atq; ideo erat angusta mensa, vt assuescerent saturitatem vitare,& tolerare famem posse. Ita namq; ad expeditiones etiam aptiores fore censebant,si per inediam valerent laborib. sufficere,temperantioresq; & fru- 40 galiores,si perdiu exigua impensa degerent. Item eo quod non desiderarent pulmētum & quęuis pastum caperent, putabant corpora salubriora reddi & gliscentia,spiritumque cibi defectu non coactum in profundum & latum attollere in sublime corpora, prætereа pulchra reddere: quod graciles & exiles habitus ad membrorum conformationem magis ductiles sint , cum saginati reluctentur suo pondere. Iam affectabant cantilenarum elegantiam & carminum , quib. inerat aculeus,qui excitaret animos,spiritusq; quasi motu fanatico & alacritate inflammaret. Dictio nuda erat & vitilis,neq; argumentum habebant aliud,quam ornamenta eorum , qui generose vixissent,& pro Sparta occubuissent,quos immortalitati commendabant , & probra ignauorum,quod acerbam atq; infelicem ducerent vitam: professionem item & magniloquentiam ad virtutem congruentem ætatibus. Tres erant in solennibus per treis ætates instituti 50 chori. Senum chorus exordiens canebat:

Nos quondam eramus inclyti bello viri. Inde iuuenum chorus respondens:
Nos ii sumus: fac,si voles,periculum. Tertius puerorum :
Nos fortitudine plurimum præstabimus.

Porro modi classici,quos embaterios vocāt, ad virtutem, audaciam, & mortis contemptum animos acuebant,hos in choris vsurpabant & ad tibiam,cum signa hostibus inferrent. Quippe copulauit bellicæ meditationi Lycurgus musicæ studium: quo ardor immodicus bellandi cum modulatione temperatus concentum aptamque & consonantem cōuenientiam haberet. Vnde ante pugnam rex Musis immolabat,vt res memorabiles& gloriosas in prælio ederent. Quod si quis ex prisca musica quid transiliisset,nō cōueniebant: sed & Terpandro, qui magis antiquarius

tlus suæq; ætatis citharœdus optimus erat, gestorumq; celebrator heroicorum, mulctam ephori dixere, ac citharam eius in palum illiserunt: quod interpolandæ vocis gratia chordam tantum vnam intendisset superuacaneam. Solos namq; simpliciores modos probabant. Certantem Carnibus Timotheum vnus ex ephoris rogauit, vtrâ ex parte chordas, quæ excedebant septem incideret. Sepeliendi omnem superstitionem exemit Lycurgus, funerare in vrbe extinctos & habere ante oculos rerum monimenta religiosarum permittens. Sustulit etiam piacula. Prohibuit quicquam cum corpore condi præter puniceum amiculum, quo & foliis oleaginis cadauer æque omnes inuoluerent. Inscriptiones etiam conditoriorum interdixit, præterquam eorum, qui in bello ceciderant præterea luctus & lamentationes. Peregre proficiscendi non e-
10 rat cis ius, ne externis institutis & moribus imbuerentur illiberalibus. Tulit item, vt peregrini finibus arcerentur, ne aduenæ alicuius noxæ ciuibus doctores existerent. Ciuis, qui puerorum disciplinam negligeret, iuris ciuitatis erat exors. Sunt, qui commemorant peregrinos quoq; qui subissent huius instituti meditationem, ex authoritate Lycurgi attributæ antiquitus fortis patricipes fieri solitos. Cæterum illam non erat vendere integrum. Vicinorum seruis, si vsus eorum requireret, vt propriis moris erat vti, canibusq; & equis: nisi eis domini indigerent: atq; in agro, si qua re quis opus haberet, qua careret, aperta villa exportarisque commodis domini, cellaria obsignata relinquebat, in expeditionibus amiculis puniceis vtebantur. Nam cum virilis color ipsis videbatur esse, tum vsum præbet color sanguineus, quod terrorem incutiat tyronibus maiorem & non facile hostibus patefaciat, siquis sit eorum vulneratus, sed vt id coloris
20 affinitas tegat. Quando hostem superarunt consilio, bouem Marti immolant; vbi aperto Marte gallum gallinaceum, exercituum ductores vt non tantum bellaces, verum etiam astuti callidiq; sint, assuefacientes Imprecationibus adiiciunt, vt possint lædi. Est autem votum eorum, vt largiantur dii bona ob bonas actiones, nihil præterea. Venerem colunt armatam: & vero deos omnes fœminas & mares cum hasta fingunt, velut præditos virtute bellica: vsurpantq; in prouerbio, manum admouenti implorandam fortunam, quasi aggrediendo opus & agendo alias non ciere oporteat deos. Pueris Ilotas ebrios ad deterrendum à vinolentia ostendebant. Morem habebant non pulsandi fores, sed foris clamandi. Strigilibus vtebantur non ferreis, sed arundineis. Comœdias & tragœdias non audiebant: quo neq; in re seria, neq; ludicra aures præberent iis, quæ legibus reclamarent. Poëtam Archilochum, cum Lacedæmonem commeasset, eadem hora expulerunt: quod satius esse arma proiicere, quam occumbere scripsisse eum in
30 poëmate cognouissent:

Vir Saius clypeo quidam nunc gaudet, ego quem
Egregium dumis cum fugerem, occului
Dulcem conseruans animam, malo perditus ille
Sit, mihi forsan eo post melior dabitur.

Virginibus & pueris sacra promiscuà erant. Scitaphidam ephori mulctarunt, quod à multis violaretur. Baiulum quod in saccum coniecisset prætexram, necauerunt. Adolescentem ex gymnasio insimularunt, quod viam, quæ fert Pyleam, nosset. Cephisophontem, qui posse ostēderat se de re qualibet totum diem dicere, exegerunt, bonum declamatorem dicentes respon-
40 dentem rebus habere orationem debere. Pueri apud eos lacerari se flagellis totum diem in Dianæ Orthia ara subinde ad necem vsque læti & gestientes sustinent, atque inter se concertant de palma, qui ipsorum diutius & melius verbera toleret. Qui vicerit, est splendidus inprimis. Appellatur certamē hoc flagellatio, ac quotannis obitur. Inter cætera bona & felicitatem, quæ putabatur suis ciuibus parasse Lycurgus, vnum fuit ocii copia: quib. artes sordidas in totum est interdictum attingere. Pecuniam quærere, quæ magno labore & negocio accumulatur, quod iacerent plane sordescerentque diuitiæ, non operę erat. Ilotes colebant eis agrum, vectigal pridē descriptum pensitantes. Locationis pensionem nefas erat intendere, quo lucro illecti illi libētes seruirent. hi ne plus iusto desiderarēt. Sancitum erat, ne nautæ essent, vel naualem pugnam committerent. Post tamen mari pugnauerunt: quo postquam sunt potiti, rursus ab eo destite-
50 tunt, quod inde mores ciuium labefactari cernerent. Cæterum denuo variarunt, sicut omnibus in aliis. Nam qui inuexerunt ad Lacedæmonios nummos, rei capitalis sunt damnati. Etenim Alcameni & Theopompo regibus editum oraculum fuit, Cupiditas pecuniæ Spartam perdet. Nihilominus receptis Athenis vim ingentem Lysander auri & argenti deportauit, quam ceperunt, illique habuerunt honores. Itaq; quam hæc ciuitas diu legibus inhæsit Lycurgi, ac iureiurando stetit, publica disciplina & gloria quingentorum spacio annorum principatum tenuit Græcię. Quibus pedetentim solutis, irrepenteque diuitiarum studio & immodica cupiditate, eorū opes extenuabantur, & animi ab eis sociorū ideo alienabantur. Verùmtamen eo in statu positi post Philippi Macedonis ad Chæroneam victoriam, cū omnes eum Græci ducē terra marique renunciassent, ac deinceps deletis Thebis filium eius Alexandrum, soli Lacedæmonii

veti

etsi nudam muris vrbem colerent, atque ex assiduis bellis forent infrequẽtes ac longe infirmiores, hostiq; redditi opportuni, quia scintillas sanequam exiguas Lycurgi sanctionum seruabant, neque meruerunt sub eis vel secutis Macedoniæ regibus, neque ad concilium publicum venere, neque tributarii fuere: quousque Lycurgi institutis semel reiectis dominatum in eos sui ipsorum ciues vsurpauerunt: quod nullam micam amplius tenerent disciplinæ patriæ: ac germani redditi cæterorum pristinum splendorem libertatemque exuerunt, & in seruitutem sunt redacti, Romanoque imperio nunc sicut reliqui Græci se submisere.

Lacænarum Apophthegmata.

10

ARGILEONIS Brasidæ mater defuncto eius filio cum Amphipolitani quidam, qui commeauerant Lacedęmonem, illam inuiserent, an filius suus requisiuit honeste & vt Sparta dignũ erat, cecidisset. Quibus illum extollentibus adiicientibusque illum iis in factis fuisse Lacedæmoniorum omnium præstantissimum: fuit hospites, inquit, honestus vir & fortis filius meus, sed habet multos Sparta illo excellentiores.

DAMATRIA cum filium ignauum accepisset & ipsa esse indignum, reducem necauit, in cuius memoriam extat epigramma hoc:

Legirupam mater Damatrium vlta peremit,
Ipsa Lacæna suum hunc ac Lacedæmonium.

20

GORGO regis Cleonis filia, cum Milesius Aristagoras eum ad bellum contra Persas suscipiendum pro Ionibus solicitaret, reciperetque ei magnam pecuniam: ac quo magis præcidebat plus adderet: Peruertet, inquit, te peregrinellus iste pater, nisi quamprimum domum eum eieceris. Cum præcepisset ei aliquando pater, vt cuipiam pro mercede daret frumentum, adiiceretque, Docuit me vinum bonum facere: Ergo pater, inquit, & plus vini exhaurietur, & qui bibent, delicatiores deterioresq; euadent. Aristagoræ cum à famulo calceos induci videret: Hospes hic, inquit, pater caret manibus. Peregrinum molliter ac sensim accedentem repellens: Non facesses hinc, inquit, qui ne mulierem quidem adæquare vales.

GYRTIAS, cum Acrotatus eius ex filia nepos aliquando ex quadam puerorum pugna, multis acceptis plagis pro exanimi domum relatus esset, plorantibus familiaribus & necessariis: 30 Non tacebitis, inquit? Demonstrauit enim, cuius stirpis esset. Neq; vociferari debent boni, sed curari. Cum adesset ex Creta nuncius decessum afferens Acrotati: Debuitne, infit, ad hostes cũ ierit, vel ipse emori vel contrucidare illos? Est vero auditu mihi gratius occubuisse eum, vt me & vrbe nostra & maioribus est dignum, quam viuere perpetuo imbellem.

Lacæna alia filium, qui locum in acie non tenuerat, vt patria indignum interfecit, addens, non est germen hoc meum. In quam hoc scriptum epigramma fuit:

In rem tu ito malam germen prauum, ito per vmbram, haud
Per Musam, Eurotas nec timidis fluitat
Ceruis, I catule ô sterilis, concedito ad Orcum
Indigne i Sparta, non ego te genui.

40

Cum accepisset filium quædam incolumem, qui hostes profugisset, scripsit ei. Fama de te vulgara parum secunda est. Igitur aut hanc nunc elue, aut noli viuere. Alia, cum effugissent ex prælio filii sui, atque ad ipsam rediissent: Quo, inquit, recurritis fugitiui improba mancipia: num huc, vnde emicastis, subituri, detectumque monstrauit eis ventrem. Accedentem quædam filium conspicata requisiuit quemadmodum gesta resp. esset. Qui cum ostenderet omnes cecidisse: sublatam tegulam infixit ei peremitq;, dicens: Ergo te nuncium nobis misere: Cum memoraret quidam genitrici strenuum fratris obitum. An nõ fœdum, inquit, est ab eo comitatu te excidisse: Dimiserat quædam filios quinq; suos ad bellum. Hæc in suburbio stabat euentum pugnæ opperiens. Vr aduenien quispiam roganti nuncium attulit filios eius omnes cecidisse: Enimuero non hoc requirebam, inquit, furcifer; verum quid patriæ factum esset: Quo significante penes eam esse victoriam: Læta igitur, inquit, filiorum meorum fata accipio. Funerans quædam filium, vt vilis anicula accedens ei ait: O infortunatam mulierem: Imo vero, infit, fortunatam. Nã 50 cuius eum gratia sum enixa, pro patria vt vitam profunderet, hoc mihi contigit. Ostentanti mulieri cuipiam Ionicæ telam quandam suam texuitam, monstratis Lacæna quatuor filiis suis honestissimis, hæc ait bonæ & honestæ fœminæ esse debere opera, atq; ob hæc tollere animos eam atque exultare. Alia, quæ filium intellexerat apud peregrinos improbe versari, scripsit: Turpis de te fama vulgata est: hanc discute, aut noli viuere. Pari modo Chiorum exules, qui venerant Spartam, Pædaretum grauiter criminabantur. Quibus mater acceptis Teleutia, auditisque eorum querelis: vt filium in noxa esse est ei probatum, scripsit ei: Mater Pædareto. Aut rectius

age,

age,aut ibi mane deposita spe saluum posse te Spartam redire. Alia filio facinoris reo: Aut hæc, inquit,crimina fili,aut te de vita depelle. Alia claudum filium ad aciem prosequens:Inter eundum fili,inquit,virtutis memẽto. Alia,ad quam filius ex acie rediit saucio pede grauiter cruciatus:si virtutis,inquit, fili memineris,cum solutus dolore, tũm bono animo eris. Vulneratus in bello Lacon, cum ingredi non valeret, quadrupedum more incedebat. Qui cum rideri erubesceret: Quanto rectius sit,inquit,mater fili exultare ob virtutem, quam ob stultum risum erubescere. Alia porrigens filio scutum adhortansque: Aut hoc,inquit,fili,aut in hoc. Pergenti alia filio ad bellum tradens scutum: Hoc, inquit,pater tibi semper seruauit: quare tu quoque id serua,aut noli viuere. Alia dicenti filio paruum gladium sibi esse: Adde,inquit,gradum.
10 Alio filium nunciato in acie fortiter pugnantem cecidisse: Erat vero,inquit, meus. De alio audiens ignauiter euasisse saluum. Sane,infit,meus non erat. Alia vt filium in conflictu accepit, quo loco locatus fuerat,occubuisse:Deponite eum,inquit,ac locum illius frater suppleat. Alia supplicationem publicam celebrans filium in acie vicisse, sed vulneribus concisum intellexit expirare. Quæ non detracta corona sed exultans proximis fœminis ait:Multo præclarius est amicæ in acie vincentem occumbere,quam viuere Olympiis victorem. Cum exponeret quidam sorori suæ,filius eius quam interisset fortiter: Quantum illius causa,inquit hæc,exulto,tantum angor tua,qui fortem comitem deseruisti. Lacænam quidam de stupro per internuncium appellauit,vt sibi assentiretur:cui responsum illa reddidit: Puella cùm essem,patri didici dicto audiens esse,idque feci: postquam nupsi,viro.Si ergo æqua à me postulat,huic primum id aperiat.
20 Virgo inops,quam adferret sponso dotem,interrogata: Patriam,inquit,castitatem. Lacæna rogata,an viro se iunxisset: Minime ego, inquit,sed vir se mihi. Virgo quædam furtim compressa eliso partu tanta patientia dolores tolerauit, nulla missa voce, vt & patrem & alios,qui prope erant,peperisse falleret. Quippe molem dolorum decori accidens dedecus superauit. Lacæna cum distraheretur,& rogaretur,quid sciret: fida,inquit, esse. Alia captiua,cum ex ea idem requireretur: Domui,inquit,recte præesse. Rogata à quopiam quædam,an frugi futura esset,si ipsam esset mercatus: Etiam,inquit,si mercatus non sis. Alia,cum venundaretur,rogante præcone,quid sciret: Libera,inquit,esse. Vt vero iniunxit ei emptor quædam, quæ liberæ erant indigna,ait: Pœnitebit te,quod eiuscemodi mancipium tibi inuideris. Mox mortem sibi ipsa consciuit.
30

Mulierum virtutes.

DE virtute mulierum non assentior Cleà Thucydidi. Nam ille quidem eam demum, cuius nulla foris vel ad vituperium,vel ad laudem fama sit, primam censet esse: putatque perinde nomen ac corpus occlusum probatæ mulieris & obseptum esse oportere. Magis scita nobis videtur Gorgiæ sententia,non speciem fœminæ debere,sed existimationem vulgo notam esse. Probatissimus autem,vt egò censeo, mos est Romanorum:apud quos ita mulieres vt viri orationibus funebribus pro merito publice celebrantur. Ita-
40 que & nos. cum lectissima fœmina defuncta Leontis esset,copiosum statim sermonem tecum, qui consolationem aliquam ex philosophia ductam posset afferre, habuimus. Nunc reliquam, vti flagitasti,huiusce argumenti disputationem, quod eadem virorum & fœminarum virtus sit, dicaui tibi: in qua probatio ex historia petita est omnis: non illam quidem ad aures concinnatam mulcendas: cæterum si ea natura est exempli, vt coniunctam cum persuasione oblectationem habeat,non abhorret ab inductionis adiutrice gratia oratio, neque erubescit pulcherrimo vinculo,vt ait Euripides,cum Musis Gratias copulare, quæ ex animi honestate præcipue ad assentiendum inducit. Quid enim,cum eandem artem esse dicimus viros pariter & fœminas pingendi,si eas proferamus picturas fœminarum, quas Apelles reliquit, aut Zeuxis,aut Nicomachus culpandi ne simus,quasi oblectare potius ac delinire auditorem, quam inducere conten-
50 damus? Non arbitror. Quid iam,si artem poëticam aut histrionicam non aliam virorum quam mulierum esse contendamus: sed Sapphus carmina cum versibus Anacreontis componamus, aut cum Bacidis vaticiniis Sibillæ sortes:quis hanc docendi rationem,quod lætum & lubentem ad assentiendum adducat auditorem,reprehendat? Nemo hercle. Atqui nusquam facilius, quatenus fœminæ & viri virtute conueniant vel dissideant, cernas quam vitam & facta velut artificiosa opera comparando ac considerando, an in præcipua raritate & virtute eiusdem notæ & formæ Semiramidis magnificentia & Sesostris sit, aut Tanaquilis & regis Seruii prudentia,aut Porciæ & Bruti spiritus,Pelopideque & Timocliæ. Quanquam autem discrimina vtique alia quædam veluti peculiares colores ex natura virtutes ducunt, præsentibusque moribus & temperamentis corporum accommodantur, atque educationi & rationi viuendi.

Siqui-

Siquidem alio modo fortis Achilles, Aiax alio, & prudentia Vlyssis dissimilis Nestoris, neque etiã Cato vt Agesilaus iustus, neq; viri amans Irene vt Alcestis, neq; magnanima sicut Olympias Cornelia: non ideo tamen multas faciemus & diuersas fortitudines, prudentias, & iustitias, dum modo diuersitas, quæ in singulis elucet, de suo modo conuenienti nullam abducat. Ac peruulgata quidẽ, & quæ ex receptis libris legisti & percepisti, hic omittam: nisi quæ ii, qui rerum publicè gestarum & celebratarum conscripserunt historiam, cognitu digna prætermisere. Sed quoniam multa simul & separatim mulieres memoratu digna gesserunt, non incongruum fuerit ea, quæ simul gesta sunt, præmittere.

TROIANÆ.

Plæriq; capta Troia profugi tempestate & nauigandi imperitia ignoto pelago in Italiam delati fuere, cumq; ad Tyberim fluuium ægre tenuissent stationem & portum necessarium, viriq; et agrum vagarentur, vt aliquos exciperent, ex quibus, qua in regione essent, discerent: mulieribus subit cogitatio, quamcunq; sedem in omni errore & nauigatione hominibus aspirante fortuna esse amplectendam patriamq; faciendam, cum recipere amissam non valeant. Vnde coitione facta naues vna præeunte, vt aiunt, Roma incenderunt. Quo perpetrato, viris se, qui ad mare opem laturi accurrebant, obuiam dederunt. Cum infensos timerent, hinc viros, hinc necessarios complexæ osculatæq; abunde hac comitate eos placauerũt. Hinc inoleuit mos, qui etiam nunc manet, vt mulieres Romanę osculo propinquos salutent. Nam cum necessitatem cognoscerent Troiani simulq; incolarum aduersus se benignitatem & humanitatem experirentur, collaudarunt fœminarum factum, ibiq; vna cum Latinis consedere.

PHOCIDES.

PHOCIDVM factum, quo non aliud à mulieribus gestum memorabilius, nobilem scriptorem tamen non inuenit: cæterum magnis sacris, quæ nostra etiam memoria ad Hyampolim celebrant Phocenses contestatum est & decretis veteribus: quorum vt cuiusq; fuerunt, res gestas in Daiphanti vita memorauimus: fœminarum hoc est. Bellum inter Thessalos & Phocenses atrox erat. Phocenses magistratus illorum & tyrannos in ciuitatibus suis vno die vniuersos interfecerant. Thessali flagris ad necem vsq; verberauerant quinquaginta illorum obsides: mox omni nomine excito Thessalorum in fines eorum per Locros irruperunt, decreto proposito, vt omnes puberes interficerentur, impuberes & fœminæ in seruitutem redigerentur. Ibi Daiphantus Bathillii filius, qui tertius in summo magistratu erat, author fuit Phocensibus, vt ipsi Thessalis occurrerent, ac cum eis dimicarent: vxores ac liberos ex tota gente certum in locum cogerent, rogumque circa exstruerent adiuncto præsidio, cui præciperent, si cernerent rem inclinatam, vt illico materię subderent flammam, corporaq; concremarent. Quibus cum reliqui assensi essent, vnus surrexit. Hic par ait esse, vt & mulieres ea comprobarent: sin minus, non tentandum, neq; vim eis adferendam. Re ad fœminas delata, ipsæ seorsum concilio habito approbarũt decretum, ac Daiphantum, quod optime consuluisset genti, corona donauerunt. Pueros quoq; memorant sua habita per se concione huic decreto subscripsisse. His paratis ad Cleonas Hyampolidis Phocenses victoriam retulerunt. Græci hoc Phocensium decretum desperationem vocarunt. Mense autem Elaphebolione omnium summum festum Hyampoli Dianæ huius victoriæ causa etiam nunc celebrant.

CHIÆ.

LEVCONIAM Chii hac de causa habitarunt. Vxorem in Chio ducebat nobilis vir. Rex Hippoclus, cum sponsa in rheda adduceretur, quod propinquus sponsi esset, accesserat cum reliquis ad nuptias. Hunc inter pocula & ludos in vehiculum insilientem, non vt vllum probrum inferret, sed quod ludo vteretur apud eos vsitato, necessarii sponsi interfecerunt. Cum autem Chiis numinis ira denunciaretur, atq; oraculo iuberentur Hippocli percussores occidi, vniuersi se Hippoclũ interemisse professi sunt. Omnes igitur deus, si sceleri sese omnes alligassent, excedere oppido iussit. Ita homicidæ, adiutores, & qui aliquo modo approbauerant facinus, multi sane homines & opulenti sedes ceperunt in Leucania, quam Coronæi antea occupauerant, ac cum Erythræis tenebant. Inde bello inter eos & Erythræos, quorum ea tempestate maxime inter Ionas opes erant, coorto: cum hi infestum exercitum in Leuconiam induxissent, neque eos illi valerent sustinere, hac conditione deditionem fecerunt: vt cum singulis lænis & tunicis abirent, nec quid asportarent præterea. Hic fœminæ conuitiis eos incesserunt, quod medios per hostes amissis armis nudi abituri essent. Quibus iuramentum prætendentibus iusserunt, ne arma deponerent, sed dicerent hostibus, viro forti hastam pro læna esse, & clypeum pro tunica. Hoc consilium secuti Chii ferociter cum Erythræis agere, arma ostentare. Quorum Erythræi perculsi audacia, ac nihil contra hiscere vel repugnare ausi præclare putabant secum agi, si illi abirent. Ita hi à fœminis ad audendum accensi fuerunt seruati. Non minus eo forte exemplum multis seculis post Chiorum vxores prodidere: quo tempore Philippus Demetrii filius vrbem eorum

corum obsidens fœde ac superbe per præconem pronunciari iussit: siqui serui ad se transfugissent, libertatem se eis & dominas matrimonio daturum: quasi nuptũ se eis daturus esset dominorum vxores. Mulieres lacessitæ atq; exacerbatæ vna cum seruis, qui etiam id ferebant ægre, & socios se præbebant, ad mœnia accurrunt, lapides talaq; suggerunt, adhortantur pugnantes & obtestantur. Deniq; propugnando & petendo hostes Philippum reiiciunt, nec plane seruus ad eum defecit vllus.

Argivæ.

Inter res à fœminis communiter gestas nulla nobilior prælio est cum Cleomene ad Argos ab eis commisso Telesilla conciente poëtria. Hanc ferunt illustri natam domo, cum valetudinaria esset deos de recipienda sanitate consuluisse: Responso dato, vt Musas coleret, deæ consiliũ secutam carminibus se & harmoniæ dedisse: Ita morbo cito leuatam, & ob artem poëticam apud mulieres in honore fuisse. Cum autem Lacedæmoniorum rex Cleomenes multis necatis, non tamẽ, vt quidam fabulantur, septem millib⁹ septingentis septuaginta septem, infestis signis vrbem peteret: ardor & audacia incessit feminas ætate florentes incredibilis, vt aduersus hostem pro patria pugnarent. Duce Telesilla arma capiũt, in pinnaculisq; stantes muros corona cingunt attonitis miraculo hostibus. Cleomenem multis amissis repellunt. Alterum regem, vt tradit Socrates, qui iam vrbem euaserat, tenebatq; Pamphyliacum, Demaratum expellunt. Hac ratione cum conseruata vrbs esset: mulieres, quæ pugnantes ceciderant, via Argiua humauerunt. Incolumibus concessum, vt virtutis monimentum Marti signum ponerent. Hoc prælium nonnulli septimo die, alii primo mensis, qui nunc quartus est, olim Hermæus fuit apud Argiuos vocatus, factũ est, quo tempore festum etiam celebrant, Hybristica, id est, probrosa, appellant. Induunt tunc fœminas tunicis virilibus & chlamydibus, peplis & calyptris muliebrib. viros. Vt autem virorum infrequentię mederentur, non seruis, vt est Herodotus author, sed præstantissimis ex finitimis oppidis in ciuitatem allectis mulieres elocarunt. Verum cum & hos in cõcubitu viderentur contemnere & aspernari vt indignos: lege sanxerunt vt barbam nuptæ haberent, quæ cum viris essent concubituræ.

Persides.

Cyros quo duce ab Astyage rege & Medis defecerant Persæ, acie ꝓfligato, cũ hostes pene vnõ agmine cum fugientibus Persis in vrbem irrumperent: occurrerunt eis ante vrbem fœminæ, nudatisq; pudendis: Quo ruitis, inquiunt, homines ignauissimi? Neq; enim huc, vnde prodistis, vobis fugæ receptus esse poterit. Hæc species & vox ruborem Persis incussit: qui seipsi increpãtes ac conuersi pugnam repetierunt, & hostes fuderunt fugaueruntq;. Vnde authore Cyro lege cautum fuit, cum rex in vrbem iniret, vt singulis mulieribus aureus daretur. Ochum autem ferunt terrum & sordidissimum regem deflexisse semper & prætergressum vrbem, vt munere mulieres fraudaret. Alexander & bis ingressus est & prægnantibus geminauit donum.

Gallæ.

Galli, priusquam Alpes superassent, & insiderent eam Italiæ oram, quam nunc tenent, fœda agitati & acri seditione ad intestinum exarserunt bellum. Hic fœminæ se inter infestas acies intulerunt, ac susceptam controuersiam tam æquabili diremerunt arbitrio, vt mirifico amicitiæ vinculo & publice & priuatim omnes conglutinarentur. Hinc mos inoleuit, vt pacis & belli cũ fœminis consilia inirent. Siquæ cum sociis quæstiones inciderent, earum arbitrio has committerent. Atq; in fœdere, quod cũ Annibale icerunt, hoc inseruerunt caput: Siquid de Carthaginensibus querantur Galli, Carthaginensium in Hispania præfecti & duces disceptando: Sin Carthaginenses de Gallis, Gallorum coniuges.

Meliæ.

Melii, qui asperum colebant agrũ, duce Nymphæo florentis ætatis & formæ insignis viro alias sedes quærere statuerunt, oraculo admoniti, vt nauigarent. Vbi autẽ admitterent vectores suos, ibi considerent. Forte cum ad Cariã applicuissent, descensione facta naues tẽpestate fregerunt. Cares, qui Cryassam colebant, siue sortis eorũ miserati, siue metuentes ab iis vim, ad habitandum eos secũ inuitauerunt, ac partem attribuerunt eis agri. Quorũ vt animaduerterunt breui opes plus satis increuisse, insidiis circũuentos in cõuiuio & epulo tollere statuerunt. Virgo forte eius regionis, Caphenæ nomen fuit, Nymphæum nemine conscio amabat. Quæ, dum hæc parantur, quo Nymphæum seruaret ab exitio, consilium ei ciuium enunciauit. Cum iã eos inuitarent Cryassenses, negauit moris esse Græcis Nymphæos sine vxoribus cœnã inire. Eo intellecto iusserunt Cares, vt adducerent secum vxores. Tunc ille, quæ agerentur, Meliis aperiẽs præcepit, vt ipsi in tunicis irent inermes, vxores omnes gladium sinu tegentes assiderent quælibet viro suo. Media cœna dato Caribus signo, cum articulum illum Græci intelligerent, simul omnes fœminæ sinus suos explicãt: Viri correptis ensibus adorti barbaros obtrũcat vniuersos. Inde agrum occupant, illoq; euerso oppido aliud, quã nouam Cryassam nominauere, cõdunt,

Caphæna Nymphæo nupsit, honoremq; ac præmia pro meritis accepit. Operæprecium est hic fœminarum taciturnitatem admirari & animum: tum quod ne vna quidem tanto in numero vel metu subacta ignauam se præbuerit.

HETRVSCÆ.

Thuscis quibusdam, qui Lemnum & Imbrum occupauerant, ex fœminis Atticis, quas ex Baurone rapuerant, nati liberi fuerunt: quos Athenienses, quod semibarbari essent, ex insulis illis exegere. Hi cum ad Tænarum se contulissent: vtilem operam bello, quod cum castellanis, Ilotos vocant, gerebant Lacedæmoniis nauarunt. Hac de causa acceperunt eos in ciuitatem, connubiaque cum eis contraxerunt. Quia tamen ad honores non admittebantur neque in curiam, in suspicionem venerunt, quasi res nouas molirentur, ac statum pararent ciuitatis turbare. Ita comprehensos Lacedæmonii, dum indicia, quibus clare eos cõuincerent, quærunt, in vinculis custodiebant diligenter. Vinctorum vxores ad carcerem accesserunt, & vt salutare modo & appellare liceret viros, multis & supplicibus precibus obtinuerunt à custodib⁹. Ingressæ vestes iusserunt illis, vt propere secum commutarent, ac quæ ipsorum essent, darent sibi: suis autem illi induti velatique abirent. Atque ipsæ quidem animum induxerunt omnibus periculis sese obiicientes ibi manere. Ita viros circumuenti custodes, velut mulieres fuissent, emisetunt. Inde illi Taygata insidere, castellanos concire ad defectionem, & in suum agmen recipere. Quare ingenti perculsi pauore Lacedæmonii missis caduceatoribus hac lege cum eis fœdus fecerunt vt receptis vxoribus pecuniaq; accepta & nauibus facesserent, partoque alia regione agro & vrbe, pro Lacedæmoniorum colonis & propinquis haberentur. Hæc Pelasgi ducibus egerũt Polli, Adelpho, & Crataide. Hi partim in Melo substiterũt. Maxima pars ex oraculi præcepto Polli adhærentes in Cretam delati sunt. Nam sortem acceperant, cum deam & anchoram perdidissent, vt eum finem facerent erroris, ibiq; vrbem conderent. Dmn stationem ad locum, qui Chersonesus dicitur, habent: panicus terror eos incessit nocte. Itaq; trepidi sine vllo ordine naues repetunt, relicto in terra signo Dianæ, quod à maioribus in Lemnum ex Baurone delatum, inde quocunq; secum circumferebant. Hoc, postquã resedit tumultus, inter nauigandum desiderauerunt, simulq; deesse anchoræ Pollis dentem animaduertit. (Vetisimile namq; est, dum vi anchorum fundo lapidoso moliuntur, reuulsum eos nõ animaduertisse vncum dentem fuisse) Apollinis oraculo fati euentum respondisse, signum dat, vt redirent. Inde regionem illam occupat: ac postquam multis præliis ire contra ausos fudit, Lyctum colit, subigitq; vrbes alias multas. Vnde eos materno genere Athenienfibus opinio est coniunctos esse, & Lacedæmoniorum colonos.

LYCIÆ.

Quod in Lycia gestum dicitur, quamuis fabulosum sit, est fama tamen aliqua ibi celebratum. Amisodarus, vt aiunt, quem Isaram appellant Lycii, ex Lyciorum colonia apud Zeliam piraticam exercebat. Classi præerat magnus quidem bello vir, at crudelis sæuusq; Chimarrhus. Naui qua vehebatur, signũ ex prora leo, draco ex puppi erat. Multas Lyciis clades inferebat, vt infestum nauigantibus esset mare, desererequ; oppida maritima cultores cogerentur. Quem cum Bellerophontes fugientem Pegaso consecutus interemisset, insuper eiecisset Amazonas, nullus ei habitus est honos, sed fuit ingratissimus aduersus eum Iobates. Quare mare ingressus Neptunum, vt sterilem illi & infrugiferum agrum faceret, est precatus. Ita imprecatus abiit Bellerophontes Fluctus vero inflati agrum inundarunt, sequensque tumidum mare & super campos effusum triste edidit spectaculum. Cum virorum preces apud Bellerophontem, vt fluctum sisteret, nihil valerent: obtulerunt se ei scissis tunicis mulieres. Quatum verecundia recedente illo vndas simul ferunt se recepisse. Alii, quo colorem aliquem concilient fabulæ, non imprecationibus inductum abeo pelagus, sed fuisse pinguissimos campos æquore demissiores, cui pro obice obiectum in littore aggerem Bellerophontem aiunt interscidisse. Ita vi irrumpentis sali agrum coopertum. Virorum preces nihil apud eum momenti habuisse, molliuisse sui veneratione mulieres magno cœtu circumfusas eius iram. Sunt, qui fabulosam Chimæram montem ferant esse soli obiectum, ac reflexus reddere & ardores in monte graues torridosq;, quorum afflatu marcescere per arua fruges. Re Bellerophontem animaduersa, qua parte rupes mollissima erat, & solis ardorem retorquebat, abscidisse. Lyciorum offensum ingraditudine, cũ se conuertisset ad sumendam de eis vindictam, mitigatum à fœminis fuisse. Propior fidem causa est, quã tertio de Heraclea libro tradidit Nymphis Bellerophontem, cũ nullam ei gratiam, quod aprũ in eorum finibus infestum animantibus & frugibus occidisset, referrent Xanthii, dira apud Neptunum Zanthiis imptecatum esse, salsumq; humorem extemplo totum eorum agrum exudasse. Vnde cum reddita terra esset amara, sterilem factum, donec fœminarum honoris causa deprecantium Neptuni iram placasset precibus. Quare lege apud Xanthios cautum fuit, ne à patre, sed à matre nomina sortirentur.

SAL-

SALMANTIDES.

ANNIBALI Barchino prius, quam arma Romanis moueret, amplam Hispaniæ vrbem Salmanticam oppugnanti ciues primum trepidi imperata se facturos polliciti sunt, Annibaliq; daturos trecenta talenta argenti & trecentos obsides. Remissa mox oppugnatione nō steterūt pœnitentia ducti promissis. Ita reducto ad vrbem exercitu milites concessa eis omni præda ad mutos adoriendos cohortatus est. Tum barbari exanimes pepigerunt, vt ingenui cum singulis vestibus excederēt, armis, pecunia, mancipiis, & vrbe relictis. Hic fœminæ hostes raræ singulos viros, cum exirent excussuros & ipsas neglecturos, abditis intra vestem gladiis, vna cū viris excessere. Omnibus egressis Annibal præsidium relinquens Masæsulorum asseruabat eos in suburbio, cæteri milites tumultuarie irrumpentes vrbem diripuerunt. Masæsuli cū multa agi ferriq; cernerent, non vltra continuerunt se, sed relicta statione iratū pleni recesserunt, vt partē prædæ ferrent. Ibi mulieres sublato clamore enses viris dant. Quædam etiam ipsæ prælium aggrediuntur. Vna Hannoni interpreti eripiens hastam ipsum ferit, cum esset thorace armatus. Reliquis partim fusis, partim fugatis, vno agmine cum fœminis viri eruperunt. Quos re cognita Annibal persecutus corripuit aliquot moratores. Reliqua per montes fuga in præsenti elapsi sunt. Post legatis supplicibus missis sunt in vrbem ab eo reducti: nec fuit id modo eis impune, sed & benigne culti fuerunt.

MILESIÆ.

VIRGINES apud Milesios quondam animi morus corripuit ex causa nescio qua occulta dirus & horrendus. Infectū aerem opinabantur, qui dementaret animum, mentre eas mouisse, atq; ad insaniam redegisse. Omnes enim subitū mortis desiderium, & impetus ad suspendiū vesanus incessit. Multæ clam laqueo vitam finierunt, nec quicquam eas parentū monita mouebant vel lachrymæ, nec preces nec cessariorū: neq; cura vlla aut cautione ita illæ obseruari valebant, quin consciscerent sibi mortem: videbaturq; malum ad deos referendum authores, neq; ei occurri ope vlla humana posse: quousq; ex viri prudentis sententia decretum fuit, vt si quæ seipsæ strangulassent, medio foro nudę efferrentur. Id promulgatum nō deterruit tantum, sed etiam plane ardorem omnem ademit virginibus manus sibi adferendi. Magnum sane bonæ indolis & virtutis fugere probrum specimen est: ac cum ad rerum omnium horrendissima imperterritæ essent mortem & dolorem, turpitudinis nō tulisse opinionem, nec deposita vita labē sustinuisse.

CIÆ.

MOREM habebant Ciorum virgines, vt vno cœtu ad publica sacra profectæ, ibi inter se diem traducerent. Spectabant proci ludentes & choreas ducentes. Sub vesperum domum ad vnamquamq; inuicem ibant, parentibusq; & fratribus mutuo ministrabant, vt lauarent etiam eorum pedes. Sæpe vnam plures amabant, eratq; tam castus & legitimus amor, vt cum desponsa vni puella esset, amorem statim deponerent reliqui. Caput castitatis muliebris sit, quod neq; adulterium apud eos neq; stuprum non intercedentibus nuptiis vllum septingentos annos memoria relatum sit fuisse auditum.

PHOCIDES.

PHOCENSIVM tyrannis, qui Delphos occupauerant, cum bellum Thebani, quod vocauerunt sacrum, intulissent: mulieres Bacchas, quas Thyadas appellant, furore percitæ & errantes nocte ingressæ sunt omnibus ignorantibus Aphissam. Ibi in foro, quod essent lassæ, nondum recepta mente humi stratis corporibus sopitæ passim procubuerunt. Fœminæ Amphissenæ verentes, quod fœderata ciuitas Phocensibus esset, ac multi milites adessent tyrannorum, ne afficerentur contumelia Thyades, in forum omnes concurrerunt, ac tacitæ vndiq; circumsistentes, dormientes non interpellarunt. Postquam euigilauerunt, aliarum aliæ susceperunt cūram, cibumq; eis obtulerunt: deniq; permittentibus viris ad fines vsq; prosecutæ in tutum has deduxerunt.

VALERIA & CLÆLIA.

Tarquinium Superbum, qui Romæ regnauit à Romulo septimus, stuprum oblatū Lucretiæ eiusq; virtus nobili viro nuptæ & propinqua regibus cognatione vrbe exegit. Vim ei vnus ex Tarquinii filiis hospitio exceptus intulit. Quæ vt iniuriā amicis & necessariis indicauit, se ipsa extemplo confodit. Pulsus regno Tarquinius varia ad recuperandum imperium mouit bella. Postremo Thuscorum regem Porsenam, vt adoriretur Romam cum ingenti exercitu, impulit. Romani simul & bello pressi & fame, cum Porsenam audirent non bello solum, sed iustitia etiam & integritate clarum esse, controuersiæ cum Tarquinio capere eū arbitrum volebant. Id abnuit Tarquinius, nec Porsenam, si societatem parum coleret constanter, æquū iudicē ostendit fore Ira eo Porsena amisso, hoc studebat, vt amicus Romanorū discederet, agro, quem Thuscis ademerant, & captiuis receptis. In hæc obsidibus acceptis decem pueris & totidem puellis, inter quas Publicolæ consulis filia Valeria erat, qū induis pactis nondum impletis omnem appa-

ratum belli dissoluit. Puellæ ad fluuiũ paulo longiore à castris spacio descenderũt sicut loturæ. Earum vna nomine Clœlia adhortante tunicis circũ capita religatis coniecerunt se in rapidos fluctus, præaltasq; gurgites continua serie magno labore ægre transnauerunt. Alii Clœliam memorant equo, qui ad manum erat, insidentem sensim transisse, ac munere fuisse functam ducis, natantes cohortantem & adiuuantem. Quo argumento hi ducantur, dicã paulo post. Cum incolumes cernerent Romani: virtutem & robur animi earum laudauerunt, nõ probauerunt reditum, nec vinci se fide ab vno viro sustinuerunt, datisq; ducibus remiserunt puellas. Quibus cum amnem traiecissent, posuit insidias Tarquinius, virginesq; pene circumuenit. Ibi filia Publicolæ consulis Valeria trib⁹ comitata seruis in castra Porsenæ profugit. Reliquas raptim succurrens Porsenæ filius Aruns eripuit hostibus. His in conspectu positis iussit profiteri Porsena, quæ dux & consilii author fuisset. Vbi cæteræ Clœliæ in timẽtes steterũt tacitæ, ipsam se Clœliã professam admiratus Porsena equum insigniter ornatum adduci iussit: quem cum Clœliæ donasset, omnes comiter & humaniter remisit. Hoc signo contendunt plerique Clœliam equo amnem transmisisse. Id negant alii, sed audaciam puellæ & animum supra sexum miratum, dono eam quod tribui viro bellicoso decet, honorasse. Posita fuit via, quam sacram vocant, equestris statua huic puellæ quam hi Clœliam, illi Valeriam referunt fuisse. 10

MICCA & MEGISTO.

ARISTOTIMVS, qui tyrannidem apud Elios inuaserat, opibus stabat regis Antigoni, sed potentia immodice & impotenter vtebatur. Erat hic sua sponte ferus, & colluuiei barbarorum, quos stipatores habebat dominatus & corporis, præ metu obnoxius multas eorum in ciues cõtumelias & fœda facinora dissimulabat: cuiusmodi iniuria illa illata Philodemo fuit. Huic filia erat excellenti forma Micca nomine. Eam quidam militum extraneorum ductor, Leucio nomen fuit, per contumeliam magis quam per amorẽ stuprare tentabat. Cum accerseret per nuncium virginem: parentes, qui parendum videbant necessitati, vt iret, iusserunt. Puella præclari animi & celsi complexa genitorem ac demissis verbis precabunda, vt ipsam potius permitteret iugulari, orabat, quã stuprum per dedecus & nefas inferri. Mora intercedente cum libidine flagraret Leucius, vino grauis iraq; percitus ex conuiuio ipse euolauit. Miccam reperiens caput in gremio parentis tenentem se iussit sequi. Non obtemperantem tunica dilacerata nudam verberauit. Illa nulla edita voce ferebat fortiter dolorem: Parentes cum precib⁹ & lachrymis nihil proficerent, ad deorum & hominũ fidem implorandã se conuerterunt, fœdum & indignũ facinus sibi offerri quiritantes. Barbarus bile & vino totus in furorem versus ita iacentem puellã atq; in sinu patris os tenentem iugulauit. Neq; hoc quidem flexit tyrannum: imo multos interemit, plures exterminauit. Octingenti exules ad Ætolos profugisse feruntur. Hi orarũt, vt vxores sibi & liberos concederet tyrannus. Ille paulo post per præconem pronunciauit, permittere se fœminis, quęcunq; vellent, viros sequi, & quantum ex rebus muliebribus liberet, asportare. Animaduertens fuisse omnib. id decretum gratum (amplius sexcentæ erant) stata die iussit vno agmine abirent, velut in tutum eas ipse deducturus esset. Constituta die fœminæ, cum res suas conuasassent, & paruos liberos partim vlnis ferrent, partim imposuissent plaustris, ad portã se mutuo expectantes conuenerunt. Ibi repente ingens manus subito aduolat tyranni satellitũ: ne loco se moueant, procul cõclamant. Vbi prope accesserunt, mulieres redire iubent, vehicula & plaustra euertunt, & in ipsas impellunt, perq; medias erudeliter agunt. Non sequi, nõ manere permittunt, neq; infantibus opem ferre pereuntib⁹: qui partim plaustris excussi, partim obtriti interibant: sed clamore & verberibus sese mutuo obterentes impellunt, donec in carcerẽ cõiecerunt cunctas, pecuniamq; ad Aristotimum deportant. Ferebant hæc Elii acerbe. Sacerdotes Liberi patris, quas Sedecim appellant, cum velamentis supplicum & dei coronis Aristotimo in foro occurrunt. Stipatoribus earũ reuerentia via decedentibus primum stabant tacite, ac velamenta supplicũ religiose porrigebant. Vt intercedere eas pro mulieribus atq; irã deprecari cognouit, magno clamore inuectus in satellites, quod has admisissent, iussit hinc impellendo hinc verberando eas exigi foro. Insuper singulas binis talentis mulctauit. Secundũ hæc Hellanicus, quod ætate prouecta foret ac duobus orbus filiis, nihilq; ab eo metueret tyrannus cõtempt⁹ ab hoc coniurationem in eum parat. Exules ex Ætolia profecti Amymonem occupãt, idoneam in ea regione belli mouendi sedem, qua plerosq;, qui Elide profugiebant, excipiebant ciues. Quæ timens Aristotimus, adit mulieres, ac metu potius quam beneuolentia existimans effectutũ se, imperat, vt per nuncios scribant ad viros, præsidio excedant. Si recusent, denunciat prius cõtumelia suggillatas post liberos interfectos se omnes necaturum. Plæræq; diu vrgenti, & an more gesturæ essent, expromere iubenti nihil respõderunt: sed tacito & blãdo inter se nutu pacisce bantur, vt forti essent animo, minasq; contemnerent. Timoleontis vxor Megisto, quæ & viri dignitate & sua virtute principem locũ inter eas obtinebat, non est assurgere dignata: nec permisit alias. Ea sedens respondit tyranno: Tu si mentem haberes, de vitis non ageres cũ vxorib⁹, 20 30 40 50

sed ad

sed ad illos, qui in nos ius habent, misisses meliore excogitato consilio, quam quo nos circumuenisti. Si vero, quod hostibi diffidas fidem habituros, per nos eis statuisti imponere: noli sperare iterum fucũ te nobis facturum. Neq; illi tam sint amentes, vt infantibus, & fœminis pateĉdo patriæ libertatem prodant. Neq; nostri amittendi, quibus ne nunc quidem fruuntur, tanta illis iactura fit, quantum fructus ciues abs tua immanitate & contumelia vindicasse. Hæc cum illa diceret, impar iræ Aristotimus, filiolum eius arripi eadem sub eius oculis intentans imperauit. Quem dum ministri in cœtu reliquorum ludentium & colluctantium quærunt, mater eum nomine compellans: Huc ades, inquit, fili: prius hac tetra tyrannide, quã sentias & intelligas, liberare: Mihi certe indigna oppressum seruitute acerbius est aspicere quã expirantẽ. Hic Aristo-
10 timo irritato eamq; stricto ferro petente quidam eius familiaris, Cyloni nomẽ fuit, quem fidũ sibi putabat, cum odisset ille tyrannum, essetq; in Hellanici cõiuratione, intercessit, ardoremq; eius precib⁹ repressit, admonuitq; turpe id esse ac muliebre, atq; à principe viro, qui in magnis rebus versatus esset, alienum. Ita vix sui compos factus Aristotimus discessit. Fit inde ei magnũ prodigium. Cubabat cum vxore meridie, dum paratur cœna, aquila in aëre volitans circumagebat se supra ædes, mox velut de industria & ad destinatum ingentem lapidem in illam partẽ tecti, vbi cubiculũ erat, in quo quiescebat Aristotimus, demisit. Cum magnus fragor ex alto, & foris fremitus alitem videntiũ editus esset, perculsus audito ostento, vatem, quo semper in foro vtebatur, accersit: eum, quid portendat attonitus consulit. Vates hominem confirmat. Iouem demonstrat eum excitare & opem ferre. At ciuibus, quibus fidem habebat, vindicta denunciat
20 tantũ non supra caput suspensam imminere tyranno. Quare Hellanico visum est non extrahere rem, sed postero die aggredi. Nocte insequente in somno visus est Hellanico alter filiorũ defunctorum assistens ipsum affari: Quid hoc rei est pater, nunc somno indulges, cum cras huius vrbis prætor sis futurus? Hoc ostento is corroboratus accendit cæteros Aristotimus nuncio accepto Craterum magna cum manu suppetias ferentem castra in Olympia meratũ esse, tantũ animi sumpsit, vt sine stipatoribus cum Cylone in forum prodiret. Vt vidit opportunitatẽ Hellanicus: signo, quod ei cum illis conuenerat, qui hominem aggressuri erant, omisso clara voce atq; ambabus manibus sublatis exclamat: Quid cessatis viri fortes? Præclarum theatrum est in media patria decertare. Mox Cylon stricto gladio princeps quendã ex Aristotimi asseclis ferit. Cum Thrasybulus & Lampis infesti se in eũ inferrent, occupauit Aristotimus in delubrũ Iouis
30 confugere Ibi eũ opprimunt, cadauer in forũ abiiciunt, ciues vocant ad libertatem. Nec segniores eis plerisq; fœminæ fuerunt. Extemplo gratulabundæ magno cum plausu in publicũ coniiciunt se, ac circumfusæ viris laureas & coronas imponunt. Exin multitudine in tyranni ædes irrumpente, vxor obserato cubiculo vitam laqueo finiuit. Duas habebat is filias virgines eximia venustate iam adultas. Has correptas in publicum extrahebant prorsus intemerati, sed antẽ contumelia & probro eas afficere deliberatum habebant. Quibus Megisto cũ cæteris occurrens, indignam rem perpetrare eos exclamat: si cũ populus esse vellent, immanitatẽ hanc concipererent, & petulantiam tyrannorum sectarentur. Suspiciebat populus mulieris corripientis & ad lachrymas effusæ dignitatem. Ita cõtumelia statuerunt abstinere & puellis mortis relinquere arbitrium. Igitur postquam intro reductis, vt confestim necẽ sibi cõsciscerent, edixerunt: natu
40 maior Myro cingulum dissoluit, factoq; laqueo sororem complexa hortabatur, vt attenderet, & quod se facientem videret, sequeretur: Ne abiectè inquit & præter nostram dignitatem vitam deponamus. Hic eum rogaret iunior, hanc vt sibi faceret gratiam, quo mori prior posset, cingulumq; retineret: Nihil vnquam, inquit, tibi denegaui aliud petenti & hoc quoq; accipe munus. Equidem lethũ acerbius sustinebo & perferã, quod te visura sim charissima soror ante expirantem: simulq; ipsa, quemadmodum collo laqueum aptaret docet. Quam vt animam conspicit eam exhalasse, deponit eã operitq;. Hæc inde Megisto precatur, vt curet sedulo, ne vbi mortua sit inhoneste abiiciatur: vt nemo adesset tã durus vel infestus tyranno, cui lachrymæ non erumperent, & quem generosi animi non misereret puellarũ. Hæc exempla ex infinitis, quæ mulieres communi animo designarunt, sufficiant. Singulatim virtutes, prout se offerent, cõfuse hinc
50 describemus: neq; hanc commentationem arbitramur temporis seriẽm desiderare.

PIERIA.

Quidam Iones aduenæ Mileti seditione aduersus Nelei filios mota, illinc Miuntã petierunt. Ibi sedibus positis multum vexabantur à Milesiis, qui eos, q; ab ipsis defecissent, bello persequebantur. Non fuit adeo tamen inexpiabile bellum, quin haberent mutua quædam commercia: sed certis festis Milesium mulieres Miunte commeabant. Pythes nobilis inter eos vir coniugem habebat Iapygiam ac Pieriã filiam. Cum instaret apud Milesios festus dies ac sacra Dianæ, quæ Neleida vocant, vxorem cum filia misit peritum, vt ad solenne ire eis liceret. Inter Nelei filios maximæ opes erant Phrygii. Hic Pieriæ captus amore, quã re deuincere posset eius animum, rationem inibat. Illa suggessit: si effeceris, vt sæpius huc multis comitata veniendi mihi copia sit.

Phrygius considerans amicitiam & pacem ab ea ciuibus posci, bellum sedauit. Vnde celebratá fuit & honorata vtraq; in ciuitate Pieria. Ac Milesiæ fœminæ etiam nunc, vt ita amentur, quomodo à Phrygio Pieria, vota faciunt.

POLYCRITA.

Bellum Naxii & Milesii Neæræ causa vxoris Hypsicreontis Milesii gerebant. Hæc n. amore capta Promedontis Naxii nauigantem est secuta. Hospes ille Hypsicreontis erat, & cũ amante Neæra consuetudinem habuerat: quam à viro metuentem asportauit in Naxum, supplicemq; apud Vestam collocauit. Quam cum Naxii in gratiam Promedontis, religionis tamen specie non dederent, ad arma itum est. Socios Milesii hoc bello cum multos alios, tum acerrimos inter Ionas Erythræos habuerunt. Diuturnum fuit bellum & calamitosum. Post vt fœminæ scelere conflatum fuerat, ita virtute fuit sopitum. Diognetus Erythræorum prætor, cum arcem, quæ eius fidei concredita erat, oppositam Naxiorum oppido teneret natura & opere munitam, magnam prædam abegerat Naxiis, fœminasq; ingenuas & puellas ceperat. Vnã ex iis amabat Polycrytam, eamq; non pro captiua, sed pro vxore habebat. In expeditione cũ solenne Milesiis superuenisset, omnibus ad pocula & epulas cõuersis, rogauit Diognetum Polycrita, liceretne partem bellariorum mittere fratribus. Annuente eo & iubente, libellum plumbeum placentæ includit, mandatque per nuncium fratribus, quæ misisset, ea vt ipsi per se comederent. Qui cum plumbum reperissent, & scripturã legissent Polycritæ, quæ mandabat, vt ea nocte adorirentur hostes: neglecta vt in festo inter vino grauatos omnia esse: rem ad duces referunt, excitantq; se vt sequerentur. Capto præsidio multisq; cæsis Diognetum sibi à ciuibus Polycrita cõdonari postulauit, seruauitq; incolumem. Illa, cum ad portam ei ciues obuiam processissent, ingẽtiq; gratulatione & coronis exciperent celebrarentq;: non ferens gaudii magnitudinem, ibi ad portam moribunda concidit, quo loco humata est. Vocatur sepulchrũ inuidi, quod inuidia quadã sorte non licuerit Polycritæ frui illis honorib. Ita Naxiorum scriptores tradunt. Aristoteles refert non captam Polycritam, sed forte conspectæ captum amore Diognetum, omniaq; dare & facere pollicitum. Illam promisisse ituram se ad ipsum, si vnam rem sibi concederet, inquam, ait ille philosophus, ab Diogneto iuramentum postulauit. Quo exacto Delium, id præsidio nomẽ fuit, sibi tradi poposcit. aliter negabat se illum admissutam. Ille tum libidine adductus tum sacramẽto cessit & tradidit Polycritæ præsidium, illa ciuibus. Ita rursus pares facti, quibus voluerunt conditionibus pacem cum Milesiis pepigere.

LAMPSACA.

De Codridatum familia fratres in Phocæa gemini fuerunt Phobus & Blepsus. Ex his Phobus relictis Leucadibus rupibus ipse mare princeps ingressus est: vt Lampsacenus Charõ memoriæ prodidit. Hic cum potens & indignatione esset regia, in Parium negociorũ suorum priuatorũ causa traiecit. Amicitia ei & ius hospitii cum Mandrone apud Bebryeas regnante, quos vocant Pityoessenos, intercessit: opemq; eis aduersus accolas q eos infestabant, tulit, ac socia arma iunxit. Madron cum alia mirifica comitate Phobum prosecutus abeuntem est, tum in partem agri & vrbis, si adducere incolas Phocensis vellet, & constituere domicilium Pityoesse, vocauit. Ille ciues eo impulit, fratremq; cum incolis misit. Non fefellit eorum expectationem Mandron. Sed dum opimas manubias prædasq; à vicinis barbaris agunt, inuidiam primũ mouent, deinde & in suspicionem veniunt Bebrycibus. Qui cum hos cuperent perditos, Mandronem non potuerunt probum virum & æquum Græcis in sententiam suam adducere. Absente igitur illo tollere dolo Phocenses parabant. Mandronis filia virgo Lampsaca insidias odorata est. Ea primum cœpit amicos & necessarios deterrere, atq; ob oculos ponere, quam fœdum facinus & nefariũ conciperent, qui bene meritos & socios, nunc etiam ciues interimerent. Vt nihil proficit, Græcis clam detegit consilium, monetq; vt caueant. Hi sacra quædã & epulum apparant, inuitantq; Pityoessenos in suburbium. Ipsi bipartito hinc muros occupant, hinc ciues trucidãt. Ita potiti oppido Madronem ad remp. vna capessendam accersunt. Lampsacam magnifice efferunt ex imbecilla valetudine defunctã, vrbemq; ipsius nomine appellant Lampsacum. Verum metuẽs suspicionem Mandron proditionis, habitare non sustinuit apud eos: sed liberos interemptorũ & coniuges, vt permitterent sibi, postulauit: quos ad eum nulla vlli illata iniuria prompte miserunt. Lampsacæ memoriam primum coluerunt inter heroidas, deinde sacra ei velut deæ publico decreto, quæ etiam nunc manent sollennia, constituerunt.

ARETAPHILA.

Aretaphilæ Cyrenææ vetus memoria non est, sed fuit Mithridatis tempore: cuius virtus & factum heroidum comparandum exemplis extitit. Filia fuit Æglatoris, Phidini vxor illustrium virorũ. Eximia specie fuit & cordata habita, nec reip. gubernandæ rudis. Nobilitauit eam publica patriæ fortuna. Nicocrates enim oppressis tyrannide Cyreneis cum alios multos interemit.

interemit, tum sacerdote Apollinis sua interfecto manu Menalippo inuasit sacerdotium. Adhæc Aretaphilæ virum Phedimum necauit, quã sibi matrimonio iunxit inuitã. Supra sexcenta alia scelera custodes ad portas disposuit, qui exanima corpora, quæ efferebãtur, ne quis eiuis pro mortuo clam exportaretur, ensib. pungendo & cauteria imprimendo suggillabãt. Erant etiam Aretaphilæ domesticæ calamitates, etsi apud virum amantem plurimum posset acerbæ. Aretaphilæ n. obnoxius, huic tractabilis vni erat, immanis alioqui & ferus. Verum patria eam indigne oppressa magis torquebat. Nam cædes aliæ super alias cumulabantur ciuium, nec spes vlla melior apparebat. Exules enim inopes plane & metu suspensi dissipati erant. Vnam igitur spem Aretaphila reipub. seipsam proposuit, præclarum & memorabile exemplum æmulans Thebes Pheræx. Sed cum fidis & familiaribus, quales illi fortuna conciliauerat, deficeretur, veneno tollere statuit virum. Dum id struit & parat, dum multorum exercitus efficaciam, detecta & delata fuit. Cum indiciis premeretur Nicocratis mater Calbia truculento mulier ingenio & implacabili, extemplo Aretaphilam probris afficiendam & de medio censuit tollendam. Ir㉐m Nicocratis amor morabatur & molliebat. Præsens autem Aretaphilæ animus, qui ab obiectis criminib. seipsa purgabat, speciem aliquam facto ipsius prætexit. Sed cũ manifeste teneretur, atque apparatum medicamentum videret non admittere inficiationem, medicamẽtum confessa est parasse quidẽ, cæterum non noxium. Ego vero, inquit, in magnarum rerum vir periculum vocor tuæ de me opinionis & opum, quib. per indulgentiam tuam fruor: ob quas apud multas improbas mulieres vocor in inuidiam, harum verita pharmaca & insidias in animum induxi remedium contra moliri, stultum fortasse ac muliebre, non capitale tamen: nisi tibi probabitur iudici ob amatoria venefícia & præstigias de muliere, quæ plus quam tu velis, diligi cupiat supplicium sumendum. Hanc excusationem cum Aretaphila adduxisset, decreuit tormẽta Nicocrates adhibere. Calbia quæstioni immota & rigida astante eam examinauit, quæ tanto in periculo inuictã se præstitit: donec & Calbiam satietas inuitam cepit. Nicocrates, cum ei esset satisfactũ, hãc noxa soluit, pœnitentiaque ductus, quod eam torsisset, non longo interposito interuallo rediit amore compulsus ad priorem consuetudinem, iterumque cum ea concubuit honoribus & blanditiis beneuolentiam etiam reconcilians. Illa enim ueto vinci beneficẽtia, quæ equuleum superauerat & cruciatus, non valuit: sed copulata cum honesti studio peruicacia, alia via eũ est aggressa. Filiam habebat iam nubilem & forma honesta. Hanc obiecit tyranni fratri escã iuueni voluptatum illecebris opportuno. Vulgatum est præstigiis Aretaphilam & medicamẽtis vsã in hac puella adolescentis, cui Leandro nomen fuit, mentem occupasse & turbasse. Postquam irretitus precib. à fratre nuptias impetrauit, hinc edocta à matre puella obrepsit ei persuasitque, vt ciuitatem in libertatem vindicaret. Nam ne ipsumquidem, sub tyranno qui viueret, liberum esse, neque in ipsius esse potestate vel nuptias conciliare vel retinere: Hinc amici in Aretaphilæ gratiam semper materiam aliquam ei aduersus fratrem præbebãt querelarum & suspicionum. Vt vero idem cupere & moliri Aretaphilam animaduertit: suscipit rem, ac serui, quem induxerat, opera Nicocratem interficit. Deinceps Aretaphilæ salutẽ dixit, ostenditque fratrẽ intercimereñ tyrannũ voluisse. Quippe imporenter & stolide imperabat: aliquo tamẽ in honore apud eum & authoritate erat Aretaphila. Neque enim ei illa reluctabatur aperte vel obnitebatur: sed occulte rem instruebat. Primum bello Africano eum implicuit summisso dynaste quodam Anabo, qui agrum popularetur, vrbemque infesto exercitu peteret. Deinde amicos & duces apud Leandrum insectabatur, quod abhorrerent à bello, pacemque & quietem præferrent, quã etiam res ipsius desiderare & tyrannidem: si quidem dominatum suum in ciues esse stabilẽ vellet. Se arbitram interpretemque offert pacis conciliandæ: ac prius quam re non integra bellum inerudesceret, ad colloquium eius, si iuberet, Anabum adductum iam. Assentiente Leandro prius ipsa cum Afro in sermonem venit. Postulat, vt in cõgressu comprehendat tyrannum. In id ingentia præmia & pecuniam ostendit. Quod cum suscepisset Afer, cunctabatur Leander primum, post veritus Aretaphilam, quæ comitem se offerebat, inermis & incustoditus perrexit. Vt prope fuit & in conspectu habuit Anabum, rursus fluctuans animo satellites opperiri volebat. Aretaphila præsens nunc confirmando hominem, nunc castigando, denique, cum res extraheretur, manu protrahendo perquam ferociter & constanter, adduxit hunc ad barbarum, illique tradit. Mox manus ei iniecerunt, prehenderuntque ac vinctum barbari custodierunt, dum Aretaphilæ amici ac reliqui ciues cum pecunia adessent. Nam re audita plærique exciti ab illa excurrerunt. Quã vbi conspexerunt, tyranni odium eis pene excidit, ac perfunctorium putauerunt de illo supplicium sumere. Primum officium duxerunt & fructum libertatis, vt illam gratulabundi & lachrymabundi tanquam ad Dei statuam procumbentes salutarent. Aliis super alios confluentib. v x sero Leandrum adducentes in vrbem regressi sunt. Postquam Aretaphilam honoribus & laudibus cumularunt, randem ad tyrannos conuersi Calbiam viuam cremauerunt, Leandrum culeo insutum submerserunt. Decreuerunt etiã, vt vna cum optimatibus Aretaphila magistratus

capeſſeret,& remp gereret. Cæterum illa,poſtquam variam fabulam & multiplicem vſque ad coronæ collationem egit: vt vidit redditam libertati ciuitatem,ilico incluſit ſe gynæcio,texendoq; reliquam vitam cum neceſſariis & familiarib. omni ambitione reiecta traduxit quietam.

CAMMA.

Inter Gallogræcorum regulos ampliſſimarum familiarum & propinquæ cognationis erant Sinatus & Sinorix. Sinatus vxorem virginem duxit (Cammæ nomen fuit) forma & ætate florentem,clariorem tamen virtute. Non ſolum enim caſta fuit & viri amans, verum cordata etiam, magnanimaq;,& quod placida eſſet atq; comis,ciuibus maiorem in modum chara. Magis conſpicuam fecit ſacerdotium Dianæ,quam præcipue Gallogræci venerantur,cultuſq; eius in pōpis & ſactis magnificus. Huius amore Sinorix inflammatus,cum neq; pellicere eam neq; vim facere incolumi poſſet viro,ad fœdum facinus animum adiicit. Sinatum per dolum interimit, breuiq; poſt nuptias ambit Cammæ. Ea in templo commorabatur: nec demiſſo vel abiecto animo caſum,ſed prudenter ferens,opportunitatem expectabat vlciſcendi Sinorigis ſcelus. Ille ſummiſſis precibus agebat.nec facultas ei deerat ſua verba colorandi: quod alias excelleret Sinato,neq; vlla alia maleuolentia,quam Cammæ amore illum ſuſtuliſſet. Mulier id primum negare non præfracte, pedetentim deinde videri labaſcere: Siquidem neceſſarii quoq; & amici id miſcendo precibus minas vrgebant viri potentiſſimi obſeruantia & gratia Sinorigis. Tandem annuit,illumq; ad ſe acceſſit,velut coram Dea iniri ſponſalia & dari fidem cuperet. Venientem comiter excipit adducitq; ad aram,tum ex patera libat,ac partem ipſa bibit, reliquum illi porrigit. Mulſum veneno temperatum. Quem vt conſpexit hauſiſſe,ſigno lætitiæ magno plauſu edito,ante aram ſe proiiciens: Te teſtor,inquit, ſanctiſſima dea huius me diei cauſa ſupereſſe poſt Sinati fata voluiſſe,neq; interea quicquam mihi in vita lætum fuiſſe præter ſpem vltionis, quam conſecuta deſcendo ad virum meum. Tibi vero homo ſceleratiſſime pro lecto geniali & nuptiis tumulum propinqui parent. Quo audito Gallus ſentiens iam vim & motum in corpore veneni conſcendit vehiculum,vt ſucceſſu & motione agitaret corpus. Mox eo relicto ingreſſus lecticam ſub veſperam animam egit. Camma fuit illa nocte ſuperſtes: poſt allato illius exceſſu,hilari ac læto animo vitam cum morte commutauit.

STRATONICE.

STRATONICEN præterea Deiotari coniugem & Chiomaram Ortiagontis Gallogræcia memorabiles fœminas dedit. Stratonice cum cupere ſciret maritum liberos regni ſucceſſores & infœcunda ipſa eſſet,impulit eum,vt ex alia muliere gigneret, & ſibi permitteret ſubiicere partum. Deiotarus conſilium mulieris miratus,eius arbitrio rem permiſit. Illa puellam inter captiuas inſigni ſpecie Electram nomine parauit conciliauitq; Deiotaro,ac prognatos ex ea filios pro ſuis pie & ſplendide eduxit.

CHIOMARA.

Qua tempeſtate Romanorum dux Cn. Manlius in Aſia fudit Gallogræcos,Chiomara Ortiagontis coniunx forte inter reliquas fœminas capta fuit. Ordinum ductor,qui eam ceperat,fortuna vſus militari animo ſtuprum ei obtulit. Hic cum & libidinis & auaritiæ proiectæ eſſet atq; impotentis,cupiditate tamen pecuniæ victus magno auri pondere pactus eſt de muliere liberanda,quam ad certum locum duxit,precio accepto eam dimiſſurus. Gallogræci flumen,quod eos dirimebat,tranſierunt,auroq; tradito Chiomaram acceperunt: Illa vni innuit, vt amplexantem ſe & oſculantem Romanum feriret. Qui cum parens caput eius præcidiſſet,ſublatum ipſa ſinu illud inuoluit aufugitq;. Vt ad virum venit,caput ante pedes eius abiecit. Qui cum mirabundus diceret: Præclara res mulier fides eſt: Sane quidem,inquit, ſed præclarius vnum tantum qui copiam mei habuerit,viuere. Polybius ſcribit, cum Sardibus cum ea collocutus eſſet, grauitatem ſe & prudentiam mulieris miratum.

Mulier quædam Pergamenſis.

Iam aliud quoq; eadem prouincia ſcribendi argumētum præſtat. Cum Mithridates ſexaginta Gallogræcorum proceres quos Pergamum euocauerat, contumelioſe & impotenter acce-piſſet,ac proinde omnes offendiſſet: Toredorix valente vir corpore & inſigni animo (tetrarcha fuit Toſioporum) ſuſcepit Mithridatem,cum pro tribunali in gymnaſio reſponſa daret,cōplexurum ſe,atq; in præceps ſecum in hiatum daturum. At quia forte eo die in gymnaſium non aſcendit ſed domum ad ſe euocauerat Gallogrçcos,bono animo iuſſit eos eſſe,& ſimul atq; congreſſi eſſent,vt vndique eum adorti diſcerperent ac necarent. Id clam non fuit Mithridate, ſed re delata omnes Gallos ordine imperauit iugulari. Mox cum forte in memoriam veniſſet eiadoleſcentis excellentiſſimæ & florentiſſimæ inter omnes ſuæ memoriæ formæ. miſertum eius [illegible] oſtenditq; grauiter ſe ferre,quod inter primos necatus eſſet. Miſit tamen cū mādatis [illegible] incolumis eſſet,vt dimitteretur. Bepolitanus adoleſcens vocatus fuit. Ille mirifica quadam for-

dam fortuna vsus est. Cùm arriperetur, veste nitida & preciosa amictus erat, quam à cruore mundam cum seruare carnifex cuperet, dum sensim adolescentem exuit, conspicit accurrentes regis ministros, & iuuenem nomine inclamantes. Ita quæ multos perdidit, Bepolitanum nec opinantem seruauit auaritia. Toredorix in frusta dissectus, & in publicum insepultus proiectus est, nec quisquam amicorum accedere ausus fuit. Mulier vero Pergamensis, cuius forma ipsi cum Gallogræco notitiam contraxerat, non dubitauit mortuum operire & sepelire. Custodes qui id perceperant, comprehensam ad regem rapuerunt. Cum admodum iuuenis puella & simplex videretur, dicitur conspectu suo regem mouisse: magis etiam, vti censeo, cognito adductam amore fuisse, placatus est, permisitq; ei tollere corpus, ac sumere de suis vestem & or-
10 natum ad funus faciendum.

TIMOCLIA.

THEAGENEM Thebanum, qui Epaminondam, Pelopidam atq; optimates pro libertate patriæ imitari studebat, communis Græciæ fortuna ad Chæroneam destituit vincentem iam & insequentē, quod sibi oppositum in acie fuerat, cornu. Hic ille fuit, qui ad clamārem: Quousq; insequeris? Ad Macedoniam vsq; respondit. Is moriens sororem reliquit contestantem & illū quoq; virtute generis & indole magnum & inclytum fuisse virum. Hæc vero ex virtute præterea fructum aliquem retulit, vt sortem suam quæ ex publicis cladibus ipsam perculit, leuius ferret. Superatis n. ab Alexandro Thebanis, milites eum in vrbem inuasissent, alii aliam partem diripiebant. Forte Timocliæ ædes occupauerat homo nec humanus nec moderatus, sed lasciuus &
20 vecors. Præfectus erat alæ Thracum, cognominis quidem sed haud quaquam similis regis. Qui neq; genus mulieris neq; mores reueritus, vino iam confectus eam a cœna, vt cubaret secum, vocauit. Nec hic substitit, sed aurū & argentū, siquo occuluisset, quærebat modo mortē denuncians modo spem faciens cōiugii. Illa arrepto, quā præbebat ipse nexu: Satius mihi, inquit, erat morte ante hāc noctē defungi, quam viuere: vt corpus certe amissis reliquis à contumelia liberum retinerem. Verum hoc rerum statu, si ita deo visum est, vt te patronum, dominū, virū debeam ducere, non fraudabo te rebus tuis. Video n. me in manu tua esse. Mundus mihi ad corporis cultum fuit, argētea pocula, aliquid etiam auri & pecuniæ. Cum vrbs caperetur, vt omnia corriperent iussi ancillis ac proiicerent, imo deposui in puteo sicco, nec eum multi norunt. Operculū habet septus vndiq; dēsis sentib. His tu adeptis beatus fueris. Mihi vero testimonio apud te &
30 indicio erunt domesticæ opulentiæ & splendoris. Quod vbi audiuit Macedo, non expectata luce ad locū duce Timoclia properauit: atq; claudi hortū iusso, ne quis animaduerteret, in tunica descendit. Torua præibat Clotho vltrix sub Timoclia superne incumbente. Vt eum ex voce cognouit in imo esse, multos lapides ipsa deiecit, multos & magnos ancillæ deuoluerūt, donec hominē oppresserunt & obruerunt. Postquā hoc factum resciuerunt Macedones, & corpus exanime extraxerunt, quia edicto vetitum erat nullum Thebanorum amplius occidere, correptā protraxerunt ad regē, cui facinus exposuerūt. Ille ex vultus cōstantia & grauitate incessus dignitatem mulieris & generosum animum coniiciens, primum interrogauit eam, quænam esset: Illa intrepide & animose respondit: Theagenes mihi frater fuit, qui ad Chæroneam dux aduersus vos pro Græciæ libertate, ne in hanc incideremus calamitatē, depugnans occubuit. Nunc quā-
40 do indigna nostro genere passæ sumus, non recusamus mortem. Neq; tanti vitam æstimo, vt altera mihi expectanda nox sit, nisi id tu prohibueris. Ibi vt quisq; humanissimus fuit, illachrymabatur. Alexander vero mulierem præstantiorem, quam quæ deploranda esset, putauit: virtutēque eius & orationem, quæ miros in animo eius reliquerat aculeos, admiratus imperauit præfectis, curarent & prouiderent, ne deinceps vlla illustris domus afficeretur pari contumelia: Timocliam ipsam omnesq;, qui ei propinquitate reperiebantur coniuncti, liberauit.

ERYXO.

BATTI cognomento Dæmonis Arcesilaus filius fuit haud quaquam moribus paternis: Nam viuo etiam patre propugnaculis domum munierat. Quare talentū mulctam ei dixit: & defuncto cū hinc truci ingenio responderet cognomini, hinc improbi amici cōsuetudine Laarchi vteretur, vertit regnum in tyrannidē. Laarchus vero, qui oculū adiecit tyrannidi, cum Cyrenæorum
50 primores exterminaret vel interficeret, in Arcesilaū causam cōiiciebat. Deniq; morbo tabifico & graui illum propinato lepore marino implicatum necauit. Ipse cùm imperio erat quasi filii eius Batti tutor. Ac puer, quod claudus esset & immatura ætate contemnebatur. Matri ad hærebant plerique. Erat n. modesta & benigna multosq; amicos & potentes habebat. Quare eam colebat etiam Laarchus, eiusq; nuptias ambibat. Battum ostendebat adoptaturum se contractis nuptiis & consortem regni facturum. Eryxo (id nomen fuit mulieri) re cum fratribus deliberata Laarcho, velut nuptiæ sibi placerent, iussit vt illos appellaret. Vt fratres conuenit Laarchus ac rē illi de industria producunt & extrahunt: mādat ei per ancillam Eryxo fratres, qui nunc aduersentur, vbi cōcubuerint, nō vltra reiecturos, sed assensuros: colulere, vt nocte, si videatur, ad se accedat.

se accedat:eo facto initio reliqua recte fore. Erant hæc Laargo iucunda, atq; ob eam mulieris in se comitatem exultans, quando illa iuberet ad eam pergere constituit. Hæc struebat Eryxo cũ fratre natu maximo Polyarcho. Statuto ad congressum tempore Polyarchus duos secum ducens gladiis accinctos iuuenes: qui patris necem persecuturi erant nuper ab Laarcho interemptis in cubiculum sororis clam intromissus est. Accitus ab Eryxo ille remotis satellitibus est introductus. Ibi adolescentes in hunc coorti gladius eum occiderunt. Corpus exanimum trans mœnia proiecerunt, Battum in medium producunt, ac parentis loco designant regem. Pristinam reip. formam Polyarchus Cyrenæis reddidit. Erat ibi magna manus Amasidis Ægyptiorum regis militum, quos fidos circũsse Laarchus habuerat: propter quos eũ metuebant plurimum Cyrenæi. Hi ad Amasim accusatores Polyarcho & Eryxo summiserunt. Offenso illo ac de bello Cyrenæis inferendo deliberante, forte mater eius obiit. Cui dum iusta facit, nunciatur de Amasidis consiliis. Igitur Polyarchus proficisci ad se purgandum statuit. Cum domi manere Eryxo nollet, sed sequi, & eandem cum fratre subire aleam, nec eos mater quamuis magno natu mulier, deserere Critola voluit. Hæc quod soror esset Batti felicis, in magna dignatione erat. Vt in Ægyptum aduenere, factum eorum cum alii omnes collaudauerunt mirifice, tum Amasis probauit maiorem in modum Eryxus modestiam & virtutem, ac cum donis, cultuq; regio Polyarchum fœminasq; prosecutus esset, Cyrenas eos remisit.

XENOCRITA.

Nec minus Cumanam Xenocritam suspicias ob eius facta aduersus Aristodemum tyrannũ, cui cognomen nonnulli falsi Molli fuisse putant. Malacos enim à barbaris, quod est ephebus vocatus est (Græce significat mollem) quod admodum adolescens cum æqualibus comam adhuc alentibus: quos Coronistas, vt ego censeo, à coma appellauere: in bellis contra barbaros clarus prę̃stansq; non audacia solum & manu, sed alta etiam indole & consilio fuisset. Hinc apud ciues celebris factus ad summos magistratus aspirauit. Cum Thusci qui in regno Tarquinium Superbum reponere volebant, arma inferrent populo Romano: missus fuit, vt eis opem ferret. Hac in expeditione, quæ longa fuit ciuium militantium licentiæ plurimum indulgens, inseruiensq; eis magis quam imperans concitauit eos in senatum, vt principes & factiosissimos in exiliũ agerent. Hinc assumpta tyrannide, violandis fœminis & pueris ingenuis nihil reliqui fecit ad summam improbitatem. Siquidem pueris memorię proditum est eum vt comam ferrent atq; auro redimirentur, imperasse: fœminæ caput orbiculatum raderent & amicirent se chlamydib. qualibus ephebi vti solent, breuibusq; supra crura tunicis. Supra cæteras Xenocritam amabat. Hãc cum pater eius in exilio esset, secum habebat: neq; illo reuocando in ciuitatem, aut blande agẽdo eam conciliauerat: verum omnino puellam arbitratus est, quando ex ipsius cõsuetudine videret obseruari se & suspici à ciuibus, se delecturam. Enimuero nihil ista puellam mouerunt, imo mordebat, quod non elocata neq; iustis pacta nuptiis cum eo esset. Ira non minus patriæ libertatem, quam ii. quib. infensus tyrannus erat, desiderabat. Forte ea tempestate fossa Aristodemus cingebat agrum nec necessario, nec vtili opere: tantum vt labore & ærumnis conficeret fatigaretq; ciues. Præscripserat viritim ciuibus certum terræ modum, quem egererent. Conspiciẽs abeuntem Aristodemum deflexit vultum ac tunica velauit. Cum discessisset Aristodemus, adolescentes per risum & ludum quæsiuerunt, quid solum præ verecundia declinaret Aristodemum, alii ipsam non mouerent. Illa serio admodum: Nam solus, inquit, inter Cumanos Aristodemus vir est. Hoc dictum omnes pupugit. Generosos viros etiam pudor ad libertatem repetẽdã inflammauit. Fertur & Xenocritam, cum id audiuisset dixisse: malle etiam se pro patre præsente ferre terram, quam cum Aristodemo deliciis & tantis opibus frui. Hæc eos, qui cõiurauerant aduersus Aristodemum, confirmauerunt. Eorum dux fuit Tymoteles. Hi, cum tutum accessum ipsis Xenocrita præbuisset, adorti inermem & imparatum facile oppresserũt Aristodemum. Ita duarum virtute mulierum, quarum vna mentem eis & animum dedit facinoris aggrediendi, altera ad efficiendum adiuuit, ciuitas Cumana in libertatem vindicata fuit. Ciues cum magnos honores & dona deferrent Xenocritæ, repudiatis omnibus vnum vt efferre corpus Aristodemi permitterent sibi, postulauit: quod ei concesserunt, simulq; eam legerunt sacerdotẽ Cereris, hunc honorem non minus gratum deæ, quam illi arbitrati amplum.

PYTHII *uxor*.

ET PYTHII quoq;, qui regnante vixit Xerxe, vxorem sapientem fœminam fuisse & humanam fama est: Nam ipse Pythes, cum forte reperisset auri metalla, totusq; in opibus esset ex iis parandis, nullo modo, sed intemperanter & assidue in his versabatur, studioq; omni alio relicto & opere cũctos ciues pariter fodere aut egerere purgareue aurũ compellebat. Oppressis multis omnibus fatiscentibus mulieres ad fores ædium coniugis Pythii supplices accesserunt. Has illa bona spe ostensa remisit domum. Ea nonnullos ex artificibus, quorum fidem præcipue probatam habebat, accersit: inclusis imperauit, vt aureos panes, bellaria varia & poma, esculentaq; ac poculenta,

poculenta,quibus maxime Pythen delectari sciebat,facerent. Paratis omnibus cum reuersus domum esset Pythes(nam peregre erat profectus)cœnam poscenti auream mensam vxor, atq; in ea nihil,quod edendo esset,verum aurea omnia proposuit. Primum oblectarunt illum simulachra:cæterum satiatis oculis cibum postulauit. Apposuit illa,quod concupierat,aurum. Indignabundo & esurire clamanti,illa: Atqui horum, inquit,nullius præter ea nobis copiam parasti. Quippe industria & artes exoleuerunt omnes.Nemo agrum colit:sed semente,plantatione,& pascendi cura neglecta effodimus & quærimus ea,quæ nulli vsui sunt,enecantes nosipsos & ciues.Quibus Pythes motus metallorum opus non prorsus reliquit,sed quintam partem ciuium incumbere ei voluit,reliquos agriculturam & artificia tractare. Qua autem tempestate Græciam Xerxes petebat,ab rege,quem splendidissime exceperat,& muneribus erat prosecutus,hoc petiit beneficii,vt pluribus ex liberis suis militiæ vacationem vni daret,sibique eum relinqueret ad senectutis solatium. Offensus Xerxes eum solum , quem postulauerat,iugulauit: dissectoq;in partes corpore,exercitum per medium traduxit.Reliquos secum abduxit,cecideruntq; in præliis omnes.Quare animo Pythes abiecto multorum ineptorum & stultorum more mortem exhorruit,& vitam sensit acerbam.Cum tæderet eum vitæ, neq; satis animi haberet ad eam deponendam:esset autem magnus in vrbe agger, perq; medium flumen ferretur,quod appellabant Pythopolitem,in aggere monimentum extruit, flumenque ita auertit, vt fluens per aggerem amnis sepulchrum allueret. His perfectis ipse in monimentum descendit: Imperio omni vxori & vrbe demandata vetuit ei accedere:tantum vt cœnam quotidie scaphæ impositam mitteret:quousq; hæc vna cum intacta cœna præterflueret sepulchrum :Post quasi mortuo ne amplius mitteret.Ita ille reliquam transegit vitam. Vxor imperio præclare præfuit,ciuesq; ærumnis liberauit.

Quod brutæ animantes ratione vtantur.

Vlysses,Circe,Gryllus.

HAEC mihi percepisse Circe & retinere videor. Cæterum cupiam ex te sciscitari, ecquos in his,quos lupos leonesq; ex hominibus formasti,tenes Græcos. CIRC. Multos sane charissime Vlysse. Verum quid hoc rogas? VLYS.Quod ædepol præclarum mihi videtur atq; ad magnam gloriam cessurum, si quæ precibus meis hos concessisti,etiam homines alienos conseruem,neque permittam eos in corporibus contra naturam consenescere ferarum indignam adeo atq; fœdam vitam degentes.CIRC. Hic autem non sibi modo & socüs,sed prorsus etiam alienis ambitionem vult suam ex amentia esse calamitosam.VLYS. Alterum rursus hic misces Circe verborum poculum:ac fascinaueris me: quæ me quidem in feram plane vertasi calamitosum esse hominem ex fera fieri tibi credam.CIRC. Nonne cedo indignius iam de te consuluisti,qui immortali missa facta & perpetuo florente me cum vita,mulierem ad mortalem,atq; vt ego dico, anum iam per sexcenta etiãnum mala properas:quasi suspiciendus hinc & nobilis adhuc plusquam nunc euasurus sis , inanem felicitatẽ atque pro veritate sectans imaginem. VLYS.Sint hæc Circe ita, vt ais. Quid enim sæpius nos de his rixemur?Tu vero hos homines solue,eosq; mihi dona & concede.CIRCE. Haud ita facile sane per Hecaten.Neq; enim vulgares sunt:sed prius ex ipsis, velintne,require. Quod si negent:age homo præclare cum iis,atq; eos induc.Sin minus induxeris,sed sermocinando sint illi superiores:satis habe,quod secus de te ipso atq; de amicis statueris. VLYS.Quid tu me ludificaris Circe?Qui enim hi,dum asini,sues,& leones sunt percunctentur vicissim & respondeãt? CIRCE. Agedum homo ambitiosissime. Ego tibi eos præstabo & intelligentes & sermocinantes. Imo vnus satis probe pro omnibus & sciscitabitur & responsa dabit. En hic,cum eo age. VLYS. Quonam hunc Circe nomine compellabimus, aut qui hic mortalium est? CIRC. Quid quæso hoc ad disputationem? Tu vero voca eum,si placet,Gryllum.Ego interim facessam hinc,ne præter animi sententiam mihi in disputando gratificari videatur. GRYL. Salue Vlysse.VLYS.Et tu vero Grylle.GRYL.Quid libet percunctari? VLYS. Ego homines scio fuisse vos.Quare misericordiam quidem capio omnium,qui in hanc inciderunt miseriam. Par tamen est plus me Græcorũ causa moueri,qui in hanc inciderunt miseriam. Igitur precib.nunc à Circe expoposci:vt ex vobis,quicunq; velit , solueret,restitutumq; pristinæ formæ nobiscum dimitteret.GRYL.Tace quæso,neq; porro quicquam Vlysse dixeris. Quippe omnes te nos fastidimus,quod nequicquam sane acutus dicebare,lõgeq; cæteris mortalib. habebaris præstare prudentia:qui hoc ipsum extimuisti in potiora ex deterioribus cõuersionẽ: neq; aduertis,sicut medicamenta pueri medicorum horrent,declinantq; ferre ea, quæ ex morbidis & insipientib.

salubrio-

salubriores,& cordatiores reddunt: ita tu abborruisti ab eo,vt alius ex alio fieres,ac nunc ipse trepidas ac reformidas Circes consuetudinem,ne imprudentem te suem aut lupum reddat:atque author es nobis, qui in bonorum affluentia viuimus, vt vna cum his relinquamus eam, hæc nobis quæ peperit, soluamusque hinc tecum, facti iterum animal ærumnosissimum homines. VLYS. Mihi tu non effigiem tantum Grylle videris, verum mentem etiam ex poculo illo habere labefactatam,referrusque esse monstrosis ac deprauatis semel opinionibus, aut te profecto aliqua consuetudinis cum hoc corpore dementauit voluptas. GRYL. Neutrum horum rex Cephalenorum. Quod si disputare potius quam conuitiari placet,cito in aliam te sententiam traduxerimus,qui vtranq; periclitati vitam sumus,merito hæc nos potiora illis habere. VLYS. Ego vero audire aueo ex vobis. GRYL. Et nos certe dicere. Exordiar autem à virtutibus primum,quarum causa video vos valde vobis ipsis placere, quasi brutis multo iustitia, prudentia, fortitudine,ac cæteris virtutibus præstetis. Iam mihi responde homo sapientissime. Audiui n. cum aliquando Circæ Cyclopum regionem commemorares nemine prorsus arante vel quicquam plantante vsque adeo bona esse ac generosa indole, omnes vt sponte sua fundat fructus. Hanccine igitur commendas potius,an montosam asperamque Ithacam, quæ ægre multa opera & labore ingenti exigua & vilia maligne cultoribus reddit? Sed caue molestum sit præter animi sententiam charitate patriæ respondere. VLYS. Amo equidem (Quid enim mentiar)atque amplector patriam meam & regionem impensius: Laudo tamen & admiror illorũ. GRYL. Igitur sic se hoc feremus habere: hominum prudentissimus alia vt existimet celebranda atque probanda,alia eligenda & sectanda. Idem reor te de anima responsurum esse. Nam huius & agri eadem est ratio: quod melior sit illa,quæ absque labore virtutis velut spontaneum fructum reficit. VLYS. Esto & hoc,vt dixisti. GRYL. Iam ergo confiteris bestiarum optime comparatam esse ad virtutem edendam animam & absolutiorem. Quippe sine cuiusquam iussu & institutione,velut tellus sine cultura & semente fert & alit sponte naturæ conuenientem cuiq; virtutem. VLYS. Quanam tandem quæso sunt Grylle bruta prædita? GRYL. Qua vero nam non citius quam homo sapientissimus? Specta autem primo loco,si videtur, fortitudinem: quæ tibi animos facit,neque pudet te audacem & expugnatorem appellari: qui homo misertime, dolis technisque vbi homines,qui simplicem & generosam noscunt belli rationem,imposturarumque & fallaciarum sunt rudes,circumuenisti: versutiæ virtutis, quæ minime versutiam admittit,attribuis nomen. At brutorum inter se & vobiscum certamina vides vt in callide & citra fraudem,apertaque & nuda committant fiducia. Veris enim viribus freti iniuriam propulsant: ac neq; lege iubente neq; ignauiæ metuentes pœnam, sed natura, ne vincantur, fugientes, extrema perferunt, seq; seruant inuicta. Neq; enim debellantur superata corporibus, neque animis fatiscunt: verum ipsis in prœliis emoriuntur. Multorum autem expirantium robur cum feruore animi recedens aliquo ac coacta vna in corporis parte reluctatur interfectori, exilitque ac fremit: quo vsque ignis modo semel extinguatur ac pereat. Non orant,non misericordiam deprecando cient,non dant manus. Non seruit leoni leo vel equus equo ob fortitudinem, sicut homo homini ignauiæ cognomẽ æquo in animo amplectens. Quotquot autem homines laqueis vel astu cepere: hæc si iam adulta fuerunt, pastum reiicientes, sitimq; tolerantes, præ seruitute quærunt & cupide conciliant sibi lethum. Pullis horum & catulis propter ætatem sequacib. & mollib. multa & fraudulenta delinimẽta ac blãdimenta admouendo & fascinando voluptatibus præter naturã gustatis vna cũ victus ratione exiguo spacio subegerunt: vt illi admittant sustinerantq; eicutationem appellatam tanquam animorum effœminationem. His igitur potissimum bestiæ ad audendum præclarę factę sunt. Hominibus vero vel libere loqui non est natiuũ, quod inde Vlysse sodes præcipue animaduertes. In bestiis pari momento ad virtutem natura vergit: neq; est mare vsquam fœmina ad subeundos in parandis necessariis labores atq; ad decertandũ pro natis inferior. Imo suem quandam audis Crommyoniam, quæ multum negocii bestia fœmina Theseo præbuit: & sphyngi illi nihil profuisset astus super Phycion montem sedenti, ænigmataque & gryphos nectenti, nisi viribus & virtute Cadmeis longe superior fuisset. Ibi etiam vulpem Telmesiam bestiam curiosam, atq; haud procul inde draconem cum Apolline de oraculo ex prouocatione dimicantem Delphis fuisse memorant. Æthen rex vester à Sycionio mercedem accepit commeatus: ac bene consuluit, qui imbelli homine equã bonam & pugnacem habuit potiorem. Ipse pardales & leones subinde spectasti, nihil maribus fœminas animis atq; virtute cedentes: vt coniunx tua, quæ dum tu belligeras, domi residet ad focum: nec quatenus hirũdines eos, qui ipsam ipsiusque domum petunt, propulsat, idque cum sit Lacæna. Quid iam tibi de Cariæ Mæoniæque fœminis memorem? quando ex his certe liquet non natura præditos fortitudine esse viros, Quippe prædita iuxta fœminæ virtute forêt. Quare vos ex legum necessitate, nõ spõtaneam nec consultam, verum moribus, infamiæ, & gloriæ externæ ancillantem, verbisque compositam meditamini fortitudinem, laboresque ac discrimina subitis: non quo

ad ea

ad ea sitis animati, sed quod & alia plus quã hæc formidetis. Quomodo igitur qui ex sociis tuis primus occupauit leuem remum petere, non contemptu illius, sed veritus & vitans grauiorem: perinde qui verbera fert, ne accipiat vulnera: & ad vitandam contumeliam vel mortem hostẽ propulsat: is non ad hæc celsus, cæterum ad illa est trepidus: sic fortitudinem vestram prudentẽ ignauiam esse, audaciam metum scientia præditum aliorum per alia declinandorũ patet. Breui si præstare vos fortitudine existimatis bestiis, quid poëtæ vestri eos, qui cũ hostibus dimicant fortissime, λυκόφρονας, θυμολέοντας, & aprum virtute referentes nominarũt: nemo autem eorum vllus leonem, ἀνθρωπόθυμον, id est, instar hominis animosum, vel aprum virum fortitudine referentem appellat: verum vt celeres, credo ποδώκεις, & formosos θεοειδεῖς excellenti similitudine di-
10 cunt: sic maxime strenuos bellatores cum præstantissimis bestiis comparant. In causa est, quod fortitudinis velut tinctura & mucro animi ardor sit. Eum bestiæ ad prælia adhibent syncerum: vobis temperatus cum ratione, sicut cum aqua vinum præsenti discrimine desciscit, atque in ipso destituit articulo. Iam sunt inter vos, qui dicunt haud quaquam adhibendum in dimicationibus animi ardorem, sed eo reiecto sobria ratione vtendum. Qui quidem ad salutis securitatẽ probe, ad fortitudinem & tuitionem turpissime dicunt. Qui enim non sit absonum naturam à vobis culpari, quod corporibus vestris aculeos non attexuerit, nec tela dentium, nec hamatos vngues: ipsam vero animam armis spoliare & mutilare natiuis. VLYS. Pape acutus mihi videris Grylle sophista fuisse: qui nunc quoq; , cum ex hara loqueris, argumentis adeo validis propositum astruas. Cæterum quin deinceps de temperantia disseruisti? GRYL. Quod te dictis
20 prius occursurum arbitrabar. At tu de temperantia aliquid, quoniam fœminæ vir es castissimæ, audire properas. Temperantiæ autem ipse putas te dedisse, quod amores repudiaueris Circes, documentum. Enimuero ne hic quidem bestiis continentia præstas. Neq; enim præcellentioribus illæ gestiunt consuescere, sed voluptates & amores cum sui generis animantibus explent. Vnde mirum non est, si perinde atq; hircus ille Mendesius in Ægypto fertur, cum concluderetur cum multis & decoris fœminis, abhorruisse ab earum consuetudine, verum in capras potius cupidine exarsisse: tu item assueta ductus Venere complexum recusas homo deæ. Penelopes vero castitatem infinitæ cornices crocitantes ostentui habebunt ac despic[illegible] Quarum vnaquæque mortuo mare non exiguo tempore, verum ætatibus hominum [illegible] vidua manet: vt speciosa tua Penelope nouies cornici pudicitia cedat. Verum quãdo iste sophistam me odo-
30 ratus es, age vtar ordine dicendi, ac moderationẽ definiam, inde generatim cupiditates dispertiar. Est igitur temperantia vel moderatio contractio quædam cupiditatum modusq; peregrinas depellens & luxuriantes, tempore autem & mediocritate necessarias temperans. Iam appetitionum differentias infinitas esse cernis, potumq; pariter naturalem & necessarium esse. At Veneris appetitiones, quibus inserit natura exordium, quando etiam citra eius vsum licet aliquando ab iis liberato viuere commode, naturales sunt non necessariæ dictæ. Porro non necessariarum neq; naturalium, sed foris à vana opinione ex insolentia importatum genus naturales vestras pene oppressit præ frequentia sua vniuersas, haud secus atq; in populo peregrinorum aduenticia turba, quæ indigenas ciues calcat impellitq;. At bestiæ, quæ in totum inaccessos præclusosque ascititiis perturbationib. animos habent, moribusque procul inani opinio-
40 ne sicut à pelago sunt reductæ, lautæ & elegantis vitæ sunt rudes: verũ moderatas & melius temperatas cupiditates, nec multas domesticas vel peregrinas acriter retinent. Me sane ipsum aliquando non minus quam te nunc obstupefecit vt possessioni nulli aliæ conferendum aurum, retinebat argentum & ebur: & qui his abundat, is beatus mihi & in cœlo esse videbatur, siue Phryx, siue Cardolone abiectior & Priamo infelicior foret. Hic suspensus semper cupiditatib. nec oblectamentum, nec voluptatẽ ex rebus aliis cepi affluentibus & copiosis in vita mea, quasi maximorum indigus & exors bonorum, relictus. Igitur cum te, vt memini, in Creta spectaui veste cultum splendide: non prudentiam suspiciebam tuam, nec virtutem, sed mira subtilitate contextæ tunicæ & lacernæ purpureæ mollitudinem ac splendorem in admiratione habebam & stupebam. Nonnihil me fabula quoq; retinebat aurea torno fabrefacta, sectabatque te mu-
50 lierum more præstigiis captus. Nunc vanis istis explicatus atq; extricatus opinionibus aurum & argentum sicut lapides alios contemno & conculco. Amiculis vero vestris & tapetibus non magis hercle quam profundo & molli cœno, vt in eo recumbam satur dormiturus, delector. Eiuscemodi autem concupiscentiarum extranearum habitat in animis nostris nulla: sed necessariis fere cupiditatibus & voluptatibus regitur vita nostra. Non necessarias sed naturales tantũ non incomposite, neq; immodice attingimus. Atque has quidem primo loco percurramus. Ac voluptas quidem familiaris, quæ ex fragrantibus & mouentibus nidore odoratum cõcitatur, vna cum gratuita & simplici vtilitate vsum aliquem adfert discernendo pastui. Nam lingua dulcis, acris, & austeri index est & dicitur: quando applicantes ad vim diiudicantem sapores cõfusionem quandam acceperunt. At odoratus noster, qui ante sapores vitium cuiusq; index est,

multo illis, qui regibus prægustant, acutius probans, id, quod accomodatum est, intro recepit, alienum repellit, nec sinit contingere id, vel fatigare gustum: verum prauitatem eius prius, quàm lædat, indicat & arguit. In cæteris non sollicitat, quomodo vos suffimenta, cinamoma, nardos, folia, calamos Arabicos mira quadam & pigmentaria & medicata arte vel vnguentaria in vnum confundens simulq; cogens dissimilia, qui multo ære delicias effœminatas & puellares, neq; vlla vsquam in re conducibiles nundinatis. Enimuero quamuis is sit, peruertit non solum fœminas cunctas, verum etiam plerosq; viros: vt nolint vel cum coniugibus suis consuetudinem habere, nisi vnguenta spirantes & pastillos ad concubitum eorum veniant. Sed porcos scrophæ, hircos capræ, ac cæteræ fœminæ mares sui generis proprüs odoribus alliciunt: putumq; rorem, prata, & herbam spirantes virentem congrediuntur communi beneuolentia ad nuptias, non meretricio fastidio stimulant fœminæ, neque fucos libidine præstigiasque & detrectationes prætendunt: nec mares Veneris stimulis & furore concitati mercede vel labore, vel seruitute generationis opus licentur: sed suo tempore ingenuæ Veneri & gratuitæ indulgent. Quæ postquam suo articulo tanquam plantarum germen animantium libidinem excitauit, ex templo eam restinguit: neque fœmina postquam impleta est, initum admittit, neque vltra attentat eam mas. Adeo modicus tribuitur apud nos & flaccidus voluptati honos, sed vniuersum obtinet natura. Itaque in hanc vsque diem, neque cum mare maris, neque cum fœmina fœminæ mixtio inter bestias libidine impellente inuenitur. De vobis autem eiuscemodi multa, vel de præstantibus & insignibus, vt præteream humiles, audiuntur. Agamemnon Bœotiam iniit venans Argæum, qui clam aufugerat, falsoque caussatus mare & ventos inde in Copaida paludem, quasi illic amorem restincturus, seque expeditutus cupidine, pulchrum pulchro seipsum iniecit. Perinde dum socium insectatur Hercules imberbem, Argonautas destituit, ac prodidit classem. In tholo Ptoii Apollinis quidam vestrum clam inscripsit, Achilles formosus, cum filium iam Achilles sustulisset. Atque hanc inscriptionem adhuc ibi accipio extare. At gallus gallinaceus, si gallum ineat non præsente gallina, viuus concrematur: cum vates quispiam aut aruspex id magnum & dirum denunciet esse ostentum. Ita apud vos quoque confessum est homines, bestiis potius conueniret temperantiam, neq; vim eas libidinibus facere naturæ. Vestram vero lasciuiam nec adiurtice lege intra limites suos natura coërcet: sed sicut à fluctibus abrepta subinde cupidinibus mirum quantam iniuriam, procellas, & confusionem in re Venerea adferat naturæ. Quando & capris tentauerunt viri & scrophis & equis illudere, mulieres quoque in bestiarum mares insanierunt. Ex eiuscemodi enim nuptiis Minotauri vobis & Ægipanes, etiam meo iudicio Sphynges suppullulant & Centauri. Quanquam fame premente hominem aliquando ex necessitate vorauit canis, auisque degustauit: ad concubitũ tamen nunquam bestia aggressa est vti homine: bestias vero homines cum ad hæc, tum ad alia multa impellente libidine compellunt, & vim per scelus eis adhibent. Cum autem in memoratis cupiditatibus adeo sint improbi atque intemperantes, multo magis in necessariis temperantia bestiis concedere deprehenduntur. Hæ sunt in cibo & potu: quorum nos delicias aliquo cum vsu semper capimus. Vos, dum illecebras potius, quã alimenti vsum sectamini naturalẽ, à multis & diuturnis morbis castigamini: qui ex vno fonte infusi corporibus ingluuie, variis vitiis & perniciosis vos implent. Primum etenim vniuscuiusq; animantis generi vnus congruens est pastus, his herba, illis radix quæpiam, vel fructus. Quæ vero carniuora sunt, nullum ad aliud vertunt se pabuli genus, neque saginam imbecillioribus eripiunt: verum sinit & leo pascere ceruum & lupus ouem pro naturæ suæ ratione. At homo ad omnia illecebris ab ingluuie concitatus tentansque cuncta & degustans, quasi quid sibi accomodatum & familiare sit, nondum norit, vnus omnia nata vorat: vtiturque primum carne, nulla ex inopia vel penuria: cui licet semper suo quæque tempore alia ex aliis præ copia citra laborem & plantis & seminib. vindemiare, sumere & decerpere: cæterum ex deliciis & rerum fastidio necessariarum epulas alienas & immundas iugulatis animantibus appetit longe, quam sæuissimæ bestiæ, atrocius. Siquidem cruor occisorum carnesque miluo, lupo, draconi cibatus est familiaris: homini pulmentum. Iam vsurpandis omnis generis cibis non vt bestiæ plurimis temperat, paucis facit ob escæ necessitatem bellum: verum nullum volatile, nullum aquaticum prope dixerim, neque terrestre lenibus, vti appellatis, vestris & hospitalibus elapsum est mensis. Esto: Enimuero pro pulmentis vsurpatis hæc, iisque conditis cibum. Quid ergo in ista hæc occiditis? * At bestiarum prudentia sterilium & frigidarum artiũ nulli locum dat. Necessarias vero non ab aliis ascitas, neq; mercede traditas, neque conglutinans meditatione & compingens præceptorum quodque cum quolibet, sed sua sponte ex seipsa velut legitimas & natiuas fundit. Ægyptios enim intelligimus omnes medicos esse. At animalium quodque non modo ad medicandum per se est eruditum, sed & ad victum, & virtutem, & venationem, & ad sui tutelam, & ad musicã, quatenus cuiusque naturæ conuenit. Nam à quo hausimus, vt valetudinarii can-

* Desunt hic quæd.

rii cancrorum causa amnes petamus? Quis instituit hirundines, vt quando viperam adederut, supermandant origanum? Quis capras Creticas: vt, cum sagittis sunt vulneratæ, dictamũ sectẽtur: quo gustato cuspides eiiciunt? Si enim id, quod est, fateri velis, horum esse naturam magistram; ad antiquissimum & sapientissimum fontem reducis bestiarum prudentiam. Quam nisi rationem arbitramini oportere vel prudentiam vocare, nomen videndum vt ei præstantius & honoratius tribuamus: sicut certe reipsa meliorem & notabiliorẽ præbet virtutem, quæ non rudis neq; indocta est, sed potius sua sponte docta atque absoluta, non languore, sed virtutis firmitudine & perfectione naturæ, missam faciens collectam ab aliis ex disciplina prudentiam. Quæ ergo homines per delicias suas vel ludum ad discendum & commentandum compellunt,
10 ea horum mens vel inuita corporis indole complectitur intelligentiæ excellentia. Taceo enim quod catuli inuestigant, & elaborant gressus ad numeros quosdam glomerare pulli equini: verum quod differunt corui, canes per circumactas rotas saliunt, equi & boues in theatris decubitus, tripudia & stationes periculosas motionesq;, nec hominibus admodum pronas exactè effingunt edocti ac reminiscentes ad demonstrandam docilitatem suam etiam eam, quæ tem ad nullam est aliam vtilis possidentibus. Si adduci non potes arripere nos disciplinas, tradere quoq; eas, accipe. Siquidem perdices in profugiendo assuefaciunt pullos suos occulere se atque obiicere sibi pedibus glebam resupinos cadentes. Cernis, in tectis ciconiarum pullis vt adultæ assistentes meditantibus volatũ præbeant. Lusciniæ pullos cantum prædocent. Qui si infantes etiamnum sint capti, atque in manibus hominum educti, canunt deterius, quasi præ-
20 mature magistrum reliquerint. Postquam vero demersus hoc in corpus sum, demirari cœpi orationes illas, quibus fui a sophistis permotus, vt rationis & mentis præter hominem expertes animantes omnes existimarem. VLYS. Nunc igitur Grylle mutatus es tu, ouemque facis & asinum ratione vtentem. GRYL. Imo ex his ipsis optime Vlysse coniectura capienda inprimis est, bestiarum non esse rationis & intellectus naturam expertem, sicut non est arbor alia quam alia plus vel minus inanimata, sed æque vacant sensu omnes. Nulla enim earum animam obtinet: Perinde non videretur alio aliud inertius & tardius ad sapiendum animal esse: nisi omnia ratione & intellectu, alia magis tamen, alia minus aliis essent prædita. Perpende quemadmodum aliorum insipientia & stupiditas ab aliorum arguatur versutia & acrimonia: si cum vulpe, lupo, ape asinum & ouem contenderis: vt si Polyphemum tecum aut cum auo tuo
30 Autolyco Homerum illum Corinthium. Neq; enim bestiæ arbitror dissociationem cũ bestia tantam esse, quantum ab homine in sapiendo, ratiocinando, & reminiscendo discedit homo. VLYS. Atqui vide Grylle, ne graue sit & durum rationem tribuere illis, quibus innata non est Dei intelligentia. GRYL. Quid nonne te dicemus Vlysse virum adeo sapientem atq; excellentem ex Sisypho esse procreatum?

PLVTARCHI

De Romanorum fortuna Commentarius.

40

CVM crebris subinde atq; ingentibus certaminibus inter se virtus & fortuna contenderunt, tum hoc præsenti longe maximo decertant, dum de Romanorum imperio ambigũt, vtra eius author fuerit, atq; vtra tantas ad opes eã prouexerit. Neq; exiguum erit hoc victrici testimonium vel poti⁹ telum aduersus insimulationem. Obiicitur enim virtuti, esse quidem eam bonum, sed inutile: contra fortunæ, esse quidem instabile, bonum tamen: atque in sterilibus illam desudare, hanc largiri fluxa. Quis igitur negauerit, si alterutri parti Roma accesserit, aut compendiosissimam esse, si tantis bonos bonis virtus affecerit, aut firmissimam secundam fortunam, quæ tam diu ea, quæ tribuit, tueatur. At
50 poëta quidem Ion in iis, quæ dictione scripsit soluta & prosaica, refert: quamuis dissimilima res fortuna vir tute sit, eorum tamen machinatricem esse simillimarum. Amplitudinem conciliat vtraque, ornat viros, prouehit ad gloriam, ad opes, ad imperium. Quid multis? Ipsam, quæ nobis producit cuncta, naturam quidam fortunam esse arbitrantur, alii sapientiam. Itaq; affert vrbi Romæ hæc nostra disputatio ingens decus, si de ea vt de terra, mari cœlo, & sideribus disceptamus, fortuito ex prouidentia ne composita sit. Equidem quamuis graue & continuum inter fortunam & virtutem bellum & dissidium sit, ad tantam certe imperii & potentiæ conglutinationem probabile est eas inducias factis conuenisse: atq; vbi conuenerunt, absoluisse & consummasse opus omnium humanorum pulcherrimum substituere me animo recte puto. Ac mea qnidem sententia est, vt Plato censuit, ex igne & terra velut necessariis & primis ele-

mentis vniuersum esse conditum mundum: quo aspectabilis esset & tractabilis, libramentum terra & stabilitatem conferente: colorem, figuram, & motionem igne. Interiacentes naturæ aqua & aër fundendo & restringendo vtriusque extremorum dissociationem conciliauerunt, materiamque iis temperauerunt. Perinde sane, quod vrbem Romã vt opificium instituit, tempus socio deo fortunam & virtutem inter se temperauit & copulauit: quo ab vtraque mutuatum peculiarem operam exædificaret omnibus mortalibus domicilium vere sacrum & beneficum, arcemque firmam, atque elementum sempiternum: quod labascentibus rebus humanis anchoræ vice aduersus iactationem & errores, vt Democriti verbis vtar, foret. Nam vt Physici mundum dicunt non fuisse mundum, neque corpora voluisse coëuntia & confusa formam naturæ ex omnibus communem præbere: sed cum corpora quæ etiamnum erant minuta, 10 tumuluarie vagarentur dilaberenturque & fugerent apprehensiones & complexus: tumidiora vero & concreta graues inter se conflictus & commotiones experirentur: Fluctum & impulsum fuisse atq; interitu, errore, naufragiis omnia plena: priusquam tellus in molem assurgens ex compactis mutuo corporibus & collisis consisteret quodammodo, sedemq; cæteris in se firmam & circa se præstaret. Eodem modo cum maximi inter mortales potentatus & imperia temere impellerentur colliderenturq; quod nullus rerum potiretur, vellent tamen omnes: immensa pernicies, error, & conuersio vndique rerum omnium extitit: quoad vrbe Roma inualescente & increscente, succinctaque partim suæ gentis nationibus & populis, partim exteris & transmarinis regum ditionibus sedem accepit summa rerum solidam: cum tandem pax in mundum vnum & orbem imperii stabilem deuoluta est, atque omni genere virtutum horum 20 molitores exornati fueruut afflauitque ingens fortuna, vt progressu sermonis patebit. Porro nunc mihi videor ex propositione tanquam ex specula procedentes despicere ad signa conferenda, & ad certamen fortunam & virtutem: cæterum lenẽ virtutis incessum & aspectũ compositum. Edit etiam vultu ad hanc contentionem aliquem ambitionis ruborem, relinquiturque magno spacio à tergo ab accelerante gradum fortuna. Ducunt eam sepiuntq; cateruatim viri

In pugnis cæsi, gestantesque arma cruenta,

aduersis obsiti vulneribus, & cruore cum sudore stillantes commixto, semifractis innitentes spoliis. Agedũ percunctemur, si placet, qui nam hi sint. Fabricios ferunt se esse, Camillos, L. Cincinnatos, Fabios Maximos, Cl. Marcellos, Scipiones. Video etiã C. Mariũ aduersus fortunam 30 frementem. Mutius Scæuola ibi vstulatam monstrat manum clamans: Num hanc quoque fortunæ dabis? M. item Horatius, qui strenue ad amnem Tyberim pugnans, telisq; obrutus Hetruscorum, ac claudicans femur ostentat & ex alto vortice succlamat: Quid egone etiam casu luxatus sum? Talis virtutis chorus ad conferendas manus adest:

Bellator, fortis, terror simul hostibus ingens.

Fortunæ pernix gressus, feroces spiritus, & spes tumida. Hæc anteuertens virtutẽ adest, nõ pennis attollens se leuibus, neq; vestigium extremis vnguibus super globo aliquo figens lubrica & fluctuans offert mox recipit se aspera: verum vt Venerem Spartiatæ perhibent Eurotam transeuntem speculo, mundo & cesto positis hastam & clypeum sumpsisse, vt Lycurgo se comeret: Sic fortuna Persis relictis & Assyriis Macedoniam agilis peruolauit, excussoq; propere Alexandro Ægyptũ & Syriam circumferens regna lustrauit, Carthaginensesq; fallax identidem in humeros sustulit. Deniq; aduolans ad Palatium transmisso Tyberi posuit alas, exutisq; talaribus infidum ac volubilem globum reliquit: ita iniit vrbem vt illic commoratura, atque sic comparata sistit se quasi ad iudicium, non incognita, vt est apud Pindarum, neq; geminum versans temonem: imo iustitiæ & Suadæ soror, filiaque Prouidentiæ, sicut originis eius seriem recenset Alcman. Decantatum illud Copiæ cornu inter manus gestat non pomorum semper exuperantium plenum: 40

Sed quæ cuncta edunt terræ simul æquora cuncta,

flumina, metalla, & portus cumulate & affatim effundens. Clari atq; inclyti viri in comitatu eius non pauci visuntur, Numa Pompilius ex Sabinis, Priscus ex Tarquiniis: quos aduenas reges 50 & peregrinos in Romuli solio collocauit. Paulus Æmilius à Perse & Macedonibus integrum sine vulnere exercitum reportauit victoriamq; incruentam: qui triumphans extollit fortunã. Eandem extollit Cecili⁹ Metellus Macedonicus senex à quatuor elatus filiis consularib. Quinto Balearico, Lucio Diademato, M. Metello, & Caprario, duobus generis consularibus & nepotibus, qui res domi militiæque præclaras gessere. Æmilius Scaurus ex conditione obscura & obscurioribus natalibus homo nouus ab ea elatus princeps amplissimi ordinis eligitur. Cornelium Syllam ex Nicopolis meretriculæ assumptum & sublatum sinu super Cimbricas Marii laureas & consulatus septem arbitrio orbis terræ & dictaturæ imposuit. Hic palam in adoptionem se cum rebus suis gestis fortunæ clamans cum Sophoclis OEdipode,

Ego

Ego ipse me fortunæ asscribo filium.

ac felicem se appellauit. Græcis in hunc modum scribebat: L. Cornelius Sylla Venustus atque trophæa eius, quæ apud nos Coroneæ posita sunt, & illa de Mithridate hāc habēt inscriptionē: nec immerito: Plurimum consortii cum Venere non nox, vt est apud Menandrum, sed fortuna habet. Itaq; si quis fortunæ patronus hoc proprium fecerit orationis suæ exordium, ipsos Romanos adducat testes, vt qui fortunæ plus quam virtuti tribuerint. Virtutis enim apud eos sero & post multa secula templum sacrauit Scipio Numantinus: inde M. Marcellus cellam Virtutis & Honoris faciendam locauit: Mentis Æmilius Scaurus, qui vixit circa bellum Cimbricum. Qua tempestate influentibus in vrbem literis, præceptoribus, & facundia, cœperunt ea magnifacere. Sapientiæ vero ne in hanc quidem diem ædes extat, neque temperantiæ, vel Fortitudinis, vel Magnanimitatis vel Continentiæ: sed Fortunæ delubra splendida & vetusta ac primis vrbis incunabulis æqualia admixta eis fuere. Siquidem ædem Fortunæ princeps excitauit Ancus Martius Numæ nepos, rex à Romulo quartus: qui fortasse nomē fortunæ deriuauit à fortitudine: cui multum ad obtinendam victoriam fortuna confert. Fortunæ muliebris templum ante Camilli ætatem extruxerunt, cum M. Coriolanum signa Volscorum admouentem vrbi fœminarum opera auertissent. Hæ namq; suscepta legatione ad Coriolanum cum eius vxore, & matre precibus extruderunt & effecerunt, vt vrbi parceret, legionesq; barbarorum ex finibus Romanis abduceret. Quo tempore fama est signum fortunæ, cum dedicaretur, vocem misisse in hæc dicta: Pie me & rite mulieres vrbanæ posuistis. Iam Furius Camillus quoque, quando flammam Gallicam extinxit, vrbemque auro quæ rependebatur, ex lance & libra dettaxit, non prudentiæ neque fortitudinis. sed Aii Locutii templum erexit in via noua: vbi ante bellum M. Ceditio ferunt iter facienti vocem auditam, quæ nunciabat, breui bellum Gallicum expectarent. Illius vero ad Tyberim, quæ Fors Fortuna ab illis dicitur, quod vim omnium domitricem obtineat, fanum in hortis, quos populo legauit Cæsar, struxerunt, quod illum secunda fortuna euasisse, vt ipse testatus, arbitrarentur maximum. De C. autem Cæsare veriti essent, nisi id ipse testis fuisset, ad summum fastigium rerum dicere ex prospera fortuna euasisse maximum. Vt enim Brundusio Pompeium persequens pridie Non. Ianuar. soluit circa solstitium brumale pelagus incolumis transmisit inhibente hyemem fortuna. Cum Pompeium offendisset ingentibus viribus terrestribus & naualibus succinctum atq; cū omnibus copiis in statiuis sedentem: haberet autem ipse secum manū admodum exiguam: quod legiones. quas Antonius & Sabinus ducebant, morarentur: non dubitauit minutum acatium conscendere, imprudentibusque nauiculario & gubernatore familiari habitu nauigare. Vt grauiter vndis fluuii obluctante æstu atq; furentes voluente fluctus immutantem vidit gubernatorem cursum, ibi detracta à facie veste, qui esset, aperiens: Perge quęso, inquit, noli dubitare vel quicquam timere, permitte vela fortunæ & vento, ac tibi persuade Cæsarem te vehere & Cæsaris fortunam. Vsque adeo comitem credebat sibi fortunam esse nauiganti, terra proficiscenti, militanti, exercitium ductanti: cuiꝰ munus erat tranquillitatē imperari æquori, æstatē hyemi, celeritatem lentissimis, robur animi deploratissimas spes habentibus: & quod maius miraculum est, fugam Pompeio, & Ptolemæo hospitis necem: vt caderet Pompeius, & Cæsar ne pollueretur. Quid huius filius, qui Augustus est primus dictus, & annos 54. imperauit, nonne quando nepotem in expeditionem mittebat, precatus deos est: vt virtutem ei Scipionis, beneuolentiam Pompeii, & fortunam suam darent, sicut operi magnifico nomen sibi inscribens opificis fortunæ: quæ insinuans eum Ciceronem, Lepido, Pansæ, Hirtio, M. Antonio, illorū decoribus, manibus, palmis, classibus, expeditionibus, legionibus in summum fastigium euexit: hisque per quos eo aspirauerat, oppressis solū reliquit. Quippe in huius vsum actiones suas domi instituit Cicero, Lepidus res bello gessit, Pansa vicit, Hirtius occidit, Antonius insolens fuit. Ego vero & Cleopattam Cæsaris fortunæ assigno: in quam velut scopulum impegit & naufragium fecit tantus Imperator, vnus vt esset Cæsar. Memorant magna inter illos mutua intercedente necessitudine & familiaritate cum darent crebro se ludo pilæ vel tesserarum, vel etiā vacarent altilium certamini coturnicum & gallinaceorum semper victum discessisse Antonium: quem reprehensum monitumque frequenter fuisse à quodam eius asseclа, qui futurorum se coniectorem profitebatur: Quid malum rei tibi cū hoc est adolescente, fuge eum. Clarior es, natu maior, pluribus imperas, rebus es bellicis exercitatus rerum vsu præcellis. At tuus genius genium huius trepidat, fortunaque tua per se alioquin ampla fortunæ assentatus huius. Nisi procul ab ea abduxeris te, transibit ad illum. Probationes ex testimoniis hæ fortunæ suppetunt. Nunc illæ, quæ ex rebus ipsis ducuntur, sunt accersendæ, auspicabimurq; à condita vrbe orationem. Iam statim quis neget ad Romuli ortum, incolumitatem, incunabula, educationem virtutem fundamenta iecisse, sed fortunam ea exædificasse. Ac primum molitores & conditores vrbis ita natos ita genitos fuisse mirifica felicitate apparet accidisse. Cum deo enim genitricē

eorum memoriæ proditū est concubuisse. Ac quomodo Herculem satum in longa nocte fami est fuisse inhibito præter naturam die ac sole remorato: Sic in Romuli satu & conceptu defecisse scribunt solem iusto eius cum Luna coitu: sicut Mars Deus Syluiæ mortali illusit. Idem euenisse Romulo in vitæ exitu ac deficiente sole ex oculis hominum elapsum fuisse Nonis Captatinis, quam diem in hanc vsque memoriam præcipue festam agunt. Deinde editos cum tyrannus quæreret necare, traditi forte fuerunt non barbato neq; fero ministro, sed misericordi & humano: qui non occideret eos: sed vbi ripa amnis, qua illuuies expatiabatur, viridi vestita prato erat atque humilibus arbustis inumbrata, ibi infantes deposuit iuxta caprificum, quam Ruminalem dixere. Hinc lupa, quæ ab recenti enixu turgidas mammas ac lacte habebat distentas, amissis catulis cum leuari onere cuperet, complexa est infantes, mammamque præbuit, velut altero partu exonerans se lacte. Adhæc sacra auis, quam Picum Martium appellant, admouens se atque assidens leniter vicissim vtriusque infantis os vnguiculis diduxit, ac turundam escæ suæ ingessit concisam. Caprificum hanc Romani Ruminalem nominauerunt à ruma, id est, mamma: quam lupa procumbens apud eam infantibus præbuit. Diu obseruarunt eius loci accolæ, vt nullum infantem exponerent, sed tollerent educerentque omnes Romuli casum & paritatem venerantes. Ad hæc clam creuisse eos, atque institutos Gabiis fuisse atque occultum Siluiæ natos & Numitoris nepotes esse fratris regis: id furtum videtur & commentum fuisse fortunæ: ne antequam quicquam egregii edidissent, natalium causa sustollerentur: sed in ipsis innotescerent egregiis factis, nobilitatis virtutem edentes indicium. Hic subitanimum meum inclyti & prudentis imperatoris dictū Themistoclis ad nonnullos duces: qui post Athenis inclaruerant, eique contendebant præferri: Cum die festo, inquit, ambigens posterus esse illum allegauit laboribus & negociis plenum, in se paratis homines festiantes frui. Cui respondit dies festus: Recte ais, sed nisi ego sim, vbi tu esses? Ego etiā, inquit, nisi bello Medico fuissem, quis iam vestri vsus fuerit? Hoc mihi dicere Romuli virtuti fortuna videtur. Facta sunt præclara tua & magnifica, ac documenta dedisti te ex vere diuino sanguine & stirpe esse: cæterum me vides quando sis inferior. Siquidem nisi ego tunc benignitate & humanitate, mea infantes prosecuta fuissem, sed eos deseruissem & proiecissem, tu quomodo extitisses, vnde eluxisses, nisi bestia lupa lactis vi & flumine turgida superuenisset: quæ potius requirebat, quem aleret, quam à quo aleretur, sed fera semel & famelica: nonne etiam nunc insignes hæ basilicæ, delubra, theatra, ambulationes, forum, curiæ, gurgustia tuguriaque & stabula pastorum essent Albanum vel Hetruscum, vel latinum dominum adorantium? Ac principium quidem cum omni in rerum præcipue in molienda & condenda vi be maximi est momenti. Id conieetuato & custodito conditore præbuit fortuna. Quippe magnum virtus effecit Romulum: fortuna eum, quousque euaderet magnus, tutata est. Iam Numæ quoq; regnum, quod fuit sane quā longæuum, in confesso est à mirifica vsque gubernatum fortuna fuisse. Nam Ægeriam quidem nympham ex Dryadibus vnam deam sapientem, quæ amans Numæ consuetudinem cum eo habuerit, in temperanda & constituenda rep. ei adfuisse, fortassis plus fabulam resipit. Etnim alii, quos fama est potios nuptiis diuinis, diisque charos fuisse, Pelei, Anchisæ, Oriones, Emathiones non vsque quaque lætam & suauem vitam transegere. Numæ secundam fortunam contubernalem, consiliariam, ac regni collegam adfuisse apparet, quæ sicut in sæua tempestate atque procelloso salo finitimorum & vicinorum odio & acerbitate exagitatam atque æstuantem sexcentis ærumnis & seditionibus cum vrbem accepisset, infestas flammas & inuidias vt ventos restinxit. Atque sicut Alyconum puerperia excipiens mare memorant hyeme incolumia præstare ac fouere: similem suppeditans & parans hæc rerum tranquillitatem pacatam salubrem, tutam & securam, nouitio ac nutanti populo radices agendi constituendique ciuitatem adolescentem stabilitate à nemine interpellata in ocio facultatem dedit. Nam quomodo nauis oneraria & actuaria ictibus & vi construitur multa, tunditurq;, dum compingitur, clauis sertisque & dolabris: Postquam iam fabricata est, non est mouenda loco, dum certo tempore solidescat, fibulæque tenaces sint redditæ, coaluerintque claui. Quod si humentibus etiamnum & fluidis compagibus deducatur: cuncta laxabuntur quassata, & aquam accipient. Perinde Romam primus rex & opifex ex agrestibus & bubulcis tanquam ex roboribus validis coagmentās non paucos labores exhausit, neque medioctia bella & pericula excepit obluctando necessario iis, qui ortum eius & molitionem distinebant. Secundus laxamentum temporis assecutus est figendo & firmando prosperitate eius incremento: quam ad rem longam pacem & ocium sumpsit. Quo tempore si Porsena aliquis Tuscum vallum obiecisset, & infestum exercitum muris admouisset etiamnum mollibus & temulis, vel quis ex principibus Marsorum bellator inita defectione, vel Lucanis inuidia stimulante & æmulatione turbulentus & inquietus homo, qualis post Mutius vel Silo ille ferox, vel qui cum postremo luctatus Sylla est, Telesinus, qui quasi vno signo omnem armauit Italiam, circa aures sacris & pre-

cibus intenti classicum cecinisset Numæ: haud sustinuissent prima vrbis rudimẽta procellam & fluctum tantum, neque in tam præclaram pubem & frequentiam excreuissent. Nunc autem apparatus plane ad insecuta bella populo Romano pax illa fuit compendium: atque instat athletæ populus ab illis sub Romulo certaminibus per trium & quadraginta annorum ocium vires collegit ad atcendos postea hostes. Quippe non famem, non pestilentiam, non soli sterilitatem, non intemperiem æstatis vel hyemis vllam tanto spacio Romam exercuisse memorant: quasi non consilium humanum, verum diuina fortuna tempora illa procurauerit. Tunc Iani templum clausum: quod belli ianuam dicunt. Panditur namque bello, pace facta obseratur. Sub exitum Numæ bello contra Albanos conflato reseratum est, quod cum infinita continuo
10 excepissent alia, iterum annis post quadringentis octoginta clausum est C. Atilio & T. Manlio consulibus pace à bello primo Punico composita. Infra hunc annum rursus patefactum, ac perpetua bella vsque ad victoriam Cæsaris Actiacam fuere. Tunc arma Romana nõ diu sunt feriata. Siquidem tumultus Cantabricus & Gallicus cum Germanico coniunctus cum exardesceret, pacem exturbauit. Hæc felicitati Numæ ascripta sunt testimonia. Porro fortunam etiam magni fecerunt eius successores reges sicut vrbis caput, altricem, & columen reuera, vt Pindari verbis vtar: quod hinc perspicias. Celebris est Romæ virtutis templum: sed sero & multis post seculis à Marcello dedicatum eo, qui Syracusas expugnauit. Extat etiam ibi Mentis ædes: verum hoc quoque Æmilius Scaurus, qui fuit belli Cimbrici æqualis, dedicauit: cum literæ iam, artesque & lepos Græcus in vrbem irrepsisset. Sapientiæ vero in hanc vsque diem non
20 habent delubrum, neque Temperantiæ, neque Tolerantiæ, neque Magnanimitatis: cum fortunæ frequentia fana & peruetusta venerandaque omnibus prope erecta sint & inserta partibus & regionibus vrbis celeberrimis. Ac fortunæ virilis ædem ab Anco Martio quarto rege structam, & quod plurimum virtuti ad victoriam fortuna contulisset, ita appellatam esse: Fortunæ muliebris templum à mulieribus, quæ M. Coriolanum hostiles copias vrbi admouentem auerterunt, nemo est, qui ignoret consecratum. Seruius Tullus, qui vnus regum populi opes plurimum amplificauit, & reipub. procurationem subornauit, comitia & disciplinam militarem ordinauit, primus censor morumque & temperantiæ arbiter fuit, habitusque vir fortissimus & prudentissimus fortunæ se arrogauit, atque imperium ad illam delegauit: vt consuetudinem cum eo habere fortuna putaretur, atque per fenestram quandam in cubiculum eius de-
30 scendere, quod nunc portam Fenestellam vocant. Hic templum fortunæ in Capitolio Primogeniæ dictæ & Obsequentis ædificauit. Age missa faciamus vocabula Romana, ac sacrorum numina tentemus recensere. In Palatio fortunæ Priuatæ delubrum est & Viscatricis. Ridiculum cognomen, sed non inane reperias ex metaphora, quasi longinqua attrahentis, & quicquid ei hæserit, tenentis. Ad fontem Muscosum dictum præterea fortunæ Virginis fanum est. In via longa area est fortunæ Bonæ spei. Visitur etiam ad aram Veneris Cluacinæ fortunæ Masculæ simulachrum. Alii insuper infiniti fortunæ cultus & cognomina sunt, quorum fere Seruius fuit author. Nouerat enim, quantum momenti adferat, vel potius omnibus moderetur fortuna mortalium rebus & suis potissimum ob secundum rerum cursum: qui ex captiuis hostilibusque natalibus ad regium fastigium fuerit euectus. Siquidem capto à
40 Romanis Corniculo, Ocrisia virgo captiua, cuius neque formæ, neque moribus obstruxit calamitas, dono data Tanaquili regis Tarquinii coniugi in seruitute apud eam fuit, collocataque cuipiam regis clienti Seruium edidit. Id alii negant: sed virginem Ocrisiam, quæ primitias quotidie & libamenta ex mensa regia sumebat, ea in focum detulisse. Cum forte aliquando libamenta, vt solita erat, in ignem proiiceret: ecce ibi repente marcescente flamma genitale viri ex foco surrectum fuisse. Id perculsam puellam vni edidisse Tanaquili. Illam, vt erat acri & soletti ingenio exornasse in modum Nympharum puellam, eamque inclusisse cum monstro, quod diuinum visum arbitrabatur. Herois aliqui, nonnulli Vulcani hunc amorem fuisse autumant. Editi ita Seruii, cum adhuc infans esset, iubar ex capite fulgetræ assimilis effulsit. Aliter Antias tradit, coniuge defuncta * Gegama Seruium præsente matre
50 ex mœstitia & luctu somno fuisse correptum. Quiescentis visum mulieribus caput igne refulsisse: quod ortum eius ex igne confirmabat, eratque prodigium faustum inopinati, quod sub Tarquinii excessum opera Tanaquilis assecutus est, regni tametsi omnium certe regum ad imperium hunc minime appositum fuisse, atque ab eo quam maxime apparet abhorruisse. Quippe qui eiurare regnum cum deliberatum haberet, impeditus fuerit. Nam moriens illa creditur hunc iureiurando adegisse retenturum regnum, neque patriam populi Romani rempub. abiecturum. Itaque Seruii regnum, quod nec expectatum cepit, & retinuit inuitus, prorsus est fortunæ acceptum ferendum. Cæterum ne ad antiquitatem videamur sicut ad locum nebulosum ex claris & perspicuis argumentis refugere & recedere: agedum omis-

* Alii, Getania. Alii, Gentania.

sis regibus ad nobilissimas actiones & clarissima bella conuertamus orationem: quibus ingentem

Audaciamque & fortitudinem, simul
Verecundiam sociam virtutis bellicæ,

vt Timotheus ait, quis inficiatur adfuisse? At cursus rerum adeo secundus, impetusq; fluctus in tantas opes & auctum haud quaquam humanis manibus vel impulsu partum imperium, sed auspiciis diuinis & vrgentis aura fortunæ recte reputantibus demonstrat. Trophæa alia super alia excitantur, triumphi occurrunt triumphis, cruoremque primum armis etiamnum calidū abluere secundus occupat, Victoriarum numerum ineunt non cæsorum multitudine & manubiarum, sed regnis subiugatis, sed gentibus domitis, insulisque & continentibus moli accedentibus imperii. Vnico Philippus conflictu Macedonia exutus est. Vnico ictu excidit Asia Antiochus. Semel Carthaginenses vbi titubarunt, proiecerunt Africam. Vnus vir vnius impressione expeditionis adiunxit Armeniam, Pontum Euxinum, Syriam, Arabiam, Albanos, Iberos, reliquasq; gentes ad Caucasum & Hircanos vsq;, eundem qui orbem terræ ambit Oceanus ter lustrauit victorem. Numidas in Africa ad littora vsq; meridiana tedegit, Hispaniam cum Sertorio rebellantem vsq; ad Oceanum Atlanticum subiugauit. Albanorum reges insequendi ad mare Caspium finem fecit. Omnia hæc feliciter gessit publica afflante fortuna. inde proprio fato concidit. Magnus autem ille populi Romani genius non exiguo momento sicut Macedonum floruit: neque terrestris modo vt Lacedæmoniorum, vel maritimus fuit vt Atheniensium neque sero incitatus vt Persarum, neque cito vt Colophoniorum elanguit: sed alte à primis incunabulis cum vrbe adoleuit, creuit, rempub. vna procurauit, stabilis permansit terra marique, bello paceque, iuxta aduersus barbaros ac Græcos. Hic Annibalem Pœnum inuidia & simultatibus ciuilibus, nullo summisso domo supplemento torrentis modo effusum in Italia attriuit. Hic Cimbrorum & Teutonum legiones ingentibus locorum & temporum interuallis diremit distraxitque: vt vnus Marius sufficeret ad vicissim cum vtrisque dimicandum, neq; coëuntia inuictorum virorum & insuperabilium armorum trecenta millia simul Italiam inundarent. Hac de causa dum lacesseretur bello Philippus, Antiochus distinebatur: Philippus periclitante Antiocho iam ante fractus attollere non audebat caput. Mithridatem Roma Marsico flagrante bello Sarmatica & Bastarnica arma distringebant, Tigranem à Mithridate florente suspiciones & inuidia disiungebant, copulauerunt victo, vt vna cum eo caderet. Quid iam, nonne maximis in vulneribus erexit fortuna vrbem: Gallis Capitolium circumsidentibus atq; oppugnantibus arcem

Castra lue implicuit dira, hac copia perierunt.

Nocturnam eorum impressionem, cum omnes homines fallerent, fortuna & temerarius casus enunciauit: de qua aggressione paulo prolixius haud ab re fuerit differere. Fusis ad Alliam flumen ingenti prælio Romanis pars, quos fuga Romam retulit terrore omnia tumultuque complerunt: ad quorum trepidum nuncium populus, qua cuique visum, diffugit: pauci qui in Capitolium se receperant, obsidionem tolerarunt: pars mox à clade Veios agmine delati dictatorem creauerunt M. Furium Camillum, quem luxurians rebus prosperis populus peculatus damnatum eiecerat atq; in exilium pepulerat: tunc autem perculsum abiectumq; vulnere illo, quod acceperat, reuocans, permisit ei & credidit summum liberumq; imperium. Quod ne tempori hic vir sed legi putaretur ferre acceptum neq; vt complorata repub. exercitus suffragiis tumultuarii & palantis raptus: voluit ad senatores, qui Capitolium tenebant, voluntatem militum referri, eosq; authores fieri. Erat C. Pontius vir impiger: Hic cum prouinciam suscepisset militum sententiam in Capitolium nunciandi, periculo se ingenti obiecit: quod trāscundum per medios esset hostes, qui stationibus arcem & vallo vndiq; sepserant. Hic vt ad amnem tenebris venit, incubans suberibus latis, corpusq; leuitati permittens vehiculi, leniq; & placido flumine delatus tenuit tuto aduersam ripam. Postquam in terram euasit, perrexit quo lumina non cernebat, ex tenebris silentioq; solitudinem conliciens. Ac scandens præruptum saxum, qua vestigium admittebat, & prehendi poterat mollior deuexitas, anfractibus & asperitatibus ruptis affixus innixusque in virtutem euasit, receptusq; ab excubiis exposuit obsessis mandata, acceptoq; decreto ad Camillum regressus est. Cum diluxisset, quidam ex barbaris, qui illac forte transibat, vt aduertit hinc summa pedum vestigia & instabilium graduum notas: hinc obtritam & conuulsam qua terram vestiebat herbam, tractus etiam corporis & obliquos nixus: rem aliis indicauit. Hi monstrari ab hostibus sibi viam taciti in rupem eluctari aggressi sunt: noctecq;, qua infrequentissimi vigiles erant captantes cōscenderunt: fefelleruntq; nō solū stationes, verum etiam canes excubitores vigilumq; comites somno mersos. Haud defuit tamen fortunæ Romanæ quæ tantum discriminis enunciare & significare valeret vox. Sacri anseres apud templum Iunonis in honorem eius alebantur. Hoc animal sua natura facile ad omnem

mnem tumultum & strepitum expauescit, & tunc, quod in magna difficultate versantibus obsessis cibariorum negligerentur, tenue ex fame somno tenebantur: quare statim hostes perceperunt verticem rupis superantes, elatoq; clamore eos audacter petiuerunt. Mox armorum fulgore magis exterriti locum valido clangore asperoq; complerunt: qua Romani exciti & quid ageretur odorantes impulerunt & præcipites dederunt hostes. Ob huiusce casus memoriam ostentat se in hanc vsq; diem fortuna celebri pompa. Canis in crucem actus, & anser in amplo & splendido grabato & ferculo transferuntur. Proponit autem hoc spectaculum fortunæ vim, eiusq; ad omnia ex nec expectatis facultatem: quæ quando quid molitur & suis auspiciis res gerit, consilium stultis & insipientibus, animum & audaciam infundit ignauis. Quis enim non vere obstupescat & admiretur magno animi motu percitus, qui aliqua reputatione illam asperitatem & præsentem vrbis felicitatem complectitur, suspicitq; splendorem & opulentiam monimentorum, artificum certamina, munificentias ciuitatum, dona regum, omnium deniq;, quæcunque profert tellus, mare, insulæ, continentes, flumina, arbores animantes, campi, montes, metalla: horum inquam primitias contentionem suscepisse ad huius loci elegantiam specie & venustate excolendam: quam prope factum fuerit, hæc vt non nascerentur, vel non existerent, sed cum igne, terra caligine, obscuritate, gladiis barbaris & carnificibus animis omnia tenerentur: contemptæ, rationis expertes, & meticulosæ bestiæ caput fuerint salutis: vt etiam inclyti illi bello viri & duces, Manlii, Seruilii, Posthumii, Papirii posterarum familiarum proauthores tantum non interissent, nisi anseres eos ad dimicandum pro aris & focis ex somno exciuissent. Quod si ea quæ in secundo libro Polybius prodidit de Gallis, qui id temporis vrbem occupauerunt, vera sunt, cum obiectus eis nuncius esset profligari omnia domi à finitimis barbaris, qui eorum patriæ arma intulerant eamq; subiugabant, pacē pactos cum Camillo retrocessisse. fortuna citra controuersiam salutis eius extitit assertrix: quæ hostes distinuerit, imo præter expectationem ab Roma abstraxerit. Sed quid immorer in his, quæ nihil certi vel fixi habent: quod res Romanæ tunc perierint, earumq; interciderint, vt author Liuius est, Commentarii: cum sequentis æui res claræ & liquidæ indulgentiam fortunæ commonstrēt. Ego vero & Alexandri exitum numero viri, qui ingentibus successib. & insignibus victoriis ex inuicta audacia & spiritibus sideris modo volabat & traiiciebat in occidentem ex oriente, eiaculabaturq; iam armorum in Italiam fulgorem. Nam velamentum quidem erat ei expeditionis Alexander Molossus à Brutiis & Lucanis apud Pandæsiam obtruncatus. Trahebat autem hūc co vere, vt aduersus omnes mortales, gloriæ & imperii cupido: qua æmulabatur & enitebatur Liberi & Herculis expeditionum transcendere terminos. Accipiebat porro populi Romani potentiam & vires Italiæ propugnaculum esse. Siquidem nomen horum & fama adferebatur ad eum sicut athletarum infinitis duratorum bellis. Haud enim incruento Marte fuisset haud dubie decretum, si armis inexpugnabilib. tam indomiti animi concurrissent. Nam numerum efficiebant hi non minorem centum triginta millium militum: qui bellatores erant omnes & strenui,

Arma equites pariter docti & tractare pedestres.

**desiderantur multa.*

PLVTARCHI

De Alexandri fortuna vel virtute, Oratio prior.

FOrtuna, quæ proprium suum solius contendit opus esse Alexandrum, hæc allegat: cui repugnandum philosophiæ nomine, vel potius ipsius Alexandri: qui indigne ferat, si gratuitum & fortunæ beneficio accepisse putetur imperium: quod dū multo venale sanguine accepit, isq; aliis super alia vulneribus patat:

Complures noctes insomnes peruigilauit:
Atque dies crebros transigit sanguinolentos.

arma conferendo cum inuictis legionibus, cum innumeris gentibus, cum fluminibus insuperabilibus, rupibus editissimis, consilio, tolerantia, virtute, temperantia stipatus. Equidem arbitrer illum ita fortunā res suas præclare gestas sibi vendicantem allocututū. Noli virtuti meæ detrectare, neq; tolle vel adime gloriam. Tuum fuit Darius opificum: quem ex seruo & astante

regis

regis Persarum, dominum effecisti: Sardanapalus item: cuius caput purpuram carminantis insigni regio euinxisti. Ego Susa victor per Arbela ascendi. Cilicia mihi laxam pandit Ægyptum, Ciliciam Granicus, quem Mithridatis & Spithridatis cadauera calcans superaui. Decora te & vendita regibus, qui in Solem & puluerem non prodiere. Illi fortunati fuere Ochi & Artaxerxes: quos statim ab ortu in Cyri solio collocasti. Corpus meum notas fortunæ aduersariæ non sociæ præfert multas. Primum in Illyrico caput lapide, collum pistillo comminutum est. Deinde ad Granicum caput gladio conscissum barbarico, ad Issumense femur, apud Gazam ictus sagitta talus, & cadens ex sella grauis humerum contorsi. Apud *Marcadartas sagittis tibię os concisum. Denique inflicta ab Indis vulnera, impetus ardentes vbique, quando humerus sagitta fuit traiectus. In Gandidris crus, apud Mallotas telo arcu misso atque alte infixa eius cuspide pectus vulneratum, & pistilli ictu secundum collum vulnus accepi: quando admotæ muris scalæ confractę sunt. Ibi me fortuna vnum inclusit: non claris aduersariis, sed obscuris barbaris facinus tantum largiens. Quod nisi pelta me protexisset Ptolemæus, & Limnæus mille pro me telis exceptis cecidisset, diruissentque ira & vi Macedones murum: fuisset barbarus ille & ignobilis vicus Alexandri tumulus. Iam ipsa expeditio quid habuit aliud, quam procellas, squalores profunda flumina, cœlo iuncta montium iuga, species beluarum inusitatas, feros victus, dynastarum defectiones & subinde proditiones? Nam hæc præcesserunt expeditionem meam: post bella Philippica caput palpitabunda erigebat Græcia, excutiebant ab armis Athenæ puluerem Chæronicum ex clade assurgentes, iūgebant se eis Thebæ manus porrigētes, tota male cogitans Macedonia ad Amyntam & Æropi filios spectabat, irruperunt Illyrii, Scythæ nouationibus finitimis erecti erant, aurum Persicum vbique per concionatores manans impellebat Peloponnesum: inania Philippi æraria, imo ære alieno mersa, vt tradit Onesicritus, ducentorum talentorum. Tantis in angustiis & rebus turbulentis adolescens modo ex pueris excedens Babylonem ausus est & Susa sperare, atque adeo imperium orbis terræ sibi spondere triginta millibus peditum, quatuor equitum fretus. Hunc enim numerum Aristobulus tradit, rex Ptolemæus triginta millium peditum, quinque equitum: Anaximenes quadraginta trium millium peditum, quinque millium quingentorum equitum. Præclarum vero ei & amplum parauerat fortuna viaticum septuaginta talenta, vt est Aristobulus author, vt Duris triginta modo dierum commeatum. Ergo inconsulte & præcipitanter Alexander tanta in tenuitate ad tantam adoriendam potentiam prosiliit? Minime. Quis enim maioribus vel præstantioribus subsidiis ad res gerendas profectus est, animi sublimitate, intelligentia, temperantia, fortitudine: quibus adminiculis eum ad expeditionem instruxit philosophia, pluribusque à præceptore Aristotele quam à Philippo parente præsidiis subornatus in Persas traiecit. Sane scribentibus testatum aliquando Alexandrum Iliadem & Odysseam ipsum pro expeditionis compendio comitari, honoris Homeri causa credimus: sed Iliadem si dicas & Odysseam pro leuamine eum laborum, traducendi temporis, & fallendi ocii secutas: verum autem subsidium præcepta philosophiæ fuisse, & de animi fiducia, de fortitudine, de continentia item & excelsitate animi commentarios, facile tibi accedimus: aspernamurque, quod de syllogismis nihil vel de pronunciatis, quæ axiomata dicuntur, scripserit, neque in Lyceo deambulauerit, neque quæstiones disceptauerit in Academia. His enim metiuntur philosophiam illi, qui in verbis eam non in factis ponunt. Et quidem neque Pythagoras scriptitauit quicquam, neque Socrates, neq; Arcesilaus, neq; Carneades philosophorum grauissimi: cum tamen non distringerentur illi tantis bellis, non regibus barbaris domandis, non vrbibus inter feras gentes Græcis condendis: neq; illeges & immanes nationes docendarum legum gratia vel iuris fœderum adierunt: verum quamuis etiam ocio abundarent, scribendi partes sophistis reliquerunt. Vnde igitur crediti sunt philosophari? ex dictis suis vel ex vita acta, vel ex doctrina: inde Alexander quoque æstimetur. Nempe comperietur ex dictis suis, ex factis, ex præceptis philosophus. Ac primum, quod maxime est stupendum, si ita videtur, specta Alexandri discipulos, eosque cum Platonis vel Socratis committe. Bonæ indolis hi & suæ linguæ homines erudierunt, si nihil aliud linguæ Græcæ intelligentes, nec multi tamen eorum præceptis acquieuere: sed Critiæ, sed Alcibiades & Clitophontes doctrinam sicut frenum respuentes alio deflexerunt. Alexandri vero disciplinam si inspicias, Hyrcanos fœdera connubialia docuit colere, agriculturam tradidit Araschosiis: Sogdianos induxit patres vt alerent, non occiderent: Persas, vt venerarentur genitrices suas, atque earum abstinerent connubiis. Admirabilem philosophiam, cuius gratia Indi deos Græcos colunt, Scythæ humant non deuorant defunctos. Stupemus Corneadis neruos, quod Clitomachum, qui ante dicebatur Asdrubal, natione Pœnum Græcorum mores induere compulerit. Suspicimus Zenonis facultatem, quod Babylonium Diogenem ad philosophiæ se dedendum traxerit. At subiungante Asiam Alexandro legebatur Homerus: Persarum, Susianorum, & Gedrosiorum filii Euripidis & Sophoclis tragœdias canta-

* Alii, Macacadartos.

cantabant. Ac Socrates, qui peregrina dæmonia inuehebat, à quadruplatoribus Atheniensib.
est damnatus. Alexãder in causa fuit, cur Græcorum deos Bactra & Caucasus sint venerati. Pla-
to, qui vnius ciuitatis scripsit formam, neminem adduxit, qui ea propter austeritate vteretur.
Alexander vrbes plus septuaginta in solo barbarico excitauit, conserendoque Asiam Græcis
mysteriis feram eorum vitam cicurauit. Iam Platonis pauci voluimus leges. Alexandri le-
gibus innumeri homines vsi sunt & vtuntur: beatioresque euaserunt ab Alexandro subacti illis
qui ei sunt elapsi. Hos enim ex misera vita exemit nemo, illos agere compulit victor in felici-
tate. Itaque quod ait Themistocles, cum munera exul à rege magnifica consecutus esset at-
que vrbes accepisset vectigales tres, vnam in frumentum, alteram in vinum, in pulmentarium
10 tertiam: Perieramus filii, nisi periissemus: hoc de subiugatis ab Alexandro iustore iure di-
xeris: haud mansuefacti sint, nisi essent deuicti. Non haberet Alexandriam Ægyptus, neque
Seleuciam Mesopotamia, neque Sogdiani Prophthasiam, non Bucephaliam India, neque vr-
bem Græcam Caucasus: e colam: quibus astricta eum esset, extincta est feritas, exuitque à me-
liore assuefacta deterius. Quare si plurimum hinc philosophi gloriantur, quod rudes & rigidos
mores mirificent & componant: innumerabiles autem nationes & ingenia fuisse ab Alexandro
immania apparet flexa, merito summus philosophus numeratur Alexander. Atqui resp quæ
tantopere in admiratione est conditoris Stoicorum sectæ Zenonis, hoc habet argumenti, ne
diuersis oppidis & populis habitemus, suis quisq; discriminati legibus: sed omnes mortales du-
camus populares & ciues nostros, vna sit vitæ ratio & mundus vnus vt gregis vnius generis com-
20 pascuo in agro compascentis. Hoc scriptis Zeno mandauit, cum velut in somnium vel simula-
chrum philosophice & recte instituti reip. informaret. Alexander verba factis comprobauit.
Siquidem non, vt ei consulebat Aristoteles, Græcis ducem se, barbaris præbens dominum: ne-
que superiores vt amicos & familiares respiciens, cum his sicut cum brutis & stirpibus agens,
imperium solicitantibus pacem exulibus & infidis seditionibus impleuit: sed communem mis-
sum diuinitus se arbitrans omnium rerum moderatorem & arbitrum: quos oratione non con-
ciliauit, compellendo eos armis, omnia vndiq; in vnum contraxit: & perinde ac si in poculo
conuiuali vitas, mores, connubia, victus rationes cõmisceret: pro patria orbem terræ præcepit
omnibus habere, castra pro arce & præsidio, propinquis bonos, pro alienis improbos: Græcos
& Barbaros non chlamyde, non creta, non acinace, non denique candye discriminare: verum
30 Græcos virtute, barbaros vitiis censere: promiscua vero existimare vestes, mensas, coniugia, vi-
uendi modos sanguine inter se & liberorum pignoribus copulatos. Demaratus quidem
Corinthius vnus ex Philippi hospitibus & amicis, quando Alexandrum Susis conspexit exul-
tans gaudio atque ad lachrymas effusus ingenti dixit lætitia fraudatos, qui ante obiissent, Græ-
cos: quod sedentem in Darii solio Alexandrum non vidissent. Ego hercle nihil hoc specta-
culo felices iudicem eos, qui, quod & fortunæ erat & vulgarium regum, spectauere. Il-
lorum vero præclarorum & sacrorum libens mihi videor spectator fuisse sponsaliorum:
cum vno sub tabernaculo auro intertexto coëgit in eosdem penates & ad communem
mensam centum sponsas Persidas, centumque sponsos Macedonas ac Græcos, atque co-
ronatus ipse hymenæum princeps orsus, quasi conuiuale carmen accinens in consortium
40 coëuntibus maximis & potentissimis populis, vnius ipse sponsus, omnium vero auspex si-
mul & pater conciliatorque fœdere nuptiali coniunxit. Cupide enim dixissem: Barbare Xer-
xe & insipide, qui multum in Hellesponto ponte iungendo nequicquam desudasti; ita corda-
ti reges Asiam Europæ connectunt, non lignis, non ratibus, non surdis atque rigidis vinculis,
cæterum amore legitimo, castis nuptiis, & liberorum consortio gentes conglutinando.
Hunc respiciens Alexander cultum, non est vestem Medicam, sed multo hac simpliciorem
admisit Persicam. Siquidem ex cultu barbarico, quod insolens & tragicum erat, reiiciens, ceu
tiaram, candyn, & subligacula, ex Macedonico & Persico ritu temperatam quandam, quod E-
ratosthenes scriptum reliquit, gerebat stolam: atque vt philosophus indifferentibus vtebatur
vt imperator communis erat & rex popularis vestitus honore deuictorum concilians chari-
50 tatem: quo in fide persisterent diligerentque vt principes Macedonas, non vt hostes graua-
rentur. Contra enim insulsi & inflati animi erat coloriam chlamydem magnifacere, tuni-
cam prætextam contemnere: aut viceuersa his obstupescere, illas vilipendere infantis more
amictum retentantem, quod ritus eum patrius sicut nutrix velauit. Venatores ceruorum ter-
gora induunt: tunicis circumiiciuntur pennaris, qui capturę insidiantur auium. Cauent tau-
ris se offerre in vestitu puniceo, in tunicis candidis elephantis. Lacessuntur enim iis coloribus
hæ bestiæ efferanturque. Quod si magnus rex gentes indomitas & bellicosas tanquam feras ci-
curans & mulcens vestibus vernaculis & solitis mansuefecerit eas consuetudine quotidiana,
atq; in officio continuerit animi ægritudine placanda & leniendo mœrore: reprehendunt non
suspiciunt eam sapientiam: quod leui vestitus mutatione Asiam deliniuerit: qui cum armis
corpo-

regis Persarum, dominum effecisti: Sardanapalus item: cuius caput purpuram carminantis insigni regio euinxisti. Ego Susa victor per Arbela ascendi. Cilicia mihi laxam pandit Ægyptum, Ciliciam Granicus, quem Mithridatis & Spithridatis cadauera calcans superaui. Decora te & vendita regibus, qui in Solem & puluerem non prodiere. Illi fortunati fuere Ochi & Artaxerxes: quos statim ab ortu in Cyri solio collocasti. Corpus meum noras fortunæ aduersariæ non sociæ præfert multas. Primum in Illyrico caput lapide, collum pistillo comminutum est. Deinde ad Granicum caput gladio conscissum barbarico, ad Issumense femur, apud Gazam ictus sagitta talus, & cadens ex sella grauis humerum contorsi. Apud *Marcadartas sagittis tibiç os concisum. Denique inflicta ab Indis vulnera, impetus ardentes vbique, quando humerus sagitta fuit traiectus. In Gandidris crus, apud Mallotas telo arcu misso atque alte infixa eius cuspide pectus vulneratum, & pistilli ictu secundum collum vulnus accepi: quando admotæ muris scalæ confractę sunt. Ibi me fortuna vnum inclusit: non claris aduersariis, sed obscuris barbaris facinus tantum largiens. Quod nisi peltame protexisset Ptolemæus, & Limnæus mille pro me telis exceptis cecidisset, diruissent que ira & vi Macedones murum: fuisset barbarus ille & ignobilis vicus Alexandri tumulus. Iam ipsa expeditio quid habuit aliud, quam procellas, squalores profunda flumina, cœlo iuncta montium iuga, species beluarum insusitatas, feros victus, dynastarum defectiones & subinde proditiones? Nam hæc præcesserunt expeditionem meam: post bella Philippica caput palpitabunda erigebat Græcia, excutiebant ab armis Athenæ puluerem Chæronicum ex clade assurgentes, iũgebant se eis Thebæ manus porrigẽtes, tota male cogitans Macedonia ad Amyntam & Æropi filios spectabat, irruperunt Illyrii, Scythæ nouationibus finitimis erecti erant, aurum Persicum vbique per concionatores manans impellebat Peloponnesum: inania Philippi æraria, imo ære alieno mersa, vt tradit Onesicritus, ducentorum talentorum. Tantis in angustiis & rebus turbulentis adolescens modo ex pueris excedens Babylonem ausus est & Susa spetare, atque adeo imperium orbis terræ sibi spondere triginta millibus peditum, quatuor equitum fretus. Hunc enim numerum Aristobulus tradit, rex Ptolemæus triginta millium peditum, quinque equitum: Anaximenes quadraginta trium millium peditum, quinque millium quingentorum equitum. Præclarum vero ei & amplum parauerat fortuna viaticum septuaginta talenta, vt est Aristobulus author, vt Duris triginta modo dierum commeatum. Ergo inconsulte & præcipitanter Alexander tanta in tenuitate ad tantam adoriendam potentiam prosiliit? Minime. Quis enim maioribus vel præstantioribus subsidiis ad res gerendas profectus est, animi sublimitate, intelligentia, temperantia, fortitudine: quibus adminiculis eum ad expeditionem instruxit philosophia, pluribusque à præceptore Aristotele quam à Philippo parente præsidiis subornatus in Persas traiecit. Sane scribentibus testatum aliquando Alexandrum Iliadem & Odysseam ipsum pro expeditionis compendio comitari, honoris Homeri causa credimus: sed Iliadem si dicas & Odysseam pro leuamine eum laborum, traducendi temporis, & fallendi ocii secutas: verum autem subsidium præcepta philosophiæ fuisse, & de animi fiducia, de fortitudine, de continentia item & excelsitate animi commentarios, facile tibi accedimus: aspernamurque, quod de syllogismis nihil vel de pronunciatis, quæ axiomata dicuntur, scripserit, neque in Lyceo deambulauerit, neque quæstiones disceptauerit in Academia. His enim metiuntur philosophiam illi, qui in verbis eam non in factis ponunt. Et quidem neque Pythagoras scriptitauit quicquam, neque Socrates, neq; Arcesilaus, neq; Carneades philosophorum grauissimi: cum tamen non distringerentur illi tantis bellis, non regibus barbaris domandis, non vrbibus inter feras gentes Græcis condendis: neq; illeges & immanes nationes docendarum legum gratia vel iuris fœderum adierunt: verum quamuis etiam ocio abundarent, scribendi partes sophistis reliquerunt. Vnde igitur crediti sunt philosophari? ex dictis suis vel ex vita acta, vel ex doctrina: inde Alexander quoque æstimetur. Nempe comperietur ex dictis suis, ex factis, ex præceptis philosophus. Ac primum, quod maxime est stupendum, si ita videtur, specta Alexandri discipulos, eosque cum Platonis vel Socratis committe. Bonæ indolis hi & suæ linguæ homines erudierunt, si nihil aliud linguæ Græcæ intelligentes, nec multi tamen eorum præceptis acquieuere: sed Critiæ, sed Alcibiades & Clitophontes doctrinam sicut frenum respuentes alio deflexerunt. Alexandri vero disciplinam si inspicias, Hyrcanos fœdera connubialia docuit colere, agriculturam tradidit Arachosiis: Sogdianos induxit patres vt alerent, non occiderent: Persas, vt venerarentur genitrices suas, atque earum abstinerent connubiis. Admirabilem philosophiam, cuius gratia Indi deos Græcos colunt, Scythæ humant non deuorant defunctos. Stupemus Corneadis neruos, quod Clitomachum, qui ante dicebatur Asdrubal, natione Pœnum Græcorum mores induere compulerit. Suspicimus Zenonis facultatem, quod Babylonium Diogenem ad philosophiæ se dedendum traxerit. At subiungante Asiam Alexandro legebatur Homerus: Persarum, Susianorum, & Gedrosiorum filii Euripidis & Sophoclis tragœdias

canta-

*Alii, Macadartos.

10

20

30

40

50

cantabant. Ac Socrates, qui peregrina dæmonia inuehebat, à quadruplatoribus Atheniensib. est damnatus. Alexãder in causa fuit, cur Græcorum deos Bactra & Caucasus sint venerati. Plato, qui vnius ciuitatis scripsit formam, neminem adduxit, qui ea propter austeritatem vteretur. Alexander vrbes plus septuaginta in solo barbarico excitauit, conserendoque Asiam Græcis mysteriis feram eorum vitam cicurauit. Iam Platonis pauci voluimus leges. Alexandri legibus innumeri homines vsi sunt & vtuntur: beatioresque euaserunt ab Alexandro subacti illis qui ei sunt elapsi. Hos enim ex misera vita exemit nemo, illos agere compulit victor in felicitate. Itaque quod ait Themistocles, cum munera exul à rege magnifica consecutus esset atque vrbes accepisset vectigales tres, vnam in frumentum, alteram in vinum, in pulmentarium 10 tertiam: Perieramus filii, nisi periissemus: hoc de subiugatis ab Alexandro iustore iure dixeris: haud mansuefacti sint, nisi essent deuicti. Non haberet Alexandriam Ægyptus, neque Seleuciam Mesopotamia, neque Sogdiani Prophthasiam, non Bucephaliam India, neque vrbem Græcam Caucasus: e quorum: quibus astricta cum esset, extincta est feritas, exuitque à meliore assuefacta deterius. Quare si plurimum hinc philosophi gloriantur, quod rudes & rigidos mores mirificent & componant: innumerabiles autem nationes & ingenia fuisse ab Alexandro immania apparet flexa, merito summus philosophus numeratur Alexander. Atqui resp quæ tantopere in admiratione est conditoris Stoicorum sectæ Zenonis, hoc habet argumenti, ne diuersis oppidis & populis habitemus, suis quisq; discriminati legibus: sed omnes mortales ducamus populares & ciues nostros, vna sit vitæ ratio & mundus vnus vt gregis vnius generis com- 20 pascuo in agro compascentis. Hoc scriptis Zeno mandauit, cum velut in somnium vel simulachrum philosophice & recte instituti reip. informaret. Alexander verba factis comprobauit. Siquidem non, vt ei consulebat Aristoteles, Græcis ducem se, barbaris præbens dominum: neque superiores vt amicos & familiares respiciens, cum his sicut cum brutis & stirpibus agens, imperium solicitantibus pacem exulibus & infidis seditionibus impleuit: sed communem missum diuinitus se arbitrans omnium rerum moderatorem & arbitrum: quos oratione non conciliauit, compellendo eos armis, omnia vndiq; in vnum contraxit: & perinde ac si in poculo conuiuali vitas, mores, connubia, victus rationes cõmisceret: pro patria orbem terræ præcepit omnibus habere, castra pro arce & præsidio, propinquis bonos, pro alienis improbos: Græcos & Barbaros non chlamyde, non creta, non acinace, non denique candye discriminare: verum 30 Græcos virtute, barbaros vitiis censere: promiscua vero existimare vestes, mensas, coniugia, viuendi modos sanguine inter se & liberorum pignoribus copulatos. Demaratus quidem Corinthius vnus ex Philippi hospitibus & amicis, quando Alexandrum Susis conspexit exultans gaudio atque ad lachrymas effusus ingenti dixit lætitia fraudatos, qui ante obiissent, Græcos: quod sedentem in Darii solio Alexandrum non vidissent. Ego hercle nihil hoc spectaculo felices iudicem eos, qui, quod & fortunæ erat & vulgarium regum, spectauere. Illorum vero præclarorum & sacrorum libens mihi videor spectator fuisse sponsaliorum: cum vno sub tabernaculo auro intertexto coëgit in eosdem penates & ad communem mensam centum sponsas Persidas, centumque sponsos Macedonas ac Græcos, atque coronatus ipse hymenæum princeps orsus, quasi conuiuale carmen accinens in consortium 40 coëuntibus maximis & potentissimis populis, vnius ipse sponsus, omnium vero auspex simul & pater conciliatorque fœdere nuptiali coniunxit. Cupide enim dixissem: Barbare Xerxe & insipide, qui multum in Hellesponto ponte iungendo nequicquam desudasti: ita cordati reges Asiam Europæ connectunt, non lignis, non ratibus, non surdis atque rigidis vinculis, cæterum amore legitimo, castis nuptiis, & liberorum consortio gentes conglutinando. Hunc respiciens Alexander cultum, non est vestem Medicam, sed multo hac simpliciorem admisit Persicam. Siquidem ex cultu barbarico, quod insolens & tragicum erat, reiiciens, ceu tiaram, candyn, & subligacula, ex Macedonico & Persico ritu temperatam quandam, quod Erathosthenes scriptum reliquit, gerebat stolam: atque vt philosophus indifferentibus vtebatur vt imperator communis erat & rex popularis vestitus honore deuictorum concilians chari- 50 tatem: quo in fide persisterent diligerentque vt principes Macedonas, non vt hostes grauarentur. Contra enim insulsi & inflati animi erat coloriam chlamydem magnifacere, tunicam prætextam contemnere: aut vicecuersa his obstupescere, illas vili pendere infantis more amictum retentantem, quod ritus eum patrius sicut nutrix velauit. Venatores ceruorum tergora induunt: tunicis circumiiciuntur pennatis, qui capturę insidiantur auium. Cauent tauris se offerre in vestitu puniceo, in tunicis candidis elephantis. Lacessuntur enim iis coloribus hæ bestiæ efferanturque. Quod si magnus rex gentes indomitas & bellicosas tanquam feras cicurans & mulcens vestibus vernaculis & solitis mansuefecerit eas consuetudine quotidiana, atq; in officio continuerit animi ægritudine placanda & leniendo mœrore: reprehendunt non suspiciunt eam sapientiam: quod leui vestitus mutatione Asiam deliniuerit: qui cum armis

corpo-

corpora subiugasset, amictu allexit animos. Atqui Socraticum commendant Aristippum: quod sordido pallio & chlamyde vestitus Milesia, vtroque decorum retinuerit. Alexandro exprobrant quod amictum ornans patrium nec bello partum fastidiuerit, qui magnarum rerum moliebatur rudimenta. Neque n. latronum more Asiam vastauit, neque vt insperatæ felicitatis rapinam & prædam lacerare vexareque instituit: quomodo post Italiam Annibal, supra Treres Ioniam & Scythæ incursauerunt Mediam: verum quo vni audientia rationi omnia, quæcunque in terra sunt, & reip. populum vnum vnius omnes mortales efficeret, ad eum modum sese composuit. Quod nisi repente Alexandri spiritum illi, qui eum cœlitus emiserat, reuocasset Deus: lex homines cunctos vna lustraret, atque ad vnius iuris formam velut ad commune lumen dispensaret. Nunc exors mansit solis orbis portio, quæ Alexandrum non aspexit. Itaque primum expeditionis Alexandri consilium efficit eum philosophum: qui sibi non delicias luxumque, sed mortalibus omnibus concordiam, pacem, & mutua commercia parare destinauerit. Secundo loco dicta eius consideremus. Quandoquidem etiam aliorum regum dynastarum mores vocibus animi produnt potissimum. Senex Antigonus, cum sophista nescio quis commentarios ei occineret de iustitia: Stolidus es, inquit, qui cum alienas me vrbes cernas machinis quatientem, de iustitia disputas. Dionysius tyrannus pueros præcepit, talis, viros iureiurando circumuenire. Sardanapali monimentum hanc habet inscriptionem:

Hæc habeo, quæ edi, quæque exaturata voluptas
Hausit.

Quis neget his dictis hinc voluptatem, hinc impietatem, iniustitiam, & immodicam cupiditatem proponi? At Alexandri vocibus si diadema. Ammonem, & nobilitatem natalium remoueris: Socratis vel Platonis, vel Pythagoræ eas esse iudicabis. Neque n. quas simulachris eius poëtæ & statuis verborum ampullas inscripserunt, dum non modestiam sed potentiam Alexandri spectant, euremus.

Æreus aspectans cælum proferre videtur:
Asseruí terram, sidera habeto Deus.

Alexander ego Ioue natus. Cæterum his, vt dixi, adulantes poëtæ fortunam eius sunt affati. At ex germanis Alexandri dictis primo loco exequaris puerilia. Hic cum pedum pernicitate æqualibus omnibus iuuenibus præcelleret, atque sodales eum ad certamen Olympicum accenderent, quæsiuit an reges certaturi essent. Negantibus illis, iniquam ostendit concertationem esse, in qua palmam relaturus esset de priuatis, vincendus rex: Cum pater Philippus in Triballis femore lancea traiecto è periculo quidem euolasset sed claudicatione angeretur: Bono animo pater, inquit, es, ac prodi in publicum: quo virtutis ingrediendo memineris. Quid hæc, nonne mentis sunt philosophicæ atque ex rerum ardore honestatum corporis detrimenta contemnentis? Quemadmodum in suis ipsum gloriatum vulneribus censes: qui in singulis monimentum gestabat gentis, victoriæ, vrbium captarum, & in potestatem venientium regum: certe non texisse vel occuluisse cicatrices, sed quasi insculptas imaginem circumtulisse virtutis & strenuitatis. Iam si quando Homeri carminum in confabulationibus vel inter pocula fieret contentio alio alium versum proferente, ille vt omnium præstantissimum probabat hunc:

Vtrunque insignis rex iuxta ac fortis in armis.

Quam laudem tempore præceperat alius, hanc sibi pro lege lata est interpretatus: vt dixerit quis Homerum eodem metro Agamemnonis celebrasse virtutem & Alexandri vaticinatum esse. Igitur transmisso Hellesponto lustrauit Troiam, gesta heroica animo reuoluens. Vbi cum ex prouincialibus quispiam ei Paridis lyram, si vellet, ostenderet se daturum: Nihil, inquit, illam requiro: quando Achillis teneo, ad quam ille recreabatur,

Cantabat decora illa virorum.

Paridis ista eneruem & effœminatam protsus canebat modis amatoriis harmoniam. Sed & animi est philosophici sapientiam sectari, virosque supra omnia suspicere sapientes: quod Alexander si quis alius rex habuit. Ac quo animo erga Aristotelem fuerit, retulimus, & quod harmonicum Anaxarchum præ cæteris amicis in honore habuerit. Pyrrhoni Eleo vt primum ipsum conuenit, mille aureos donauit. Platonis assectatori Xenocrati quinquaginta talenta dono misit. Onesicritum Diogenis Cynici discipulum gubernatoribus præfecit, vt est à compluribus memoriæ proditum. Ipso cum Diogene apud Corinthum congressus vsque adeo obstupuit admiratusque est vitam & grauitatem morum eius, vt crebro mentionem eius faciens diceret: Nisi Alexander essem, Diogenes esse vellem id est, literarum studiis me dederem, nisi philosophum agerem factis: Non ait Nisi rex essem, Diogenes vellem esse: neque nisi opulentus & Argeades. Neque enim potiorem habebat sapientia fortunam, neque purpuram & diadema mantica & obsoleto pallio: sed ait: Nisi Alexander essem, Diogenes esse vellem, id est nisi barbaros conglutinare in animo haberem cum Græcis, vniuersumque orbem peragrando ad humaniorē vitam perdu-

perducere, lustratisque terræ & maris finibus applicare. Oceanum Macedoniæ, Græciamque disseminare, & populos perfundere omnes iustitia & pace: haudquaquam in imperio inerti indulgens deliciis desiderem: Verum diogenis æmularer frugalitatem. Nunc ignosce Diogene mihi. Vestigiis Herculis insisto, Persea sector, ac Liberi patris cõsequens vestigia dei generis mei proauthoris & atavi volo iterum victores in India tripudiare Græcos, ac montes vltra Caucasum incolentibus ferisque hominibus comessationes Bacchicas refricare. Ac nonnullos tenet fama ibi esse, qui rigidam & nudam sectentur sapientiæ professionem, viros sanctos atq; immunes suis legibus, deo vacantes, qui Diogene duriorem vitam agant, neque manticam desiderent. Neq; enim penum recondunt: quod recentem semper ac noviriam à terra petant. Potum fundunt amnes. Folia ex arboribus decidua ac herba telluris lectum præbent. Mea opera tum illi Diogenem cognoscent, tum Diogenes illos. Moneta etiam invertenda est mihi, ac pro nota barbara signanda Græca. Cedo iam, res hæ illius gestæ vtrum temeritatem casus vimque bellicam & violentiam præ se ferunt? an hinc ingentem fortitudinem & iustitiam, illinc ingentem temperantiam, lenitatem, modestiam, prudentiam cum sobrio & acri consilio omnia transigentis? Neque habeo medius fidius discrimen notare, vt assignem hoc fortitudini, illud humanitati, aliud continentiæ. Cæterũ quicquid gessit, videtur virtutibus temperatum omne omnibus: comprobauitq; ille decretum istud Stoicum, quicquid agat sapiens, id eum ex omni virtutum genere efficere. Vnius quidem virtutis in singulis actionibus primæ partes sunt: sed aduocatas habet ad opus perficiendum reliquas. Ac cernere in Alexandro est vim bellicam humanitate conditam, lenitatem virilem, frugi largitatem, placabilem iracundiam, amores castos, animi remissionem non ociosam, labores non irrecreabiles. Quid temperauit bellis festa? Quis comessationibus expeditiones? Quis vrbium obsidionibus & rerum actibus Bacchationes, nuptias, & hymenæos? Quis ius violantibus infestior, aut mitior ærumnosis? Quis repugnãtibus durior, vel supplicibus tacilior? Hic mihi in mentem venit illud cum Poro actum commemorare. Qui vt fuit captus, & ad Alexandrum raptus, roganti quemadmodũ de ipso statueret: Regaliter, inquit, Alexander. Quo iterum requirente, num quid aliud? Nihil, inquit. Siquidem in hoc verbo regaliter sunt omnia. Mihi vero subit Alexandri gestis singulis succlamare, Philosophice. Hoc enim complectitur omnia. Roxanes amore capt⁹ Oxyatbris filiæ, quę inter captiuas saltabat, non obtulit ei vitium, sed duxit vxorem: Philosophice. Darium conspicatus iaculis confossum non sacra diis fecit, non Pæana cecinit tanquam diuturno profligato bello: sed detraxit sibi chlamydem, eamq; iniecit mortuo, velut stirpem aliquam fortunæ regiæ opperiens: Philosophice. Epistolam aliquando matris arcanam cum peruolutaret, assidentem forte Hephæstionem, atq; vna aperta simplicitate eam legentem non interpellauit: sed annulum suum ori eius admouit, consignans amici fide silentium: Philosophice. Nam hæc si philosophica nõ sunt quæ sunt alia? Comparemus hæc cum factis aliorum, qui sine controuersia habiti sunt philosophi. Socrates concubitũ admisit Alcibiadis. Alexander, cum Philoxenus oræ maritimæ præfectus ei scripsisset, puerum in Ionia esse flore ætatis & venustate præcellentissimum, quæreretq; per literas, an eum missurus ad ipsum esset: rescripsit acerbe: Quid in me homo nequissime vnquam comperisti, vt mihi huiuscemodi lenociniis blandireris? Xenocrates, quod talenta quinquaginta ab Alexandro missa dono nõ acceperit, miraculo nobis est: non, quod ille dederit. An non iuxta pecuniam contemnere arbitramur largientem ac nõ admittentem? Non egebat diuitiis philosophiæ causa Xenocrates: at egebat iis Alexander eiusdẽ causa philosophiæ, vt talibus daret. Illorum memoriam colimus, qui contemnendæ mortis nobis elogia reliquere. Ea quoties protulit, cum iaculis peteretur & premeretur Alexander. Quamuis recto iudicio oẽs homines esse præditos censemus. Quippe ducit sua sponte natura ad honestum. Cæterum hoc præstant cæteris philosophi, quod iudicium in periculis solidum & fixum habeant. Quando huiusmodi quædam anticipata in animis habent,

Optimum id augurium est patriam defendere solum. Et,

Est terminus fatum omnibus mortalibus.

vel si se quis in cõclaue penitus abstruserit. Atqui bonos viros egregiis cœptis semper incũbere bonam spem sibi proponentes decet: Quicquid vero deus dederit, id ferre generose. At frangunt temporum articuli præsentibus periculis hominum consilia, & iudicia elidunt vrgentib⁹ discriminibus imaginationes. Timor enim non modo memoriam percellit, vt est apud Thucydidem: sed & constitutum omne, studiumq;, & animi impulsum. Verum his vincula inciicit philosophia.

* *
*

PLVTARCHI

De Alexandri fortuna vel virtute Oratio posterior.

EFFLVXIT sane nobis heri referre Alexandri seculum multis artibus & insignibus felix ingeniis fuisse proferendis. At non Alexandri hoc, sed fortunæ fuit illorum: vt illis testis obtingeret & spectator is, qui cum optime existimare de operis elegantia, tum maxime posset remunerare. Ac memorant aliquot post annis quempiam ad Archestratum poëtam festiuum, qui in mendicitate tamen & obscuritate consenuit dixisse: 10 Tu vero si Alexandro contemporaneus fuisses, in singulos versus Cyprum tibi vel Phœniciam donasset. Equidem illius memoriæ artifices non tam sub Alexandro quam propter Alexandrum nobilissimos extitisse existimo. Siquidem fructuum vbertatem tecta temperatura & subtilitas circumfundentis nos efficit aëris: artium & ingeniorum incrementum bonorum candor, honos, & humanitas regis excitat: vicissim inuidia, sordibus æmulatione principum extinguitur & marcescit, quicquid est eius generis. Dionysius tyrannus, vti fama est, nobilem citharœdum audiens ostendit talentum se ei donaturum. Qui cum promissum postridie flagitaret: Heri, inquit, oblectatus abs te, quantisper canebas, oblectaui te vicissim spe. Itaque delinimenti tui præmium inuicem delinitus ilico recepisti. Pheræorum Alexander tyrannus (quo hic vno nomine vocitari non maculare deberet cognomen) dum spectat tragœdiam quandam, 20 percitus fuit ex titillatione motu maiore miserationis. Vnde prosiliens ex theatro propetanti* subduxit se: rem indignam esse ferens conspici se, qui tam multos ciues iugulasset, Hecubæ & Polyxenæ calamitatibus illachrymantem. Nec multum abfuit, quin male tragœdū mulctarit, quod animum suum ferri modo liquefecisset. Archelaum, qui ad largiendum habebatur astrictior, cantans Timotheus hoc taxauit subinde dicterio: Tu sane terrigenam laudas pecuniam. Cui Archelaus occurrit haud inconcinne: At tu poscis. Scytharum rex Atheas tibicini Ismeniæ iussit in conuiuio tibia canere. Stupentibus tibiæ modulamine cæteris plaudentibusq; ipse malle iurauit se hinnientem audire equum. Vsqueadeo aures à Musis remotas animumque in præsepibus habebat non ad equos sed ad asinos audiendos natum. Quod igitur apud tales reges incrementum artis & Musarum harum vel honos sit? quando nec apud eos, qui haberi in 30 his artifices volunt, atque idcirco liuore & odio veros artifices calcant: in quibus iterum producendus Dionysius est, qui poëtam Philoxenum, quod eius tragœdiam emendare iussus ab ipso vsque capite ad calcem totam circumduxisset, in Latomias condidit. Fuit Philippus quoque hic, vt qui sero ad eas applicuisset animam, sui dissimilior & minus grauis. Huic cum fidicine memorant de pulsandarum fidium ratione certanti, cum putaret illum se coarguere, renitentem dixisse hominem: Dii melius rex, quam vt ita sis infelix, me vt ista notis rectius. At Alexander, qui sciret, quorum spectatorem & auditorem esse deceret, atq; in quibus certare & ipsum elaborare: hoc quidem, armis vt præcelleret, meditabatur assidue, atque vt esset, quod Æschylus ait,

Bellator acris & tremendus hostibus: 40

Hanc tenebat artem auitam ab Æacidis & Hercule. Cæteris artibus honorem citra æmulationem habebat: atque vt nobilitatem & Veneres amplectebatur earum, ita blandimento ad eas sectandas nō trahebatur. Floruerunt sub eo tragœdi Thessalus & Athenodorus. Quibus in certamen inter se descendentibus sumptum præbuerunt reges Cypri, iudices fuerunt delectissimi duces. Vt palmam tulit Athenodorus: Mallem, inquit, regni portionem amisisse, quam Thessalum videre victum. Cæterum neque verbum cum iudicibus commutauit, neque de iudicio est questus, quod omnibus debere existimaret se præcellere, concedere tamen iustitiæ. Comœdi fuerunt Lycon & *Scarpheus. Huic cum comœdiæ cuipiam versum intertexuisset, qui petitionem contineret, arridens decem talenta largitus est. Citharœdi cum alii tum Aristonicus. Is cum in prælio cuipiam suppetias tulisset, strenue pugnans cecidit. Cui Alexander statuam æreā 50 poni in Apollinis Pythii templo præcepit cum cithara & lancea prætenta: non solum quo illi honorem haberet, verum etiam quo ornaret musicam vt fortitudinis incitatricem, & quæ feruore lymphatico ardoreque institutos in ea tecte perfunderet. Namque ipse Antigonide aliquando carmen modulante harmatium vsq; eo permotus est atq; exarsit animo modis illis, vt concussis armis proripiens se manus prope accumbentibus iniecerit, suffragareturq; Spartiatis cantantibus:

* Alii, Scapheus.

In ferrum serpit citharam pulsare perite.

Fuit & Apelles pictor Alexandri æuo & plastes Lysippus: quorum superior Alexandrum pinxit fulmen tenentem adeo indiscreta similitudine & concinne: vt vulgo ferrent: quod duorum Alexan-

Alexandrorum alter esset à Philippo genitus inuictus, alter ab Apelle omni maior imitatione. Cum Alexandrum Lysippus primo finxisset supino ore cœlum suspectantem, exprimens Alexandri intuentis morem ceruice leuiter inflexa, adiecit epigramma quidam haud illepidum:

Æreus aspectans cælum proferre videtur:
Asseris terram, sidera habeto deus.

Quapropter præcepit Alexander, ne quis se præter vnum Lysippum fingeret. Quippe vnus hic ære sensus eius repræsentauit, vt redderet lineamentis virtutem. Cæteri ceruicem inflexam, oculorumque hilaritatem & blandimenta dum exprimere student, non seruarunt virilem eius & leoninum obtutum. Inter alios artifices fuit Staficrates quoque architectus: Hic nihil, quod 10 amœnum, quod iucundum & blandum foret visui, sectabatur: verum & opus grande instituebat & argumentum rege non indignum præbitore. Hic ad Alexandrum in superiores prouincias profectus, pictas, sculptas, & fictas eius imagines vt artificum opificia ignauorũ & illiberalium carpsit. Ego vero, inquit, in immortalem rex & spirantem materiam æternisque innixam radicibus, ac moli immotæ & inconcussæ statui corporis tui effigiem imprimere. Thracius Athos, qua maximus est, & culmen eius assurgit maxime conspicuum, congruentiq; latitudine & altitud'ine est subnixus, membris item præditus & artubus ad humani corporis modum distinctis, poterit, vbi elaboratus & figuratus erit, simulachrum Alexandri & dici & esse: basibus qui attingat mare, altera manu amplum frequentissimumque oppidum complectatur fetatque, dextra amnem perennem ex phiala libet in pelagus effusum: Aurum vero, æs, ebur, ligna, 20 pigmenta, effigies minutas, quæ comparari, furto subtrahi & conflari valent, missa faciamus. Ita fati Alexander spiritus excelsos & fidentiam admiratus laudauit hominem: verum, sine, vt suo loco maneat, inquit, Athos. Satis est enim, quod vnius sit regis monimentum ludibriorum. Me vero Caucasus ostendet & Emodi montes, & Tanais, & mare Caspium. Hæ meorum sunt actuum imagines. Sed age per Deos immortales: num si quisquam consummatum & extans huiusmodi opus videret, existimauerit casu & temere editam formam, dispositionẽ & speciem? Nemo hercle. Quid Alexandrum fulmen tenentem, quid quem cuspidi innitentem vocant? Itane vero statuę molem nequaquam citra artem moliatur casus, aurum, æs, ebur, copiosamq; & preciosam materiam affundens & subministrans: vir magnus, imo omnium, qui vnquam fuerunt, maximus fieri potuit, vt absolutus sine virtute sit per fortunam, quæ arma, stipendium, 30 vrbes, equos præparet: quibus hæc vti nescio discrimen afferunt, non vires, non ornamentum concilianr, sed arguũt inertiam & animum abiectum? Nam recte Antisthenes omnia hostibus dixit esse bona optanda præter fortitudinẽ. Quippe recidere ita illa non ad possessores, sed ad victores. Ideoque naturam ferunt ignauissimo animanti cornua inusitatæ magnitudinis & asperitatis ceruo ad se tuendum addidisse: quo nos erudiret nulli vsui esse vires & arma illis, qui consistere & recta non auderent aduersarium aspicere. Perinde fortuna frequenter imbecillibus & vecordibus accommodando opes & imperia, quæ dedecorant eos, cohonestat & illustrat virtutem vt eam, quæ amplitudinem vna decusque viro conciliet. Si namque, vt est apud Epicharmum,

Mens cernit & mens audit, cæca cætera
40 *Et surda sunt, mente si destituantur:*

Siquidem habere sensus peculiares facultates videntur: mentem præsidio esse, mentem ornamento esse, mentem esse, q; vincat, quod imperet, quod regnet: cætera cœca, surda & inanima morari, degrauare, & deformare, si absit virtus, possessores suos res ipsa demonstrat. Nam eadem ex potentia & imperio Semiramis fœmina classes compleuit, agmina milirum armis instruxit, Babylonem condidit, mare rubrum classe lustrauit Æthiopas & Arabas subiugãs: Sardanapal⁹ vir natus domi purpuram carminauit, supinus in humeroiq; inter pallacarum gregem iacens, huic defuncto statuam lapideam fecerunt secum ipsam tripudianrem ritu barbarico, digitisq; supra caput velut concrepitantem: cui inscripserunt: Ede, bibe, Veneri indulge: cætera nihili sunt. Crates Phrynes meretricis cum statuam Delphis positam auream cerneret, de Græcorum 50 exclamauit lasciuia id collocatum tropbæum. At Sardanapali si quis vitam vel sepulchrum (Nihil enim interesse arbitror) sit contemplatus, hoc dicat de bonis fortuitis trophæum esse. Quid igitur fortunam post Sardanapalum Alexandro manum inijcere, eiusq; magnitudinem & potentiam sinemus vendicare? Quid enim in eum contulit plus, quam reliqui reges ab ea accepere, arma, equos, tela, stipendium, satellites? Age efficiat hisce magnum fortuna, si potest, Aridæum, magnum Amasim, vel Ochum, vel Oarsem vel Armenium Tigranem, vel Nicomedem Bithynum. Ex quibus Tigranes ad pedes Pompeii abiecto diademate regnum vt prædam captam fœde deposuit: Nicomedes raso capite sumptoque pileo libertum se esse populi Romani est professus. Quid igitur fortunam reddere dicimus humiles, languidos, ignauos? Atqui nõ est vel vitium infortunio vel fortitudinẽ & prudentiam fortunæ asscribere secundæ æquum.

 Imo

Imo Alexandri imperio fortuna cēsetur. Quippe fuit in eo clara, inuicta, celsa innocēs, clemēs. Mox hoc extincto potentiam eos dixit Leosthenes palantem & in semetipsam incurrentē imitari Cyclopem, qui eruto lumine manus quoquouersum porrigebat ad nihil certi tendentes? haud aliter errabat lapsabunda & offensans ex licētia eius moles. Vel poti⁹ vt emortua corpora, vbi euolauit animā, non vltra consistunt vel cohærent, verum contabescunt, dissoluuntur à se inuicem, euanescuntq; & exolescunt: ita amisso potentia illa Alexandro palpitabat moribunda, vibrabat, & æstuabat Perdiceis, Meleagris, Seleucis, & Antigonis sicut spiritib. calentib. adhuc pulsibusq; micantib. & huc illuc iactatis: deniq; marcescens & contabescens intra se scatuit tanquam vermibus ignauis regibus ducibusq; torpidis. Ipse sane Ephestionem obiurgans cum Cratera conflictantem: Quid tu, inquit, polleas vel agas, si quis te Alexandro orbet? Ego vero hoc illius temporis fortunæ obiicere nō dubitabo. Quæ tua gloria, quæ vis, vbi tu inuicta: si quis te orbet Alexandro? id est, si quis orbet arma tua peritia, opes tuas liberalitate, luxum temperātia, certamina fiducia, victorias clementia? fac alium, si potes magnum, qui pecuniis largitatem non exerceat, qui in acie se aut ante signa discrimini nō obiiciat, amicis qui honorē nō habeat, qui misericordiam non capiat captiuorum, qui voluptatibus non temperet, qui rerum gerendarum occasionibus non immineat, qui in victoriis non sit placabilis, qui rebus præclare gestis non lenis. Quis magnus, qui in potestate sit stolidus & flagitiosus? Detrahe felici virtutem, iam vndequaq; paruus fuerit, in beneficiis collocādis ob sordes, in laboribus ob mollitiā, apud deos ob superstitionem apud bonos ob inuidiam, inter viros ob ignauiam, inter mulieres ob libidinem: Nam quomodo imperiti artifices bases ingentes pusillis simulachris subiiciēdo produnt eorum humilitatem: perinde fortuna, quando ingenium humile in locum amplum & splendidum euehit, arguit magis & maculat offendentem & fluctuantem ex leuitate. Ita non est in possessione bonorum sed in vsu magnitudo. Quando infantibus quoq; regnum paternum & imperium hæreditate obuenit, vt Charilao: quem cum incunabulis allatum in conuiuium, quod phiditium dicitur, loco sui Lycurgus regem Spartæ, renunciauit. Neq; fuit infans hic, verū ille, infanti qui regnum paternum restituit, non interuertit, neq; prædam fecit suam, magnus. Aridæum quis dicere posset magnū, quem nihil à puero discedentem, tantum purpura & fasciis inuolutum in solio Meleager locauit Alexandri? neq; id absurde: vt intra paucos dies videretur, quemadmodum virtute homines & quemadmodum casu regnent. Pugili imperii histrionem suggessit. Imo sicut in scena diadema cæcum orbem terræ percurrit:

Vel mulier portet fascem, si hanc imposuit vir.

contra dicas capere atque in humeros tollere potentatum, opes, & imperium tum fœminæ tum pueri est.* Oarsi & Dario Bagoas eunuchus sublatum imposuit Persarum regnum. At vbi acceperis magnum dominatum, eū gerere & tractare, neque rerum pondere & mole obrui & contorqueri: id viri est virtute, consilio, & celso animo præditi, vt fuit Alexander, cui crapulam nonnulli & temulentiam improperant. Habebat vero ille hoc, magnis vt esset in rebus gerendis siccus, non imperii licentia ebrius vel bacchabundus: cuius alii exiguæ partis compotes vbi eam gustauerunt, temperare sibi ipsi non valent. Quando enim improbi expleti pecunia vel ciuilem fuerint potentiam assecuti, lasciuiunt inexpectata rerum suarum felicitate. Clitus ad Amorgum tribus vel quatuor Græcorum depressis nauibus Neptunus salutatus tridentem gestabat. Demetrius, cui modicam particulam fortuna ex Alexandri opibus adiecit, Iouem desultorem vocari se sustinebat. Mittebant ad eum non legatos, sed theoros vt ad oraculum ciuitates, eiusque responsa oracula appellabant. Lysimachus, qui oram Thraciç quasi regni extrema obtinebat, eo euasit insolentiæ & ferociæ, vt in hæc verba eruperit: Nunc, cum cœlum lancea attingo, Byzantini ad me veniunt. Ibi Pasiades, qui aderat: Subducamus nos, inquit, ne lanceæ iste cuspide cœlum pertundat. Quid autem dicas de his, quibus Alexandri causa sustollere licebat animos: cum Clearchus, qui Heracleæ fuit tyrannus, sceptrum gestauerit, vnumque ex filiis nominauerit fulmen. Dionysius iunior Apollinis se filium appellauit in epigrammate scribens:

Doridis hic matris Phœbi de semine natus.

Huius genitor, qui decem millia ciuium atq; adeo plures necauit, prodidit fratrem inuidia impulsus hostibus: non expectauit, dum mater anus paucis diebus post extingueretur, sed spiritū eius interclusit, qui etiam scripsit ipse in tragœdia:

Etenim tyrannis est parens iniuriæ.

Hic tamen filiarum vnam Areten, id est, virtutem, Sophrosynen, id est, temperantiam alteram, tertiam dixit Dicæosynē, id est, iustitiam: sicut illi, qui Euergetas se dixere, id est, benefactores: sunt qui Callinicos, id est, victoriosos, sunt qui Soteras, id est, seruatores, sunt qui Magnos seipsi nuncupauere. Horum alias super alias nuptias sicut emissariorum inter mulierum greges passim diem traducentium, puerorum stupra, tympanorū inter semimares pulsationes aleæ ludos

*Alii Xerxi.

10 20 30 40 50

interdiu,

interdiu,tibiæ cantus in theatris,noctem in cœnis,diem in prandiis consumptum quis dicendo consequi possit? Alexander diluculo prandebat sedens,cœnabat primis tenebris: potabat,cum diis sacrificasset,alea ludebat cũ Midia febricitans,ludebat iter faciens vna & sagittare discens, atq; è curru desilire. Vxorem duxit sibi vnam amore captus Roxanen: Statiram Darii regno & rebus ita postulantibus.Intererat enim gentes commistione copulari. Cæteris Persidibus tantum præstitit castitate,quantum fortitudine viris.Nam inuitam aspexit nullam. Quas aspexit magis quam quas non aspexit,præteriit:& qui aliis fuit omnibus popularis, solis se venustis superbum præstabat. De Darii coniuge fœmina speciosissima ne vocem quidem, quæ formam eius commendaret,auribus admisit. At defunctam adeo funere regio ornauit,tantoq; luxit animi motu: vt eius castitati fidem humanitas abrogaret, comitasq; in crimen incurreret iniutiæ. Quippe ita Darium potentia & ætas eius permouit. Vnus enim ille quoque erat etiamnum ex iis,qui fortuna aspirante potiri eum rerum arbitrabantur. Cæterum postquam omnia rimatus cognouit veritatem:Profecto,inquit,non vsquequaque deploratæ sunt Persarum res, neq; nos vllus semel imbelles dicet & effœminatos,qui à tali viro sumus superati. Equidem secundum cursum ab diis & successum belli opto:quo beneficiis exuperem Alexandrum, teneturque me ambitio & æmulatio eo me mitiorem demonstrandi. Quod si de me Iupiter patriæ Persarũ præses diiq;,quibus reges curæ sunt,transactum est:nemo in Cyri solio alius extra Alexandrum consideat.Hæc Alexandri fuit diis adhibitis testibus adoptio. Vsq; eo vincunt virtute.Assigna, si libet,fortunæ Arbela,Ciliciam,& reliqua,quæ vi sunt effecta.Concusserit ei fortuna belli Tyrum,panderit Ægyptum fortuna,fortunæ ope conciderit Halicarnassus,capta fuerit Miletus, Euphratem Mazæus sine præsidio reliquerit: cadaueribus campus Babylonius stratus fuerit: non fuit certe fortunæ beneficio castus,non fortunæ beneficio temperans, nõ superiorem voluptatibus fortuna, neq; à libidinum vulneribus tutum velut inclusum seruauit eius animum. Arqui hæc fuerunt,quibus fudit fugauitq; Darium,cætera armorum clades & equorum,prælia, strages,& fugæ hominum.Ingenti vero illa & confessa fractus clade Darius est, succubuitque virtuti, altitudini animi,fortitudini,iustitiæ,stupens animum eius à voluptatibus.laboribus,& beneficiis inuictum. Nam parmis, sarissis, vlulatibus,conferendis signis inuicti etiam fuerunt Tarrias Dinomenus, Pellenæus Antigenes & Philotas Parmenionis filius:aduersus delicias vero,fœminas,aurum, argentum nihilo captiuis præstantiores: sed Tarrias, cum æs alienum suscipere Alexander Macedonum,dissolueretq; pro omnibus, obæratum mentitus se producto apud mensam,qui se assereret eius creditorem:mox compertus tantum non manus sibi ipse attulit:nisi re cognita Alexander exemisset eum noxæ & argentum ei cõdonasset,recordatus oppugnante Perinthum Philippo sagitta in oculo ictum, non ante eximi telum præbuisse vel sustinuisse,quam hostes profligasset. Antigenem, cum dimissis in Macedoniam ex sontica causa immiscuisset se, essetque nomen suum professus: vt manifestus fuit fictæ valetudinis,qui validus esset, virum militarem & corpus eius vulneribus conspiciens concisum indoluit Alexander. Quo causam requirente,Telesippæ amore se deperire fassus est, eamq; deducere ad mare, quod eius desiderium non ferret, voluisse. Ibi: Cuius est inquit hæc mulier Alexander, & quis de ea appellandus? Ingenuam esse ostendente Antigene: Ergo adducamus: inquit, eam, vt hic maneat,promissis & donis. Adeo cuiuis citius amanti quam sibi ignoscebat.Iam Philotas vitiis suis imperare nescio quomodo non valuit. Antigona erat muliercula Pellæa in turba ad Damascum captarum. Eadem fuerat ante ab Antophradate,cum nauigaret Samothraciam,capta. Erat ea forma liberali,ceperatque consuetudine sua mire Philotam. Ille vir alioquin ferreus ita mollis fluxusque fuit,vt in voluptatibus sibi temperare non potuerit, sed perfluens multa arcana apud eam effutierit. Quid fuisset,inquit ille, Philippus,nisi esset Parmenio? Quid esset Alexander,nisi Philotas foret? Vbi Iupiter Ammonius, vbi dracones, nisi placeat nobis. Hæ dicta Antigona apud mulierem quandam ex familiaribus enunciauit illa apud Craterum, Craterus ad Alexandrum clam introduxit Antigonam: Ac corpus quidem ille eius non attigit,sed temperauit ea:cæterum Philotam huius opera excutiens, totum detexit, atque annorum spacio plus septem suspicionem hanc nusquam aperuit, non inter pocula vinosus, non per bilem iracundus,nõ apud amicum,cui omnia credebat Ephestionẽ,omniaq; in sinu eius deponebat. Siquidem memorant,cum matris secretam epistolam soluisset tacitusque secum legeret,admoto Ephestionem sensim capite vna eam legisse: quod illum quidem interpellare non sustinuisset, sed detracto annulo admouisse Ephestionis ori sigillum. Cæterũ recensendis exemplis,quibus liquet optime eum,& vt maxime est rege dignum, summam potestatem exercuisse, deficiant me vires.Nam si fortunæ beneficio factus est magnus: maior est, quod fortuna vsus sit recte : ac quo quis fortunã eius magis extollit,hoc amplificat plus eam, cuius causa dignus fortuna erat, virtutem. Verum nunc tandem ad incrementi eius stirpem,& potentiæ rudimenta pergo, ac circumspicio, quid fortuna ibi,quamobrem Alexandrum ab ea ad magnitudinem autument

prouectum, præstiterit. Quin pro sancte Iupiter integrum illum, incruentum illum, imbellem illum, quem equi hinnitus in solio Cyri locauit, vt olim Darium Hystaspis filium? aut blanditiis inductus vir vxoris, vt ab Atossa Darius Xerxē, cuius ad fores diadema se Asiæ obtulit: vt Bagoæ opera Parysatim: qui stola posita astandæ, id est, tabellarii imposuit capiti regalem & directam citarim, cui repentina atque nec opinata sorte orbis terrarum regnum obuenit, sicut Athenis sortito Tesmothetæ & Archontes creantur? Vis scire quemadmodū fortunæ ope regnant homines? Expirauit quondam apud Archiuos Heraclidarum gens, ex qua de more regem habebant. Requirentibus regem his consulentibusque oraculum sortes edidit Deus monstraturam aquilam. Paucis post diebus aquila, quæ superuolitabat, demittens se super Ægonis ædes cōsedit ibi. Ita rex designatus Ægon fuit. Iam in Papho cum ille, qui regnabat, violentus esset & flagitiosus, exacto eo Alexander alium quærebat ex Cinyradarum familia, quæ iam exolescere atque extingui videbatur. Igitur vnum demonstrarunt superesse inopem & obscurum hominem in horto quodam neglectum, atque ex eo se tolerantem. Ad quem cum nuncii venissent, adaquantem olera offenderunt. Obstupuit hic occupantibus eū militibus ac concedere iubentib. ad Alexandrum. Ad quem in obsoleta plagula adductus rex est designatus, ac purpuram induit, fuitq; in numero eorum, qui regis amici dicebantur. Nomen erat ei Alynomo. Ad hunc modum faciunt fortunæ reges. Aliis vestibus velant, transfigurant cito & facile nec opinantes vel sperantes. Alexander quid indigne, quid sine sudore, quid sine sanguine, quid gratis, quid non rei magnæ patranti dedit? Ex fluuiis cruore confusis potauit, cadauerum pontibus iunctos permeauit: herba fama exprimente vixit, quæ primo offerebatur. Gentes altis obrutas niuibus vrbesque sub tellurem abditas scrutatus est, repugnans pelagus nauigauit, sitientes Gedrosiorum & Arachosiorum peragrans arenam ante in æquore quam in terra plantam vidit. Nam si Alexandrū liceret aduersus fortunam vt hominem descendere, ita sane dixerim. Vbi tu & quando Alexandri actibus viam aperuisti? quam petram incruente fauore tuo expugnauit? quod oppidum præsidio nudum ei, quamuis inermem phalāgem tradidisti? Quis repertus est rex ignauus, vel dux languidus, vel stertens portæ custos? Imo neque pronus ad traiiciendum amnis, neque bruma temperata, neque non infesta æstas. Concede ad Antiochum Seleuci filium, ad fratrem Cyri Artaxerxem. Facesse ad Ptolemæum Philadelphum. Illos viui patres declarauerunt reges. Illi victorias incruentas retulerunt. Illi perpetuo festos dies in pompis & theatris egerunt. Illorum quisque secundo fortunæ cursu agens cōsenuit. Alexandri si nihil aliud, en tibi vulneribus corpus à vertice vsque ad pedes concisum, traiectum, afflictum, & ictibus contusum hostilibus,

Hastaq; & gladio atq; ingenti pondere saxi.

Ad Granicum dissecta capillo tenus eius galea. Apud Gazam telo percussus humerus, in Maragandis sagitta tibia, vt radii diffractum os ictus vi exiliret: ceruix in Hyrcania saxo, vnde caligine luminibus offusa in periculo multos dies cæcitatis fuit, apud Assacanos Indico telo talus: quo tempore ad assentatores ridens ait: Nempe hic sanguis est, non sanies,

Diis vt solitus manare beatis:

apud Issum femur gladio à rege Dario, qui cum eo, vt est author Chares, cōgressus erat. Ipse ingenue & citra omnem fucum scribens ad Antipatrum Alexander: Contigit, inquit, mihi quoq; ipsi pugione vulnus accipere in fœmore: cæterum nihil grauius vel in præsentia vel post inde est secutum. Sagitta in Mallis bicubitali, spiculo per thoracem in pectus ad ceruicem vsque adacto, vt Aristobulus prodidit. Superato Tanai fusos fugatosq; Scythas insectatus est equo centum quinquaginta stadiis alui profluuio conflictatus. Probe sane fortuna amplificas & magnū facis Alexandrum, dū transfigis eū vndiq; prodisq; & ictibus omni ex parte corporis patefacis: nō vt Menelao Minerua telū in arma, qua firmissima erant, detorquens, lorica, fascia & baltheo vim fregit plagæ, quæ hactenus corpus eius perstrinxit, vt tingeretur tantū sanguine: sed nuda telis obiecisti vitalia, ictibus ossa traiecisti, circumcursasti vndique corpus, obsedisti oculos & pedes, interpellauisti insectantem, victorias distrinxisti, spes abscidisti. Mihi quidem nullus regum fortunam videtur magis nouercam expertus, quamuis multis ingruit dura & maligna. Cæterū vt fulmen abscidit alios & obtruit: aduersus Alexandrum vt aduersus Herculem odium extitit eius pertinax, præfactum, & implacabile. Quippe quos Typhonas & prodigiosos Gigantes non excitauit ei aduersarios, vel quos non sepsit hostes vi armorum vel altitudine fluminum vel rupium salebris vel beluarum feritate inusitatarum? Quod ni spiritus essent celsi Alexandri, & ex ingenti excitati virtute assurrexissent & substitissent fortunam, qui nō fatiscere & elanguescere potuisset toties instruenda acie, toties armandis copiis, tot vrbibus obsidendis, consectandis toties hostibus, infinitis rebellionibus, defectionibus, & lasciuiis nationum, regum contumaciis, Bactra, Maracanda, Sodianos inter gentes infidas & infestas sicut Hydræ caput abscindendo nouis semper bellis germinantis. Rem nouam videbor adferre, dicam tamen

tamen verum. Nihil factum est propius, quam vt fortunæ causa ab opinione excideret, vt haberetur Ammonis filius. Quis enim diis natus, si à Iouis filio discesseris Hercule, adeo ancipitia, laboriosa, & ærumnosa exantlauit certamina. Verum illi vnus vir improbus leones imperauit capere, apros sectari, & abigere aues, ne lustranti orbem ocium foret ad maiora, ad vindicandum in Antæos, ad coercendos latrones Busiridas. Enimuero iniungebat virtus Alexandro rege dignum & diuinum certamen: cuius erat finis non à sexcentis circumlatum camelis aurum, non luxus Medicus, non mensæ & mulieres, non vinum Calydonium, non denique pisces Hyrcanici: sed vno cultu vt cunctos exornatos mortales vni audientes imperio faceret, vnique assuescerent vitæ rationi. Hunc cum iam inde ab incunabulis insitum haberet coalescentemque
10 & vna cum ætate gliscentem amorem, postquam legati ab rege Persarum ad Philippum venerunt qui peregre erat: excipiens eos Alexander benigne hospitio nihil aliorum more puerile quæsiuit, de aureo arbusto, vel de hortis pensilibus, vel de regis cultu: sed de rebus præcipuis imperii percunctabatur, quantæ Persarum copiæ, quem locum rex in acie caperet, quando dimicaturus esset, Vlyssis exemplo:

Quenam ille arma loco Mauortia equosq; teneret.

Quæ viæ ad superiores prouincias contendenti à mari compendiosissimæ, vt obstupescentes hospites dicerent: Puer hic rex est magnus, noster opulentus. Vt defuncto Philippo ad traiiciendum se accinxit, spéque iam atque apparatui incumbens, Asiam properauit adoriri: hic distinuit, auertit, & retraxit eum fortuna, manuque iniecta mille implicauit negociis & moras ei nexuit.
20 Primum finitimos conciuit barbaros Illyrica & Triballica machinans arma, quibus ad Scythiam vsque trans Istrum retractus à Persico bello est. Quas prouincias cum circumuolitando ingentibus periculis & dimicationibus confecisset, iterumque insisteret vrgeretque traiectum illa denuo Thebas ei obiecit belloque cum Græco illigauit difficultatibusque sui per cædem, per ferrum, per ignem contra popularem & cognatam gentem defendendi acerbissimis, quæ tristissimum exitum habuere. Sub hæc transcendit in Asiam cum triginta dierum, vt Philarchus author est, commeatibus: vt Aristobulus cum LXX. talentis. Possessiones domesticas & vectigalia regia amicis pleraque diuisit. Vnus nihil ex illius largitione accepit Perdiccas, sed togauit: Tibi vero quid Alexander relinquis? Qui vt respondit: Spes meas: Ergo harum, inquit, nos quoque erimus consortes. Neque enim nos tua capere, sed prædam expectare Darii decet. Iam qua
30 fultus spe Alexander in Asiam transmisit? Nempe non opes erant, quæ muris censerentur frequentissimarum vrbium, non per medios montes nauigantes classes, non flagra, non compedes insana & barbarica maris cruciamenta, sed extra ipsum ingens paucis in armis magnanimitas, æmulatio inter æquales, concertatio de gloria & virtute sodalium. Ipse in se habebat spes illas repositas magnificas, religionem erga deos, erga amicos fidem, frugalitatem, continentiam, *rerum peritiam, animum à mortis trepidatione liberum, altitudinem animi, humanitatem, in consuetudine comitatem, ingenium candidum, in consiliis securitatis rationem, in rebus gerendis celeritatem, inprimis gloriæ studium in honestis vehemens. Homerus quidem parum secutus est decorum & veritati consonum, cum Agamemnonis speciem ex tribus imaginibus, quibuscum contendit eam, est modulatus:
40

Assimilis caput atq; oculos est ille tonanti,
Balteus at Martis Neptunum pect. re reddit.

At Alexandri indolem, si sane ex compluribus conflauit eam & contexuit virtutibus parens Deus, nonne dicemus præditam esse celsis *spiritibus Cyri, continentia Agesilai, solertia Themistoclis, Philippi experientia, Brasidæ audacia, eloquentia & peritia reip. administrādæ Periclis? Porro ex vetustioribus etiam Agamemnone fuit temperantior. Siquidem iustæ vxori ille captiuam prætulit. Alexander etiam antequam nuptias cōtraheret, temperauit à bello captis. Achilli præstitit animi sublimitate Ille enim exiguo ære corpus redimēdum Hectoris præbuit: hic magnis impensis iusta Dario fecit. Ille ab amicis dona & mercedem, vt ira deposita eis reconciliaretur, cepit: hic hostes deuictos locupletauit. Diomede religiosior. Ille namque ad
50 lacessendos paratus fuit Deos, hic nihil à Diis nisi recte duxit agi. Charior quam Vlysses propinquis. Quippe illius genitrix mœrore extincta est: huius obitum hostis mater suo ex beneuolentia cumulauit. Quid multis? Si Solon rempub. fortunæ indulgentia domi gessit recte, Miltiades foris, Aristides fortunæ beneficio iustus fuit: iam nullum virtutis opus fuerit, sed nomen ei tantum restabit & fabula gloriosa immerito vitæ apud eos, qui ea narrant, à sophistis & legumlatoribus conficta. Sin autem horum vnusquisque similiumque pauper, vel pecuniosus, vel debilis, vel robustus, vel deformis, vel venustus, vel grandæuus, vel breuis æui fortunæ causa fuit: magnum vero Imperatorem, magnum legislatorem magnum denique in magistratibus & in repub. tractanda seipsum quisque virtute & doctrina præstitit, agedum contemplare omnium cōparatione Alexandrū Solon tabulas nouas, quas σεισάχθειαν dixit, Athenis instituit:, Alexāder

*Alii, beneficentiam.

*Alii, prudentia.

creditoribus debitorum nomine æs alienum reptæ sentauit. Pericles, qui expressit à Græcis tributum, eam pecuniam in arcem fanis exornandam consumpsit: Alexander ex præda barbarica decē millia talentūm ad ædificādā diis delubra in Græciā misit. Brasidas euasit apud Græcos celebris, quod ad Methonem hostium castra in ora maritima collocata percursauerit: Alexandri in Oxydraeis incredibilem auribus & visu horrendum saltum, quando de mœnibus in medios se librauit hostes, qui lanceis, telis, & gladiis eum exeipiebāt, cui compares, nisi fulmini eliso & eiaculato eum turbine cuiuscemodi visum Apollinis in terrā delabitur armis refulgens igniris. Hostes primum perculsi trepidiq; retro se in fugam conieecerunt. Mox vt vnum hominem cōspexerunt multos adorientem obiecerunt se ei: Hic scilicet fortuna beneuolentiæ erga Alexādrum suæ magna dedit & præclara documenta: cum in oppidum ignobile & barbarum coniectum inclusit circumuallauitq;. Eos vero, qui suppetias huic foris venire properabant, murosq; scandebant, diffractis & comminutis scalis euertit atq; deturbauit. Ex tribus autem, qui maturauerunt murum occupare, desilientesq; circumsteterunt regem, vnum extemplo oppressit, & antequam succurrere posset, sustulit: alter grdāine sagittarum traiectus hactenus à morte abfuit, quod visus ei & sensus constaret. Nequicquam ex castris accurrerunt & clamorē sustulerūt Macedones, cum non machina vlla neq; organum ad manum esset, verum ingenti ardore mœnia gladiis foderent, nudisq; manib. rescindere & pene erodere anniterentur. Rex vero hic fortunatus, pro quo excubabat perpetuo & quem stipabat fortuna, ferę modo retibus inclusus, desertus atq; omni destitutus ope, non pro Susis vel Babylone, neq; vt Bactris potiretur, neq; quod operæ pretium erat vt vinceret Porum dimicabat. Quippe nobilia & magna certamina quamuis minus prospera, nulla macula tamen comitatur: sed tam erat infesta & inuida fortuna, tam æqua barbaris & Alexandro iniqua, vt etiam gloriam eius, quantum in ipsa erat, nedum corpus deleret & splendorem effuscaret. Neq; enim apud Euphratem Alexandrum vel apud Hydaspē miserum erat occubuisse, neq; fœdum cum Dario congressum & cum propugnantib. pro rege equis, gladiis, securibus Persicis cadere, neq; Babylonis scandentē mœnia offendisse ac magnifica spe depulsum esse. Sic Pelopidas, sic Epaminondas: quorū fuit fatum tantis propositis præmiis non infortunii sed virtutis testimonium. Hęc vero fortuna, de qua hic quærimus, quid designauit? In extrema barbarie vltra fluuium intra oppiduli muros ignobilis reclusit & retrusit totius orbis regem & dominum: vt armis inhonoris & telis tumultuariis ibi percussus & ictus interiret. Namq; securi caput eius dissecta galea vulneratū est, ac sagitta arcu adacta, quæ traiecto thorace ossibus secundum mammam defixa inhæsit: cuius hastile extans prægrauabat, ferrum cuspidis quatuor digitis latum, longum quinq; erat. Deniq; quod extremū malorum fuit: dum hic à frōte propulsat hostes, atq; eum, qui sagitta se percusserat, accurrere prope cum gladio sustinētem, ipse pugione occupat sternere atq; interficere: interea quispiam ex pistrino aduolans pistillo ceruicem eius afflixit: vnde offusa caligine luminib. turbatus sensus est. Cæterum præsto fuit virtus, quæ animum ei addidit, vires & strenuitatē amicis eius. Siquidem Lemnæi, Ptolomæi, Leonati, & quotquot superatis vel perfossis muris eum protegebant, murus erant virtutis, qui charitate & amore regis corpora, ora, & animas discrimini obiecerunt. Neq; n. fortuna impellente pro bonis regibus offerunt se alii vltro morti & periculis: verum virtutis amore sicut per veneficia amatoria admouent se apes regi suo, eumq; stipant. Quis igitur, qui tunc illud extra telorum iactum vidisset, non diceret ingētem se pugnam aduersus virtutem fortunæ spectare, ac barbaros indigne fortunæ beneficio præualere, Græcos virtutis ope resistere supra vires: ac si palmā illi tulerint, id fortunæ atq; inuidiæ fœdis Nemesisq; attribuendū studio. Sin hi superiores euaserint: virtutem, audaciam, amorem & fidem lauream relatura. Hæc n. Alexandro sola assistebant. Inter reliquum exercitum, apparatum, classes, equos, castra medium intercecerat fortuna murum Itaq; profligarunt Macedones barbaros, fusosq; excisi oppidi ruinis tumularunt. Cæterū quo hęc Alexandro: qui cum telo fuit sublatus, ac bellū in viscerib. habebat, vinculūq; ei & clauus sagitta erat thoracis ad corpus: atq; recipere ex vulnere vt radice moliētes non sequebatur ferrum: quod pectoris solidissimis ossib. quæ cordi prætenduntur, defixū erat. Iam arundinis quod extabat, exsecare non audebant: ne qua dissectum laceratione os dolores intolerabiles excitaret, ac sanguinis vis ex interiorib. prorumperet. Vt consilii prorsus inopes ac morantes conspexit, tentauit ipse in summo loricæ sagittam pugione exscindere: verum elāguit manus, ac pondere ex vulneris tumore obtorpuit. Itaq; iussit, manus admouerent ac timorem deponerent, confirmans eos qui integri erant: atq; hos, quod flerent & mœrerent, insectabatur: illos desertores appellabat, quod sibi non inducerent in animum succurrere.

Clamabat etiam ad amicos: Nemo sit ne mei quidem causa meticulosus: Nemini probo non formidare me mortem, si meam vos formidaris.

Quemad

Quemadmodum quis se citra inuidiam laudet.

SVAM ipsius apud alios Hetclane gloriam vel opus prædicare, verbo esse dicunt omnes odiosum & liberale: reuera non multi vel ex iis, qui id culpant, offensionem eius effugere. Siquidem Euripides, dum ait:

Precio parari posset si cui oratio,
Nemo eloquens velit esse, cæterum quia
Ex æthere est profundo gratis sumere,
Nunc quilibet vera & non vera dicere
Vult, quod rei huic non constituta pœna sit:

importunissima est iactatione vsus: dum tragicis calamitatibus & negociis intexit alienam de seipso mentionem. Perinde Pindarus, qui dicit:

Iactare se haud loco resonare furias,

facultatis suæ ostentandæ nullum finem facit: quæ profecto commendabilis est (Quis enim neget?) Cæterum etiam qui corona in ludis donantur, hos alii victores tenunciant: qui id agunt, ne hi semetipsos prædicando moueant stomachum. Quemadmodum Timotheo in victoria, quam de Phrynide retulit, scribenti:

Eras beatus Timothee, cum præco ait
Milesius vincit Carbonis filium Iono camptem Timotheus:

iure infensi sumus, quod inurbane & præter morem suam ipsius victoriam proclamat. Homini n. quã vt ipse audiat ab aliis laudari se, nihil est auditu iucũdius, vt Xenophon ait, aliis ab seipso ingratissimum. Nam primo impudentes illos, semetipsos qui laudibus ferunt, censemus: cum deceret eos, etiam si celebrarentur ab aliis, rubore suffundi: Secundo iniustos: qui quæ ab aliis accipere oportebat, ea sibi ipsi tribuunt. Tertio, aut si silemus, offendi & inuidere videmur: aut hoc si veremur, cogimut præter animi sententiam vna collaudare & suffragari: quæ res assentationi parum ingenuæ quam honori citius conuenit, commendare hominem præsentes & id sustinentes. Verum enimuero tametsi ita res habeat: poterit tamen aliquando periclitati vir politicus iactationem sui attingere: non vt sibi aliquam glotiam vel gratiam venetur: sed cum tempus & negocium postulat sicut aliud, ita de se ipso aliquid veri prædicari: præsertim vbi res gestæ & dotes nostræ sunt commendabiles: non continuisse se quin diceret & ageret quid simile. Præclarum enim edit huiuscemodi laus fructum velut ex semine plurium aliorum & præstantiorum, quæ ex se oriuntur, deceorum. Quippe vir politicus, non vt virtutis mercedem & solarium comitantem rebus gestis gloriam repetit & amplectitur: sed quia fidem accipere & censeri probum, id ad plures & præcellentes actiones subsidium adfert. Quandoquidem fidentib. & diligentibus iucundum est & procliue prodesse. Erga suspicionem & calumniam haud queas virtutem beneficia obtrudendo fugientibus explicare. Quod si quæ sint aliæ causæ: cur ille, qui rempub. tractat, sese extollat: quæ hæ sint, dispiciẽdum: quo vitantes vanitatem & offensionẽ, si quid habeant commodi, id non repudiemus. Est igitur laus inanis illorum: quos, quo laudentur, semetipsos laudare oportet: vilescitq; summopere, quod ex ambitione & præpostera gloria proficisci videatur. Vt enim illi, qui cibariis deficiuntur, ex ipso coguntur corpore se suo prçter naturam alere: atq; is famis est finis: ita laudis sitientes, si copia aliorum eos celebrantium desit, dum putant ipsi honoris cupiditati ex penu sua se aliquid subministrare, turpes se præbent. Quando vero nec simpliciter & suo nomine laudibus ferri quærunt, sed ex concertatione cum laudibus alienis contendunt suas, quo illarum luminibus officiant, vanitatem inuidia & maleuolentia cumulant. Ille, qui alieno in choro pedem ponit, curiosus prouerbio & ridiculus dicitur. Quæ vero in medium se alienarũ laudum præ inuidia & æmulatione intrudit, magnopere fugienda est sui iactatio. Imo, nec vt alii te cõmendent ferre debet, verum aliis, dum laudantur: Siquidem digni sint, dare locum. Sin autem indigni & turpes esse videbuntur, ne laudibus propriis delibemus illorum laudes, sed coram coarguendum demonstrandumq; celebrari eos immerito. Hçc igitur planum est cauenda esse. At temetipsum citra reprehensionem laudes licet. Primum si depellendæ causa calumniæ vel criminis id facias, sicut Pericles. Atqui infensi estis, inquit, mihi: qui ni fallor concedo nemini in iis, quæ ex vsu sint, cognoscendis & exponendis, amansq; sum reip. & abstinens. Non solum enim arrogantiam, insolentiam, & ambitionem declinauit de se ipso tunc dicendo præclare: verumetiam spiritus suos & granditatẽ ob oculos ponit virtutis suæ, quæ non succumbendo succumbere facit & opprimit inuidiam. Neq; enim iudicare iam eiusmodi viros sustinent: sed assurgit animus eis eriguntur que & inflammantur vna cum gloriis illis, si solidæ sint & integræ, vt exempla testantur. Siquidem Thebani, cum in crimen vocarentur prætores, quod die exeunte magistratus eorum non ilico domum repetissent, verum finibus Laconicis intulissent arma, & res Messenæ ordinassent, Pelopidam fractũ & sup-

& supplicem grauate absoluerunt. At cum Epaminondas multum res gestas extolleret, atq; ad extremum paratum emori diceret se, si euastatam ab se Laconiam, instauratã Messenem, socios adiunctos Arcadas ipsis inuitis faterentur: non sustinuerunt tabulas ad ferendum in eum sententiam accipere, sed cum illius admiratione gaudioq; & risu sunt digressi. Hinc non omnino est Steneli culpandum Homerici dictum hoc:

Nos patribus multo meliores esse studemus.

si meminerimus illius:

Hei mihi quid trepidas claro sate sanguine Tydei,
Quidue reformidas, aut quid fera prælia differs?

Neq; enim ipse audiebat male, sed cõuitio proscissum amicũ defendebat: vbi criminatio iactationi sui ignoscentẽ dedit dicendi libertatem. Atqui Romanos offendit frequẽter actiones suas adversus Catilinam in cœlum ferendo Cicero. Scipionẽ, qui non decere ait, vt illi iudicium ferrent de Scipione, cuius beneficio omnib. gentib. iura darent, coronati ad sacrificandũ sunt in Capitolium secuti. Huic enim abstersit periculum inuidiam: ille nõ necessario sed gloriæ causa in laudes erumpebat. Non solum autem causam dicentibus & in periculum vocatis, sed & magis diras res quam excitatam fortunam experiuntibus magniloquentia & gloriatio congruit. Hi enim quasi vsuram gloriæ indulgentes ambitioni videntur occupare: Illi nulla honoris captandi gratia temporibus postulantibus animos sustollere adversus fortunam & spiritus sustentare, nolleq; prorsus miserandam putari conditionem suam vel lamẽtabilem ex fortuna infesta, nec animi deiectionem ostendere. Quippe quomodò illos, qui in ambulando attollunt se & ceruicem subrigunt, fatuos ducimus & vanos: contra commendamus eos, si in pugillatu & bello erigant se. Sic vir, qui ex fortuna titubauit, si assurgit & pugilis more cõferens pedem casui reluctatur, atq; ex spe abiecta miserabiliq; traducit se ostentatione ad animum gestientem & excelsum: non ille odiosus vel ferox, sed magnus esse videatur atq; inuictus, vt Patroclum etiam Homerus modestum & intactum ab inuidia in victoriis, in moriendo grandiloquum finxit, qui ita dicat:

Tales si nostri similes tunc occurrissent.

Ac Phocion cætera quidem placidus fuit: at damnatus cum aliis in rebus multis animi magnitudinem demonstrauit: tum vni ex sociis, qui cum eo rei capitalis damnati erant, eiulanti & grauiter mœrenti: Quid ais, inquit, non præclare agi putas tecum, qui mortem cum Phocione oppetis: Nec vero minus, imò magis viro remp. tractanti concessum est aliquid pro se aduersus ingratos ciues dicere. Sicut Achilles alias cessit deo gloria, ac modestus fuit, dum ait:

Iuppiter annuerit si quando excindere Troiam.

Læsus vero indigne & contumeliis lacessitus, arrogantiam bili permittit

Bis senas hominum destruxi manibus vrbes. Et,
Haud etenim galea fulgentem illi aspicere ausi
Frontem essent propius.

Admittit n. dicendi libertas, quæ pars est defensionis, grandiloquentiã. Deniq; Themistocles, qui nihil in rebus gerendis dixit vel egit inuidiose, postquã Athenieses vidit fastidientes ipsum & despicientes, nihil est veritus dicere. Quid quæso tumultuamini vos, de quib. sum sæpius bene meritus? Et, Vos ingruente tempestate sub me sicut sub arborem confugitis. Postquã dissensit, vellitis prætereuntes. Atque hi quidem, cum immerito exagitarentur, res a se præclare gestas apud non agnoscentes accepta beneficia commemorauere. Enimuero qui recte factorum nomine laceratur, huic condonandum, non vitio vertendum, si res suas gestas extollat. Videtur enim non improperare, sed se defendere. Quod quidem latum campum dicendi aperuit Demostheni, satietatemque laudum detraxit, quas per totam fere orationem pro corona vsurpauit glorians iis, quæ exprobrabantur ei, legationibus & legibus a se de bello latis. Huic vicina leporem habet oppositio: cum cuius quis nomine in crimen vocatur, eius contrarium fœdum ostendit & turpe: ceu Athenis Lycurgus: cum improperaretur ei, quod calumniatorem pecunia placasset: Ergo, inquit, qui vobis esse ciuis videor, qui tam diu iam remp. apud vos tracto, & dare magis iniuste quam capere comperiar? Cicero item, cum obiiceret ei Metellus, plures eum testimonio suo oppressisse, quam defensionibus seruasse: Quis negat, inquit, plus mihi fidei quam eloquentiæ esse? Iam Demosthenis hæc: Quis autem iure me non interficeret, si quid ex huius ciuitatis ornamentis oratione tantum maculare tentassem? Et, Quid homines hos sceleftos dicturos censetis fuisse, si nimium me circa hæc restricto nobis ciuitates illæ periissent? Breui oratio pro corona scitissime oppositionibus & criminum solutionibus suas laudes applicat. Quin etiam hoc refert illa in oratione aduertere, quod suis præconiis auditorum laudes implicando liberet se inuidia & insolentiæ nota: quales se Athenienses erga Euboenses, quos erga Thebanos: quanta beneficia Byzantinis & Chersonesitis præstitissent: se vero in iis rebus fuisse commemorans administrum. Ita enim antequam animaduertat auditor, sui tepentem

cum

eum ſuis propriis laudibus commendationem dicentis cupide admittit. Ac mulcetur ſuorum decorum commemoratione: cui comitatur titillatio, admiratio, & amor eorum, per quos ea eſt conſecutus. Hinc Epaminondas deridente aliquando eum Meneclida, quod maiores quam Agamemnon animos gereret: Nempe propter vos, inquit, Thebani: quibuſcum ſolis Lacedæmoniorum imperium vno die diſſolui. Quia vero celebrari ſemetipſum infeſtum eſt vulgus & infenſum ſupra modum, alterum non æque: ſed ſecundis auribus ſæpe audiunt atq; ſuffragantur propenſo animo: ſolent nonnulli paria conſilia & facta extollere, atq; omnino ſimilib. ſui commendantis in loco allicere & circumagere ad ſe auditorem. Agnoſcit enim exemplo in dicente, etiam ſi de alio verba fiant ob affinitatem virtutem eius eaſdem laudes mereri. Nam vt, qui
10 alium conuiciis proſcindit, quibus ipſe patet, hunc liquet potius ſemetipſum quam illum perſtringere: item dum bonos boni ornant, ſuggerunt ſeipſos illis, qui id cognoſcunt vt ſucclamēt ilico: Tune non talis? Ac nimirum dum colit Herculem Alexander, & poſt Androcopus Alexandrum, ſeipſos ex ſimilibus ad honorem prouexere. At Dionyſius Geloni obtrectādo, quem Siciliæ γέλωτα, id eſt, riſum appellabat, imprudens ex liuore opum ſuarum amplitudinem & ſplēdorem depreſſit. Sane hæc quidem vel alias tenenda & deflectenda politico ſunt. Qui vero celebrare compelluntur ſeipſi, tolerabiliores fuerint, ſi non ſibi omnia arrogent, ſed gloriam vt faſcem aliquem partim fortunæ partim imponant Deo. Itaq; recte Achilles,

Sternere cæde virum poſtquam mihi fata dederunt.

Recte etiam Timoleon, qui Syracuſis Caſus aram pro rebus geſtis extruxit, ædeſque ſuas bonæ
20 fortunæ dedicauit. Optime Python Ænius, qui interfecto Corye Athenas venit, cum certarēt præconiis eius ad populum concionatores: poſtquam ſenſit inuidere ſibi aliquos atq; offendi, in concionem progreſſus atq; ita fatus eſt: Deus aliquis Athenienſes hæc patrauit, nos manus commodauimus. Deterſit Sylla quoq; efferenda fortuna inuidiam. Deniq; Fauſtum ſe appellauit. Siquidem felicitate malunt homines quam virtute vinci: quod hoc proprium delictum & ſua culpa contractum, illud bonum exiſtimant alienum. Sane mirum in modum fuiſſe ferunt Locris Zaleuci probatas leges: quod Mineruam oculis ipſius ſe offerre aſſidue, ſuggereremq; leges & docere referret: ſui vero nihil in eis quæ ferret, eſſe inuenti vel cōſilii. Cæterum hæc fortaſſis ad prorſus moroſos & malignos medicamenta & blandimenta ſtruenda ſint. At apud viros æquos commendationum correctionibus non abſurde vtaris: cum quis vt eloquētem eum
30 vel locupletem vel potentem celebret, ſi petat, hæc ne de ſe commemoret: ſed citius, an probus an innocens, an ſalutaris ciuis ſit. Neq; n. hoc qui facit, ingerit. ſed traducit laudem: neque iucundi ei videntur laudum ipſius eſſe buccinatores: ſed potius, quia immerito nec vnde oporteat, modeſti, atq; ipſe deteriora melioribus tegere: non quęrens laudari, verum laudare recte docens. Namq; hoc dictum: Non muris lapideis aut lateritiis hanc vrbem muniui: ſed ſi muros voles meos ſpectate, arma, ſocios, equos inuenies. Eiuſcemodi quid ſubiicere etiā clarius Periclis dictum videtur. Nam lamentantes agente iam animam eo atq; affligentes ſe neceſſarii expeditiones eius & opes memorabant, ac quot trophæa, laureas, & vrbes Athenienſibus parta reliquiſſet. Ibi ille paululum aſſurgens caſtigauit eos: quod cum multis communia & fortunæ quædam magis quam virtutis inſignia adferrent: quod vero excellentiſſimum ſummumq; & propti-
40 um ipſius erat, prætermiſiſſent, nullum ciuem Athenienſem ipſius cauſa pullatum fuiſſe. Quo quidem exemplo poteſt orator, modo vir bonus ſit, quando celebratur ipſius facundia, laudem ad vitam & mores traiicere, ac dux, cuius eſt peritia rei militaris aut felicitas admirationi, de manſuetudine & iuſtitia ſua verba facere. Vice verſa quando laudes adſeruntur pluſquam modicæ, cuiuſcemodi multi adulatores inuidioſi prædicant, reſpondere:

Nullus ſum diuus, quid me immortalibus aquas?

Cęterum, ſi me recte noſti, cōmmenda abſtinentiam vel temperantiam, vel candorē, vel humanitatem. Siquidem inuidia non grauate maiora deprecanti largitur moderatiora, neque falſa & vana repudiantibus decus verum adimit. Quapropter reges, qui non deos ſe, neque deorum filios, ſed Philadelphos, vel Philometotas, vel Euergetas, vel Theophilos appellari voluerunt,
50 non grauabantur præclaris quidem his, homini tamen conuenientibus decorare vocabulis. Sicut etiam ſcriptores & oratores, qui ſibi ſapientiæ inſcribunt nomen, incurrunt in animos hominum, quibus grati ſunt, qui philoſophari ſe vel progreſſionem facere vel quid ſimile de ſe minus inuidioſe & modeſte prædicant. Rhetorici vero, ſophiſtæ dum acclamationes, diuine, & ſupra facultatem humanam, & magnifice, recipiunt, mediocriter & pro humana facultate, inſuper amittunt. Iam quomodo ophthalmia impeditos ne infeſtēt colores, plus ſatis floridos vmbra aliqua temperant, aliqui item ſuas ipſorū laudes non vſquequaq; ſplendidas neq; indilutas proferendo, ſed claudicationes quaſdam vel offenſas, vel titubationes aſpergendo leues rædiū earum & odium abſtergunt. Sicut* Æpius arroganter de pugillatione & inſolenter locutus vt obſtrepitum aperte eſt ei: An ne ſatis eſt, inquit, quod ad pugnam ſum ineptus. Cæterum fuit hic for-

* Alii, Epius.

hic fortassis ridiculus, qui ostentationem athleticam ignauiæ & languoris molliebat confessione. At scite & modeste ille, qui obliuionem vel ignorationem vel ambitionem vel ad certas scientias & disciplinas studium aduersus seipsum profert: quod fecit Vlysses:

Mea sed mens
Capta sono est, socios mihi vincula soluere iussi,
Exiguo appellans nutu.

Et alio loco:

Ast ego, sit quanquam melius parere, reieci,
Compellare virum quo possem & munera ferre.

Deniq; si quæ non semel turpes & infames erratus commendationibus attexantur, inuidiam depellunt. Multi porro paupertatis, imprudentiæ, imperitiæ, & vero nouitatis generis cõfessione laudes interim interpolando languidiorem sentiunt inuidiam: Sicut Agathocles cum scyphos aureos & celatos iuuenibus propinasset, imperauit & fictiles apportari. Tum: Hoc efficit, inquit, assiduitas, industria, & fortitudo. Nos quõdam hos, nunc illos facimus. Siquidem existimabatur in figlina Agathocles propter natalium obscuritatem & inopiam educatus fuisse, inde vniuersæ pene Siciliæ regnũ tenuit. Hæc accersere foris licet iactationis sui lenimenta. Alia iis ipsis, qui celebrantur, quasi insita sunt, quibus est Cato vsus, inuidiam conflari sibi ferens, quod rerum suarum abiiciat curam & totas noctes patriæ causa insomnes ducat. Atq; illud: Qui sanus sim: cui licebat securè inter gregarios milites numerato eandem experiri ac sapientissimus fortunam. Item hoc: Nolo superiorum laborum gratiam effundere. Et: Non reiicio occurrentes labores. Vt enim domum & fundum, ita gloriam vulgus & virtutem iis, qui gratis eas habere & citra puluerem videntur: non illis, qui multis emunt sudoribus & periculis, inuident. Quia vero non tantum citra offensionem & inuidiam, verum etiam vtiliter & frugifere adducendę laudationes sunt: ne id agere, sed aliud per hoc videamur: Vide primum, an adhortationis causa audi torum ad æmulandum & ad gloriam concupiscendam, temetipsum laudes: quomodo sua recensendo Nestor decora & pugnas Patroclum stimulauit, & nouem illos ad pugnandum ex prouocatione acuit. Siquidem quæ cum factis & dictis est coniuncta excitatio ac cum exemplo & æmulatione propria, viua est mouetq; & accendit: ac cum impulsu animi & studio spem efficiẽdi nec esse rem impossibilem ostendit. Itaq; chori apud Lacedæmonios cantant: senum,

Nos quondam eramus inclyti bello viri. Iuuenum,
Nos ii sumus: fac, si velis, periculum. Puerorum,
Nos fortitudine plurimum præstabimus.

Vbi recte atque ordine legislator propinqua domesticaq; exempla iuuentuti per ipsos ob oculos ponit authores. Sed & ad percellendum nonnunquam & reprimendum & frangendum domandumque ferocem & præfractum non abs re est iactare aliquid de seipso & gloriari: vt rursus Nestor:

Nam quam vobiscum mihi cum melioris olim
Consuetudo fuit. Et,
Nequaquam vnquam ego despiciebar ab illis.

Perinde Alexandro Aristoteles: Non modo, inquit, qui multis imperant, his ingentes animos gerere licet: sed & illis, qui de diis sentiunt recte. Iam conducibilia sunt hæc & aduersus hostes & inimicos,

Fœda meis soboles animis occurrere tentat.

Et de Persarum rege, qui Magnus appellabatur, Agesilaus: Quidnam me ille est maior, nisi iustior? Et ad Lacedæmonios, qui Thebanos accusabant, Epaminondas: Atqui effecimus, vt iam succincte vos dicere desieritis. Cæterum hæc aduersus inimicos & hostes. Amicos vero & ciues non solum queas insolescentes compescere & summissiores reddere: verum etiam trepidos & perculsos, si iactationem in tempore adhibeas, excitare denuo & impellere. Namq; Cyrus in discriminibus & in acie iactabundus erat, alias non magniloquus. Antigonus secundus, qui cætera fuit modestus & modicus, in prælio nauali apud Coum, cum vnus ex amicis diceret: Videsne, quanto naues hostiles sint plures? Me ipsum vero, inquit, quam cum multis comparas? Animaduertisse id Homerum apparet. Quippe Vlyssem finxit amicis eius ad strepitum & fluctus apud Charybdim trepidantibus subiicientem prudentiam & virtutem suam:

Haud etenim grauiora premunt discrimina, quam cum
Vis nos vasta cauo tenuit Cyclopis in antro.
Eripuit tamen hinc mea nos prudentia mensq;.

Neque enim auram popularem captantis est neq; ad ostentationem declamantis ea laus, neq; plausum vel popysma postulantis, sed virtutem & scientiam bene sperandi amicis pignus dantis. Quippe magni momenti dubiis temporibus est ad salutem viri vsu imperatorio & solertia

prædití

prædìti gloria & fides. Ac cũ laude quidem & gloria aliena seipsum contendere supra dictum est minime ciuile esse. Attamen vbi officit & labefactat studium infundens ad praua & propensionem vitiosam grauibus in rebus commendatio adulterina: haud ab re fit reiicere imo reflectere ad potiora auditorem disparitatem demonstrando. Nam laudabis profecto, cum proscissa improbitate & contumeliis laceratа libenter abstinẽs cernis vulgus. Quod si assumpserit improbitas laudem, illiusq; voluptatum, vel compendiorum illecebris accesserit honos & dignatio, nulla adeo est felix vel valida indoles, quam non superauerit. Debet itaq; non cum hominum, sed cum rerum, si turpes sint, is qui in repub. versatur, pugnare laudib. Quippe hæ deprauant, vnaq; eum his imitandorum & æmulandorum turpium studium vt honestorum insinuat

10 se. Coarguuntur autem potissimum, si commissæ cum iis sint veræ: sicut tragœdiarum actor Theodorus dixisse aliquando ad comicum perhibetur Satyrũ: non esse ad risum adducere spectatores rem stupendam: sed ad lachrymas & fletũ. At huic eidem dicat philosophus: Heus tu non excitare lamenta & comploratіonem, sed mœrorem eximere, sed lachrymas abstergere id amplum est. Quippe celebrando se ipse iuuat auditorem, eiusq; iudicium flectir. Ita etiam ad examen Theophrasti discipulorum Zeno: Illius cœtus, inquit, numerosior, consonantior est meus. Phocion item rebus Leosthenis adhuc secundis rogatus ab oratoribus: Ecquod beneficium apud ciuitatem collocasset: Nullum, inquit, nisi hoc: quod vos me duce orationem funebrem non habueritis, sed omnes, qui diem suum obierunt, in sepulchra paterna fuerint illati. Et sane quam lepide Crates aduersus illud:

20 *Hæc habeo, quæ edi, quæque exaturata voluptas*
Hausit:

hocex op p osito scripsit:

Hæc habeo, quæ commentus doctusque magistris
Cognovi Musis præclara.

Siquidem præclara est laus ea frugiferaque, pro inanibus & superuacuis quæ vtilia & conducibilia suspicere & sectari docet. Quare aggerarur hoc ad præsens institutum antedictis. Nunc superest nobis oratione quod proximum est flagitante & inuitante, vt exponamus, quemadmodum quisque caueat, ne seipse celebret intempestiue. Magnam enim habet iactantia amorem sui ipsius arcem, atque oppido in specie moderate gloriam sectantes visitur adoriri. Quomodo

30 namque præceptorum est salubrium vnum loca perniciosa declinare prorsus, aut diligentius sibi prospicere, in ea si deueneris: Item habet quædam iactatio sui tempora & dicta lubrica, quę in seipsam quauis ex occasione reuoluuntur. Primum namque alienis in laudibus, sicut dictum est, iactationem sui germinat ambitio: quam, dum pungitur & titillatur quasi à prurigine, obsidet effrenis quidam ardor & æstus gloriæ, præsertim quando ex paribus vel minorib⁹ rebus alius celebratur. Nam vt famelicorum, quando alii in conspectu eorum vescuntur, irritatur stimulaturque appetentia magis: ita proximi laudatio gloriæ sitientes immodice æmulatione accendit. Secundo rerum prospere & prudenter gestarum commemorationes corripiunt multos atque auferunt ex animi effusione in ostentationem & arrogantiam. Nam vbi inciderunt in victoriarum aliquarum suarum vel successuum in procuratione publica, vel actionum apud princi-

40 pes, vel orationum celebrium mentionem, non temperant sibi, neque modum tenent: cui generi iactantiæ nationem nauticam cernere est & militarem affinem esse. Idem morbus tenet illos, qui ex locis vbi agunt prouinciarum rectores, vel ex grandibus negociis reuertuntur. Dum enim mentionem inferunt clarorum virorum & regalium, laudationes quasdam sui ab illis prolatas attexunt: arbitranturque non semetipsos commendare, sed aliorum exponere de ipsis emissa præconia. Alii in totum fallere arbitrantur se auditores, quando tegum & imperatorum prensationes, appellationes, & complexus exponunt, quasi non suas laudes, sed demonstrationes illorum comitatis & popularitatis narrent. Quare in aliorum commendationib. magnopere nobisipsis attendamus oportet: quo à suspicione, ne nos ipsi commendemus & venditemus, puri & remoti simus: ac ne Patroclum videamur in specie, & nosipsos sub illorum nomi-

50 ne celebrare. Sed & culpandi & incusandi anceps est genus, suppeditatq; gloriæ cupiditate laborantibus excursus: in quod impingunt præcipue senes: si quando ad corrigendos alios & ad insectandum prauos * mores aut in actionibus offensiones sunt progressi, laudibus ferentes se ipsi, quasi in his præstantissimi fuerint. His quidem, si non modo ætatis, sed authoritatis quoq; & virtutis commendationem habent, id permittendum. Neque enim hoc inutile est, sed studium gloriæ ita castigatis ingens simul & contentionem infundit. Nos alii magnopere declinare & reformidare hoc diuerticulum debemus. S[illegible] idem cum molesta aliqui est & ægre tolerabilis proximi reprehensio, tractandaq; ea tel[illegible] ostilime: tum si admisceas laudem notæ alienæ propriam, atque ex alterius infamia gloriã aucuperis: importunus plane & odiosus sis, quasi inclarescere ex turpitudine affectes aliena. Præterea in risus natura effusis & pronis vitandæ

* *Alii, ritus.*

sunt inptimis & cauendæ titillationes & palpationes: in quibus leuissimæ corporis partes lapsantes & confluentes hunc morbum exagitant & excitant. Qui vero gloriæ cupiditate flagrãt hos commonefacias potissimum, vt dum laudantur ab aliis, à seipsis laudandis temperent. Decet enim pudere eum, qui laudatur, non depudere, atque inhibere magnifice de ipso prædicantes, nõ, quod minus laudent, culpare: quod vulgus homnum facit, qui subiiciunt ipsi atque insuper suggerunt acta quædam sua & parta decora: quoad tam ab seipsis quam ab aliis profectam labefactent laudationem. Nonnulli blandientes sibiipsi quasi titillant se & inflant. Alii improbe velut escam tenuem honorificæ commendationis subiiciunt, quod elicant iactationem sui. Alii etiam exquirunt & percunctantur, vt apud Menandrum militem, quod ridendi materiam habeant: 10

Qui vulnus accepisti hoc? Telo: Quæso qui?
Cum scanderem muros: ego monstro sedulo,
Illi sed irriserunt me.

Igitur omnibus his quantum facere queamus, cauendum: ne vel auferamur laudationibus, vel interrogationibus nos profundamus. Solidissima autem cautio & prouisio horum est: si aduertas, quando alii seipsos celebrant: tecolasq́, quam hæc tædiosa res sit, & quam obtundat omnes, neque sermonem esse perinde odiosum & molestum alium. Cum nihil habeamus dicere aliud mali, quo afficimur ab iis, qui seipsos commendant: tamen, quasi natura id ægre ferentes & defugientes recipere nos & respirare properamus, quãdo adulatori, parasito, & egeno per est molestus & grauis in egestate & quasi intolerabilis, qui seipsum extollit diues vel satrapa 20 vel rex, & symbola soluere hæc se dicunt maxima: ceu ille apud Menandrum:

Hic enecat me, epulando ego reddor macer.
Quam dicta sunt docta & prætoria, scelus
Quam est insolens?

Quippe qui hæc non ad milites tantum vel ad eos, qui repente sunt diuites facti, ac splendide & arroganter de semetipsis verba faciunt: verum etiã ad sophistas, philosophos & duces inflatos ex seipsis grandiloquosque soliti sumus dicere & disserere: si meminerimus proprius laudibus probra aliena semper comitari, finemque existere inanis gloriæ huius infamiam, atque hoc lucrari eam: vt stomachum auditoribus, vt ait Demosthenes, faciant, non, vt tales habeantur: verba de nobis ipsis facere, nisi magnum fructum ea res nobis sit vel authoribus allatura, supersedebimus. 30

Animi an corporis deteriores sint ægritudines.

HOMERVS mortalia animantium genera contemplatus, eorum inter se collatis vitis, & rationibus viuendi, exclamauit nullum homine ærumnosius esse:

Cunctorum, viuunt quæque in tellure repuntque. 40

principatum tribuens hominum ad malorum exuperantiam haud sane faustum. Nos vero velut iam vincentem miseria hominem, cæterorumque animantium pronunciatum calamitosissimum ipsum secum componamus in malorum certamen suorum peculiarium, corpusque & animum dirimamus non ab re, sed recte atq; ordine: quo intelligamus, animine an nostra ipsorum causa viuamus miserius. Morbus enim in corpore sponte naturæ pullulat. Vitium & improbitas animi factum est primum, deinde ægritudo eius. Per autem magni ad animi tranquillitatem refert, si quod hic est deterius, curabile sit: & leuius, quod euitari nequeat. Atque vulpes quidem Æsopica de varietate litigans cum pardali: vt corpus hæc & pellem picturatam & maculis ostendit distinctam: illa, quod flocci haberet hæc, id sordidum nec aspectu dixit esse gratum. Me vero, inquit, si introspexeris iudex, præ ista variam videbis: morũ significans versutiam multis modis pro re nata alternantem. Dicimus igitur multos ô homo corpus tuum tam morbos, quam ægritudines tum proferre ex se naturaliter, tum extrinsecus incidentes recipere. 50 Sed si tua ipsius intestina aperueris: Varium profecto & multis refertum vitiis penuarium reperies, thesaurumque, vt Democritus ait, non foris illabentium, sed quasi natiuis & indigenis prædictorum fontibus: quos effundit exundans & larga perturbationibus malitia. Quod si corporis morbi pulsibus venarum & coloris rubore deprehenduntur, æstusque & præcipites lassitudines eos arguunt: animi vero morbi fallunt plærosque, quod mali sint: hactenus sunt hi deteriores, quod insuper impediant affectum, ne ipsos sentiat. Nam corporis incommoda, ratio si vigeat, aduertit: sed si vna cũ morbis suis ægrotet animus ipse, deficit iudicio in malis, quæ petitur:

petitur:quod affectum sit id,quo iudicat,estque animi morborum primus&grauissimus numeranda amentia: per quam insanabilis vitiositas cum plerisque vna habitat,vitam transigit, & expirat. Quippe pars est depellendi morbi sensus,qui affectum,ad medicinam adhibendam adigit. Hic vero, dum non credit impediri se valetudine aduersa:atque ideo,quibus sibi sit opus, ignorat,etiam si præsto sit,quod medeatur, inficiatur. Etenim corporis morbi,qui nõ sentiuntur,sunt perniciosiores, lethargi,capitis dolores, morbi comitiales,apoplexiæ, ipsæque febres; quæ ex ardore in delirium prolapsæ sunt, sensumque velut in organo perturbant,

Chordas mouent immotas in præcordijs.

10 Itaque optant quidem non tentari hominem morbo medici, tentatum autem affectum se esse non ignorare: quod animi ægritudinibus accidit omnibus. Neque enim, dum desipiunt, dum furantur,iniuriam inferunt,existimant se peccare: imo nonnulli etiam recte agere. Febrem profecto nemo sanitatem vocauit,vel phthisin bonam habitudinem ; vel podagram pedum velocitatem, vel pallorem ruborem. At iram multi fortitudinem dicunt,amores amicitiam, inuidiam contentionem,timiditatem cautionem.Ita accersunt priores medicos: Quippe percipiunt,quibus ad valetudinem suam opus habeant:hi philosophos declināt.Existimant enim, vbi offendunt, præclare agere. His adducti rationibus leuius malum dicimus ophtalmiam insania esse,& phrenitide podagram. Alter enim sentit,vociferansque aduocat medicum.Quando adest,præbet oculos illiniendos, detrahendum sanguinem & incidendum caput permittit; 20 Enimuero insanientem Agauen audis quemadmodum ex morbo charissima pignora non cognoscat.

Ex monte ferimus nos recens cæsum
Ceruum bonam prædam domum.

Etenim is,cuius est affectum corpus, præbet confestim se facilem demittitq; in lectulum,&iniret curandum quiescit.Quod si aliquantulum stimulet insultetque æstu vrgente corpus: cum assidentium quis leniret admonuerit,

Maneas miser tectis quietus in tuis,

Illico reflexerit eum & compresserit. Qui vero animi ægritudinibus occupantur:tunc maxime agunt,tunc minime conquiescunt. Sunt enim actionum appetitiones exordium,animi ægritu-30 dines appetitionum nerui. Quocirca considere non permittunt animū:sed cum maxime eget homo tolerantia, silentio, & remissione, tunc eum in Solem extrahunt, tunc tegunt eum iræ, contentiones,amores,mœstitiæ, multa designare inique,& loqui alieno tempore compulsum. Vt autem infestior est,quæ portum ingredi prohibet,tempestas,quam quę cursum impedit:ita animi procellæ fatigant magis,quæ velum non sinunt hominem contrahere neque sistere perturbatam mentem: sed excusso gubernatore sine armamentis in æstu & errore cursibus exitiosis & vagis præcipitem in horribile naufragium impellunt, coguntque eum suam ipsius euertere vitam. Quare hac quoque de causa incommodius est animis quam corporibus laborare. Superiores namque hoc modo mali habent,vt afficiantur:hi vt afficiantur& agant male. Denique quid refert multas ægritudines commemorare. Ipse eas suggerit hic articulus. Aspicitis fre-40 quentem hanc & collectitiam,quæ collisa est inter se mutuo & confusa hic circa tribunal & forum colluuiem? Non coierunt ad rem diuinam diis patriis faciendam, neque vt sacris familiaribus intersint,non vt Ioui Ascræo fructūu Lydorum primitias ferant: neq; vt Libero patri cum thyrso Bacchico sacris noctibus & communibus comessationibus orgia celebrent:verum quasi solennibus vicibus vigor morbi recrudescens,incendensq; Asiam ad lites& certamina in diem certum præscripta aduolant huc conflicturi: ac negociorum aceruus instar impetuosarū vndarum in vnum irrumpit forum, æstuarque atque committitur perdentibus ibi se mutuo & pereuntibus. Quæ hæc faciant febres,qui epiali,quæ intensiones,qui intercursus, vel intemperies caloris vel humorum inundatio. Si singulas lites velut homines excutias, vnde ortæ sint,vnde procedant: reperies hanc prouenisse ex præfracta bile,
50 illam ex insana ambitione, ex iniusta aliam cupiditate.

An in quo vitium ſit, ei nihil deſit ad infeliciter viuendum.

HABERE dote mancipatum ſuſtinet
Corpus.

vt ait Euripides. Momentanea ſignificatur huic & fluxa, quæ non copioſum per cinerem, ſed per rogum quendam tendenti regium, ambuſto, ſuſpiriiq; & trepidationis pleno ac ſudoris marini opes aliquas conciliat Tantalias, quibus per negocia frui nequeat. Siquidem Sicyonius ille, quia alebat equos, ſapiebat, quod Achiuorum regi equam donauerit pernicem: 10

Illum ne ad celſæ ſequeretur mœnia Troiæ:

verum vt oblectaret ſe domi manens, collocanſquè in profunda opulentia ſe & remoto à moleſtia ocio. Quos vero hilares nunc & agentes apparet eſſe, hi nemine inuitante præcipites ingerunt ſe in aulas aſſectationes, & duras ſub dio manſiones: quo equum aliquem vel ſcortum, vel eiuſcemodi aliquam felicitatem naneiſcantur.

Coniugu afflicta tutelam prodidit ille
Atque domum mancam,

errat, palatur, iactatur ſpe quapiam lactatus & ludibrio habitus. Quod ſi etiã aliquid ex iis quæ expetit potiatur: rotatus nauſeanſque ad fortunæ vanitatem euolare inde quærit, beatoſq; habet ignobiles atq; eos, qui in ſecuritate viuunt. Alii contra, qui ſublimẽ ſupra ſe contemplantur illum volantem, ſuſpiciunt. At omnino permouet omnium mortalium pectora vitium, vt quod per ſe artifex ſit vitæ miſeræ. Neque enim machinamentis vel adminiſtris habet opus. Alii tyranni, quos plectunt, hos quia miſeros reddere enituntur, carnifices alunt tortoresque, vel cauteria & fidiculas comminiſcuntur, quæ mente carent. Improbitas præter omnem paratum, poſtquam inſinuauit ſe animo, obterit & proruit, implet mœrore, lamentatione, acerbitate pœnitentia hominem, indicio eſt, quod multi, dum laniuntur, ſilent: dum flagellantur, ſufferunt: dum tormentis lacerantur à dominis vel tyrannis, vocem non mittunt: quando contrahens ſe animus ratione ſicut manu habenas premit & retinet. Excandeſcentiæ vero non imperaueris quietem, nec luctui ſilentium, nec trepidanti perſuaſeris conſiſtere, nec pœnitentia languenti non vociferari, vel non trahere capillum, vel femur non pulſare. Adeo eſt igne & ferro vitium violentius. Ciuitates ſane, quando templorum vel coloſſorum locationem faciendorum proſcribunt, opifices audiunt de opere redimendo inter ſe decertantes, rationeſq; & ſpecimina proferentes: mox eum capiunt, qui minore impenſa idem ſuſcipit efficiendum & melius & expeditius. Agedum, locationem nos quoque vitæ atque hominis proſcribamus miſeri. Hanc ad conductionem accedant fortuna & improbitas inter ſe æmulæ: illa cum omnis generis inſtrumentis ac ſumptuoſo apparatu ad vitam moliendam infelicem & miſeram, quæ latrocinia, bella, tyrannorum carnificinas, tempeſtates ex mari, ex cœlo trahat ſecum fulmina, cicutã terat, gladiis ſit accincta, calũniatorib. ſtipata, febres excitet, vinculis circũſonet, carceres extruat: licet improbitatis horũ plæraq; potius quã fortunæ ſint. At fuerint fortunæ omnia. Vitioſitas vero aſſiſtens nuda, neq; cuiuſquam indiga externi roget fortunam. Qui reddes miſerum & animum deſpondentem hominem fortuna? Paupertatem intentas? Subſannat te Mitrocles: qui inter oues hyemè, æſtate in ſacrarum ædium veſtibulis, hyberna agentem Babylonè, æſtiua in Media ad certamen de felicitate regem Perſarum prouocauit. Seruitutem, vincula, & auctionem infligis? Deſpicit Diogenes te: qui eum diſtraheretur à latronibus, pronunciauit: Quis emere dominum cupit? Veneni calicem miſces? Non hunc prius Socrates hauſit? Hilaris enim hic & placidus intrepide nihil mutato colore vel geſtu calicem æquiſſimo ebibit animo: quem viui beatum dixerunt expirantem, quaſi nec apud inferos ſortis expertem futurum diuinæ. Iam flammam tuam dux Rom. Decius occupauit: qui in medio exercituum dux ſeipſum pro imperio Saturno deuouit. Apud Indos quæ mulieres virorum ſunt amantes & pudicæ conflictantur inter ſe & pugnant de igne: Quæ obtinuit, vt rogo vna cũ marito imponatur, eam beatam canunt cæteræ. In ſapientibus autem illius regionis felix vel beatus nemo habetur, niſi viuus adhuc, menteque & valetudine integra à corpore animum abſtraxerit igne, ac mortalitate eluta defecatus carne exceſſerit. At ex copiis lautis, è domo, mẽſa, & luxu ad lenam, ad mariticam, ad victum in diem mendicandum redigis? Hæc beatitudinis Diogeni rudimenta, hæc libertatis Crateti & gloriæ fuere. At in crucẽ ſuſtolles: aut ſuffiges palo: Sane nihil Theodori intereſt, humi an in ſublimi putreſcat, Scytharum fauſta hæc monimẽta. Hyrcanorum canes, Bactrorum ex legibus aues veſcuntur cadaueribus, vbi finem naſciſcũtur beatum. Quos igitur hæc miſeros efficiunt? Nempe ignauos, ſtolidos, peruerſos, imperitos, inhæ-

inhærentes,quas à teneris imbibeiunt opinionibus. Proinde non est miseræ vitæ fortuna effectix,nisi aduocatam improbitatem habeat. Nam vt filum os dissecat cinere & aceto inebriatum, & Zytho ebut emollitum flaccescensque contorquent & fingunt: quæ sunt alias contumacia,sic fortuna per se affectum & improbitate molle adoriens excauat vulneratq;. Ac quomodo * accola nulla re alia nocuus est,vel infestat contingentes & circumfetentes eum: sed si vulneratus admoueatur tantum, confestim iniuriæ & contagioni suæ opportuno perniciē affert: perinde cuius est à fortuna elidendus animus,is suum peculiare intra se vlcus & morbum in corporis penetralibus habeat oportet, si incurrentia extra miseranda & luctuosa repræsentatura est. Non igitur improbitas ea est,vt fortunam ad vitam inuehendam miseram requirat.

* Locus vitiatus.

10 Quid? non asperum & procellosum assurgit pelagus? Non latronum per viam circumcingit insidiis vasta montium dorsa? Non nubes grandinem eiaculantes in campos circumfundit vberes? Non Meletum, non Anytum, non Callixenum? Quid enim calumniatorem opibus non exuit, à prætuta nō repellit? Vt faciat miseros. At facit locupletes, abundantes, heredes: Enimuero improbitas in terra, per mare subit, affixa liquefacit cupidinibus, adurit bile, superstitione opprimit, oculis deridet.

Num rectè dictum sit, Ita viue, vt nemo te sentiat vixisse.

20

AT ne ipse quidem huius dicti author in obscuro esse voluit. Quippe hoc ipsum retulit, ne obscurus esset, qui tanquam sapientia præditus præcellentiore, ad gloriç contemptum adhortando immeritam gloriam quæsiuit:

Odi sophistam, qui sibi ipsi non sapit.

Philoxenum enim Eryxidis filium & Siculum Gnathonem, quibus mire animus fuit in patinis, ferunt muccum nasi in catinos emungere solitos: quo deterritis reliquis conuiuis ipsi soli fercula vorarent. Gloriæ vero qui immodice & impotenter inhiant: gloriam, vt citra æmulum ea potiantur, apud alios veluti riuales obterunt, imitanturque remiges. Vt enim illi, licet puppim
30 nauis respiciant, proræ tamen procursum adiuuant, quod vndę retro inhibitæ cum impetu pro uectam simul cymbam impellant, Haud secus illi, qui eiuscemodi præcepta tradunt in speciem fastidiétes gloriæ eam sectantur. Alioquin quid dicere hoc attinebat, quid scribere, & scripta ad posteritatis memoriam vulgare: si ignotati intendebat à suæ memoriæ hominibus, qui nec à secuturis? Quin illud ipsum nonne improbū: Ita viue, vt nemo te sentiat vixisse, sicut sepulchrorum spoliator. At fœdum est ita viuere, vt omnibus conueniat esse ignotum. Ego potius dixerim: Ne si turpiter quidem vixeris, in tenebris velis hætere: cæterum prodi in lucem, redi ad meliorem frugem, resipisce. Si virtute ornatus es, noli esse inutilis: sin vitiosus, noli teniti correctioni. Imo cuinam hoc præcipias, discrimina & discerne: si inerti, malo, & insipienti: nihil discedis ab eo, qui dicit, Nemo febre te teneri sciat, nemo te sciat phrenitide laborare. Caue no-
40 scat te medicus. Abi cōice te aliquo ignotus cū tuis morbis. Et tu abi cum vitio tuo morbo implicatus insanabili & pestifero: qui tegis inuidiam & superstitionem, qui trepidas ceu punctiones quasdam permittere te iis, qui corrigere & medicinam facere valent. At prisci mortales etiam ægrotos in propatulo appellabant. Horum quisque, si quid salutare haberet, quod vel ægrotando ipse, vel ægro opitulando comperisset, indicabat requirenti: atque artem ea ratione dictitant experimentis conflatam grandem euasisse. Oportebat item languidos mores & morbus animi turbatos apud omnes retegere, quæ tangeret & subiiceret quisque qui affectiones inspiceret. Irasceris? caueto hoc. Æmulatione laboras? illud facito. Amas? amaui ego quoque; verum pœnituit me. Nunc dum inficiantur, recondunt, & integunt vitium: altius id in viscera sua intrudunt. Iam si bonos viros, vt abdant se & ignorentur, admones: Epaminondæ dicis, Noli
50 dux esse: Lycurgo, Noli leges ferre: Thrasybulo, Caue tyrannum de medio tollas: Pythagoræ, Caue erudias: Socrati, Noli disserere: ac tibi ipsi præ cæteris Epicure, Caue scribas amicis Asianis vel Ægyptiis militem scribas, vel Lampascenorum adultos secteris, vel omnibus mortalib9 ostentandæ eruditionis tuæ causa libros mittas, vel de sepultura statuas. Quo enim communes mensæ, quoue necessariorum & formosorum congressus? Quo autem tam infinitus numerus in honorem Metrodori, Aristobuli, Chæredemique scriptorum & elucubratorum versuum, ne post fata in obliuionem venirent: vt obliteratione sancias virtutem, inertia artē, philosophia silentiū, & felicitate obliuionem. Quod si ex vita sicut ex conuiuio lumen subducis cognitionem: quo omnia facere ex voluptate atque ad voluptatem nesciantur, nemo te vixisse sciat. Sane quidem si cum læto mihi scorto vita & cum Leontio traducenda, ac respuendum

 est ho-

est honestum, summaq; bonorum ad corpus & titillationem reuocanda: hi tenebras postulant fines, hi noctem, hi obliuionem & ignorationem. Sin in rebus naturalibus Deum celebres eiusque iustitiam & prouidentiam: in ethicis legem, commercia, reip. tractationem: in rep. tractãda honestum, non vtilitatem: cur in obscuro viuas? Num vt neminem instruas, nemini virtutis luminare vel exemplum sis ad honestatem? Si ignotus Atheniensibus Themistocles fuisset, nõ reiecisset Græcia Xerxem: Si populo Romano Camillus, haud staret vrbs Roma: Si Dioni Plato, haud esset Sicilia liberata. Vt nimirum lumen non modo conspicuos nos, verum etiam inter nos inuicem conducibiles reddit, notitia item non gloriam solum, sed & actionem virtutibus parit. Quippe ad quadragesimum annum obscurus Epaminondas nulli vsui Thebanis fuit. Vt habita est ei fides, suscepto imperio ruentem ciuitatem conseruauit, ac seruientem in libertatem asseruit Græciam, qui in gloria sicut in Sole virtutem strenuam in tempore præstitit. Refulget enim vsu: 10

Vbi nobilis more æris, segne quod diu
Iacuit, resumpsit animum,

non solum, vt ait Sophocles: verum etiam indoles hominis, quæ velut situm & senium per inertiam contrahit ex obscuritate. At muta quies, vitaq; sedentaria in ocio recondita non corpora tantum, sed & animos tabefacit. Ac quomodo clausæ aquæ, quod in vmbra hæreant neq; perfluant, computrescunt: sic scilicet eorum, qui torpidam vitam degunt, si quem vsum præstare valent, dum non prolabitur nec mouetur, marcescit & obsolescit natiua vis. Non cernis nocte ingruente corpora tum inerti torpore teneri, tum pigro quodam languore corripi, ac contractam in se rationem ignis modo pene extincti ex ignauia & desidia parum distractis agitari visionibus, tantum hominem viuere, significantem? 20

Somnia vt exoriens Phœbus fulgentia candens
Discussit,

ac velut in vnum commiscens reuexit & concitauit sua luce omnium actiones & cogitationes, vt Democritus ait: nouo in die versantes homines mutuo inter se ardore sicut valido vinculo compositi, alius aliunde ad opera consurgunt. Equidem existimo vitam ipsam & omnino ortũ & consortiũ natalium humanorum nobis à Deo in hoc, vt innotescant, tributa. Tectus autem est atque incognitus in vniuersitatis congerie, dum minutatim & tumultuarie torquetur. Vbi vero secum coiit, atq; in molem assurrexit, elucet euaditque clarus ex abdito & illustris ex obscuro. Neque enim ad essentiam cognitio via est, vt quorundam fert opinio, sed essentia ad cognitionem. Quippe non edit nascentium quodque, verum ostendit: quomodo nec interitus existentis sublatio est, vt non sit: quin potius ad obscuritatem abductio dissoluti. Hinc scilicet solum Apollinem ex patriis & priscis mysteriis putant ac Deliũ & Pythium nuncupant. At qui sortem obtinet diuersam, siue Deus ille, siue dæmon est, Aden, id est, Orcum dicunt: quod exanimes in ἀιδὲς & ἀορατὸν, id est, caliginem & obscuritatem concedamus, 30

Obscuræ ad noctis somni quoque principem inertis.

Ac nimirum hominem ipsum censeo esse à veteribus phota à luce appellatum, q; innotescendi cognoscendique ex affinitate vnicuique ingens cupido insita sit: ipsumque animũ arbitrantur nonnulli philosophi natura lumen esse, vtunturque cum aliis argumentis, tum quia præ rebus omnibus ignorantiam animus moleste fert: & quicquid opacum est, id refugit eoque perturbatur: quod tenebræ ei suspectæ terrorem incutiant. Contra vsq adeo est ei lux iucunda atque amabilis, vt nihil aliud, quod natura delectabile sit, citra lucem cupiat in tenebris: verũ hæc quamuis voluptatem, quamuis oblectationem & delitias quasi condimentũ nouitium exhilaret admixta & gratam reddat. At qui seipsum coniicit in ignorationem, atque nebulis inuoluit, vitamq; quasi in sepulturam abdit: hic ab ipso videtur abhorrere ortu, & ad prodeundum in rerum naturam fatiscere. Et quidem gloriæ & essentiæ naturam sedem autumant esse piorum, 40

Fulget quibus lumen sub nocte Apollinis
Hac punicea per prata, quibus felicium
Vernantiumque latarum quoque floribus
Campus virescens est expansus arborum. 50

tum amnes quidam tranquilli ac lenes eum perfluunt. Illi tempus iucunde colloquiis rerumq; præteritarum ac præsentium commemoratione transigunt prosequentes se mutuo atque inter se congressus agitantes. Porro tertia via est eorum, qui impiam & sceleratam vitam egerunt: quorum animas coniicit in locum caliginosum & votaginem,

Vastam vnde flumina eructant caliginem
Noctis tenebrosa obscura,

excipientia & abscondentia ignorantia & obliuione supplicia pendentes. Nam nec proiectorũ in terram tondent sempet iecur hominum perditorum vultures. Quippe cremara sunt aut computruerunt. Neque grauium onerum opprimit & conficit gestario corpora eorum à quibus piacula exiguntur. Neque enim carnes iam & ossa habent fibræ. Reliquiæ corporis tenitẽtis nullæ sunt vita defunctis cruciatuum capaces: sed oratio pœnas à scelerosis exigendi teuerà est vnica nominis obscuritas, ignorãtia, & obliteratio in totum: quæ ignauiam & inertiam in abyssum vastumque pelagus demergit, quod omnem secum ignorantiam & obscuritarem rapit.

Quemadmodum adulatorem ab amico internoscas.

QVI diligere Antioche Philopappe seipsum impense profiteatur, huic ignoscere Plato omnes ait. Vitium autẽ multis cum aliis innasci grauissimũ: quod impediat, quo minus iudex sit sui quisq; iustus & incorruprus. Cœcutit n. in eo, quod amat, amãs: nisi colere recta eaq; experere præ cognatis & domesticis doctrina sit meditatus. Id præbet media in amicitia campum adulatori amplum, qui arcem opportunam aduersus nos habet amorem nostri: per quem cum sit assentaror quisq; sui primus & maximus, haud grauatim recipit externum, quem existimat & vult testem iuxta atque astipularorem sibi accedere. Qui enim conuitio appellatur philocolax, id est, adulatoribus gaudens: hic immodice amans est sui, atq; ob hanc beneuolentiam, & omnia sibi adesse vult, & omnia opinatur, cuius non est absurda volunras, sed opinio lubrica, magnamq postulat cautionem. Quod si diuina veritas, omniumq; ea tam diis quam hominibus, vt author est Plato, fons est bonorum, nimirum sit deorum assentaror hostis, præcipue Apollinis Pythii. Siquidem semper pugnat cum hoc dicto, Noscere ipsum: quod imbuat vnumquenq; captione aduersus semetipsum atq; ignorarione suorum bonorum & malotum, ac bona claudicantia & manca, mala reddat incorrigibilia. Arq; si vt mendæ pleręq; aliæ, contingeret adulator solum vel præcipue degenetes & abiectos, haud sit res ita grauis aut vitaru difficilis. Cæterum quando vt cossi potissimum in teneris lignis & dulcibus nascuntur: sic ingenia generosa, proba, & lenia adulatorem admitrunt aluntq; adhærentem: insuper vt equorum alendorum studium ait Simonides non lomentis comitans esse, sed feracibus tritici aruis: ita assentationem cernimus non tenues, non obscuros, non inopes sectantem, sed domos & fortunas impellentem & afficientem magnificas, sæpe etiam euertentem tegna & imperia: non vulgaris operæ sit, neq; prospicientiam requirat leuem eius considerario: ne, quæ æque ac res nulla alia est circumforanea, vulneret aut traducat amicitiam. Nã discedunt à morientibus pediculi, corporaque extincto, ex quo aluntur, sanguine deserunt: adulatores vero haudquaquam rebus aridis se admouentes & frigidis conspicias, verum splendori & potentaribus imminent, iisq; alunrur: at conuersis reb. dilabuntur. Enimuero non est istud experimentum operiendum inutile, imo noxium & discrimini coniunctum. Difficilis est namque rempore, quod amicos postulat, eorum, qui amici non sunt, probario: quæ commuratione m veti & firmi cum volubili & adulterino non habeat: cæterum amicus est vt nummus ante necessitatem comparandus probatus, non quem explorer necessitas: Neq; enim sentire debemus læsi, sed ne lædamur, experientiam, & notitiam capere oporter adularoris. Alioquin idem nobis acciderit, quod illis qui percipiunt prægustando exitiale medicamentum, iudicium per sui ipsorum perditionem & necem agentes. Neq; sane hos laudamus neq; illos, qui amicum rem honestam esse ducunt & vtilem: sed amicos, quorum est consuetudo iucunda, ilico deprehendisse putant se assentatores esse. Quippe non est terricus vel acerbus amicus, neque amarulentia grauis amicitiæ & austeritate, sed est vtique ipse hic decor & grauitas eius iucunda & optabilis,

Hanc iuxta Charites sedes & amor posuere.
Atq; non afflicto tantum
Vultum intueri dulce sit chari viri.

authore Euripide: sed nihilo minorem rebus secundis voluptatem & festiuiratem adfert, quam asperis detrahens mœrorem & perplexitatem præsto est. Atque vt Euenas esse ait * condimẽtum ignem optimum: ita qui vitam temperauit amicitia Deus laura, dulcia & grata, hæc si adsit socia, reddit cuncta. Qui alioquin, amiciriam si cernat nusquam delectabile admit-

*Alii, *esca lentũ tem- cum.*

 ten-

tentem, vestiret se delectatione adulator, hand video. At sicut vasa illa, aurum quę mentiuntur, & adulterina, fulgorem & nitorem auri reddunt tantum: ita adulator scilicet amici iucunditatem & hilaritatem exprimens prebet se vbique amœnum, lætum, nusquam renitentem, nusquam obluctantem. Vnde nec, si quis laudet, statim quasi plane palpet, suspectandus sit. Laudatio enim tempestiua non minus quam reprehensio amicitiam decet. Imo vero immodica morositas & querelæ horridæ atque alienæ sunt ab amicitia & mutua vitæ consuetudine. Beneuolentiæ vero, quæ laudem ob recte facta benigne & candide tribuit, rursus castigationem liberam facile & leuiter ferimus, bonique consulimus ac fidem habemus vt necessario culpanti, qui laudauit libenter. Res est ergo, dicat quis, spinosa adulatorem ab amico, si nec delectatione ab eo nec laudatione discrepant, internoscere. Namq; in obsequiis & operis crebro ab assentatione amicitiam præuerti videas. Quid autem non studeat, respondebimus: si germanum adulatorem qui cum ingenio & arte rem tractet, venemur, non sicut vulgus hos, qui autolecythi & parasiti dicuntur, & quibus exprobratur hoc, post manus lotas, vt quidam dixit, adulatores ducamus, quorum vna in patina & calice illiberale ingenium cum vernilitate coniunctum & scurrilitate patescit? Quippe nihil opus fuit parasitum Alexãdri Pheræi excutere Melanthium, qui rogantibus, quemadmodum necatus Alexander esset: Per latus, inquit, in ventrem meum: neque istos qui opulentam circulant mensam, quos nec ignis, nec ferrum, nec æs, quin ad cœnam ventitent, arceat: neque assentatriculas illas Cyprias, quæ vbi transierunt in Syriam, fuerunt scalulæ appellatæ quod regum coniugibus inclinantes se summitterent ad currus conscendendum. A quo post igitur cauendum? Nempe ab eo, quem non apparet, & qui non præ se fert assentari? quem non * deprehendas circa culinam, neque vmbram admetientem ad cœnam, neque vino mersus quolibet loco iacet: sed est fere sobrius, ingerit se vbique, negociotum in societatem debere putat se venire, sermonumque esse consors vult arcanorum. Breui tragicus est, non satyricus amicitiæ histrio vel comicus. Vt enim refert Plato, repræsentare, cum non sis, iustum extremæ est iniustitiæ: assentatio item numeranda perniciosissima, non confessa vel ridens, verum illa seria. Hæc enim & synceram amicitiam, quæ cum ea sæpe concurrit, nisi cauti simus, reddit plane suspectam. Ac Gobrias, qui in conclaue vna cum mago fugiente opacum irruit, inter luctandum imminenti suspensoque animi iussit Dario, vt vel vtrumque gladio traiiceret. Nobis vero, si nullo modo commendabimus id, quod dici solet, Valeat amicus cum inimico, dum multis commissum affinitatibus cum adulatore amicum diuellere ab eo quærimus: vetendum sit, ne qua vna cum malo eiiciamus vtile, aut dum temperamus à familiari, noxio implicemur. Nimirum vt syluestria semina, quæ æmulantur figura & mole triticum, si confusa sint cum eo, ægre secernuntur. Aut enim non elabuntur per foramina angustiora, aut per laxiora vna cum illo transmeant. Haud aliter ab amicitia assentatio, quæ omni in ægritudine, motu, vsu, consuetudine confundit se cum illa, morosa est distractu. Quia vero omnium est res amicitia iucundissima: neq; perinde exhilarat quicquam, idcirco irrepit per delicias, in iisq; est adulator. Et quoniam comitatur ei officium & beneficentia: vnde etiam in prouerbio est: Amicus magis est quam ignis & aqua necessarius: hinc coniiciens se in obsequia adulator, semper videri elaborat sedulus, impiger, promptus. Iam quando quæ ingressionem amicitiæ primam connectit & conciliat, studiorum est & morum similitudo: ac breui iisdem delectari atq; ab eisdem abhorrere primo copulat eam ac conglutinat consensione affectuum: hoc perspiciens adulator, quasi materiam quampiam componit formatq; sese: qui adaptare sibi & induere studet personam eorum, quoscunq; statuit aggredi, cum sit mollis & conuertendi se ad effingendos quosuis artifex: vt illud dicere possis,

*Inueniaс.

Tu non Achillis filius, sed ipsus es.

Quod autem omnium in eo est astutissimum, quia liberam admonitionẽ & dici & haberi aduertit vocem amicitiæ quasi animantis cuiuspiam propriam contra astrictam seiunctam esse ab amicitia & abiectam: nec hanc negligit mentiri, sed sicut intelligentes coqui amara iura & austera condimenta ad nauseam detrahendam adhibent dulcium perinde assentatores non veram non frugiferam, cæterum velut conniuenrem ex supercilio atque titillantem plane adferunt admonitionem. Hinc fit, vt iste deprehendatur laboriose, sicut quę mutare sunt solitæ colorem, feræ repræsentant fruticum & locorum, quibus insistunt, speciem. Quando autem imponit & integitur ille vmbra vnitatis: partes sunt nostræ detegere eum ac detrahere ei personã coloribus & simulachris alienis, vt verbis Platonis vtar, inopia propiorum exornato Age igitur rem à capite contemplemur. Fontem esse diximus plærisq; amicitiæ, animi & ingenii similitudinem, mores & sensus quæ bona fide exosculatur eosdem, iisdem autem ducitur studiis, negociis, exercitationibus: de quibus hæc dicta sunt:

Linguam senex habet seni gratissimam,
Puero puer, mulier mulieri congruit,

Æger quoq; egro, & rebus ictus asperis
Sortem ferenti turbidam est consentiens.

Quia igitur nouit parasitus gaudere similibus & vti, atq; amare ea esse nobis ingenitum: hac via annititur primum admouere se vnicuiq; atq; in familiaritatem insinuare, vt in pascuis feræ, iisdem exercitationibus institutisq; iisdem, & iisdem studiis atq; viuendi ratione sensim attepens & affectans, dum opportunum se præbeat laqueo, & attingēti tractabilem se & familiatem reddat: vituperans tes, mores & homines, quibus illum offendi sentit: viceuersa ostendens se buccinatorē eorum, quę ei cotdi sunt, nō mediocrem, sed vt omnes supetet cum stupore & admitatione, suffragans amori & odio, quasi iudicio potius quam motbo susceptum sit. Qui ergo atguatur, & quibus dep tehendatur discrepantia, similis non esse neq; effici, verum æmulari similem. Primo æquabilitas & tenor considerandus instituti vitæ est, an retineatut eisdem perpetuo, an eadem commendet, atq; vnum ad exemplar vitam suam dirigat & componat, sicut ingenuo amicitiæ & familiaritatis, quæ eotundem est motum, conuenit amatori. Talis est enim amicus. Adulator, qui sedem vna moram non habet fixam, neq; genus vitæ sibi quærit delectū, verū alteri & ad alterius conformat & componit se nutum: non simplex est nec vnus, sed multiformis variusq; in aliam ex alia effigie aquæ more transeuntis, quę circumfluit sempe tatq; imaginem suam vatiat pto alueo. Nam simia quidem, dum imitari parat hominem, vna motitando se & saltando capitur. Adulatot ittetit & in laqueum illicit imitando non similitet omnes, sed cum alio saltando & cantando, cum alio luctando & exercendo se. Feras figendi & venandi cū petit studiosum, sequitur tantum non exclamans sicut Phædra:

Lacerare per deos maculosos gestio
Ceruos canibus, eosq; includere cassibus.

Nec fetam motatur, sed ipsum in plagas coniicit & indagine cingit venatotem. Sin litetatum & attium studiosum bonarum venetur: iam in libris est, barba promittitur ad pedes vsq;, pallio amictus est, nulla retum differentia, in ote sunt numeri, tectanguli, & trianguli Platonis. Iam si homo iners, vinosus, & pecuniosus in manus eius venerit:

Pannosam reiicit vestem veterator Vlysses.

Abiicitur pallium, detondetur sicut infrugifera messis barba: in ote autem sunt cupæ phialæ, ioci in deambulationibus, dicteria in philosophos: sicut Syracusis memorant sub aduentum Platonis, cum amor Dionysium mirificus philosophiæ teneret, regiam ob frequentiam geometriæ se dantium plenam pulueris fuisse. Vt veto in Dionysium incurrit Plato, ille autem salute philosophiæ dicta coniecit denuo se in pocula, scorta, nugas & libidinem: cunctos statim, vt si à Circes poculis transfigurati fuissent, inertia, socordia, vitæq; remissio occupauit. Testantut id etiam insignium facta assentatorum concionatorumque: quorum summus Alcibiades Athenis iocos ciendo, equos ad sacra certamina alendo, comiter & festiue viuendo: Lacedæmone barbam cutetenus tadendo, vili pallio se amiciendo, balneo vtendo gelido: In Thracia bellige tando & potando: vt contulit se ad Tissaphernem, profundendo se in luxum, mollitiam, & insolentiam delniuit & consuetudine sua omnes assimulando se & ancillando iis cepit. Enimuero non ita Epaminondas neque Agesilaus: verum quamuis plurimis cum hominibus, ciuitatibus ritibus, habuerint rationem, congruos tamen sibi amictu, victu, sermone, vita mores vbiq; tuebantur. Sic Plato in Syracusis, qui in Academia, & is apud Dionysium, qui apud Dionem fuit. At assentatoris vt Polypodis piscis mutationem facilime opprimas, si in multa versari ipse videare, atque improbare quam ante laudasti vitam: quę autem fuerunt tibi tes vel vitæ ratio vel sermones offensæ, ea tāquam probata accipere repente. Nempe cernes istum nusquam stabilem vel eundem, neque proprio suo amantem, perosum, delectatum, & offensum motu: cerarum speculi more simulachra accipientem perturbationum morum, & motionum peregrinarum. Quando eiuscemodi qui est, si quem apud ipsum amicorum obteras, prompte dicet: setius hominem excussisti. Nam mihi quidem nec ante commendatus fuit: si laudes, rursus inuertens se, gratulari hercle ostendet se & gratias agere de illo, eique credere. Si vitam cōmutandam prædices, ceu si in ocium & quietem ex reip. procuratione trāseas: Iamdudum inquit, procellis oportuit nos atque inuidia extricatos fuisse. Quod si denuo animum demonstres appellere te ad res gerendas vel ad causas agendas succlamauerit: Rem te dignam cogitas. Est quidem dulcis tranquilla vita, sed obscura & ignobilis. Huic igitur extemplo dicendum est:

Hospes nunc alius mihi quam pridem esse videris,

Non quæro, qui mecum se inflectat & mihi assentiatur, amicum. Facit enim ea vmbra melius sed illum, mecum qui vera dicat & explorat. Atq; ratio probationum hæc vna est. Altera, ex similitudinibus huiuscemodi asseruandum discrimen. Germanus amicus nec æmulator est omnium, nec laudator expeditus, verum optimorum modo.

Nam ſocius eſſe amoris haud curſus ſolet:

vt ait Sophocles : & vero in rebus recte gerendis & colendo honeſto, non in delinquendo vel fallendo: niſi quis vt ophthalmiæ infectio & contagium vſu & conſuetudine inficiat vitio vel errato aliquo inuitum. Ita Platonis imitatos memorant aſſeclas eius contractos humeros, Ariſtotelis balbutiem, Alexandri regis ceruicem inflexam & vocis in ſermocinando *aſperitatem. Complura enim ex amicorum moribus & ritibus accipiunt aliqui imprudentes. At adulator vere chameleontis ritu mouetur. Siquidem colorem ille excepto albo omnem reddit. Adulator, quod in præclaris parem non valeat ſe præſtare, turpium, quod exprimat, prætermittit nihil: ſed ſicut mali pictores, vbi aſſequi ex imperitia ſpecioſa nequeunt, reddunt in rugis, lentiginibus, & cicatricib. gentilitatem: perinde imitator fit intemperantiæ , ſuperſtitionis, excandeſcentiæ, acerbitatis erga famulos, diffidentiæ erga familiares & propinquos. Natura enim ſuapre ſponte eſt ad deteriora propenſus, putatque ſe quam remotiſſime à carpendis turpibus abeſſe imitando. Quando veniunt, qui rectiora ſectantur, obtunduntur que & offunduntur amicorum noxis, in ſuſpicionem quod ſane apud Dionyſium Dionem, Samium apud Philippum, & Cleomentem apud Ptolemæum preſſit & euertit. Hic vero eſſe & videri affectat iuxta iucundus & fidus, quaſi ex nimia beneuolentia nec vitiis angatur: ſed omnium morbos omniũ induat ingenia. Quapropter nec fortuitorum & eorum, quæ temere accidunt, eſſe ſuſtinẽt exortes: verum blandientes affectis pari morbo ſimulanr ſe impeditos , neque cernere acute vel audire ſi cum cœcutientibus & ſurdaſtris verſentur, vt Dionyſii, qui oculis caligabar, aſſentatores, offenſabantque ſe mutuo, & patinas inter cœnandum deiiciebant. Nonnulli admouentes ſe morbis propius, interius inſinuant ſe immiſcentque ægritudinum paritate vſque ad arcana. Quando enim aduertunt coniugium nonnullorum inauſpicatum, aut de filiis aut familia grauiter opinantem, non parcunt ſibi ipſi, queruntur de propriis liberis, de vxore , de neceſſariis vel domeſticis, ac reconditas effutiunt cauſas : Efficit enim ſimilitudo magis conſentientes: imo quaſi accepiſſent pignora effundunt apud illos abditi aliquid, vbi effuderunt autem, vtuntur eis familiariter, metuuntq; decedere fide. Equidem noui quendam, qui vxorem repudiauit, cum exegiſſet amicus ſuam. At venditando ad eam occulte accerſendoq; compertus fuit, cum id fuiſſet amici vxor odorata. Adeo fuit aſſentatoris rudis ille, qui cancro citius quam adulatori congruere hæc exiſtimauit iambica:

Eſt venter omne corpus, vndique obtuens
Oculus, ſuiſque reptans beſtia dentibus.
Simulachrum eſt enim hoc paraſiti ex iſtis,
Qui ſunt amici menſa & in paropſide:

vt ait Eupolis. Cæterum hoc in locum ſuum reiiciamus. Illum vero in imitationibus ne prætereamus fucum eius, reſeruare hunc, ſi quam ſubſequitur illius, cui vẽditat ſe, virtutem, ei prærogatiuam. Nam iuſtis amicis æmulatio inter ipſos aut inuidentia eſt nulla: atq; adeo ſiue pares in præclaris factis ſiue ſint inferiores, candide & modice ferunt. Adulator memor ſemper, vt ſecundum ſe præbeat alteri, concedit in affinitate paritatis, vbique vinci ſe & ſuccumbere prę̨ter quam in prauis præſe ferens. In prauis enim non permittit ei primas: ſed profitetur, ſi moroſus ille ſit, ſe melancholicum eſſe: ſi ille ſuperſtitioſus, ſe numine afflatum: amare illum, ſe inſanire: non loco inquit ridebas, ego vero riſu diſrumpebar. In bonis contra: pernicem ſe in currendo eſſe, ſed volare illum, equitare ſatis bene ſe, ſed quid ad Centaurum hunc ? Poëta ſum felix, & carmen ſcribo non peſſimum: cæterum tonare non eſt meum, ſed Iouis. Simul namq; oſtendit & inſtitutum ſe præclarum illius comprobare ſectando , ſed imitabilem , dum ſuperatur, illius facultatem. Atq; in adumbrando hæ ſunt inter adulatorem & amicum diſtantiæ. Quia vero inter eos etiam communitas eſt oblectationis. Tenetur enim non ſecus animis bonus atq; adulatoribus malus: hoc quoq; ſodes diſcriminemus. Eſt autem in voluptatis ad finem relatione diſcrimen. Ac ſic mihi expende. Eſt odoratum vnguentum, eſt & antidotum. Verum hoc intereſt, quod ad luxum illud neq; ad aliud paratum ſit vllum: ibi vis purgans aut calefaciẽs, aut carne explens vulnus interim ſpirat iucunde. Iam pictores amœnos colores & infecturas miſcent. Sunt & medicamina nonnulla ſalubria oculis amœna & colore tincta non ingrato. Quid igitur diſſident? nonne patet, quod ſine vſus nos diſtinguemus ? Siquidem habent item amicorum feſtiuitates ad honeſtum & vtilitatem oblectationem ſuam velut eſfloreſcentem. Et vero etiam vtuntur interim inter ſe vt condimentis rectorum & honeſtorum ioco, menſa, vino, riſu quoq; & nugis Cui quadrat illud:

Oblectant vario ſeſe ſermone viciſſim.

Et illud:

Nil nos vel grati vel læti diſſociabat.

Aſſen-

*Alii, celeritatem.

Assentator hoc agit eoq; spectat semper, vt lusum aliquem vel factum, vel dictum oblectandi causa & ad oblectandum coquat & condiat. Atq; vt summatim dicam: hic iucundus vt sit, omnia agere se putat oportere. Alter semper, quę decet, agens sæpe est iucundus, sæpe etiam tristis: non ille quidem vltro, verum si id ex vsu sit, non defugiens tamen. Quippe vt medicus, si in rem sit, crocum adiicit & nardum: & vero etiam subinde balneum pręscribit, blande & benigne nutrit: interim repudiatis his ingerit castorium vel polium graue olens, quod virus spirat, vel intritum exhaurire cogit veratrum: neq; hic, quod ingratum sit, neq; illic, quod delectet, respicit: verum vnum habet propositum, quem curat ægrum, ei vt prosit. Haud aliter amicus modo cum laude & festiuitate efferendo & permulcendo ducit ad honestum, vt hic:

10

Teucer amice mihi Telamonie ductor Achiuûm
Sic iaculare. Et illud:
Quinam ego diuini post obliuiscar Vlyssis.

Contra vbi castigatione est opus perstringendo verbis acribus & castigatione salubri:

Diu genite insanis, neq; te decuit Menelae
Hic furor.

Interdum actum coniungit cum sermone, sicut Menedemus amici filium luxu perditum ac lasciuum Asclepiadis excludens nec appellans ad bonam frugem reduxit: & Barto, cum in Cleanthem versum in comœdia fecisset, interdixit schola Arcesilaus. Vbi vero pœnitentia ductus, satisfecit Cleanthi, rediit cum eo in gratiam. Debemus enim commodantes mordere, non mordētes tollere amicitiam: sed mordacibus vt medicinis vti ad vitam, & salutem ægroti. Itaque amicus sicut harmonicus vicissitudine ad rectum & vtile, partim remittens partim intendens, sæpe quidem suauis, perpetuo tamen est conducibilis. Adulator vero tanquam ad eandem formulam vsquequaque iucundum & gratum assonare solitus, nihil facere quod renitatur, nihil dicere quod pungat, nouit: verum soli obsequitur voluntati, accinens ei perpetuo cōsonansq;. Sicut igitur Agesilaum libenter memorat Xenophon solitum laudari ab illis, qui etiam vellent ipsum vituperare: sic suauis & blandus habendus est amicus, si etiam pūgere queat & reniti. Consuetudo vero, quæ perpetuo voluptatem & titillationem habet meram atq; omni carentem ægrimonia, habenda est suspecta, & vero ad manum habere illud Laconis debemus qui, cum rex celebraretur Charillus: Qui nam hic, inquit, bonus sit, qui nec improbis est acerbus? Atq; quomodo œstrum insinuare se referunt in taurorum aurem, & in canum ricinus: ita gloriosorum obsidet adulator laudibus aures, itaq; est affixus, laboriose vt auellatur. Quocirca iudicium hic inprimis habendum est vigilans obseruansq;, rei an hominis commendatio sit. Rei est, si absentes potius quam præsentes commendent: si eadem ipsi appetentes & sectantes non nos solum, sed eunctos iisdem de causis, non modo hæc, modo diuersa agentes & dicentes: præcipue vero, si ferimus non pœnitere nos neq; pudere eorū: ob quæ prædicamur, non optare potius diuersa ab his à nobis facta ac dicta fuisse. Nam interius iudicium, quod pugnans perhibeat testimonium nec agnoscat laudem immotum, inuiolatum, atq; ab adulatoribus est integrum. Enimuero haud scio quo pacto vulgus hominum consolationes in rebus aduersis non ferat, verum leniatur citius ab illis, qui vna eiulant & lamentantur: at si offenderit & deliquerit, is, qui reprehendendo & carpendo stimulum pœnitentiamq; infigit, hostis habetur & accusator: contra laudantem extollentemq; facta, appellat numeratq; amicum & sui studiosum. Atq; qui factum aut dictum vel serio agentis quippiam vel facetiis vtentis temere laudibus ferunt & comprobant, hi in præsentia solum atq; in iis, quæ in manibus sunt, officiunt. Qui vero ad mores penetrant laudatione, blanditiisq; per animi tenorem contingunt, hi imitantur seruos, qui non de aceruo, sed de semine furantur. Animum enim, qui semen actionum, & mores, qui initium & fons sunt vitæ dum viriorum virtutibus imponunt vocabula impellunt. In seditionib. enim & bellis solitam vocabulorum dignitatem refert Thucydides non iis tribui factis, quibus oportebat: sed accommodari iis, quæ fiebant. Siquidem inconsulta audacia fortitudo contentiosa habita est: prouida cunctatio, timiditas speciosa: modestia, ignauiæ velamentum: prudentia omni in re, mera socordia. In assentationibus considerandum & obseruandum dici profusionem liberalitatem, timiditatem securitatem stuporem acumen, sordes frugalitatem, amatorem comem & beneuolum, iracundum & inflatum fortem: humilem & abiectum animo humanum: vt Plato quodam loco amatorem ait, qui sit eorum, quos amat, adulator, eum qui simo est naso appellare amabilem: qui adunco, regalem, nigros viriles, candidos deorum filios: mellei cognomē fucum esse amantis, qui blande appellet & benigne ferat pallorem. Et quidem teter, cui pulchrum se esse persuasum est, aut pusillus, cui magnum, non diu in eo errore hæret, nec fraudem id ei magnam vel incorrigibilem adfert. At quæ assueta vitiis vt virtutibus

est

est laus, vt non offendaris, sed accipias eam libens & quæ verecundiam abstergit peccatis, hæc obtriuit Siculos, dum Dionysii & Phalaridis crudilitatem odium improborum nuncupauit. Hæc perdidit Ægyptum, quæ Ptolemæi mollitiam & insaniam, vlulatus, musicorum instrumentorum & tympanorum tractationes religionem & deorum cultum nominauit. Hæc res Romanas tunc adeo opulentas pene euertit & perdidit, cum Antonii luxum, libidines & insolentiam res lætas atq; humanas indulgentis ei potentiæ & fortunæ blando nomine Romani prædicarent Ptolemæo autem phorbiam & fistulas quid accommodauit? Quid porto Neroni tragicam fixit scenam, personamq; & cothurnos induxit, nonne adulatorum præconia? Complures denique reges, nonne Apollines cum cantillant: Bacchi, cum vino mersi sunt: si luctentur, dicuntur Hercules? Quod illis si placeat, in omnem impelluntut à blanditiis infamiam. Quare est præcipue in laudationibus asseruandus adulator, quod nec illum ipsum fugit. Verũ qui ad te vitandum est artifex suspicionum? si quem nactus sit splendide cultum vel agrestem, qui *phorbiam crassam ferat, toto naso vtitur. Sic insultans Bianti Struthias & insulsitati eius laudibus illudens: Plus quam rex Alexander. inquit, potasti: & Cyprium cum incessit risu. At arguriores cum cernat hic potissimum in ipsum erectos, declinantesque præsidium hoc & locum: tum non directo inuehit laudationem, sed porro abducens eam per ambages accedit, tanquam sensim palpans pecudem & periclitans. Modo enim laudes de illo renunciat aliorum, sicut oratores alienam inducens personam: atq; colloquium cum hospitibus demonstrat se aut cum maiorib. natu in foro per sibi gratum fuisse, qui multam & præclaram ipsius mentionem fecerint, eumque in admiratione habeant. Modo contra cum leuibus & falsis criminibus: quæ in eum ipse composuit, vt ab aliis si audisset, accurrit, vbi hoc dixerit, aut vbi hoc fecerit, quærens. Negantem haud dubie, statim irretitum coniicit hominem in laudes. Equidem mirabar, si tu quenquam familiarium dictis læsisses, qui ne inimicos quidem soles: aut manus tu alienis admouisses: de tuis adeo es liberalis? Alii autem, vt lucida & splendida pictores vmbrosis & caliginosis intendunt prope admotis: ita contraria obterendo, insectando, perstringendo, & deridendo, celebrant aluntq; vitia, quibus imbuti sunt illi, quibus assentantur. Temperantiam enim vt rusticitatem concidunt in profusis, auaris, fraudulentis, & in iis qui ex tebus opes parat fœdis & imptobis: sotte sua esse contentum iustitiamque vt ignauiam & imbecillitatem ad agendum. Vbi cum socordibus & supinis, & Solem deuitantibus vrbium conuersantur: non pudet eos reip. administrationem ærumnosam negociorum procurationem alienorum honorum cupiditatem ambitionem appellare inutilem. Iam vero facundi est interdum adulatione allatrare philosophum, & apud fœminas lasciuas sunt in precio, dum matronas castas & virorum amantes à Venere auersas & rusticas dicunt. Porro hoc improbitatem superat omnem, quod nec sibimetipsis parcant adulatores. Sicut enim, alios vt prosternant, demittunt luctatores corpus: sic carpendo se surrepunt, vt laudent familiares. In mari timidum sum mancipium, fatisco ad labores: vbi male audio, insanio ex ira: At huic, inquit, nihil est acerbum, nihil triste, sed singularis hic homo cuncta fert leniter & placide. Quod si quis sit, multum qui se sapere putat, esseq; vult austerus & rigidus, semperque ex quadam animi rectitudine hoc allegat:

Ne nimium celebres Tydide me neq; culpes.

Non hac via adoritur eum artifex adulator, sed machina est in hunc alia. Adit eum de tebus suis peculiaribus tanquam prudentiorem consulturus, atq; esse ostendit alios sibi familiares magis, sed necessario fatigare ipsum. Nam quo recurramus nos, qui consilium quærimus: Cui fidamus: Deinde audito, quicquid dixerit, discedit oraculum non consilium addens accepisse se. Si etiam quem peritiam literarum aduertit vendicare sibi, dat ei aliqua scripta sua, oratque vt legat & emendet. Ac studioso medicandi etiam secandos & vrendos præbuerunt se nonnulli amicorum Mithridati, re non verbis assentantes. Testimonio enim comprobati apparebat peritiam suam, cum fidem ei illi adiungerent. Formæ dæmoniorum multæ. Verum hoc dissimulatarum genus laudationum, quia cautionem requitit sagaciorum, discutiendum est: quod quidem frigidiora consilia & monita subiicit, & castigationes facit ineptas. Nam nusquam qui repugnat, sed annuit omnibus, omniaq; comprobat, atq; vbique accinit: Recte & probe: detegitur.

Signum petere, ast aliud requirere debitum:
Vt laudibus celebret infletque spiritus.

Iam vt picturam quidam latentem esse dicunt poeticam: perinde est quædam adulationis laus tacentis. Quomodo enim qui venantur, si non hoc agere, sed iter facere vel pascere vel colere agrum simulent, citius fallunt, ea, quæ captant: haud aliter adulatores tunc maxime tentant laudibus, cum laudare non apparet eos, sed aliud agere. Qui enim sella vel loco in conuiuio cedit accidenti, aut concionem qui habet dicitue in senatu, si quẽ sentiat locupletũ dicere velle,

media

*Alii, vestem ex pelle porcina. Alii, claud.

10 20 30 40 50

media in oratione conticescat, tradatq; suggestum ei &facultatem dicendi:is demonstrat silendo plus clamante meliorē censere se & excellentiore prudentia illū. Ita cernere est sedes hos in auditoriis & theatris primas occupantes:non quo illis se arbitrentur dignos, verum vt cedentes pecuniosis blandiantur:atque ingressos in conciliis & iudiciis orationem: mox cōcedentes vt potioribus,atq; facilime transeuntes in diuersa,si potens vel diues vel nobilis sit, qui contradicat. Quo inprimis concessiones huiuscemodi & submissiones sunt horum detegendæ:quod non vsui rerum,non virtutibus vel ætatibus, sed opibus illa & claritati deferant. Siquidem Apelles pictor, cum* Megabyzes,qui assidebat ei,loqui aliquid vellet de linea & vmbra: Viden pueros hosce,inquit, qui melidem colorem terunt? hi in te oculos admodū in-
10 tentos habebant tacentem,purpuramq; & aurum admirabantur: nunc vero irrident te,quod de his,quæ nō didicidisti occœperis verba facere. Crœso item de felicitate percunctante,Solon Tellum quendam hominem Atheniensem obscurū, Bitonemque & Cleobim esse affirmauit beatiores. Adulatores reges,diuites & summos magistratus non felices tantum & beatos, verum & intelligentia,arte,virtute præstare omni pronunciant. Et Stoicos nonnulli nec audire sustinent, cum sapientem simul diuitem,formosum,nobilem,regem appellant: quando diuites palpones & oratorem & poetam, & si libeat, pictorem & fistulatorem esse decernunt, celerem quoq; & robustum, succumbentes in luctando & in cursu à tergo remanentes: sicut in certamine cursus vinci se passus est ab Alexandro Crisson Himeræus. At ille fremuit, vbi id animaduertit. Dixit Carneades diuitum & tegum filios equitare solum, præterea nihil
20 rectè & probe discere. Quippe assentitur iis in scholis præceptor laudādo, & qui cū eo colluctatur,succūbendo: equus vero nescius nec laborans,priuatus an in magistratu positus,diues an inops sit,imperitos equo vehi effundit. Stulti vero erant & inepti Bionis conatus, qui si agrum erat prædicando feracē & fructiferum redditurus, magnopere videbatur erraturus, nisi hoc faceret potius,quā foderet & se fatigaret. Nec sane etiam importun' sit ille, qui laudat, si laudatis quæstuosus sit & fructuosus. Siquidem non sterilescit laudationibus aruum: hominē vero,qui,falso & immerito commendant eum, excæcant & perdunt. Sed de his quidē hactenus satis. Proximū est, vt de libera admonitione videamus. Oportebat enim, vt cum arma Achillis Patroclus indueret,atq; equos eius in prælium educeret,vnam non fuerit tamen ausus attingere hastam Peliada, verum hanc omiserit: sic adulatorem insignibus & notis instructū
30 compositumq; amici,solam liberam admonitionē vt eximium amicitiæ gestamen, magnum, graue,validum,intactam relinquere inimitatamq;. Cæterum quando probationem in ioco, vino, dicteriis & lusibus deflectunt, & rem iam in supercilium euehunt, adulantutq; vultu tetrico,increpationemq; aliquam addunt & castigationē:nec id sodes relinquam' inexcussum. Nempe vt in comœdia Menandri personatus Hercules inducitur, clauam gerens nō firmam nec robustam,sed figmentum quoddam flaccidū & inane: ita admonitio mollis assentatoris, leuisq; atq; eneruis vsu reperitur:quæ mulierū imitatur puluinatia: hæc enim licet capitibus apparcant obniti & contratendere, cedunt tamen obsecundantq;, sicut fucata hæc libertas, tumorē quæ habet cassum,imaginarium & suppositium, assurgit intumescitq; vt contracta subsidensq; excipiat attrahatq; eum,qui in ipsam sese demittit. Quandoquidē solida & amica
40 admonēdi libertas peccata mordet salubri prædita & medico stimulo, quæ mellis ritu vlcera pungit & mundat, cætera conducibilis est ac dulcis: de qua priuatim āgemus. At adulator primum speciem præ se fert amari, perquam asperi,atq; in aliorū implacabilis offensis. Est enim seruis durus,noxis insultat acerbe propinquorum & necessariorum, ac mire nouit nullum suspicere aut celebrare externorū,sed fastidire: ignoscit nemini, delator est: alios vt inflammet, existimationē aucupatur hominis improbis infesti, quasi non sua sponte cedat ipsis libertate lingue,neq; faciat aut loquatur ambitiose quicquā. Deinde vera & grauia crimina dissimulatione omnia transmittit & conniuet ad ea: in leues & exteriores titubationes acriter insurgit obiurgatq; ardenter & feruide, vas si positum videat negligenter, si parum splendide habitantem: si tonsuræ, si amictus in curium, si in canis vel equi cura solutiorem. Sin autem parentum
50 securus sit,si liberorū negligens: coniugis item despectus, familiarium contemptus, rei familiaris labes,nihil ad eum, verū mutus hic est trepidusq;, veluti si athletam sinat aliptes vino & libidini indulgere, de lecytho & strigile fremat: aut de tabula & stilo obiurget grāmatic' puerum, solœcismum vero & barbarismum conniueat committēti. Is est enim adulator, qui mali & ridiculi oratoris nihil reprehēdat orationē,sed de voce culpet & grauiter incuset, quod arteriam labefactet frigidæ potione: & scriptū indoctum iussus recognoscere vt spissam culpet chartam, scribamque scelestum & oscitantem appellet. Ita cum Ptolemæo, qui literarū videbatur affectator, de lingua, de versiculo, & historia pugnam ad medias vsq; noctes trahebant, sæuienti, insolescēti, tympanum pulsanti, & initiato ex tam multis repugnauit nemo. Atq; vt si homini,qui panis & fistulis infestatur, scalpello medico crines & vngues decidas: ita admo-

* Megabyzum. Suidas & Politian.

Z nitionis

nitionis adulatores libertatē non partibus afflictis & dolentibus adhibent. Adhæc istis versutiores vsurpant vel ad oblectandum solutam admonitionem & increpationem: sicut Argiu' Agis cum scurræ euidam Alexander ingentia dona largiretur, inuidia & dolore impulsus exclamauit: O rem vehementer indignam. Vbi indignatus se ad illum rex cōuertit, &, Quid ais, inquit, Fateor, respondit, ægre ferre me & stomachari: q; vos conspiciam Ioue prognatos iuxta omnes adulatoribus & ridiculis hominib' capi. Etenim Cercopib. quibusdam Hercules, & Silenis retinebatur Bacchus, & apud te licet videre in precio esse istos. Tiberio Cæsare curiam aliquando ingresso exurgens adulatorū vnus: ipsos ait, qui liberi essent, dicere oportere libere, neq; quicquam dissimulare vel supprimere, quod in rem foret. Cum ita excitasset omnes, facto ei silētio, suspensoq; Tiberio: Audi Cęsar, infit, in quo te culpem' cuncti, nec pro mere aperte quisquam audet. Negligis temetipsum, perditum is corpus, curisq; & laboribus pro nobis conficis perpetuo, neq; nocte vel diē laxamentum sumis. Huiuscemodi multa cum ille declamaret: Cassium Seuerum memorant oratorem dixisse: Hæc hominē perimet libertas. Atq; hæc quidem leuiora sunt. Illa vero iam grauiora quæ labefactant stultos: vbi vitia & morbos exprobrant pugnantia, vt assentator Himerius diuitem quendam Atheniensem sordidissimum & auarissimum vt prodigum insectabatur & dissolutum atq; cum liberis misere esuriturum: vel ē diuerso profligatis & sumptuosis obiectant tenacitatem & sordes: ceu T. Petronius Neroni: vel magistratibus, qui atrociter & truculenter habent populares suos, ponere imperant nimiam lenitatē, intempestiuamq; atque inutilem misericordiam. Perinde ille, qui imperitum, stultum, & bardum vt callidū & versutū cauere & timere simulat: & qui inuidum, semperque obtrectandi allatrandiq; cupidum, si aliquando in laudes alicuius clari viri eruperit, perstringat ac reclamet quasi eo morbo laboranti: Homines prorsus indignos in cœlum fers. Quisnam enim est hic, aut quid gessit vnquam aut dixit præclari? Potissimum autem eos, quibus blandiuntur, in amoribus adoriuntur inflammantq; insuper. Siquidem à fratrib' si videant alienatos, aut despicientes parentum, aut aduersus coniuges suspiciosos: nec eorripiunt, nec incūsant, imo etiam subiiciunt flammam. Nimirum nō satis intelligis temetipsc. Et: Tu his causam præbes, qui blande semper & summisse cum iis agis. Quod si quis in meretricē vel adulteram, euius amore depereat, ex ira vel obtrectatione extiterit pruritus: adsunt cum splendida libertate correptionis subleuantes eam blanditiæ, & igni ignem addunt excusantque amantem, quasi acerba multa duraq; & indigna faciat:

Ingrate tam frequentia illa in oscula.

Ad hunc modum Antonium amici Ægyptiæ amore depereuntē vt crederet induxerunt ardere ipsius amore illam, increpanresq; inhumanū ac superbum appellabant. Mulier tanto regno, totque amœnis & splendidis locis relictis misera castra tua pellicis specie sequitur:

At immota tibi duro sub pectore mens est:

istam qui negligis anxiam. Ille, qui non inuitus coarguebatur vt in istam iniquus, incusantib' gaudens plusquam laudantibus imprudens ficta ea castigatione fuit etiam deprauatus. Æquat enim ea correptio lasciuiarū morsus mulierum, excitans & titillans, dum videtur pungere, voluptatem. At vt vinum, quod alioqui contra cicutam opitulatur, si huic affusum commiscuerint, efficiūt vt eius vis veneni nulla ope expugnari queat, quod vini calore mox perferatur ad cor: haud aliter liberam monitionem mire esse ad assentationem gnari improbi efficacem, hac ipsa assentantur libertate. Quare non recte Bias quærenti, quinam esset animantiū sæuissimus, respondit ferorum tyrannum, cicurum adulatorē. Verius dixisset, ex adulatoribus hosce balnei & mensæ asseclas cicures esse: illū, qui in cubicula & gynæceia velut cirros curiositatem, calumnias, improbitatem suam porrigit, syluestrem, ferum, & intractabilē esse. Cautionis autem mea sententia modus vnus est, si teneamus & meminerimus semper: quod cum partes animus noster duas habeat: vnam synceram, honesti amantem, rationalem: irrationalē alteram, falsi cupidā, & perturbationib. opportunam: amicus assiduus assistit præstantiori author & aduocatus medici modo quod sanum est augens conseruansq;. Adulator parti assidet perturbationib. patenti & rationis experti. Hanc scalpit, hanc titillat, hanc impellit abducitque a ratione delicias quasdā prauas ei instruens. Vt ergo cibi certi sunt, qui nec sanguinem nec spiritum augent, nec firmitatem concilient neruis vel medullis: sed pudenda stimulant, aluum cient, carnemq; efficiunt flaccidam & marcidam: sermo item assentatoris nihil sanę & ratione vtenti parti confert, verū illecebras aliquas alit amoris, vel stultam iram incendit, vel inuidiam irritat, vel spiritus inflat odiosos & vanos, vel mœrori addit se sociā, vel animū exulceratum, illiberalē, & diffidentē perpetuo aliqua deferendo & odorando acrē, meticulosum, & suspiciosum reddit, q; non fallet intentos. Semper enim imminet alicui animi morbo, hūc lactat, adiungitq; se bubonis in morē suppurantibus intumescentibusq; animi partibus innascens. Irasceris? Sume vindictam. Concupiscis? compara. Metuis? Fugiam'. Suspicaris? Crede.

Sin

Sin deprehēdi in hisce nequeat morbis, quod ingenti vi elisa sit ratio:in reliquis, vt qui sit sui similis,tenebitur potius.Nam in suspicionem si venerit quis,quod vino ciboque fuerit granatus,& fluctet animo de balneo & cibo:retinebit eum amicus, vt caueat monens, & sibi attendat. Adulator vero in balneum trahit, ac lautū quid iubet apponere,neq; efficere astrictione corpus. Ad iter vel nauigationem vel actionem aliquam suscipiendam si languidiorē cernat: vrgere negabit tempus, sed idem effecturum te producta vel misso alio. Si familiari cuipiam pecuniam fœnerari vel donare promisit,mox pœniteat eum,pudeat tamē:adiicit se adulator deteriori momento,acceditq; illi secundum crumenam sententiæ, atq; eripit istam verecundiam:quasi magnos sumptus faciat multisq; præbeat, iubens parcere. Proinde nisi ignorabimus teneri nos ipsi cupiditate,impudentia,ignauia: haud fefellerit adulator. Sēper enim horum est patronus morborum,monetq;,vbi excedere his velis, libere Cæterum hactenus satis de his.Nunc ad vsus & obsequia pergamus. Siquidem ingentem efficit in his confusionem & obscuritatem adulator discriminis ab amico:quod impigrum esse eum promptumq; in omnibus appareat nec recusantem quicquā.Nam amici mores, vt est veritatis authore Euripide simplex oratio,sunt candidi nec fucati. At assentatoris,qui sunt reuera intus morbidi,medicinis indigent doctis multisq; certe & exquisitis. Vt igitur in occursibus amicus aliquoties non data neque reddita salute,sed intuendo renidendoq; beneuolentia & familiaritate significata vultu,acceptaq; interiori prætergreditur: adulator vero currit, insequitur, salutat procul: si visus prior sit appellatus,per testes & iusiurandum frequenter excusat se. In actionibus perinde prætermittunt multa amici minuta, neque quicquam nimium argute & affectata sedulitate exequuntur, neq; ingerunt se in obsequia omnia.Iste hic assiduus,perennis,infatigabilis, non relinquens locum alteri vel spacium operæ dandæ, sed imperari vult sibi: & nisi imperetur,stomachatur,imo prorsus exanimatus redditur,& quiritatur.Atque sunt hæc quoque vestigia iis,qui sapiunt, amicitiæ parum sinceræ,nec castæ,sed meretriciæ, citiusq; complectentis quam illi,qui eas quærunt. Verum enimuero spectanda primo est in promissionibus disparitas,Recte enim maiores nostri dixere,promissum hoc esse amici:

Si valeam efficere, aut ea sit res, quæ efficiatur.

Adulatoris hoc:

Edito, quid cupias.

Nempe tales inducunt comici:

Me Nicomache milites isti opponite.
Flagris nisi istum languidum reddidero,
Faciem fecero nisi molliorem spongia.

Deinde amicus,nisi fuerit ante author,non fit adiutor vllus:cæterum,vbi probauerit,composueritq; vna rem ad honestum & vtile. Adulator,vt referas ad probationem & notionē eius rem:qui non solum concedere vult & inseruire, verum etiam suspicionē metuit præbere detrectantis & laborem defugientis,obsecundat atque cupiditatē instigat. Haud temere enim inuenias diuitem aut regem quenquam,qui in animum inducat dicere,

Mendicus ille sit mihi, vel si libet
Et vilior mendico, amicus qui mihi
Citra metum ex animo loqui verum velit.

Verum vt tragœdi chorūm requirunt amicorum concinentium aut applaudentes spectatores.Hinc in tragœdia Merope admonet:

Pareto amicos in verbis non flaccidos,
Sed improbos, qui blandiuntur auribus
Grate tuis, excludat ostium domo.

Contra faciunt alij. Qui non succumbunt in sermonibus, sed ex vsu renituntur,hos repudiāt. Istos vero qui callide ad gratiam loquuntur impudentes & planos non intra ostium modo & tectum,sed etiam intra affectus & negocia admittunt arcana: quorum qui est simplicior, non decere existimat aut dignum se esse,tantis in reb. vt consultor sit, sed sequester & administer. Versutior est ille quidem in deliberando & fronte contrahenda,in annuēdo vultu socius, cæterum loquitur nihil. Quod si sententiam ille aperiat suam: Pape præuertisti, inquit, me: idem dicere ego volebam. Quippe vt superficies & lineas negant mathematici flecti sua sponte vel porrigi vel moueri, q. hæ mente tantum percipiantur, & sint incorporeæ: flecti autē & porrigi proiiciq; vna cū corporibus, quorum sunt extremitates: Eodem modo deprehendes adulatorem semper astipulantem,assentientē,consentientem, vna stomachanrem. Itaq; in hisce omnino liquidissima euadat distinctio,clarius tamen in obsequij modo: q. amicorum officia præcipuam habeant in alto vt animans vim, venditatio vero & ostentatio nulla adest,sed crebro,sicut medicus inscium ægrum curat,ita commodat amicus appellando aut recōciliando

gratiam curam getens Ignorantis. Eum se pręstitit Arcesilaus cum aliâs, tum cognita Apellis Chij valetudine affecti inopia, qui iterum inuisit eum adferens drachmas viginti, assidensque ptope: Hic nihil est, inquit, prętet elementa hæc Empedoclis:

Ignem & aquam & terram & placidi fastigia cæli.

At ne cubas quidem tu commode. Simul versans illius cetuical, id argenti subiecit claneulũ. Vt igitur quæ ei ministrabat, hoc reperit anus, admirataque Apelli significauit, tidens ille: Arcesilai est, inquit, hoc furtum. Iam nascuntur profecto parentibus in philosophia germani filij. Familiaris enim Lacydes Arcesilai Cephisocrati perduellionis reo inter cæteros amicos aderat aduocatus. Postulante annulum eius accusatore, demisit eũ iuxta submisse. Quod aduertens Lacydes eum imposito occuluit pede. Erat criminis annulus indicium. Postquam fuit absolutus, cum amplecteretur Cephisocrates iudices: quidam scilicet, qui id viderat, iussit ei, vt gratias ageret Lacydi, atque rem exposuit, cum nemini id narrasset Lacydes. Pari modo deos arbitror clam complura beneficia collocare: quib⁹, vt in promerendo & collocanda gratia gaudeant, est ingenitum. At adulatoris nihil habet factum iustum. nihil verum, nihil candidum, nihil deniq; liberale: sed sudorem, sed discursum, sed clamorem, sed contractum vultum, qui speciem præ se ferat laboriosæ operę & sedulæ: sicut arguta pictura, coloribus saturis, vestibus infractis, rugis, angulisque rei effigiem repræsentat. Adhæc odiosus est, dum errores solicitudinesque suscepisse eius causa se cõmemorat, inde simultates cum aliis, mox sexcẽtos labores & incommoda recenset: quasi dicat, Non sunt hæc tanti. Beneficium est enim exprobratum odiosum: ingratum & intolerabile omne. Assentatorum non consequitur merita, verum ilico, dum præstantur, adiuncta est eis improperatio & ruboris incussio. Amicus etiam si expromenda tes sit, exponit eam modeste, de se nihil mouet. Ita Lacædemonij cum rogantib. annonam misissent Smyrnæis, atque beneficium illi in cœlum ferrent laudibus: Nihil esse dixerunt id magni. Hanc enim subtracto lege nobis iumentisque nostris in vnum diem prandio coegimus. Est enim non liberale solum id beneficium, sed etiam iucundius accipientib. quod consentientibus non magnopere id putent damnosum. Nec vero ex importunitate in obsequiis præstandis vel pollicitationis leuitate ingenium perspicias potissimum adulatoris: verũ ex opera potius, honesta sit an turpis, referat ad voluptatem an ad vtilitatem. Namque amicus non, vt censuit Gorgias, amicum sibi iniustis seruire volet, illi autem seruiet ipse in multis etiam iniquis:

Nam sano adesse haud desipiscenti solet.

Imo deterrebit eũ ab illis, ipsum quæ dedeceant. Qui si non flectat eũ: tunc recte poterit vsurpare illud ad Antipatrũ Phocionis: Non poteris me & amico vti & adulatore, id est, amico & non amico. In factis enim adesse oportet amico, non in malefactis: in consiliis dandis, non in struendis insidiis: in testimoniis ei dandis, non in nectendis fraudibus: denique socium esse in fortuna ferenda aspera, non in ferenda iniuria. Neque enim conscium esse turpitudinis amico, nedum non adiuuare & præsto esse in dissolutione decet. Qu modo enim superati Marte ab Antipatro Lacædemonij fœdusq; percutientes postulabant ab eo, quamuis mulctam, modo ne quid fœdum imponeret ipsis: Similiter amicus siquis vsus eum sumptu, aut periculo aut labore coniunctus incidat, primus petit vocari atq; in consortium venire sine vlla causatione prompte: Vbi suggillatio tantum subest, postulat missum se fieri & sibi parci. Aliter assentatio. Officiis in operosis & ancipitibus fatiscit: & si periclitãdi causa pulset, flaccide ex aliquo prætextu & ignauiter resonabit: in fœdis obsequiis, abiectis, infamibusq; abutere, cõculca. Nihil graue, nihil habet contumeliosum. Videsne simiam, non valet vt canis ædes seruare, nõ gestare vt equus, non vt bos arare terram. Fert autem contumeliam & scurrilitatem, ludos tolerat, organum se præbens risus. Adulator perinde, non patrocinari, nõ sumptu iuuare, non periculorum se sociũ præbere valet. Sed qui ab labore & industria subducit se omni, in factis furtiuis nihil pętexit, administer in amore est fidus, in redimendo scorto sedulus, in cõpotationis impensarum subducendo calculo non solutus, non in parandis oscitans cœnis, pellicũ obseruator: aduersus affines, si iusseris, ferox, socius ad eiiciendam vxorẽ durus & inuerecundus, vt ne hac quidem parte iste difficilis sit compertu. Siquid enim imperatũ sit infame & turpe, vt obsequatur imperanti, præsto est, nec parcit sibi. Potissimum autem ex eius erga cæteros amicos animo, multum ab amico istum discrepare perspicias. Amico est enim cum multis & deligere & diligi iucundissimum: atque hoc nunquam non agit erga amicum, quo frequentes habeat amicos, & magna in existimatione sit. Communia namque eum ducat amicorũ omnia: nihil iuxta atq; amicos esse commune putat oportere. Falsus vero, degener, & factitius: q, scilicet amicitiam maxima sciat ab se affici iniuria, vt quæ nummus ab eo facta sit adulterinus, est sua sponte quidem inuidus: cæterum liuorem exercet cũ paribus, pugnans procacitate & dicacitate vt vincat eos: superiorem trepidat & formidat: non hercle quod cũ Lydio curru pedester contendat,

contendat, sed quod ad aurum purum purumq;, vt Simonides, inquit, ne plumbum quidẽ habeat. Leuis ergo, *suppositius, & fucosus cũ sit, quando admanũ iuxta amicitiã exploratur germanam stabilem & solitam: quia non retinet authoritatem, sed detegitur: vestigiis insistit pictoris, gallos gallinaceos qui pinxerat inscite. Ille enim pucro iussit, quã longissime vt veros gallos abigeret a tabula: perinde solidos amicos adulator abigit, nec sinit propiꝰ adire. Quod si non valeat, propalam quidem adblãditur, affectatur, & magnificat vt præstantiores eos: ex occulto vero supponit aliquas & subiicit calumnias. Cum autẽ latens fodicet vlcus sermo, vt non ex toto transigat, q intendit, extemplo illud Medij tenet memoria. Fuit Medius in Alexandri adulatorũ grege princeps & architectus coryphæꝰ aduersus optimates instructus. Præ-

* Alii, *affectatus.*

10 cepit sic, vt intrepide adorirẽtur & morderẽt calumniis, docens, licet morsu læsus vlcus curauerit, cicatricẽ tamen remansuram calumniæ. Nempe hisce cicatricib. vel potius gãgrenis & carcinomatis exesus Alexander perdidit Callisthenem, Parmenionem, Philotam: Agnonib. Bogais, Demetriis affatim propinauit sese sternendũ, dum adoratur, excolitur vestitu, & conformatur ab eis ad instar simulachri barbarici. Adeo habet obsequium vires magnas, & maximas sane in iis qui numerantur maximi. Nam sentire de se ipso magnificentissime, itaque velle haberi se, id fidem assentatori & audaciam attribuit. Siquidem loca excelsa ægre cõscenduntur & superantur ab insidiatoribus: at animi non cordati ex rerum successu vel vitiosa indole excelsitas & sublimitas vilibus & abiectis maxime strata est. Quapropter initio huius cõmentarij commonuimus & nunc commonemus, vt amorem nostri arrogantemq; de nobis-

20 metipsis opinionẽ extirpemus. Hæc enim blandiens prior adulatoribus externis nos vt paratos reddit molliores. Quod si parẽtes deo atq; huic oraculo, Nosce teipsum, quanti quæq; res sit, didicerimus: atq; simul naturam, educationem, disciplinam nostram consideremus claudicare infinitis modis in virtute, magnamq; prauitatis & temeritatis habere portionem in factis, dictis, affectibus adiunctam: adulatorib. non ita præbebimus nos facile insultandos. Alexander enim ex eo potissimum, q somno & rei Venereæ indulgeret, abrogare se ait fidem iis, qui Deum esse se prædicabant, q in his degeneraret & commodior euaderet. Nos si multa in nobis ipsis vndique fœda, multa tristia, multa manca & vitiosa contẽplemur, deprehendemꝰ nosipsos non laudante nec cõprobante, sed arguente, sed libere monente atq; culpante amico nos domi male habere. Quotusquisq; est enim, qui monete potius libere amicos quam eis

30 blandiri sustineat? Iam in his paucis non temere inuenias, in eo qui callcant: verum putant, si conuitia ingerant & obterant, monere se libere. Quanquam sicut alij medicamẽto, sic ei, qui monet libere non in tempore, euenit: ab re vt fatiget exagitetq;, ac faciat quodam modo cum dolore, quod facit is, qui adulatur, cum voluptate. Vulnerantur non hi modo, alieno qui commendantur tempore, sed & qui culpantur. Quod quidem inprimis expositos adulatoribus præbet & opportunos: cum à multum arduis & renitentib. ad caua & mollia aquæ modo delabantur. Quare debet admonitio libera esse grauitate cõdita, atq; ita præcidere sermonẽ, ne sicut lux immodica sit & effusa: neue confusi doloreq; perculsi ab illis, qui nihil nõ reprehendunt, & omnibus obtrectant, sub vmbrã confugiant adulatoris, atq; ad id, quod non pungit, deflectanr. Nam cum omne Philopappe defugiendum per virtutem vitium est, nõ per vi-

40 tium pugnans, vt arbitrantur se quidam nimiũ pudorem impudentia vitare, rusticitatẽ vernilitate, abducere quã longissime à timiditate & ignauia mores suos, si in proximo videantur temeritatis & audaciæ. Sunt qui superstitioni impietatẽ in deos & versutiam prætendant stultitiæ: qui vt lignũ ita mores ex curuatura in diuersum corrigendi imperitia contorquent. Tũ inficiatio est assentationis fœdissima, citra fructum si sis molestus: atq; inconcinnæ cuiusdã & ineptæ ad beneuolentiam consuetudinis, si odio & asperitate, ne seruilis in amicitia & abiectꝰ videate, declines: sicut libertinus in comœdia criminationem libertatis ex æquo omnibus pmissæ loquendi vsuram esse existimans. Quando igitur turpe est, dũ studes obsecundare, adhærescere assentationi: turpe etiam fugiendo assentationem hiante libertate reprehendendi perdere gratiam amicitiæ & medicinæ vtilitatem: admittendum autem est neutrum: imo si-

50 cut aliàs, ita in admonendi libertate metiendum mediocritate honestum: ipse videtur sermo qui residuum flagitat, hoc vt commentarij coronidi prætexamus. Cum igitur plures tanquã pestes liberæ admonitioni comitari cernamus: primum detrahamus ei amorem nostri, ne qua de causa priuata nostra ceu læsi ac stomachantes exprobrare appareat nos. Neq; enim ex beneuolentia, sed ex ira illum, quem pro se ipso habet, proficisci arbitranrut sermonem, neque admonitionem, sed esse expostulationem. Est enim amoris plena & grauis admonitio libera, at expostulatio amorem fui atque sordidũ refert animũ. Vnde reuerentur ac suspiciunt libere admonentes: de expostulantibus vicissim queruntur, eosque despiciunt, quomodo Agamẽnon Achillem, qui modica vti in monendo libertate videbatur, non fert: Vlyssi acerbe castiganti dicentique:

Perdite tu ô si esses aliarum dux legionum.

cedit & continet se,salutari & prudēti oratione repressus. Hic enim nullius prætextu propriæ iræ egit cum eo de salute Græciæ libere: illū fremere potissimū sui causa apparebat. Ipse vero Achilles quamuis ingenij non lenis neque placidi animi,sed ardentis,qui accusare sustineret etiam insontem,tacitus tulit huiusce modi multa sibi exprobrantem Patroclum:

Non truculente parens Peleus tibi Martius heros,
Nec Thetis est genitrix,sed glaucum te edidit æquor,
*Aereaq; petra,quando est animus tibi*sæuus.*

*Alij, durus.

Vt enim postulauit ab Atheniensibus Hyperides orator,spectarent non tantum ,an acerbus foret, sed an gratis acerb*: castigatio item amici ab omni defecata morbo proprio reuerenda est & grauis,oculosque perstringit. Si vero etiam demonstres in obiurgando, quæ admissa ab amico in te sunt,nihil te facere & prætermittere: fraudes autē quasdam eius culpare & mordere in alios alias,neque hic parcere ei:inexpugnabiles existunt huius nerui correptionis, ac melle castigantis amarorem & austeritatem fermentant castigationis. Quare illud quidē dictum est recte,in offensis & simultatibus aduersus amicos, inprimis agendum aliquid aut spectandum,quod in illorum rem aut honorem sit. Sed & nō minoris est beneuolentiæ,si illi, qui contemni & negligi videntur,aliorum causa,qui negliguntur, corripiant, illosque in memoriam reducant. Sicut Plato in suspicionibus & simultate, quam habuit cū Dionysio, copiam postulauit eius conueniendi :quam ille, expostulaturum & questurū arbitrans de iniurijs sibi illatis Platonem,dedit. At Plato ad hunc modū eum affatus est: Si quem senseris Dionysi infestum tibi nauigasse in Siciliam,vt tibi aliquid mali crearet,deficiatur autem occasione,num hunc abnauigare prætermittas impunitum? Minime,inquit Plato Dionysius. Non enim facta tantum,sed & consilia odio habenda & vindicanda inimicorum sunt. Siquis ergo, infit Plato, amore tui huc se contulerit,vt apud te aliquid beneficij deponat: tu vero locum ei non dederis: ecquid hunc debes proijcere inhumaniter & contemptim? Vbi quinam hic foret,percunctatus esset Dyonysius: Æschines, inquit, vir moribus modestis eū quouis Socratis assectatorum conferendus, & instructus facultate,vt per doctrinam polire valeat eos, quibuscum agit. Hic ingens æquor emensus,in philosophia vt consuetudinem tecū haberet,abs te despicitur. Hæc oratio vsq; adeo commouit Dionysium, vt extemplo Platonem quidem complecteretur & deoscularetur,placidum & excelsum animum eius admiratus: Æschinem vero egregie & magnifice prosecutus sit. Deinde porro velut repurgantes omnem cōtumeliam, risum, cauillum & dicteria mala admonitionis condimenta liberæ remoueamus. Vt enim secantis carnem medici distincta concinnitate & elegantia esse debēt opera, saltatoria vero & temeraria & circulatoria ei abesse gesticulatio & affectio manus :ita admittit dexteritatem & vrbanitatem increpatio: si retineat vrbanitas seueritatem. Quod si ferocitas, si insolentia & procacitas adsit: ea illam plane vitiat & labefactat. Itaque cantor ille haud inscite neque illepide vocem Philippi clausit, de pulsandis fidibus qui secum moliebatur disceptare,atq;: Absit rex, inquit, tantum mali tibi, me vt hæc melius scias. Non recte Epicharmus,cum Hiero, qui nonnullos familiares necauerat,,ac postridie ipsum inuitauit ad cœnam: Atqui heri, inquit, eum sacrificares necessarios tuos, me non vocasti. Male Antipho etiam, instituta apud Dionysium quæstione & sermone, quod esset æs optimum: Illud, infit, ex quo Harmodij & Aristogitonis statuas Athenienses fecere. Neq; enim profectum adfert horum aculeus & acerbitas, neque cauillatio & iocus oblectat: sed est iuncta malevolentia & contumelia impotentiæ & odij hoc genus: quo qui vtuntur, saltationem circa puteum inscite saltantes, perdunt vna semetipsi. Nam necatus est à Dionysio Antipho, & ab Cæsaris amicitia Timagenes excidit, qui vocē liberam quidem nunquam vsurpauerat, verum in conuiuijs & deambulationibus assidue nullam in rem seriam:

Sed quod ridiculum fore nosceret inter Achiuos:

criminationem amicitiæ vt commentum contumeliæ adferebat. Nā comici quoq; multa in spectatores austere & ciuiliter composuere: cæterum quia ridiculū & vetnilitas iis vt cibis intritum prauum intermista euanidam efficiebant & infrugiferam eam libertatē: ergo illis, qui ea effudere, opinio remansit malignitatis & insolentiæ, auditorib. vero ex dictis fructus nihil. Aliâs igitur adhibendus est apud amicos iocus & risus. Admonitioni vero seriū adsit & grauitas. Sin autem de rebus magnis agatur, etiam affectu, gestu, & vocis acrimonia fidem astruat & permoueat oratio. Opportunitas vero prætermissa eum omni in re nocet magnopere, tum præcipue vtilitatem admonitionis elidit. Liquet igitur temperandum ea in vino & erapula. Sereno enim nubem induerit, inter iocos & hilaritatem amicorum sermonēm qui infert contrahentem supercilij & vultuosum, quasi repugnantem Deo Lysio: qui molestiarū & sollicitudinum soluit funiculū, vt ait Pindarus. Etiam habet correptio intempestiua periculū grande:

ptopter-

propterea quod animi eorum, qui vino incaluerunt, in iram præcipites sint; ac subinde ebrietas, quæ assumpsit liberam linguam, author fuit inimicitiæ. Breui nō est animi generosi & fortis, sed ignaui, cum libere monere non sustineas siccus, erumpere timidorum more canum super mensam. Nihil igitur est, cur his amplius immoter. Cæterum quia multi amicos rebus eorum secundis neq; volunt neque audēt corripere, sed accessum & aditum esse arbitrantur castigationi nullum ad felicitatem: offensantes autem impingentesq; adoriuntur atq; calcant, vbi iam redditi sunt tractabiles & demissi, ac quasi vi coercitum flumen cumulate & violenter emittunt in eos libertatem admonitionis, & fruuntur libenter ista vicissitudine propter priorem illorum superbiam & suam pusillanimitatem: operæ precium est de hoc disserere, ac re-
10 spondere Euripidi, qui ait:

Rebus secundis quorsum amicis est opus?

Maxime opus est iis, quibus res prosperæ fluunt, libere corripientib. amicis, & nimios animos infringentibus. Singulares sunt enim, quibus datur simul & felicibus esse & sapere. Plerique prudentiam requirunt accersitam consiliumq;, quod extra ipsos tumentes fluctuantesque reprimat. At vbi sors fastum compressit & præcidit, tum rebus inest ipsis, q corripiat & ad pœnitentiam inducat. Quare nihil quærunt tunc amicam admonitionem, neque seueram orationem pungentemq;. Verum reuera eiuscemodi in conuersionibus:

Vultum intueri dulce sit chari viri:

qui leuet molestiam confirmetq;: sicut Clearchi vultum Xenophon in acie & præsenti discri-
20 mine, cū conspiceretur placidus & benignus, ait reddidisse animosiores illos, qui dimicabāt. At castigationem liberam & pungentem qui homini adhibet afflicto ceu medicamentū, quo acuitur visus, oculo turbato & inflammato: cum nihil auxiliatur, neq; imminuit dolorē, tum bilem adiicit dolori, atq; afflictum exasperat. Verbi gratia, tum, vbi quis recte valet, non est infensus neq; infestus omnino amico, qui carpit libidinē & compotationes eius, reprehenditq; inertiam, desidiam, assidua balnea, intempestiuā ingluuiem: ægrotanti vero est intolerabile: imo accidisse tibi hæc ex intemperantia, ex mollitia, ex obsoniis, ex mulieribus, maior morb⁹ audire. O importunitatem hominis, tabulas conscribo, miscetur mihi à medicis castoriū vel scammonium: interim tu castigas & philosophum agis. Res item asperæ afflictorum non monitionem admittunt nec sententiosam orationem, sed humanitatem, sed subsidiū quærunt.
30 Neq; enim infantes, vbi ceciderunt, vt obiurgent, aduolant nutrices: sed erigunt eos, abluunt & tumorē reprimunt: tum demū increpant ac puniunt. Demetrium memorant Phalereum, cum patria profugus apud Thebas inglorius ac demissus ageret, accedentem non libenter vidisse Cratetem: quod correptionem expectaret Cynicam orationemq; asperam. Verū vt appellauit eum Crates leniter: ac de exilio sermocinat⁹ nihil ei accidisse mali, vel q grauiter ferendum esset: qui rebus exolutus esset lubricis & fluxis, simul hortatus est eum, vt in seipso atque animi sui dotibus fiduciam collocaret: remissior factus ac recreatus amicis ait: O indignas actiones illas & negocia, quibus districti talem virum non cognouimus:

Nam languido lenis danda est oratio,
Insanienti valde castigatio.

40 Mos hic generosorum amicorum est. Degeneres vero atq; abiecti feliciū adulatores, vt vitia ruptorum & conuulsorum dicit Demosthenes, quando affectū corpus est, tunc comitari: ita fortunam vertentem vellicant quasi læti ex ea voluptatem capiant. Nam si indigeat quis admonitione eorum, in quibus sua culpa male sibi consulens offendit, sufficiat illud:

Haud id consului, nam sæpe ego te reuocaui.

Vbi ergo acrem se præbere amicus, & quando feruidā castigationē debet adhibere? Nempe quando voluptatem vel iram vel libidinē præcipitem inhibere tempora admonebunt, aut reprimere auaritiam, aut stulto alicui reluctari * animi motui. Ita admonuit Solon libere Crœsum ab instabili labefactatum & luxuriantem felicitate, vt respiceret finem, subiciens: Ita Socrates corripuit Alcibiadem, & lachrymas ei veras excussit, dum coargueretur, & cor ei versa-
50 uit. Talis fuit Cyri apud Cyaxarem oratio, & apud Dionem Platonis, qui, cum esset ille clarissimus, omnesq; mortales ob rerum gestarum decus & magnitudinē oculos in eum defixos haberent, vt defugeret & timeret peruicaciam tanquam solitudinis contubernalem, monuit. Scripsit ei Pseusippus quoq;, ne ideo, si in cœtu puerorum & mulierculaum celebraretur, sustolleret spiritus: verū hoc ageret, vt religione, iustitia, & optimis legib. exornata Sicilia Academiam redderet illustrem. At familiares Persei Euctus & Eulæus: qui rebus huius florentib⁹ semper blandientes conniuentesq; sicut cæteri eum affectabantur: postquam signis collatis ad Pydnam à Romanis victus fugam cepit, incursantes acerbe culpauerūt & refricuerunt ea, in quib. offenderat, aut quæ neglexisset singula exprobrantes, quo vsq; homo dolore & ira victus vtrumque gladio confodit. Ac communis quidem opportunitas hoc modo obseruanda.

* Alii. licentia.

Quas vero offerunt sæpe ipsi,nō debet is,qui laborat de amico,abiicere amicus,sed eis vti.Nā percunctatio,narratio, rerum similium in aliis vituperatio vel commendatio est aliquibus ad castigationem velut ansa. Verbi gratia profectum Corintho in Macedoniam memorant Demaratum eo articulo,cum simultas Philippo cum vxore & filio esset. Vt salutauit eum Philippus,quæsiuitq; quî conueniret inter Græcos: Demaratū, qui amicus & necessarius eius erat, respondisse:Scilicet conuenit Philippe tibi,cuius domus tantæ seditionis & discordiæ plena est,de Atheniensium & Peloponnesiorum consensione percunctari. Recte etiam Diogenes: qui vt in castra Philippi venit,cum pugnaturus ille cum Græcis signa moueret,attractus est ad eum. Qui hominem non cognoscens,an speculator foret,sciscitatus est:Ego vero,inquit,speculator temeritatis & amētiæ Philippe tuæ:qua impulsus nulla necessitate de regno & de vita pergis vna hora aleam iacturus. Cæterum hoc fortasse feruidius. Alius locus castigandi est, quando ab aliis lacerati ob offensa demisso contractoq; animo sunt. Quo scite vtatur vir vrbanus,si conuitiatorem reiiciat ac summoueat: ipse vero amicum seorsum increpet suggeratq;, si nulla alia de causa,ideo certe esse ipsis circumspiciendum,ne insultent ipsis inimici. Vbi enim hiscere illis, quid autem obiicere liceat,hæc si missa feceris & abieceris, quæ te infamem faciunt. Ita fiat,vt molestia conuitianti,vtilitas autem accepta referatur castiganti. Venustius alij,qui alios culpando familiares perstringūt. Accusant enim de his, quæ admittere illos sciunt,alios. Præceptor noster Ammonius in congressu pomeridiano, cum resciuisset nōnullos familiares non pransos simplex prandiū, filio proprio vt verbera infligeret, iussit liberto,adiiciens,q̄ prandere non posset sine aceto:simul in nos oculos conuertit, vt affines culpæ pungeret castigatio. Ad hæc vitabimus in cœtu reprehendere amicum, illud Platonis considerātes. Cum enim super mensam familiarem quendam increparet inter differendum Socrates acrius. Satiusne,inquit Plato,erat hæc seorsum ei dixisse? Cui Socrates: Tu vero rectiusne fecisses,si hoc mihi dixisses seorsum? Quod asperius coram multis Pythagoras familiarem accepisset,dicitur adolescens laqueo sibi gulam fregisse:Inde Pythagoram referunt neminem vnquam præsente castigasse alio. Debet enim vt morbi minꝰ honesti,sic peccati correptio & retectio occulta non celebris esse neq; ostentabunda,nec testes spectatoresq; aduocare. Alienis enim sese iactare in offensis venditareq; præsentibus, vt medici, qui ad redempturam faciendam manu curant in theatro,non amici, sed sophistæ est. Iam præter contumeliam,quæ à curatione est omni remouenda etiam vitij spectanda pertinacia & peruicacia est:

Non enim castigatus imperite amor premit
Magis,

vt est apud Euripidem: verum si castiges in frequentia atque effuse,ægritudinem & perturbationem omnem vertes in impudentiam. Vt igitur Plato senibus præcipit, qui verecundiam parare student in adolescentibus,ipsi primum vt adolescentes reuereantur: ita amicorum reprehensio inprimis inducit verecunda verecundiam, & cū cautione sensim accedere & corripere peccantem superat & elidit vitium,quod occupat,verecundia reuerentis. Quare recte dictum est illud:

Admouit caput,vt ne quisquam exaudiat alter.

Detegere vero audiente coniuge virū,vel sub oculis filiorum patrem, amatoremue corā amasio,vel coram affectatorib. doctorem, vt minime decorū est. Quippe dolor & ira de statu mētis illos deiicit,cum coarguuntur apud eos,apud quos in precio haberi cupiunt. Equidē Clitū reor Alexandrum non tam inflammasse ex vino, quam q̄ in frequentia corripere videretur. Et Ptolemæo magister Aristomenes,quod dormitanti assistentib. legatis institit excitare eū, materiam dedit adulatoribus stomachari simulantibus regis gratia,qui dicebant: Si tantis laboribus & vigiliis somnus defatigatum oppressit, admonere te seorsum, non in hominū conspectu tam multorum manus debemus admouere. Ille autem virulentum poculum misit ei ac iussit vt hauriret. Cleoni item ostendit obiicere se hoc Aristophanes,quod

De ciuitate apud hospites dicat male.

Quare incēdit Athenienses. Itaq; vitandum inter cætera etiam hoc iis, qui non ostentationis neq; auræ popularis captandæ gratia, verū adiuuandum & ad sanandum intendunt monere. Atqui q̄ Corinthios Thucydides de se ipsis commemorare facit,dignos se esse, qui insectentur alios:non est dictum perperam,atq; oportebat libere obiurgantib. illud suppetere. Lysander enim Megarensi cuidam in concilio sociorum de reb. Græciæ liberius differenti, orationem eius ait ciuitate opus habere. Requirit autē fortassis cuiuscunq; viri admonitio grauitatem,idq; verissime in iis,qui alios corripiunt & castigāt,dicitur. Ac Plato castigare ait vita sua se Speusippum: sicut videlicet conspectus tantum in disputatione Polemonē Xenocrates,respiciensq; ad eum, inuertit flexitque. At vbi leuis quispiam & improbis moribus homo alium monere aggreditur: huic contingit,vt hoc quoq; audiat:

Aliis

Aliis mederis, ipsus vlceribus scatens.

At enim quando sæpe res nos, quamuis parum probi simus, vbi cum paribus versamur, impellit ad corripiendum: modestissimus modus fuerit, qui complectitur aliquatenus comprehenditque simul crimine corripientem. Qua ratione dictum est illud:

Qui factum quare Tydide Martia virtus
Exciderit nobis. Atq; illud:
Nunc vero haud vllo sumus Hectore digni.

Ac Socrates ita submisse reprehendebat adolescentes, quasi nec ipse vacuus esset ignorantia, sed vna cum illis incumbendũ putaret sibi esse in virtutem & inuestigandã veritatem. Siquidem beneuolentiam & fidem comparant sibi, qui iisdem in erroribus teneri se, corrigereq; amicos non aliter ac seipsos videntur. Nam qui seipsum, dum corripit alterũ, iactat, quasi syncerus sit, atq; ab omni defęcatus vitio, nisi ætate prouecta sit, atq; ex virtute authoritate & existimatione apud omnes comprobata: odiosus euadit atque molestus: vnde nihil commodat. Quare non temere intulit infortuniorum suorum Phœnix mentionem: quod parentem suũ interimere sit aggressus, cæterum statim pœnituerit:

Percussor patris ne dicerer inter Achiuos.

Quo non castigare videretur Achillem, quasi bili ipse non opportunus & plane insons. Penetrant enim ea modeste, ceduntq; illi magis iis, quos paribus contractos morbis esse neq; ipsos apparet fastidire. Quoniam vero oculo inflammato non est admouendum splendidũ lumen, nec castigationem impeditus perturbationibus recipit animus indilutam: vtilissimum remedium fit aspersa leuiter laus, ceu in hisce:

Non vltra vobis est cura bellica virtus.
Quamuis in castris non sit præstantior vllus.
Haud ego cum quoquam pugnem, qui bellica tractet
Arma malus, verum vobis succenseo corde. Item hoc,
Pandare vbi arcus, vbi atq; volucria tela, decusq;?
Quo tecum haud vllus castris contenderit hisce.
Nec vero mediocriter reuocant ista titubantes.
Vbi Oedipus, vbi clara sunt ænigmata? Et hoc,
Tam multa passus dicit isthac Hercules?

Non modo enim remittunt reprehensionis asperitatem & imperium: verum etiam honestis refricandis pudore capto turpium atq; pro exemplo meliorũ proponenti seipsum infundunt erga seipsum æmulationem. Contra si alios ceu æquales aut ciues, aut propinquos cum eo cõtendas, fremit efferaturque vitij peruicacia, ac solet frequenter ea cum stomacho succlamare: Quin ergo facessis ad præstantiores me, desinisque me fatigare? Est igitur in aliis carpendis commendatio fugienda aliorum, nisi sane parentes sint, vt fecit Agamemnon:

Haud natum sane similem genuit sibi Tydeus.

Et in Tragœdia Scyriis Vlysses:

Tu lumen extinguis rutilans originis,
Non optimi Graiũm parentis filius.

Minime vero congruit, vt castigantem castiges inuicem, vel monentẽ vicissim admoneas. Siquidem id incendit & generat facile offensionem. Ac plane non alternatim monẽtis eiuscemodi conflictatio, sed non ferentis videatur liberam admonitionem. Præstat igitur amicum, quem castigare apparet, tolerare. Nam post si incurrat ipse, atq; opus ei fuerit castigatione: id ipsum quodammodo libertati monẽdi dederit libertatem. Cum enim subiectum ei erit citra vllam offensionem præteritam nõ solere eum peccatis amicorum conniuere, verum arguere ac docere: citius cedet ac correctionẽ admittet vt beneuolentię & officij, non incusationis vel iræ vicem. Iam refert Thucydides eum, qui maximis de causis inuidiam suscipit, consulere recte. Ad amicũ autem pertinet eam, quæ castigationis consequens est, inuidiam magnis de causis & de iis, quæ magni momẽti sunt, suscipere. Quod si amicus in quibuslibet, & ad quælibet stomachetur, nec vt beneuolus, sed vt magister agat cum sodalibus: erit castigatio eius circa præcipua obtusa & cassa: qui, sicut medicus medicamen acre vel amarum, quod necessariũ tamen & exquisitum sit, in multa & minuta nec necessaria absumat eam libertatem monẽdi. Ipse igitur etiam atque etiã vitabit, ne assiduus in eo nec querulus sit. Sed si fuerit vbiq; amic' eius nimis morosus, atq; vbiq; allatret: tũ habebit ad grauissima peccata quasi ansam. Etenim medicus Philorimus, cum ei quidam, qui suppuratione iecinoris laborabat, digitũ ostendisset exulcerarum: Non est tibi, inquit, homo præclare negocium de reduuia. Haud aliter largitur occasio amico, vt carpentem leuibus & nihili de rebus, iocis inquã, compotationib. & nugis appellet: Heus tu meretricẽ iste ableget, aut aleam abiiciat, cætera nobis est vir egregius. Cui enim

enim leuibus in rebus datur venia, is non grauate libertatem arguendi concedit in grauibus: Qui vero vrget perpetuo, qui vbiuis est acerbus & mordax, omnia rescifcit, omnia rimatur, hic nec liberis est nec fratribus ferendus, imo intolerabilis vel seruis. Porto quando nec senectuti omnia adsunt vitia, vt ait Euripides, nec amicorum stultitiæ: non solum delicta, sed virtutes etiam & recta facta asseruanda amicorum sunt, & vero propense celebrāda primo loco: mox sicut spissatur refrigeratione ferrum solidaturque remissum ante calore & emollitum: pari modo diffusis & feruescentibus ex commendatione amicis, quasi tinctura leniter adhibenda monitio est. Suppeditat enim tempus, vt dicas: Num cum his conferenda illa? Honestū videsne quos adferat fructus? Hæc requirimus abs te amice, hæc propria tua sunt, ad hæc natus es: ista reiicienda: 10

In montem celsum, aut spumosi in æquoris vndam.

Nam vt probus medicus somno mauelit & victu, quam castorio & scammonia ægri morbum tollere: ita amicus moderatus, pater indulgens, & præceptor libentius laude ad emaculandos mores quam probro vtatur. Haud enim aliud est vllum, quod æque efficiat, vt quam minime molesta sit increpatio, & maxime medicinam faciat, quam si temperans à bile agas cum amico grauiter & amice. Itaq; non sunt inficiantes acriter refellendi, neque satisfactio reprimenda eorum, imo etiam prætextus vndique subministrandi honesti, omissaque causa deteriore melior & mollior subiicienda, vt Hector,

Infelix istum non recte animum occupat ira:

ad fratrem, quasi non fuga neque ignauia, sed flamma receptus eius ex conflictu sit. Ad Agamemnonem item Nestor: 20

Te nimirum istuc animus tuus impulit ingens.

Ciuilius enim existimo, si dicas ignorasti, quam si iniuriam fecisti: non attendisti, quā si turpiter egisti: item noli concertare cum fratre, quam noli inuidere fratri: & deuita istam mulierē, quæ te pellicit, quam desiste pellicere mulierem. Huiuscemodi enim desiderat, quæ curat, admonitio modum. In actione rerum diuersa ineunda ratio. Quoties enim ad peccandum paratos deflectere oportet, vel cum libidine aliqua pugnantes violenta, quæ in diuersum rapitur, vel ad honesta molles atq; ignauos intēdere aut stimulare voluerimus: rem, quæ in manibus est, ad causas relegare debemus fœdas & indecoras: vt apud Sophoclem concitans Achillem Vlysses, haud dicit cœnæ causa inflammatum. Iam conspicatus, inquit, effigiē Troiæ tremis. Hac de causa fremente iterum Achille atq; abnauigaturum se ostendente: 30

Scio quid fugis, non ne quid audias male,
Sed instat Hector, non manere tibi expedit.

Animosum igitur & fortem timiditatis opinione: castum, temperātem & modestum, incontinentiæ: liberalem & splendidum, sordium & auaritiæ si terreant, ad honesta acuunt eos, & à turpibus depellunt: cum præbent moderatos se in deploratis, magisque languere se & vicem eorum dolore demonstrant in admonendo quam carpere: vice versa enim in delictis interpellandis & in repugnando animi perturbationibus acres duriq; sunt & assidui. Hoc enim tempus beneuolentiæ austeræ est & amicitiæ synceræ. Reprehensionem vero iam actorum cernimus etiam inter inimicos mutuo exerceri. Sicut dixit Diogenes, Saluus vt esse queas, requiri vt aut bonos amicos aut inimicos, habeas flagrantes. Quippe culpant hi, illi docēt. Satius est autem auscultantem consulentibus offensa defugere: quam vbi offenderis, ob maledicos pœnitere. Quare adhibenda erit in corripiēdo ars: quatenus medicina ea res in amicitia maxima & optima est: quæ temporis obseruationem potissimum & temperaturam semper postulat moderatā. Quando igitur sæpe, vti memorauimus, grauis ei, cui medicina adhibetur, castigatio existit, imitari debemus medicos. Neq; enim illi, vbi secant quem, partem laborantem in cruciatu & dolore destituunt, cæterū fomenta blanda adhibent, & rigant ea: nec qui castigāt ciuiliter, aufugiunt, postquā acerba & mordacia impegerunt, sed aliis colloquiis & sermonibus placant relaxantq; lenibus, lapicidæ more, qui incisas & castratas statuas læuigant ac poliunt. At qui ictus est castigatione lancinatusq;, si relinquatur asper, tumens & turbatus, per excandescentiam, ægre leniri & alleuari valet. Quare est inprimis hoc corripientibus obseruandum: qui deserere non debent amicos, nec cum momorderint familiares & lacessiuerint, abrumpere colloquium & congressum. 40 50

PLV-

PLVTARCHI
De superstitione Commentarius.

CVM ruditas & ignorantia de Diis mox ab initio duob⁹ riuis labatur: hic in animo quasi solo duro & renitente impietatem, ille sicut in humido & molli imprimit superstitionem. Atque iudicium falsum omne, præsertim si de his sit, malũ est: huic etiam animi perturbatio adhæret deterior. Omnis enim perturbatio ludificatio æstuans esse videtur. Ac quomodo articulorum luxationes cum vulnere, sic coniunčti cum
10 perturbatione errores animi sunt grauiores. Corpuscula, atomos vocant, quispiam & inane elementa esse arbitratur vniuersitatis. Adulterina hæc est opinio, verum non infligit vlcus vel morsum vel dolorem perturbantem. Existimat quis summum bonum diuitias esse. Hoc mendacium venenum habet, depascitur animum, de statu eum deiicit suo, somnum adimit, furore implet, impellit de saxis, strangulat, liberam vocem adimit. Iam sunt, qui virtutem & vitium esse corpus putent: fœdus fortassis error, qui tamẽ lamentationes & eiulatus non mereatur. Alia quædam sunt eius generis iudicia atq; opiniones:

O miseram virtutem, es nilquam verba tu:
At ego colebam te precium velut opera,
Ac quæstuosam dimisi iniustitiam,
20 *Omnisq; voluptatis matrem luxuriam.*

Hæc miseranda sunt & grauia: quod multi morbi & ægritudines instar vermium & lumbricorum, eorum contagione pullulent in animis. Igitur etiam ex iis, de quibus sermo est, impietas, quæ nihil beatum esse & incorruptum praue iudicat, in quandam indolentiam videtur non credendo numen esse impellere, estque finis ei nõ putandi esse Deum, eũ non timere. Superstitionem vero, quam vocant δεισιδαιμονίαν Græci, vel vocabulum arguit opinionem commotam esse, ac terrificam, quæ hominẽ deiicit & opprimit, qui esse quidem censeat deos, verum acerbos & noxios. Quippe impium apparet non moueri numine, superstitiosum moueri quidem at inepto modo, atque ita distorqueri. Nam ignorantia illi diffidentiã circa id quod prodest nobis imprimit: hũc imbuit illud nocere opinione. Quare ratio est impietas fallax, super-
30 stitio animi perturbatio ex ratione fallace iniusta. Atque animi quidem morbi & ægritudines sunt omnes turpes: attamen nonnullis animus inest ex leuitate excelsus, altus, & sublimis: impulsus vero strenui expers prope est nulla. Cæterũ hæc profecto culpa omni adhæret perturbationi, quod impulsibus cogens acribus consiliũ vrget, & intendit. Vnus metus, qui non minus audacia quam consilio destituitur, ignauiam, æstuantem, & perplexam habet vecordiam: ex quo, quod eius animum contrahit simul ac perturbat, pauor & tremor nominatur. Inter omnes autem metus ignauissimus est, & maxime perplexus superstitio. Non metuit pontum, qui non nauigat, nec bellum, qui non meret, neq; domi reses latrones, non calumniatorẽ pauper, non inuidiam priuatus, non terræ tremorem qui in Galatia degit: nec, qui apud Æthiopas, fulmẽ. Enimuero Deos qui metuit, cuncta metuit, terram, mare, aërem, cœlum, tenebras,
40 lumen, vocem, silentium, somnium. Obliuiscuntur herorum cum dormiunt, serui. Vinctis leuat somnus compedes. Vulnerum inflammationes: fera carnem depascentia vlcera & infesti cruciatus à sopitis abscedunt.

Somni ô solatium leue, in morbis opem
Ferens, mihi quam suaue tu ades in tempore.

Hoc dicere non permittit superstitio. Sola enim non paciscitur cũ somno inducias, neq; animo vnquam respirare vel excitari permittit amaris depulsis & grauibus de deo opinionib. verum in somno superstitiosorum, sicut in impiorum sedibus species horrendas & portentosas sceleftorum laruas atq; furias aliquas excitans, versansque miserum animũ, somnos interpellat insomniis: dum à semetipsa quasi ab alio verberatur & punitur, præceptaque accipit terri-
50 bilia & monstrosa. Inde expergefacti non contemnunt ea, neq; rident, aut* diffunduntur, quod nihil eorum, quæ eos perculerunt, erat verũ: sed dum vmbram declinant cum nullo coniunctæ incommodo ludificationis, etiam atque etiam seipsi fallunt, exhauriuntque atque exanimant quando in circulatores & præstigiatores inciderunt: qui dicunt: Si spectrum nocturnũ formidas, vel ad Hecaten inferam comessatum iuisti, voca anum piatticem, in mare merge te, ac totum diem humi deside:

*Alij, fo- tiunt.

Hem Græciam, tibi quæ parasti barbaras
Clades

supstitione, volutationes in cœno, lutationes, sabbatismos, abiectiones in faciẽ fœdas, pstrationes, prodigiosas adorationes. Qui iustã musicã tueri videbantur velle, recto ore citharœdis præcepe-

præceperunt vt canerent. Nos venerari iubemus deos recto & iusto ore: non linguam in extis pura ne & recta sit lustrare, suam interim ipsorum distorquendo & polluēdo absonis nominibus & verbis barbaricis maculare & violare numen & patriam authoritatē religionis. At Comicus quodam loco ait non illepide, eis, qui auro lectos & argento induunt:

Nobis quod vnum dij tribuunt gratuito
Somnum, quid hoc tute reddis carum tibi?

Item ad superstitiosum dicas: Cum somnum dij obliuionem nobis malorum dederint & requiem, torrorem hunc quid tibi reddis ipse assiduum & immitē infelicis animi, cum ad somnum is refugere alium nequeat? Heraclitus vigilantibus prædicat vnum esse, & communem mundum, dormientium ad suum propriū quenq; diuertere. At superstitioso orbis nullus est communis. Neq; enim vtitur vigilans consilio, neq; à terrore somno stratus discedit, sed somniat quidem mens, metus vero excubat perpetuo: exilium autē vel migratio extat nulla. Fuit truculentus Sami Policrates tyrannus, fuit Corinthi Periander: at nemo hos, qui solū verterat in liberam & popularem ciuitatem, formidabat. Qui vero deorum imperium vt triste tremit & implacabile, vbi locum exilio quærat? quo profugiat? quam o tam deorum religione offendat intactam, quod æquor? In quem mundi angulum abdes & retrudes te infelix, vbi euolasse te cōfides Deo? Est etiam seruitio lex si quando spes est libertatis abscissa, vt distractionē postulent, & ad dominum migrent elementiorem. Enimuero superstitio deorum permutationem non permittit: neque est reperire, quem non horreat deum: patrios & natiuos qui timet, qui seruatores & benignos tremit & formidat: A quibus possumus opes, rerum affluentiam, concordiam, pacem, dictorum factorumq; directionem optimorum. Scilicet isti seruitutem calamitatem existimant, & dicunt:

Est dira acerbitas viroq; & coniugi
In seruitium rapi, & graues nancisci heros.

Quanto conditionem censetis duriorem esse eorum, qui tales, quibus nulla fuga, nullo cursu aut exilio elabi valeant, sunt nacti: Confugere licet seruo ad aram, sunt etiā multis in templis latronibus asyla: & qui hostes profugiunt, si statuam vel delubrū apprehenderint, sunt securi. Superstitiosus hæc potissimum horret, timet, metuit: in quibus, qui timent extrema, spem reponunt. Noli protrahere ex fanis superstitiosum: hic punitur & cruciatur. Quid multis: meta est omnibus mortalibus fatum vitæ: superstitionis ne hoc quidem: sed transcendit vltra vitam limites, quod longinquiorem vita efficiat metum, connectatque letho malorum cogitationem immortalium: atque vbi soluitur molestiis, ingredi existimat se perēnes. Orci cuiusdam panduntur altæ portæ fluminaq; ignis simul & Stygis rapidi gurgites laxantur, & caligo patescit multarum imaginum & spectrorum, quæ duas visiones vt miserādas repræsentant voces: ad hæc iudices, tortores, hiatus, sinusq; malis redundātes infinitis. Perinde laboriosa superstitio, quia in vita diuinam vltionem effugere diffidet posse, ipsa sibi expectanda à fato mala proponit ineuitabilia. Horum impietati nihil adest: cæterum est ignorantia illa periculosa, conniuereque & cęcutire in iis vulnus est magnum animi: vt qui inter multos oculos clarissimum eluscatum habet dei cognitionem. At superstitiosa opinio perturbationem, vt dictū est, exulcerantem, exanimantemque & consternantē ilico adiunctam habet. Musicam ait Plato elegantiæ & concinnitatis opificē hominibus à Deo, non deliciarum causā ad pruritus aurium datā: sed concessam, vt animi periodos & harmonias turbulentos & erraticos in corpore Musarum & gratiarum penuria sæpenumero per insolentiam & improbitatem lasciuientes iterum reuoluat decenter & reducat:

Quæ non amauit Iuppiter,
Hæc obstupescunt grauius,
Cum Pieridum audiunt vocem. vt est apud Pindarum.

Siquidem efferantur fremuntq;. Tygres ferunt audito tympano in rabiem agi ac territari, tādemq; semetipsas dilaniare. Minus igitur est malum illis, quibus ex surditate & obtuso auditu accidit, ne musica moueantur vel ducantur. Tiresias id habebat infortunij, quod liberos & familiares non cerneret. Grauius Athamas & Agaue, qui cernebant eos quasi leones & ceruos. Atque Herculi profecto furenti commodius fuisset nō videre neq; sentire pręsentes liberos, quam charissima pignora tractare hostiliter. Quid igitur, censesne tantundem interesse inter impiorum vitium & superstitiosorum? Illi enim prorsus non cernunt deos, hi esse existimant: illi despiciunt, hi opinantur esse horrendum, quod est placidum: tyrannicum, quod est paternum: infestum, quod est salutare: & quod lene, ferum & truculentum. Itane vero stant ærariis, lapicidis, plastis deorum corporibus formam esse humanam quæ quidem talia fingunt, adornant, venerantur: philosophos vero & politicos viros contemnunt, qui maiestatem diuinam coniunctam esse cum benignitate & animi celsitudine, cum vita & nostri solicitudine? Superest ergo

est ergo superioribus, vt bona, quæ prosunt, nō sentiant, eisq; diffidant: his vt percellantur terrore & formidine eorum quæ prosunt. Breui impietas immotus est erga numen animus, qui non intelligat eius bonitatem: superstitio nimia animi perturbatio, quę bonū quod est, suspicatur esse malum. Tremunt deos, & ad deos refugiunt, assentantur & insectantur, supplicant & incusant. Commune est mortalibus, vt non sit felicitas perpetua.

Morbo & senio intacti, atque illi laboribus,
Acherontis horrisoni, & traiectu liberi,

quod de diis memorat Pindarus. Labores & negocia humana tēperata casibus sunt aliter alias fluentibus. Age autem in aduersis primū specta impium, ac quemadmodū sit animo com-
10 paratus, explora, is an sit cætera moderatus, vt statui rerum præsentiū accommodet se modeste, & quærat sibi auxilia & leuamina: an vero grauiter ferat & torqueatur, vt omnes in fortunā & temeritatem effundat quæstus, quiriteturq; nihil rite vel ex prouidentia, sed omnia confuse & incondite ferri trahiq; humana: superstitiosi non iidem mores sunt: sed minimis malis sortē aduersam ponit: sedet autē & perturbationes graues, ingentes, & tenaces ægritudini astruit suæ, accumulatq; sibi pauores, timores, suspiciones, terrores, omniq; lamentatione & omni gemitu deū incessit. Neq; enim hominem vel fortunam, vel tempus, vel semetipsum: verum de omnibus compellat deum, ex eo manare ad se, ac ferri torrentē diuinū calamitatum ait, neq; infelicem se, sed esse inuisum deo hominē ab eo puniri, pœnasque pendere ac pati omnia merito propter suam ipsius mentem. Si ægrotat impius, reputat ac repetit ingluuiem &
20 crapulam suam, inordinatum victum, aut enormes fatigationes, aut vicissitudines aëris insolentes extraneasque. Iam repulsam in honorum petitione passus aut infamia notatus ad plebem aut delatus apud præsidem, causam in semetipso suisque actibus quærit.

Quid merui, quo dicto ego vel facto titubaui?

Superstitioso quæuis corporis valetudo, pecuniæ iactura, interitus liberorum, in tractanda repub. aduersitates & offensiones fustuaria dei, impressionesq; dæmonij dicuntur. Quapropter neque sustinet subuenire, neq; casum expedire, vel mederi ei, vel obluctari: ne cū deo pugnare, vel ei videatur obniti piacula exigenti: sed repellitur ab eo, si ægrotet, medic⁹: excluditur, si in luctu sit, admonens & consolans philosophus. Sine inquit, quæso pendere pœnas incestum me, execrandum, diis dæmonibusque inuisum. Possis homini ignoranti deū esse, si alias mœ-
30 ret & angitur, detergere lachrymas, tondere capillum, detrahere pallium. Superstitiosum quī appelles, aut quomodo ei succurras, foris desidet sacco tectus, vel fasciis cinct⁹ sordidis, subinde nudus in cœno volutat⁹, peccata aliqua cōmemorat sua & piacula, quiddā edidisse aut bibisse, aut iter fecisse, qua vetuerat dæmonium. Quod si in cursu rerū secundarū sit, ac dæmonio fruatur propitio, ex superstitione domū reses victimis replet & aspergitur. Vetulæ ei sicut paxillo inquit Bion, quicquid in manus venit, pro amuleto appendunt & aptant. Teribazum aiunt, cū à Persis corriperetur, qui esset vir validus, strinxisse acinacē, ac vi se defendisse: Quibus testantibus vociferantibusq; ex præcepto se tegis ipsum comprehēdere, cōfestim ensem abiecisse, manusq; vinciendas præbuisse. An non hæc res par est? Alij repugnant ærumnis, retrudunt molestias, struentes sibi ipsis fugas & deriuationes sinistrorū. Superstitiosus neminē
40 audiens, sed secum ipse locutus: Hæc sustines miser ex prouidentia & dei imperio: spem omnē abiicit, seipsum proiicit, fugit, reiicit succurrentes. Multa denique modica mala efficiunt superstitiones pestifera. Priscus Midas ex somniis certis exanimatus & perculsus adeo afflicto animo fuit, vt hausto cruore taurino necem sibi vltro consciseeret. Rex Messeniorum Aristodemus bello, quod aduersus Messenios gerebat: quod canes luporum more vlularent, apud focū paternū suppullularet gramē, auerfarenturq; ea ostenta fatidici, summissis prorsus animis, ac spe abscissa semetipse iugulauit. Præstitisset vero & Niciæ fortassis Atheniensium duci eximere se superstitione ad eum modum, quo Midas vel Aristodemus, quam, dum vmbram extimescit deficientis lunæ, desidentem muro ab hostibus circumuallari, mox cum quadraginta millibus capitum contrucidatorum, vel viuorum captorum in deditionem concedere, ac
50 turpiter vitam deponere. Neque enim terræ obiectus interuenientis terrificum neque monstrosum tempore pedes requirente si eius vmbra lunæ occurrat. Imo monstrosum, si superstitionis caligo obiecti hominis confundat & occęcet consilium in negociis consilium summopere desiderantibus.

Cæruleus enim fremit iam pontus fluctibus,
Nubesque in alto cingit promontoria
Insigne tempestatis.

Hoc vbi vidit gubernator, optat vt subducere queat se, deosque ciet seruatores: At inter precandum gubernaculum traducit, antennam demittit,

a Amplo

Amplo contracto velo fugit ex nebuloso

Aequore.

Hesiodus præscribit, vt ante aratrum & sementem agricola Ioui infero atq; almæ Cereri stiuam tenens supplicet. Aiacem Homerus ait, quando cum Hectore erat ex prouocatione pugnaturus, vt vota facerent præcepisse Græcis pro ipsô diis, hinc vota nuncupantibus illis arma induisse. Iam Agamemnon, postquam conflicturis imperauit:

Hastam quisq; acuat, clypeumque accommodet apte. tunc Iouem precatus est:

Annue tu Priami mihi tecta excindere celsa.

Siquidem virtutis deus spes est, non velamentũ ignauiæ. Iudæi vero per sabbata in pannis nõ interpolatis desidentes, cum admouerent scalas hostes, atq; muros scanderent, haud erexerunt se, sed hæserunt sicut vno in verriculo in superstitione constricti. Ea est turbidis & diris in rebus temporibusque superstitio: nec est in lætiorib⁹ melior impietate. Lætissima sunt hominibus festa, tempestiua conuiuia apud sacras ædes, initiationes, ceremoniæ, vota & supplicia deorum. Hic mihi specta impium: ridentem quidem videbis insanum & Sardonium risum dum hæc aguntur, & fortassis insusurrantem familiarib. suis, delirare & insanire eos, deos qui ita se putant colere: verum nullo alio pressum malo. Superstitiosus vult quidem, sed non valet gaudere neque lætari.

At vrbs simul suffitibus referta sit,

Et cantilenis, & simul quoque fletibus

superstitiosi animus. Coronatus pallescit, sacrificat & metuit, vota facit voce vibrãte, manib. adolet trementibus. Quid multis, dictum esse ostendit nugatorium Pythagoræ, qui ait, reddi nos, cum ad deos pergimus, optimos: quandoquidẽ tunc agunt superstitiosi miserrime & pessime: ac velut ad vrsarum lustra vel antra draconum vel cetorum cubilia ad deorum delubra vel penetralia accedunt. Hinc mihi in mentem venit demirari istos, impietatẽ qui aiunt irreligiosum esse, & negant superstitionem. Et quidẽ vt irreligiosus postulatus fuit Anaxagoras, quod Solem esse dixisset lapidem. Cimmerios, quod Solem ne esse quidẽ prorsus arbitrentur, irreligiosos dixit nemo. Ain vero? Qui esse nõ putat deos, nefarius sit: qui tales ducit esse, quales superstitiosi, non opinionibus teneantur longe magis nefariis? Ego quidẽ de me homines prædicare mauelim, neq; omnino natũ fuisse, neque esse Plutarchum, quam dicere hominem esse Plutarchum instabilem, volucrem, in iram præcipitem, quauis de causa ad vindicandũ promptum, facile stomachantem: si cum inuitas ad cœnam alios, illum præterieris: si ferians eum non adieris aut non salutaueris: corpus tuum mordicus affixus adedet, vel arreptum torquebit puerum, vel si bestiam habeat, eam frugibus immittet, vastabitq; arborum fœtus. Cum caneret Athenis Timotheus Dianam, diceretq; Thyadem, Phœbadem, Mœnadem, Lyssadem: poëta Cinesias in theatro exurgens: Talis tibi, inquit, filia nascatur. Atqui de Diana credunt superstitiosi similia his & prauiora:

Vt quæ ad laqueum homines adigat, quæ lancinet

Animo fruentem tranquillo, ingressu & suo

Sedata turbet & composita, omnia

Et misceat, sociataque sicario

Curru viatorem in triuio quoque detrahat.

Nihilo his melius sentiunt de Apolline, de Iunone, de Venere. Hos enim tremunt & formidant omneis. Quanquam quod euomuit tantum in Latonam Niobe conuitiũ, quantum insipientibus de hac dea superstitio persuasit, lacessitam nimirum probris miseræ mulieris

Sex lepidas natas, natos & sex quoque adultos

sagittis confecisse. Adeo malis alienis satiari nullis vel placari potuit. Quando si deæ bilis vere mota, illaque infesta erat improbitati, ac maledicta ægre ferebat, neq; irridebat imperitiam, & inscitiam humanam: succensuisset certe his, tantam qui in ipsam immanitatem acerbitatemque falso contulerant, quique ista scribunt & narrant. Iam Hecubæ detestamur vt barbaram & beluinam amarulentiam, cum dicit:

Cuius ego cupiam depasci mordicus hepar.

Deam Syriam superstitiosi existimant, si halecem quis vel apuas gustauerit, crurum partẽ anteriorem adedere, vlceribus corpus complere, iecur tabefacere. Nũ ergo est mala de diis prædicare piaculum, opinari non est piaculum? An etiam vocem efficit existimatio conuiciatoris importunam? Siquidem conuitium nos, quia indicium maleuolentiæ est, odimus: eosq; qui proscindunt nos conuitiis, hos inimicos ducimus vt infidos atq; à nobis alienos. Perspicis, de diis superstitiosi quid sentiant: qui stolidos esse, perfidos, leues, irreconciliabiles, atroces, irritabiles arbitrantur. Ita oderit oportet superstitiosus atque timeat deos. Quid ni id faciat, qui summa mala sibi ab eis statuit profecta & porro profectura. Qui vero odio habet & formidat

dat deos, hic eorum hoſtis eſt. Et ſi veretur, adorat, ſacrificat, affixus eſt delubris, nihil habet hoc miri. Nam tyrannos quoq; ſalutant, colunt, ſtatuas eis aureas ponunt: interim eos oderũt in animo, atq; interfectos cupiunt. Obſeruabat Hermolaus Alexandrum, Philippum Pauſanias ſtipabat, Chærea Caium. At dicebat quiſque horum cum illos proſequeretur:

Certe ego te mactem, ſi detur mihi iſta facultas.

Non cenſet eſſe impius deos: ſuperſtitioſus non vult: credit autẽ vel inuitus, quia timet mori. Si vero vt Tantalus deponere ſublatum ſaxum, æque hic timorem, à quo nõ minus premitur, valeat: amplectatur ac beatam dicat conditionem, vt liberam impij. Nunc vero vacat ſemel impius ſuperſtitione: ſuperſtitioſus, qui voluntate eſt impius, imbecillior eſt, quam vt de diis, quæ libet, ſentiat. Iam haudquaquam eſt efficiens impietas ſuperſtitionis: verum ſuperſtitio impietati ortus ſemen præbuit: & poſtquam eſt orta, excuſationem adminiſtrat ei, non illam quidem veram & honeſtam, non expertem prætextus tamen. Nam cum nihil in cœlo, neque in aſtris, neque in anni temporibus vel circumuectionibus, vel meatibus Solis circum terram diei ac noctis molitoribus, vel pabulis animantium, vel fructuum fœturis vagi aut inordinati contemplaretur, deos vt crederet eſſe, adducta eſt antiquitas, eoſque qui non præeſſe dicerẽt vniuerſitati deos, damnarunt. Enimuero ſuperſtitionis facta & labores ridiculi, dicta, motus, præſtigiæ, faſcinationes, circumcurſitationes, tympanorum pulſationes, impuræ piationes, ſordidæ luſtrationes, barbarieæ & inuſitatæ apud tẽpla caſtigationes corporis & ſuggillationes, hæc materiam præbent nonnullis, vt præſtare dicant non eſſe deos, quã eſſe, iſta qui probent, iſtis capiantur, tam ſint improbi, tam ſordidi & iracundi. An non ſatius erat Galatis illis & Scythis ſi nullam omnino notionem haberent deorum, vel imaginationem, vel cognitionem, quam quod deos eſſe exiſtimarent, qui hominum mactatorum cruore mulceantur, ac maxime ſolemne hoc ſacrificium & victimam exiſtiment? Quid [illegible] nonc fuiſſet Carthaginẽſibus Critia ſumpto ab initio, vel Diagora Legislatore non eſſe putare quenquam deum vel dæmonem, quam ea ſacra facere, quæ faciebant Saturno: non ſicut Empedocles ait, inſectans eos, qui animalia immolant:

Forma alia indutum præcharum multa precatus
Mactauit ſtolidus natum pater.

verum ſcientes & prudentes ſuos ipſi natos deuotos victima cædebant. Liberis qui carebant, hi comparabant à pauperibus pueros, ſicut agnos vel pullos auium, eoſq; mactabant. Aſſiſtebat rigida ſine gemitu mater. Si ingemuiſſet vel illachrymata eſſet, fraudabatur precio, neque puer minus immolabatur. Inſuper ne vociferatio exaudiretur, circumſonabant omnia pro ſigno tibiarũ cantu & tympanis. Quod ſi Typhones vel Gygantes exactis regnarent diis, quibus caperentur ſacris, aut quas victimas alias poſtularent? Vxor Xerxis pro ſalute ſua Ameſtris duodecim ſub terram defodit homines viuos Plutoni: quem dictitat Plato, quod humanus, ſapiens, & opulentus ſit, & retineat gratia & facundia animas, ἅδην dictum eſſe. Phyſicus Xenophantes, cum cædentes ſe in ſolemnibus & lamentantes conſpiceret Ægyptios, appoſite admonuit eos, atque Hi, inquit, ſi dij ſunt, ne planxeritis eos: ſin homines, ne feceritis eis ſacrum. Cæterum adeo multis demerſus erroribus & perturbationibus animi, contrariiſq; ac pugnantibus magis opinionibus confuſus, vt ſuperſtitio morbus eſt nullus. Itaque defugienda eſt, non quomodo qui latronum aut ferarum inſultum aut ignem declinant, cæcoq; & inconſulto impetu profugiunt, incidunt in loca inuia, voraginoſa, præcipitia: ſic enim nonnulli, dum ſuperſtitionem deflectunt, tranſilientes poſitam in medio religionem, in aſperam & ſalebroſam incurrunt impietatem.

De immodica verecundia.

TErra naſcentium quædam ſua ipſa quidem indole ſunt fera & ſterilia: quorum etſi nocuum eſt manſuetis ſeminibus & ſtirpibus incrementum, præbent tamen agricultoribus ſoli non maligni, ſed egregij & pinguis notam. Perinde motus ſunt animi non illi quidem boni, at ingenij velut fruticationes boni, quod doctrinæ commode præbere queat ſe excolendum. Horum in claſſe cenſeo immodicam verecũdiam: quæ licet ſignum non malum ſit, attamen cauſam præbet improbitatis. Quippe in eadẽ incurrunt ſubinde, qui verecundantur, atque impudentes vitia: niſi quod hoc habeant, quod ſuis ingemiſcant & diſcrucientur offenſis, nõ vt illi, hilarẽtur. Vacat enim in turpitudine impudens dolore: contra qui plus ſatis eſt verecundus, facile ad ſpeciẽ turpitudinis perturbatur. Siquidem eſt erubeſcentia verecundia plus quam modica. Quapropter hanc appellationem inuenit: quod vna cũ animo perturbetur flacceſcatq; vultus, quam Græci δυσωπίαν appellant.

Nam quomodo κατήφειαν definiunt oculos deiicientem tristitiam: ita verecundiam, hactenus quæ concedit rogantibus, vt nec cōtra intueri sustineat eos, δυσωπίαν dixere. Hinc inuerecundum orator negauit habere in oculis κόρας, sed meretrices. Significat enim vtrinque κόρη pupillam oculi & virginem. Vice versa qui facile erubescit, animum ex visu prodit immodice effœminatum & delicatum, victoriam de se impudentium specioso nomine verecundiam appellans. Ac Cato quidem plus sibi prædicauit placere erubescentes, quam expallescentes: recte assuefaciens ac docens probrum potius quam reprehensionem vereri, ac suspicionem magis quam periculum. Sed tamen effusior metus ac trepidatio hæc probri reprimenda est: quando sunt sæpe, qui dum non minus audire male quam affligi horrent, elanguere atque honesto salutem dixere: quod sustinere non valerent infamiam. Qui sane in ea imbecillitate nō sunt relinquendi: neque inuicem ille probandus rigidus & præfractus animi tenor, neque fidentia & immobilitas, 10

Quippe vbi Anaxarchi fidens firmumque caninum
Irruere apparet robur.

sed concinna quædam temperatura paranda amborū: quę præfracto plus satis impudentiam, & enormiter leni abstergat mollitiā: quatenus & medicina spinosa est, nec periculoso eiusce-modi enormitatum restrictio caret. Siquidem vt agricola, dum syluaticū fruticem & infœcūdum excindit, non cunctatur intrepide adacto sarculo eum radicitus subuertere, vel admoto adurere igne: ad vitem vero cum accedit, quæ putationem quærit, & quando malum vel oleā attingit, manum admouet presse, ne quid sani mutilet, timens. Ita, qui inuidiam ex animo iuuenis exsecat philosophus nociuum germen, quod ægre domatur, aut importunam auaritiā, aut libidinem effrenem, lancinat, stringit, incisuramq; & cicatricem inducit altam. At si quādo parti delicatæ & mol[illegible]nimæ castigant a admouet pręcepta, vt est illa, quę immodice erubescit & confunditur: cauet, ne simul pręcidat pudorem. Quippe nutrices extergendo subinde infantium strigmēta, sauciant interim & violant carnem. Quare danda est opera, ne dum iuuenum vsque ad viuum erubescentiam exterimus, eos dissolutos nimisq; reddamus præfractos: verum quod faciunt illi, qui cum propinqua ædibus sacris demoliuntur ædificia, continua certe & cohærentia omittunt & fulciunt: Ita erubescentiam mouebimus religiose, ne simillimam simul conuellamus verecundiam, lenitatem & placiditatem: cui insinuauit se & applicuit blandiens ei, qui est erubescentiæ expositus, vt humano, populari, & animo prædito communi, non rigido nec peruicaci. Hinc factum, vt ab initio Stoici vocabula quoque pudere & erubescere à verecundari discreuerint, ne vel ex nominis affinitate huic vitio materiam præberent lædendi. Cæterum nominibus concedant facultatem nobis vtendi sine calumnia, imo Homerico more. Etenim ait ille, 20 30

Aut multum lædit pudor, aut fert commoda multa.

Nec ineleganter noxam eius ante expressit. Euadit enim doctrinæ ope, quæ eius enormitatē detrahit & relinquit modum, vtilis. Primum itaque hoc credat oportet, qui immodica verecundia vrgetur: malo se teneri nociuo. Nihil autem noxium idem honestum: Neque laudib⁹ oportet delinitum gestire: si lepidus & hilaris pro graui, pro magno, & iusto appelleris: neque sicut Euripidis Pegasus,

Qui quam velit plus Bellerophonti obsequitur 40
Horrens,

interpellantib. seipsum dedere vel abiicere timentē audire, Hominem durum & horridum. Ægyptio Bocchoridi homini sæuo ingenio aspidem perhibent ab Iside, quo iudicaret iuste, immissam caputque eius circumiectam superne inumbrasse. Erubescentia, quæ eneruibus & effœminatis incumbit, neque vsquam abnuere vel reclamare valet, & iudices ab æquitate abducit, & consultis vocem claudit, multaque dicere & agere subigit præter animi sententiam. Huiuscemodi hominis semper est importunissimus quisque dominus, imperatque ei non pudendo pudorem subigens. Itaque sicut ager patens & mollis erubescentia, quod nullum appellantem reiicere vel summouere valeat, fœdissimis est rebus & motibus mancipatus. Quippe mala est hæc pueritiæ, vt dixit Brudus, custos: non existimans recte consulturū formæ suæ, nihil qui denegare nosset: mala etiam lecti genialis & gynæcij tutrix, vt ait illa apud Sophoclē, quam facti sui pœnitebat: 50

Induxti & extrudisti blanditiis.

Quare erubescentia, quæ ante dissoluit lasciuiā, vallos distrahit, reclusa & prona prodit adorientibus cuncta. Muneribus scelestissima ingenia capiunt: permouendo verbis & perfricta fronte vrgendo frangunt etiam probatos. Mitto rei familiaris ex erubescētia iacturas: dū illis, quibus fidē non habent, fœnerantur inuiti: pro quib. nolunt, intercedunt, & cū celebrant hoc dictum, Sponsioni proxima noxa, id in rebus agendis tamen in vsum deducere non possunt.

Quam

Quam hoc vitium perdiderit multos, non ineas facile dicendo numerum. Quando alloquēs Medeam Creon,

Praestat, mihi mulier te nunc offendere,
Tibi quam obsecundantem post ingemiscere:

aliis recte præcipere potuit, qui ipse ab erubescentia fuit expugnatus, diemque roganti vnam largitus domum suam euertit. Aliqui, cædem & vitus qui parari sibi suspectabant, id ex rubore dissimulauere. Ita Dion quamuis non imprudens strui sibi à Calippo insidias, dum ab illo cauere sibi amico & hospite verecundatur, stulte coniecit sese in perniciem. Ita Alexander Cassandri filius inuitato ad cœnam Demetrio, inde vocatus postridie ad illum, quod fidem, quæ
10 ipsi habita erat, non tribuere deterreretur pudore, ad illum est profectus atq; à cœna obtruncatus. Herculem Alexandri ex Barsine filium recepit Cassandro Polyperchon centum mercede talentorum se interfecturum, inuitauitq; ad cœnam. Eam cœnam cum haberet suspectam & timeret adolescens, sed in specie valetudinem causaretur: adiit eum Polyperchon, atque: Primum, inquit, insiste fili paternæ popularitatis, & in amicos propensionis vestigiis, nisi sane insidias à nobis times. Ibi rubore suffusus adolescens est eum secutus, qui à conuiuiis fuit strangulatus. Quare haud est, vt nonnulli iactant, ridiculum vel ineptum, sed scitum hoc Hesiodeum:

Ad cœnam haud hostem, verum inuitabis amicum.

Noli erubescere infestū tibi, vel subiicere te ei, qui fidē tibi habere videtur. Inuitaberis enim,
20 si inuitaueris: ibisque ad cœnam, cœnam si dederis: cū instar tincturæ cautionem diffidentiæ emollitam abieceris. Quapropter ægritudinem hanc, ex qua multa scaturiunt mala, vincere enitemur meditatione, primum exorsi, sicut illi qui alia meditantur, à paruis neque perinde importunis. Vt si propinet tibi quis, cum satis biberis: ne erubueris neq; vim feceris tibi ipse, sed poculum depone. Inuitat alius ad ludendum inter pocula alea: caue erubescas aut timeas cauilla: sed quomodo Xenophanes, cum Lasus Hermionensis recusantem alea secum ludere timidum vocaret, fassus est sane quam timidum se ad turpia & languidū esse. Item si garrulꝰ, in quem incidisti, detinet te & tibi affixus est, nullo ore reiice eum, properaq; ad institutū tuum, idq; absolue. Quippe tales fugæ & repulsæ, dum leuibus in offensis frontem perfricare assuefaciunt, callū ante nobis ad maiora obducunt. Huc non incongrue adducemꝰ Demosthe-
30 nis dictum. Cum Harpalo opem ferre Athenienses intenderent, caperentq; in Alexandrum arma: ecce tibi classis Alexandri præfectus Philoxenꝰ superuenit. Attonito pauore populo tacenteq; Demosthenes: Quid agent, inquit, isti si Solē viderint qui non sustinent lucernam intueri recta. Nam quid magnis in rebus compellante rege vel populo facies vrgente: si calicem repellere propinante nequeas familiari, neque nugatorem effugere: sed calcandum nugatori te præbes nec vales dicere: Videbo te alias, nunc mihi non vacat? Iam meditatio & assuetudo non erubescendi ad commentadiones tenuibus & leuibus in rebus non est infrugifera: ceu in conuiuio amici canit citharœdꝰ male, vel magno compararus comœdus Menandrum obterit. Multi hic si cum assensu hominem collaudent, non est profecto silētio audite laboriosum neque graue. & non contra animi sententiam celebrare illiberaliter. Hic enim si tui fueris im-
40 potens: quid facies, si, cum amicus poëma malum recitat, aut orationem ad ostentationem habet sibi scriptam? Nempe laudabis, plausumque cum assentatoribus dabis? Qui ergo titubantem in rebus castigabis? Qui in magistratu, vel coniugio, vel repub. contra officium agentem corripies? Equidem ne Periclis quidem ad postulantem amicum, vt falsum testimonium iuratus diceret, laudem dictum: qui ait: Vsque ad aram amicus sum. Nimium enim prope venerat. Qui vero procul consuefecit seipsum, vt neque dicentem præter sententiam suam commendet, neque canenti plausum det, neq; arrideat inscite cauillanti: hic nō sinet hactenus progredi vllum neque dicere in illis immoto: Iura secundū me, & falsum testimoniū dic, iniquum decretum pronuncia. Eodem modo obsistendū pecuniam poscentib. atque in non magnis neq; magnopere recusandis exercendū se. Rex Macedonum Archelaus: cum ab eo
50 super cœnam quidam, qui nihil nisi munera capere duceret honestum, poculum aureum peteret, imperauit puero, id Euripidi vt daret: coniectisq; in istum hominem oculis: Tu quidem, infit, qui petas, dignus es, nec accipias: hic, qui accipiat, etiam si non petat. Rectissime dandi & beneficij collocandi apud iudicium, non apud erubescentiam ostendit ius esse. Enimuero nos homines sæpenumero probos, necessarios & egenos negligimꝰ, aliis assidue & nulla fronte flagitantibus largimur: non quo bene velimus de eis mereri, sed quod recusare nequeamus: ceu Antigonus senex à Biante crebro fatigatus: Date, inquit, Bianti talentum. Ita necesse est: quamuis præcipue inter reges ille ciuiliter ista & scite amoliri nosset. Cum peteret aliquando Cynicus ab eo drachmam: Non est regium, inquit, hoc donum. Quo protinus subiiciente: Da igitur mihi talentum: occurrit, Atqui non est tantum capere Cynici. Ac Diogenes quidē cir-

cumibat in Cetamico stipem à statuis petens, ostenditq; mirantibus repulsam ferre meditari se. Nobis vero agendum, vt primũ in vilibus calleamus, & nos exerceamus in minutis ad præcidendum petentibus, qui inetito accipere nõ debent: quo grauius afflictis valeamus succurrere. Nemo enim, vt Demosthenes ait, qui sua in nõ necessaria effudit, habebit prompta, quibus caret, ad necessaria. Incurrimus autẽ varias in labes, quando in honesta deficimur facultatibus, superuacaneis affluentes. Quippe non pecuniæ modo est erubescentia mala & iniqua dispensatrix, verum etiam in maioribus consilium vtile abdicat. Siquidem medicum ægri nõ accersimus verecundia familiaris peritum, liberisq; præceptores probatorum loco illos, qui id muneris à nobis petunt, deligimus. Cum litigamus in foro, non adhibemus patronum vtilem & in iudiciis versatũ, verũ vt familiaris vel propinqui filio gratificemur, iactare se & ostẽtare in causa nostra ei concedimus. Complures deniq; est videre vel ex iis, qui philosophi appellantur, Epicureorũ & Stoicorum sectam amplexos, nullo id quidẽ delectu vel iudicio, sed rubore assensi necessariis & amicis. Agedum etiam ad hæc è longinquo in vulgarib⁹ & minutis versemus nos ipsi, assuescentes neq; tonsore, neque * scriba consultrice vti erubescentia, neque diuersoriũ capere pararo meliore vile: quod sæpe nos stabularius salutauerit: sed meditandi gratia etsi paulum intersit, sumere melius. Quomodo Pythagoricis in perpetua fuit obseruatione dextero fœmori nunquam læuum imponere, neq; par eligere loco imparis, si nihil aliud referret. Consuescendũ item vt ad sacrificium, nuptias, & aliud eiusmodi conuiuiũ non statim eum, qui nos salutauit vel accurrit, potius quam studiosum nostri & probum virũ inuitemus. Siquidem in hisce qui tyrociniũ suum posuit & consuefecit, is ægre capiatur, imo nemo prorsus aggrediatur eum in maioribus. Atque de meditatione hactenus satis. Porro inter frugiferas rationes, quibus hæc confirmantur, prima est, quæ pręcipit & subiicit vitiis & egritudinibus comitari omnib. ea, quæ nobis per illa deuitare videmur, infamias ambitionib. dolores libidinibus, labores mollitiis, contention . clades & damnationes. Erubescentiæ vero vsuuenit vere. vt dum fumum fugit ignominiæ, in ignem se coniiciat. Quippe qui tenuere importune vrgentibus verecundantur, post erubescunt iuste incusantes: & qui verentur leuẽ expostulationem, frequenter confessam ignominiam subeunt. Siquidem dum petenti argentũ amico erubescunt denegare, cum non habeant, mox cum ignominia non habere deprehenduntur. Item cum patrocinium quibusdam in iudicio ostenderunt, inde rubore partis alteri⁹ subducunt se atque aufugiunt. Complures ad paciscendum suas vel filiæ, vel sororis nuptias damnosas postquam compulit erubescentia, eludere post mutata sentẽtia cogit. Qui omnes Asiam incolentes vni dixit homini seruire, quod vnam nequeant syllabam Nõ proloqui, nõ serio sed per ludum id dixit. Erubescẽtibus, vt nihil loquantur, licet supercilio adducto vel capite in terram deiecto multa incommoda & indigna obsequia effugere. Siquidem silentium ait Euripides sapientibus responsum esse. Cæterũ eo sane potius nobis aduersus importunos opus est: quando apud homines ciuiles leui satisfactione defungi licebit. Hic illustrium & honestorum virorum ad manum habere debemus scita acuteq; dicta, eaque obiicere fatigantibus: vt Phocionis ad Antipatrum: Non potes me simul amico vti & adulatore. Et Atheniensibus, vt congiarium daret, in quodam solemni instantibus & plaudentibus: Puderet me, infit, vobis si largirer, nec huic persoluerem: monstrauitq; creditorem suum Calliclem. Paupertatẽ enim non est, vt ait Thucydides, fateri turpe: sed ita re gerere, vt eam diffugere nequeas, turpius. Qui vero stoliditate ita est solutus, vt petenti dicere erubescat:

Non est domi argentum mihi hospes candidum.

mox velut pignus det promissionem,

Durissimis pudoris vinclis vinctus est.

Persæus, qui argentum cuidam familiari suo fœnori dabat, in foro cautionẽ perscripsit, memor nimirum Hesiodi, qui ait:

Nec fratri contemne iocans apponere testem.

Qui stupefactus cum diceret: Itane Persæe ex lege: Sane, inquit, vt cũ bona gratia recipiã, nec exigam lege. Multi enim cautione initio neglecta postea recurrerunt ad ius cum offensione. Item cum Heliconi Cyziceno Plato epistolam daret ad Dionysium, qua eũ vt probũ & modestum virum commendabat, mox in calce epistolæ ascripsit: Scribo tamẽ hæc tibi de homine animali natura variabili. Xenocrates etsi austero vir ingenio, ex rubore tamen inflexus hominem Polyperconti per epistolam commendauit minus probum, vt res ipsa declarauit. Quem cum esset Macedo amplexus rogassetq;, ecqua re esset ei opus: petiuit talentũ. Quod ei ille dedit, sed per literas admonuit Xenocratem, vt diligentius probaret deinceps eos, quos commendaret. Atque Xenocrates quidẽ non cognoscebat hominem. Nos persæpe quamuis esse sciamus improbos, literas & nummos tamen effundimus cum detrimento nostro non liben-

Alij fullone.

libentes, sicut qui scortis inseruiunt & adulatoribus: sed grauiter & iniquo animo ferētes subuertentem & opprimentem consilia nostra impudentiam. Si namque ad aliud vllū, ad impudenter instantes certe dicam⁹ licet. Intelligo, quid mali admissurus sim, si falsum pro testimonio dicam, vel non ex iuris formula iudicem, vel suffragio meo ad malum publicum comprobem rogationem, vel mutuo dari fide mea non dissoluturo iubeam. Quapropter præ cæteris vitiis erubescentiā non sequitur, sed confestim actionib. nostris præsto est pœnitentia. Quippe damus inuiti, testimonio dicēdo pudore suffundimur, adiuuantes studia eorum notam incurrimus, renuentes conuincimur. Multa enim ex renuendi imbecillitate, etiā quæ præstare non valemus, pollicemur illis, qui perpetuo nobis adhærent, vt commendationes in aulis, interpellationes præsidum: dum nolumus nec valemus dicere: Non nouit nos rex, sed adi poti⁹ alios. Quod Lysander fecit: quem, cum ei infensus Agesilaus esset, censeretur tamen ex gloria maximæ apud eum authoritatis esse, non est veritus apud eos, qui ipsum appellabant, excusare se iubereq;, abirent ad alios, qui plus apud regem possent. Neq; enim est non omnia pollere infame. At cum præstare non possumus, neque ad id sumus comparati, ea recipere & vrgeri tamen ad ea, cum infame tum summe pudendum est. Iam vt alio à capite exordiamur: moderata & conuenientia postulantibus subministrare debemus non rubore inducti, sed pentioni locum dantes: In damnosis vero & indignis illud Zenonis semper promptum habere. Hic, cum adolescenti, qui cum sibi intercedebat consuetudo, occurreret pone mœnia silentio gradienti, audito quod fugeret amicum, qui ab eo contendebat, vt falsum testimonium secum se diceret: Quid ais, inquit, stolide: te ille, qui iniqua flagitat & iniuria te afficit, non veretur neque verecundatur: & illum tu in iusta causa non sustines subsistere? Nam qui dixit:

In improbum est malum non telum improbitas,

male consuefacit æmulatione mali vlcisci malum. Enimuero impudenter & perfricta fronte fatigantes pariter perfricta fronte reiicere, neque indulgere in turpibus pudore deterritū impudenti, id recte atq; ordine fit à cordatis. Iam inter importune insistentes obscuris, abiectis, & sordidis hominibus non est arduum occurrere: sed vel risu quidā & cauillo istos deflectunt, ceu Theocritus: cum duo ab eo in balneo strigilem commodato peterent: quorum erat peregrinus alter, alter nobilis fur: ioco vtrunque summouit dicens, te non noui, te noui. Lysimache Athenis Mineruæ sacerdos, cum muliones, qui sacra portabant, vt infunderet sibi, postularent: Ego vero, inquit, vereor, ne id quoque in morem abeat. Antigonus iuueni cuidā ignauo & molli, cuius pater vir prob⁹ ordines duxerat, postulanti vt ad ordines proueheretur: Apud me, inquit, adolescēs propriæ sunt, nō paternæ virtutis præmia. Quod si ille, qui importune obtundit, vir clarus sit vel potens: qui potissimū non facile reiiciuntur vel accipiunt excusationem, si quando appellent de iudicando vel suffragio. Catonis factum iuuenis etiam sit aduersus Catulum non videatur cuipiam fortassis procliue neque necessariū. Fuit Romæ Catulus primæ authoritatis ac tunc censor. Hic perrexit ad Catonē, qui tunc quæstura fungebatur, vt interpellaret eum pro quodam, cui mulctam ille dixerat, atq; accuratis precibus institit: quoad erupit Catoni stomachus, qui ait: Turpe tibi est Catule cēsori discedere hinc nolenti, nisi ab accensis abripiare. Ibi suffusus rubore Catulus ac si emens abiit. Cæterū considera, an ne fuerit quod Agesilaus & Themistocles egerunt, ciuilius & moderatius: Agesilaus, cū pater ei quippiam pro tribunali decernere contra legē præciperet: Ego vero, inquit, abs re pater parere ab prima ætate doctus sum legibus. Itaq; hoc tempore tibi parebo, nihil inquit vt perpetrem. Themistocles Simonidi aliquid parum æqui flagitanti. Neq; tu poëta, inquit, bonus, si præter modos canas, neque ego, si præter leges iudicem, magistratus sim probatus. Atqui non ob pedis cū lyra inconuenientiam, vt Plato dixit: ciuitates à ciuitatib⁹, amici ab amicis dissidentes grauissimas clades inferunt inuicem & accipiunt, verū propter leges & ius violata. Attamē sunt aliqui, qui numeros, lineas, & modos seruāt præcise ipsi, ab aliis in magistratibus, in iudiciis & rerum actibus postulant, vt quod rectum est, postmittant. Quare sit hoc præcipue aduersus eos vsurpandum. Compellat te pro tribunali orator vel in curia concionator popularis: promitte, si ille absurdum orationis exordium fecerit, aut in oratione barbare dixerit. Nolet enim propter eam, quæ in specie est, turpitudinem: Imò aliquos videmus etiam vocalium concursum in dicendo vitantes. Quod si ruborem nostrum premat alius quispiam vir clarus & conspicuus: iube ei, vt forum saltans transeat vel distorquens vultum. Id si detrectet, tum locus tibi datur dicendi & rogandi: Quid fœdius, solœcismum facere & distorquere vultum, an leges violare, & iusiurandum adulterare, & plus homini peruerso contra ius quam probo tribuere. Ad hæc Argiuus Nicostratus, cum magna pecunia ostensa & nuptiis mulieris, quam vellet, cumque Lacænæ solicitaret eum ad prodendū sibi Cromnon Archidamus negauit Herculis eum sobolem esse. Illum enim multas oras, vt scelerosos

fustolleret,lustrasse, hūc probos facere improbos.Perinde nos homini,qui numerari se volet honestū,quando magnopere premit & inuerecunde contendit, respondebimus , alienū id esse & ipsius nataliū nobilitate & virtute indignum.In turpibus hominibus vide & considera, auarum an importunitate rua adduces,sine cautione vt tibi talētum credat: vel ambitiosum, an vt primis honoribus cedat:vel magistratus gerendi cupidum,vt abijciat petitionem suam, cum magistratum se consecuturum speret. Profecto enim indignum videatur in ægritudinibus hos & vitij inflexibiles permanere stabilesque & pertinaces: nos vero, qui esse amantes volumus &dicimus nos honesti &iusti nō imperare nobisipsis, sed de sententia deduci & virtutem proijcere. Nam si homines importuni gloriæ & potentiæ gratia hoc agunt, portentosum sit ornandis & amplificandis alijs nos ipsos gerere turpiter & male audire: vt illi, qui in ludis prēmia victoriæ,coronas nō pro merito deferunt,aut suffragijs suis magistratus & honores ad gratiam mandant, honote semetipsos &honestate spoliant. Quod si nummorum causa instantem cernamus hominem importunum:quo pacto inducere in animū poterimus, vt nostram ipsorum gloriam & virtutem, quo crumena cuiuspiam euadat grauior, postmittamus? Quanquam nō caligant in istis plerique neque latet eos quod incurrant:sicut qui grandes calices exhaurire coguntur,ægre & suspirantes & vultū distorquentes exequuntur iussum. Sed æquat animi imbecillitas corporis temperamentū, quod iuxta ad æstum & algorem comparatum est male. Siquidem quando extolluntur ab hominibus importunis, semel franguntur & labascunt,expauescuntque & trepidant ad querelas & toruum intuitū repulsorum. Oportet autem reluctari nos vtrisque,vt neque perterrentibus,neq; blandientibus nos summittamus. Thucydides,quod necessario comitetur potentiam inuidia, probat consilium eius,qui magnis præmijs liuorem subit. Nos vero,qui non difficile inuidiam effugere censemus, sed in querimoniam non incurrere,atque vt acerbi offeratur à familiaribus nihil, animaduertimus fieri non posse, recte deliberauerimus: si hominum importunorum excipiamus offensiones potius quam illorum,qui iure nos,nisi ipsis iuste inseruiamus,incusent. Porro commendatio ab illis,qui pudorem nostrū vrgent profecta est,vt adulterina modis omnibus repudianda:ne idem nobis quod suib. accidat,vt ex prurigine & titillatione cuiuis faciles nos prębeamus,neque abiiciamus nos succumbentes: Quippe nihil absunt ab illis,qui crura præbent iis, qui deiicere ipsos laborant,hi,aures qui assentatoribus permittunt:verum fœdius prosternuntur & cadunt: alij,qui remittunt fel & vindictam improbis hominibus:quo clementes, lenes,& misericordes vocentur:alij contra, qui ad simultates suscipiēdas & expostulationes nō necessarias neque periculo vacantes impelluntur à laudantib. qui solos ipsos esse viros, solos non patere adulatoribus,atq; os & linguam habere dicūt ipsos. Vnde comparauit hos Bion amphoris, quæ cōmode auribus transferantur: quomodo Alexinum scribunt sophistam mulra probra conieeisse in deambulando in Stilponem Megarensem. Cui cum diceret ex sociis quidā: Ille vero non ita dudum te celebrauit: Hercle vero dixisse illum. Optimus enim vir & præclarissimus est. Contra Menedemus,cum Alexinū frequenter ipsum laudare accepisset: At ego, inquit, obtrecto semper Alexinum. Est namq; vir malus,qui vel malum commendat,vel vituperatur à bono. Vsque adeo fuit hic immotus atq; inexpugnabilis ab istis, seruansque admonitionis,qua Hercules Antisthenius præcepit filiis,ne cui,qui ipsos laudib⁹ ferret, gratias haberent. Quod nihil erat aliud, quam ne aut erubescerent aut inuicē blandirentur illis, qui ipsos celebrarent. Satis enim est,ni fallor, hoc Pindari ad eum qui passim & apud omnes se illū laudare prædicauit:Ego vicissim gratiam tibi refero. Quippe facio te veracem. Quod igitur ad omnia vitia proficit,huius debent inprimis, qui facile erubescunt, quando eos percellit hæc ægritudo, vt præter sententiam titubent & plus satis verecundentur, etiam atque etiam meminisse: notasque vellicationis & pœnitentiæ figere in seipsis, ac repetere eas atque in longū tempus conseruare. Nam sicut qui impegerunt saxo viatores, vel in promontorium illati & euersi fuerunt gubernatores, si periculi memoriam conseruauerint, nō illa modo, sed & consimilia horrent & deuitant perpetuo: perinde qui erubescentiæ tabes & detrimenta assidue pœnitentiæ & morsui animi admouent, hi reuocabunt in paribus seipsi, neque vt cespitent facile admittent.

PLV-

PLVTARCHI

De curiositate Commentarius.

AEDES perflatui non patentes vel caliginosas vel tempestatibus opportunas vel insalubres optimum fortasse sit defugere. Quod si quis ex consuetudine teneatur eo domicilio: hic & traiectis luminibus valeat & scalis mutatis, aut ianuis aliquibus apertis, obseptis aliis splendidiores, magis perspirabiles, ac salubriores machi-
10 nari. Atque vrbibus nonnulli, qui ita eas conuerterunt, commodauerunt magnopere: sicut patriam meam, quæ ad ventum Zephyrum vergit, & Soli est incumbenti vespertino à Pernaso exposita, fuisse à Chærone memorant ad Orientem flexam. Physicus Empedocles montis profundum quendam inter rupes hiatum, qui grauem & pestilentem per campos Austrũ inspirabat, obstruxit: qua re pestem existimatus est ex eo tractu exclusisse. Quando igitur motus quidam insalubres sunt & noxij, qui fluctus animo & caliginem incutiunt: consultissimum est hos eiicere & funditus delere, atque ita serenitatem, lumẽ & auram liquidam nobis ipsis præbere: Sin minus: mutare quidem & inuertere certe intotquẽdo eos & flectendo. Exempli gratia, curiositas, quæ studium est aliena mala noscendi, videtur non intactus inuidentia morb⁹, neque improbitate esse. Quid incommodum homo inuidissime alienum cernis oculis lynce-
20 is, ad propria cæcutis? Traduc ab externis ac verte intro curiositatem. Si malorum cognitionem tractare cupis, est quo domi te satis distringas.

Doricus isthmus aquas quot habet, vel folia quercus,

tantam vim offendes in vita tua offensarum, & in animo ægritudinum, & claudicationum in officiis. Nam vt Xenophon œconomicis peculiarem esse demonstrat instrumenti ad sacrificia, peculiarem ad cœnas locum, alibi locari rusticum, seorsum bellicum: ita tibi alia sunt à liuore reposita mala, alia ab obtrectatione, alia ab ignauia, alia ab sordibus. Hæc adi, hæc contemplare, fenestras ad vicinorum incommoda, & ingressus curiositatis obsepi. Alios pande in andronem tuum qui ferant, in gynæciũ, in ministrorum tabernacula. Hic habebit, quo tempus traducat anxia hæc percunctatio & sedulitas non infrugifere, neque maleuole, sed com-
30 pendiose salubriterque, cum sibiipsi quisque subiiciat:

Quid merui, quo dicto vel facto titubaui?

Nunc vt in fabula Lamiam perhibent canere domi luminibus captam, quę in cista oculos habeat repositos: ac foras cum prodit, sibi eos addat: Perinde nostrum quisque foris & ad alios maleuolentiæ argutam sedulitatem quasi oculos admouet: in offensas vero & vitia nostra crebro incurrimus ex ignorantia, quia visum ad ea & lumen non paramus. Quapropter inimicis curiosus magis conducit. Quippe incommoda illorum coarguit & increpat: monstratq; iis, quæ cauenda, quæ corrigenda sint: domestica pleraque negligit, quod alienis gestiat. Siquidẽ conuenire Vlysses ne genitricem quidem prius sustinuit, quam didicisset ex vate, qua de causa ad inferos concessisset. Quod vt accepit, vertit se ad illam, togauitque ex mulieribus aliis,
40 quænam Tyro, quæ formosa esset Chloris,

Qua de re extincta Epicaste,

Et laqueum infandi lethi trabe nexuit alta.

Nostra nos qui sane quam solute prosequimur, & eum magna impudentia aliorum origines excutimus, vicini Syrum auum fuisse, auiam Thressam, tria illũ talenta habere æris alieni, neque vsutam dissoluisse. Exquirimus itẽ huiusmodi, vnde huius reuersa sit vxor, quid ille & ille seorsum collocuti sint angulo. At Socrates circumibat requirens, quibus sermonibus Pythagoras homines impulisset. Aristippus mercatu Olympiaco congressus cũ Ischomacho rogauit: quanam orationis vi adeo permouisset Socrates iuuentutem. Ac pauca quædã sermonum illius & gustum eorum exiguum cum cepisset, ita fuit incitatus, vt corpore concideret: plane-
50 que pallorem & maciem contraheret: quod Athenas nauigauit sitibundus æstuansque atq; ex fonte hausit, virumque illum & sermones & doctrinam audiuit: cuius erat finis, vt quisque sua cognosat vitia, eisque explicetur. Cæterum propriam vitam aliqui vt spectaculum odiosissimum non sustinent intueri, neque vt lumen reflectere & auertere intro iudicium. Sed scatens omnis generis vitiis animus, horrensque & timens interna exilit foras, & circa extranea pascens & saginans improbitatem suam vagatur. Vt enim auis, quæ in domo habet sæpenumero ante oculos paratum pastum, in angulum abdit se, atque scalpit ibi,

Sicubi compareat frumenti in stercore granum.

Haud aliter scrupulosi sermonib. qui in medio positi sunt, & exemplis præteritis, quæ nemo per-

percunctari impedit vel infestus est percunctantib⁹, tecta cuiuscunq; familiæ & arcana colligunt. Et quidem scitum hoc est Ægyptij ad eũ qui quid ferret inuolutũ, requirebat: Hac de causa inuolutum est. Tu vero quid anxie laboras de eo, quod absconditum est, nisi malum foret, non absconderetur. Atqui nisi fores pulsaueris, in tectum alienum haud est ingredi moris. Verum nũc sunt ostiarij, quondam mallei ad pulsandas fores signo erant, ne quis matrifamilias alienus vel virgini vel castigationi serui, vel vociferantib⁹ ancillis subito interueniret. Ad hæc tamen ipsa curiosus irrepit: honestæ quidem domus & compositæ, ne si accersas quidem, cupit esse spectator. Quarum vero causa clauis, sera, atrium comparata sunt, hæc detegit & in publicum effert aliis. Quanquam etiam inter ventos ab iis abhorremus potissimũ, qui vestes, vt Aristo ait, nostras attollunt. Curiosus nõ pallia vicinorum, non tunicas, sed parietes detrahit, sed ianuas pandit, & per virginis mollis cubilia venti more peruadit & proserpit, Bacchanalia, chotos, peruigilia perscrutans & traducens. Ac sicut perstricti in comœdia Cleonis 10

Manus in Ætolis, sed mens in Clopidis.

item curiosi mens simul in locupletum est domiciliis, in casis pauperũ, in aulis regum, in nouarum conclauibus nuptarum. Omnia rimatur negocia hospitum, præsidum. Nec scrutatur hæc secure: verum vt si quis aconitũ gustauerit argute indagans eius proprietatẽ, repente antequam sensit, præuerterit letho illud præsentientem: sic illi, qui magnatũ indagant mala, antequam perueniant ad eorum cognitionem, semetipsos perditũ eunt. Etenim qui Solis largũ hunc atq; in omnes diffusum despiciunt fulgorem, ipsum autem circulũ impudenter intueri & lumẽ eius intus vi tentant & audent aperire, occæcãtur. Recte igitur comicus Philippides, cum diceret aliquando ei rex Lysimachus: Quid tibi rerum mearum impertiar: Tantum, inquit, rex ne arcana. Etenim suauissima, quæ habẽt reges, in propatulo sunt, cœnæ, copiæ, splẽdores, beneficia. Siquid reconditi sit, caue accesseris vel noueris. Non celatur gaudiũ regis in rebus lætis, non risus ludentis, neq; benignitatis paratus & beneficentiæ. Formidabile est, q̃ absconditur, tetricum, triste, inaccessum, iræ alicuius thesaurus exulceratæ, aut piaculi sæui meditatio, aut de vxore obtrectatio, aut suspicio de filio, aut erga amicum diffidentia. Fuge atram hanc & conglobatam nubem. Percipies tonantem & fulminantem, cum erupeiit, rem, quæ nunc occulitur. Quæ igitur est horum declinandorum ratio? Distractio, vt est dictum, & reuocatio curiositatis: præsertim si ad rectiora & lætiora animum vetteris. Scrutare cœlestia, scrutare terrestria, aëria & marina. Tenuiũ rerum an grandium duceris spectaculo? Si grãdia, Solem scrutare, vbi immergatur & vnde emergat. Indaga in luna sicut in homine conuersiones, quo effuderit tantam luminis copiam, vnde iterum eam collegerit: 20 30

Quid ex tenebris primum ostendit se noua,
Faciem comans & lumine complens cornua,
Et vt fuit longe vultu nitidissima,
Dilabitur rursum atque euanescit semel.

Et sunt secreta hęc naturæ: at tamen in inuestigantes non incenditur. Renuncias magnis? minora rimare: quare stirpes quædam perpetuo floreant vireantq. & rideant, nullo non tempore diuitias suas ostentantes: aliæ modo has ęmulentur, modo vt homo profusus affatim copias suas dissipantes, nudæ & mendicæ relinquantur. Quid hæ oblongos, illæ angulosos, teretes aliæ & globosos edant fructus. Fortassis hæc, quod iis nihil insit mali, nõ inuestigabis. Enimuero si omnino anxiam curam in prauis aliquibus oportet, vt serpentem in letiferis herbis semper pasci & agere: in historias age coniiciamus eam, obiiciamusq; ei malorum flumen & affluentiam. Ibi namque reperies ruinas virorum, feritatem morum, stupra fœminarum, insidias seruorum, amicorum calumnias, venenorum instructiones, inuidias, obtrectationes, naufragia familiarium, eiectiones principum, his exple te atque oblecta, nulli importunus aut molestus amicorum. At apparet non frigidis & rancidis curiositatem, sed callidis malis & recentibus retineri, nouasque libenter spectare tragœdias, in comicis & hilarioribus negociis sane quam inuitam versari. Itaque si nuptias quis, vel sacrificium, vel deductionem recenseat, oscitans curiosus & segnis est auditor, & ante maximam partem eorum se ostendit audisse iubetq; hæc breuibus perstringere & transilire narrantem. Quod si quis assideat, qui vel stuprum virginis, vel matrisfamilias probrum, vel litem adornatam, vel fratrum dissidium exponat: haud dormitat, neque distringitur negociis: 40 50

Talibus at gaudet dictis, atque admonet aures. Et hoc,
Hei hei malum fortuna prospera
Quando mage ab aures hominum ferit,

de curiosis dictum est vere. Nam vt cucurbitulæ, quod prauissimũ est, ex carne trahunt: ita curiosorum aures sermones arripiunt peruersissimos: atq; adeo quomodo vrbes habent portas certas nefastas & tristes, quib. educũt eos, in quos vltimo supplicio animaduertitur, sordesq; & pia-

& piacula eiiciunt: purum autem vel factum nihil ingreditur aut transit illac: perinde curiosorum aures boni vel vrbani nihil, cæterum capitalia dicta permeant atteruntque, quæ piaculares & execrabiles narrationes deportant:

Semper ovans Cocytus solus in domo
Mea incidit.

Hæc curiosis camœna & modulatio est vnica, hac nihil audiunt lubentius. Siquidẽ curiositas est libido sciscitandi arcanorum & reconditorum. Nemo vero bonũ, quod possidet, occultat: quando & quæ absunt, habere simulant se homines. Malorũ igitur cognitionis curiosus sitiẽs, vitio laborat maleuolentiæ, quæ inuidentiæ & liuoris soror est. Est namq; inuidentia dolor ex
10 rebus alicuius secundis: Maleuolentia lætitia ex alicuius aduersis rebus. Vtraque ex vitio indomito & beluino prognata est prauitatis. Est autem adeo cuiq; malorum suorum acerba reuelatio: vt multi præoptent emori, quam detegere morborum quid abditorũ medicis. Age si Herophilus vel Erasistratus vel Æsculapius ipse, cũ homo esset, medicamentis succinctus & organa per singulas domos proferens exquireret: ecquis fistulã haberet in sede, vel mulier in natura cancrum, tametsi salutaris est huiusce artis scrupulositas: nemo sit meo iudicio, qui istũ non abigat: quod non maneat tantisper, dum rex requirat, sed ad incommoda exploranda nõ vocatus pergat aliena. Curiosi vero hæc ipsa atq; his deteriora excutiunt, nõ medendi, sed reuelandi tantũ gratia. Quo circa iure odio veniunt maiore. Etenim publicanis infensi sumus & indignamur, non quando apertis inuectorũ cogunt vectigal: verũ quando tecta excutiunt, &
20 aliena armamenta & sarcinas versant, quamuis hoc eis lege facere ius est; ac ni faciant, capiũt detrimentũ. Curiosi perdunt & proiiciunt, dum circa aliena cõteruntur, sua. Raro rus eunt: q; quietem & silentium solitudinis non ferant. Quo si quãdo accesserunt longo interuallo, vicinorum vineas, plusquã suas inspiciunt: rogantq;, quot boues demortui sint vicino, vel quantũ vini eius coacuerit, mox his saturi aufugiunt. Quippe agricola ille germanus, ne vltro quidẽ delatum ex vrbe rumorem lubens admittit, dicitque: Itane vero mihi narrabit fossor, quibus legibus decisa controuersia sit? Hæc enim nũc anxie odorans scelestus iste obambulat. Enimuero curiosi vt rem friuolam frigidamq; & minus tragicam declinant rusticationem, & in rostra, in forum, in portus volant: Nihil ne noui? Non enim venisti mane in forum, Quid tũ, horis tribus censes reip. statũ conuersum? Attamẽ si quis habeat quid eiusce modi, quod referat:
30 ad pedes ex equo digressus, & porrecta dextra complex[9] eum, ad audiẽdum consistit. Sin quis oblatus nihil esse dicat noui, indignans: Quis ais, inquit: Non fuisti in foro? non prætergressus es prætorium? non commeantes ex Italia conuenisti? Itaq; recte Locrorum magistratus: qui, si quis peregre adueniens rogasset, Nunquid noui, mulctã ei dicebant. Nam vt coci prouentũ vberem pecoris optant piscium piscatores: ita malorũ curiosi optant affluentiam, fœcunditatem negociorum, rerũ nouitatem & conuersionẽ: semper vt habeant, quod venentur & cõcidant. Præclare etiã Thuriorũ legislator, qui perstringi ciues in comœdiis extra adulteros & curiosos interdixit. Siquidem & adulteriũ apparet alienæ voluptatis esse curiositatẽ, inuestigationemq; & indagationem rerum abditarum & vulgus latentiũ: estq; curiositas dissolutio, labes, & detectio arcanorũ. Porro rerum inuestigationi multarum garrulitas fere est comes.
40 Hinc iuuentuti præscripsit Pythagoras quinquennale silentium, quam Græce ἐχεμυθίαν, quasi sermonis continentiã appellauit. Anxiæ vero sedulitati maledicẽtia comitetur oportet. Quæ enim libenter audiunt, hæc effutiunt libenter: ac quę enixe colligũt ab aliis, ea apud alios læte effundunt. Vnde cũ aliis malis hic morib. cupidinẽ eorũ moratur. Oẽs enim ab istis cauẽt, eosque defugiunt, neq; quicquã agere curioso spectante vel dicere audiẽte libenter sustinẽt. Sed & consilia extrahunt, & cõsiderationes negotiorũ producunt in aliud tẽpus, dũ iste è medio se subduxerit. Quod si dũ sermo interior in manib. est, vel negociũ tractatur seriũ quisquã curiosus interuenerit, perinde ac pulmentũ prætercurrẽte mustella auferunt id è medio abscõduntq;: vt frequẽter quæ aurib. & oculis patent aliorũ, ea ab horũ auditu & visu solotum subducantur. Quare omni quoq; fide curiosus orb[9] est. Seruis certe & peregrinis credimus citius
50 epistolas, literas, sigilla quã amicis & familiaribus curiosis. Bellerophontes ne cum literas de capite quidẽ ferret suo scriptas resignauit eas, sed abstinuit eadem ex continentia vt regis cõiuge ita epistola. Quandoquidẽ intemperantię est curiosum esse iuxta atq; adulterium admittere, ac præter intemperantiã immodicæ amentiæ & insipientiæ. Siquidẽ tot pręterire vulgatas & publice prostitutas fœminas, in reclusam autẽ & sumptuosã exardescere, sępe etiã si ea fusa tulerit, deformẽ, id superat insaniam & desipientiam omoẽ. Idem curiosis vsuuenit. Multis & præclaris spectaculis, auditionib. disputationibus, & confabulationib. neglectis aliorum epistolas effringunt, vicinorũ parietib[9] aures applicant, cum mancipiis & mulierculis consusurrant sæpe nõ sine periculo semper turpiter certe. Quare prodest inprimis ad declinãdum hoc vitiũ curiosis præcognitorũ recordatio. Nã si, vt Simonides dixit, cũ scrinia ex interuallo

temporis

temporis apetiret, vnum, quod erat metcedum, semper plenum: alterum, quod Gratiarū, reperire se inane: ita si curiositatis recludat spacio interposito capsam, consideretq; multis inutilibus, vanis & friuolis refertam: forsitan offendat rei faciem vt prorsus odiosam & futilem. Cedo, si quis veterum perlustratis monimentis fœdissima ex iis excerpat, librumq; habeat cōmentatum ceu ex carminib⁹ Homeri truncis, & vitiis tragicorum, & dictis ab Archilocho ad fœminas turpiter & petulanter semetipsum traducente, an non tragicam deuotionem mereatur?

Pereas, calamitates hominum qui colligis.

Imo absque detestationes turpis est & sterilis ei noxarum thesaurus alienarum: sicut oppidū, quod ex teterrimis & nequissimis ab se conditum Poncropolim dixit Philippus. Itaq; curiosi, dum non versuum, non poëmatum, sed lapsus in vita offensionesq; & vitia congerunt & cogunt, fœdissimam inscitissimamque malorum apothecam memoriam circumferunt suam. Igitur quomodo Romę aliqui tabulas pictas & statuas, & vero formas egregias venalitiorum puerorum & mulierum floccipendentes in monstrorum foro versantur, atq; ea, quæ suris carent, felinis vlnis tribusq; oculis prædita sunt, & capite repræsentant passeres contemplantur & quærunt, si quod sit mixtum genus vel portentosum monstrum: quibus si perpetuo exhibueris eiuscemodi spectacula, cito res stomachum & nauseam eis faciet: Perinde illi, qui titubationes in vita, natalium maculas & peruersitates aliquas in alienis ædibus mendasque affectate consectantur: hi prima subiiciant sibi nullam inde voluptatem se vel vtilitatem retulisse. Maxime tamen ad hanc depellendam ægritudinē assuetudo est efficax, si procul auspicantes subigamus nos ipsi atq; ad hanc temperantiā instruamus. Quippe etiam accretio huius morbi extitit vsu, qui sensim progressus facit. Id quemadmodum fiat, cognoscemus, si de meditatione simul differamus. Ac primum à minimis ac tenuissimis auspicemur. Quem enim habet labotem in viis non legere monimentorum inscriptiones? Quid autem molestiæ, si cū deambulas, in parietibus descripta prætereas visu, ac suggeramus nobis nihil in his vel frugiferum vel delectabile scriptum esse: sed mentionem fecit quispiam cuiusdam honoris causa, & amicorum optimus est hic nescio quis, multaque huiuscemodi ineptiarum plena: quorum non apparet officere lecturam, verum officit sensim: quod meditationem obiter imprimat ea, quæ nihil ad te spectent, inuestigandi. Ac sicut venatores canibus diuertere & quemuis sectari odotem non permittunt, sed loris eos retrahunt & reuocant: quo purū & integrum reseruent peculiari eorum officio olfactum, vt vestigiis inhæreant acrius,

Et magis indagent vestigia nare ferarum.

sic oportet ad omne spectaculum & ad omnem auditionem curiosi digressiones & circumuagationes præcidere retrahereque, atq; ad conducibilia reseruare. Nā vt aquilæ & leones, quādo ingrediuntur, contrahunt intro vngues, ne aciem & mucronem eorū atterant: ita curiositatem, quam studij ad cognoscendum acumen & mucronem esse putam⁹ ne absumamus, neque præstringamus in rebus teterrimis. Deinde insuescamus, si prætergrediamur alterius ianuā, non introspicere, neq; iis, quę intus sunt, iniicere velut manū scrupulositatis oculos: sed promptū habeamus hoc Xenocratis, qui nihil interesse ait, manus an oculos alienas in ædes inferas. Neq; enim iustum est, neque honestum, imo ne iucundum quidem hoc spectaculum.

Sunt fœda visu hospes, quæ sunt in ædibus.

Siquidē quæ in domiciliis sunt, plæraque visuntur eiuscemodi posita vtensilia, ancillulæ considentes, nihil graue, nihil delectabile. At hæc oculorum, quæ vna animum labefactat, deflexio & eiaculatio fœda & improbus est mos. Siquidem contemplatus curru inuectum Diogenes Dioxippum Olympionicem, atq; à formosa muliere, quæ celebritatem spectabat, retrahere non valentem oculos, sed limis eam intuentem ac respectantem: Videte, inquit, athletā à puella resupinari. Curiosos cernas iuxta ab omni spectaculo circumagi ac contorqueri, si visus eis & meditatio fuerit coniiciendorum in omnem partem luminum. Debet vero mea quidem sententia non dissolutæ ancillæ modo vagari foras sensus, sed emissus ab animo ad res adiungere se eis propter ac renunciare, mox referre ad rationem modeste, eique audiens esse, nunc obtinet Sophoclis dictum:

Deinde frena vt auferunt equulei,
Os est quibus durum:

& qui minus recte sunt, vti diximus, instituti neq; exercitati sensus, hi antequā oportet erumpentes, vnaq; secū crebro rapientes, quo non oportet, præcipitant mentem. Quare falsum est Democritū vltro extinxisse lumina sua speculo infixa candēti, à quo repulsum accipiebāt, ne euocādo sępe foras mentē turbas præberēt, sed sinerēt intus eā residere atq; immorari contēplationibus, vt oppilatę, quæ in viā spectant, fenestræ. Cæterū omnib. modis est verū sensum agitare parum eos, qui plurimum mente sunt intenti. Etenim remotissime ab vrbib. collocata fuerunt

fuerunt musea, noctemq; dixerunt ἱστορίαν à sapiẽdo: quod magnopere ad eruenda ea, quę inuestigantur, & ad commendationem censerent commodare, quieté ab rebus non interpellatam exteris. Sed nec illud operosum vel arduum, si quando homines cõuitiis in foro & maledictis se inuicẽ incessunt, nõ accedere, vel concursu cœtus ad quippiam facto temanere confidẽtem: Quod si tibi imperare nequeas, surgere ac digredi. Nihil enim boni, curiosis si admiscueris te, referes: sed tibi commodaueris maiorem in modũ, si affectatam sedulitatem retorseris vt & coërcueris rationi morigerari assuescentem. Hinc amplius meditationẽ intendens præclare feceris, si cũ retinet acroamate theatrũ auditores, præteteas: & quãdo amici ad spectandum saltatorem aliquem, aut comœdiæ actotem inuitant, renuas: & cum editus plausus
10 est in circo vel hippodromo, non flectas te. Quomodo enim cauere monuit Socrates ab esculentis, quæ non esurienres ad vescendum alliciant, & à poculentis, quæ ab bibendũ non sitiẽtes: Itẽ vitanda spectacula & acroamata, quæ non opibus habentes iis retinent & rapiunt. Cyrus videre dettrectauit Panrheam. Cui cum Araspes spectatu dignam mulieris speciẽ esse prædicaret: Ergo impensius, inquit, ab ea abstinẽdum. Si enim abs te impulsus ad eam perrexero, fortasse illa me, aliàs etiam, cum non vacabit, vt ipsam adeam, inducet, vtq; spectem & resideã apud ipsam rebus multis posthabitis necessariis. Alexander item in conspectũ non venit vxoris Darij, quam forma esse venustissima ferebanr: sed qui matrem eius inuisit, iam anum, iuuenem & formosam non sustinuit aspicere. Nos, qui mulierũ lecticis oculos subiicimus, atq; ex fenestris sumus suspensi, nihil peccare arbitramur: qua ratione lubricam & pronã omnia efficimus
20 cimus curiositatem. Momenrum autem habeat etiam ad iustitiæ assuescẽdum spernere interim iustum quæstum, vt procul in iustis consuescas consist ere: atq; ad castitatẽ reprimere nõnunquam se à propria vxore, ne te moueat vnquam alretius. Hunc morẽ accommoda curiositati, ac condisce nonnulla quoq;, te quæ contingunt, audire, dissimulare quandoq; & conniuere: & cum volet quis aliquid adferre de rebus domesticis, id protrahere: & si quid dictum de te videarur, id reiicere. Etenim Oedipodem summis malis arguta sedulitas inuoluit. Cũ enim quæreret semetipsum, quasi non esset ciuis Corinrhius, sed peregrinus, occurrit Laio. Quo trucidato, ductaq; in matrimoniũ præmio tegni matre, cum felix haberetur, iterum quæsiuit seipsum, & non concedente coniuge, multo magis coarguit conscium senem, quem omni vi vrsit. Ad postremum cum res eum iam suspicioni implicaret, ac vociferaretur senex:

30 *Hei dura res vrget me vt dicam:*

Ex motu animi tamen inflammatus & discruciatus respondet:

Et me quidem

Vt audiam, verum audiendum sit tamen.

Adeo est cum dulcedine quadam amara & indomita curiositatis titillatio, & instar vlceris, quando pungitur, semetipsa cruentat. Quo morbo qui expeditus est, atq; ingenio placidus, quem res aliqua tristis fallit, dicat:

Sancta ô malorum, quam es sapiens, obliuio.

Quare huc etiam te pates, vt allatam epistolam non ptæpropere neq; ocyus soluas, q faciunt vulgo: ac si remorentur manus, dentibus vincula discindunt: nuncio alicunde aduentante ne
40 accurras neq; exurgas. Si amicus quispiã dicat, est aliquid noui, q tibi teferam: potius, dicas, si quid q ex vsu aut ex re sit, expone. Me aliquando Romæ sermocinantem rusticus ille, quem post gloriæ eius ęmulatione ductus interfecit Domitianus, auscultabat. Interea accedẽs miles literas ei tradidit Cęsaris. Facto silentio, cum ego, quo legeret epistolam sermonem sustinerẽ: noluit, neq; ante te soluit eas, quam orationem absoluissem, effetq; dimissum auditoriũ. Qua de causa grauitatem eius sunt omnes mirati. Vbi autem curiositatem aluisti licitis, validamq; ac violentam effeceris: raptã deinceps ex assuetudine ad illicita haud facile reprimere queas: sed literas hi resoluunt, conciliis ingerunt se amicorum arcanis: sacrorum, quę spectare nefas, offerunt se spectatores, loca ex religione inaccessa pedib. calcãt, negocia & sermones principales scrutantur. Et quidẽ tyrannos, quos omnia rescisсere cogit necessitas, odiosissimos red-
50 dit aurium & emissariorum genus. Exploratores prim° habuit Darius minor: quod diffideret sibi, omnesq; suspectaret & timeret. Emissarios Dionysij Syracusanis admiscuerũt. Quamobrem in reip. cõuersione hos Syracusani primos corripuerunt atq; supplicio affecerunt. Siquidem calumniatorum natio ex curiosorum curia & domo est. Cæterũ calumniatores, an quis vel deliberauerit vel commiserit facinus, inquirunt: Curiosi etiam fortuita infortunia eorũ, quibuscum versantur, explorant & in publicũ efferunt. Fama est & τὸν ἀλητήριον, id est, quadruplatorem vel delatorem ex sedulitate nomen inuenisse primum. Nam cum Athenis fame laboraretur, nec quibus triticum esset, id in medium afferrent, sed silentio & nocte domi molerent, quod Græce ἀλεῖν dicitur, circumcursantes captabant molarum strepitum. Hinc ἀλητήριοι sunt nominati. Perinde inuenisse sycophantam nomẽ. Siquidẽ cum exportare vetitum esset

ficos:qui indicabant & deferebant exportantes, sycophantæ vocati sunt. Quare non inutile sit, vt hoc reputent curiosi: quo similitudo & gentilitas cum maxime inuisis & odiosissimis studij ineutiat eis ruborem.

PLVTARCHI

De garrulitate Commentarius, nobili & strenuo viro Vvernero à Pallandt, domino de Sellem, inscriptus.

MOROSAM recipit curationem & operosam philosophia garrulitatis. Siquidem medicina eius sermo, audientium est: garruli autem neminē audiunt, quod semper loquantur. Atq; non posse silere hoc habet malum primum, vt non audiat. Quippe surditas hæc spontanea est hominum naturam accusantium: quod vnicam linguam, aures vero habeant binas. Si ergo ab Euripide ad imperitum auditorem dictum est recte:

Ego perfluentem explere neutiquam queam,
Si dicta non sane infundam sapientia:

maiore iure ad garrulum vel potius de garrulo dicas:

Ego non capientem explere neutiquam queam,
Si dicta non sane infundam sapientia:

imo si offundas sermones homini, qui ad non audientes loquitur, neq; loquētes audit. Qui vt paulisper quid audierit, garrulitate sicut refusum æstum hoc recipiēte confestim reddit multiplex. Porticum Olympiæ, quod repercussu ex vna vocem numerosam reddat, Heptaphonā vocant. Garrulitatem sibi breuissima attigerit oratio, resonat statim vndique,

Chordas mouens immotas in præcordiis.

His igitur non in animum, sed in linguam tubulatus sit oportet auditus. Quare inhærent aliis sermones, loquacibus perfluunt. Inde sicut vasa mentis inanes, soni obambulant pleni. Si ergo placet nihil intentatum relinqui, dicamus ad garrulum,

Fili tace, bona multa habet silentium:

Duo prima & maxima, quod audiat & audiatur: quorum neutrum obtinere licet garrulis, vetum ipsa in appetitione nauseant. Siquidem ægritudinib⁹ vt in aliis animi, ceu auaritia, ambitione, libidine facile est, quæ concupieris, potiri: quod garrulis est difficilimum. Cum enim desiderent auditores, nō potiuntur eis, sed quilibet effuso fugit cursu. Quod si in hemicyclio sedentes vel deambulantes spectauerint accedentem, confestim ad discedendum hortantur se. Et quomodo cum in circulo silentium factum est, adesse aiunt Mercurium: sic quando in conuiuium vel consessum familiarium intulit se loquax, cuncti conticescunt, ne ei nexū præbeant. Qui si hiscere cœperit

Vt ante tempestatem promontorium
Si verberet Boreas, vertentes nauseam
Fluctumq;,

consurgunt. Hinc vsu venit eis, vt nec in cōuiuio assessores, neq; contubernales nanciscantur promptos in itinere vel nauigatione, sed coactos. Adhæret enim vbiq; vestes prehēdens, barbamq;, & latus manu fodiens:

Illic pedes sane in precio sunt maxime.

authore Archilocho, & vero sapiente Aristotele. Nam cū hic à garrulo importunis quibusdā dissertationibus fatigaretur & obtunderetur, atq; ille subinde diceret: Nonne mirū hoc Aristoteles? Non hoc, inquit, mirum: sed si quis, cui pedes sint, te ferat. Alteri huius simili, qui post multa verba hoc iecit: Obrui verbis te philosophe: Minime sane, inquit, Neq; enim attendi. Etenim si apud inuitos garriant linguaces: permittit eis animus aures foris obruere, interim ipse aliquas intus secum reuoluit & explicat commentationes. Hinc neq; erectos neq; fidem adiungentes auditores habent. Siquidem eorum, qui in Venerem profusi sunt, infœcundam perhibent genituram esse: garrulorum irrita est & infrugifera oratio. Atqui membrorum nostrorum in formando natura nullum ita vt linguam firma sepsit statione, quam muniuit dentium vallo: quo si adducenti habenas intus silentij rationi non sit audiens, sed frenum mordeat, morsibus reprimamus eius intemperantiam sauciando:

Effrenis, haud domus, sed oris exitum

dicit esse infortunium Euripides. Qui vero ædificiorum, quæ foribus carent, & crumenarum, quæ nodis, nullum vsum esse ducūt dominis: buccis vero patentibus & reclusis q̄ Ponti more perpetuo extra manent, vtūtur: hos sermonē nulla in dignatione habere apparet. Hinc fit vt,

quam

quam omnis desidetat sermo, side vacent. Eo namq; proprie spectat, fidem vt faciat auditoribus. Derogatur autem, & quando verum dicunt, loquacib⁹ fides. Vt inclusum in vas triticum modo amplius repetitur, vtilitate deterius: ita si in linguacem hominem sermo inciderit, amplificat mendacij cumulum, quo fidem labefactat. Iam temulētiam, quisquis frontem habet, & est modestus, deuitauerit. Quippe socia est infamiæ ira, vt nonnulli volunt, ebrietas contubernalis, imo ipsa insania, tempore quidem minor, sed sponte sua, quia accedit voluntas maior. In crapula autem nihil ita insectantut vt linguæ impotentiam & effusam licentiam:

Vinum etenim vel prudentem cantare coegit,
Lenem atque in risum laxauit & inde choreas.

10 Et quidem quod grauissimum est (Nam risus & saltatus nihil sunt huc vsque)

Et vocem iecit, satius qua indicta fuisset,

hoc iam intolerandū & anceps. Et nescio an, quod ambigitur apud philosophos, poëta extricans vinolentiæ, *οἴνωσιν* Græci dicunt, & ebrietatis discrimē explicuit: vinolentię esse remissionē animi, nugamenta ebrietatis. Quod enim in corde sicci, id in lingua est ebrij: vt est in prouerbio. Hinc in compotatione quadam tacens Bias, cū vt stolidus derideretur à garrulo: Quis vero valeat, inquit, fatuus qui sit, in vino tacere. Athenis cum epulum præberet quidam regiis legatis, elaborauit cupientibus illis philosophos adiungere. Ibi cum sermones inter se fererēt alij, & sua quisq; adferret, silentiū tenente Zenone, inuitantes & præbentes ei hospites: De te, dixerunt, quid Zeno referemus regi? Quibus ille: Nihil aliud, inquit, quam esse Athenis se-

20 nem, qui inter pocula tacere potest. Adeo est res silentium grauis, sacra & sobria: ebrietas loquax, ideoq; amens, insipiens & multisona. Philosophi quoq; cum definiunt ebrietatē delirationem eam prædicant esse temulentam Ira non conscinditur potatio, si adiuncta sit potationi taciturnitas, sed nugæ vinolentiam reddunt ebrietatem. Ebrius itaq; nugatur in vino: garrulus vsquequaque nugatur, in foro, in theatro, in ambulatione, interdiu, nocte. Est medicus morbo grauior, in naui nausea fastidiosior, laudator vituperante odiosior. Libentius certe cū improbis, qui vrbani sint, consuetudinem homines agitant, quam cū probis garrulis. Siquidē apud Sophoclem Nestor ferocientem verbis Aiacem placans ciuiliter ait:

Incuso te minus, nam recta agens male
Loqueris.

30 Alia ratio est garruli. Omnem facti gratiam verborum importunitas vitiat & tollit. Lysias cuipiam in iudiciū adducto conscripsit orationem. Quam vbi accepit, & sæpius perlegit, animo abiecto adut Lysiam, narrans, cum eam primum percurrisset, mire sibi orationē placuisse: verum iterum ac tertium repetenti prorsus elumbem visam esse & languidam. Cui Lysias arridens: Quid tum, inquit nonne eam semel apud iudices habebis? Hic mihi Lysiæ vide leporē & venustatem. Illum ego quoq; dicam

Sortem coronariorum nactum bene.

Ex iis autem quæ de Homero memorantur, hoc est verissimum, eum hominum fastidiū deuitasse: quod semper nouus sit, & venustate floreat. Attamen cum illud de se ipso prædicasset:

Mihi sed res illa molesta est
40 *Praclare dictum verbis exponere rursus.*

declinat & veretur imminentē omni orationi satietatem, in alia ex aliis narrādo aures ducēs, fastidiumq; detrahens nouitate. Enimuero hi nimirū enecant aures, easdem recinendo cantilenas, sicut palimpsesta oblinendo. Quare hoc primum proponamus eis: quomodo vinum, quod voluptatis gratia & hilaritatis est inuentū, qui compellunt aliquos copiosum & merum ingurgitare, eos iniucundū reddere, & furoris authorē: haud aliter sermonem iucundissimum commercium & humanissimum, qui vsurpant eum secus & expedire, inhumanū hos efficere & insocialem: dum quibus gratum se putant facere, hos torquent: & quib. se admirationi esse, ab his irridentur: ex quib. diligi, his sunt odiosi. Sicut ergo ille, qui cesto eos, qui consuetudinē secū habent, abigit & retrudit, abhorrens est à Venere: perinde qui sermone fatigat & obtun-

50 dit, inurban⁹ est & inept⁹. Ac cætera quidē vitia & ægritudines partim sunt periculosa, partim inuisa, partim iocularia: garrulitas vero his est omnibus obnoxia. Luduntur in narrantis cōmunibus. In odio sunt quod mala nuncient. Et quia arcana nō continent, in discrimen vocatur. Hinc Anacharsim inuitatū apud Solonem, cum accubuisset, viderunt lęuā virilibus, ori dextram tenētem admotam. Quippe freno censebat firmiore opus habere linguā. Qui recte censuit. Neq; enim facile recēseas libidinis intemperantia viros tot perisse, quot vrbes & imperia verba prolata recōdita deleuere. Obsidebat Athenas Sylla, cui diu non vacabat illic hærere: quod eum alia solicitudo vrgeret, occupata à Mithridate Asia, & Marianis iterum Roma potientibus: sed colloquentes senes quosdam in* Ceramico, non esse septum statione Heptachalcon, ac periculū esse, ne illa parte vrbs caperetur, cū speculatores audissent, renūciauerūt

*Alij tonstrina.

b 2 id Syllæ,

id Syllæ. Qui ei patri admotis repente copiis, concubia nocte signa vrbi intulit: eamque pene euertit, cædibus certe & cadaueribus impleuit: vt cruore Ceramicum manaret. Infensus fuit Atheniensibus ob dicta plus quam ob facta. Quippe probra iaciebant in eum, & Metellam prosilientes in mœnia & cauillantes,

Mora si spargas farina, talis extat forma Sylla.

atq; aliis similibus euomendis nugis accerserunt verborum rei leuissimæ, vt ait Plato, grauissimum piaculum. Quo minus vrbs Roma in libertatē excusso Nerone assereretur, vnius hominis obstitit loquacitas. Vna supererat nox, postquam tollendus erat tyrannus instructis omnibus. Qui eum trucidaturus erat, profectus ad theatrum vidit quendā pro foribus, * ad bestias damnatum, qui erat Neroni producēdus. Ad hunc sortem suam lamentantem propius accedens, atq; in aurem susurrans: Heus tu, inquit, fac votum, vt diem hodiernum modo prætereas. Cras ages mihi gratias. Id obscure iactum excipiens ille, reputansque meo iudicio fatuum esse eum, qui repudiatis, quæ parata sunt, sectatur imparata, salutē elegit pro iustiore certiorem. Indicauit enim Neroni vocē istius hominis. Qui statim fuit correptus. Mox quæstiones, ignis flagella expedita neganti expresserunt, quæ citra necessitatē indicauerat. Zeno philosophus ne inuito quidem se quid secreti adactum vi corpus proderet, arrosam linguā expuit in tyrannum. Præclarum item obtinuit leænæ continentiæ præmium. Amica fuit Hermodij & Aristogitonis, coniurationisq; in tyrannos spe vt fœminæ cōsors. Etenim hæc circa insignē illum Cupidinis craterem bacchabatur initiataque erat à Deo arcanis illis. Vt ergo irritis cœptis illi interfecti sunt, ac quæstione adhibita, hæc iussa est exprimere eos, qui latebant: non detexit hos, sed pertulit tormenta, ostenditque illos nihil præter dignitatem suam fecisse, q; talē amassent. Athenienses ei æream leænam elinguem in valuis arcis dicauerunt, qui ferocia illius animantis animum inuictum eius, linguæ mutilatione taciturnitatem & arcanorū suppressionem significauerunt. Quippe sermo nullus vnquam ita profuit expositus, vt multi silentio suppressi. Licet enim dicere quandoque, quod silentio est tectum: non tamen tacere, q; dictum est, sed effusum est, & diuulgatum. Quare nimirum dicendi homines, tacendi deos magistros habemus, qui in ceremoniis deorum immortalium silentium discimus. Ac disertissimum Homerus Vlyssem maxime taciturnum expressit, filiumq; eius, & coniugem, & nutricem. Siquidem audis eam dicentem:

Non secus ac fortis quercus ferrumue tacebo.

Ipse assidens Penelopæ,

Miseretur Vlysses
Coniugis ex animo mærentis: lumina verum
Palpebris stabant immotis, cornua ficut,
Vel ferrum.

Vsque adeo fuit corpus eius vndequaque temperantia refertum: cūctaq; habens ratio obtēperantia sibi & mancipata oculis imperauit, vt lachrymis temperarēt: linguæ, ne loqueretur: cordi, ne tremeret neq; latraret:

Ast huic cura vorax in pectore fixa remansit:

quod pertineret vsq; ad rationis expertes motus ratio, spiritumq; & sanguinem sibi redderet audientem & patentē. Talis etiam fuit magna pars eius sociorum. Cum enim rapti & solo illisi à Cyclope non detexerunt Vlyssem, neq; præustum & paratum aduersus oculū istius monstrauerunt organum, sed crudos deuorari se, quam quid detegere arcanorum maluerūt: nihil ad eam continentiam & fidem accedere potest. Quare non male Pittacus, cum victimam ei rex Ægyptiorum misisset, præcepissetque: vt optimam & pessimam carnem auferret: victimā excisa remisit lingua: quod tam bonorum ea quam malorum organum sit summorum. In Euripidea libere agens de se ipsa scite ostendit se

Tacere, vbi decet: atque vbi tutum, dicere.

Nā qui generosa & vere regia instituti sunt disciplina, hi tacere primū, deinde loqui didicere. Rex ille Antigonus sciscitante ex eo filio, quando castra moturi essent: Quid tu, inquit, an times, ne tubā solus non exaudias? Ergo ne vocē quidem credidit occultam ei, cui regnum erat relicturus? Sane quidē, vt temperanter gereret se in talibus & religiose, voluit eum docere. Senex ille Metellus aliud quid simile in expeditione rogatus: Si tunicam meam, infit, conscium scirem huius mei arcani, exuerem eam atq; in ignem conicerem. Allato Eumenes cū infesto exercitu Craterū adesse, nulli id amicorum aperuit, sed esse mentitus est Neoptolemū. Hunc enim milites nihili faciebāt, illius suspiciebant nomē & virtutē amplectebantur. Nec resciuit id vllus alius, sed commissis signis victores Craterū occiderunt nescij, ac cadauer cognouerūt. Ita moderatum est prælio silentium, tantumq; aduersarium texit: vt amici eū, quod ipsos hac de re celasset, magis cōmendauerint quā incusauerint. Et vt incuset quis: incusari præstat cōseruatum

Alij damnatū pro foribus, qui erat ad Neronem attrahendus.

seruatum ex eo quod nō crediderit tē:quam perditum eo,quod crediderit,culpate. Quis autem vllum sibi increpandi reliquit eius,qui non reticuit,locum? Si enim tectā rem oportuit, quam declarasti,improuide detexisti eam alteri. Quod si effusum ex te recondis in alio secretum,ad alienam prodita tua confugis fidē. Qui si tui similis fuerit,iure peristi :sin melior, seruaris insperato,quod aliū repereris tibi te tua in te magis fidum. At est hic mihi amicus, huic alius quispiam,cui fidat & hic,vt huic ego:iam illi alius. Ita dum contexitur perpetua serie incontinentia,sermo fœtificat & multiplicatur. Siquidem vt monas terminos suos nō excedit, sed semel vnū manet, vnde dicta monas quasi sola est: dyas vero dissidentiæ infinitū est principium. Mox enim multiplicatione in frequentiam se vertēs degenerat: Ita dictum, in primo
10 si remaneat,reuera secretum est. Quod si ad alterum transierit, famæ obtinet locum. Verba enim alata dixit Homerus. Quippe voluctem manibus emissum haud pronum est iterum prehendere:neque effusum ore dictum apprehendere & tenere valeas: sed præpetib. pennis volitat circumcirca per alios in alios proseminatum. Nauem à vento raptam rudentibus & anchoris cursum eius tardantes reprimunt. Dicti, postquàm quasi ex portū soluit, nulla est statio,neq; anchoræ iactus: sed strepitu multo & clangore volitans illidit & demergit in magnum & graue periculum authorem:

Modica ex enim face Idaeum tu incenderis
Montem. Et,
Cuncti audiant ciues,vni si dixeris.

20 Senatus Romanus per multos dies remotis aliis de re quapiam secreta deliberabat. Quod cū multos suspēsos teneret cogitantes,quid rei ageretur: fœmina cætera modesta, fœmina tamē importune virum suum & magnopere orabat, vt declararet sibi illud arcani. Iam iuramēta & deuotiones tacituram se offerebat, quiritabaturq; cū lachrymis non haberi sibi fidem. Cuius vt Romanus hic detegeret stoliditatem: Expugnas, inquit, me mulier, Accipe rem atrocē & prodigiosam. Nunciatum nobis ab augurib' est cassitam cū galea aurea & hasta visam volantem. Hoc portentum consideramus faustum an infaustum sit, augurésq; consulimus. Cæterū tu tace. Sic fatus cōtulit se ad forum Hæc ancillā,quæ prima ingrediebatur, appellans pectus suum tondebat,capillum vellebat,dicebatq;: Heu virum meū & patriam. Quid nobis fiet, volens & docens ancillam dicere: Quidnam rei est? Cui vt percunctatæ rē exposuit, clausulamq;
30 omnis garrulitatis adiecit communē: Caue hæc cuiquam dixeris: sed sile: vix ancilla ab ea est digressa,quin actutū ex aliis ancillis, cui maxime videbat ociū esse,obiicit dictū, illa amatori, qui eam adiit,enunciat. Ita eum in forum fabula dimanasset, vt præcurreret rumoris authorē: ex familiaribus quispiā factus ei obuiam: Modone,inquit, domo ad forū venis? Modo admodum infit ille. Ergo nihil audisti? Nūquid noui? Cassita visa est volans cū galea aurea & hasta. De hoc senatū consules habituri sunt. Tum ille attidens: Satis,inquit,strenue mulier. Nempe tibi quod dixi,pergētem ad forum me præuertit. Ac consules quidē appellans discussit terrorem:cæterū vxorem hoc modo vltus est. Vt domū est ingressus: Perdidisti, inquit, me mulier. Arcanum illud è domo mea compertū est elatum in vulgus fuisse. Quamobrē ex tua impotētia eundum mihi est in exilium. Quę cum ad inficiandum se conuerteret, causareturq;: An nō
40 hoc tu cum trecentis audisti? Quibus,inquit,trecētis? te vt probarem, hanc finxi fabulā. Hic quidem tuto & caute quasi in dolium cariosum non vinum,non oleum, sed diffundens aquā vxoris periculum fecit. Fuluius Cæsaris Augusti amicus,cum annis iam grauem deplorantem audisset orbitatem suam,& quod duobus nepotib. amissis, Posthumio,qui vnus reliquus erat, ex calumnia exule,vxoris filium adoptare impetij successorē cogeretur: quamuis misericordiam capienti Posthumij deliberatum sibi esset eum ab exilio reuocare. Quę Fuluius cum accepisset,aperuit ea vxori suæ, illa Liuiæ. Liuia expostulauit cum Cæsare acriter: quod qui iampridem id statuisset,non accerseret nepotem, sed offensionem & bellū cū successore impetij sibi concitaret. Fuluius cum more suo eum mane accederet, diceretq;: Salue Cæsar: Vale, inquit, Fului. Ille percipiens id quod erat,contulit extemplo se domū,accitaq; vxore: Resciuit,
50 inquit, Cæsar me arcanū illud detexisse, ideo conciliabo mihi ipse mortē: Merito,inquit, mulier: qui cum tam diu matrimoniū tenueris meum, non perspectam & suspectam habueris incontinentiam meam. Verum sine me piiorē emori, arreptoq; pugione ante viri lethum traiecit se. Recte igitur comœdiarū scriptor Philippides rege comiter excipienti eū Lysimacho, qui illi dixit: Quid tibi rerū mearum impertiar? Quiduis,inquit, rex, modo ne secreta. Quid q; loquacitas alio præterea vitio imbuta est curiositate. Quippe audire volunt multa, vt effutire multa queant: præsertim sermones reconditos,& occultos vndiq, venantur & perscrutātur,quo velut materiam vetustam sarcinarum garrulitati aggerant: mox sicut pueri,qui glaciē nec retinere nec dimittere volunt, atq; adeo quasi serpētes sermones secretos in sinu cōplexi possunt eos comprimere,sed ab iis exeduntur. Acus memorant & viperas, cū enituntur,

dirumpi. Occulti sermones eos, à quibus non continentur, postquã effluxere, perdunt, & cõficiunt. Seleucus Callinicus in pugna cõtra Galatas omni deleto exercitu suo & copiis capiti diadema detraxit, & equo fugam capessens cũ tribus vel quatuor, auiisq; itineribus & erroribus multum itineris emensus, atq; iam inedia fatiscens, contulit se ad villã quandam. Cũ dominũ ipsum forte inuenisset, panẽ & aquam postulauit. Ille cum hæc, tũ alia, quæ ruri suppeditabant, benigne præbens, & comiter eum excipiens, faciem regis agnouit, exultansq; ita cecidisse eam necessitatẽ non suppressit id neq; regis dissimulationem iuuit: sed ad viam vsque: eum prosecutus cum discederet: Vale, inquit, rex Seleuce. Ille protensa dextra attrahens eum ad se quasi osculaturus, innuit ex comitibus vni, vt ceruicem homini præscinderet:

Puluere mox mistum est caput, vt fuit ille locutus. 10

Qui si tacuisset tunc, & aliquantisper sibi temperasset: reb⁹ florentib. post regis, cuius magnæ opes fuerunt, præmia profecto silentij quam hospitalitatis retulisset maiora. Cæterum habuit hic imporentiæ occasionem spem & comitatem. Garrulorum vero pleriq; vel sine causa perdunt seipsos: sicut in tonstrina quadam cũ de Dionysij tyrannide mentio incidisset, adamantinam esse & infractam: arridẽs tonsor: Hoccine vos, inquit, de Dionysio referre, cuius ego in iugulo sæpius interpositis paucis diebus nouaculam habeo? Quod vt audiuit Dionysius, cruci eum suffixit. Loquax vere est tonsorum natio. Nam cõfluunt ad eos & assident linguacissimi, vt ea tonsores consuetudine imbuantur. Itaq; facete rex Archelaus garrulo tonsore humeris eius admouẽte lintea ac roganre: Quomodo te rex tondebo? Silentiũ, inquit, tenens. Tonsor quoq; magnam illam Athenienſium in Sicilia acceptam cladem nunciauit, cum, primus eam in Piræo audiuisset ex seruo quodam eorum, qui inde profugerant: mox relicta officina in vrbem cursu contendit: 20

Ne decus auferret quisquam,

qui eum sermonem in vrbe seminaret:

Ferret vero ipse secundus:

Excitato vt fit tumultu coactus in concionem populus authorem famæ requisiuit: Attractus est tonsor interrogatusq; ne nomen quidẽ nouerat nuncij, sed in obscuram & ignotam reiiciebat personam originem. Ibi stomachari & frendere theatrum. Quæstionem age, torque scelus. Conficta sunt hæc & composita. Quis audiuit alius? Quis fidem habuit? Allata est rota: distensus est homo. Interea aduenerunt qui res perditas nunciarent, atque ipsa ex clade salutem fuga quæsierant. Tunc ad familiares luctus dilapsi omnes, miserum istũ rotæ reliquerunt alligatum. Qui sero iam sub vesperam solutus de carnifice requisiuit: ecquid de duce Nicia, quemadmodum periisset, audiuissent. Vsque adeo incurabile & incorrigibile malum efficit consuetudo garrulitatem. Atqui sicut qui amara & graueolentia medicamina biberunt, abhorrent à poculis quoque: Ita malorum nuncij, inuisi sunt audientibus & odiosi. Quare hæsitans quæsiuit Sophocles facete: 30

Morderis auribus anne animo potius tuo?
Quid corrigis luctum meum? Quandoquidem
Qui fecit, affligit tibi mentem, aures ego.

Sunt itaq; iuxta, qui dicunt ac qui parrant, molesti. Verum tamẽ non est lubricæ linguæ inhibitio neq; cohertio. Lacedæmone Mineruæ templum Chalciœcæ repererunt expilatũ, relictamq; in templo inanem lagenã. Concursu facto multi, quisnam author esset, ambigebant. Ibi quidam ex cœtu: Ego, inquit, si vultis, expromam vobis, quid mihi de lagena in mentẽ venit. Existimo sacrilegos, cũ tantum adituri essent periculũ, cicutã hausisse, vinumq; attulisse: quo si falleret, merum sorberẽt, atq; ita extincto & discusso veneno incolumes euaderent. Sin deprehenderentur, ante quæstionem facili & leni morte defungerentur. Ita fatus, cũ res adeo intricata esset, ac perplexa, non suspicari sed videbatur conscius esse: circunsistẽtesq; hominẽ hinc inde quæsiuerunt: Qui es, quis te vidit, vnde hæc nosti? Demum cũ ad eum modũ coargueretur: vnum esse ex sacrilegis se confessus est. Ibyci percussores nonne pari modo cõperti fuere. Considebant in theatro, apparentibusq; obiter gruib. susurrabant cũ risu inter se Ibyci adesse vltrices. Quod excipientes, qui iuxta assidebant, cũ iam diu non comparuisset & requisitus esset Ibycus, vocem illam arripuerunt atq; ad magistratus detulerunt. Ita conuicti cũ essent, abrepti fuerunt: ac non à gruibus, sed ab sua ipsorũ mulctati immodica lingua veluti furia vel vltricibus diris subacti fuerunt cædẽ enunciare. Quomodo enim in corpore ad mẽbra affecta & dolentia feruntur & rapiuntur vicina: haud aliter garrulorum lingua semper turgẽs & pũcta aliquid ad se arcani & abditi trahit & cogit. Oportet ergo obseptam esse, rationẽ que instar promontorij obiectam linguæ inhibere vndam eius & præcipitantiam: ne insipiẽtiores reperiamur anseribus: quos perhibẽt, quando ex Cilicia transmittunt Taurũ, qui aquilis scatet, ori inserere prægrandẽ lapidem, quem quasi septum vel frenum addunt voci, atq; ita furtim tra- 40 50

tim traiicere. Porro si quæras, qui teterrimus & pestilētissimus sit, nemo alium prætetito dicat proditore. Tectum suū ornauit Euthycrates, vt Demosthenes ait, materia Macedonica. Philocrates magno auri pondere redēptus, scorta & pisces mercatus est. Euphorbo & Philagro, qui Eretriam prodiderunt, agrum rex donauit. Garrulus proditor est gratuitus & vltroneus nuncius: qui non equos, non muros prodit, sed arcana in iudiciis, in seditionibus, in secessionibus popularibus vulgat: neque apud quenquam gratiam fert: Verum, modo ipse audiatur, insuper habet. Itaque quod ei, qui temere & inconsulte patrimonium suum profundebat & profligate condonabat, dictum fuit:

Non benignus es, habes morbum, gestis tu largiens:

10 quadrat etiam in nugatorem:

Non amicus es tu, qui hæc effers nec beneuolus, gestis tu garriens & nugans.

Hæc nos cōmemorare non putandum criminandi, sed medicinam faciēdi garrulitati gratia. Quippe vitia iudicio & assuetudine deuincimus. Priorem locum tenet iudiciū. Nemo enim refugere assuescit atq; abstergere ab animo id, q. non grauat. Grauamur autem animi impotētias: quando noxas & labes, quas nobis inuunt, doctrina percepimus: sicut nūc percipim⁹ in garrulis. Dum diligi volunt, odio sunt: dum inseruire studēt, obstrepunt: dum esse putant se in admiratione, deridentur: dū lucrantur, nihil capiūt. Lædunt amicos, inimicis prosunt, profligant semetipsi. Est itaq; prima hæc cura & medicina istius vitij, orientiū ex eo macularum & molestiarum reputatio: Altera vtendum reputatione contrariorum: dum audimus, repetim⁹

20 memoria, atq; oculis proponim⁹ taciturnitatis laudes: quam præclarum, sanctū, & religiosum sit silentium: suspici plus & diligi sapientioresq; haberi effrenis his & lubricis eos, qui rotūde & concise dicunt, & quorū multa mens paucis in verbis est contracta. Quippe celebrat Plato tales, peritis iaculatorib. æquans eos: qui crispa, densa, concitata & vibrāte vtuntur oratione. In hanc vim Lycurgus ciues suos mox à teneris vnguiculus silentio premens cōpegit ac solidauit. Vt enim Celtiberi ex ferro aciem efficiunt: cum defodiunt id sub terram, atq; ita quod superfluum est & terrestre, detergunt: pari modo exors est oratio Laconica corticis: verū ad actimoniam detracto superuacaneo ducta acuminatur. Siquidem breuis hæc & cōcisa dictio, ac cum festiuitate acuræ responsiones ex multo parantur silentio. Sunt autē hæ garrulis præcipue ob oculos ponēdæ: qua gratia & qua vi præditæ sint. Cuius generis est hoc Lacedæmo-

30 niorum ad Philippum. Dyonysius Corinthi. Eidem cū eis scripsisset: Si Laconiæ arma intulero, exterminabo vos, rescripserunt, Si. Demetrio rege indignante & fremente: Vnum ad me Lacedemonij miserunt legatum? Nihil legatus attonitus: Vnum, inquit, ad vnum. Memorabiles sunt etiam ex veteribus, quorum fuit pressa oratio. Atq; in delubro Apollinis Pythij non Iliadem, non Odysseam, non deniq; Pindari carmina descripserunt Amphyctiones: sed, Nosce teipsum, Ne quid nimis. Sponde, proxima est noxa, admirantes dictionis succinctā tenuitatem, quæ in breuibus verbis sententiam solidam complectitur. Ipse in vaticinius suis nonne concisus est Apollo & astrictus? nominaturq; Loxias, id est, tortuosus ex eo potius, quod garrulitatem vitat, quam ex obscuritate. Quid illi, qui per notas sine voce animi sententiā loquūtur, non ne commendantur & suspiciunrur mirifice. Sicut Heraclitus flagitantib. ab eo ciui-

40 bus, vt sententiam aliquā de concordia diceret, conscenso suggestu poculoq; frigidæ sumpto atque asperso farinæ aliquantulo cum id pulegio agitasset epotassetque, discessit: significans eis contentū vulgarib. esse, neq; sumptuosa quærere, eo ciuitates in pace & concordia retineri. Scytharum rex, qui octoginta liberos reliquit, Scilurus iaculorū fasciculum, cum deponeret vitam, postulauit: quem tradidit eis, iussitq; , vt colligatum simul diffringerent & rumperent. Quod vbi non potuerunt, ipse extraxit singula, ac facile omnia confregit: consensionem eorum & vnitatem esse demonstrans validam & inexpugnabilem: infirmam dissociationem atque instabilem. Hæc & his germana si quis assidue contempletur & memoria repetat, desistet forsitan nugis delectari. Ille vero me seruus quoq; præstringit magnopere, dum penso attendere verbis & retinere institutum suum, quantum valeat. P. Piso orator interpellari nolēs

50 præcepit seruis suis: vt ad quæsita responderent, nihil præterea loquerentur. Post cum consulem Clodium demereri vellet, imperauit eum inuitari: & magnificum, vt fit, epulum parauit. Instante hora cæteri aderant. Clodi⁹ expectabatur: misitque sæpius seruum suum vocatorem visum, veniretne. Vespera iam cum spes non esset venturum: ibi famulo: Quid, inquit, vocasti eum? Ego vero, infit, Quin igitur venit? Ibi ille: Nempe negauit. Cur ergo id non illico dixisti? Quia non rogasti hoc. Ita seruus Romanus. Atticus exponet domino fodiens, quibus legibus fœdus sancitum sit. Tantum habet assuetudo ad omnia momenti, de qua iam disseramus. Neque enim valeas quasi adducendo freno compescere garrulum, assuetudine vincenda hæc est ægritudo. Ac primum in familiarium interrogationibus consuefac teipsum, vt quoad omnes deposuerint responsionem, taceas:

Non consiliorum & cursus idem finis est:

vt Sophocles ait:neq; item vocis & respõsionis:verũ illic est eius,qui præuertit, victoria. Hic, si satis respondeat alius,bene est annuendo & comprobando viri candidi existimationẽ quærere. Sin minus,tunc & docere quod ignorauerunt,& q, desideratur, supplere citra inuidiam & importunitatẽ licet.Inprimis caueamus, ne rogaro alio ipsi præueniam⁹ & occupemus respondere, fortassis enim etiam nec aliud cũ petitum sit altero,decet summoto nos illo polliceri. Videbimur enim simul & huic quasi præstare,quod rogatur,non valeat:atq; illi, quasi petere,à quib. queat accipere,nesciat,exprobrare.Pręcipue vero est in responsis talis præcipitãtia & temeritas contumeliosa.Quippe significat ille,qui interrogato responsionem præripit: Quid hoc opus est?Quid hic nouit?Me præsente ex nemine alio de his percunctandũ.Quanquam nonnullos subinde rogamus, non quod sermonem eius requiramus: sed quo vocem & comitatem excitemus ab eis,& ad consuerudinem prouocemus contrahendam,velut Theętetum & Charmidem Socrares.Nam perinde facit,qui præuertit respondere, aures ttaducit, mentem tapit & auertit ad se:vt ille qui volentem osculum sibi ab alio ferri, ipse præcurrit ad osculandum,vel qui alteri oculos adiicientem in se conuertit. Quando vbi non habeat etiã, quid respondear,qui est rogatus: decet cunctantem atq; ad desideriũ requirentis componentem responsum sicut prouocationẽ alienam verecunde & modeste occurrere. Etenim interrogati si titubauerint in respondendo, veniam iure merentur.Qui vero vltro se offert,sermonemq; occupat:hic, etiamsi cõmmode respondeat, est odiosus:sin ruit, insultant ei & præbet se ridiculũ.Secunda meditatio ad suã propria est responsa:quib. attendere garrulus præcipue debet,vt declaret lacessentibus vocẽ ipsius ridendi & conrumeliæ causa, serio respondere se. Quando sunt,qui sine causa tantum disputationis & ludi gratia concinnant quęstiones,quas huiusmodi hominibus obiiciunt,mouentq; eis nugamenta:quod deuitandum est magnopere:neq; confestim,neq; quasi gratiam habeamus,conuolandum ad dicendum:sed mores spectandi interrogantis & ad quid intertoget. Si iam vere teneri eum discẽdi studio appareat: assuescẽdum subsistere,atq; aliquid spacij tnterrogationi & responso interponere: quo addere quid,si ei sit visum, possit qui quærit: & ipse ea,de quib. responsum redditurus est,perpendere, non præfestinare vel obruere quæstionem,si adhuc interrogantibus ex properatione alia pro aliis responsa reddant.Sacerdos Apollinis quidem & nondũ rogata ex tempore dictiones aliquando dare solet.Quippe cui seruit,deus

Et tacitum exaudit, mutumq; intelligit omnem.

At qui respondere vult decenter:ei mens operienda & votum percipiendum percunctantis: ne vsuueniat,quod ptouerbio dicitur:

Hamas rogabam,illi negabant alueos.

Est etiam alioquin impetus & verborũ inordinata fames reuocanda:ne videatur velut fluctus in lingua iam dudum promptus libenter ab interrogatione elici. Quomodo reptessit Soerates sitim:qui non concessit sibi ab exercitio bibere ante, quam cadũ aqua ex puteo hausta implesset & effudisset:quo assuescat pars animi rationis expers loquendi rempus manere. Sunt ergo respondendi ad inrerrogara genera tria,necessarium, humanũ,superfluens:verbi gratia: quærenri an Socrates intus sit,alius quasi inuite & grauate respondet: Non est intus. Quod si velit Laconice respondere,etiã Est intus detrahet,ac solã ipsam exprimet negatiuã, vt illi,cũ scripsisset Philippus, essentne ipsum in vrbẽ accepturi, NON magnis literis in charta scriptũ remisere. Alius humanius respondeat. Non est intus,sed apud mensas. Qui si velit insuper cumulum addere,hospites nescio quos operiens. Effusus & loquax,si certe Colophoniũ legerit Antimachum. Non est,dicit,intus,sed apud mẽsas hospites expectans Ionas, quos ei cõmendauit Alcibiades:qui Mileti est,agitq; apud Tissaphernem regis magni sattrapam:qui pridem Lacedæmoniis suppetias tulit,nunc in Alcibiadis gratiam partes fouet Atheniensium. Nam, quia redire Alcibiades auet ab exilio in patriam, Tissaphernem eo traducit. Breui octauũ librum Thucydidis fusius explicabit, inundabitq; hominẽ: quousque expugnata Miletus,atq; in exilium Alcibiades iterum fuetit actus. Potissimum autẽ in hoc cogenda garrulitas & quasi in vestigium redigenda interrogatio, atq; vsu sciscitantis velut centro & spacio circunscribẽda responsio. Carneadi enim,cũ nondum magnæ authoritatis esset, in gymnasio differentem misso quopiam gymnasiarchus vocem acutam iussit vt remitteret. Fuit enim vocalissimus, Cũ ille respondisset: Da mihi vocis modum: non inepte occurrit: Do eum, qui tecum sermocinatur. Respondenti autem motus sit interrogantis voluntas. Iam sicut præcepit Socrates, fugiendos eos cibos,qui non esurientes ad vescendum inuitent,& potiones, quæ ad potandum non sitientes: Perinde sermones garrulus,quib. maxime delectatur,& quos plus satis vsurpat, deuitet oportet atq; his obsistat affluentibus. Vt homines militares libẽter bella narrant: atq; talem Homerus Nestorem inducit decora sua subinde ac res gestas percensentẽ. Fere etiam

illis,

Illis,qui in iudiciis causam obtinuerunt,vel apud præsides & reges præter expectationẽ accepti fuerunt,hoc sicut morbus est affixum & cohærens, identidem vt commemorent & exponant:quemadmodum ingressi sint, quemadmodum insinuarint se, causam egerint,disseruerint,refellerint aduersarios vel accusatores,celebrati sint. Est enim multo gaudium hoc vigilia illa comica loquacius,excitans crebro semetipsam recentemq; præstans commemorationibus. Hinc proni in eos sermones ex qualibet occasione feruntur. Non tantum enim

Si cui dolet quid, illic & manus habet:

verum etiam habet in se lætitia vocem, linguamque voluit,incumbere semper mentioni affectans. Ita amatores plerunque versantur in sermonibus, qui recordationem amicarum 10 aliquam refricant:qui quidem etiam si non apud homines, apud res surdas vtique loquuntur de eis:

Perchare lecte, Bacchis te numerat deum,
Beata tu lucerna dearum maxima
Illi videris.

Est ergo vere garrulus ad sermones amussis alba. Sed sane qui propensior in hęc quã in illa est, ea debet declinare,inhibere,& reducere se quã remotissime ab iis, quæ euehere & producere vsquequaq; ex voluptate valent,Idem vsuuenit iis in loquendo illis de rebus, quatũ vsu & peritia præcellere se arbitrantur. Talis enim,quia nimium de se sentit & est ambitiosus,

Partem diei maximam tribuit rei,
20 *Præcellere in qua se putat potissimum:*

in historiis, qui multæ lectionis est:in literatura grammaticus:in recẽsendis rebus peregrinis, qui multas oras perlustrauit & peruagatus est. Quare sunt hæc cauẽda. Siquidem inescata ab iis loquacitas pecudis more solita pascua petit. Perhibendus Cyrus, qui cõcertationes suscipiebat cũ æqualibus,non in quibus præcellebat: cæterũ in quibus erat quam illi min⁹ exercitatus. Ad hæc,ne pungeret illos,si luminibus eorũ officeret,& discens fructum referret, lacessebat eos. Garrulus contra. Si illatus sermo sit, ex quo arripere aliquid & audire queat, quod eum præterit: hoc reiicit & profligat, nec mercedem illi dare paulisper tacendo valet: sed in rancidos & tritos orationem centones per ambages impellit. Vt apud nos quidam, qui forte duo vel tria Ephori volumina legerat,omnes mortales fatigabat, totumq; conturbabat con- 30 uiuium,assidue pugnam Leuctricam & consequentia narrans:vnde cognomen traxit Epaminondæ. Cæterũ habet hoc quam minimum mali, estque eo loquacitas deflectẽda. Quippe in studioso quæ redundat, minus faciet loquacitas stomachi. Consuefaciendi etiam sunt isti ad commentandũ quid atq; ad dicendũ priuatim. Quippe Stoicus Antipater,quia non valebat neque volebat pedem cõferre cum Carneade, qui magno fluctu in Stoicos inuehebatur: scribebat autem & refereiebat libros suis contra illũ confutationibus Calamoboas quasi calamo intonans cognomento est dictus. Garrulum fortasse vmbratilis in scribendo pugna & vociferatio abstergens quotidie verborum luxuriam conuersantib⁹ cum eo reddiderit tolerabiliorem canum more:qui in lapides & ligna cũ iram effuderunt, hominibus minus molesti sunt. Conueniet etiam eis mirifice,si cum melioribus & ætate grauioribus consuetudinẽ habeant. 40 Verecundia enim illorum authoritatis silentio assuescent. Debet præterea huic copulata & contexta assuetudini esse attentio illa & reputatio: quando quid intendimus loqui, atque in os incurrũt verba: Quod hoc est, quod me vrget & premit, dictum? Quo pergit lingua? Quid boni obtinget mihi,si dixero hoc aut quid,si tacuero, incommodi? Neq; enim est sicut pond⁹ aliquod grauans, deponendus sermo: quandoquidem & vbi emissus est, remanet similiter: sed aut sua causa vsu postulantẽ loquuntur homines, aut quo prosint auditoribus, aut vt mutuam beneuolentiam concilient, velut sale condiunt sermone consuetudinem vel actionẽ, quæ in manibus est. Quod si neq; dicenti est dictum frugiferum, neque necessarium auditoribus, neque oblectamentum & leporem habet, quid refert id expromere? Siquidem in cassum & nequicquam non secus in verbis quam factis est. Postremo & præter hæc omnia ad manum ha- 50 bendum & memoria tenendũ Simonidis illud, Locutum esse frequenter pœnituisse, tacuisse nunquam: meditationemque omnia vincere multumq; pollere, quando etiam singultum ac tussim homines attendendo sibi & vim adferendo non sine labore & cruciatu comprimunt. Silentium non modo sitim non excitat, verum etiam molestia & dolore vacat.

PLV-

PLVTARCHI
De cupiditate diuitiarum Commentarius.

HIPPOMACHVS aliptes laudantibus quibusdam hominem procerum longis manibus vt bonum pugilem: Certe, inquit, si corona, quæ suspensa est, detrahenda sit. Idem dicas licet ad eos, qui amœnas villas, ampla ædificia, & magnam vim argenti stupent & in cœlum ferunt: Sane si in auctione licitanda sit felicitas. Atqui multos cernas, qui malunt vel cum infelicitate diuites esse, quam beati pecunia danda. Sed non est profecto argento tristitiæ vacatio venalis, non magnanimitas, constantia, fidentia, animus rebus suis contentus. Diuitiæ non afferunt diuitiarum contemptum, neq; superfluorum possessio desiderium superfluorum aufert. Quo igitur eximunt opes alio malo, si nec diuitiarum cupiditate? At potu potus appetitio restinguitur, cibo cibi auiditas expeditur. Atque ille, qui ait:

Da tegmen Hipponacti valde frigeo,
Rigoreque horreo.

Pluribus iniectis grauiter fert reiicitque. Auaritiam non extinguit argentum vel aurum, neq; pluribus inhians fraudulentia, plurimum possessione conticescit: sed exprobrari diuitiis tanquam medico insolenti potest:

Medicina morbum hunc aggrauat magis tua.

Pane qui indiget qui domo, velamine modico & parabili pulmento: si ea sit nactus, nō impleuit sitim auri, argenti, eboris, smaragdorum, canum, equorū, apparatu difficilia, rara, preciosa, & inutilia appetentiam necessariorum traducens: quando iis, quæ ad vitam tuendam satis sunt, pauper est nemo: neque pecuniam vllus mortalium, vt farinam emeret vel caseum vel panem vel oleas, fœnebrem accepit. Sed hunc ædes magnificæ ære alieno merserunt, illum finitimum oliuetum, arua alium & vineæ, alium mulæ Galaticæ, equi alium

Qui splendidos currus iugales quatiunt:

impulerunt in cautionum, vsurarū, & pignorum voraginem. Mox vt illi, qui potant, postquā sitire, aut postquā esurire desierunt, edunt: simul ea, quæ inuitante sumpserunt, siti vel esurie, reiiciunt. Ita qui inutilia & superuacanea expetunt, nec necessaria retinent. Atq; ea est horū conditio. Illos vero, qui nihil fortunis suis fruuntur, possident autē multa, & pluribus semper indigent, multo magis mireris Aristippi memor. Solebat ille dicere, eū, multa qui vorat, multumq; esurit, neq; expletur vnquam, pergere ad consulendum medicum, qui morbus, & quæ sit affectio, & quemadmodū ea procuretur. Quod si quis, cui quinq; sunt lecti, decē quærat? & decem mensas possidet, totidem comparet alias: & multis suppeditantibus prædiis & ære, nō satietur. verū aliis inhiet, & lucubret, nullaq; re expleri queat: hic non arbitratur opus habere se vllo, qui medeatur sibi ostendatq; qua ex causa ita laboret. Atqui inter sitientes, eū qui non bibit, leuatum iri expectes, vbi potauit, siti. Qui vero assidue potat neq; desinit sitire, illum nō implendum, sed purgandum censemus: præcipimusq; vomitū: non quod infestetur à penuria, sed q; humor eum acris vel calidus occupauerit. Pari modo ex iis qui sunt ad rem quærendam intenti, indigus & inops conquiescet fortasse, vbi lares parauit, vel inuenit thesaurū, vel amici subsidio soluit æs alienum & creditorem dimisit: At plura quā sat est possidenti pluraq; sitienti non aurum, non argentum medetur: non equi oues, boues: sed detrahendū huic, & purgatio ei adhibenda. Neq; enim paupertate hic, verū inexhausta auiditate & diuitiarū cupiditate laborat ex iudicio, quod eum obsidet, prauo & stulto. Quo nisi expurges illius animū, perpetuo sicut intestinum obliquum indigebit excrementis & superfluis, id est, concupiscet ea, quibus non habeat opus. Quando medicus, qui hominem visit in lectulo decumbentē, suspirantem, abhorrentemq; à cibo, attigit eū & interrogauit, reperitq; à febre liberum: animi, inquit, morbus est, ac discedit. Nos item si hominē conspexerimus lucro affixum, sumptibus ingemiscentem, neque ab vlla turpitudine, modo compendium adferat, vel ab vlla asperitate abstinentem, domos, agros, greges, seruitia cum vestiario tenentem: huius hominis quam dicemus esse ægritudinem, nisi inopiam animi? Quando pecuniæ quidem, vt ait Menander, vnus munificentia sua amicus detraxerit: illam animi vniuersi non expleuerint neque viui neque mortui. Quare ad hos ab Solone dictum est recte:

Nulla homini reperit stabilitum opulentia finem.

Quatenus mentis cōpotibus naturales diuitiæ sunt limitatæ, & fines vsu necessitatis quasi cētro & spacio circūscripti. Sed & hoc peculiare est auaritiæ. Cupiditas est repugnās, ne expleatur, cū aliæ subueniant. Nemo certe ex epularū cupiditate bonis epulis tēperat, neq; ex vinositate vino, vt continent ob pecuniæ cupiditatē à pecunia. Et quidē quā est insana & miserāda:

ægritudo,

ægritudo,si quis vesti pateat,quod rigeat,vel quia esurit,pane:vel diuitiis,quod cupidus diuitiarum sit:cæterum in Thrasonidis est malis:

Etenim est apud me intus,licet mihi,& volo
Hoc,perditissime vt qui amant,facio haud tamen.

Simul atq; reclusi omnia,obsignauique & annumeraui fœneratoribus & negociatorib. alia cogo & sector. Rixor cum seruis,cum colonis,cum debitorib. Prô sancte Iupiter, ecquem hominem vidisti miseriorem, ecquem amantem magis misere? Sophocles, an consuetudinem habere cum muliere valeret,rogatus:Bona verba quæso,infit,In libertatem asserui me,qui rabidos & feros dominos senectutis beneficio profugi. Scitum est enim vna cum voluptatibus eiecisse libidines, quas neque virum dicit Alcæus neq; fœminam effugisse. Id non est in diuitiarum cupiditate integrum:sed instar duræ & acerbæ heræ comparare cõpellit,vti prohibet: cupidinem stimulat,adimit voluptatem. Ac Rhodiorũ quidem Stratonicus lusit luxum : qui ædificare dixit eos vt immortales,obsonari vt homines vitæ fugacis. Auari parant vt splẽdidi, feruntur vt sordidi:ac labores quidem ferunt,non percipiunt voluptates. Demades prandenti aliquando assistens Phocioni,miratusque mensam eius austeram & frugalem: Demiror, inquit,te Phocion,qui ita prandere potes,rempub. tractare. Quippe cõcionator ille erat in vẽtrem suum, ac ciuitatem Atheniensem exiguum ducens gulæ suæ subsidiũ ex Macedonia frumentabatur. Hinc conspicatus iam senẽ Antipater,sicut sacrificio perpetrato ex hostia nihil ait ei præter linguam & ventrem superesse. Te vero homo infelix nõ miremur: si, qui adeo viuere illiberaliter,inhumaniter, & maligne sustines,atq; erga amicos restricte & erga rempub. inglorie, perferas tanta mala,neq; somnum capias, redempturas facias, hereditates captes, summittas te:cum tantum sit ad manum tibi ociosæ vitæ compendium illiberalitas. Byzantinum quendam memorant,cum apud deformem vxorem suam adulterum offendisset, dixisse: Qui cõpedes miser Sapragora sunt dos? Age tu exagitas & taxas homo peruerse reges, regum procuratores,eos qui primos honores & magistratus in ciuitatib. ambiunt. Illis propter ambitionem,ostentationem,& inanem gloriam necesse est,vt viscerationes dent, largitiones faciant,affectentur, dona mittant,exercitus alant,gladiatores emant. Tu vero tã multa negocia sustines,agitas te & tumultuatis, ac cochleæ vitã agis ob sordes , omnesq; acerbitates toleras,neque delicis indulges vllis sicut balneatoris asinus: qui licet ligna & sarmẽta apportet semper, fumo tamen & cinere est oppletus,balnei vero, teporis,& nitoris exors. Hæc asininæ huic & fœmininæ dico diuitiarũ cupiditati. Altera est fera,delatrix, hereditates sectans, circumuentrix,curiosa,solicita: enumerans amicos,quot etiamnum sint superstites: neq; fruitur vsquam tamen iis, quæ vndiq; obuenerunt. Quomodo igitur viperas, & cantharidas, & phalangia auersamur & odimus plusquã vrsos & leones: quod noceant & perimant homines,nec vllum tamen ex iis capiant,quos interficiunt,fructũ: ita odio digni sunt illi maiore,qui p sordes & illiberalitatem sunt praui,quam qui per ingluuiẽ. Spoliant enim alios iis, quibus vti ipsi neq; possunt neque iis natura concedit. Itaque inducias dant illi,quando affluũt copiis, & est vnde sumptus faciant: vt Demosthenes dixit eis, qui improbitatem deposuisse existimabant Demadem: Nunc enim,inquit,cernitis sicut leones saturum. Cæterum illis, qui actiones suas in rep. ad nullam hilaritatem vel ad nullam vtilitatẽ dirigunt, nullæ à pecuniæ siti feriæ,nullæ sunt vacationes: quod semper inanes omniumque ieiuni sint. At hercle dices , liberis hi & heredibus seruant & recondunt. Atqui his,quamdiu spirant nihil impertiũt: sed participem fieri non licet auri,sicut murium,qui arenam auream in metallis vorant, nisi illis mortuis & dissectis. Liberis autem & hæredibus quorsum volunt magnam pecuniam & multas opes relinquere? Nempe quo hi quoque eas aliis seruent, atq; illi liberis : quomodo canales figlini nihil in se recipiunt,sed transmittunt ex se quisque ad alium : dum alienus quispiam vel calumniator vel tyrannus exciso vel fracto illo , qui opibus incubabat, alio auerterit eas & deriuauerit: vel,vt aiunt,vnus,qui ex familia extiterit teterrimus, omnium census profligauerit. Siquidem non tantum,vt est apud Euripidem,

Lasciuiunt omnes seruorum liberi,

verum etiam sordidorũ: vt per cauillũ dixit Diogenes, ciuis Megarensis esse arietẽ quam filiũ præstare. Etenim quibus præceptis erudire videtur,his perdunt eos & peruertunt insuper: dũ hos sua auaritia & sordib. imbuunt,& quasi hereditatis arcẽ in animis extruunt heredũ. Nẽpe hæc sunt eorum monita & præcepta: Serui lucro,comparce: & tanti æstima teipsum , quãtum possederis. Id vero non est instituere , sed contrahere & consuere marsupiũ: vt continere & seruare,quod iniectũ est,queat. Et quidem marsupium immisso argẽto redditur sordidũ & putidum. At auarorũ liberi, antequã recipiant diuitias, diuitiarũ cupiditate ab ipsis genitorib. implentur. Et sane persoluunt mercedem iis doctrinæ meritam: dum non diligunt eos , quod multa ab his sint capturi. sed perosi sunt,quod nondum capiant. Cum enim aliud quam opes

suspicere

suspicere nihil didicerint, neq; vitam re vlla alia metiantur quam pecuniarũ possessione: vinculum suæ ducunt vitam illorum, reputantq; ipsis detrahere tẽpus id, quod illis adiicit. Quapropter parentibus etiamnum superstitibus clanculum eis vtcunq; suffurantur voluptatem, fruunturq; ea, dum velut de alieno amicis impertiuntur, insumuntque in libidines, q. inuiti aliquid discant. Vt vero illis fato functis claues & sigilla ceperunt: protinus aliam vitæ faciem induunt, personamq; grauem, austeram, inaffabilem. Nulla iam mentio ludi colophonis, non pilæ non trachelismi: non Academia, non Lycæum: sed quæstio de seruis, tabularum tractatio, cum dispensatoribus vel nominibus rationes, occupatio, solicitudo tollens prandium ac cogens nocte in balneum. Exercitia autem, quibus à prima ætate assueuerunt, Dirceſq; vnda præterfluxit. Quod si quis dicat non audies philosophum? Qui possem, inquit? Non vacat patre defuncto. Quid tibi miser tam preciosum reliquit, quam detraxit, ocium & libertatem: imo non ille, sed copiæ offusæ & deuincientes, sicut illa apud Hesiodum mulier: 10

Te sine torre vrit, citiusq; senescere cogit.

tanquam rugas præmaturas & canos inducens animo angores ex auaritia & negotiis: per quæ rabescit animi alacritas, generositas, & benignitas. Quid ergo, dicas, videsne nõnullos vtentes pecunia largiter? Nõ audis ru, respõdebimus, Aristoteles quod dicat, esse aliquos, qui nõ vtantur: esse alios, qui abutantur: quorum deceat neutrum. Cæterum hos offendit res familiaris & maculat, illis non proficit neq; ornamento est. Age iam expendamus primum: vsus hic, cuius gratia magni fit opulentia. qui sit: earumne rerum, quæ ad tuendum hominem satis sunt? Nihilo plus habent pecuniosi illis qui possidẽt, mediocria: sed sunt diuitiæ, vt Theophrastus ait, vere fastidiendæ nec suspiciendæ: si Atheniensium Callias ditissimus, Ismeniasq; locupletissimus Thebanorum iisdem, quibus Socrates & Epaminondas, vtebantur. Nam vt Agathon tibiam ex conuiuio ad fœminas relegauit, satis esse ẽstimans conuiuatum colloquia: ita lectos amouerent purpureos, mensasq; preciosas, atq; exquisita omnia: opulẽtos si cernerent iisdem atq; pauperes vtentes, non 20

Dura gubernacli mox subdas robora fumo,
Neb pereant magni mulumq; boumq; labores,

sed aurificum, tornatorum, vnguentariorum, si honesta facta sit & frugalis retũ repulsio ftetilium. Si vero ea, quæ ad vitam tolerandam abunde sunt, in promiscuo diuitibus & nõ diuitib. iacent: venditant autẽ se superuacaneis diuitiæ: & Thessalum Scopam laudas, à quo cũ quiddam ex instrumento domestice postulatum esset tam superfluum quam inutile: Nos vero inquit, hisce felices & beati sumus superfluis, sed nõ illis necessariis: vide ne ludum & tempestiuum conuiuium celebrare præ vita videare. Patrium Bacchanalium solenne quondam populiter & hilariter celebrabatur: amphora vini & malleolus, Inde hircum quispiam trahebat. Alius sequebatur, qui caricarum cophinum ferebat: postremo Priapus. Hęc despiciuntur nunc atq; exoleuere: quando vasa aurea transferuntur & vestes magnificę, rhedæ aguntur, & traducuntur personæ. Ita necessaria diuitiarum commoditas inutili obruta est redundantia. Cæterum plærisq; nostrum illud Telemachi vsuuenit. Ille vt erat imprudens, imo ineptus, Nestoris domum cum vidisset lectis, mensis, vestibus, stragulis, suaui vino instructam: non gratulat⁹ est rerum necessariarum vel etiam vtilium compoti. Sed cum apud Menelaum ebur, aurum, electrum spectasset: obstupefactus ait: 30 40

Taliter aula Iouis nitet intus cuncta regentis.
Quæ copia est rerum? cepit stupor aspicientem.

Socrates dixisset vel etiam Diogenes:

Quæ copia est vanæ stultitiæ & miseriæ? risus cepit aspicientem.

Quid agis inepte, cũ vxori detrahere purpuram & mundũ debeas, vt luxui & rerum exoticarum æstui salutem dicat: tu contra ædes in theatri vel scenæ modum ingressutis mangonizas? Tali insignita est felicitate opulẽtia: quæ spectatorum & testium aut prorsus sit nulla. Alia res est continentem esse, in studium sapientiæ incumbere, recte de diis immortalibus sentire, etiamsi omnes lateat mortales. Hæc peculiare iubar habet & fulgorem in animo grandẽ, gaudiumque parit ei assiduum, si suum amplectatur bonum: siue conspiciat quis, siue deos hominesque fallat omnes. Eiuscemodi res est virtus, veritas, disciplinarum decus geometricarũ & astrologicarum: cui copiarũ phaleras has, torques, & ostentacula puellatia qui possis opponere? cum nemine vidente vel aspiciẽte vere cœcæ & caliginosæ sint diuitiæ. Quippe solus si diues cum vxore & familiarib⁹ cœnet: neq; conuiualibus facessit negocium mensis, neq; poculis aureis: sed cõmunibus vtitur. Vxor sine auro, sine purpura, & modice assidet culta. Quando vero epulum, id est, pompa & spectaculum adornatũ est, ac fabula inducitur opulentiæ: tunc ẽ 50

nauibus

nauibus efferr lebetesq; tripodesq; ordine disponuntur lucernæ. Calices mutant pincernas interpolant, variant omnia, mouent omnia, aurum, argentum, gemmis distinctum. Breui hoc agunt, opulentos vt se profiteantur. Continentia vero, etiam si cœnet solus, & læta mensa ei abest.

Non esse fœnerandum.

IN legibus Plato non licere sancit aquam alienam haurire vicinis, nisi ad argillam vsque cauato solo infœcundum latice prædium repererint. Siquidem argilla, quæ natura est pinguis & astricta, continet quem accepit nec percolat humorem. Debent autem participes alieni fieri illi, qui parare non valent proprium. Penuriæ namque subuenit lex. Itaque latam de pecuniis ostensum est legem esse: ne prius nomina faciant, neq; fontes petant alienos, quam subsidiis rei familiaris suæ excussis collegerint quasi ex stillis id quod eorum vsus & necessitas requirit. Nunc ex deliciis, mollitia, & luxu non vtuntur iis, quæ ipsis suppeditant: sed accipiunt cum non egeant graui fœnore ab aliis. Cuius indicium est, quod inopibus non credant, sed iis, qui comparare copiam sibi volunt. Hinc qui fœnebrem sumit pecuniam, testem adhibet atque expromissorem, id agens, vt tem credatur habere: cum oporteret eos, qui rem habent, non conflare æs alienum. Quid obseruas argentarium vel negociatorem? A tua ipsius fœnerare mensa. Pocula habes, catinos argenteos & patinas: hæc pignora necessitudini. Mensam amœna Aulis vel Tenedos argenteorum vasculorum loco figlinis instruet: quæ illis sunt mundiora: non olent grauem & tristem vsuram, quæ instar rubiginis luxuriam quotidie fœdet. Non refricabunt Calendas tibi, qui dies cum sit præ aliis festus, nefastū faciunt eum & atrum fœneratores. Qui enim ne distrahant, res suas pignori opponunt, hos ne ipse quidem quæstus præses seruet Mercurius. Erubescunt precium accipere, nec rerum suarum pensitare vsuram erubescunt. Et quidem Pericles ille Mineruæ mundum quadraginta talentum auri obrizi exemptilem fecit: vt eo, inquit, mutuo ad belli vsus accepto non minus post restituamus. Sic nos quoque in angustiis nostris velut in obsidione ne accipiamus præsidium creditoris hostis, ne tes nostras mancipio dari aspiciamus: sed mensæ minus vtilia detrahamus, cubili etiam, & vehiculis, & diætæ atque ita libertatem nostram tueamur, quasi rebus nostris secundis redditum. Romanæ matronæ, vt Apollini Delphico pars prædæ decima soluetetur, ornamenta sua contulerunt: vnde crater aureus factus, qui Delphos missus est. Fœminæ Carthaginenses totonderunt capita, capillosque suos intendendis machinis & organis pro patria præbuerunt. Nos dum frugalitatis non pudet, mancipamus nos ipsi pignoribus & cautionibus: cum oporteret nos intra vtilitatis modum cogere & contrahere, atque ex sterilibus & superuacaneis contusis vel proscriptis templum libertatis nobis ipsis, liberis, & coniugibus excitare. Diana Ephesia debitores, qui ad templum suum perfugerunt, inuiolatos præstat & securos à creditoribus. Frugalitatis vero asylum sanctum vbique temperantibus patet, amplumq; magni ocii campum, qui exhilaret, nec maculet famam, præbet. Nam vt sacerdos Apollinis bello Medico muros ligneos Atheniensibus à Deo respondit dari: quapropter relicta illi Attica terra, relicta patria, possessionibus & penatib. retinendæ libertatis causa in naues confugerunt: eodem modo tribuit Deus nobis, si viuere in libertate velimus ligneam mensam, patinam figlinam, asperam vestem,

Si phaleratus equus desit tibi, nil moneare,
Et currus velox auro decoratus & ostro.

quæ vsuræ pernices occupant & anteuertunt: verum ascino vtere vulgari & caballo quopiam, atque ita fuge hostem & tyrannum fœneratorem: qui non ignem & aquam, sicut Medus, poscit: sed libertatem tentat, mulctam ascribit. Nisi dissoluas, importune instat: si offeras non accipit: si venundes, vili licitatur precio: si non vendas, compellit: si ius dicas: appellat: si iuraueris, pro potestate iubet: si ad fores eius accesseris, excludit: si domi te contineas, non discedit à foribus tuis continenterque eas pulsat. Quid enim Atheniensibus profuit Solon, qui eos nexu liberauit: cum seruiant omnibus creditoribus: imo ne his quidem (Quippe hoc ferendum esset) sed seruis flagitiosis, barbaris, immanibus: sicut quos Plato ait apud inferos crudeles pœnarum exactores & tortores instare impiis. Siquidem hi forum faciunt impiorum sedem miseris debitoribus, vulturumque more in intima viscera penetrantes adedunt eos & rodunt. Nonnullos Tantali exemplo arcent assistentes, ne sua gustent, quando vindemiant & fructus colligunt. Vt Darius Athenas misit Datin & Artaphernem: qui manibus catenas & vincula ferebant: quibus minitabantur captiuis: Haud aliter hi chirographorum & cautionum tanquā compedum plena in Græciam deportantes vasa ad ciuitates proficiscuntur & percurrunt,

 ferunt-

feruntque femen,non,vt Triptolemus,vrbanum:fed nominum radices amaras & vfuris mergentes,quæ euelli valeant ægre,plantant. Hæ circumcirca depafcentes, fruticantesque intorquent & fuffocant vrbes. Lepores ferunt parere fimul & lactare & fuperfœtare. Maftigiarum & barbarorum horum credita prius quam concipiant,pariunt. Quoniam fimul atq; dant, repetunt:fimul atq; ponunt,tollunt:ac fœnori dant, quod capiunt ex fœnori dato. Refertur apud Meffenios:

Porta eft pro porta, tamen eft quoque & altera porta.

De fœneratoribus item dici poterit:

Vfura eft pro vfura: vfura quoque altera reftat.

Et phyficos fcilicet derident,quod dicāt hi,ex nihilo nihil gigni. Apud hos ex eo,quod neq; eft, neque exiftit,editur vfura:ac publicani munus, qui vectigalia exigit, infame habent, quod eft lege permiffum: ipfi interim contra ius, dum fœnerantur publicanos agunt. Vel potius,vt vere dicam,in fœnerando debitores defraudant. Qui enim accepiffe fcribit, cum minus acceperit,in eo defraudatur. Mentiri Perfæ fecundum delictum ducunt. Primum æs alienum conflare:quod mentiri quoque folent debitores crebro. Cæterum plus mentiuntur fœneratores, & mala fide agunt:qui in diurnis fuis fcribant,huic tantum fe expenfum ferre, cum numerent minus. Quod mendacium ex lucri auiditate nō ex neceffitate oritur:non ex inopia,fed ex profunda rapacitate:cuius eft ieiunus ipfis & fterilis finis,perniciofus læfis. Neq; enim arua, quæ extorquent debitoribus, colunt: neque in ædibus illorum, quibus exigunt eos, commorantur:neque menfas apponunt, neque veftibus eorum vtuntur:verum vt primus periit, alterum venantur inefcantes. Quippe depafcitur ignis modo feritas horum,glifcens pefte & contagione, fortunifque euerforum alium ex alio exhauriens. Hanc qui excitat & alit in multorum perniciem fœnerator,nihilo eft beatior: nifi quod calendarium in manus fumat legatque, quam multos fubhaftauerit & ciuitate pepulerit, vnde coactum & accumulatum, vbi collocatum fit argentum. Neque hæc commemorare exiftimare me, quafi fœneratoribus bellum indixerim. Siquidem nunquam boues meos vel equos abduxerunt:verum vt oftendam illis, qui tam prōte contrahunt debitum, quam hæc probrofa res atque illiberalis fit; atque extremæ dementiæ mollitiæque effe fœnerari. Habes?ne fœnereris quia non vrgeris inopia: Non habes? ne fœneeris. Neque enim diffolues, atque ita vtrunque fecorfum expendamus. Cato fenior cuidam improbo: Heus tu quid fenectutem, inquit, multis alioquin obnoxiam malis oneras infuper improbitatis nota. Nec tu quoque multis infeftam malis paupertatem obtue, quas fœnebris pecunia & æs alienum fecum trahit, difficultatibus:neque paupertati, qua fola præcellit opulentiæ,eripe animi tranquillitatem. Ridiculum enim fuerit,quod prouerbio dicitur: Capram portare non valeo, imponite mihi bouem. Paupertatem qui ferre nequeas, fœneratore te ipfe oneras fafce vel locupletibus ponderofo. Qua igitur ratione tolerabo me? Hoccine rogas? Sunt tibi manus,funt pedes, eft vox, homo es: cui eft hoc infitum,vt diligat & diligatur: vt beneficus fit, & beneficium acipiat. Ludum aperi, age pædagogum,age ianitorem,nauiga, renauiga. Horum fœdius vel triftius nihil eft,quam audire: Solue. Rutilius ille Romę compellans Mufonium: Iupiter feruator, inquit, Mufoni, quem tu fectaris & æmularis, pecuniam fœnebrem non fumit. Cui Mufonius arridens: Nec fœnebrem, inquit, dat. Rutilius enim, qui fœnus ipfe exercebat exprobrauit ei,quod æs alienum contraheret. Quam eft Stoica hæc infania? Nam quorfum attinet,vt Iouem Seruatorem è cœlo detrahas: cum ftatim commonere liceat ante oculos pofitorum. Nōn fœnerantur hirundines,non formicæ: quibus natura non manus,non fermonem, non artem tribuit. Homines autem ex profufo ingenio ob folertiam non neceffario alunt equos,canes,perdices,lepores,graculos. Cur igitur de teipfo cōquereris,quafi graculo indocilior,perdice magis mutus,cane ignauior: nullum vt in homine præfidium pofitum habeas,fouendo,oblectando,ftipando,protegendo. Viden, tellus quantam copiam fuppediret,quantā æquor? Atqui Mycilum afpexi, inquit * Crates, lanam carminantem,& vxorem vna carminantem,communique pugna famem propulfantes. Cleanthem rex Antigonus,cum eum longo interuallo vidiffet Athenis,rogauit: Molis adhuc Cleanthe? Molo,inquit,rex,quod facio,quo victum quæram folum, nec defiftam philofophari. O ingentes huius viri fpiritus: qui ex piftrino & mactra manu piftoria & molendinaria de diis, Luna, fideribus,& Sole fcripfit. Nobis hæc feruilia munera videntur. Ergo vt liberi fimus, ære alieno facto hominibus feruilibus adulamur, affectamur eos, ad cœnam vocamus, munera damus,vt vectigales eis fimus, non inopiæ caufa (Nemo enim fœneratur pauperi) fed propter luxum. Nam fi in neceffariis ad vitam acquiefceremus,non effet fœneratorum natio,vt non eft Centaurorum neque Gorgonum. Cæterum inuexerunt fœneratores non aliter quam aurifices,vafcularios,vnguentarios,& pigmentarios deliciæ. Neq; enim ob panis vel vini precium vfuram

* Alii Socrates.

vsuram debemus: sed ob villarum, mancipiorum, mulorum, tricliniorum & mensarum: sed dũ muneta ciuitatibus effuse damus in munificentiis sterilibus & ingratis ambitiosi. Semel qui est impeditus, manet perpetuo debitor, vectoremque alium ex alio frenati equi more mutat. Non patet eis ad pascua & prata refugium, sed vagantur, vt Empedoclis illi ab diis exacti & cœlo delapsi dæmones:

Illos æthereum robur compellit in æquor,
In tellurem æquor, rapidos hinc euomit illa
In Solis radios, hic obicit ætheris orbi.

Alius ex alio excipit fœnerator vel negociator, Corinthius mox Patrensis, post Atheniensis: dũ 10 ab omnibus arrosus in vsuras dissoluatur & frietur. Nam sicut resurgat oportet is, qui in lutum cecidit, aut maneat in eo. Quippe qui versat & volutat in eo se, humidum corpus & madens limo inuoluit copiosiore: sic dum in transcribendis & mutandis nominibus versuram faciunt & grauioribus vsuris se intricant, semper euadunt ponderosiores, nec differũt à cholericis: qui cum non admittant curationem, & quod est præscriptum, reiiciunt, assidue plus bilis coaceruant. Etenim nolunt hi purgari: sed dum perpetuo singulis temporum articulis cum dolore & stimulis vsuram pensitant: affluente mox alia & vrgente iterum nauseant & grauedine torquentur: cum oporteret dimisso fœneratore puros se ac liberos reddere. Nam mihi hic cum lautioribus res est & delicatioribus, qui aiunt: Ergo seruis, penatibus, & tecto carebo? Quasi ad medicum dicat valetudinatius, qui hydropisi laborat & turgescit: Ergone macer fiam & exue-20 cus? Quid ni, vt integra valetudine sis? Tu item eareas seruis, ne seruus sis, & possessionib⁹, ne te possideat alius. Audi vulturum dictum: Vomenti alteri, qui dixit viscera se sua reiicere, assistens alter: Bono animo es, inquit. Non viscera tua reiicis, sed cadaueris, quod modo laniauimus Nec prædium suum quisquam debitor vel propriam vendit domum, sed creditoris, cui ea mancipauit lege. At ex patris hereditate, inquit, hoc mihi venit prædium. Nempe libertatem quoque ingenuitatemque dedit pater, quas facere te decet pluris. Pedem item & manum genitor creauit tuus: verum vbi emarcuerunt, mercedem dat præcidenti. Vlyssem Calypso amiciuit,

Vestimenta illi iniiciens fragrantia corpus
Immortale:

30 quæ redolebant illius amicitiæ dona & pignora. Sed cum fracta naui demersus ægre caput ex vndis attollere ob vestem madidam & grauem valeret: exiuit eã proiecitque: ac fascia fectus nudum subcinxit, enatauitq; in terram. Qui vt conspectus fuit, ac periculo exemptus: neq; vestem neq; victum desiderauit. Quid autem, iactanturne tempestate debitores, quando instat post interuallum fœnerator, qui dicat: Solue:

Sic fatus nubes cogit, simul æquora miscet,
Vna Eurusq; Notusq; ruunt Zephyriq; furentes,

mergentibus vsuras vsuris. Ille dum obruitur fluctibus opprimentibus adhærescit, nec enatare vel effugere potest, sed profundo mergitur petitque cum amicis sponsoribus. Thebanus Crates, qui à nullo appellabatur creditore, neq; obæratus erat: sed ipsis rei familiaris procurationi-40 bus, curis, & negociis solicitabatur: patrimonio suo octo talentorum relicto obsoletum pallium & peram sumpsit, refugitque ad philosophiam & paupertatem. Anaxagoras agros suos desolatos reliquit. Sed quid hos commemorem: cum poëta Philoxenus deducta in Siciliam colonia sortem accepisset facultatesque ad vitam tuendam domum opulentam: luxui autem & voluptati incolas deditos & abhorrentes à Musis videret: Non medius fidius, inquit, hæc bona me perdent, sed ea ego: relictaq; aliis sorte sua nauigauit ex Sicilia. Hi vero sustinẽt & ferunt in ære alieno esse, flagitari à se, vectigales esse, seruire argento emungi, ac Phinei modo harpyas pẽnatas alere. Fœneratores autem auferunt & rapiunt escam nondum maturam; sed ante messem emunt frumentum, & ante vindemiam vinum & oleum nundinantur: Liceor, inquit, tanti: referensq; in tabulas precii partem persoluit. Interim

50 pendet adhuc vua, & viti Arcturum manens adhæret.

PLVTARCHI

De esu carnium oratio prior.

Enimuero quæris tu, quamobrem temperarint Pythagorei, carnibus? At ego demiror, quo motu, quo animo, qua denique ratione os primus homo cæsæ animantis cruori admouerit, labiisq; attigerit occisæ vel mortuæ animantis carnes, exanimatorumq; corporum & idolorum posuerit epulas, obsonia, & escam: atq; adeo 10 quæ modo mugiebant, souabant, mouebantur, & cernebant membra. Qui ferre oculus potuerit sanguinem eorum, dum iugulabantur, dum coria detrahebantur, dum discerpantur. Qui toletauerit olfactus nidorem. Qui gustatus non auersatus sit inquinamentum vlcera tractans aliena, vulnerumq; lethalium hauriens succum & tabum.

Tergora serpebant, carnes assæ pariterque
Crudæ mugitu pecudes dire referebant.

Id figmentum est & fabula. At cœna est reuera monstrosa esurire quem id, quod adhuc mugiat: præscribereque, ex quibus spirantibus adhuc & vocem edentibus dapes parandæ, digereteque condimenta certa, & quæ assanda, & quæ apponenda fercula. Hic quærendus erat, a quo hæc primum inuenta, non à quo fero reiecta. An vero illis, qui carnes vorare principes cœperunt, 20 causam dicas fuisse penuriam? Neq; enim, quod in libidinibus agerent enormibus, neq; quod affluentia necessariorũ insolescerent, atq; in voluptates essent delapsi à natura alienas & prodigiosas, huc reciderunt. Imo dicant hoc tempore ab inferis reuocati: O beatos vos & diis charos, qui nunc viuitis. In quod seculum incidistis ad hauriendam & capiendam sortem bonorum affluentem? Quam multa tellus vobis fundit, quam multa largitur vindemia? Quantas opes edunt arua, quot delicias arbores: quas carpere licet vobis, ac luxui indulgere non polluto? Nos vero tristissima & efferatissima vitæ & temporis ætas excepit, atque in magnas & duras coniecti à primi genitura mundi fuimus angustias. Tunc etiam cœlum inuoluebat aër. Sidera turbido humore ac vago igni fluctuationibusque implicata erant ventorum. Nondum Sol certo fixus loco motu ferebatur recto & stabili, vt Auroram vel occasum discriminaret, neque redu- 30 cebat flectens iter anni tempestates feraces baccarum rosacearum coronis. Tellus luxuriabatur vagis fluminum ostiis, magnaq; eius pars deformata effetataque erat paludibus, altis voraginibus, saltibus sterilibus & syluis. Nullus vrbanorum fructuum prouentus, nullum artis organum nec sapientiæ machinamentum. Fames laxamentum non dabat, neque tempestates anniuersarias sementis tunc operiebatur. Num mirum, si ad animantium tunc nos carnes inuita natura conuertimus? cum lutum manderetur, cortex ligni in cibo esset: ac præclare agi putaret secum, qui vel gramen germinans, vel radicem aliquam reperisset phlei? Glandem vero quando gustarunt & manducauerunt, ex voluptate saltauerunt circum quercum & fagum, & munificem, matrem almam illam appellauerunt: quem diem festum illud seculum cognoscebat, cætera erant æstu & asperitate omnia plena. Vos vero, quibus tanta laxitas est necessariorũ, 40 quænam rabies aut furor ad carnificinã impellit? Quid falso causamini non esse vobis tellurem alendis? Quid nomen violatis legiferæ Cereris? Quid mitem & blandum Liberum patrem, quasi parum benigne vobis præbeat, traducitis? Ecquid vos placidarum frugum pudet, qui cruore eos & cæde profanatis? Atqui dracones vocatis immanes, pardalesque & leones, dum ipsi carnificinam exercetis nihilo illis placidiores. Quippe illi ex cæde pastũ, vos lautitias petitis. Non vescimur certe leonibus & lupis, quos nos de illis vlciscamur. Cæterum hæc quidem non attingimus: interim innocua, mansuera, & ad pungendum vel mordendum inermia capimus & mactamus: quæ speciei hercle grariæ & oblectamenti protulisse natura videtur: perinde atque si Nilum quis superfusum cernat ac complentem Ægyptum opimo & fœcundo latice: nec vim eius vegetam fœcunditatemque miretur vtilissimarum ad vitam frugum. 50 Sed sicubi viderit innatantem crocodilum vel aspidem delabentem, vel muscas veras bestias & infestas, has dicat in causa esse, cur quærantur, & ad ista patranda compellantur: Aut sane q terram hanc & arua specter domesticis differtam frugibus & spicis onustam, inde cernat forte inter segetem hanc & spicas lolium & orobanchen: mox relicta illorum vsura & fruitione de his expostulat. Item qui oratoris videt orationem in causa aliqua & defensione elaboratam & vibrantem ad propulsandum periculum, aut certe ad arguenda facinora, & in crimen vocanda: fluentem autem & procurrentem non ieiune & tenuiter, sed simul cum affectibus multis, imo multiplicibus in animos pariter multos, varios, & discrepantes auditorum vel iudiciũ, qui versandi & flectendi sunt, aut vero permulcendi, placandi, & comprimendi: mox transmittat

consi-

conſiderare atque expendere caput & ſtatum cauſę: ſed tantum excerpat non ſatis recte prolatas, aliquas dictiones, quæ orationis curſus impetus æſtus ſecū rapuit, ſimul influentia & effuſa cum reliquis concionatotis verbis videat. Cæterum nihil nos reflectit, non coloris læta facies, non concinnæ gratia vocis, non animi ſolertia, non in victu mundicies, non acuminis miſerorum præſtantia: ſed modicæ carnis cauſa eripimus eis animam, Solem, lucem, vitæ à natura definitum ſpacium. Itane, quas mittunt tremulas voces, inconditas ducimus, non deprecationes, non obſecrationes & cauſationes cuiuſque allegantis. Non deprecor neceſſitatem tuam, ſed luxum. Vt veſcaris, interfice: ſed vt lautius veſcaris, noli me interimere. O immanitatem? Horrendum eſt, vel videre appoſitam menſam hominum diuitiis circumfluentium, coquos adhi-
10 bentium: qui popinas ex mortuorum dapibus inſtruunt: horrendius autem, quæ tolluntur, videre. Plura enim ſuperſunt, quam quæ ſunt conſumpta. Ergone perierunt hæc nequicquam? Iam alii parcentes appoſitis non ſinunt præcidi & diſſecari deprecantes carnes, cum tamen viuentibus non pepercerint. At accepimus allegare illos ducem ſe naturam ſequi. Atqui alienum à natura homini eſſe carnes vorare, primum ex opificio liquet corporis. Nulli enim aſſimile eſt corpus humanum natura carniuororum. Non ſunt ei labra adunca; non cuſpidati vngues, non dentes aſperi, non firmus venter, non feruidus ſpiritus, qui conuertere & conficere carnis pondus valeat: ſed à primo natura eius dentium mollitie, oris anguſtia, lingua delicata, & ſpiritu ad peragendum cibum languido abdicat carnis cibum. Sin natum te ad huiuſmodi eſcam eſſe contendis: quo veſci libet, id ipſe mactato per temetipſum non exhibito gladio vel
20 baculo, vel ſecuri: verum quomodo lupi, vrſi & leones, quibus paſcuntur, ea necant ipſi, interfice morſu bouem, vel ore ſuem, vel agnum & lepotem lania: Rape ac veſcere adhuc ſpirans, vt illa. Quod ſi manes, dum expirauit, quod gulæ deſtinaſti: & deterret anima præſens te, ne fruaris carne, quid contra naturam voras exanime? Atque adeo ne exanimi quidem veſcatur vllus & extincto, ita vt eſt: verum elixant, aſſant, verſant igne & medicamentis interpolantes & vertentes & circumagentes condimentis infinitis animantem occiſam: quod deluſus admittat guſtus id, à quo abhorret. Ac ſane lepidum eſt illud Laconis: qui emptum in ſtabulo piſciculum dedit, vt pararet, ſtabulario. Cui caſeum, acetum, & oleum poſtulanti: Equidem ſi hæc, inquit, haberem, piſcem non eſſem mercatus. Nos vero vſque adeo in lanienis delicias agimus, vt carnem nominemus pulmentum, mox pulmenta ad carnem quæramus, addamuſque oleum, vi-
30 num, mel, garum, acetum, ac condimentis Syriacis & Arabicis quaſi reuera funus cadaueris procuramus. Et enim ita reſoluta, macerata, & quodammodo putrefacta ægre valet venter conficere: quę etiam quando confecit, mire corpus grauant ac morbificas excitāt cruditates. Suſtinuit vorare Diogenes crudum Polypum, vt ad concoquendum ignis ſubſidium ſummoueret. Circumſiſtentibus ſacerdotibus & magna corona populi cum inieciſſet capiti pallium, admouens ori carnem: Veſtra cauſa, inquit, diſcrimini me obiicio & periculo oppono. Præclarum pro ſancte Iupiter periculum. Nempe non vt pro Thebanorum libertate, quomodo Pelopidas, vel quomodo Hermodius & Ariſtogiton pro Athenienſium, obtulit in diſcrimen pro aliis vitā philoſophus: qui cum polypode crudo, vt vitam humanam efferaret, colluctabatur. Itaque carnis vſus non ſolum alienus eſt corporibus, ſed & animos gula & popinatione craſſeſcere fa-
40 cit. Siquidem vinum & carnis ingurgitatio corpus validum & robuſtum reddunt, animum debilitant. Ac ne in Athletas incurram, domeſticis vtar exemplis. Nos Bœotos Attici pingues, inſulſos, & ſtupidos popinationis gratia vocabant. Nimirum iſti ſunt ſues. Et Menāder: Qui buccas habent. Item Pindarus: Buccę inde ſplendor. At animus ſiccus ex Heracliti ſententia ſapiētiſſimus videtur. Quippe dolia inania pulſata reſonant, plena non reſpondent pulſantibus. Lebetes ſubtiles clangorem vndique reddunt, quoad obſepias eas manu, vagante plaga. Oculus nimio humore redundans hebetatur, nec munus ſuum implere valet. Solem cœlo humente & craſſis terræ reſpirationibus obducto non liquidum, non ſplendidum, ſed merſum caligine & inſtabiles radios cernimus reddentem. Perinde corpore turbido & ex ganea cibis degrauato naturæ ſuæ non conuenientibus ſplendor animi lumenq; præſtringatur & obnubiletur neceſſe
50 eſt, vageturq; & rapiatur ad tenues & ſpinoſos rerum fines: quod fulgore & vigore careat. Præterea aſſuetudo ad humanitatem quam eſt inſignis? Quis enim violare hominem in animum induxerit, qui in malis alienis & peregrinis tam ſe gerat leniter & humane. Subieci nudiuſtertius inter diſſerendum Xenocratis dictum, atque Athenienſes ei, qui viuo arieti tergus detraxerat, mulctam dixiſſe. Non eſt autem meo iudicio terrior, qui viuum torquet, eo qui vitam extorquet & occidit. Cæterum magis ſcilicet rebus mouemur inuſitatis quam à natura abhorrentibus. Atque hæc quidem tunc pinguius diſputaui. Ad arduum illud & arcanum atque incredibile ignauis hominibus, vt ait Plato, & caduca cogitantibus caput dogmatis verior hic ſicut nauem in tempeſtate nauicularius mouere vel machinam in theatro, dū ſcena traducitur, attollere poëta. Non ab re fortaſſis fuerit tamen Empedoclis verba præludere & præcinere: quibus

obscure significat animas hic ideo, quo carnificinæ, voratæ carnis, & pastus ex mutuis cædibus pœnas exoluant mortalibus corporibus esse illigatas. Quanquam hæc videatur doctrina esse vetustior. Nam fabulis quæ prodita sunt de Liberi discerptis membris, de Titanum carniuorū admissis in eum facinoribus, horumque suppliciis è cœlo ictorum: ea alteros natales repræsentant. Siquidem animi nostri partem rationis expertem, turbulentam, violentam, non diuinam, sed dæmonicam antiqui appellauerunt Titanas: quæ quidem eius est, qui punitur & pœnas pendet.

PLVTARCHI

10

De esu carnium oratio posterior.

AD marcidum carnis esum recentem inuitat oratio mentem nostram & contentionem. Siquidem lubricum est, vt Cato ait, apud carentes auribus dicere ventres: & poculum confusum consuetudinis haustum est, sicut illud Circes, eruciatus, dolores miscens luctusque dolosque. Nec carnis manducandæ hamum euellere luxu mersis & confixis expeditum est. Quando recte faceremus, si vt Ægypti exemptum exanimatis corporibus ventrem atque ad Solem suspensum proiiciunt vt omnium hominis offensorum semen: item nosipsi gula & laniena execta reliquam vitam lustraremus. Quatenus non est 20 pollutus per se aluus, verum polluitur ab intemperantia. Verum enimuero si vel in potestate nostra non est, vel consuetudine pudet nos innocentiæ: peccemus cum ratione. Voremus carnes, sed fame non luxu impulsi. Mactemus animantem, sed miseratione & dolore moti, non per insolentiam, vel cruciatum: vt nunc fere faciunt: dum hi in necando suem candente veru träsfigunt, quo ferri tinctura extinctus sanguis & diffusus delicatiorem & teneriorem reddat carnē: illi in partui vicinarum suum insiliunt vbera eaque calcibus cædunt, quo sanguinem, lac, & tabum partuum simul elisorum inter puerperii dolores subigant (pro Iupiter piaculatis) & vorent, quod in animante maxime est corruptum. Alii gruum & olorum consuunt oculos, inclusosq; tenebris saginant, vt monstrosis misturis & conditionibus certis carnem eorum apparent. Ex quibus perspicuum est potissimum, non cibarii eos, non penuriæ vel necessitatis causa, 30 sed ex satietate, insolentia, & luxu flagitia in delicias vertisse. Ac quomodo lasciuus in fœminis libidine exatiata omnia experiens & vagans in nefanda scelera recidit: ita intemperantiæ in pastu quando fines semel egressæ sunt naturales & necessarios, immanitate & scelere interpolant appetentiam. Quippe sensus alter alterius ægritudinem sentit, trahitque vnus alterum, vbi modum à natura præscriptum transilierunt, in eandem lasciuiam. Sic æger auditus musicã vitiauit: qui delicatus in mollitiam prolapsus fœdas frictiones & titillationes quæsiuit muliebres. Hæc visum docuerunt pyrrichas fastidire chironomiasque & cæteras elegantes saltationes, statuas item & picturas: cædem autem mortemque hominum & vulnera & pugnas spectaculum ducere exquisitissimum. Perinde comitantes sunt insolentibus mensis concubitus petulantes, fœdæ Veneri acroamata obscœna, cantilenis & auditionibus lasciuis spectacula 40 monstrosa, spectationib. immitibus indolentia & sæuitia aduersus homines. Hinc diuinus ille Lycurgus in tribus legum suarum tabulis, quas dixit rhetras, sanciuit: vt serra & securi fores ædium struerentur & fastigium, neque instrumentum afferetur aliud: non profecto quo terebris & asciis aliisque, quibus opus intestinum fieri solet: bellum indiceret: sed quod sciret per huiusmodi opera non illatutum te in ædes lectulum inauratum: neque animum inducturum vt in rectum sordidum argenteas imporres mensas, tapetes purpureas gemmas preciosas: verū consentaneam esse domicilio, lecto, mensæ, & calici tali etiam cœnam frugalem & prandium commune: rudimentum autem peruersi victus

Vt pullus haud lactatus equi cursum assequi

solet, sunt delitiæ & luxus. Quæ est ergo sumptuosa cœna, cuius graria nō mactetur quicquam 50 quod animatum sit? Exiguumne impendium ducimus animam. Neque iam dico matris vel patris, vel amici vel filii, vt Empedocles prædicauit: at sensus consortem, at visus auditus, visionis, intelligentiæ: quam ad parandum id quod sibi est conueniens, & declinandum, quod alienum, vnicuique est natura largita. Dispice autem, vtrum melius mansuefaciant quam phisophi illi, qui liberis & amicis, qui parentibus & cōiugibus vesci velut mortuis præcipiunt, an Pythagoras & Empedocles consuefacientes nos, vt erga alios quoque animantes præbeamus nos iustos. Tu quidem subsannis ab oue tempetantem. At nos dicent quando extincti patris cō templamur vel genitricis resecantem membra, atque amicis mittentem absentibus, præsentes autem inuitantem, ac mensam carnibus instruentem large, nonne ridebimus? Imo nunc

quoq;

quoque fortassis incurrimus, eum contrectamus hosce libros quod non prius manus, lumina, pedes, aures expiauerimus, nisi sane illorum est expiario de his disserere dulci, vt Plato ait, oratione, quæ auditionem falsam eluat. Quod si libros & sermones inter se contendas, illam philosophiam Scythis, Sogdianis, & Melanchlenis esse credas scriptam, de quibus scribens fide caret Herodotus: hæc Pythagoræ & Empedoclis dogmata priscorum fuerunt Græcorum leges, ex quibus vitam suam instruebant & tuebantur. Nempe nihil nobis iuris cum brutis intercedit. Qui ergo hoc postea cognouerunt?

Ante alios gladium funestum qui fabricare
Ausi sunt, primiq; bouem gustare iugalem.

10 Hac ratione ordiuntur carnificinam tyranni. Quemadmodum enim initio peremerunt Athenis ex delatorib. teterrimum, qui mereri videbatur, alterum item ac tertium. Post ex hac assuetudine Niceratum aspexerunt trucidari Niciæ filiū, Teramenem ducem, & Polemarchum philosohum: Ita immane quodpiam primum & perniciosum animal pro cibo sumptum, inde auis vel piscis itretitus: ac gustu ita in illis versata iniuria ad bouem aratorem, ad ouem, quæ nos vestit, ad domus custodem gallinaceum processit: ac sic pedetētim ad homicidia, cædes, & bella est progressa. Cæterum etiam si quis insuper demonstrauerit alteris in haralibus vti promiscuis animas corporibus: ac quod nunc ratione est præditum, post euadere rationis expers: viceque versa mite, quod modo est ferum (Natura enim cuncta conuertit ac domicilium commurare cogit carnis peregrina operiens tunica) non cohibebitur tamen effrenata libido: neq; ideo, quod & corpora morbis implicet & degrauet, animumq; ad bellum per summam iniuriam præcipitem labefactet: quando receptum apud nos est citra cruorem & lanienam non inuitare hospitem, non nuptias agitare, non conuiuium præbere amicis. Quamuis autem argumentum illud immigrare iterum in corpora animas non mereatur fidem, hic scrupulus tamen magnam habet cautionem & religionem, ceu si quis in prælio exercituum nocturno militi strato, cuius sit corpus armis contectum, intentans gladium audierit quem dicentem, haud certo quidem scire se, arbitrari tamen & putare eum, qui iaceat, filium ipsius esse, vel fratrem, vel patrem, vel contubernalem, vtrum hic præstiterit, suspicionine vt fidem falsæ adiungat, atq; ita missum faciat pro amico hostem, an vt postmissa incertitudine familiarem vt hostem trucidet? Hoc n. omnes fatebimini durum. Iam vide quoq; Meropen ex tragœdia, quæ in filium ipsum, vt percussorem filii securim sustollit cum hisce dictis,

Hanc commodiorem ego plagam tibi adfero:

quantum in theatro erigat motum exurgens ad cædem trepidationemque, ne retinentem præuertat senem, atq; adolescentem vulneret. Quod si alter senex astitisset, qui diceret, feri, hostis est: alter è diuerso: Caue ferias, filius est: Vtrum peccatum grauius foret, nō vlcisci filii causa inimicum, an parricidium concipere filii ex bile in hostem. Itaque quotiescunque nullum subest odium, nulla, quæ ad cædem nos impellat ira, neque vindicta, neque de nobis metus, sed voluptatem capimus ex victima, quæ resupino collo procumbit, tum dicat philosophus hic: Cæde, animal est rationis expers: Ille, Sustine te. Quid si propinqui alicuius, vel Dei huc immigrauit anima. Par hercle & simile periculum est, sic carne vesci non deterreat, ac si non credam iugulare me natum meum vel alium necessarium. Iam vero pugnam hanc pro esu carnium non possunt Stoici sustinere. Quis ille helluo in ventrem & culinam? Quid autem isti, qui voluptatem ad fœminas relegant traducuntque, vt quæ non sit in rerum bonarum numerum, neque præcipuarum, vel naturæ conuenientium referenda, tantopere sectantur ea, quæ ad voluptates pertinent. Atqui consentaneum erat ipsis, vnguentum si conuiuio & secundas mensas exigunt, plus auersari cruorem & carnem. Nunc perinde ac si philosophos agant in febre diaria, sumptū detrahunt cœnis in superuacaneis & inutilib. immanitatem luxus & carnificinam non reiiciunt. Sane vero, inquit, nihil nobis cum brutis intercedit. Nec vero cum vnguentis, respondeat aliquis, nec cum exoticis bellariis. Sed & hæc auersamini, vt voluptatem infrugiferam nec necessariam prorsus repellatis. Verum enimuero hoc quoque iam dispiciamus, nullo iure nos cum bestiis coniungi, non tamen argure neq; captiose: sed motus nostros intuentes, nobiscumque humanitus agentes & disceptantes.

PLVTARCHI

De non irascendo Commentarius, nobili & strenuo viro, Theodorico à Pallandt, domino de Bredembent, præfecto cubiculi illustrissimi Ducis Iuliacensis, & Cliuensis, ac satrapæ VVassenburgi, inscriptus.

10

RECTE mihi videntur Fundane pictores facere, qui opera sua interposito spacio prius, quam extremam manum his imponant inspiciunt: quod dum auertunt visum suum, frequenti iudicio nouum faciant, quo acrius exiguum exploratur discrimen, quod claudit assiduitas & assuetudo. Quoniam vero fieri non potest, vt quis recedat a semetipso, retrahatque sensum ab assiduitate, & per intercapedinem ad se accedat: verum hoc illud est, quod maxime reddit quemque deteriorem sui quam aliorum iudicem: proximum sit contemplari per interuallum amicos, seque illis comparare: non solum an consenuerit cito, & corpore rectius vel peius habeat: verum etiam animi tenorem & mores intueri, ecquam dies virtutem conciliarit aut ecquod detersérit vitium. Equidem qui Romam, iam annus est alter, delatus sum, ac mensem hunc quintum egi tecum: bonorum, quæ tibi ex præclara indole suppetunt, incrementum & accessionem non vsq; adeo mitum existimo factam tantam. At feruorem illum & ardorem bilis cernenti mihi ita lenitum & rationi obsecundantem redditum venit in mentem dicere, 20

Pro sancte Iuppiter, quam nunc es mollior.

Hæc autem mollitia non ignauiam nec dissolutionem, sed sicut terra subacta placiditatem & firmitatem comparauit strenuam ad agendum pro impetu illo & præcipitantia. Hinc liquet non ex languore aliquo ex ætate excandescentiam illã, neq; sua sponte deferuescere, sed præcepris salubribus curari. Et quidem (verum enim apud te dicam) familiarem nostrum Erotem, hæc nobis cum exponeret, ea, quibus ornatus non esses, sed quibus ornatum deceret esse optimum 30 quemq; ex beneuolentia in te sua tibi tribuere, suspectum habebam: quamuis homo sit, vti nostri, haudquaquam factus ad aliquid contra animi sententiam gratiæ tribuendum. Cæterum est nũc ille falsi testimonii absolutus. Tu vero, quando suppeditat iter tibi ocium, explica nobis tuam ipsius quasi medicinam: qua vsus animi ardorem adeo mansuetum, expeditum, placidum, & rationi obtemperantem reddidisti. Quin tu quoq; propensissime in nos Sylla vide, ne ipse etiam beneuolentia in nos & amore nonnullis vitiis nostris conniueas. Amori enim, qui ne ipse quidem retinet subinde constantem in Suada Homerica animi impetum: sed improbitatis odio asperiorem, videri nos probabile est mitiores: quomodo in diagrammatum variationibus netæ aliquæ apud alias netas hypatarum accipiunt locum. Neutrum horum Fundane est. Tu 40 vero da hoc nobis, vt, quod postulo, facias. Sane ex Musonii bonis, quæ memoria teneo, vnum Sylla est, oportere eos, qui volunt incolumes esse, medicinis perpetuo adhibendis viuere. Neq; enim vt veratrum censeo eiiciendam vna cum morbo, quæ opitulata est, doctrinam, verum debet hæc animo inhærens retinere & conseruare iudicia. Quandoquidem cibos salubres æmulatur non medicamenta vis eius: quæ cum secunda valetudine habitum conciliat bonum iis, quibus consueuit. Admonitiones vero & correptiones, quæ ferueſcentibus & tumescentibus adhibentur perturbationibus animi, leuiter proficiunt & ægre: nihilq; inter eas & odorata interest, quæ comitiales erigunt collabentes, non expediunt morbo. Quanquam cætera, quo tempore gliscunt, cedunt vtcunq;, præceptaq; succurrentia foris in animum admittunt, bilis non, vt Melanthius ait:

Agit ira dira, sede mentem vbi expulit: 50

sed domo eiicit semel atq; excludit: vt illi, qui vna cum ædibus seipsos inflammant, cunctaq; tumultu, fumo, & strepitu complet interiora, vt succurrentes neq; videat, neque audiat. Itaque citius in tempestate & in alio destituta nauis recipiat externum gubernatorem, quam præcepta aliena fluctuans in bile & ira homo, nisi mentem suam habeat concinnatam, admissurus sit. Verum sicut illi, qui obsidione manent, spe deposita externa cogunt & accumulant necessaria: Perinde excandescentiæ remedia potissimũ procul sunt ex philosophia petenda atq; in animũ deportanda: quod cum instat tempus necessarium, non facile importare ea aliunde valeamus. Neq; enim audit æstus causa animus accita, nisi velut hortatorem intus habeat doctrinam propere

pere

pere se aperientem percipientemq; singula, quæ percipiuntur. Cùm iam audierit, ea, quæ submissim & leniter dicuntur, contemnit, in actius instantes exasperatur. Etenim insolens cum sit & præfracta, & omnino aliis obnitatur excandescētia, sicut munitus dominatus, domi habeat oportet & ex sinu suo euersorem. Atq; assiduitas quidem fellis & stomachari frequenter, habitum animo prauum inducit, quem iracundiam appellant. Ea in excandescentiam, acerbitatē & morositatem exit, & quando exulceratur, fit irritabilis animus & querulus quauis de causa: vt ferrum tenue & debile, quod acuitur. Quod vero è vestigio obsistit bili eamq; reprimit iudiciū: hoc non in præsenti modo medicinam facit, verum etiam in posterum obfirmat animum, eiq; callum obducit. Mihi certe idem accidit, postquam bis vel ter occurri iræ, quod Thebanis. Qui 10 vt semel impulerunt eos: qui inuicti habebantur, Lacedæmonios, nulla post in pugna eis succubuerunt. Quippe consilio intelligebam me obtinere victoriam posse. Porro videbam iram non modo suffusa desinere, vt Aristoteles scripsit, aqua: sed & timore admoto restingui, & vero etiam oblato repente gaudio, vt extat apud Homerum, hilarata est & diffusa multis bilis. Itaq; mihi visus est non prorsus deploratus volentibus sane hic animi morbus. Neq; enim semina semper habet magna & firma: sed & dictum & iocus & risus & nutus & eius generis multa complures inflammant: sicut affata consobrinam Helena:

Electra prælongo tu virgo tempore,

concitauit eam, vt diceret,

20 *Sero sapis, tunc qua liquisti turpiter*
Domum.

Item Alexandrum Callisthenes: qui cum circumferretur ingens calix, ait: Nolo Alexander hoc hausto opus habere Æsculapio. Vt igitur flammis bilis accensam leporinis & papyro & palea facile est opprimere: quæ si amplexa sit solidi quid & firmi, cito corrumpit & dissipat,

Sublata sursum fabrorum sublime opus:

vt Æschylus air. Ita qui intendit animum initio iræ, quæ pedetentim ex loquacitate & vernilitate aliqua circulari fumat & exardescit, non multum habet negocii: verum sæpe tacendo tantum vel negligendo eam sedat. Nam & ignem, qui non præbet ei materiam, extinguit: item iram qui non alit in principio neq; infit seipse, deuitat eam & opprimit. Quapropter non subscribo, quamuis multa frugifera alias dicat & moneat, Hieronymo: vbi non nascentis offendit, sed natæ & existentis esse sensum iræ propter pernicitatem. Siquidem nulla inter animi perturbationes collecta & concitata ortum habet adeo manifestum & incrementum: vt sane Homerus prudenter docet, qui repente frementem, simul atque auribus eius dictum accidit, facit Achillem: dum ait:

Sic fatum dolor hunc atro velamine texit.

Indulgentem iræ cunctanter Agamemnonem, ac multis verbis accensum. Quæ si quis eis initia subtraxisset & præcidisset: non haberet accessum contentio tantum neq; molem. Hinc Socrates, quoties commoueri aduertebat se in amicum asperius,

40 *Maris velut rupem obiiceret se fluctui,*

remittebat vocem, arridebat vultu, & intuitu vtebatur leni: itaque vergendo alteram in partem atque in cōtrarium animi motum se torquendo stantem & infractum se conseruabat. Est namque mi Sylla prima quasi tyranni deiectio iræ, non parere neque audientem esse imperanti, vt vocifereris, torue intuearis, cædas teipsum: sed quiete agas neque magis sicut morbum irrites corporis iactatione & planctu ægritudinem. Nam actiones amatoriæ comessando, cantando, & fores coronis ornando relaxationem quodammodo habent non inurbanam & inscitam:

Vt veni, non clamaui, neq; quis, neq; cuius:
Oscula sed chara libaui: iniuria si hac est,
50 *Admissam fateor per me.*

Ac lugentes, cum indulgent comploratui & lamentationibus, multum mœroris vna cum lachrymis eiiciunt: Ita vero iis, quæ agunt & loquuntur illi, qui in ea perseuerant, etiam atque etiam excitatur. Nihil igitur præstat, quam refugere, abdereque se, & decurrere tanquam in portum in quietem, sicut si ingruentem morbum comitialem sentiamus, ne concidamus vel potius incurramus. Incurrimus autem præcipue & plerunque in amicos. Neque enim omnes diligimus, neq; omnibus inuidemus, neq; omnes formidamus. At iræ intactum & sanctum est nihil, verum exardescimus in amicos iuxta atq; in hostes, in liberos, in parentes, & in deos hercle, in bestias etiam & surda vasa, vt Thamyris,

Auro illigatum qui frigit cornu,
Qui fidibus tensam frigit lyram.

Et

Et execratus in caput suum Pandarus:

Ni tela combussisset fracta sua manu,

Xerxes etiam æquori stigmata & verbera inflixit, atq; ad montem misit epistolas: Noli diuine Atho qui nubes attingis vertice, operib. meis præbere lapides vastos & parum tractabiles: Alioquin ipsum te exscindam & in altum proiiciam. Quippe multa habet ira terrenda, multa etiam ludicra. Quocirca supra omnes animi ægritudines odio venit & contemptui. Vtrunq; autem habere ex vsu est meditatum. Igitur ego certe, quam recte haud scio, hanc medicinam auspicatus, sicut in Ilotis Lacedæmonii vinolentiam, quæ fit iram in aliis exploraui. Ac primum, vt ait Hippocrates, perniciosissimum esse morbum, in quo ægroti dissimilimus sui fit vultus: sic cum cernerem ex ira exeuntes è potestate magnopere vertentesq; obtutum, colorem, incessum, vocem: velut huius ægritudinis imaginem ob oculos mihi ponebam sane grauiter ferens, si tam toruum offerrē me aliquando amicorū, vxoris, filiarū paruularū oculis, nō modo aspectu trucē & insocialem, sed & vocem sæuam asperamq; mittentem: sicut alios contubernales meos offendebam non tenorem animi, non faciem vel sermonis Veneres, non gratiam vel comitatem in consuetudine valentes ira impediente retinere. Ac C. quidem Graecho oratori, qui & ingenio erat duro & commote dicebat, parata erat fistula, qua vocem harmonici leniter huc illuc per tenores ducunt. Quod tenens seruus eius, qui, dum diceret, à tergo assistebat, tenorem remittebat mollem & placidum: quo vociferantem reuocabat, asperitatemq; & fremitum detrahebat illius voci. sicut

Compacta per ceram modulatur fistula

Dulces modos cicada,

demulcens & sopiens illius oratoris iram. Mihi vero si contingeret scitus & lepidus comes: nōn moleste ferrem, quod offerret in bile mihi speculum, vt aliquibus offerunt nullo cum fructu lotis. Se autem contemplari ipsum tumultuantem & de gradu deiectum, ad huius mali insectationem non parum refert. Etenim Mineruam aiunt iocantes, cum tibia caneret, à Satyro admonitam non paruisse:

Te dedecet facies hac, pone tibias:

At arma sumas, componasq; tibi genas:

Sed cum in amne quodam in vultus sui speciem spectasset, pertæsam tibias proiecisse: quamuis deformitatis habeat illa ars dulce modulamen solamen. Marsias corio circumligauit os, ac sic spiritus impetum compressit, faciemq; composuit, & intexit eius fœditatem.

At hirsuta auro rediminit tempora laui,

Lorisq; os rapidum retro tensis religauit.

Enimuero inflans ira & distendens faciem fœde multo vocem turpiorem edit & infestiorem.

Chordas mouens immotas in præcordiis.

Mare, cum ventis intumescens muscum & algam eiicit, purgari dicunt. Quæ vero euomit commoto animo ira importuna, amara, & inepta verba, ea primis illis, qui hæc dicunt, labem imponunt ac diffamant eos: quasi hæc semper contineant in visceribus, eisq; affluant, detegantur autem ab ira. Hinc rei leuissimæ, vt Plato ait, sermonis, grauissimam mulctam pendent: quod inimici, maledici, & maleuoli habeantur. Hæc contemplanti atq; obseruanti vsuuenit mihi statuere & reputare multum conducere in febre, sed plus in felle mollem retinere & æquabilem linguam. Siquidem febricitantium lingua, si à statu naturali discessit, signum malum non causa est. Ita percitorum exasperata & impura, cum erumpit in verba importuna, irreconciliabilis inimicitiæ authorem & odii retrusi indicem euomit contumeliam. Nihil enim vinum adeo effrene & tædiosum, vt ira effert. Hæc enim temperata cum bile sunt, illa cum risu & ludo sicut melle. In compotatione qui silet, ingratus est conuiuis & molestus. In ira contra nihil decorum magis quam si silentium fit, quod valeat admonere ambos

In pectore vt refrenent iram futilem.

Neque hoc solum considerare licet oculos intentos in ira percitos habentibus: verum etiam naturam discere iræ reliquam, non generosam, non virilem, non prudentia vel magnanimitate præditam esse. At vulgo apparet commotionem eius esse strenuitatem, vim minacem fidentiam, contumaciam, fortitudinem. Nonnulli & immanitatem pro granditate in agendo, implacabilitatem pro constantia, morositatem pro improbitatis odio non recte habent: Facta enim, motus, & gestus abiectum animum & imbecillem arguunt: non tātum quando pueros vellicant, & aduersus mulieres fremunt: canes, equos, mulos puniendos putant sicut pancratiastes Ctesipho mulam cædere inuicem volebat: verum etiam per carnificinas tyrannicas debilitas eorum animi in acerbitate, atque in agendo perpessio elucens serpentum germana est morsibus: qui quando ex dolore exarserunt, flammam effundunt acriter in eos,

in eos,qui ipsos stimulauerunt. Nam vt est ingentis carni inflictæ plagæ affectus tumor:ita in mollissimis animis ad offensionem propensio elidit bilem ex impotentia maiore maiorē Hinc fœminæ sunt viris iracundiores,ægri valentibus,senes iuuenibus,felicibus infortunati. Quippe iracundissimus est in dispensatorem auarus, in coquum ganeo, in vxorem zelotypus,ambitiosus,quando audit male. Longe vero sunt flagrantissimi, qui honores in ciuitatibus ambiunt, aut seditionem moliuntur,

Molestiæ est quæ splendidæ: vt ait Pindarus:

Ita ex animi offensione & perturbatione exurgit potissimum propter mollitiam iræ, non neruis,vt quispiam ait,animi similis,sed intensionibus & conuulsionibus, quæ in vindictæ appeti-
10 tionibus feruidius insurgant. Atq; exempla praua spectaculum præbuerunt non gratum,sed necessarium tantum. At in iis, qui leniter & mansuete in ira se gerunt,multa cum auditu tum spectatu quam optima petens occipio despicere istos,qui iactant,

Quando virum læsisti,vir ferendus est. Et hoc,
Age insile in collum pedibus,quin insilis
Terræ propinqua.

& cæteros stimulos:quibus sunt qui fel ex gynæcio in andronem parum rectē transferunt. Cōcinens cætera fortitudo cum iustitia,de sola digladiari mihi cum ea videtur mansuetudine vt sibi competente potius. Homines enim superare & deterioribus præstantiores obtigit. Verum
20 enimuero trophæum statuere de ira,cui arduum esse ait repugnare Heraclitus: Quippe quodcunque lubet,licetur anima:ingentis est & victoriosæ firmitudinis:quæ consilium sicut neruos & lacertos reuera aduersus perturbationes animi habet. Quocirca colligere assidue & legere laboro non hæc scilicet tantum philosophorum, quos ferunt, qui sapiunt, esse bilis expertes: sed illa magis regum tyrannorumque,ceu Antigoni hoc ad milites: qui cum eos in tentorio ipsum proscindentes quasi remotum audisset, sublato baculo interpellans eos foris : Pape,inquit,non longius aliquo digressi me lacerabitis. In Arcadionem Achiuum, qui semper Philippo obtrectabat,monebatque profugere,dum ventum esset eo,vbi nemo Philippum cognosceret,post autem aliquando fuit in Macedonia conspectus , amici consulendum censebant,nec incuria id transmittendum. Philippus vero benigne appellatum lautiis & donis prosecutus ius-
30 sit eis deinceps requirere,quid de se ille apud Græcos prædicaret. Vt omnes testimonium dederunt, laudari ipsum ab eo mirifice : Medicus ergo, inquit, sum ego, quam vos melior. In certamine Olympico cum probra in eum iacerentur , ac dicerent quidam piacula à Græcis, qui Philippo pro beneficiis maledicta redderent, exigenda : Quid ergo, inquit, si fuerint à nobis violati, agent? Laudatum & Pisistrati illud in Thrasybulum , Porsenæ in Mutium Scæuolam , & in Philemonem Magæ : qui publice in comœdia per eum in theatro perstrictus:

Ab rege literæ veniunt tibi Maga,
Non didicisti infelix literas Maga.

Cum hominem cepisset in eam aram tempestate actum, militi imperauit, vt stricto gladio cer-
40 uicem eius tangeret tantum , mox abscederet modeste : præterea talos & pilam ei vt carenti mente puero misit,missumq; fecit. Ptolomæus grammatici inscientiam irridens, qui esset Pelei pater, sciscitatus est. Cui ille: Si tu mihi prius,inquit,qui Lagi. Dictum hoc mordebat genus regis sordidum. Ibi stomachabantur omnes,rem indignam esse,quam ferret. At Ptolomeus: Nisi ferre,inquit,dicterium,nec iacere regium est. Acerbius quam pro suo ingenio cum Callisthene & Clito Alexander egit. Nam Porus captus petiit ab eo,regaliter vt secum ageret. Rogante illo: Nunquid amplius? In verbo regaliter,inquit,omnia insunt. Itaq; deorum regem benignum alii, Athenienses μειμάκτην,ni fallor,id est,mitem appellant : Carnifex animus furiosus & pestifer,non diuinus est neq; Olympius. Quare vt de Philippo,cum Olynthum deleuisset, quidam dixit: At condere vrbem non valeat ille tantam: ita iræ dicas licet: Proruere vales,con-
50 uellere,& dissipare: excitare, seruare,parcere,tolerare placidi animi & indulgentis moderatiq;, & Camilli, Metelli, Aristidis & Socratis est: fodicare & mordere formicæ & muris. Quin etiam cum simul vindictam respicio, si ira in consilium adhibeatur, parum fere reperio effici, ac omnē effundi mordicandis labiis, stridore dentium, vanis incursibus, & maledictis, quæ stultas minas habent, ac mox, vt in cursibus pueri, quod moderari sibi nequeant, ante metam quo contendunt prolabuntur ridiculi. Hinc non male Rhodius ille ad ducis Romani lictorem vociferantem & ferocientem: Non laboro tu quid dicas, sed quid ille taceat. Neoptolemum Sophocles & Erypylum cum armasset,

Hic tela torsit conuitiis vacantia
Armorum in orbes æreorum.

feruntque femen,non,vt Triptolemus,vrbanum:fed nominum radices amaras & vfutis mergentes,quæ euelli valeant ægre,plantant. Hæc circumcirca depafcentes, fruticantesque intorquent & fuffocant vrbes. Lepores ferunt parere fimul & lactare & fuperfœrare. Maftigiatum & barbarorum horum credita prius quam concipiant,pariunt. Quoniam fimul atq; dant, repetunt:fimul atq; ponunt,tollunt:ac fœnori dant, quod capiunt ex fœnori dato. Refertur apud Meffenios:

Porta eſt pro porta,tamen eſt quoque & altera porta.

De fœneratoribus item dici poterit:

Vſura eſt pro vſura: vſura quoque altera reſtat.

Et phyficos fcilicet derident,quod dicăt hi,ex nihilo nihil gigni. Apud hos ex eo,quod neq; eft, neque exiftit,editur vfura:ac publicani munus, qui vectigalia exigit, infame habent, quod eft lege permiffum: ipfi interim contra ius, dum fœnerantur publicanos agunt. Vel potius,vt vere dicam,in fœnerando debitores defraudant. Qui enim accepiffe fcribit, cum minus acceperit,in eo defraudatur. Mentiri Perfæ fecundum delictum ducunt. Primum æs alienum conflare:quod mentiri quoque folent debitores crebro. Cæterum plus mentiuntur fœneratores, & mala fide agunt:qui in diurnis fuis fcribant,huic tantum fe expenfum ferre, cum numerent minus. Quod mendacium ex lucri auiditate nō ex neceffitate oritur:non ex inopia,fed ex profunda rapacitate:cuius eft ieiunus ipfis & fterilis finis,perniciofus læfis. Neq; enim arua, quæ extorquent debitoribus, colunt: neque in ædibus illorum, quibus exigunt eos,commorantur:neque menfas apponunt, neque veftibus eorum vtuntur:verum vt primus periit, alterum venantur inefcantes. Quippe depafcitur ignis modo feritas horum,glifcens pefte & contagione,fortunifque euerforum alium ex alio exhauriens. Hanc qui excitat & alit in multorum perniciem fœnerator,nihilo eft beatior: nifi quod calendarium in manus fumat legatque, quam multos fubhaftauerit & ciuitate pepulerit, vnde coactum & accumulatum, vbi collocatum fit argentum. Neque hæc commemorare exiftimare me, quafi fœneratoribus bellum indixerim. Siquidem nunquam boues meos vel equos abduxerunt:verum vt oftendam illis, qui tam prōre contrahunt debitum, quam hæc probrofa res atque illiberalis fit: atque extremæ dementiæ molliriæque effe fœnerari. Habes? ne fœnereris quia non vrgeris inopia: Non habes? ne fœneris. Neque enim diffolues,atque ita vtrunque feorfum expendamus. Cato fenior cuidam improbo: Heus tu quid fenectutem, inquit, multis alioquin obnoxiam malis oneras infuper improbitatis nota. Nec tu quoque multis infeftam malis paupertatem obtue, quas fœnebris pecunia & æs alienum fecum trahit,difficultatibus:neque paupertati, qua fola præcellit opulentiæ,eripe animi tranquillitatem. Ridiculum enim fuerit,quod prouerbio dicitur: Capram portare non valeo, imponite mihi bouem. Paupertatem qui ferre nequeas, fœneratore te ipfe oneras fafce vel locupletibus ponderofo. Qua igitur ratione tolerabo me? Hoccine rogas? Sunt tibi manus,funt pedes, eft vox,homo es: cui eft hoc infitum,vt diligar & diligatur: vt beneficus fit, & beneficium accipiat. Ludum aperi, age pædagogum,age ianitorem,nauiga, renauiga. Horum fœdius vel triftius nihil eft,quam audire: Solue. Rutilius ille Romę compellans Mufonium:Iupiter feruator, inquit, Mufoni, quem tu fectaris & æmularis, pecuniam fœnebrem non fumit. Cui Mufonius arridens: Nec fœnebrem, inquit, dat. Rutilius enim, qui fœnus ipfe exercebat exprobrauit ei,quod æs alienum contraheret. Quam eft Stoica hæc infania? Nam quorfum attinet,vt Iouem Seruatorem è cœlo detrahas: cum ftatim commonere liceat ante oculos pofitorum. Non fœnerantur hirundines,non formicæ: quibus natura non manus,non fermonem, non artem tribuit. Homines autem ex profufo ingenio ob folertiam non neceffario alunt equos,canes,perdices,lepores,graculos. Cur igitur de teipfo cōquereris,quafi graculo indocilior,perdice magis murus,cane ignauior: nullum vt in homine præfidium pofitum habeas,fouendo,oblectando,ftipando,protegendo. Viden, tellus quantam copiam fuppeditet,quantā æquor? Atqui Mycilum afpexi, inquit * Crates, lanam carminantem,& vxorem vna carminantem,communique pugna famem propulfantes. Cleanthem rex Antigonus,cum eum longo interuallo vidiffet Athenis,rogauit: Molis adhuc Cleanthe? Molo,inquit,rex,quod facio,quo victum quæram folum, nec defiftam philofophari. O ingentes huius viri fpiritus: qui ex piftrino & mactra manu piftoria & molendinaria de diis, Luna, fideribus,& Sole fcripfit. Nobis hæc feruilia munera videntur. Ergo vt liberi fimus, ære alieno facto hominibus feruilibus adulamur, affectamur eos, ad cœnam vocamus, munera damus,vt vectigales eis fimus, non inopiæ caufa (Nemo enim fœneratur pauperi) fed propter luxum. Nam fi in neceffariis ad vitam acquiefceremus,non effet fœneratorum natio,vt non eft Centaurorum neque Gorgonum. Cæterum inuexerunt fœneratores non aliter quam aurifices,vafcularios,vnguentarios,& pigmentarios deliciæ. Neq; enim ob panis vel vini precium vfuram

* Alii Socrates.

vsuram debemus: sed ob villarum, mancipiorum, mulorum tricliniorum & mensarum: sed dũ munera ciuitatibus effuse damus in munificentiis sterilibus & ingratis ambitiosi. Semel qui est impeditus, manet perpetuo debitor, vectoremque alium ex alio frenati equi more mutat. Non patet eis ad pascua & prata refugium, sed vagantur, vt Empedoclis illi ab diis exacti & cœlo delapsi dæmones:

Illos æthereum robur compellit in æquor,
In tellurem æquor, rapidos hinc euomit illa
In Solis radios, hic obiicit ætheris orbi.

Alius ex alio excipit fœnerator vel negociator, Corinthius mox Patrensis, post Atheniensis: dũ 10 ab omnibus arrosus in vsuras dissoluatur & frietur. Nam sicut resurgar oportet is, qui in lutum cecidit, aut maneat in eo. Quippe qui versat & volutat in eo se, humidum corpus & madens limo inuoluit copiosiore: sic dum in transcribendis & mutandis nominibus versuram faciunt & grauioribus vsuris se intricant, semper euadunt ponderosiores, nec differũt à cholericis: qui cum non admittant curationem, & quod est præscriptum, reiiciunt, assidue plus bilis coacervant. Etenim nolunt hi purgari: sed dum perpetuo singulis temporum articulis cum dolore & stimulis vsuram pensitant: affluente mox alia & vrgente iterum nauseant & grauedine torquentur: cum oporteret dimisso fœneratore puros se ac liberos reddere. Nam mihi hic cum lautioribus res est & delicatioribus, qui aiunt: Ergo seruis, penatibus, & tecto carebo? Quasi ad medicum dicat valetudinarius, qui hydropisi laborat & turgescit: Ergone macer fiam & exuc- 20 cus? Quid ni, vt integra valetudine sis? Tu item careas seruis, ne seruus sis, & possessionib⁹, ne te possideat alius. Audi vulturum dictum: Vomenti alteri, qui dixit viscera se sua reiicere, assistens alter: Bono animo es, inquit. Non viscera tua reiicis, sed cadaueris, quod modo laniauimus. Nec prædium suum quisquam debitor vel propriam vendit domum, sed creditoris, cui ea mancipauit lege. At ex patris hereditate, inquit, hoc mihi venit prædium. Nempe libertatem quoque ingenuitatemque dedit pater, quas facere te decet pluris. Pedem item & manum genitor creauit tuus: verum vbi emarcuerunt, mercedem dat præcidenti. Vlyssem Calypso amiciuit,

Vestimenta illi iniiciens fragrantia corpus
Immortale:

30 quæ redolebant illius amicitiæ dona & pignora. Sed cum fracta naui demersus ægre caput ex vndis attollere ob vestem madidam & grauem valeret: exiuit eã proiecitque: ac fascia fectus nudum subcinxit, enatauitq; in terram. Qui vt conspectus fuit, ac periculo exemptus: neq; vestem neq; victum desiderauit. Quid autem, iactanturne tempestate debitores, quando instat post interuallum fœnerator, qui dicat: Solue:

Sic fatus nubes cogit, simul æquora miscet,
Vna Eurusq; Notusq; ruunt Zephyriq; furentes,

mergentibus vsuras vsuris. Ille dum obruitur fluctibus opprimentibus adhæerescit, nec enatare vel effugere potest, sed profundo mergitur peritque eum amicis sponsoribus. Thebanus Crates, qui à nullo appellabatur creditore, neq; obæratus erat: sed ipsis rei familiaris procurationi- 40 bus, curis, & negociis solicitabatur: patrimonio suo octo talentorum relicto obsoletum pallium & peram sumpsit, refugitque ad philosophiam & paupertatem. Anaxagoras agros suos desolatos reliquit. Sed quid hos commemorem: cum poëta Philoxenus deducta in Siciliam colonia sortem accepisset facultatesque ad vitam tuendam domum opulentam: luxui autem & voluptati incolas deditos & abhorrentes à Musis videret: Non medius fidius, inquit, hæc bona me perdent, sed ea ego: relictaq; aliis sorte sua nauigauit ex Sicilia. Hi vero sustinẽt & ferunt in ære alieno esse, flagitari à se, vectigales esse, seruire argento emungi, ac Phinei modo harpyas pẽnatas alere. Fœneratores autem auferunt & rapiunt escam nondum maturam; sed ante messem emunt frumentum, & ante vindemiam vinum & oleum nundinantur: Liceor, inquit, tanti: referensq; in tabulas precii partem persoluit. Interim
50 pendet adhuc vua, & viti Arcturum manens adhæret.

considerare atque expendere caput & statum causę: sed tantum excerpat non satis recte prolatas aliquas dictiones, quæ orationis cursus impetus æstus secū rapuit, simul influentia & effusa cum reliquis concionatoris verbis videat. Cæterum nihil nos reflectit, non coloris læta facies, non concinnæ gratia vocis, non animi solertia, non in victu mundicies, non acuminis miserorum præstantia: sed modicæ carnis causa eripimus eis animam, Solem, lucem, vitæ à natura definitum spacium. Itane, quas mittunt tremulas voces, inconditas ducimus, non deprecationes, non obsecrationes & causationes cuiusque allegantis. Non deprecor necessitatem tuam, sed luxum. Vt vescaris, interfice: sed vt lautius vescaris, noli me interimere. O immanitatem! Horrendum est, vel videre appositam mensam hominum diuitiis circumfluentium, coquos adhibentium: qui popinas ex mortuorum dapibus instruunt: horrendius autem, quæ tolluntur, videre. Plura enim supersunt, quam quæ sunt consumpta. Ergo ne perierunt hæc nequicquam? Iam alii parcentes appositis non sinunt præcidi & dissecari deprecantes carnes, cum tamen viuentibus non pepercerint. At accepimus allegare illos ducem se naturam sequi. Atqui alienum à natura homini esse carnes vorare, primum ex opificio liquet corporis. Nulli enim assimile est corpus humanum natura carniuororum. Non sunt ei labra adunca, non cuspidati vngues, non dentes asperi, non firmus venter, non feruidus spiritus, qui conuertere & conficere carnis pondus valeat: sed à primo natura eius dentium mollitie, oris angustia, lingua delicata, & spiritu ad peragendum cibum languido abdicat carnis cibum. Sin natum te ad huiusmodi escam esse contendis: quo vesci libet, id ipse mactato per temetipsum non exhibito gladio vel baculo, vel securi: verum quomodo lupi, vrsi & leones, quibus pascuntur, ea necant ipsi, interfice morsu bouem, vel ore suem, vel agnum & leporem lania: Rape ac vescere adhuc spirans, vt illa. Quod si manes, dum expirauit, quod gulæ destinasti: & deterret anima præsens te, ne fruaris carne, quid contra naturam voras exanime? Atque adeo ne exanimi quidem vescatur vllus & extincto, ita vt est: verum elixant, assant, versant igne & medicamentis interpolantes & vertentes & circumagentes condimentis infinitis animantem occisam: quo delusus admittat gustus id, à quo abhorret. Ac sane lepidum est illud Laconis: qui emptum in stabulo pisciculum dedit, vt pararet, stabulario. Cui caseum, acetum, & oleum postulanti: Equidem si hæc, inquit, haberem, piscem non essem mercatus. Nos vero vsque adeo in lanienis delicias agimus, vt carnem nominemus pulmentum, mox pulmenta ad carnem quæramus, addamusque oleum, vinum, mel, garum, acetum, ac condimentis Syriacis & Arabicis quasi reuera funus cadaueris procuramus. Etenim ita resoluta, macerata, & quodammodo putrefacta ægre valet venter conficere: quę etiam quando confecit, mire corpus grauant ac morbificas excirāt cruditates. Sustinuit vorare Diogenes crudum Polypum, vt ad concoquendum ignis subsidium summoueret. Circumsistentibus sacerdotibus & magna corona populi cum iniecisset capiti pallium, admouens ori carnem: Vestra causa, inquit, discrimini me obiicio & periculo oppono. Præclarum pro sancte Iupiter periculum. Nempe non vt pro Thebanorum libertate, quomodo Pelopidas, vel quomodo Hermodius & Aristogiton pro Atheniensium, obtulit in discrimen pro aliis vitā philosophus: qui cum polypode crudo, vt vitam humanam efferaret, colluctabatur. Itaque carnis vsus non solum alienus est corporibus, sed & animos gula & popinatione crassescere facit. Siquidem vinum & carnis ingurgitatio corpus validum & robustum reddunt, animum debilitant. Ac ne in Athletas incurram, domesticis vtar exemplis. Nos Bœotos Attici pingues, insulsos, & stupidos popinationis gratia vocabant. Nimirum isti sunt sues. Et Menāder: Qui buccas habent. Item Pindarus: Buccę inde splendor. At animus siccus ex Heracliti sententia sapiētissimus videtur. Quippe dolia inania pulsata resonant, plena non respondent pulsantibus. Lebetes subtiles clangorem vndique reddunt, quoad obsepias eas manu, vagante plaga. Oculus nimio humore redundans hebetatur, nec munus suum implere valet. Solem cœlo humente & crassis terræ respirationibus obducto non liquidum, non splendidum, sed mersum caligine & instabiles radios cernimus reddentem. Perinde corpore turbido & ex ganea cibis degrauato naturæ suæ non conuenientibus splendor animi lumenq; præstringatur & obnubiletur necesse est, vageturq; & rapiatur ad tenues & spinosos rerum fines: quod fulgore & vigore careat. Præterea assuetudo ad humanitatem quam est insignis? Quis enim violate hominem in animum induxerit, qui in malis alienis & peregrinis tam se gerat leniter & humane. Subieci nudiustertius inter disserendum Xenocratis dictum, atque Athenienses ei, qui viuo arieti tergus detraxerat, mulctam dixisse. Non est autem meo iudicio terrior, qui viuum torquet, eo qui vitam extorquet & occidit. Cæterum magis scilicet rebus mouemur inusitatis quam à natura abhorrentibus. Atque hæc quidem tunc pinguius disputaui. Ad arduum illud & arcanum atque incredibile ignauis hominibus, vt ait Plato, & caduca cogitantibus caput dogmatis verior hic sicut nauem in tempestate nauicularius mouere vel machinam in theatro, dū scena traducitur, attollere poëta. Non ab re fortassis fuerit tamen Empedoclis verba præludere & præcinere: quibus

obscure significat animas hic ideo, quo carnificinæ, voratæ carnis, & pastus ex mutuis cædibus pœnas exoluant mortalibus corporibus esse illigatas. Quanquam hæc videatur doctrina esse vetustior. Nam fabulis quæ prodita sunt de Liberi discerptis membris, de Titanum carniuorũ admissis in eum facinoribus, horumque suppliciis è cœlo ictorum: ea alteros narales repræsentant. Siquidem animi nostri partem rationis expertem, turbulentam, violentam, non diuinam, sed dæmonicam antiqui appellauerunt Titanas: quæ quidem eius est, qui punitur & pœnas pendet.

PLVTARCHI

10

De esu carnium oratio posterior.

AD marcidum carnis esum recentem inuitat oratio mentem nostram & contentionem. Siquidem lubricum est, vt Cato ait, apud carentes auribus dicere ventres: & poculum confusum consuetudinis haustum est, sicut illud Circes, cruciatus, dolores miscens luctusque dolosque. Nec carnis manducandæ hamum euellere luxu mersis & confixis expeditum est. Quando recte faceremus, si vt Ægypti exemptum exanimatis corporibus ventrem atque ad Solem suspensum proiiciunt vt omnium hominis offensorum semen: item nosipsi gula & laniena execta reliquam vitam lustraremus. Quatenus non est 20 pollutus per se aluus, verum polluitur ab intemperantia. Verum enimuero si vel in potestate nostra non est, vel consuetudine pudet nos innocentiæ: peccemus cum ratione. Voremus carnes, sed fame non luxu impulsi. Mactemus animantem, sed miseratione & dolore moti, non per insolentiam, vel cruciatum: vt nunc fere faciunt: dum hi in necando suem candente veru trãsfigunt, quo ferri tinctura extinctus sanguis & diffusus delicatiorem & teneriorem reddat carnẽ: illi in partui vicinarum suum insiliunt vbera eaque calcibus cædunt, quo sanguinem, lac, & tabum partuum simul elisorum inter puerperii dolores subigant (pro Iupiter piacularis) & vorent, quod in animante maxime est corruptum. Alii gruum & olorum consuunt oculos, inclusosq; tenebris saginant, vt monstrosis misturis & conditionibus certis carnem eorum apparent. Ex quibus perspicuum est potissimum, non cibarii eos, non penuriæ vel necessitatis causa, 30 sed ex satietate, insolentia, & luxu flagitia in delicias vertisse. Ac quomodo lasciuus in fœminis libidine exariata omnia experiens & vagans in nefanda scelera recidit: ita intemperantiæ in pastu quando fines semel egressæ sunt naturales & necessarios, immanitate & scelere interpolant appetentiam. Quippe sensus alter alterius ægritudinem sentit, trahitque vnus alterum, vbi modum à natura præscriptum transilierunt, in eandem lasciuiam. Sic æger auditus musicã vitiauit: qui delicatus in mollitiam prolapsus fœdas frictiones & titillationes quæsiuit muliebres. Hæc visum docuerunt pyrrichas fastidire chironomiasque & cæteras elegantes saltationes, statuas item & picturas: cædem autem mortemque hominum & vulnera & pugnas spectaculum ducere exquisitissimum. Perinde comitantes sunt insolentibus mensis concubitus petulantes, fœdæ Veneri acroamata obscœna, cantilenis & auditionibus lasciuis spectacula 40 monstrosa, spectationib. immitibus indolentia & sæuitia aduersus homines. Hinc diuinus ille Lycurgus in tribus legum suarum tabulis, quas dixit rhetras, sanciuit: vt serra & securi fores ædium struerentur & fastigium, neque instrumentum afferetur aliud: non profecto quo terebris & asciis aliisque, quibus opus intestinum fieri solet: bellum indiceret: sed quod sciret per huiusmodi opera non illaturum te in ædes lectulum inauratum: neque animum inducturum vt in tectum sordidum argenteas importes mensas, tapetes purpureas gemmas preciosas: verũ consentaneam esse domicilio, lecto, mensæ, & calici tali etiam cœnam frugalem & prandium commune: rudimentum autem peruersi victus

Vt pullus haud lactatus equi cursum assequi

solet, sunt delitiæ & luxus. Quæ est ergo sumptuosa cœna, cuius gratia nõ mactetur quicquam 50 quod animatum sit? Exiguumne impendium ducimus animam. Neque iam dico matris vel patris, vel amici vel filii, vt Empedocles prædicauit: at sensus consortem, at visus auditus, visionis, intelligentiæ: quam ad parandum id quod sibi est conueniens, & declinandum, quod alienum, vnicuique est natura largita. Dispice autem, vtrum melius mansuefaciant quam philosophi illi, qui liberis & amicis, qui parentibus & cõiugibus vesci velut mortuis præcipiunt, an Pythagoras & Empedocles consuefacientes nos, vt erga alios quoque animantes præbeamus nos iustos. Tu quidem subsannis ab oue temperantem. At nos dicent quando extincti patris cõtemplamur vel genitricis resecantem membra, atque amicis mittentem absentibus, præsentes autem inuitantem, ac mensam carnibus instruentem large, nonne ridebimus? Imo nunc

quoq;

quoque fortassis incurrimus, cum contrectamus hosce libros quod non prius manus, lumina, pedes, aures expiauerimus. nisi sane illorum est expiatio de his disserere dulci, vt Plato ait, oratione, quæ auditionem falsam eluat. Quod si libros & sermones inter se contendas, illam philosophiam Scythis, Sogdianis, & Melanchlenis esse credas scriptam, de quibus scribens fide caret Herodotus: hæc Pythagoræ & Empedoclis dogmata priscorum fuerunt Græcorum leges, ex quibus vitam suam instituebant & tuebantur. Nempe nihil nobis iuris cum brutis intercedit. Qui ergo hoc postea cognouerunt?

Ante alios gladium funestum qui fabricare
Ausi sunt, primiq; bouem gustare iugalem.

10 Hac ratione ordiuntur carnificinam tyranni. Quemadmodum enim initio peremerunt Athenis ex delatorib. teterrimum, qui mereri videbatur, alterum item ac tertium. Post ex hac assuetudine Niceratum aspexerunt trucidari Niciæ filiū, Teramenem ducem, & Polemarchum philosohum: Ita immane quodpiam primum & perniciosum animal pro cibo sumptum, inde auis vel piscis irretitus: ac gustu ira in illis versata iniuria ad bouem aratorem, ad ouem, quæ nos vestit, ad domus custodem gallinaceum processit: ac sic pedetētim ad homicidia, cædes, & bella est progressa. Cæterum etiam si quis insuper demonstrauerit alteris in natalibus vti promiscuis animas corporibus: ac quod nunc ratione est præditum, post euadere rationis expers: viceque versa mite, quod modo est ferum (Natura enim cuncta conuertit ac domicilium commutare cogit carnis peregrina operiens tunica) non cohibetur tamen effrenata libido: neq; ideo, quod & corpora morbis implicet & degrauet, animumq; ad bellum per summam iniuriam præcipitem labefactet: quando receptum apud nos est citra cruorem & lanienam non inuitare hospitem, non nuptias agitare, non conuiuium præbere amicis. Quamuis autem argumentum illud immigrare iterum in corpora animas non mereatur fidem, hic scrupulus tamen magnam habet cautionem & religionem, ceu si quis in prælio exercituum nocturno militi strato, cuius sit corpus armis contectum, intentans gladium audierit quem dicentem, haud certo quidem scire se, arbitrari tamen & putare eum, qui iaceat, filium ipsius esse, vel fratrem, vel patrem, vel contubernalem, vtrum hic præstiterit, suspicionine vt fidem falsæ adiungat, atq; ita missum faciat pro amico hostem, an vt postmissa incertitudine familiarem vt hostem trucidet? Hoc nā omnes ferebimini durum. Iam vide quoq; Meropen ex tragœdia, quæ in filium ipsum, vt per-

30 custorem filii securim sustollit cum hisce dictis,

Hanc commodiorem ego plagam tibi adfero:

quantum in theatro erigat motum exurgens ad cædem trepidationemque, ne retinentem præuertat senem, atq; adolescentem vulneret. Quod si alter senex astitisset, qui diceret, feri, hostis est: alter è diuerso: Caue ferias, filius est: Vtrum peccatum grauius foret, nō vlcisci filii causa inimicum, an patricidium concipere filii ex bile in hostem. Itaque quotiescunque nullum subest odium, nulla, quæ ad cædem nos impellat ira, neque vindicta, neque de nobis metus, sed voluptatem capimus ex victima, quæ resupino collo procumbit, tum dicat philosophus hic: Cæde, animal est rationis expers: Ille, Sustine te. Quid si propinqui alicuius, vel Dei huc immigrauit

40 anima. Par hercle & simile periculum est, sic carne vesci non deterrear, ac si non credam iugulare me natum meum vel alium necessarium. Iam vero pugnam hanc pro esu carnium non possunt Stoici sustinere. Quis ille helluo in ventrem & culinam? Quid autem isti, qui voluptatem ad fœminas relegant traducuntque, vt quæ non sit in tetum bonarum numerum, neque præcipuarum, vel naturæ conuenientium referenda, tantopere sectantur ea, quæ ad voluptates pertinent. Atqui consentaneum erat ipsis, vnguentum si conuiuio & secundas mensas exigunt, plus auersari cruorem & carnem. Nunc perinde ac si philosophos agant in febre diaria, sumptū detrahunt cœnis in superuacaneis & inutilib. immanitatem luxus & carnificinam non reiiciunt. Sane vero, inquit, nihil nobis cum brutis intercedit. Nec vero cum vnguentis, respondeat aliquis, nec cum exoticis bellariis. Sed & hæc auersamini, vt voluptatem infrugiferam nec

50 necessariam prorsus repellatis. Verum enimuero hoc quoque iam dispiciamus, nullo iure nos cum bestiis coniungi, non tamen argute neq; captiose: sed motus nostros intuentes, nobiscumque humanitus agentes & disceptantes.

PLVTARCHI

De non irascendo Commentarius, nobili & strenuo viro, Theodorico à Pallandt, domino de Bredembent, præfecto cubiculi illustrissimi Ducis Iuliacensis, & Cliuensis, ac satrapæ VVassenburgi, inscriptus.

10

RECTE mihi videntur Fundane pictores facere, qui opera sua interposito spacio prius, quam extremam manum his imponant inspiciunt: quod dum auertunt visum suum, frequenti iudicio nouum faciant, quo acrius exiguum exploratur discrimen, quod claudit assiduitas & assuetudo. Quoniam vero fieri non potest, vt quis recedat a temetipso, retrahatque sensum ab assiduitate, & per intercapedinem ad se accedat: verum hoc illud est, quod maxime reddit quemque deteriorem sui quam aliorum iudicem: proximum sit contemplari per interuallum amicos, seque illis comparare: non solum an consenuerit cito, & corpore rectius vel peius habeat: verum etiam animi tenorem & mores intueri, ecquam dies virtutem conciliarit aut ecquod deterserit vitium. Equidem qui Romam, iam annus est alter, delatus sum, ac mensem hunc quintum egi tecum: bonorum, quæ tibi ex præclara indole suppetunt, incrementum & accessionem non vsq; adeo mirum existimo factam tantam. At feruorem illum & ardorem bilis cernenti mihi ita lenitum & rationi obsecundantem redditum venit in mentem dicere,

Pro sancte Iuppiter, quam nunc es mollior.

Hæc autem mollitia non ignauiam nec dissolutionem, sed sicut terra subacta placiditatem & firmitatem comparauit strenuam ad agendum pro impetu illo & præcipitantia. Hinc liquet non ex languore aliquo ex ætate excandescentiam illã, neq; sua sponte deferuescere, sed præceptis salubribus curari. Et quidem (verum enim apud te dicam) familiarem nostrum Erotem, hæc nobis cum exponeret, ea, quibus ornatus non esses, sed quibus ornatum deceret esse optimum quemq; ex beneuolentia in te sua tibi tribuere, suspectum habebam: quamuis homo sit, vti nosti, haudquaquam factus ad aliquid contra animi sententiam gratiæ tribuendum. Cæterum est nũc ille falsi testimonii absolutus. Tu vero, quando suppeditat et tibi ocium, explica nobis tuam ipsius quasi medicinam: qua vsus animi ardorem adeo mansuetum, expeditum, placidum, & rationi obtemperantem reddidisti. Quin tu quoq; propensissime in nos Sylla vide, ne ipse etiam beneuolentia in nos & amore nonnullis vitiis nostris conniueas. Amori enim, qui ne ipse quidem retinet subinde constantem in Suada Homerica animi impetum: sed improbitatis odio asperiorem, videri nos probabile est mitiores: quomodo in diagrammatum variationibus netæ aliquæ apud alias netas hypatarum accipiunt locum. Neutrum horum Fundane est. Tu vero da hoc nobis, vt, quod postulo, facias. Sane ex Musonii bonis, quæ memoria teneo, vnum Sylla est, oportere eos, qui volunt incolumes esse, medicinis perpetuo adhibendis viuere. Neq; enim vt veratrum censeo eiiciendam vna cum morbo, quæ opitulata est, doctrinam, verum debet hæc animo inhærens retinere & conseruare iudicia. Quandoquidem cibos salubres æmulatur non medicamenta vis eius: quæ cum secunda valetudine habitum conciliat bonum iis, quibus consueuit. Admonitiones vero & correptiones, quæ feruescentibus & tumescentibus adhibentur perturbationibus animi, leuiter proficiunt & ægre: nihilq; inter eas & odorata interest, quæ comitiales erigunt collabentes, non expediunt morbo. Quanquam cætera, quo tempore gliscunt, cedunt vtcunq;, præceptaq; succurrentia foris in animum admittunt, bilis non, vt Melanthius ait:

20

30

40

Agit ira dira, sede mentem vbi expulit:

50

sed domo eiicit semel atq; excludit: vt illi, qui vna cum ædibus seipsos inflammant, cunctaq; tumultu, fumo, & strepitu complet interiora, vt succurrentes neq; videat, neque audiat. Iraque citius in tempestate & in alio destituta nauis recipiat externum gubernatorem, quam præcepta aliena fluctuans in bile & ira homo, nisi mentem suam habeat concinnatam, admissurus sit. Verum sicut illi, qui obsidione manent, spe deposita externa cogunt & accumulant necessaria: Perinde excandescentiæ remedia potissimũ procul sunt ex philosophia petenda atq; in animũ deportanda: quod cum instat tempus necessarium, non facile importare ea aliunde valeamus. Neq; enim audit æstus causa animus accita, nisi velut hortatorem intus habeat doctrinam propere

pere se aperientem percipientemq; singula, quæ percipiuntur. Cùm iam audierit, ea, quæ submissim & leniter dicuntur, contemnit, in acrius instantes exasperatur. Etenim insolens cum sit & præfracta, & omnino aliis obnitatur excandescētia, sicut munitus dominatus, domi habeat oportet & ex sinu suo euersorem. Atq; assiduitas quidem fellis & stomachari frequenter, habitum animo prauum inducit, quem iracundiam appellant. Ea in excandescentiam, acerbitatē & morositatem exit, & quando exulceratur, fit irritabilis animus & querulus quauis de causa: vt ferrum tenue & debile, quod acuitur. Quod vero è vestigio obsistit bili eamq; reprimit iudiciū: hoc non in præsenti modo medicinam facit, verum etiam in posterum obfirmat animum, eiq; callum obducit. Mihi certe idem accidit, postquam bis vel ter occurri iræ, quod Thebanis. Qui
10 vt semel impulerunt eos: qui inuicti habebantur, Lacedæmonios, nulla post in pugna eis succubuerunt. Quippe consilio intelligebam me obtinere victoriam posse. Porro videbam iram non modo suffusa delinere, vt Aristoteles scripsit, aqua: sed & timore admoto restingui, & vero etiam oblato repente gaudio, vt extat apud Homerum, hilarata est & diffusa multis bilis. Itaq; mihi visus est non prorsus deploratus volentibus sane hic animi morbus. Neq; enim semina semper habet magna & firma: sed & dictum & iocus & risus & nutus & eius generis multa complures inflammant: sicut affata consobrinam Helena:

Electra prælongo tu virgo tempore:

concitauit eam, vt diceret,

20 *Sero sapis, tunc qua liquisti turpiter*

Domum.

Item Alexandrum Callisthenes: qui cum circumferretur ingens calix, ait: Nolo Alexander hoc hausto opus habere Æsculapio. Vt igitur flammis bilis accensam leporinis & papyro & palea facile est opprimere: quæ si amplexa sit solidi quid & firmi, cito corrumpit & dissipat,

Sublata sursum fabrorum sublime opus:

vt Æschylus ait. Ita qui intendit animum initio iræ, quæ pedetentim ex loquacitate & vernilitate aliqua circulari fumat & exardescit, non multum habet negocii: verum sæpe tacendo tantum vel negligendo eam sedat. Nam & ignem, qui non præbet ei materiam, extinguit: item i-
30 ram qui non alit in principio neq; infit seipse, deuitat eam & opprimit. Quapropter non subscribo, quamuis multa frugifera alias dicat & moneat. Hieronymo: vbi non nascentis sentit, sed natæ & existentis esse sensum iræ propter pernicitatem. Siquidem nulla inter animi perturbationes collecta & concitata ortum habet adeo manifestum & incrementum: vt sane Homerus prudenter docet, qui repente frementem, simul atque auribus eius dictum accidit, facit Achillem: dum ait:

Sic fatum dolor hunc atro velamine texit.

Indulgentem iræ cunctanter Agamemnonem, ac multis verbis accensum. Quæ si quis eis initia subtraxisset & præcidisset: non haberet accessum contentio tantum neq; molem. Hinc So-
40 crates, quoties commoueri aduertebat se in amicum asperius,

Maris velut rupem obiiceret fluctui,

remittebat vocem, arridebat vultu, & intuitu vtebatur leni: itaque vergendo alteram in partem atque in cōtrarium animi motum se torquendo stantem & infractum se conseruabat. Est namque mi Sylla prima quasi tyranni deiectio iræ, non parere neque audientem esse imperanti, vt vociferaris, torue intuearis, cædas teipsum: sed quiete agas neque magis sicut morbum irrites corporis iactatione & planctu ægritudinem. Nam actiones amatoriæ comessando, cantando, & fores coronis ornando relaxationem quodammodo habent non inurbanam & inscitam:

Vt veni, non clamaui, neq; quis, neq; cuius:

Oscula sed chara libaui: iniuria si hæc est,

50 *Admissam fateor per me.*

Ac lugentes, cum indulgent comploratui & lamentationibus, multum mœroris vna cum lachrymis eiiciunt: Ita vero iis, quæ agunt & loquuntur illi, qui in ea perseuerant, etiam atque etiam exeitatur. Nihil igitur præstat, quam refugere, abdereque se, & decurrere tanquam in portum in quietem, sicut si ingruentem morbum comitialem sentiamus, ne concidamus vel potius incurramus. Incurrimus autem præcipue & plerunque in amicos. Neque enim omnes diligimus, neq; omnibus inuidemus, neq; omnes formidamus. At iræ intactum & sanctum est nihil, verum exardescimus in amicos iuxta atq; in hostes, in liberos, in parentes, & in deos hercle, in bestias etiam & surda vasa, vt Thamyris,

Auro illigatum qui fregit cornu,

Qui fidibus tensam fregit lyram.

Et execratus in caput suum Pandarus:

Ni tela combussisset fracta sua manu,

Xerxes etiam æquori stigmata & verbera inflixit, atq; ad montem misit epistolas: Noli diuine Atho qui nubes attingis vertice, operib. meis præbere lapides vastos & parum tractabiles: Alioquin ipsum te exscindam & in altum proiiciam. Quippe multa habet ira terrenda, multa etiam ludicra. Quocirca supra omnes animi ægritudines odio venit & contemptui. Vtrunq; autem habere ex vsu est meditatum. Igitur ego certe, quam recte haud scio, hanc medicinam auspicatus, sicut in Ilotis Lacedæmonii vinolentiam, quæ sit iram in aliis exploraui. Ac primum, vt ait Hippocrates, perniciosissimum esse morbum, in quo ægroti dissimilimus sui sit vultus: sic cum cernerem ex ira exeuntes è potestate magnopere vertenteſq; obtutum, colorem, incessum, vocem: velut huius ægritudinis imaginem ob oculos mihi ponebam sane grauiter ferens, si tam toruum offerre me aliquando amicorũ, vxoris, filiarũ paruularũ oculis, nõ modo aspectu trucẽ & insocialem, sed & vocem sæuam asperamq; mittentem: sicut alios contubernales meos offendebam non tenorem animi, non faciem vel sermonis Veneres, non gratiam vel comitatem in consuetudine valentes ira impediente retinere. Ac C. quidem Graccho oratori, qui & ingenio erat duro & commote dicebat, parata erat fistula, qua vocem harmonici leniter huc illuc per tenores ducunt. Quod tenens seruus eius, qui, dum diceret, à tergo assistebat, tenorem remittebat mollem & placidum: quo vociferantem reuocabat, asperitatemq; & fremitum detrahebat illius voci. sicut

Compacta per ceram modulatur fistula

Dulces modos cicada,

demulcens & sopiens illius oratoris iram. Mihi vero si contingeret scitus & lepidus comes: nõn moleste ferrem, quod offerret in bile mihi speculum, vt aliquibus offerunt nullo cum fructulo tis. Se autem contemplari ipsum tumultuantem & de gradu deiectum, ad huius mali insectationem non parum refert. Etenim Mineruam aiunt iocantes, cum tibia caneret, à Satyro admonitam non paruisse:

Te dedecet facies hæc, pone tibias:

At arma sumas, componasq; tibi genas:

Sed cum in amne quodam in vultus sui speciem spectasset, pertæsam tibias proiecisse: quamuis deformitatis habeat illa ars dulce modulamen solamen. Marsias corio circumligauit os, ac sic spiritus impetum compressit, faciemq; composuit, & intexit eius fœditatem.

Ast hirsuta auro redimiuit tempora laui,

Lorisq; os rapidum retro tensis religauit.

Enimuero inflans ira & distendens faciem fœde multo vocem turpiorem edit & infestiorem.

Chordas mouens immotas in præcordiis.

Mare, cum ventis intumescens muscum & algam eiicit, purgari dicunt. Quæ vero euomit commoto animo ira importuna, amara, & inepta verba, ea primis illis, qui hæc dicunt, labem imponunt ac diffamant eos: quasi hæc semper contineant in visceribus, eisq; affluant, detegantur autem ab ira. Hinc rei leuissimæ, vt Plato ait, sermonis, grauissimam mulctam pendent: quod inimici, maledici, & maleuoli habeantur. Hæc contemplanti atq; obseruanti vsuuenit mihi statuere & reputare multum conducere in febre, sed plus in felle mollem retinere & æquabilem linguam. Siquidem febricitantium lingua, si à statu naturali discessit, signum malum non causa est. Ita percitorum exasperata & impura, cum erumpit in verba importuna, irreconciliabilis inimicitiæ authorem & odii retrusi indicem euomit contumeliam. Nihil enim vinum adeo effrene & tædiosum, vt ira effert. Hæc enim temperata cum bile sunt, illa cum risu & ludo sicut melle. In compotatione qui silet, ingratus est conuiuis & molestus. In ira contra nihil decorum magis quam si silentium fit, quod valeat admonere ambos

In pectore vt refrenent iram futilem.

Neque hoc solum considerare licet oculos intentos in ira percitos habentibus: verum etiam naturam discere iræ reliquam, non generosam, non virilem, non prudentia vel magnanimitate præditam esse. At vulgo apparet commotionem eius esse strenuitatem, vim minacem fidentiam, contumaciam, fortitudinem. Nonnulli & immanitatem pro granditate in agendo, implacabilitatem pro constantia, morositatem pro improbitatis odio non recte habent: Facta enim, motus, & gestus abiectum animum & imbecillem arguunt: non tãtum quando pueros vellicant, & aduersus mulieres fremunt: canes, equos, mulos puniendos putant sicut pancratiastes Ctesipho mulam cædere inuicem volebat: verum etiam per carnificinas tyrannicas debilitas eorum animi in acerbitate, atque in agendo perpessio elucens serpentum germana est morsibus: qui quando ex dolore exarserunt, flammam effundunt acriter in eos,

in eos, qui ipsos stimulauerunt. Nam vt est ingentis carni inflictæ plagæ affectus tumor: ita in mollissimis animis ad offensionem propensio elidit bilem ex impotentia maiore maiorē. Hinc fœminæ sunt viris iracundiores, ægri valentibus, senes iuuenibus, felicibus infortunati. Quippe iracundissimus est in dispensatorem auarus, in coquum ganeo, in vxorem zelotypus, ambitiosus, quando audit male. Longe vero sunt flagrantissimi, qui honores in ciuitatibus ambiunt, aut seditionem moliuntur,

Molestia est qua splendida: vt ait Pindarus:

Ita ex animi offensione & perturbatione exurgit potissimum propter mollitiam iræ, non neruis, vt quispiam ait, animi similis, sed intensionibus & conuulsionibus, quæ in vindictæ appeti- 10 tionibus feruidius insurgant. Atq; exempla praua spectaculum præbuerunt non gratum, sed necessarium tantum. At in iis, qui leniter & mansuete in ira se gerunt, multa cum auditu tum spectatu quam optima petens occipio despicere istos, qui iactant,

Quando virum læsisti, vir ferendus est. Et hoc,
Age insile in collum pedibus, quin insilis
Terra propinqua.

& cæteros stimulos: quibus sunt qui fel ex gynæcio in andronem parum rectè transferunt. Cōcinens cætera fortitudo cum iustitia, de sola digladiari mihi cum ea videtur mansuetudine vt sibi competente potius. Homines enim superare & deterioribus præstantiores obtigit. Verum 20 enimuero trophæum statuere de ira, cui arduum esse ait repugnare Heraclitus: Quippe quodcunque lubet, licetur anima: ingentis est & victoriosæ firmitudinis: quæ consilium sicut neruos & lacertos reuera aduersus perturbationes animi habet. Quocirca colligere assidue & legere laboro non hæc scilicet tantum philosophorum, quos ferunt, qui sapiunt, esse bilis expertes: sed illa magis regum tyrannorumque, ceu Antigoni hoc ad milites: qui cum eos in tentorio ipsum proscindentes quasi remotum audisset, sublato baculo interpellans eos foris: Pape, inquit, non longius aliquo digressi me lacerabitis. In Arcadionem Achiuum, qui semper Philippo obtrectabat, monebatque profugere, dum ventum esset eo, vbi nemo Philippum cognosceret, post autem aliquando fuit in Macedonia conspectus, amici consulendum censebant, nec incuria id transmittendum. Philippus vero benigne appellatum lautiis & donis prosecutus iussit eis deinceps requirere, quid de se ille apud Græcos prædicaret. Vt omnes testimonium de- 30 derunt, laudari ipsum ab eo mirifice: Medicus ergo, inquit, sum ego, quam vos melior. In certamine Olympico cum probra in eum iacerentur, ac dicerent quidam piacula à Græcis, qui Philippo pro beneficiis maledicta redderent, exigenda: Quid ergo, inquit, si fuerint à nobis violati, agent? Laudatum & Pisistrati illud in Thrasybulum, Porsenæ in Murium Scæuolam, & in Philemonem Magæ: qui publice in comœdia per eum in theatro perstrictus:

Ab rege litera veniunt tibi Maga,
Non didicisti infelix litteras Maga.

Cum hominem cepisset in eam aram tempestate actum, militi imperauit, vt stricto gladio cer- 40 uicem eius tangeret tantum, mox abscederet modeste: præterea talos & pilam ei vt carenti mente puero misit, missumq; fecit. Ptolomæus grammatici inscientiam irridens, qui esset Pelei pater, sciscitatus est. Cui ille: Si tu mihi prius, inquit, qui Lagi. Dictum hoc mordebat genus regis sordidum. Ibi stomachabantur omnes, rem indignam esse, quam ferret. At Ptolomeus: Nisi ferre, inquit, dicterium, nec iacere regium est. Acerbius quam pro suo ingenio cum Callisthene & Clito Alexander egit. Nam Porus captus petiit ab eo, regaliter vt secum ageret. Rogante illo: Nunquid amplius? In verbo regaliter, inquit, omnia insunt. Itaq; deorum regem benignum alii, Athenienses μειλίχιον, ni fallor, id est, mitem appellant: Carnifex animus furiosus & pestifer, non diuinus est neq; Olympius. Quare vt de Philippo, cum Olynthum deleuisset, quidam dixit: At condere vrbem non valeat ille tantam: ita iræ dicas licet: Proruere vales, con- 50 uellere, & dissipare: excitare, seruare, parcere, tolerare placidi animi & indulgentis moderatiq;, & Camilli, Metelli, Aristidis & Socratis est: fodicare & mordere formicæ & muris. Quin etiam cum simul vindictam respicio, si ira in consilium adhibeatur, parum fere reperio effici, ac omnē effundi mordicandis labiis, stridore dentium, vanis incursibus, & maledictis, quæ stultas minas habent, ac mox, vt in cursibus pueri, quod moderari sibi nequeant, ante metam quo contendunt, prolabuntur ridiculi. Hinc non male Rhodius ille ad ducis Romani lictorem vociferantem & ferocientem: Non laboro tu quid dicas, sed quid ille taceat. Neoptolemum Sophocles & Erypylum cum armasset,

Hic tela torsit conuitiis vacantia
Armorum in orbes æreorum.

Siqui-

Siquidem ferrum nonnulli barbari veneno inficiunt. At fortitudo non quærit fel. Tincta est enim consilio. Bilis vero & insania fragilis & flaccida est. Detrahunt etiam præliantib. Lacedæmonii per tibias iram: Musisque ante bellum sacra faciunt, vt consilium eos ne destituat: neque auersos hostes insectantur: sed reuocant iram vt modicos gladios reductu promptam & expeditam. Ira vero ante vltionem multos oppressit, ceu Cyrum & Thebanum Pelopidam. Agathocles, cum insultarent ei obsessi, tulit id leniter: ac eum quidam iactasset: Vnde mercenario militi figule stipendium numerabis? arridens: Hac, inquit, si potitus fuero. Antigono ex muris deformitatem improperabant. Quibus ille: Equidem mihi formosus videbar. Vrbe capta vendidit derisores istos, testatus si postea insultarent sibi, apud eorum dominos se de eis conquesturum. Venatores etiam video atque oratores ira impulsos vehementer impingere. Scribit Aristoteles Satyri aures, cum causam diceret, amicos eius obturasse: ne confunderet rem ex ira, si conuitio ab inimicis proscinderetur. Et nos ipsos sæpe destituit facultas seruum coërcendi, qui peccauit. Quippe minarum metu & obiurgationis fugam consciscunt. Vt igitur pueris nutrices dicunt: Ne plores & accipies. Idem ad iram non abre dicendum: Noli properare, noli vociferari, noli vrgere: ita citius rectiusque votum assequere. Nam cum filium pater conspicit tentantem quid persecare vel diffindere, capit ipse ferrum atque id agit. Bili item si vltionem eripueris, ipse ex tuto citra noxam, & cum fructu expetes pœnas à merito, non à temetipso, vt ira loco illius frequenter. Porro cum perturbationes animi requirant omnes assuetudinem, quæ quasi domet, & infringat meditatione brutam & contumacem animi partem: non ad aliam magis quam ad iram exercere te in seruis valeas. Neque enim inuidia, vel timor, vel ambitio incessat te aduersus illos: sed creber stomachus sæpe incurrens & cespitans: qui ex potestate vt in solo lubrico nemine obsistente aut retinente rapit transuersum. Quandoquidem nequeas in perturbatione, quin aliquo incurrat, inhibere licentiam: nisi multa potestatem constrinxeris placiditate, multasque sustinueris voces vxoris & amicorum languorem & socordiam exprobrantium: quibus in seruos ipse quoque maxime exarsi: quod non puniti labefierent. Sero tandem perspexi: primum illos patientia facere deteriores præstare, quam amarulentia & felle inuertere ad alios corrigendos semetipsum. Deinde cum cerno complures, quia non coërceantur, sæpe verentes malos esse; immutandique se ex venia potius quam ex supplicio capientes exordium: & vero aliis ex nutu obedientes & promptius, quam per verbera & flagra aliis seruientes: induxi in animum consilium quam iram imperare rectius. Neque enim, vt ait poëta:

Vbi metus est, simul est verecundia.

Imo contra reuerentibus castigans infunditur timor: at assidua atque inexorabilis mulcta non tædium infundit committendorum scelerum, sed fallendi potius prospicientiam. Tertio reminiscens semper atque animo mecum versans, vt is, qui sagittare nos docuit, non mittere tela prohibuit, sed non irrita mittere: sic neque morati punitionem, si doceatur quis in loco, moderate, commode & decenter hoc agere, iram amputare tendo, non eripiendo iis, in quos animaduerto, causificationem, sed eis aures præbendo. Nam & tempus perturbationi moram affert & cunctationem iræ discutientem, & iudicium tum rationem decentem tum modum congruum inuenit piacula exigendi. Adhæc nihil relinquitur causæ pœnas pendenti ad renitendum castigationi: si non per iram, sed plectatur reuictus: nec macula illa adest iustiorem causam afferre seruum quam dominum videri. Quomodo igitur Phocion ab Alexandri decessu obsistens Atheniensibus, ne motum concitent, neque cito fidem adhiberent: Si hodie, inquit, Athenienses ille mortuus est, etiam cras erit & perendie mortuus. Perinde opottere arbitror vnumquemque, qui per iram ad exigendum piaculum properat, sibipsi suggerere: Si hodie noxam illam admisit, & cras & perendie erit admissa: neque iactutam importat vllam, si pœnas serius exoluet: verum si propere, semper apparebit mulctatum nihil secus admisisse, quod quidem crebro accidit. Quis enim nostrum vsq; adeo est acerbus, vt vindicet in seruum, eumque flagellet: quod quinto aut decimo iam die pulmentum adusserit, aut mensam euerterit, aut exaudierit segnius. Atqui hæc sunt, quibus modo admissis & recentibus tumultuamut, exacerbamur atque implacabiles sumus. Quandoquidem vt per nebulam corpora, ita res per iram apparent grandiores. Quocirca decet statim replicare similium memoriam: atque vbi extra hanc ægritudinem citra vllam suspicionē positus eris, si menti liquidæ & trāquillæ videatur factum fœdum corrigere, neq; proiicere tunc vel effundere vindictam sicut cibum fastidio captos. Nihil enim æque in causa est, vt supplicium in ira repræsentetur: ac quod, cum deferbuerit, omittatur & animus ad id languescat: idemque ei vsuueniat ac feriantibus remigibus, qui tranquilla in statione sunt, inde periculo se committunt flante vento. Siquidem consilio contempto vt languido & molli in puniendo assilimus ad illud bile præeunte quasi procelloso flatu. Quippe cibum, qui esurit, secūdum naturam adhibet: supplicium recte, qui

qui non famescit, neq; sitit id, neq; ira sicut pulmento ad exigendũ eget piaculum: verũ quando est ab appetendo remotissimus, adhibens consilium necessario. Neq; enim, vt Aristoteles tradit flagellari suo æuo seruos ad tibiam solere: sic pto oblectamento oporret explere se atque gestire vindictæ vt deliciarum appetentia: atq; vbi vindicaueris, pœnitere: quotum est hoc muliebre, illud beluinum: sed remoto dolore & libidine consilii tempore pœnam persequi, non relinquentem iræ occasionem. Atq; hæc quidem haud esse iræ medicina videbitur, sed offensarum in ita cuiuspiam repulsio & declinatio. Quamuis etiam lienis tumor accessorium est febris malum, lenitus tamen febrem remittit, vt est Hieronymus author. Cæterum ipsius quidem iræ cum contemplaret originem: alios aliis de causis in eam delabentes cernebã: quibus pene
10 omnibus despici se & vilescere opinio obiicitur. Quaproptet orantibus iræ veniam subuenire debemus, factum quam remotissime à contemptione & audacia auocantes, & amentiæ vel necessitati vel ægritudini animi vel infortunio id expensum ferentes, vt Sophocles:

Non mens eo statu remanet, quo floruit
O rex in hisce, quos malorum pondera
Grauiter premunt, sed linquit afflictissimos.

Et Briseidis ablationem Ata ascribens Agamemnon, tamen

Mox placare cupit cumulataq; munera ferre.

Etenim deprecari non est despicientis: ac demissum cum præbet se, qui iniuriam imposuit, diluit contemptus suspicionem. Hoc vero operiri non oportet irascentem: verum Diogenis il-
20 lud: Hi te derident Diogene: At ego non derideor: sibi assumere, nec fastidiri existimare se, sed potius illum fastidire: tanquam imbecillitate vel offensione, vel præcipitãtia, vel socordia, vel rusticitate, vel senio, vel iuuenili ætate titubantem. Famulis certe atque amicis ea sunt condonanda omnino. Namq; non vt languidos & molles: verum ob lenitatem & beneuolentiam hi vt diligentes, illi vt faciles paruipendunt. Nunc non in vxorem modo & in seruitia & amicos, quasi contemptui habeant nos, incendimur: verum etiam cauponibus, nautis, mulorum curatoribus temulentis subinde ex bile, qui cõtemptui esse nos putamus, infesti sumus: in canes itẽ allatrantes asinosq; excandescimus incurrentes: sicut ille, qui asinarium cædere volebat: Quo exclamante, Ciuis Atheniensis sum: Tu quidem, inquit, ciuis non es Atheniensis, asinum pulsans multaq; verbera ei incutiens. Sane perpetuas crebrasque & minutatim collectas in animo
30 iras potissimum amor sui morumq; peruersitas cum delicata mollitia tanquam apũ vel vesparum examen in nobis generant. Quocirca nullum facilitate est & simplicitate ad placiditatem erga seruos, coniugem, & amicos compendium maius modicis esse valenti contento, nec multa & superuacanea requirenti:

At qui haud satis coctis satisue assis, neq;
Magis minusue, nec conditis inter hæc
Capitur, ea vt commendet.

Sed si desit nix, non bibit, neq; ex forõ panem edit, neq; pulmentum gustat ex vasibus communibus vel figlinis, neq; in strato quiescat nisi turgido, vt in mari per imum agitato: virgis autem ac verberibus seruos administratores vrget cum cursu, clamore, & sudore velut inflammationũ
40 cataplasmata ferentes: is vitæ seruiens delicatæ, iurgiosæ, & querulæ, tanquam ex tussi perpetua vel offensionibus frequentibus imprudens vlcerosam & destillantem in animi principatu affectionem efficit. Itaq; assuefaciendum corpus per frugalitatẽ ad facilitatẽ, vt paucis acquiescat. Quippe qui paucis indigent, non frustrantur multis. Neq; ab re sit exorsum à mensa æquo animo frui rebus præsentibus: neq; multum stomachantem & stendentem odiosissimũ ferculum obiicere sibi atq; amicis iram:

Haud quaquam existat res cœna ingratior vlla,

si adusti causa cibi, aut fumi, aut desiderii salis, aut panis frigidioris vapulent serui, vel contumeliæ vxori dicantur. Inuitauerat Arcesilaus cum aliquot hospitibus amicos. Cum apposita esset cœna, panis deerat, quos emere pueri neglexerant. Qua de causa quis nostrũ parietes clamore
50 non dissipasset? At ille leniter arridens: O dii immortales, inquit, vt est facilis conuiua sapiens. Cum Socrates ex palæstra Euthydemum exciperet, accedens ira flagrante Xanthippa contumeliasq; ingerens ad postremum euertit mensam. Ibi subito exurrexit Euthydem⁹ ac se subduxit. Cui Socrates: Nonne apud te nuper, inquit, auis quædam se intulit, quæ idem egit, nec tamen indignabamur nos? Oportet comiter, facete, & hilariter amicos accipere, non contrahẽtes supercilia, neq; horrorem & tremorem ministris incutientes. Assuescendum item instrumentum populariter admittere quodlibet non hoc magis quam illud vsurpare: sicut nonnulli, qui ex magna copia vnum diligunt cantharum, vt de Mario proditum est, vel patheram, neq; ex alia bibãt. Perinde in lecythis & strigilibus se habent, delectati vno ex omnibus: inde eliso ex his aliquo vel amisso grauiter ferunt & puniunt. Temperandum est igitur manciparo iiæ ab

d raris

raris & exquisitis, ceu poculis, sigillis, & gemmis preciosis. Dimouent enim de statu animum, vbi perierunt, plus quam si parabilia essent & quotidiana. Qua de causa cum tabernaculum Nero octangulum mirum elegantia & splendore spectaculum parauisset: Ostendisti te ipse, inquit, pauperem Seneca. Quippe hoc si perdideris, tale haud cōparabis aliud. Et vero ita accidit, vt merso nauigio tabernaculum periret: Ac Nero Senecæ memor tulit id moderatius. Porro æquanimitas in rebus lenem reddit & placidum etiam erga seruos. Si erga seruos, plane erga amicos quoque & subditos. Videmus etiam mancipia nuper comparata de emptore quærentia: non an superstitiosus neque an liuidus, sed an iracundus sit: Breui cum felle neq; castitatem viros coniugum, neque vitorum amorem vxores sustinere valentes, neque consuetudinem mutuam amicos: adeo neq; nuptiæ neq; amicitia cum ira tolerabilis est. Cæterum remota ira vel vinolentia res est leuis. Siquidem Liberi patris ferula satis magnus est ebrii vindex: nisi accedens bilis O mestem & Mænolem eum pro Lyæo & Choreo reddiderit. At qui insaniā quidem per se solam Anticyra procurat: confusa vero cum ira tragœdias edit & fabulas. Decet autem locum ei ne per ludum quidem dare, quod simultatem in suauem consuetudinem inuehat: neq; in colloquio: qui ex festiua sermocinatione efficit cōcertationem: neq; in iudicando, contumeliam enim potestati allinit: neq; in erudiendo, nam animi parit deiectionem odiumque literarum: neq; afflante fortuna, quandoquidem inuidiam fermentat: neq; ea reflante, siquidem miserationem tollit, quando stomachantur & obluctantur ipsorum casum dolentib. vt Priamus: 15

Ite procul Troes prauum genus, ite nefandi
Vsq; adeo à luctu vobis domus exulat, vt me
Nunc releuaturi adsitis? 20

At comitas his succurrit, illa ornat, alia hilarat: vincit lenitate bilem & morositatem omnem: sicut Euclides: qui cum frater ei ex iurgio diceret: Dispeream, nisi te male mulctem: Ego vero dispeream, inquit, nisi te reconciliem. Ita pudore iniecto eū repressit & immutauit confestim. Polemon lacerante conuitiis eum quodam qui gemmarum erat studiosus, & in sigilla preciosa permotus, respondit quidem nihil, sed in vnum sigillum intentus erat & oculos defigebat. Eo iste delectatus: Noli ita, inquit, Polemon, sed id ad Solem specta, ac longe tibi præstantius videbitur. Aristippus, cum aliquid simultatis ei cū Æschine intercessisset, ac dixisset quispiam: Vbi nunc vestra Aristippe consuetudo? Dormit, inquit: cæterum ego eam suscitabo: ac profectus ad Æschinem: Itane tibi prorsus, inquit, miser videor & deploratus: vt correptioni non sit apud me locus? Tum ille: Non est, inquit, mirum: si, qui in omnibus natura me excellis, etiā hic, quid rectum sit, prior videris: 30

Etenim horridum haud tantum mulier aprum, sed &
Puer manu pusillus molli confricans
Inclinet omni luctatore facilius.

At nos, qui feras bestias cicuramus, mansuefacimusque luporum catulos, & catulos leonum in vlnis ferimus: liberos, amicos, familiares ex ira extrudimus, in seruos & ciues bilem vt bestiam emittimus, interim parum recte id specioso nomine improborum odiū appellamus, sed nimirum vt perturbationum & ægritudinum animi aliarum hanc prouidentiā, illam liberalitatem, aliam religionem dum vocamus, nullam exuere valemus? Et quidem quomodo prædicauit genituram Zeno mixturam esse & temperamentum animæ facultatum ab eis auulsum: perinde apparet omnium miscellaneum esse iram semen. Siquidem à tristitia voluptateq; & insolentia abstracta est, atq; ab inuidia mutuatur maleuolentiā, cæde vero etiam terrior est. Elaborat enim non, ne quid ipsa accipiat incōmodi, verum vt alteri infligat. Ex libidine, quod eius tristissimū est, habet infusum. Siquidem libido est alterum offendendi. Ideo cum profusorum nepotum domos accedimus: tibicinam audimus de mane, & cœnum, vt quispiam ait, vini, coronarum fragmenta, & nauseabundos ad fores cernimus ministros. Amarulenti producuntur & morosi seruorum facie, notis, & compedibus. 40

Semper canens Cocytus solus in domo
Ira patentis incidit viri: 50

dum castigantur intus dispensatores, ancillæ torquentur: vt dolorem iræ in libidinibus & voluptatibus miseriecordiam capiant spectantes. Enimuero si qui teucra ex sceleratorum odio incenduntur subinde ira, his est impotentia eius detrahenda, & ne quid nimis vna cū flagranti de familiaribus fide. Hæc namque quæ causis alias iram intendit: si quando qui aut bonus est habitus, competitur improbus, aut amare visus simultatem suscepit vel iurgium. Meum quidem ingenium nosti profecto quantis momentis ad beneuolentiam hominum & fidem propensum sit. Ergo sicut illi, per inane qui ingrediuntur, quocunque magis applico ad diligendum animum meum, impingo magis, & cum falsus sum, angor. Vt euellam quidem ex animo meo immo-

immodicum motum & facilem ad amandum, non est iam in manu mea: sed ad non fidendum effuse, vtar fortasse freno Platonis cautione. Etenim Heliconē mathematicū ita prædicare ait se vt natura versatile animal: atq; eductos in vrbe probe, vereri ne, qui homines sint & ex semine nati humano, detegant aliquando naturæ frugalitatem. Sophoclem, dum ait,

Si excusseris, pleraq, offendes turpia.

nimium apparet nobis insultare ac corripere nos. Verum tamen morosum hoc & querulum iudicium iras præstat faciliores. Furibundū est enim, quod repentinū & in expectatum est. Adhibendus autem, vt etiam ait Panætius, Anaxagoras: atq; vt ille in filii morte memorauit, Noueram mortalem me genuisse, hoc exacerbantibus vnusquisq; occinere debemus peccatis. Noueram sapientem non mercarum me seruum. Noueram amicum me non parasse vitio liberum omni. Noueram vxorem me fœminam duxisse. Quod si illud quoq; Platonis perpetuo assonet sibi: An ne ego fortasse sum talis? atq; ita ab externis reputationem intro reflectat, criminationibusque interserat metum: non admodum vsurpabit improbitatis in alios odium, cum magna venia sibi esse opus videat. Nunc nostrū quisq; in stomachando & pœnis exigēdis Aristidis voces & Catonis obiicit. Ne fureris, ne mentiaris, quid torpes? Et quod omnium profecto est turpissimum, irascentes increpamus cum ita: & si quid per bilem est titubatum, id bile vindicamus: non vt medici amaro amaram eluunt medicamento bilem, sed amplius intendimus eam, magisq; ac magis turbamus. Quæ cū perpendo, simul aliquid annitor curiositatis meæ discutere. Quippe arguta vbiq; sedulitas, atq; inuestigare omnia, omneq; excutere negocium famuli, actum amici, studium filii, susurrum vxoris, iras affert multas & assiduas & quotidianas: quarum est morositas & acerbitas caput. Ac

Deus quidem, vt ait Euripides, *tantum permagna suscipit,*
Verum quod est paruum, fortunæ delegat.

Ego vero nihil fortunæ permittendum arbitror, vel oscitantem esse hominem cordatū debere: sed credenda & mandanda alia curæ vxoris, alia seruorū, alia amicorū, tanquā procuratorum, qui Imperatoribus imperant, & rationibus præfectorum dispensatorumq;: ipsi vero præcipua curanda & summa. Siquidem vt minutæ literæ visum, sic res exiles magis intendentem fodicāt & turbant iram, quæ motem prauū ad maiora sumit. Super omnia igitur Empedoclis dictum magnum duxi & diuinum, abstinere vitiositate. Commendabam & illa vt non in elegantia neq; indocta in precibus vota, vt annum venere temperemus & vino, temperantia Deum colentes, aut alias per statum tempus abstistamus mendacio nobisipsis attendentes, vt & in iocis & in sertis simus omnibus veraces. Hinc accomodaui his animum meum, quasi non minus sit pium: vt festos dies primum ab ita tanquillos aliquot quasi siccos & abstemios transigerem, tanquam ferias agerem sobrietatis, & melle libamina facerem: inde mensem, post duos meditando paulatim tempore progrediebar promouens tolerantiam omnibusq; vnguiculis incumbens & custodiens cum laude placidum meipsum & sedatū, mundumq; à verbis impuris & rebus tetris & ab omni animi perturbatione: quæ exiguæ gratia voluptatis & sordidæ æstus ingentes & pœnitentiam secum trahit fœdissimam. Ita etiam Deo aliquo, ni fallor, opitulante declarauit iudiciū illud vsus, hanc tranquillitatem, mansuetudinem, & comitatem nulli esse familiarium adeo benignam, gratam & iucundam, vt his ipsis, qui eis sunt præditi.

PLVTARCHI

De inuidia & odio Commentariolus.

ITA quidem nihil videtur inter inuidiam & odium interesse, sed rem esse eandem. Breui enim quasi vndique hamatum vitium comitantibus ei animi perturbationibus huc illuc agitatum varie eas inter se connectit & complicat: quæ morborum ritu consentiunt mutuo aliæ aliarum æstibus. Siquidē cui affulget fortuna: hic iuxta eum, qui odit ipsum & qui inuidet, pungit. Quocirca appositam ambobus existimamus beneuolentiam, quæ voluntas est bene cupiens proximis: atq; inuidere idem esse quod odisse: quod contrariam amori mentem habeat. Cæterum qui non ita idem affinitates, vt diuersum esse ostendunt disparitates, ex his rem scrutemur atq; inuestigemus, ab ortu exorsi harum perturbationum. Gignitur odium ex eo, quod opineris eum, quem odisti, esse vel in vniuersum vel aduersus te improbum. Qui enim affici se arbitrantur iniuria, hi solent odio habere: & alias iniuriosos vel improbos detestantur, & sunt eis infensi. Inuident duntaxat illis, quib' res secundas putant fluere. Hinc esse inuidia infinita videtur, quæ sicut lucis oculorum perturbationes ad omnem splendorem exturbetur. Odium limitibus est circumscriptum certis, effunditurque in certa sibi subiecta. Deinde flagrat etiam odium aduersus rationis expertes animātes. Etenim

mustellæ & cantharides aliquibus odio veniunt, rubetæq; & serpentes. Germanicus galli gallinacei neq; vocem neque aspectũ ferebar. Magi apud Persas mures interficiunt, quasi & ipsi eorum odio teneãtur, & abhorreat ab eis Deus. Quippe Arabes pene omnes & Æthiopes eos abominantur. Inuidet vere homini tantum homo. Iam bestias inuidentia mutua non est laborare probabile. Siquidem non cadit in eos opinio aliam in secundis vel aduersis rebus esse: neque mouet eos gloria vel infamia, qnibus exasperatur inprimis inuidia. Oderunt vero inter se, infestæ sunt, & persequuntur bello nonnullas velut insidas. Bellant inter se aquilæ & dracones, cornices & noctuæ, pari & spini adeo, vt horũ ne sanguinem quidem interfectorum prædicent cõmisceri: & si confuderis: dissociet se fluatque seorsum. Metito etiam leoni in gallinaceum, elephanto in aprum metum generasse ingens odium. Quod enim timent, id natura oderunt. Quare hoc etiam modo discedere ab odio apparet inuidiam: quod hanc non capiat bestiarum ingenium, illius sit capax. Adhæc inuidetur nulli iure. Nemo enim ideo iniuriam facit, quod felix sit: ob id tamen subeunt homines inuidiam. Contra odio sunt multi merito, vt quos odiosos dicimus: nisi fugiant improborum consuetudinem, neq; eos execrentur, vel alieno ab eis animo sint. Magnum huius argumentum est: quod odisse malos fateantur se aliqui, inuidere nemini dicunt. Siquidem odisse malos laudabile est: ac fratris filium Lycurgi Carillum, qui Spartæ regnabat, mitem virum ac lenem cum laudibus nonnulli ferrent, collega eius: Qui vero, infit: probus sit Charillus, qui ne peruersis quidem est infestus? Thersitisq; Homerus corporis fœditatem multis partibus atque vndequaq; effinxit, ingenii vero peruersitatem succinctissime vnico expressit versu:

Æacidæ inprimis erat atq; infestus Vlyssi.

Siquidem inimicitias cum præstantissimis gerere effusa quædam est improbitas. At Inuidere se eunt inficias. Qnod si coarguantur, mille velamenta prætexunt, & irasci allegãt se vel formidare hominẽ vel odisse, inuidiamq; quouis alio ægritudinis vocabulo obumbrant ac tegũt: quasi sola hæc inter animi ægritudines arcana sit. Quare perturbationes hæ ex iisdem necesse est, vt plantæ, vt non alantur & increscant, neque comitari solent inter se. Quippe vt quisque maxime glisci improbitate, ita maxime eũ oderunt. Inuident maxime illis, quos florere potissimum ex virtute putant. Ita iuuenis etiamnũ Themistocles nihil agere dixit se præclari. Nondum enim inuidia laborare. Siquidem vt cantharides potissimum adultum frumentũ & adultas rosas inuadunt: ita inuidia præcipue probatos ac virtute inclarescentes indoles & personas appetit: Vice versa summæ peruersitates ex se alunt odium: Ac Socratis quidẽ delatorum, vt quorum ab alio nemine superati improbitas posset, tantum ciues odiũ susceperunt, adeoq; sunt eos auersati: vt neq; ignem eis accendere, neque respondere interrogantibus, neq; in communionem venire vellent cũ eis aquæ in balneo, sed cogerent eos, qui affundere eam solent, quasi pollutã effundere: quoad, cum non ferrent ciuium illi odium, se ipsi strangularunt. At rerum secundarum amplitudo & splendor sæpe inuidiam opprimit. Neq; enim Alexandro vel Cyro credibile est rerum potitis & omnium dominium fortitis quenquã inuidisse: sed quomodo Sol, quando capiti nostro imminet, demittens lucẽ vmbram vel semel tollit, vel tenuem reddit: haud aliter vbi elata est in celsitudinem felicitas ingentem, & caput superauit inuidiæ contrahitur hæc ac recedit collucens, odium non eleuat inimicorum sublimitas & opes. Ita Alexander, qui inuideret, nullum habuit: qui odissent multos: quorum insidiis tandem periit. Similiter sinistra fortuna mitigat inuidos, inimicitias non tollit. Sunt enim vel in fractos inimicos suos infesti, cum nemo cum calamitoso æmuletur. Imò vero, quod à quodã memoriæ nostræ sophista est telatũ, inuidentes libenter capi misericordia, verum est. Ita est hoc quoq; inter ista vitia discrimẽ grãde: quod odium neq; florentibus rebus vtentes neq; diris relinquere soleat: inuidia cum vtræq; in summo sunt, elanguescat. Iam vero id ipsum ex contrariis magis hoc pacto spectem». Simultates & odium deponunt, quando vel nulla se re probatum eis est violatos esse, vel bene sentire de illis, quos oderant vt improbos, cœperunt: vel denique aucti ab eis sunt beneficio. Siquidem nouissimum beneficium, vt Thucydides ait, & si minus sit, in loco tamen collocatum magnam culpam extergere valet. Quorum primum non tollit inuidiam. Quippe certe à principio nulla se lacessitos iniuria, æmulantur. Reliqua etiam eam inflammant. Illis enim, qui boni habentur, inuident impensius: quod scilicet maximum bonum virtutem obtineant. Quod si beneficium à fortunatis acceperint, angunrur, inuidentes eis tum voluntatem tum facultatem. Siquidem est hæc felicitatis, illa virtutis, bona autem vtraq;. Quare est prorsus diuersum ab odio vitium inuidia: quandoquidem quibus illud placatur, iis hæc stimulatur & irritatur. Postremo consiliũ & libidinem ipsam vtriusq; vitii consideremus. Eius, qui odit, malo afficere cõsilium est: ac vim odii hoc modo definiunt, affectionem & libidinem esse malo afficere nocentem. Inuidia certe eo vacat. Multos enim ex sodalibus suis & familiaribus non velint inuidi perditos vel afflictos, tantum res eorum lætas moleste ferunt, obsistuntq;, si queant, eorum gloriæ ac splendori: calamitatis

mitatis vero duriotis non fint eis authores: ſed ſicut ex ædificio excelſiore, vbi id quod luminibus ſuis officit, detraxerint, conquieſcunt.

PLVTARCHI
De tarda Dei vindicta Commentarius.

ITA Epicurus Cyni fatus, antequam quiſquam reſponderet, cum nos ad porticus terminum veniſſemus, ſubduxit ſe. Nos qui aliquantiſper ſtupebamus hominis importunitatem, taciti atq; intuentes inter nos reſtitimus, inde repetiuimus priorem deambulationem. Mox princeps Patrocleas: Quin igitur, inquit, ſi ita videtur, quæſtionem hanc deponimus, aut diſputationi ab illo inductæ tanquam præſente & non præſente reſpondeamus. Hic occurrēs Timon: Atqui nec ſi telo incuſſo, inquit, recepiſſet ſe, relinquendum ſit inflictum. Nam Braſidas recepta ex corpore lancea eadem vulnerauit & peremit eum, qui miſerat. Nos vero vt vlciſcamur non eſt operæ precium eos, qui ineptam ne an falſam quæſtionem in nos coniecerunt. Sat eſt iis, ſi opinionem iſtam prius, quam fœdat, explodem⁹. Quid igitur, inquam ego, potiſſimum ex dictis pepulit vos? Multa enim cumulauit, nihil ordine tamen: cæterum hinc inde aliud atque aliud vellicans homo quaſi bile quadam & maledicto prouidentiam repudiauit. Ibi Patrocleas: Tarditas, inquit, & cunctatio in exigendo ab improbis ſupplicio Dei inprimis mihi abſurda videtur, ac nunc ex hiſce diſputationibus recens mihi & noua eſt opinio obiecta. Iampridem autem auribus audiui parum ſecundis Euripidis dictum:

Cunctatur, ingenioq; talis eſt Deus.

Et quidem cum nulla in re eum minime aduerſus prauos homines decet ſocordē eſſe Deū: cū non ſint ad mala illi infligenda ſegnes vel lenti, ſed torrenti ardore ad lædendum ferantur. Atqui illatam iniuriam, vt Thucidides ait, proxime accolens vltio obſtruit viam iis, qui in ſecūdo curſu ſunt improbitatis. Nullum enim tardum nomen adeo vt pœnæ flacceſcentem ſpe & abiectum reddit eum, qui violatus eſt, contra inflat ferocia & audacia improbū. At quæ perpetratis facinoribus occurrunt expedite piacula: hæc & conſequentes ſiſtunt iniurias, & læios maxime leniunt. Nam me quidem etiam dictum, cum id memoria repeto, torquet Biantis. Siquidē ait, vt opinor, ad flagitioſum quempiam, vereri ſe, non ne pœnas pendat, ſed ne ipſe non aſpiciat. Quo Meſſeniis, qui ante ſublati fuerant, Ariſtocratis ſuppliciū qui proditione in prælio de Cypro admiſſa, cum ea clam plus viginti annos fuiſſet, & tanto ſpacio regnum Arcadum tenuiſſet, poſt pœnas pependit deprehenſus, quo tempore illi extincti erant. Aut quod Orchomeniis qui liberos, amicos & familiares amiſerant à Lyciſco proditos, attulit leuamē morbus, qui multo interuallo corripuit eum, & corpus eſt depaſtus: cum aſſidue hic demittens & immergens in flumen pedes diris execrationibus cōputreſcere ſe proditionis & ſceleris admiſſi cauſa iuraret. Nam Athenis impiatorum corpora proiici & cadauera exterminari ne filiorum quidem filiis aſpicere licuit illorum, qui iugulati fuerant. Quare friuole ad deterrendum à ſceleribus hæc Euripides adducit:

Adiens nihil læſit, ne formidaueris,
Alludit hepati, nec inter cæteros
Iniuſtum humanos: ſed ſilet, lento & pede
Gradiens ſibi malos oblatos punit.

Nempe nō alia, verū hęc ipſa veriſimile eſt ſibimetipſis malos ad aggrediēda flagitia ſubiicere & monere: quod iniuſtitia fructum extemplo maturum & certū præbeat, pœnas ſero, quæ multum lente voluptatem ſequatur. Hæc vt Patrocleas recenſuit, excipiens Olympiacus: Illæ vero, inquit, quantum habent Patroclea Dei in his cunctationes & ceſſationes abſurdi: quod fidem tarditas prouidentiæ abroget, & quia afflictio ſimul atque admiſſum quodque flagitium eſt homines profligatos non perſequitur, ſed poſt, cum iam id pro infortunio habent: calamitatem eam non ſupplicium vocant: Ita non emendantur: quod mordeant quidem eos caſus ſui, non pœniteat eos tamen commiſſorū. Vt enim præſens pœna offenſam, & noxā inſectans plaga & aculeus corrigit & ad officiū retrahit: vellicationes vero caſtigationis & correptionis ſerotinæ & procraſtinatæ, alterius gratia citius quā inſtituendi fieri videntur, atque hinc modere non docere ſolent: Perinde ni mulctetur & reuocetur, vbicunq; titubarit & incurrerit improbitas, haud temere ad mentem redeat, ſummittat ſe, vel formidet Deū vt aſſiſtentem humanis factis & cladibus non lentum ſupplicii exactorem. Enimuero quæ ſenſim & ſegni pede, vt Euripidis verbis vtar, & temere incumbit malis vincta, ea fortuito potius quā ex prouidentia eueniendi habet cæcitatem, intercalationem, & confuſionem aſſimilem. Quare non video, quod com-

pendii ferat,ſi qui ſero in piſtrinum,quod vocāt,dedantur deorū,vnde obſcura exiſtat vindicta & improbitatis terror elangueſcat. His dictis cum ego rem mecū conſiderarem: Timon: Vtrū, inquit,ego quoq; imponam ſermoni huic faſtigium, an aduerſum hæc eum digladiari prius ſinam? Quid vero,inquam ego,attinet tertium fluctum aggerere,atq; inſuper inundare diſputationem,ſi prima nequit ſummouere vel elidere obiecta. Primum itaq;,vt quaſi à radice auſpicemur,patriam Academicorum religionē,qui ſibi aliquid hic explorati dicere videntur,ſummatim deguſtemus. Grauius eſt enim,quam ſi de muſica eius rudes & de militari pagani diſſerant: ſi nos,qui homines ſumus,diuina fataliaque negocia exacte perueſtigemus, ſicut imperiti artificum mentem ex opinione & mentis conceptu per coniecturā venantes. Nam ſi medici ei,qui imperitus eſt,conſilium diuinare arduum eſt:cur nō ante,ſed poſt ſecuerit: neque heri lauerit, ſed hodie. Multo minus de eo procliue aut fixum fuerit mortali afferre aliud:quā, cum articulum illi improbitati medicinam faciendi optime nouerit remedium eum cuiq; adhibere punitionem,quæ nec modum grauitatis communem,neq; tempus vnum & idem habeat. Nam animæ medicinam, quæ ius & iuſtitia appellatur omnium eſſe artium maximā, præter ſexcentos alios etiam Pindarus teſtis eſt,qui ſummam artificem nuncupat,imperatorem, & dominū vniuerſitatis Deum:vt qui iuris ſit opifex:cuius ſunt partes.quando,quomodo, vt quaten' facinoroſus quiſq; ſit mulctandus,ſtatuendi. Atq; huius ait artis Plato filiū Iouis fuiſſe Minoa diſcipulum:quod rem iuſtam illam recte gerere, vel percipere recte gerentē nemo valeat, qui eam artem non hauſerit & complexus ſit. Neq; enim earum,quas mortales ſanciunt, legum ratio cōſona ſemel & perpetuo eſt conſpicua: Verum quædā ſcita ſanequam ridicula apparent. Vt Lacedæmone per præconem ephori,ſimularq; ineunt magiſtratū,pronunciant: ne barbam alant, & vt audientes ſint legibus,ne ipſis ſint duræ. Romani,quos in libertatem vindicant, eorū corporibus tenuem veſtucam iniiciunt. Cum tabulas teſtamenti ſcribunt, alios inſtituūt heredes, alii bona vendunt:quod eſſe abſonum dicas. Multo autem maxime eſt hoc Solonis abſonum, eum,qui in ſeditione ciuili neutras partes ſit ſecutus,ſed quieuerit famoſum eſſe. Breui,cōplures percenſeas legum abſurditates:quod rationem,qua motus fuit, nō teneas latoris.neq; cauſam intelligas cuiuſq; ſanctionis. Quid ergo miri,ſi cum res nobis ita obſcuræ ſint humanæ, de conſilio diuino dicere parum ſit expeditum: quamobrem delinquentiū ab his poſt,ab illis pri' exigat piacula. Atque hæc nō fugæ velamentum,cæterum veniæ eſt poſtulatio: quo diſputatio quaſi portū & perfugium reſpiciens maiore fiducia accedat per probabilitatem ad hanc quæſtionem. Sed conſiderate ante omnia Deum,qui,vt eſt apud Platonem,omnium bonorum ſeipſum in medio poſuit exemplum,humanam,quæ quodammodo ſui æmulatio eſt, largitur iis, ſe qui ſequi valent. Siquidem omnium rerum natura,quæ ſua ſponte fuit incondita,ex hoc fonte conuerſa eſt,atq; affinitate & conſortio quodā diuinæ ſpeciei & virtutis extitit mundus. Viſum quoq; idem Plato accenſum à natura ait in nobis, vt ex rerum ſpectaculo & miraculo cœleſtiū amplecti & deligere aſſueſcens decorum anima & compoſitū, à peruerſis & vagis perturbationibus abhorreat,fortuitumq; & temeritatem vt vitii & noxæ omnis matrem refugiat. Quandoquidem fructum nullum capere ex Deo conceſſum eſt homini perinde,ac ſi exprimendo & ſectando illius ornamenta virtutem induat. Quapropter à malis longo interuallo & tarde pœnas expetit:non quia maturatæ vindictæ noxam vel pœnitentiam veretur:ſed quo nobis immanitatem & impetum in animaduertendo enormem eximat, doceatque:ne cum flamma, neq; grauiſſime flagrat & æſtuat ſupra rationem exiliens bilis,vt ſi ſitim vel famem expleamus, inuolemus in eos,qui nos fatigauerunt:ſed effingamus ipſius placiditatem & cunctationem moderate & conſiderate, atque in conſilio adhibeamus, quod minime in pœnitentiam impingit, tempus,atque ita ad pœnas expoſcendas accedamus. Aquam turbulentam leuius eſt periculū ſi ex intemperantia magno impetu haurias,vt dixit Socrates,quam ſi turbulento conſilio,flammoq; & furore tumente,priuſquam deferbuit & ad tranquillitatem rediit, expleas te corporis ſupplicio neceſſarij & coniuncti. Neque enim cum proxime vindicta locata eſt acceptam iniuriam,vt voluit Thucydides, ſed cum longiſſime diſſita, ius ſuum obtinet. Vt enim ira, Melanthio authore,vbi ſedibus ſuis mentem exturbauit,deſignat atrocia:item ratio iuſte agit & moderate,quando iram & excandeſcentiam ſummouit. Itaque miteſcant vel humanis exemplis: eum Platonem audiunt,qui baculum puero intenderat,diu conſtitiſſe, vt ille ipſe narrat, dum ardorem animi refrenabat: & Architas, cum ſeruorum offenſam quampiam ruri & petulantiam comperiſſet, inde incenſum in illos animaduerteret ſe grauius & aſperius: nihil fecit, niſi quod recedens ait: Bene vobiſcum agitur, quod in vos excandeſco. Quare ſi virorum commemorata dicta & actus expoſiti iræ aſperitatem & æſtum exhauriunt, multo magis nos decet contemplantes deum, qui metu nullo, nulla pœnitentia tenetur rei vllius, ſuſpendentem tamen vltionem diemque operientem, prouidos fieri in his, ac diuinam ducere virtutis portionem eſſe manſuetudinē & tolerantiam, quā deus demonſtrat, quæ plectendo paucos corrigit,

tarde

tarde plectendo multis commodat: eosq; emendat. Deinde hoc aduertamus animaduersiones humanas id vnum continere vt repugnent: consistereq; in eo, vt qui malum dederit accipiat, nec progrediatur vltra Quare peccatis canis more allatrantes adhærent, factaq; vestigiis insectantur. At deum verisimile est cui inflixerit cumq; supplicium ægre animæ, eius ægritudines dispicere, sicubi flectantur & ad pœnitendum inclinent, spaciumq; ad reuocandum sed ad bonam frugem, quibus non impotens & inflexibilis inoleuit improbitas, concedere. Nam quando ille intelligit quantam ab se virtutis portionem accipiant, cum ad genituram pergunt, animæ, & generositas eis quam valida nec euanida sit impressa, germinet autem inuita natura vitium ex praua educatione & consuetudine labefactata, mox procurata aliquibus recte congruentem valetudinem recipiat, non præcipitat in omnib. æque supplicium: Verum quod deploratum est, protinus vita emouet præciditq;, vt aliis prorsus pestilens, sibi ipsi vero pestilentissimum, si semper versetur cum prauitate. Quibus vero ignoratione recti citius quam turpitudinis libidine peccatum probabile est adhæsisse, his inuertendi se tempus largitur. Qui si perstet, exigit ab eis piacula. Quippe non veretur, ne sibi euolent. Specta autem, quanta volumina in moribus & vita hominum extiterũt: qua ratione τρόπος & ἦθος eius vicissitudo appellatur: quod maxima ex parte eos subeat ἔθος, id est mos, polleatq; potissimum, vbi manus iniicit. Equidem Cecropem existimo à priscis bifotmem dictum: nõ quia, vt quidam volunt, ex rege laudato ferus & truculentus euasit tyrannus. Imo contra, quod cum teter & efferatus ante fuisset, post comiter & blande imperauerit Id si in obscuro est: Gelonem certe scimus & Hieronem & Pisistratum Hippocratis, cum malis artibus tyrannidas inuasissent, cum virtute eas administrasse: & qui violato iure ad dominatum aspirauerant, principes fuisse moderatos & reipub. salutares: qui respub. suas rectis legibus constituerunt, agriculturæ studium induxerunt, ipsosq; ciues ex petulantibus & garrulis frugales & industrios reddiderunt. Gelo etiam, cum fortissime arma cum Carthaginensib. contulisset, consecutus ingenti in prælio victoriam nõ ante pacem Carthaginiensibus dedit, quam hoc quoq; fœdere cauisset, ne deinceps liberos suos Saturno immolarent. Megalepoli tyrannus fuit Lydiadas. Inde in ipsa dominatione Immutatus & violenti iuris pertæsus reddidit ciuibus leges suas: post pro patria dimicans magna cum gloria cecidit. Quod si quis tyrannum trucidasset Miltiadẽ in Chersoneso, aut cõsuescentem sorori postulasset & damnasset Cimonem, aut Themistoclem petulanter per forum saltantem & lasciuientem vrbe pepulisset, vt ille, qui post Alcibiadis nomen detulit, nonne nobis Marathones, Eurymedontes, & nobile Artemisium intercidissent: vbi

Cecropidæ clarum libertatis posuere
Fundamentum.

Nihil enim magna ingenia efferunt mediocre, neq; feriantur magni spiritus in eis & promptitudo: sed iactantur fluctuantq;, quousq; ad stabilitatem solidam tenor animi peruenerit. Quomodo agriculturæ imprudens non delectatur agro, quem densis cernit spinis vepribusq; obsitum stirpibusq; syluaticis, & feris multis infestum, ac magna vi luti deformatum: sed callenti diiudicare & discernere eadem hæc felicitatem, omnemq; indolem terræ & mollitiam commonstrent. Perinde turpia & praua multa efflorescunt in præstantibus ingeniis: quorum protinus asperitatem & scabritriem excindere & detruncare, quia eam non ferimus putamus oportere, Exactior vero æstimator, quod etiam ex iisdem eius bonitatem & excellentiam cõsideret, operitur aduocatam rationis & virtutis ætatem & maturitatẽ, qua natiuum effert natura fructum. Atque hæc quidem hactenus. Quid Ægyptiorum legem nonne merito vobis aliqui Græci descripsisse videntur: quæ statuit, vt prægnans, si rei capitalis iudicata sit, dum est enixa, in custodia habeatur. Sane quidem responderunt. Tum ego. Si iam partum quis non pueri gerat: verum actionem vel consilium in lucem solis arcanum proferre valeat die, atque iudicio suo facinus quodpiam abditum detegere, vel salubris author sententiæ fieri, vel rei necessariæ inuentor: melius ne facit, qui opportunitatem manet plectendi, quam qui immutare interemit? Mihi enim, inquam, ita videtur Et nobis quoq;, inquit Patrocleas. Recte, inquam. Nam cogita, si in dominatus sui limine Dionysius supplicium persoluisset: nemo Siciliam Græcus à Carthaginensibus euastatam incoluisset, neq; Apolloniam vel Anatorium vel Leucadiorum Chersonesum cultorib. frequẽtassent Græci, ni longo interuallo esset Periander punitus. Equidem & Cassandro productum existimo supplicium, vt Thebæ restituerẽtur. Illorum, qui delubrum hoc occupatunt cõductitiorum militum plętiq; traiicentẽ in Siciliam Timoleontẽ secuti postquam Carthaginenses deuicerunt, & iniustos dominatus euerterunt pœnas, vt meriti erant, pependere. Nempe abusus est nonnullis etiam vindicibus aliorum improborum carnificum loco deus, inde assumpsit eos: vt, ni fallor, magna ex parte tyrãnos. Nam vt hyenæ fel, phocæ coagulum aliarumq; dirarum bestiarum aliquid habent contra morbos medicaminis: ita quibusdam quibus morsu opus est castigatione, his iniicit acerbitatem deus tyranni implacabilem vel asperitatẽ

hortidam magistratus, nec ante aufert aculeum & telum, quam ægrum purgauerit & curauerit. Huiusmodi Phalaris fuit Acragantinis medicamentum, & Romanis* Marius. Sicyonis deus lictoribus indigere ciuitatem diserte denunciauit: Cum Teletiam puerum in ludictis Pythiis coronatum Cleonæis extorquentes vt ciuem suum discerpsere. Cæterum Sicyoniis Orthagoras tyrannide occupata ab eo Myron & Clisthenes licentiam represserunt. Cleonæi parem non nacti medicinam corruunt. Et Homerum auditis dicentem:

* Alii, Caias.

Filius est melior natus de patre maligno
Omnigena virtute potens.

Quamuis præclarum vel tectum factum ille Coptis filius nullum edidit: sed Sysiphi, Autolyci, & Phlegyi progenies floruit magnorum regum gloria & virtutibus. Iam Periclis stirps Athenis fuit Impiadæ familiæ, Romæ Magnus Pompeius filius fuit Strabonis, cuius cadauer Romani odio prouecti in publicum proiecerunt & calcauerunt. Itaq; quid noui sit, si sicut non excindit spinam agricola nisi asparagum acceperit, neq; virgultum Afri incendunt prius quam ladanum ab eo collegerint: ita illustris & regalis deus gentis radicem malignam & asperam non ante delet, quam exortus sit ex ea debitus fructus. Siquidem sexcentos Iphiti boues & equos interire præstiterat Phocensibus, maioremq; vim Delphis auri & argenti rapi, quam neq; Vlyssem neq; Æsculapium natum fuisse, neq; alios, qui ex malis & turpibus viri probi & oppido vtiles prouenere. Nonne igitur tempore & ratione congruenti pœnas expeti satius fuerit, quam propere & confestim repræsentari? Cuius est Calippus exemplum, qui quo pugione amicum simulans interemit Dionem, eodem post ipse est ab amicis sublatus. Illud item Argiui Mitii, cuius in seditione trucidati ærea statua, cum ludi in foro ederentur, collapsa in eius percussorem, hunc oppressit. Iam illa Bessi Pœonis & Aristonis Oetæi mercenariorum militum ductoris nosti profecto Patroclea. Minime ego, inquit, sed aueo discere. Aristo, inquam, Eriphyles mūdum hic depositum annuentibus tyrānis sustulit, atq; vxori tulit donum, cuius filius in matrem nescio qua de causa inflammatus ignes tectis subiecit, cunctosq; simul cum eo concremauit. Bessus, si recte memini, necauerat patrem. Quod cum diu clam fuisset, post cœnās apud extraneos milites hirundinum nidum lancea fodit, quo deiecto pullos occidit. Cum dicerent autem, qui aderant: Quæ malum res te mouit, vt facinus tam dirum ederes: Nonne iampridem, inquit, hæ falso testimonio suo, quasi patentem interfecerim, infamem faciunt me? Quo dicto, qui aderat obstupefacti renunciauerunt rem regi, ac facinore deprehenso pependit Bessus supplicia. Cæterum hæc, inquam, referimus nos, vt iussistis, laxamentum constituentes dari aliquod flagitiosis piaculorum. Reliqua ex Hesiodo cogitate debetis vos audire. Hic ait, vt non Plato, comitem vindictam noxæ esse, sed coæuum ex eodem simul fundo & radice expullulantem:

Consilium prauum est authori maxima noxa. Et,
Dira parat quicunq; alii, sibi & hic parat ipsi.

Nam cantharis perhibetur in se remedium ex quadam repugnantia cōtinere temperatum. At improbitas vna secū gignens stimulum & tormētum, non post, sed ipso in flagitio pœnam fraudis fert: ac corpore suo facinorosus quisq;, cum plectitur, exportat suam ipsius crucem. Improbitas tortutam quamq; sibi ipsa ex seipsa molitur, opifex vitæ mira calamitosæ, quæ cum turpitudine frequentibus terroribus, asperis ægritudinibus, pœnitentia, & assiduis æstibus agitatur. Cæterum inter nos nihil interest & pueros, qui eum maleficos in theatris contemplantur sæpe numero auratis in tunicis & chlamydibus purpureis coronatos & saltantes, vt beatos admirantur & stupent, quoad stimulis agitari, flagris cædi, flammam ex picta illa & sumptuosa veste cernuntur effundere. Quandoquidem peruersos pletosque amplis succinctos tectis, imperiisque, & opibus splendidis plecti non prius animaduertimus, quam conspexerimus iugulatos vel in præceps datos: quæ non pœnam, sed exitum pœnæ dixeris & consummationem. Nam sicut se lymbrianum Herodicum, qui in morbum incidit irremedicabilem tabem, & mortalium primus gymnasticen arti medicæ adiunxit Plato author est, longam sibi fecisse similique affectos morbo mortem: sic improbi, qui præsentem ictum declinasse videntur, non longiore post tempore, at longiore in tempore longinquiores non tardiores pœnas pendunt: neq; postquam consenuerunt, sunt puniti, sed consenuerunt in pœnis. Dico quantum ad nos longum tempus: quando diis sane totum vitæ humanæ spacium nihil & præsens momentum est. An non ante annos triginta perinde est ac vesperi, non diluculo fœdum hominem torquere vel suspendere, præsertim in custodiam vitæ datū velut in carcerem: vnde non licet demigrare vel profugere, quantumuis habeat interim multas comessationes, negocia, congiaria, oblectamenta, & vero etiam ludos: sicut qui in carcere alea, vel talis ludunt reste super caput pendēte. Et quidem, quid causæ sit, quin nec in vincula ob crimē capitale conditos pœnam dicamus luere, donec securi percutiantur: vel eum, qui cicutam hausit, inde deambulat & expectat, dum crura sua grauedo

grauedo inuadat, prius quam vna cum sensuum priuatione extinguatur, & congelescat; si extremum supplicii punctum ducimus supplicium: intercurrētes autem animi perturbationes, trepidationes, expectationes, pœnitentias, quibus patrato scelere torquetur improbus quisq;, prę terimus: vt si piscem, qui hamum deglutiuit, captum ante esse, quam à cocis eum videamus assari vel concidi, inficiemur. Incubat n. cuiq; malefactori vindicta, ac delicti mel vt escam tepente deuorauit: at, quia conscientiam habet vellicantem & pœnam luit,

Vt tunnus exagitat cito impetu salum.

Quippe ferocia illa & audacia peruersitatis vsq; ad maleficia est neruosa & prompta: mox ægritudine venti modo languescente exanguis & abiecta pauoribus & superstitionibus succumbit. 10 Hinc ad casus & veritatem effinxit Stesichorus Clytemnestræ insomnium, dum ait:

Incedere est visus draco, cui humanum caput esset,
Rex hinc Plisthenidas obtulit se oculis.

Etenim insomniorū species, diurna spectra, oracula, portenta, atq; opinio authore deo istā euenire fluctus iniiciunt & trepidationes ita permotis. Velut Apollodorū ferunt in somnio vidisse excoriari à Scythis se, mox elixari, cor autē ex lebete missa voce dicere: Ego tibi horum author sum: Iterum filias flagrantib. corporib. in orbem circa ipsum currentes: Hipparchum Pisistrati filium paulo ante mortem sanguinem sibi Venerem in faciem ex phiala infundentem. Ptolomæi Ceraunì amici vocari videbant eum à Seleuco in iudicium disceptatoribus vulturib. & lupis, vimq; magnam carnium hostib. partiri. Pausanias virginem ingenuam Byzantiam Cleoni- 20 cen ad stuprum acciuit, vt ea per noctem potiretur. Quām cum accessisset, ex perturbatione & suspicione interfecit. Eam frequenter vidit in somnis sibi dicentem:

Tu cole iustitiam, teq; atq; alios manet vltor.

Cum hęc visio nō consisteret, nauigauit Heracleā ad psychomatium: vbi cum placasset manes inferiis & libamentis, exciuit puellę animam. Venit illa in eius cōspectum, ac defuncturum illis malis ostendit, cum Lacedæmonē venisset. Quo vt venit, expirauit. Itaq; si reliquum animę nihil est à fato, sed meta est omnis oblectationis & cruciatus mors: lenius & remissius dicas cū scelestis, qui ocyus pœnas dant pereuntq;, deum agere. Nā etiamsi aliud in vita & improborum curriculo existere nihil dicas mali, at: dum patefit maleficium rem esse sterilē & ingratam, quæ nihil boni aut expetendi ex multis & ingentib. certaminibus profert, sensus eorum subuertit ani- 30 mum. Quomodo Lysimachum proditum est memoriæ siti subactum dedidisse in Getarum potestatem corpus & exercitum suum: atq; vt bibit iam captiuus, dixisse: Heu me hominem turpē qui voluptatis causa adeo temporariæ tanto regno sum orbatus. Atqui naturalis affectionis necessitati sanequam est operosum obniti. Vbi vero vel pecuniæ quærēdæ causa homo, vel ciuilis gloriæ & potentiæ inuidia, vel ob libidinem Veneris facinus tetrum & atrox commisit: inde motus illius restincta siti & furore conspicit spacio interposito turpes & terribiles maleficii sui perturbationes durare: nihil vero vtile necessarium, aut frugiferum sibi obtigisse: nonne verisimile est subire animum eius reputationem, ex inani gloria vel voluptatis causa illiberalis, & sordidæ præclarissima & summa inter mortales iura labefactando ignominia & trepidatione vitā suam se cooperuisse? Quomodo enim Simonides dixit iogulariter argenti se arcam inuenire 40 semper plenam, inanem Gratiarum: sic improbi, cum malitiam in ipsis perspiciunt per illecebras extemplo cassā oblectatione præditam, spe bona vacantem reperiunt, pauorib. vero, mœroribus, recordatione odiosa, suspicione futuri, diffidentia præsentis perpetuo differtam. Sicut Ino, cui displicent facta sua, in theatris introducitur loquens:

Mihi fœmina chara ô si Adamantis tecta ego
Tenere possem iterum, nec quicquam egissem ego
Scelerum meorum.

Hæc vniuscuiusq; praui hominis animū secum versare & reputare verisimile est: queādmodum prætetlatus scelerum memoriam, atq; conscientia eorum excussa defecatus aliam vitam de integro auspicetur. Siquidem qui malum sectantur, in his confidentia, alacritas, stabilitas, & firmi- 50 tas est nulla: nisi hercle scelerosos esse sapientes dicemus. Cæterum vbi pecuniæ studium, vbi libido ardens, vbi impotens inuidia domicilium habet cum infesta improbitate: ibidem superstitionem, si attendas, offendes latentem, languorem ad labores, ignauiam ad mortem, volumina incitata libidinum, hiantem gloriæ sitim ex insolentia sui. Insectantes timent, laudantes verentur vt fraude læsos & hostes improborum acerrimos: quod eos, qui speciem habent probitatis, libenter commendent. Quippe improbitatis durities sicut vitiosi ferri flaccida est, & facile perstringitur eius acies. Vnde tractu temporis longo cum conditionem suam explorant: mœrent, stomachantur, vitam suam execrantur. Si enim, quod depositum reddiderit, pro familiari expromissor intercesserit, gloriose & munifice congiarium dederit, & pecuniā contulerit vir malus, statim piget & tædet eum actorū priorum propter volucre eius & vagum consilium:

ac cum

ac cum plaudunt quidam in theatris,mox reuoluta in auaritiam ambitione suspirant: non potuerunt,qui homines in dominatu & coniurationibus trucidabant,vt Apollodorus: & cum deprædabantur amicorum pecuniam,quod fecit Glaucus Epicidis filius, non pœnitere,nō displicere sibi ipsi,neq; factis cruciari. Equidem,si fas est dicere neq; deum vllum neq; hominem desiderare vltorem arbitror nefarios homines, sed ipsorum sufficere vitā à vitiis subuersam totam & conuulsam. At oratio,inquam,videte,ne lōgius,quam permittit tempus,progrediatur. Tum Timon: Fortasse,inquit,si consequentem & residuam eius prolixitatem spectamus. Iam enim quasi subsidiariam excito supremam hæsitationem meam: quando inprimis est mediocriter de certatum. Nam quod exprobrat & obiicit Euripides diis, qui

Fraudes parentum puniunt in posteris:

vel tacentes nos opponere puta. Quandoquidem siue authores ipsi piacula luerunt, quid vltra persequuntur ab insontibus pœnas: quando bis eadem ob crimina ne de ipsis quidem authoribus verum sit: siue socordia dissoluti in expetēdis ab sceleratis pœnis fuerint, easque tarde exigant, à non merentibus parum recte tarditatem iniuria compensant. Exempli gratia, fama tenet Æsopum huc commeasse cum argento, quod à Crœso acceperat, vt sacrum Apollini splendide faceret, ac Delphis in capita diuideret minas quaternas. Cum autem rixa ei & contentio intercessisset cum ciuibus, sacrificium quidem perpetrauit, sed nummos Sardeis remisit: quod Delphos ille, qui donum acciperent, haberet indignos. Hi fabricato in eum sacrilegii crimine, hominem de rupe illa, quam Hyampiam dicunt, præcipitem egerunt & interemerunt. Hinc perhibetur infensum eis Apollinem sterilitatem inflixisse atq; horrendorum morborum omne genus, vt peragrantes omnes Græciæ celebritates pronunciarent & inuitarent quemlibet, cui cordi esset, vt Æsopi causa ab ipsis pœnas repeteret. Tertia demum generatione venit Samius Idmon ab Æsopi familia prorsus alienus, tantum stirps eorum, qui Sami fuerant eum mercati. Huic supplica aliqua Delphi cum præbuissent, calamitatibus illis exempti fuerunt. Hinc sacrilegorum piaculum * in Naupliam ab Hyampia fuisse aiunt translatum. Alexandrum autem nec eius valde studiosi, in quibus nos sumus, probant: quod Branchidarum vrbem sustulerit, ciuesq; omnes sine discrimine ætatis deleuerit quod templum Mileti eorum proaui prodidissent. Syracusanorum tyrannus Agathocles cum risu ludens rogantes Corcyræos, quid ipsorum insulam popularetur: Nempe, inquit, maiores vestri exceperunt Vlyssem. Ithacensibus item conquerētibus, quod oues suas raperēt milites eius: At vester, inquit, rex cū ad nos venisset, pastorem insuper exoculauit. Quid ergo nonne his importunior Apollo, qui huius ætatis Pheneatas obstructo barathro omniq; eorum agro inundato perdit: quod mille iam annis, vt aiunt, tripodem fatidicam Hercules sublatam Pheneon deportauerit: & Sybaritis cladium finem spondet, vbi tribus cædibus placauerint Iunonis Leucadiæ iram. Iam non ita pridem Locri Troiam virgines mittere desierunt:

Quæ neq; vestita velut ancillæ, pedibusq;
Nudæ, vel quales verrunt altaria circum
Cecropiæ scopis, nullo velamine tectæ,
Etsi instet senium graue.

ob Aiacis lasciuiam. Quid hæc rationis aut iustitiæ habēt. Neq; enim Thracas laudamus, quod coniuges suas ad hanc vsq; memoriam ad placandum Orphea notis compungāt. Neq; accolas Danubii ob luctum Phaethontis pullatos. Etiam hoc magis ioculare fuisse censeo: quod cum illius seculi homines, cum periit Phaethon, illud floccifecerint: qui ætatibus quinque vel decem casum hunc sunt secuti, hi ceperint eius causa vestem mutare & lugere. Quanquā hoc stultitiā tantum habet, nihil atrocius tamen vel durius. Enimuero deorū iræ qua ratione recenti reconduntur quorundā fluminum more, post in alios aperiunt se, & in summas calamitates exeunt? Vt primum conticuit: veritus ego, ne ex integro alia afferret plura & maiora monstra, confestim rogaui eum: Cedo, inquam, num omnia hæc existimas vera? Tum ille: Si minus, infit, omnia, sed aliqua, an non eidem perplexitati disputationem hanc adhærescere censes? Fortassis, inquam: Etiam febricitantibus grauiter siue vestimento vno siue pluribus sint induti, eundem & parem ardorem sentiunt: attamen ad leuamen detrahendā est multitudo. Sin id displicet, relinque eā: tametsi fabulas plæraq; & commenta imitantur. Reuoca in memoriam nouissimum omnium deorum solenne & portionem illam præclaram: quam qui tollunt, Pindari prædicant posteritatem capere: vt ea res visa tibi augusta sit & iucunda. Quis vero, inquit, non capiatur eius præmii honore, qui adeo Græce & ingenue antiquitatem redolet?

Ni frigida cusum atrum cui flamma cor est.

vt eiusdem Pindari verbis vtar. Prætermitto igitur, inquam, simile huius Spartæ præconium: quod secundum cantilenam Lesbiam in veteris Terpandri honorem & memoriam pronunciatur. Eadem est enim ratio. At vos sane prærogatiuam habere apud Bœotos, qui stirpe estis Phil-

* ...ii, Nau...

Philtiadæ præ cæteris vultis,atq; apud Phocenses Daiphanti causa. Mihi vero aderatis & subueniebaris primi,quando Lycormis & Satilæis patrium Heraclidarum honorem peteribus & coronæ gestandę dignitatem,ad ea recuperanda præsto eram. Quo tempore dixi debere inprimis Herculis posteris honores & præmia,quæ propter illius in Græcos merita, ob quæ illum digna gratia nō remunerauerunt eis tributa sunt,immota manere. Præclarā sane nobis,inquit,& philosophia perquam dignam refricuisti cōtentionem. Mitte igitur,inquam,fodes fulmē hoc criminationis, neq; stomachare,si in quos cōsulitur ex turpibus ortos & improbis, aut noli gestire vel probare,quando natalium claritas decoratur. Quippe decet,si gratitudinem generi cōseruamus virtuti debitam,merito nec vindictam censere conticescere debere & citius extingui ob scelera,sed concurrere cum illa,quę vice versa pro merito remunerat. At qui Cimonis progeniei cupide spectat Athenis honorem haberi: & cum Lacharis vel Aristonis genus fatigatur, ægre fert & fremit,hic plus nimio est mollis & solutus,imo querulus plane & morosus aduersus deū: qui offenditur,si hominis scelesti & praui nepotes fortunati videantur: offenditur rursus,si familiæ coerceantur & deleantur improborum,incusat autem deum,siue probi parentis siue turpis liberi affligantur. Atq; hi quidem,inquam,contra plus satis acerbos & accusatorios istos iaceant obices. Iam reperiamus ex integro quasi fili caput in caliginosa,& tortuosa,& errotū plena de deo disputatione,deducamusq; nos ipsi presse & sensim ad id quod verisimile est & probabile quando clarū & verum ne in his quidē,ipsi quę agimus,liquido explicare valemus. Vt ecce quid eorū,qui tabe vel aqua inter cutem sunt absumpti,filios sedētes in aqua pedes iubeamus, dum crematus sit mortuus,rigare. Opinio est n.ita malum ad eos non trāsire nec accedere: Aut item cur vbi capra eryngiten herbam in ore sumpsit,totus cōsistat grex,quo ad accedat & eam eripiat caprarius. Sūt insuper aliæ facultates,quæ cōtagiones & effectus habēt mirificos, vt pernicitate etiam procul per alia in alia penetrent. Cæterum interualla nos ex temporib. non ex locis admiramur. tametsi magis sit portētosum,q; valetudo,quæ exorsa fuit in Æthiopia,vulgata Athenis fuerit: qua periit Pericles,& Thucidides laborauit, quā si Delphorum vel Sybaritarum, qui homines tetri fuerunt,vindicta reciderit ad eorū filios. Obtinent n. aliquas hæ facultates à nouissimus ad prima reciprocationes & affinitates,quarum etiā si nos præterit, submisse tamen efficit suum officium causa. Veruntamen diuinæ aduersus resp. ciuitatum offensiones habent rationē iustitiæ liquidā Est n.corpus quoddam ciuitas vnum & continens,sicut animās,quæ nō degenerat à se ipsa ætatum vicibus,neq; die aliud ex alio existit,verum conuenit & congruit sibi ipsi,omnemq; eorum,quæ publice gerit vel gessit, causam & gratiam recipit, quam diu,quæ colligat contextu,communio retinet vnitatem. Quod si multas ciuitates distrahendo tempore vel potius innumeras facias,id perinde erit,ac si multos ex vno homine facias, quod nūc natu grandior sit ante iunior,& alrius adolescens esset. Imo sunt hæc prorsus germana Epicharmi is illis,ex quib. glīscens sophistis disputatio adoleuit. Nā pridem qui mutuo accepit,nunc non debet,quod factus sit alius. Heri ad cœnam inuitatus,venit hodie inuocatus,quia alius est. Et quidem conuersiones in vnoquoq; nostrûm quam publice in ciuitatibus edunt ætates maiores. Id perspiciat,qui Athenas annis ante XXX. vidit. Nā cognoscat populi mores,motus,ludos, studia,liberalitates,& iras mire veterib. congruentia, cum hominis vix familiaris vel amicus,si per interuallum temporis ei occurrerit,faciē agnoscat. Morum vero inclinationes, quæ omni sermone,affectione,animi motu,& instituto vertunt prompte,etiā apud assiduum socium extraneæ & mire sunt nouitiæ. At cum homo dicatur vsque ad extremum à primis vnguiculis vnus,tum ciuitatem,quæ eadem item permanet,probris teneri auorum censemus eodem iure, quo eorum glorię & opum sunt socii. Alioquin imprudentes res omnes in amnem Heraclitiū coniiciemus,quem bis ille negat eundem ingredi, quod omnes natura varians moueat & vertet. Quod si res ciuitas est vna & cohærens,est nimirum & familia,quæ ex vno est apta capite: q; vim quandam & societatem inhærentem profert,nec quod genitum est , vt opificium fictum alienum est à gignente,quia ex eodem non ab eodem factum est. Itaque obtinet & sortitur in se aliquam ad illud pertinentium portionem,quæ tam pœnas merito dat, quam honoribus illius causa fruitur. Quod nisi ludere videar, Cassandri statuā contendam,quæ ab Atheniensibus fuit conflata,iniuria maiore affectam esse, ac Dionysii corpus post obitum ab Syracusanis exterminatum,quam pendentem supplicia eorum progeniem. Siquidem Cassandri statua in nullā partem venit eius naturæ,ac cadauer anima Dionysii ante deseruerat. Nysæo, Apollocrati, Antipatro, Philippo,& aliis itē peruersorum parentum filiis præcipua pars eorum impressa & innata est,non illa quidem segnis neq; ociosa,cęterum ea viuunt,ea aluntur,reguntur,intelligūt. Neq; est dutum vel monstrosum,si qui illorum sunt,ea quæ ad illos pertinent,ferant. Breui,inquam, sicut in arte medica vtilitas est & æquitas:ac ridiculus sit,qui dicat iniustū esse ex coxendice laborantiū adurere pollicē, aut suppurato iecinore imum ventrem incidere,& boum,si vngulæ eorum molluerint,summa inungere cornua. Perinde qui in exigendis piaculis aliud quid æqui quam

quam in medendis vitiis arbitratur & offenditur, si ab aliis ad alia diuertas curationem, vt qui sanguinem detrahunt, vt leuent ophthalmiam: hic nihil vltra sensum cernere videtur, neque meminisse puerorum præceptorem vnum cędendo corrigere cæteros, ducemque decimando legiones ad officium omnes reducere. Ira non pari modo per partem alteram, sed & animo per animum certi habitus, deprauationes, & emendationes applicantur citius, quam per corpus corpori. Nempe illic idem affectus imprimatur oportet, hic animus visionibus motus in fidendo vel trepidando deterius vel rectius agere natura solet. Differente adhuc me subiiciens Olympiacus: Videris, inquit, magnum principium ponere animæ immortalitatem. Id sane vos, inquam, conceditis, atq; adeo concessistis. Nam quasi Deus pro merito honorem habeat, huc ab exordio decurrit oratio. Tum ille: Irane vero, inquit, consequens existimas esse, si Deus singulas res humanas lustrat & dispensat, continuo existere animas vel in totum æternas, vel tractum aliquem à fato permanere: Bona verba, inquã: sed adeone pusilli animi & vanus est Deus: vt nihil si nos habeamus in nobis diuinum, vel aliquatenus eius assimile vel perenne vel stabile; sed foliorum, vt Homerus ait, more marcescamus in totum & æuo expiremus breui, tanti nos faciat: vt mulierum more, quæ Adonidis hortos in testis quibusdam alunt & curant, animas momentaneas in delicato corpore, quæ radicem vitæ non admittat firmam germinantes, mox qua uis occasione emorientes infunderet? Ac mittamus sodes alios deos: spectemus autem hunc præsentem si videtur, nostrum: qui animas decedentium si interire sciat extemplo, quas instar nebularum & fumorum exhalet corpus propitiari sæpius manes, præmiaque & honores tribui defunctis præciperet circumueniens credentes atque eis imponens? Equidem non repudiabo animæ immortalitatem: nisi quis vt Hercules tripodem sustollens Pythiæ hoc oraculum euerterit & profligauerit: cum multa vaticinetur huiuscemodi etiam nostra memoria. Ceu Coraci Naxio sortes dedidisse dicitur: Nefas est animã existimare mortalem. Hic Patrocleas: Quas narras, inquit, sortes, & quem Coracem hunc. Nam est mihi & res & nomen peregrinum. Minime, inquam: verum ego sum in causa, qui nominis loco cognomen vsurpaui. Ille enim, qui in acie Archilochum obtruncauit, vocatus fuit, ni fallor, Callondes, cui erat Coraci cognomen. Hic repulsus primum à Pythia, quod virum Musis sacrum interemisset: deinde adhibitis supplicationibus certis & inferiis cum culpæ purgatione iussus est Tettigis domum pergere & propitiare Archilochi manes. Ea Tenarus erat. Illuc enim appulsum cum classe Tettigem Cretem vrbem condidisse, atque incoluisse apud psychomantium perhibent. Sic Spartiatis cum data dictio esset placarent Pausaniæ manes, accersiti ex Italia psygagogi rebus diuinis perpetratis simulachrum ex delubro abstraxere. Vna itaq; est, inquam, ratio, Dei quę prouidentiam & animę humanæ astruit immortalitatem, neq; cõsistere sublato vno potest alterum. Iam si post lethum anima superest, propius fidem est & honores ei & pœnas reddi. Siquidẽ decertat vt athleta per vitam. Postquam certamen peregit, tunc precium pro merito assequitur. Cæterum quas, cum illic solitaria sit, consequatur anteactæ vitæ præmia vel piacula, nihil ad nos viuentes, sed ambigua sunt & nobis incerta. Quæ vero liberos & stirpem persequuntur, mortalibus dilucidæ complures reuocant reprimuntque improbos. Quia vero fœdior nullus est cruciatus, neq; qui infestet grauius, quam sobolem suam affligi sua culpa contemplari: & quod hominis anima impii & scelerati sub excessum è vita cernat non statuas, non honores aliquos subuerti & abrogari suos, sed in liberos, vel amicos, vel stirpem, vel necessarium suum grauia exempla statui suo nomine & eos noxam luentes: nihil merearis ne Iouis quidem honores, vt iniustus iterum & libidinosus esse velis. Habeo etiam commemorare quiddam, quod nuper fando accepi: verum dubito, ne vobis fabula videatur: quare sola nitor probabilitate. Minime, infit, Olympius, sed recense illud quoque. Idem cum pariter alii contenderent: Sinite, inquam, orationem meã eo, quod consentaneum est, ornare: post fabulam, si tamen fabula est, si placebit, mouebimus. Bion Deum, qui in malorum liberos vindicet, magis deridiculum esse ait medico, qui ob aui valetudinem vel patris nepoti vel filio remedium adhibeat. Atqui sunt hæc partim imparia partim paria & similia. Morbo enim alium alius, cum curatur, non expedit: nec melius quisquam habuit, qui ophthalmia vel febre laboraret, si quem vngi vel cui cataplasma imponi viderit. Supplicia vero hominum perditorum hac de causa ob oculos ponuntur omnibus: quod piaculi rite exacti munus sit alios aliorum mulctatorum exemplo refrenare. Quatenus autem quæstioni nostræ adducta à Bione comparatio conueniret, ipsum latuit. Iam enim hominis, qui morbo difficili, non tamẽ deplorato implicitus, mox ex intemperãtia & mollitudine permisit morbo corpus & interiit, cum filium, quem nulla est suspicio ægrotare, tantum eidem vitio esse opportunum, medicus, vel familiaris, vel aliptes, vel benignus dominus aduertit, dura victus ratione astringendo, detrahendoque pulmenta, bellaria, pocula, & scorta: medicamẽta autem assidue adhibendo & corpus subigendo laboribus discutit & fugat grandis mali semen exiguum, cuius resecat incrementum. An non itidem admonemus proscribimusque, sibi ipsi vt attendant, animumq;

mumq; aduertant, neq; oculos deiiciant, qui ex patribus vel matribus prognati sunt valetudinariis, sed innatum principium, quod lubricum est & periculosum, mature anteuertant propulsentq; Sane vero, inquiunt illi. Non ergo, inquam, alienã, sed necessariam: neq; ridiculam: sed frugiferam rem instituimus: qui comitialium melancholicorum, & podagricorum liberis labores, victus rationes, medicamina præscribimus, non quod affecti sint, verum ne afficiantur. Siquidem quod maligno ex corpore natum est corpus, noxam quidem nullam, curationem autem & custodiã mereretur. Quam si quis, quia voluptates eripit, mordetq; & laborem infligit, pœnam præ ignauia & deliciis vocat, is valeat. Num igitur corpori perditi stirpi corporis auxiliari & asseruare id decet: vitii vero instar cognatũ, quod in noua suppullulat indole adolescitq;
10 negligendum est, operiendusq; & expectandus, donec vitiis prodat se,

Desipiens fructus occultus animi? vt ait Pindarus.

An in eo quidem nihilo est Hesiodo Deus intelligentior præcipiente, admonente, & subiiciente:

Nec Venerem tristi rediens de funere misce,

Sed lætus superum pingues operatus ad aras.

quasi cum non improbitatem modo & virtutem: verum etiam dolorem, lætitiam & quæuis alia recipiat fœtura nostra, hilares, lubentes, exporrectaque fronte pergere ad operam liberis dandam debeamus. Illud non est Hesiodum, neque humanæ factũ sapientiæ, sed Dei perspicere & diiudicare congruentias & discrepantias prius, quam turbulentis animi motibus in atro-
20 cia facinora impegisse deprehendantur. Siquidem vrsi etiamnum infantes, luporumque & simiarum nati ab nemine vestiti vel ficti indolem suam confestim produnt. At natura humana, vbi in ritus, præcepta, & leges semetipsam cõiecit, tegit praua, & recta æmulatur crebro: vt vel semel eluat & deflectat vitiositatis labem, vel diu fallat, vafritia se velut velamine tegens, fallãt autem nos, qui tanquam ex ictu vel morsu singulatum fraudum ægre sentimus ipsam improbitatem: Imo qui plane tunc fieri existimamus iniustos cum iniuriam inferunt: lasciuos, cum insolescunt: timidos, cum fugiunt, vt si scorpiis putes innasci, quando percutiunt, aculeum: & vitus, quando mordent, viperis: quæ est cogitatio stulta. Neque enim simul fit, & detegitur improbus: verum est ab incunabulis prauitate præditus. Ea vtitur occasione & facultate oblata, furandi fur: iura violandi is, qui animo est tyrannico. Cæterũ Deus neq; imprudens sane est con-
30 ditionis & ingenii cuiusq;. Nempe animum potius quam corpus valet aduertere. Neque expectat vim, dum manu: imprudentiam, dum voce: salacitatem, dum pudendis sit patrata, persequi. Neque enim consurgit in pœnam eius, qui ipsum læsit, male acceptus: neq; incenditur in raptorem violatus, neq; odit adulterum stuprum passus: sed medendi gratia effusum in adulterium, auaritiam, iniuriã inferendam mulctat crebro: quo vitium sicut morbum comitialem tollat ante, quã inuadat. Nos autem modo indignabamur quasi sero & tarde soluant mali pœnas: nunc quod ante admissum facinus vlsũ à nõnullis habitũ eorũ & dispositionẽ coërceat, improperamus, nescii præterito futurum, tenebris inuolutum soli exposito deterius esse & horrẽdius: cum reputare non valeamus causas, cur quibusdam, quamuis fraudem commiserint, conniuere præstet, nonnullos etiam deliberantes anteuertere. Vt nimirum medicamenta quoque
40 aliis non conueniunt ægris, aliis salutifera sunt, vel non ægris, quorum est in præcipiti magis quam illorum valetudo. Quamobrẽ nec lapsus parentum omnes deriuant in prolem dii: verũ si ex prauo natus sit probat[9], sicut aliquis bonæ habitudinis, ex valetudinario, is pœna gentilitia soluitur, tanquam ex improbitatis domo in aliam familiam datus. Quod si iuuenis in prauorum natalium germanitatem relabatur: in nequitiæ supplicium sicut in hereditatis æs alienũ, par est profecto vt succedat. Neque enim Antigonus certe Demetrii nomine, neque ex improbis Phyleus Augei, neq; Nestor Nelei pœnas dedere. Ex impuris enim probi fuerunt. At quorũ sectata est & amplexa natura propinquorum vitium: horũ persequens improbitatis germanitatem supplicium, in eam vindicat. Vt enim verrucarum genus, quod ἀκροχορδόνας Græci vocant, nigræ maculæ, & lentigines genitorum, quæ in filiis exoleuerunt, resurgunt postea iterum
50 in nepotibus. Et mulier Græca enixa partum nigrum, cum inde causam diceret adulterii, demonstrauit Æthiopis se quartam progeniem esse: Ex Pythonis Nisibẽis, quẽ fama erat cognatione Spartos attingere, libris ille, qui nuper decessit, figuram edidit in corpore lanceæ: tanto interuallo extulit se & emicuit sicut ex profundo affinitas gentilitia: Perinde frequenter mores & motus animi recondunt & supprimunt primæ soboles, post vero & per alias germinat & refert vitiorum vel virtutum natura exemplar. Vt ita fatus conticui, arridens Olympicus: Non celebramus, inquit, te, ne fabulam remittere videamur, quasi dicta tua satis sint astructa: verum nunc, cũ illam quoq; audiuerimus, feremus sententiam nostram. Recte, inquã. Solcus Tespeti[9] illius, qui aliquando nobiscum hic fuit, Protogenis necessarius & amicus, cum priorẽ vitam in

e maximo

maximo luxu transegisset, atque ita decoxisset cito rem familiarem, aliquantisper exprimente necessitate gessit se improbe: opesque ex pœnitentia sectanti idem vsuuenit quod salacibus: qui vxores cum habent, non retinent eas: sed vbi has dimiserunt, attentant iterum per scelus alias iunctas stuprare. Hic ergo, cum nulla fere, quæ referret ad libidinem aut compendium, abstineret, censum quidem non grandem, sed famam improbitatis breui conciliauit ingentem: præcipue vero famosum reddiderunt relatæ ex Amphilochi oraculo sortes, quo ille credo cum misisset, consuluit Deum, an reliquam vitam acturus esset felicius. Hic respondit, felicius acturũ, cum vitam deposuisset. Et vero non multo post id ei quodammodo euenit. Siquidem delapsus ex fastigio quodam in collum, sola ex ollisione sine vulnere expirauit, ac tertio die in ipsis iam exequiis reuixit. Qui breui recreatus & ad mentem reuersus mirificam vitæ vicissitudinem fecit. Neq; enim iustiorem in commerciis norunt Cilicens illa tempestate extitisse alium, neque erga deos religiosiorem, neque leniorem inimicis vel firmiorem amicis: vt desiderarent, qui cum eo conuersabantur, causam discere immutationis: quod non temere eius fœditatem ad tantam modestiam fuisse compositam arbitrarentur. Quod fuit verum, vt ipse Protogeni & similibus amicis probis exposuit. Vt enim mente corpus fuit destitutum: sicut gubernator, qui ex nauigio in altum est proiectus, motus fuerit, pariter ille habuit ex illa mutatione. Hinc paulatim erectus, totus visus est respirare, atque omni ex parte circumspicere, aperta anima vt vno oculo. Cernebat primum nihil præter vasta sidera, immensoque spacio à se inuicem recedentia, fulgore ex colore dorata insuitato & vi vehemente: vt vecta in illis anima leniter admodum in luce eorum velut in tranquillitate facile quoquo versum & propere deferretur. Atque vt plerisque spectaculis præteritis, animas ostendit defunctorum ex imo subuolante bullam flammeam efficere locum dante eis aëre: inde rupta bulla excedere cum effigie humana astricto corpore, quæ tamen non æque impellerentur: verum has subsilire mira agilitate atq; emicare recto cursu sursum, illas fusorum more in orbem contortas, ac nunc deorsum nunc sursum vergentes incitu quodam traici confuso & incomposito, qui perquam longo tractu & ægre consisteret. Complures earum, quæ forent, ignorabat. Duas autem vel tres familiares conspicatus, congredi tentauit & eas affari. Illæ vero neq; exaudiebant, neq; erant in potestate sua: sed amentes perculsæque, omnemque conspectum refugientes & tactum vagabantur primum solitariæ: Deinde, cum inciderent in frequentes perinde comparatas, easq; amplecterentur, omni genere traiectionis in incertum temere torquebantur, vocesque mittebant ignotas quasi vlulatus querulas & tremulas. Aliæ superne in summo aëre aspectu lætæ, atque inter se mutuo ex beneuolentia consuetudinem agitantes, declinantes autem illas tumultuantes demonstrabant, vt coniicere licebat, cõtractione in seipsas angorem, exporrectione & relaxatione lætitiam & animum contentum. Hic vnam ostendit se propinqui cuiuspiam sui conspexisse, non liquido tamen. Decessisse enim illum etiamnum puero se: cæterum illam, cum adiunxisset se propius, dixisse, Salue Thespesi. Qui cũ stuperet, ac non Thespesium dixisset se, sed esse Aridæum: Ante sane, inquit, sed porto Thespesium. Neque enim mortuus es: verum diuina quadam sorte huc venisti intellectu, reliquã animam velut anchoram in corpore reliquisti. Sit autem nunc tibi hoc in posterũ signo animas defunctorũ neq; vmbram efficere, neq; conniuere. Quod Thespesius cum audiuisset, iam magis colligebat se cogitatione: intentisque oculis attolli secum subtilem quandam & vmbrosam lineam vidit: illos vero circumfulgentes atq; intus pellucidos, non tamen iuxta omnes: sed alios sicut clarissima, cum plena est, luna colorem vnum, æquabilem & continuum æqualiter eiaculantes: alios squammis quibusdam discurrentibus vel vibicibus raris inustos: alios varios & monstrosos aspectu, serpentum nigris maculis notatos nonnullos leuibus vlceribus deformes. Ostendit igitur, qui omnia exponebat, Thespesii necessarius (Quid enim animas hominum vocabulis appellare vetat?) Adrastiam Necessitatis & Iouis filiam omnium vindicem scelerum summo loco constitutam esse: neq; improborum tam fuisse magnum quenquam vel humilem, vt aut latebris aut vi effugerit. Aliud autẽ ad aliam (Tres enim sunt) custodem & chirurgam spectat supplicium. Nam esse, qui actutum in corpore & per corpora plectantur: his manum addicit cita Pœna leni ratione prætermittenteq; multa, quæ expiationem quærunt. Quorum vero improbitas curationem habet difficiliorem, hos Dicæ post fata genius tradit. Deploratos semel, quos reiicit Dice, tertia & sæuissima ex Adrastiæ ministris Erinnys trãscurrens vagos & errantes alium aliter, horribiliter & acerbe omnes è conspectu aufert, atque in locum, qui nec voce exprimi, nec cerni potest oculis, demergit. Aliarum, inquit, vindictarum illa, quæ infligitur in vita à Pœna, barbaris est consimilis. Vt enim apud Persas eorum, in quos animaduertitur, vestes & tiaras depilant & flagellant: qui cum lachrymis, vt cessent, supplices orant: perinde mulctæ, quæ pecunia vel corpore defunguntur, morsum non habent acrem, neque ipsam improbitatem corripiunt: sed sunt ad opinionem pleræque & ad sensum eorum. Qui

vero

vero illinc non castigatus nec purgatus huc euolauit, hunc Dice corripiens animã conspicuã nudumque, cui nullum sit lustrum, quo abdere se, tegereq; & inuoluere valeat turpitudinẽ suã, sed omni ex parte atque omnibus sit apertus: ostendit primum sanctis eius parentibus si qui extant, detestabilem & maioribus suis indignum. Sin improbi sint, supplicia pendentes conspiciens illos conspectusque ab iisdem castigatur longo tractu, atque ita singula vitia eximit cruciatibus & pœnis, qui in tantum acerbitate & atrocitate corporeos superãt, quanto diurna insomnia nocturnis sunt liquidiora. Cicatrices & vibices singulis ex vitiis aliis diutius adhęrescũt aliis minus diu. Specta vero, inquit, varios & multimodos animarum colores: nigricantem & fœdum sordium & auaritiæ lituram, sanguineum & flammeum crudelitatis & sæuitiæ. Vbi
10 glaucus est, inde intemperantia circa luxum ægre est eluta. Qui vero vitio tetro tenetur inuidiæ, is viridem & marcidum sicut sepiæ atramentum emittit. In vita enim malitia, quando anima conuertitur à vitiis & conuertit corpus, colores effundit: Hic purgationis & castigationis est terminus. His in totum extersis fulgidam animam & concolorem reddi. Cæterum quamdiu hi inhærent, existunt ęgritudinum quædam reciprocationes, quæ stimulos habent & aculeum, in quibusdam heberem & cito elanguescentem, in aliis valide fatigantem. Quarum hæ iterum atque iterum castigatæ conuenientem habitum & dispositionem recipiunt. Alias denuo in brutorum corpora impellit inertiæ vis & voluptatis forma. Quippe doctrinæ imbecillitas ex socordia speculandi repit vi agendi ad generationem. Quæ organum requirens lasciuiam, cupidines connectere deliciis & simul surrigi per corpus sinit. Hic enim nihil pręter vmbrã
20 quandam rudem & voluptatis somnium, quæ sit explerionis expers, adest. Sic fatus duxit eum raptim per spacium ingens, vt videbatur, quod facile & * leniter est emensus, lucis radiis velut pennis sublatus: donec ad vastum quendam hiatum, qui pertinebat deorsum, peruenit: atque ibi fuit à priore virtute destitutus, quod aliis quoque animis accidere ibi contemplabatur. Suspensis enim auium more alis demissæ hiatum illum circumuolitabant. Propalam non audebant penetrare eum, qui intus spectabatur perinde vt antra Bacchica syluis, viriditate, herbis, & omnis generis floribus picturatus. Inde efflabatur mollis & placida aura odores mirę suauitatis subuehens blandos: quæ temperiem, qualem vinum temulentis, infundit. Vescentes enim animæ fragrantiis illis diffundebantur & amplectebantur se mutuo: locusque bacchatione, risu, atque omni genere cantus circumsonabat, ludentium & sese oblectantium. Referebat
30 hac Liberum patrem ad deos ascendisse, ac Semelem in cœlum sustulisse. Locum Lethen, quod obliuionem significat, dici. Quamobrem nec morari ibi cupientem permisit Thespesium: verum vi retraxit: qui subiiciebat simul ac dicebat colliquescere & emollescere mentem voluptate, partem autem brutalem & corpoream irrigatam carnescentemque corporis recordationem infundere: ex recordatione desiderium & æstum, quæ ad generationem trahat: quam ira appellatam esse, quod nutum intendat humiditate degrauat anima. Porro cum tantundem iterum esset emensus itineris, visus est procul videre grandem craterem, in quem infundere se cum impetu riuos, vnum spuma marina, vel niue candidiorem, alterum colore purpureo, qualis in arcu cœlesti visitur: alios aliis infectos tincturis, si procul spectentur, quæ suo peculiari prædití splendore erant. Vt propius accesserunt, crater ille euoluto ex oculis magis
40 aëre, qui circumiectus erat, occæcatisque coloribus floridiorem dempto candore reliquit. Conspexit autem lares tres vna cõsidentes figura triquetra, qui riuos inter se certis modis commiscebant. Eo vsque memorauit animæ Thespesii ductor Orphea, cum vxoris animam scrutaretur, peruenisse, ac memoria lapsum famam apud homines vulgasse adulterinam, oraculum Delphicum Apollinis & Noctis esse commune. Nihil enim Nocti cum Apolline consociationis esse: sed Nocti hoc cum luna, inquit, oraculum est promiscuum: quod nusquam terrarum terminetur, neque sedem teneat vnam: sed passim inter mortales insomniis & imaginibus sit vagum. Ex hoc enim somnia cõfusam, vti vides, cum ludificatione & varietate & simplicitatem & veritatem accipiunt & disseminant. Apollinis vero haud lustrasti, insit, oraculum, neque lustrare valeas. Altius namque non assurgit vel laxat se pars animæ terrea, sed corpori af-
50 fixa vrget deorsum. Simul annitebatur probe accedens ei monstrare, lumen quod ex cortina, vti ferebat, per Themidis sinus in Parnasum effunditur. Id contemplati cum affectaret, non potuit præ fulgore: verum audiuit prætereà latus vocem acutam fœminæ, quæ versibus cum alia, tum vero tempus mortis eius protulit. Ostendit genius vocem esse eam Sibyllæ. Siquidem hanc in facie lunæ circumuectam res impendentes canere. Cum vellet autem plura audire, vi lunæ in diuersum, vt in vorticibus sit, propulsus est, ac pauca exaudiuit: ceu casum Lesbii montis, & conflagraturam fortuito igne Dicæarchiam, & partem versiculi de præsenti Imperatore:

Quod ille bonus morbo linquet dominatum.

Hinc ad pœnas pendentium spectaculum conuerterunt se. Ac primum in tristia & miseranda

* Alii, sine vllo errore.

spectacula tamen inciderunt: vbi amicos, necessarios & familiares præter expectationē pœnas pendentes offendit: qui cum graues cruciatus, fœda supplicia & afflictiones tolerarent, lamentabantur & eiulabant ad illum. Parentem denique suum conspexit, qui ex voragine quadam emergebat, verberum notis & cicatricibus oppletum. Hic manus ei porrigebat: neque reticere sinebatur: verum, vt conficeretur, adigebatur à suppliciorum exactoribus, flagitium se admisisse in hospites quosdam, quos auri causa, quod habebant, veneno sustulerat. Is cū omnes mortales in vita fefellisset, hic compertus alia piacula iam luerat, alia rapiebatur ad luendum. Ac supplicare quidem vel deprecari pro parente ex stupore & trepidatione non sustinebat. Cū autem reciperet se ac fugam capessere intenderet, non vltra benignum illum & familiarē ducem videbat: sed ab aliis quibusdam, qui erant horrēdo aspectu, potro impulsus, quod ita euadere illinc necesse foret, spectabat impurorum hominum, quorum apud mortales eruperant vitia aut pœnas luerant, non ita duriter vmbram neque pariter agere impolitam, quæ circa brutam & ægram animæ partem erat ærumnosa. Qui vero velamento atque existimatione virtutis velati tecta improbitate vitam transegerant, hos corona aliorum cum graui labore & cruciatu interiora animæ adigebat extra euoluere, ac contra naturam flexuoso impulsu se torquere, sicut scolopendræ marinæ, quando hamum deglutierunt, inuertunt seipsę. Nonnullos eorum excoriantes atque explicantes ostendebant liuidos & versutos esse, qui in ratiocinatione & principe animi parte prauitatem gerebant. Alias narrabat animas se vidisse viperarum modo cōplicitas mutuo cohærentesque binas, ternas & plures, rodentes se inuicem ex tristi recordatione & odio eorum, quæ perpessi erant in vita aut egerant. Iam lacus esse vicinos, vnum auro feruentem ebullientemque, alterum plumbi gelidissimum, asperum tertium ferri: quibus appositos certos genios sicut fabros ærarios, qui instrumentis vicissim recipiebant & demittebant animas eorū, qui inexplebili auaritia conspurcati erant. Has ex auro candētes & translucentes in lacum plumbi coniiciebant & mergebant. Conglaciatas ibi atque duratas instar grandinis, rursus in ferri lacum transferebant. Vbi mere nigrescebant, dissilientesque ex duritia & elisæ figuras suas variabant. Mox in aurum denuo rapiebantur, ac sæuos, vt ille memorauit, in vicissitudinibus illis cruciatus perpetiebantur. Præ cæteris conditionem esse calamitosissimam memorabat earum, quæ noxæ iam exemptæ inde iterum comprehendebantur. Hæ erant, quarum ad nepotes vel filios piaculum recidebat. Vbi enim quis illorum aduenit & occurrit, inflāmabatur ira inuehebaturque. & notas demonstrabat tormentorum probra ingerens & persequens illam: quæ abdere se cum affectaret, non valebat tamen. Siquidem tortores propere aduolabant, & ad supplicia de integro vrgebant eiulantes, quod tormentum prænossent. Aliquas etiam complures ex sobole sua connexas sibi habere memorabat, & sicut apes & vespertiliones plane hærentes stridentesque & quiritantes memoria & stomacho, quod ita illorum nomine essent cruciati. Postremo cum contemplaretur animas, quæ ad alteram natiuitatem vertebantur, atque in bruta varia flectebantur violentet & transfigurabantur ab huius muneris opificibus: qui certis instrumentis & pulsibus aliorum solida membra cudendo constringebant, alia distorquebant, alia poliebant & in totum demoliebantur, quo ea apparent aliis moribus & vitę generibus: in his comparuisse Neronis animam, quæ cum alias erat iam grauiter afflicta, tum candentibus confixa clauis. Hanc parantibus artificibus in Pindaricæ viperæ transformare imaginem, in qua fœtantem matrem deuorans victura esset, lumen memorauit ingens illuxisse, ac vocem ex lumine missam fuisse, quæ imperabat, in aliud genus verterent eam mitius, animantem machinati circa paludes & lacus canotam. Nam piacula eorum, quæ commisit, luisse eam. Deberi autem ei gratiam ab diis aliquam: quod inter illos, qui paruissent ei, optimam & religiosissimam gentem libertate donasset Græciam. Hactenus eum harum rerum spectatorem fuisse. Cum iam regrediendum ei esset, incidisse ex metu se in maxima pericula. Etenim mulierem quandam mirifica specie & proceritate ipsum corripuisse, quæ: Heus tu, inquit, ades, quo singula firmius memoria complectatis: Ac virgulam, quali pictores vtuntur, ignitam admouisse: verum fuisse ab alia interpellatam. Ibi ipsum quasi à fistula subito raptum vento valido admodum & procelloso ad corpus suum appulisse, atque oculos pene ex busto attollere cœpisse.

PLV-

PLVTARCHI

De Placitis decretisque Philosophorum, Liber primus.

TRadituri naturalem historiam necessarium duximus mox ab exordio philosophiæ commentationem dispertiti: quo cognoscamus, quid sit, & quota eius pars naturæ explicatio. Ac Stoici quidem censuerunt sapientiam esse diuinarum atque humanarum rerum scientiam: philosophiam vero conducibilis meditationem artis. Conducibile autem esse vnam & supra omnia virtutem. Iam virtutes in summo genere treis, 30 naturalem, moralem, logicam. Quocirca tripartita est philosophia: cuius pars est vna naturalis, moralis altera, tertia logica. Atque naturalis, cum de mundo ac de iis, quæ in mundo sunt, quærimus. Moralis, quæ vitæ humanæ rationem commentatur: Logica, quæ disserendi rationem, quam etiam dialecticen, id est, sermocinatricē appellant. Aristoteles, Theophrastus, Peripateticique pene omnes philosophiam hoc modo distinxerunt, necesse esse, vt vir consummatus & eorum, quæ sunt, contemplator sit, & actor eorum, quæ decent. Id inde intelligas licet: Verbi gratia, cum quæritur, animans nec ne Sol sit. Esse enim videtur. Hoc qui quærit, contemplator est. Nam nihil vltra contemplatur, quam id, quod est, quærit. Item an mundus infinitus sit, & sit ne quid extra mundum. Hæc enim in contemplatione posita sunt omnia. Rursus quæritur, quemadmodum instituenda vita, & instituendi liberi, quemadmodum gerendus magistra- 40 tus, & quemadmodum sanciendæ leges. Hæc enim actionis gratia omnia quæruntur: & qui in eo versatur, is vir est actuosus.

Quid sit natura. Cap. I.

QVando consideratio proposita nobis est rerum naturalium, esse arbitror operæpretium, quidnam sit natura, declarare. Quippe absonum sit de natura disputare, cū idipsum ignores naturæ potestatem. Est igitur authore ARISTOTELE natura motus & quietis exordium, 50 in quo proprie & per se non casu inest. Cuncta enim, quæ sub conspectum cadunt, quæ neque ex fortuna, neque ex necessitate, neque diuina sunt, neq; eiuscemodi sortita causam, naturalia dicuntur, ac naturam obtinent suam ipsorum: veluti terra, ignis, aqua, aër, plantæ animalia. Insuper hæc, quæ fiunt, imbres, grandines, fulmina, præsteres, venti. Nam habent hæc initium aliquod. Neq; enim ab æterno horum quodque est, verum aliquo ex principio existit. Atque hæc quidem, ceu animantes & stirpes * ortus incunabula habent: in iisque natura principium primo est, nec motus tantum, verum etiam quietis. Quandoquidē quæ motus principium acceperunt, hæc accipere valent & exitum. Hinc ergo est principium natura motus & quietis.

* *Alii, motus.*

Quatenus differant principium & elementum. II.

ARISTOTELES quidem & PLATO principium & elementa dissidere existimant. At Milesius THALES idem censet principium & elementa esse. Cæterum distant inter se quam plurimum. Siquidem sunt elementa composita: cum principia dicamus esse neq; confectum quiddam. Exempli gratia, elementa vocamus terram, aquam, aërem, ignem. Principia ideo dicimus: quod ex quo oriantur, nihil habeant se prius. Alioquin non erit hoc: sed illud, ex quo productum est, principium. At quam terra & aqua sunt quædam priora, ex quibus sunt hęc procreata, materia rudis & informis, & forma, quam entelechiam vocamus, id est, actum quendam continuum & perennem, atq; priuatio. Lapsus igitur Thales est, qui elementum & principium esse aquam dicit. 10

De principiis, quid sint. III.

VNiuersitatis THALES Milesius pronunciauit aquam esse principium. Apparet hunc principem fuisse philosophiæ, à quo secta Ionica appellationem inuenit. Fuerunt enim successiones plurimæ philosophiæ. Qui cum philosophiæ vacasset in Ægypto, Miletum se ætate grauior contulit. Hic cuncta oriri ex aqua, atque in aquam cuncta asserit dissolui. Coniecturam ex eo capit primum, quod animantium omnium genitura humida principium sit Ita omnia quoque ex humido verisimile esse initium trahere. Deinde quod stirpes alantur omnes humore fru ctumque edant: quo destitutæ exarescant. Tertio quod ipse solis & siderum ignis aquarum halitib. pascantur, adeoque mundus ipse. Quapropter hanc mundi fuisse procreationem Homerum statuisse: 20

Oceanus de quo existit generatio cunctis.

ANAXIMANDER Milesius rerum omnium principium esse infinitatem ait. Ex eo enim existere, inuicemque in id abite cuncta. Quare produci etiam innumeros mundos, ac denuo in id, vnde sint orti, recedere. Ac refert quidem, cur infinitio sit: quo nusquam, quæ originem præbet, claudicet productio. Enimuero offendit in eo hic, quod non explicet, quid sit infinitum: aër ne, an aqua, an terra, an alia quæpiam corpora. Hallucinatur igitur, qui materiam statuat, causam vero efficientem tollat. Siquidem infinitas aliud nihil nisi materia est. Nō valet autem esse materia efficientia, nisi subsit efficiens. ANAXIMENES Milesius principium rerum aëra statuit. Ex eo enim nasci omnia, atque in eum iterum adolescere: sicut anima, inquit, nostra, quæ aer sit conseruat nos, mundumque vniuersum spiritus & aër continet. Dicitur autem pariter aer & spiritus. Cæterum labitur etiam hic, qui ex simplici & vniusmodi aere, & spiritu compacta esse animantia existimat. Quippe fieri non potest, vt materia principium rerum, ex quo cuncta extiterunt, vnicum sit: sed simul causa est efficiens ponenda. Vt non satis est ad producendum poculum argentum: nisi accesserit id, quod efficit, id est, vasculatius. Perinde est in ære, ligno, & materia alia. ANAXAGORAS Clazomenius principia rerum esse particulas similes designauit. Existimauit enim prorsus perplexum esse, quemadmodum ex eo, quod non est, queat quid oriri, & dilabi in id, quod non est. Cibum enim sumimus simplicem & vniusmodi, vt panem cerealem, aquamque potamus. Quo ex alimento vegetatur crinis, vena, arteria, neruus, ossa, & partes reliquæ. Quæ cum fiant, fatendum in alimento, quo vtimur, omnes res contineri: atque ex rebus, quæ sunt, omnia crescere, illoque in alimento partes esse sanguinis procreatrices, neruorumque & ossium, & cæterorum, quas cogitatione contemplari possumus, partes. Neque enim reducenda omnia ad sensum sunt: quod panis & aqua hæc fabricent: cæterum in his sunt partes, quas cogitatione assequimur. Quare ex eo, quod in alimento similes partes nascentibus insint, appellauit eas homœomerias principiaque esse statuit eas rerum: atque partes hasce similes materiam, causam vero efficientem mentem eam, quæ ordinate cuncta digerat. Sic autem auspicatur. Vna omnes res fuerunt, quas discreuit ac digessit mens. Itaque recipiendus sit hic, quod materiæ opificem copulauit. ARCHELAVS Apollodori Atheniensis aera infinitum, eiusque spissitudinem & raritatem: quarum hanc ignem esse, illam aquam. Atque hi, qui sibi inuicem ordine successerunt, sectam in philosophia, quæ dicitur Ionica, complent. Iam alio à capite PYTHAGORAS Mnesarchi Samius, qui philosophiæ princeps hanc appellationem dedit numeros horumque proportiones, quas etiam harmonias, id est, concinentias appellat, vocat principia, ex ambobusque composita elementa, quæ nuncupantur geometrica. Idem rursus monadem & infinitam dyadem in principiis statuit. Tendit autem principiorum eius alterum ad causam efficientem & formalē, quæ mens & eadem deus est: alterum ad patibilem & materialem, quæ est aspectabilis hic mundus. Esse autem naturam numeri denarium Siquidem vsque ad decem omnes Græci, omnes barbari numerāt. Quo simul atque peruenerunt, regrediuntur retro ad monadem. Porro vis est, inquit, numeri 30 40 50

denarii

denarii in quatuor & quaternario. Causa hæc est. Si à monade profectus addendo colligas numeros, vbi progressus ad quatuor eris, explebis numerum denarium. Quod si excesseris quaternarium, simul denarium transilies. Vt, si ponas vnum, & duo adieceris; hinc, tria, atque his quatuor, numerum confeceris denarium. Itaque numerus ex monade collectus in decem, sed ex vi sua spectatus in quatuor est. Vnde aiebant Pythagorei, quasi iusiurandum esset quaternarius sanctissimum:

Iuro per hunc, anima potuit qui tetrada nostræ
Æterna fontes natura infundere habentem.

Et anima nostra, inquit, ex numero constat quaternario. Nam esse mentem, scientiam, opinionem, sensum: ex quibus ars & scientia omnis, nosq; ipsi rationis compotes sumus. Atq; monas quidem mens est. Mens n. singulariter spectatur. Nam cum multi homines sint non sunt singuli sensibus subiecti, nec possunt comprehendi, sed sunt infiniti. Verum ipsum hominem vnum solum intelligimus: cuius est similis nullus: equum item vnum cogitamus solum. Nam singuli sunt innumeri: Siquidem species hæ omnes & genera singulatim sunt. Quare in horum vnoquoque hanc definitionem reddentes aiunt. animal ratione vtens, aut animal hinnibile esse dicendum. Igitur ergo monas mens est, qua hæc intelligimus. At infinita scientia dyas, id est, binarius merito est. Omnis enim demonstratio, omnisq; probatio scientiæ, adhæc collectio omnis ex confessis quibusdam id, de quo ambigitur, colligit, prompteq; demonstrat aliud ex iis, quorũ est scientia comprehensio. Quapropter sit dyas. Opinio trias est ex comprehensione, & iure. Quippe multorum est opinio. Est autem trias multitudo : vt

Ter Danaiq; beati.

Propterea non admittit numerum ternarium Pythagoras. HERACLITVS & HIPPASVS Metapontinus principium vniuersitatis esse ignem. Ex igne namq; omnia ortum & in ignem habere asserunt occasum: cuius extinctione creata omnia esse. Primum enim portionem eius crassissimam in seipsam contractam effici terram: mox solutam terram ab ignis potestate aquam euadere, cuius anhelitu reddi aërem: Iterumq; mundum corporaq; cuncta ab igne in mundi conflagratione consumptum iri. Esse igitur ignem principium, quod fons sit omnium: atq; finem, quod in eum vniuersa dissipentur. EPICVRVS Neoclis Atheniensis sectam Democriti in philosophia secutus principia affirmat rerum corpora esse, quæ ratione percepta, exortia vacui, ingenita, sempiterna, incorrupta sint, quæ frangi nequeãt, neq; conformari valeant ex partib. vel immutari. Ea ratione perspici, agitari tamen in inani & per inane. Esse porro ipsum inane interminatum, & corpora interminata. Accidere autem istis corporibus tria hæc formam, magnitudinem, pondus. Nam DEMOCRITVS duo posuit, magnitudinem & figuram: quibus tertium adiunxit Epicurus pondus. Moueantur enim, inquit, oportet ponderis pulsũ corpora: alioqui non moueantur. Esse autem istorum corpusculorum, quæ atomos vocant, comprehensibiles figuras, non infinitas Nam non hamatas esse, vel vncinatas, vel circinatas. Id namq; genus figurarum esse facile contusile: cum atomi sint impatibiles, indiuisibiles: sed habeant suas ratione perceptas figuras. Dicta est atomus, non quod minutissima sit: sed quia est indiuidua impatibilis, & vacui exors, itaq; si atomum dicas, continuo infragibilem, impatibilem, & vacui exortẽ dixeris. Esse autem atomum patet. Etenim sunt elementa æterna, animantes inanes, & monas. EMPEDOCLES *Metonis Agrigentinus quatuor elementa numerat, ignem, aëra, aquam, terrã: potentias autem principales duas, amicitiam & dissidium: quorum hoc dirimit, illud copulat: cuius hæc sunt verba:

*Alii, Metonis.

Quatuor hæc rerum cunctarum semina norit,
Prima Iouis statio ætherei, quem proxima Iuno
Largitrix vitæ sequitur, Plutoq; profundus
Et Nestis lachrymis humectans flumina nostra.

Iouem enim appellat feruorẽ & æthera, largitricem vitæ Iunonem aëra, Plutonem terram, Nestim humanumq; riuum tanquam genituram & aquam. SOCRATES Sophronisci & PLATO Aristonis Athenienses (Eædem enim de vniuersitate sunt vtriusq; sententiæ) tria principia, deum, materiam, ideam, id est, speciem. Deus mens est. Materia, quod primum generationi & interitui subiacet Idea essentia sine corpore in Dei intellectu & visis. Deus autem mens est mundi. Aristoteles Nicomachi Stagirites principia entelechiam, id est, continuatam quandam motionem & perennẽ, siue speciem, materiã, priuationẽ. Elementa quatuor. Quintum autem corpus quoddam æthereum, immutabile. ZENO Mnasei Citiensis principia Deum & materiam: quorum est ille agendi author, hæc patiendi: elementa quatuor. Horum est secta Italica dicta: quod in Italia philosophiam Pythagoras sit professus. Excessit enim patria Samo tyranno infensus Policrati.

Quomodo coagmentatus sit mundus. IV.

COagmentatus est mundus forma conuexa, atq; hoc figuratus modo. Corporibus insecabilibus temerariam ac fortuitam sortitis motionem perpetuoq; ac pernicissime agitatis multa in vnum glomerata sunt. Vnde diuersam figuram & molem sunt nacta. Ex his in vnum congiobatis maiuscula & grauissima in totum resederunt. Minuscula, orbiculata, læuia & lubrica elisa sunt in istorum corporum concursu, atq; in sublime eleuata. Vt vero expirauit iam vis impulsiua, quæ tollebat in altum, neq; vltra sursum pulsus vexit, neq; poterant hæc infera petere, ad loca eorum capacia sunt appulsa. Et fuerunt in ambitu: atq; circum ea corpusculorum aceruus circumflexus: quę inter se amplexa in circumflexione cœlum produxerunt. Hęc corpuscula, quę varia sunt, vt est dictum. eandem vim retinentia, postquam in altum extrusa fuerunt, stellarum naturam absoluerunt. Porro globus exhalatorum corpusculorum impulit aëra, eumq; elisit, qui versus in flatus, ac complexus sidera, ea secũ rotauit, vertiginemq;, quã nũc habent, tenerut sublimem. Hinc ex iis, quæ desederunt, genita est terra: ex euolantibus sursum cœlum, ignis, aër. Quia vero materia residua copiosa in terra contorquebatur, quæ impulsu ventorum, & siderum auris astricta est: qua terra concreuerat subtilior, ea pars conglobata est omnis, ac naturam liquidam edidit. Ea quia fluida erat, delata ad caua loca est: quæ accipere eam & complecti valebant: vel sua sponte subsidens tellus aperuit in locis subiectis sinus. Ad hunc mundũ partes mundi præcipue sunt ortæ.

An vnum vniuersitas. V.

STOICI vnum esse statuerunt mundum, quem etiam vniuersitatem dixerunt; & quicquid corporeum esset. EMPEDOCLES vnicum quidem mundum, non esse mundum tamen vniuersitatem, sed portionem eius pusillam, reliquam inertem materiam. At PLATO sententiam suam vnum mundum esse atq; vnam vniuersitatem coniicit ex tribus: quod non sit absolutus, nisi omnia complectatur. Item quod non sit exemplaris futurus similis, ni vnicus sit, & quod non sit futurus incorruptus, si quid extra eum foret. Atqui Platoni respõdeas, absolutum mundum non esse. Neq; n. cuncta continet. Etenim absolutus homo est, quamuis non contineat omnia: suntq; exempla multa alia, ceu in statuis, ædificiis, picturis. Qui enim sit consummatus, si quid extra eum versari valeat? Immortalis porro nõ est neq; qui natiuus sit, esse queat. METRODORVS extraneum esse ait spacioso in campo vnam prouenire spicam, vnum item in infinitare mundum. Nam innumeros esse ex eo liquet, quod innumeræ sint causæ. Namq; si finitus mũdus est, & causæ, ex quibus hic mundus est ortus, infinitæ sunt: infiniti vt sint necesse est. Vbi namq; causæ infinitæ, ibi & effectus. Causæ sunt corpuscula vel elementa.

Vnde notionem habuerint homines Dei. VI.

DEfiniunt Dei essentiam STOICI hoc modo, spiritum intelligentiæ participem, igneum, formæ expertem, vertentem se in quælibet, omniaque effingentem. Notionem habuerunt eius homines, primum ex decore eorum, quæ ob oculos cadunt, anticipatam. Nihil enim, quod speciosum est, temere vel fortuito fit: verum aliquo artificio architectante. Est autem pulcher mundus, quod patet ex eius figura, colore, mole, atque ea quæ in mundo est, stellatum varietate. Est autem mundus globosus: quæ figura omnibus præcellit. Vna est enim hæc partium suarum similis atque ipse rotundus partes habet rotundas. Ideo enim, vt vult PLATO, in capite quod diuinissimum est, consistit mens. Iam eius elegans color est. Cæruleo namque est tinctus, qui purpureo fuscior splendore refulget. Quamobrem intentissimi vi coloris adeo immensam perrumpens aëris vastitatem tanto ex interuallo conspicitur. Ex magnitudine denique est pulcher. Quod enim ambit, omnium est in suo genere, pulcherrimum: vt animans & arbor. Mundi venustatem etiam consummant hæc, quæ conspicua sunt. Siquidem circulus in cœlo obliquus diuersis imaginibus est distinctus:

Est in eo cancer, sub quem leo, virgo deinde, hinc
Chelæ, scorpius hinc, intorquet tum ille sagittas.
Mox capricornus adest, comitatur aquarius illum.
Stellati post hunc pisces, aries tum taurus sub istum.
Hinc gemini.

Sexcentas præterea alias efficit persimiles mundi anfractus. Itaq; ait Euripides:

Stellis refulgens ætheris iubar Chronon
Distinctum opus belle periti artificis.

Hinc igitur cepimus Dei sensum. Quippe Sol, Luna, & sidera reliqua sub terrã peruecta similibus coloribus emergunt, pari amplitudine, iisdem locis & temporibus. Quapropter qui nobis cul-

bis cultum deorum tradidere.tribus eum nobis modis instituerunt: Primo ex naturali ratione, altero ex fabulis ducto,tertio reump.legibus testato.Naturalis à philosophis docetur, fabulosa à poëtis,legalis passim in quaq; vrbe instituitur. Ac doctrina quidem tribuitur omnis in partes septem.Prima ex astris & in sublimi positis ducitur. Deum enim perceperunt esse ex apparentibus astris:quod magnæ hæc consensionis viderent causas esse, statasq; diei & noctis vices, brumæ & æstatis,exortus & occasus,& à terra productas animantes & fruges. Quapropter habitus est his cœlum pater,mater terra esse.Horum autem cœlum pater est habitus,quod imbrium effusiones vicem reddant seminum:terra mater,quod concipiat hæc & pariat. Quia vero stellas perpetuo θέοντας,id est,currentes conspiciebant,atq; τὸ θεωρεῖσθαι,id est,cernendi nobis solē

10 & lunam authores esse,θεοὺς eos,id est,deos appellauere. Altero tertioq; loco deos distribuerunt in noxios & salutiferos. Salutiferos Iouem,Iunonem,Mercurium,Cererem:Noxios,Pœnas, Furias,Martem:quorum infestam atrocitatem procurabant. Quartum & quintum attribuerunt negociis & animi perturbationibus,ceu Amorem, Venerem, Cupidinem his:illis Spem, Iustitiam,Æquitatem.Sextum ordinem poëtarum figmenta sibi vendicauerunt.Nam cum instituerent diis natiuis Hesiodus patrem constituere,genitores huiusmodi eis inuexit,

Cœumq; Criumq;,Hyperionaq;,lapidumq;.

Hinc fabulosus est dictus.Septimum & postremum illi, qui humano more geniti ob collata in vitam humanam beneficia diuinos honores meruere:vt Hercules, vt Tyndaridæ, vt Liber pater.Humana specie hosce deos esse dixerunt:quod augustissimū numen sit omnium, animan-

20 tium vero homo pulcherrime exornatum virtute:quia donatus est mente,quæ pars est præstātissima.Illos ergo,qui præclara facta ediderunt pari modo præditos præstantissima parte animaduertere.

Quis deus. VII.

NOnnulli philosophi,de quibus Milesius est Diagoras , Theodorus Cyrenensis,& Euemerus Thegeates semel negauerunt deos esse. Euemerum Callimachus Cyrenensis iambis his perstrinxit.scribens:

In suburbanum delubrum conferti ite,
In quo iam pridem areum qui finxit Iouem,

30 *Insolens senex improba volumina scribit.*

Hæc pro ea opinione,quę esse negat deos,dicta sint.Euripides tragicus in apertum id efferre Areopagi metu noluit:significauit autem hunc in modum. Sisyphum induxit huius sententiæ principem,atq; huic eius sententiæ est suffragatus.

Nam tempus erat, inquit, *cum vita humana incondita*
Et belluina esset ministra iniuria.

Postea,vt ait, ex lex vita latis antiquata est legibus. Vbi enim manifesta scelera arcere lex valuit, sed clam multi ius violabant:tunc sapiens quidam veritatem animaduertit semper commento esse præstringendam,probandumq; mortalibus,

Quod sit deus,cui etiam perennis vita sit,

40 *Hæc qui audiat,cernatq;,& multum sapiat.*

Valeant enim,inquit,poëtarum ineptiæ cum Callimacho,qui ait:

Si esse deum nosti,simul & facere omnia noris
Posse deum.

Atqui non valet omnia facere deus.Quando si deus est,niuem efficiat attam, & ignē algidum, & sedentem rectum,viceque versa.Etenim Plato ille grandiloquus,qui ait : Deus mundum ad sui ipsius imaginem formauit:olet,vt veteris comœdiæ scriptores autumant, deliramenta anilia.Nam quo pacto intendens in seipsum oculos finxit mundum,aut quo pacto globosum,cum ipse sit homine breuior. ANAXAGORAS ait: Constiterunt initio corpora,quæ mens digessit dei,generationesque effecit vniuersitatis. PLATO non consistentia posuit prima corpora,

50 sed incondite agitata. Quapropter,inquit,considerans deus confusioni ordinem præstare,digessit hæc. Sane ambo simul lapsi sunt:quod deum negociis humanis finxerunt implicatum, aut hominum causa mundum molitum.Quippe beatum animal & immortale bonisque affluens omnibus,& omnis mali expers prorsus: quod iugiter in felicitate sua & immortalitate versetur,non ingerit se actibus humanis. Miser enim sit,si operæ modo aut fabri onera gestaret,atque in mundi opificio æstuaret.Iam deus,quem perhibent,aut superiore æuo nō erat, cum immota iacerent corpora,aut mouebatur temere:aut dormiebat , aut vigilabat, aut horum neutrum:quorum non est recipiendum primum.Quandoquidem est ęternus deus:nec secundum. Si enim deus ab æterno stertebat, mortuus erat. Siquidem æternus somnus mors est. Imo

non

non cadit in deum somnus. Nam immortalitas dei & mortis vicinitas magno diuortio distractæ sunt. Quod si vigilabat deus, vel claudicabat eius felicitas, vel ea fruebatur expleta. Ita nec primo modo beatus deus erat, quoniam manca felicitas non est beata: nec altero modo. Nequicquam enim moliebatur, si nulla re deficiebatur. Age si deus est, atq; huius sollicitudine dispensantur res humanæ: cur homines tetri fortunæ indulgentia fruuntur, contra experiuntur eam nouercam probi. Ecce tibi Agamemnon, qui

Rex fuit insignis simul & præclarus in armis,

ab adultero & adultera oppressus & dolo est interemptus. Quid huius gentilis Hercules, eum multa infesta generi humano sustulisset monstra, nonne à Deianira incautus est veneno extinctus? THALES mentem mundi ait esse deum. Sidera ANAXIMANDER æthera deos. DEMOCRITVS deum mentem ignitam, mundi animam. PYTHAGORAS ex principiis monadem deum, & bonum: quæ monadis est natura, mensq; ipsa. Infinitam dyadem genium & malum: circa quam aceruus versatur materialis. Est præterea visibilis deus mundus. SOCRATES & PLATO vnum, vnigenitum & sua sponte natum, vnicum, & reuera bonum. Hæc nomina spectant omnia in mentem. Est igitur deus mens, species abstracta, id est, cum nulla confusa materia nulli rei cōtexta patibili. ARISTOTELES summum deum formam abstractam, vniuersitatis innitentem sphæræ, quæ corpus est ætherum, quod ab eo quintum dicitur. Hoc in Sphæras dissecto natura quidem contiguas, verum ratione diductas, singulas sphæras arbitrabatur animalia esse ex corpore concreta & anima: quorum est ætheteum corpus, quod in gyrum moueatur: anima vero ratio immobilis, sed motus causa efficiens. STOICI communitet deum decernunt ignem esse artificem via procedentem in mundi procreatione rationes seminales intra se complectentis vniuersas. Ex quorum sententia omnia è fato pendent: spiritum prætetea per vniuersum mundum pertinentem, appellationes autem subinde variantem per vniuersam, quam permeat, materiam. Esse etiam mundum deum, sideraque, & terram, ac supremam omnium in æthere mentem. EPICVRVS omnes esse humana figura deos: cogitatione autem omnes eos spectabiles præ subtilissima imaginum natura. Idem naturas quatuor alias genere incorrupte hasce, corpuscula insecabilia, inane, infinitum, similitudines. Dicuntur hæ particulæ similes & elementa.

De geniis & heroibus. VIII.

HVic de diis commentationi subtexenda est illa de geniis & heroibus. THALES, PYTHAGORAS, PLATO, STOICI genios essentias esse animales. Heroas esse animas, quæ corporibus excesserunt, & bonos quidem bonas, malos vero prauas. EPICVRVS horum nihil non improbat.

De materia. IX.

*Alii, *primum.*

MAteria, id est, quod * primæ generationi, interitui, mutationibusq; aliis subiacet. THALIS & PYTHAGORÆ alumni, ac STOICI, versatilem, alterabilem, commutabilem & fluitantem totam ex toto materiam. Illi à DEMOCRITO impatibilia prima, corpusculum insecabile, inane & incorporeum. ARISTOTELES & PLATO materiam corpoream, rudem, specie, figura, qualitate, quod ad suam ipsius naturam attinet, vacantem, formarum tamen capacem sicut nutricis, typi, sigilli, & matris vicem implere. Qui vero materiam esse asserunt aquam, vel terram, vel ignem, aut aëra: hi non iam informem eam dicunt, verum corpus. Qui indiuidua aut corpuscula insecabilia, informem.

De ideis, id est, speciebus. X.

IDea, id est, species, essentia est corporis expers: quæ per se ipsa non subsistens, rudes tamen conformat materias, causaque est earum demonstratrix. SOCRATES & PLATO discretas à materia essentia esse censent. Ideas, quæ in sensis visisque dei, id est, mentis subsistunt. ARISTOTELES species quidem reliquit & ideas, non tamen à materia disclusas: quod ex aliquibus factum est à deo. Zenonis assectæ STOICI notiones in animis nostris anticipatas Ideas esse asseruerunt.

De causis. XI.

CAusa est, ex qua affectus existit, aut propter quam euenit quid. PLATO causam trifariam distinxit. Ait enim esse, à qua, ex qua, ad quam. Præcipuam censet eam à qua. Hæc est rerum efficiens, id est, mens. PYTHAGORAS atq; ARISTOTELES primas causas sine corpore vllo esse. Quæ vero participando & ex accidenti sunt causæ, eas substantiæ esse corporeæ. Hinc mundum esse corpus. STOICI causas cunctas corporeas, vtpote spiritus.

De corporibus. XII.

CORpus est, quod tres habet dimensiones, latitudinem, profunditatem, longitudinem, aut concrementum regerens, quantum è natura sua est: aut quod locum occupat. PLATO, quod neq; graue neq; leue sua natura est, dum quidem in proprio suo loco manet: Vbi vero in alienum peruenit, continuo nutum habet, ex nutuq; momentum vel ad grauitatem, vel ad leuitatem. ARISTOTELES terram rem esse prorsus ponderosissimam, leuissimum ignem, aërem & aquam alias aliter. STOICI duo ex quatuor elementis leuia esse, ignem & aëra, grauia aquam & terram. Quippe leue est, quod sua sponte non nutu à proprio suo medio, graue, quod ad me-10 dium vergit. Non est autem medium graue. EPICVRVS incomprehensa esse corpora, & prima quidem simplicia. Quæ ex eis sunt concreta, omnia pondus habere. Indiuidua partim ad a musum, partim in obliquum moueri, nonnulla supera pulsu & concussu petere.

De minutis corporibus. XIII.

EMPEDOCLES ante quatuor elementa fragmenta minima introduxit tanquam elementa ante elementa, particulis constantia similibus, id est, rotunda. HERACLITVS ramenta quædam tenuissima & impartilia.

De formis. XIV.

FOrma superficies est, & circumscriptio, lineamentumq; corporis. PYTHAGORÆ discipuli 20 globosa quatuor elementorum corpora, solum supremum ignem turbinatum.

De coloribus. XV.

COlor qualitas est corporis visibilis. PYTHAGOREI colorem corpori superficiem vocatunt. EMPEDOCLES quod visus meatibus congruit. PLATO emissam ex corporibus flammam, quæ particulas visui habeat competentes. ZENO Stoicus colores conformationes materiæ primas esse. Pythagoræ schola genera colorum, album, nigrum, rubeum, luteum. Discrimina autem colorum fieri certis elementorum misturis: eadem in animantibus etiam pro locorum & cœli varietatibus.

30

De corporum sectione. XVI.

THALIS & PYTHAGORÆ successores patibilia corpora, & in infinitū sectilia: alii corpuscula insectilia & indiuidua consistere, neque esse eorum in infinitum sectionem. ARISTOTELES potentia quidem in infinitum, sed actu minime.

De mistione & temperatura. XVII.

PRisci elementorum misturas fieri alteratione asserunt. ANAXAGORAS & DEMOCRITVS adiunctione. EMPEDOCLES ex minimis modis elementa coagmentat, quæ minutissima sunt, & velut elemenrorum elementa. PLATO tria corpora (Neque ea proprie esse vel 40 appellari vult elementa) in se mutuo versatilia, ignem aëra, aquam. Nam terram in horum nullum verti.

De inani. XVIII.

PHYSICI, qui Thali vsque ad Platonem successerunt, inane omnes abdicauerunt. EMPEDOCLES:

Nil vacuum in toto est plane aut circumfluit orbe.

LEVCIPPVS, DEMOCRITVS, DEMETRIVS, METRODORVS, EPICVRVS corpuscula insectilia infinita numero esse, inane magnitudine infinitum. STOICI nihil intra mundum esse inane, extra eum immensum. ARISTOTELES tantum esse extra mundum vacui, vt cœlum respirare valeat. Esse namq; id ignem.

50

De loco. XIX.

PLATO locum definit id, quod formas assumere natum est, ac translatione quadam ita materiam nominat tanquam nutricem aliquam & susceptricem. ARISTOTELES extremum continentis cum contento commissum.

De loculamento ceu conceptaculo. XX.

STOICI & EPICVRVS discrimen esse inter inane, locum, & loculamentum. Atq; inane esse corporis vacuitatem. Locum id, quod insessum est à corpore. Loculamentum, quod ex parte obtinetur, vt in vini doliolo.

De

De tempore. XXI.

PYTHAGORAS tempus esse ambientis aëris sphæram. PLATO æui mobilem effigiem, vel intercapeditem mundi motionis. ERATOSTENES Solis iter.

De temporis essentia. XXII.

TEmporis PLATO essentiam cœli motionem esse. STOICI fere ipsam motionem. Iam pleriq; ingenitum tempus: Genitum Plato pro captu nostro.

De motu. XXIII.

PYTHAGORAS, PLATO motum esse differentiam quandam vel alterationem in materia. ARISTOTELES perpetem mobilis actum. DEMOCRITVS motus genus vnum, quod in obliquum tendit. Duo genera EPICVRVS motus, ad amussim & in obliquum. HEROPHILVS motuum vnum ratione perceptibilem, alterum sensu. HERACLITVS quietem & stationem ex natura vniuersitate sustulit: quod hæ mortuorum sint. Motum verum æternum æternis, interitum tribuit interituris.

De ortu & interitu. XXIV.

PARMENIDES, MELISSVS, ZENO ortum & interitum telecerunt, quod vniuersitatem esse immobilem censerent. EMPEDOCLES & EPICVRVS, cunctique, quotquot ex minutilorum congerie corporum mundum construunt, concretiones quidem & dissipationes introduxerunt, ortus vero & interitus non proprie. Neque enim ex qualitate per alterationem, verum ex quantitate per accumulationem eos effici. PYTHAGORAS atq; omnes, quicunq; pati materiam statuunt, proprie ortum & interitum fieri. Quippe ex elementorum alteratione, conuersione, & solutione eos existere.

De necessitate. XXV.

THALES valentissimum est necessitas. Siquidem vniuersitatem edomat. PYTHAGORAS necessitate mundum obsideri ait. PARMENIDES & DEMOCRITVS omnia ex necessitate fieri. Eandem esse fatum, iustitiam, prouidentiam, & mundi architectam.

De necessitatis essentia. XXVI.

PLATO quædam ad prouidentiam refert, quædam ad necessitatem. EMPEDOCLES necessitatis essentiam causam principiis & elementis vtentem. DEMOCRITVS dissultum, incitum, & pulsum materiæ. PLATO modo materiam, modo conditoris ad materiam habitum.

De fato. XXVII.

HERACLITVS omnia fato fieri. Idem hoc atque necessitatem esse. PLATO fatum in animis humanis & vita admittit. Vna tamen accersit proficiscentem à nobis causam. STOICI perinde ac Plato. Ac necessitatem quidem causam esse inuictam & violentam aiunt, fatum contextum causarum statum. Quo in contextu annexam esse & eam causam, quæ à nobis proficiscitur: vt sint quædam fata, quædam secus.

De fati essentia. XXVIII.

HERACLITVS fati essentiam esse rationem, quæ per vniuersitatis essentiam pertinet, id est, corpus æthereum natalium vniuersitatis semen. Rationem PLATO perennem legem que perennem naturæ vniuersitatis. CHRYSIPPVS vim spiritualem ordine vniuersitatis dispensatricem. Iam in definitionibus. Fatum est vniuersitatis ratio, aut eorũ, quæ in mundo sunt, lex prouidentia constituendorum: aut ratio, ex qua ea extiterunt, quæ orta sunt: quæ existunt, oriuntur, extitura orientur. STOICI causarum seriem, id est, tenorem & compaginem insuperabilem. POSSIDONIVS tertium à Ioue. Siquidem esse Iouem primum, alterum naturam, fatum tertium.

De fortuna. XXIX.

PLATO causam in propositis per casum & consecutionem. ARISTOTELES causam fortuitam in iis, quæ ex impulsu propter quid fiunt, incertam stabilemq;. Differre à fortuna temeritatem. Quod n. fortuito, idem temere quoq; fieri, idq; omnino in reb. gerendis esse. Quod vero temere, id nõ statim fortuito: Nam cõsistere citra actionem. Iam fortunam ratione vtentium esse,

esse, temeritatem tam ratione vtentium quàm rationis expertium & inanimatorum. EPICVRVS, causam personis, tẽporibus, modis sibi non constantem. ANAXAGORAS & STOICI causam humano captui obscuram. Siquidem euenire quædam ex necessitate, quædam fato, alia ex consilio, alia fortuitio, nonnulla temere.

De natura. XXX.

EMPEDOCLES naturam nihil esse, tantum elementorum misturam & diuulsionem. Sic enim in primo naturalium scribit.

Ast aliud memorabo hominum nihil esse naturam
Cunctorum, & vanum lethi exitiabile nomen.
Sed modo misceri, rursus quoque mixta resolui.
Omnia naturam mortales ista vocarunt.

Perinde ANAXAGORAS esse naturam concretionem & dissipationem, id est, ortum & interitum.

PLVTARCHI

De placitis philosophorum, Liber secundus.

ABSOLVTA Principiorum, elementorum, coniunctorumque eis explicatione, conuertam me ad ea, quæ de effectibus commemorantur, ordiarque ab eo, quod omnium est capacissimum.

De mundo. Cap. I.

PYTHAGORAS vniuersitatis orbem ex eius concinna digestione princeps mundum nuncupauit. THALES atque eius schola vnum statuit esse mundum. DEMOCRITVS & EPICVRVS, horumque METRODORVS discipulus mundos in infinito per omnem eius complexum innumeros. EMPEDOCLES orbitam solis mundi circunscriptionem esse; eumque huius esse terminum. Infinitum SELEVCVS mundum. DIOGENES vniuersitam infinitam, finitum tamen mundum. STOICI interesse inter vniuersitam & totum, vniuersitatem esse vna cum inani infinitum, Totum remoto inani mundum. Esse itaque idem totum & mundum.

De forma mundi. II.

STOICI globosum mundum, turbinatum alii esse, quidam ouatum. EPICVRVS posse globosos esse mundos, admittere tamen etiam alias figuras.

Animans ne mundus. III.

CÆteri omnes animantem esse, & prouidentia regi mundum. DEMOCRITVS, EPICVRVS, & quotquot corpusculorum & inanis sunt authores, neque animatum esse, neque

prouidentia regi sed natura quadam rationis experte. ARISTOTELES neque animatum totum vndequaque, nec vero sensibilem, nec rationis compotem vel intellectus, nec prouidentia gubernari. Nam cœlestia omnium horum esse consortia: quod sphæris ambiantur animatis & vitalibus. At terræ finitima nullius eorum. Decentem vero compositionem casu non primigenie obtinere.

An æternus mundus. IIII.

PYTHAGORAS & PLATO genitum à deo mundum, & sua quidem sponte interiturum. Nam quia corporeus est, sensibilem esse, haud interiturum tamen prouidentia & conseruatione diuina. EPICVRVS, quia genitus sit, animantis & plantæ modo occasurum. XENOPHANES non genitum, sed sempiternum, neque interiturum mundum. ARISTOTELES mundi portionem, quæ subter lunam est, pati: in qua vicina quoque terræ emarcescunt. 10

Vnde alatur mundus. V.

ARISTOTELES, si alitur mundus, dissoluetur quoque. Atqui nullum alimentum desiderat, proinde est æternus. PLATO, ipsum sibi mundum ex pereuntibus per alterationem alimoniam subministrare. PHILOLAVS bifariam esse interitum, aliâs defluente cœlitus igni, aliâs ex aqua lunari vertigine aëris effusa. Horum halitus alimentum esse mundi.

A quo elemento exorsus fabricam mundi deus. VI. 20

PHYSICI à terra tanquam à centro mundi natales cœpisse autumant. Nam globi centrum caput est. Ab igni PYTHAGORAS & à quinto elemento. EMPEDOCLES æthera discretum primum fuisse, secundum ignem, mox terram, ex qua circumuectionis impetu astricta aquam scaturisse: inde aëra expiratum, genitumque ex æthere cœlum, solem ex igne, compacta ex reliquis esse proxima terræ. PLATO visibilem mundum ad exemplum conditum intellectibilis mundi. Aspectabilis autem mundi priorem animam factam: secundã hanc corpus: cuius quod ex igni & terra constat primum, deinde quod ex aqua & aëre. PYTHAGORAS figurarum quinq; solidarum, quæ mathematicæ dicuntur, ex cubo terram propagatam ait, ex meta ignem ex octaedro aëra, ex icosaedro aquam, ex dodecaedro vniuersitatis orbe orbem. Plato hic quoque Pythagoræ suffragatur. 30

De structura mundi VII.

PARMENIDES tanquam coronas esse inter se consertas, vnam ex raro, alteram ex denso, easq; ex lumine & caligine interiectis inter se commistas: & quod ista ambit omnia instar muri solidum esse. LEVCIPPVS cum DEMOCRITO tunica vndiq; membranaq; obducunt mundum. EPICVRVS quorundam mundorum ambitum rarum, quorundam densum, atque hos partim mobiles, partim immotos. PLATO ignem primum, inde æthera, tum aëra, mox aquam nouissimam terram. Interim æthera igni aggregat. ARISTOTELES primum aërem inflexibilem, eumque quintum quoddam corpus: à quo ea quæ patiuntur, ignem, aëra, aquam, postremam terram, inter hæc cœlestibus meatum orbicularem assignatum. Eorum vero, quæ illis sunt subiecta, leuia subuolare, grauia descendere. EMPEDOCLES non perpetuo fixas esse neque statas elementorum sedes, verum omnia eas inuicem permutare. 40

Qua de causa cernuus mundus. VIII.

DIOGENES & ANAXAGORAS. Vt conditus est mundus, atque ex terra animantes producti, eum sua sponte in partem suã meridionalem inclinatum, ex prouidentia forsitan: quo partim inhabitabilis foret quo rigore & feruore & temperatione. EMPEDOCLES aëre solis impetui cedente pronas esse vrsas, ac plagas Septentrionales erectas, Austrinas pessum isse, ex quo vniuersum quoque mundum.

De eo, quod extra mundum est, inanéne sit. IX. 50

PYTHAGORÆ schola esse extra mundum inane, in quod & ex quo mundus respiret. STOICI, quo in conflagratione resoluitur infinitum. POSSIDONIVS non infinitum, sed quantum ad dissolutionem sat est. In primo de vacuo Aristoteles esse asserit inane. PLATO neque extra mundum, neque intra inane esse.

Quæ mundi dexteræ, & quæ læuæ partes. X.

PYTHAGORAS, PLATO, ARISTOTELES, dexteras mũdi partes esse orientales, ex quibus caput motionis, sinistras occidentales. EMPEDOCLES dexteras, quæ sunt ad solstitium æstiuum, sinistras quæ ad brumale,

De cœlo, & quæ eius essentia. XI.

ANAXIMENES globum extimum terreum esse. EMPEDOCLES solidum esse cœlum ex aërè ab igne in crystalli duritiam compacta, ignem & aërem in vtroque hemisphærio complectens. ARISTOTELES ex quinto corpore igne, vel caloris & algoris mistura.

De cœli sectione, & in quot secetur circulos. XII.

THALES, PYTHAGORAS eiusque asseclæ digestam cœli sphæram in circulos quinque quos Zonas appellant. Dicitur vnus ex iis arcticus & semper est conspicuus: alter solstitialis æstiuus, tertius æquinoctialis, quartus solstitialis brumalis, quintus antarcticus, qui est abstrusus. 10 Obliquus, qui Signifer nominatur, tribus mediis subiicitur, eosque per transuersum stringit, quos æquinoctialis omnes à Septentrione lineis rectis ad oppositam partem secat. Princeps Pythagoras, animaduertisse circuli Signiferi fertur obliquationem, quam OENOPIDES Chius vt suum inuentum sibi asscribit.

Quæ stellarum essentia, & quemadmodum concretæ. XIII.

THALES terrea esse, sed ignita sidera. EMPEDOCLES ignea ex igne constantia, quem continens in se æther in prima discriminatione elisit. ANAXAGORAS ambientem æthera substantiam quidem habere igneam, suæ vero ardore vertiginis in sublime raptasse ex terra saxa; quæ ardore suo stellasse. DIOGENES pumigosa sidera ac spiracula arbitratur mundi esse. Alias idem esse lapides cæcos, & sæpe in terram deciduos extingui, ceu illam ad Ægos fluuiũ saxeam 20 stellam ignis more delapsam. EMPEDOCLES stellas inerrantes crystallo affixas esse, vagas laxatas. PLATO pene igneas, elementorum tamen aliorum instar glutinis consortes. Ex nubibus XENOPHANES accensis, quæ restinguantur quotidie, noctu carbonum more recandescere. Nam exortus & occasus accensiones & restinctiones esse. HERACLIDES & Pythagorei singulas stellas mundos esse, qui terram complectatur aëremque & æthera in infinito æthere. Hæc dogmata in Orphicis esse iactantur. Siquidem singulas stellas mundos faciunt. Horum EPICVRVS refellit nihil, ei, quod fieri potest, adhærens.

De stellarum formis. XIV.

STOICI globosas stellas, vt mundum, vt solem & lunam. Turbinatas CLEANTHES. A-30 NAXIMENES clauorum instar crystallino affixas. Nonnulli bracteas igneas velut picturamenta.

De ordine & situ stellarum. XV.

XENOCRATES vna superficie cieri stellas existimat. Cæteri Stoici præ aliis alias in alto & profundo. DEMOCRITVS fixas primo: sub iis vagas, tum solem, Luciferum, lunam, PLATO secundum inerrantium sedem primum Phænontem dictum Saturni stellam, secundum Phaetontem Iouis, tertium Pyroentem Martis, quartum Luciferum Veneris, quintum Stilbontem Mercurii, sextum Solem, septimum Lunam. Ex mathematicis quidam Platoni assentiuntur, quidam solem omnium medium. ANAXIMANDER & Chius METRODORVS CRATESque locatum 40 supra omnes solem, à quo lunam, sub his inerrantes & errantes.

De stellarum incitu & motu. XVI.

ANAXAGORAS, DEMOCRITVS, CLEANTHES ab oriente in occasum omnes rapi stellas. ALCMEON & MATHEMATICI vagas aduersus inerrantes. Quippe ex occasu in orientem contrario motu conuerti. ANAXIMANDER à circulis & sphæris, in quibus vnaquæque meat, rapi. ANAXIMENES ex æquo terram versus & circum eam volui stellas. PLATO & mathematici parem cursum esse solis, Luciferi, Stilbontis.

Vnde illuminentur stellæ. XVII.

50 METRODORVS infixas illustrari omnes à sole. HERACLITVS & STOICI ali stellas ex terræ halitu. Non quæti ARISTOTELES à cœlestibus alimoniam: quod caduca non sint, sed sempiterna. PLATO eum STOICIS vt mundum vniuersum, ita sidera ex semetipsis nutriri.

De stellis, qui Castores dicuntur. XVIII.

XENOPHANES stellas, quæ in summis nauibus visuntur, nubeculas esse, quæ ad certum motum obiter se ostendunt l. eidas. METRODORVS emicantes ex oculis cum pauore & consternatione cernentibus scintillas.

De significationibus siderum, & quemadmodum hyems & æstas fiat. XIX.

PLATO significationes tam æstiuas quam brumales sub siderum exortus & obitus fieri, solis, lunæ, reliquorumque vagorum & inerrantium. ANAXIMENES lunæ causa nihil

horum, sed vnius solis. EVDOXVS, ARATVS propter cunctas communiter stellas: vt hisce ostendit:

Namque hac signa deus per cœlum splendida fixit,
Sidera distinguens totum prouidit in annum,
Tempore quæq; suo rerum stellantia signa.

De solis essentia. XX.

ANAXIMANDER orbem eius esse octo & viginti partibus tellure ampliorem: qui apsidem in modum rotæ currus obtinet cauam ignis plenam. Cuius ex hiatu aliquatenus effulgere ignem sicut per tibiæ foramen, atque id solem esse. XENOPHANES ex igniculis, qui ex humida euapotatione coaceruantur, cogi solem, vel nubem esse accensam. STOICI humorem maris accensum. PLATO ex copiosissimo igni ANAXAGORAS, DEMOCRITVS, METRODORVS ferri globum aut saxum candens. ARISTOTELES sphæram ex quinto corpore. PHILOLAVS Pythagoricus eum vitrum refette, ac recipere ignis, qui in mundo est, refulsum splendoris, ac lumen ad nos transmittere. Ita soli esse cœlestem ignem assimilem, atque solem inde prodire & simile quid speculi eam, quæ à speculo ex repercussu diffunditur ad nos, lucem. Hanc enim nominamus solem, quasi imaginis imaginem. EMPEDOCLES duos facit soles: alterum archetypum & primarium ignem in altero mundi hemisphærio, qui hoc hemisphærium impleat semper luminis sui reflexui obiectum. Hunc vero, quem conspicimus, refulsum esse luminis, quod altero in hemisphærio aëre fruente tepleto ex globosiore terra per reflexionem solem crystallinum subeat contorquearurque vna ignis illius agitatione. Atque vt summatim perstringam, refulsum relucentis circa terram luminis solem esse. EPICVRVS esse terrestre spissamentum, pumicosum, contusionibus ab igni succensum.

De solis magnitudine. XXI.

ANAXIMANDER parem terræ solem esse. Cęterum orbem, vnde spiraculum habet, & in quo voluitur septies & vicies terra maiorem. ANAXAGORAS longe Peloponneso vastiorem. HERACLITVS longitudine pedali. EPICVRVS omnia antedicta esse ait probabilia: aut tanto, quantus conspicitur, paulo maiorem vel minorem.

De solis forma. XXII.

ANAXIMENES latum esse laminæ modo solem. HERACLIDES scaphæ in modum leuiter pandum. STOICI, vt mundum ac sidera globosum. EPICVRVS defendi prædicta posse omnia.

De solstitiis. XXIII.

ANAXIMENES ab aëte spissato & regerente sidera relidi. ANAXAGORAS Aquilonaris repulsu aeris, quem ipse protrudens densando validiorem efficit. EMPEDOCLES à sphęra, quæ hunc complectitur, arceri, reflectique de recto cursu, & à circulis solstitiali & brumali. DIOGENES ab occursante caloti rigore extingui solem. STOICI permare solem alimenti sibi subiecti tractum. Est autem Oceanus vel tellus, cuius respirationem depascitur. PLATO PYTHAGORAS, ARISTOTELES propter obliquitatem Signiferi, per quem meat, transuersum ferri, atque ob cingentes solem solstitiales circulos: quæ cuncta demonstrat sphæra.

De solis defectibus. XXIV.

THALES primus deficere solem ait, eum luna, quæ natura est terrea, ad perpendiculum sub eum subit: Id quasi in speculo cerni subito disco. ANAXIMANDER obstructo ignis spiraculo. HERACLITVS, quod repræsentet scapham sol, cum cauum eius superius sit, conuexum quantum ad nostrum aspectum deorsum vergat. XEOPHANES solem extingui, denuoque ad orientem alterum nasci. Addit deliquium solis menstruum, præterea deliquium absolutum: vt noctis dies imaginem reddat. Nonnulli nubium spissamentum, quæ solis lumen latenter occupent. ARISTARCHVS solem numerat inter stellas affixas, terramque circum circulum solarem voluit, atque pro huius inclinationibus solis lumen obumbrari. XENOPHANES complures esse soles & lunas pro diuersis terræ tractibus, segmentis & zonis: Ac certo tempore incidere solem in aliquod tetræ segmentum nobis incultum, atque ita velut per inane ambulantem defectione laborare. Idem solem in infinitum progredi, videri autem rotari ob suum à nobis interuallum.

De lunæ essentia. XXV.

ANAXIMANDER orbem esse eius nouies decies terra maiorem, vt illum solis, plenum ignis. Obscurari rotæ flexibus. Esse enim similem currus rotæ, quæ cauam habeat apsidem & conferrum igni vnum spiraculum. Nubem XENOPHANES esse constrictã. STOICI confusam ex igne & aëre. PLATO maiore ex parte igneam. ANAXAGORAS, DEMOCRITVS ignitum conglobamentum: quod in se campestria, montes, & conualles contineat. HERACLITVS terram nebula obuolutam. PYTHAGORAS etiam ignitum lunæ corpus.

De lunæ magnitudine. XXVI.

10 STOICI ampliorem esse asserunt terra sicut solem. Patem PARMENIDES soli, atque ab eo lumen mutuari.

De lunæ figura. XXVII.

STOICI globosam sicut solem esse. EMPEDOCLES disci similem. HERACLITVS scapham repræsentare, cylindrum alii. Configurari eam in septem modos. Dum editur, lunatam apparere, id est, corniculantem, inde diuiduam, mox connexam vtrinque post plenam. Ab hinc cessim iam euntem deinceps vtrimque conuexam, diuiduam, lunatam fieri, postremo sub nouilunium inter mestrem latere. Configurari autem eam hoc modo aiunt, obumbrante eam vbique terra, tum quatantenus, tum vsquequaque, vtique subeuntem è regione concauitatis terræ.

20 De illuminatione lunæ. XXVIII.

ANAXIMANDER lumen ei esse peculiare, rariusculum tamen. ANTIPHO suo radiare fulgore lunam. Quod autem conditur eius, id ingruente obscurari sole. Solet enim valentior ignis luminibus obruere debilioris: quod & reliquis sideribus vsuuenit. THALES eiusque æmuli illustrati à sole lunam. HERACLITVS eandem solis & lunæ conditionem esse. Nam cum figuram habeant stellæ scaphæ, recipiant autem humidas exhalationes, collustrari eas, vt nobis videtur esse vero nitidiorem solem: quod liquidiore voluatur in aëre, in turbidiore luna, ideoque magis fuscam conspici.

De lunæ defectu. XXIX.

30 ANAXIMENES aspidis ore obturato. BEROSVS cœca eius parte nobis obuersa. HERACLITVS inuersa eius conuexitate. Inter Pythagoreos aliqui lumini, reflexu obstructioneque, hac ab illis, qui aduersa nobis premunt vestigia, quos antipodas dicunt, illo à terra. Adolescentiores, accessione flammæ, quæ sensim statis temporibus, accenditur, dum absolute plenus ei reddatur orbis: vicissimque ad interlunium vsq; tabescit: quo tempore semel emarcescit. PLATO, ARISTOTELES, STOICI, mathematici consentiunt menstruas occultationes appulsu ad solem eius, quando huius fulgore vestitur ac perstringitur, fieri: defectiones, quando vmbra terræ, quæ inter ambo sidera intercedit, occultatur: vel potius obsepitur.

De specie lunæ, cur terrea videatur. XXX

40 PYTHAGOREI videri lunam terream, quod hæc vndique habitetur, sicut nostratem terram, à grandioribus animantibus & plantis proceerioribus. Esse etenim quinquies decies præstātiores viribus illic animantes: quæ nihil excrementitium egerant: totidemque partibus diem longiorem. ANAXAGORAS coagmenti ex mixtura frigoris & terræ inæqualitatem. Affusum enim esse caligini ignem. Inde hoc sidus adulterinæ lucis esse dictum. STOICI, quod variæ essentiæ sit, non esse eius incorruptum coagmentum.

De diuortio lunæ quo distat à sole. XXXI.

EMPEDOCLES bis tantum abesse à sole lunam, quam à terra. Mathematicorum schola decies & octies. ERATOSTHENES recedere à terra solem stadiorum septies centena & octoginta millia.

50 De annis, quam multos errantes capiat magnus annus. XXXII.

ANnus est Saturni annorum ambitus vertentium triginta. Iouis xij. Martis duorum, solis duodeni menses, totidem Mercurii & Veneri, par est enim eorum cursus. Lunæ dies xxx. Hic enim solidus est mensis à noua luna ad intermestrem. Magnum annum alii octennium esse assueuerant, alii annos vndeuicenos sunt qui vndesexagenos. HERACLITVS eum ex octodecim millibus annorum solarium constare. DIOGENES ex tricenis sexagenis quinis Heracliti annis: Alii ex septenis millibus tricenis septuagenis septenis.

PLVTARCHI

De placitis philosophorum, Liber tertius.

10

PERSTRICTA breuiter in supetioribus cœlestium explicatione, quorum est luna confinium, hoc tertio libro ad metarsia, id est, sublimia me conuertam. Hæc sunt ea quæ ab orbe lunari ad situm vsque pertinent terræ: quam ipsam in sphæræ ambitu puncti vicem obtinere existimauerunt. Hinc autem auspicabor.

De lacteo circulo. Cap. I.

20

CIrculus est nubilaceus, qui perpetuo se in cœlo ostendit. Dicitur ex colore albo lacteus. Ex PYTHAGOREIS quidam inflammationem autumant esse stellæ, quæ sede exciderit sua & regionem, in quam intulit se in gyrum, adusserit: quo tempore sub Phaetonte cœlum conflagrauit. Solarem alii hac fuisse initio curriculum. Sunt qui speciem esse specularem repercutiẽte radios ad cœlum sole: quod etiam in arcu cœlesti & nubibus contingit. METRODORVS ex solis meatu Nam orbem hunc esse solarem. PARMENIDES densi & rari mixtura redditum colorem lacteum. ANAXAGORAS terræ vmbram hoc tractu consistere cœli: vbi subiens sol terram non omnia collustrat. DEMOCRITVS multarum minutarum & contiguarum collucẽtiam stellarum, quæ propter astrictionem inter se collustrent. ARISTOTELES aridæ exhalationis inflammationem, confertæque, & continuæ. Pari modo crinitum ignem sub æthere existere infra stellas vagas. POSSIDONIVS ignem glomeratum sidere * illustriorem, & spissiorem splendore.

30

* Alii, rariorem.

De cometis, emicantibus, trabibus, & id genus aliis. II.

NOnnulli PYTHAGORÆ alumni cometam esse aiunt stellam ex earum numero, quæ non perpetuo visuntur, sed stato tempore in orbem recurrente aperiuntur. Alii visus nostri ad solem repercussum simulachri modo specularis. ANAXAGORAS, DEMOCRITVS stellarum binarum vel etiam plurium inter se mutuo collustrantium coitum. ARISTOTELES concretionem aridæ respirationis ignitam. STRATO sideris lumen densa circumiectum nube, quemadmodum in facibus fit. Pontius HERACLIDES nubem sublimem ab sublimi illustratam lumine. Similem causam adfert pogoniæ, id est, barbatæ. Alii trabam, columnam, & quæ his affinia sunt, vt sane tota Peripateticorum natio, in nubis eodem modo configurationibus EPIGENES spiritum terrenum, qui supera petat, ignescentem. BOETHVS aëris laxi speciem. DIOGENES cometas esse stellas. ANAXAGORAS micantes, quæ dicuntur, ab æthere scintillarum modo delabi, ideoque confestim extingui. METRODORVS violentam in nubem solis impressionem scintillare. XENOPHANES eiuscemodi omnia nubium ignitarum coagmenta vel motiones esse.

40

De tronitribus, fulgetris, fulminibus, præsteribus, & Typhonibus, id est, vorticibus. III.

50

ANAXIMANDER ex vento omnia hæc oriri. Siquidem quando spissa constrictus nube violenter erumpit tenuitate & leuitate, tunc ruptura sonitum, diuulsio propter nubis nigritiam fulgorem reddit. METRODORVS, cum in nubem densitate concretam ventus impegerit, elisione efficit fragorem, ictu & scissura diffulget, incitu impetuoso mutuans à sole feruorem fulmem intorquet, fulminis imbecillitatẽ in præsterem vertit. ANAXAGORAS, quãdo in rigorem incurrit feruor, id est, portio in aërem ætherea: fragore tonitru efficit, at colore nigricantis nubis fulgetrum, luminis copia & amplitudine fulmen, corpulentiore igne vorticem, præsterem nubilo igne. STOICI tonitru nubium esse concussionem, fulgetrum accensionem ex earũ attritu, fulmen incitatiorem effulgentiam, præsterem languidiorem. ARISTOTELES exsicca-

ex ficca exhalatione ifta quoq; gigni. Vbi ergo occurrit humidæ, & eruptionem vrget: attritu & effractura tonitrui fragorem edi, ficcitatis inflammatione fulgetrum, præfteras & vortices exundantia materiæ, quam fecum rapit vterq;, feruidiorem præftet, vortex fpiffiorem.

De nubibus, imbribus, niuibus, & grandinibus. IV.

ANAXIMENES nubes craffefcente quam maxime aëre procreari: magis coacto exprimi imbres: niuem quando decidua aqua congelauit: grandinem, quando vuida eft aura veftitus. METRODORVS ex euaporatione aquofa nubes cogi. EPICVRVS ex* vaporibus: tornati antem grandinem & pluuiam, vbi à longinquo cafu eft compacta.

*Alii, ex minutis corpufculis.

De arcu cœlefti. V.

Laborum quæ in aëre exiftunt, partim reuera, ceu imber, grando: partim fpecie quadam fine vlla propria fubfiftente natura: vt ecce tibi, nauigantibus nobis videtur continens agitari. Eft igitur per fpeciem arcus cœleftis. PLATO refert eius originem mortales rei miraculo adductos ad Taumantem retuliffe: quod θαυμάζειν Græcis mirari fignificet. HOMERVS:

Purpuream expandit mire mortalibus Irim.

Hinc funt quidam fabulati capite præditam hanc taurino flumina forbere. Qui ergo exiftit arcus cœleftis? Videmus certe per lineas aut directas, aut flexas, aut refractas, obfcuras illas quidé, quæ tamen cogitatione percipiantur, & incorporeas. Per rectas cernimus ea, quæ in aëre funt, vel illa per geminas pellucidas & cornua. Hæc n. materia fubtili conftant. Flexas lineas in aqua extare confpicimus. Siquidem obtutus ob materiam aquæ fpiffiorem flectitur. Quapropter remum in æquore cernimus è longinquo intorqueri. Tertio modo refracta videmus: cuiufcemodi fpeculiaria funt. Huius generis eft arcus cœleftis affectus. Quippe aduertendum liquidum vaporem in nubem tranfire, mox paulatim minutas ftillas rorare. Cum igitur in occidentem fol fe contulerit, omnis arcus ex oppofito foli fpectetur neceffe eft: quando occurrens ftillis vifus refilit, ex quo exiftit arcus. Sunt hæ ftillæ non figuræ forma, fed coloris. Eft color eius primus puniceus: fecundus purpurifleus ac purpureus, tertius cæruleus & viridis. Videamus igitur, ne puniceus ideo, quod folis fulgor obiectus, fplendorq; folis fyncerus regeftus rubentem reddat & puniceum colorem. Secunda pars turbulentior & dilutior fplendoris ftellarum caufa, purpurifleum: quod rubentis hic remiffio fit. Iam deniq; color turbidior redditus irroranfq; in viridem vertitur. Hoc reipfa probes licet. Si n. folis radiis ex aduerfo aquam ore capias, infpuafq;, ac recipiant ad folem ftillæ repercuffum: inuenies arcum exiftere. Quod quidem lippientibus, quando in lucernam intuentur accidit. ANAXIMENES arcum fieri radios fuos fole in nubem denfam, craffam, & atram eiaculante. Cogi n. radios fuper illá, quod perrumpere eam penitus non valeant. ANAXAGORAS repercuffum à denfa nube irradiationis folaris. Semper autem confiftere illum è regione fpeculiariter ipfum informantis fideris. Idem caufatur in geminatis folibus, qui vifuntur ad Pontum. METRODORVS, quando per nubes fol perluxit, tum nubem reddi cæruleum, & iubar rutilare.

De virgulis. VI.

Virgularum & gemini folis cafus partim vere, partim per fpeciem fieri: quando nubes confpiciuntur non fuo tamé proprio colore, fed alieno, cuius fpeciem repræfentant. Omnibus his affectus naturales & accefforii iuxta contingunt.

De ventis. VII.

ANAXIMANDER ventum effe aërem fluidum fubtiliffimis eius & liquidiffimis partibus impulfis aut fufis. STOICI omnem flatum aërem fluidum effe. Viciffitudine autem regionum appellationes variant: puta à caligine & occafu Zephyrus, ab exortu & fole Subfolanus, ex Septentrione fpirans Boreas eft, ex plaga Auftrina Africus. METRODORVS humida refpiratione à fole eferuefacta flatus cieri. ETHESIAS fpirare aftricto ad Septentriones aere, recedentem fub folftitialem reuocationem comitantes folem.

De hyeme & æftate. VIII.

EMPEDOCLES & STOICI, quando aër fpiffitudine præpollet ac furfum impellitur, hyemem exiftere: æftatem, cum ignis, atq; ad inferiora compellitur. Percurfis iis, quæ in fublimi funt, terreftria quoq; attingenda.

De terra, & quæ eius effentia, quantaque. IX.

THALES & huius æmuli vnicam effe terram. Pythagoreus OECETES duas, hanc & Antipodum regionem. Stoici terram vnam & finitam. XENOPHANES ex parte ima in al-

non cadit in deum somnus. Nam immortalitas dei & mortis vicinitas magno diuortio distractæ sunt. Quod si vigilabat deus, vel claudicabat eius felicitas, vel ea fruebatur explera. Ita nec primo modo beatus deus erat, quoniam manca feliciras non est beata: nec altero modo. Nequicquam enim moliebatur, si nulla re deficiebarur. Age si deus est, atq; huius sollicitudine dispensantur res humanæ: cur homines terri fortunæ indulgentia fruunrur, contra experiuntur eam nouercam probi. Ecce tibi Agamemnon, qui

Rex fuit insignis simul & præclarus in armis,

ab adultero & adultera oppressus & dolo est interemptus. Quid huius gentilis Hercules, cum multa infesta generi humano sustulisset monstra, nonne à Deianira incautus est veneno extinctus? THALES mentem mundi ait esse deum. Sidera ANAXIMANDER æthera deos. DEMOCRITVS deum mentem igniram, mundi animam. PYTHAGORAS ex principiis monadem deum, & bonum: quæ monadis est natura, mensq; ipsa. Infinitam dyadem genium & malum: circa quam aceruus versatur materialis. Est præterea visibilis deus mundus. SOCRATES & PLATO vnum, vnigenitum & sua sponte natum, vnicum, & reuera bonum. Hæc nomina spectant omnia in mentem. Est igitur deus mens, species abstracta, id est, cum nulla confusa materia nulli rei cōrexta patibili. ARISTOTELES summum deum formam abstractam, vniuersitatis innirentem sphæræ, quæ corpus est ætherum, quod ab eo quintum dicitur. Hoc in Sphæras distecto natura quidem contiguas, verum ratione diductas, singulas sphætas arbitrabatur animalia esse ex corpore concreta & anima: quorum est ætherеum corpus, quod in gyrum moueatur: anima vero ratio immobilis, sed motus causa efficiens. STOICI communiter deum decernunt ignem esse artificem via procedentem in mundi procreatione rationes seminales intra se complectentis vniuersas. Ex quorum sententia omnia è faro pendent: spiritum præterea per vniuersum mundum pertinentem, appellationes autem subinde variantem per vniuersam, quam permeat, materiam. Esse etiam mundum deum, sideraque, & terram, ac supremam omnium in æthere mentem. EPICVRVS omnes esse humana figura deos: cogitatione autem omnes eos spectabiles præ subtilissima imaginum natura. Idem naturas quatuor alias genere incorrupre hasce, corpuscula insecabilia, inane, infinitum, similitudines. Dicuntur hæ particulæ similes & elementa.

De geniis & heroibus. VIII.

HVic de diis commentationi subtexenda est illa de geniis & heroibus. THALES, PYTHAGORAS, PLATO, STOICI genios essentias esse animales. Heroas esse animas, quæ corporibus excesserunt, & bonos quidem bonas, malos vero prauas. EPICVRVS horum nihil non improbat.

De materia. IX.

MAteria, id est, quod * primæ generationi, inreritui, mutationibusq; aliis subiacet. THALIS & PYTHAGORÆ alumni, ac STOICI, versatilem, alrerabilem, commutabilem & fluitantem rotam ex toto materiam. Illi à DEMOCRITO impatibilia prima, corpusculum insecabile, inane & incorporeum. ARISTOTELES & PLATO materiam corpoream, rudem, specie, figura, qualitate, quod ad suam ipsius naturam attinet, vacantem, formarum tamen capacem sicut nutricis, typi, sigilli, & matris vicem implere. Qui vero materiam esse asserunt aquam, vel terram, vel ignem, aut aëra: hi non iam informem eam dicunt, verum corpus. Qui indiuidua aut corpuscula insecabilia, informem.

* Alii, primum.

De ideis, id est, speciebus. X.

IDea, id est, species, essentia est corporis expers: quæ per se ipsa non subsistens, rudes tamen conformat materias, causaque est earum demōnstratrix. SOCRATES & PLATO discretas à materia essentia esse censent. Ideas, quæ in sensis visisque dei, id est, mentis subsistunt. ARISTOTELES species quidem reliquit & ideas, non tamen à materia disclusas: quod ex aliquibus factum est à deo. Zenonis asseclæ STOICI notiones in animis nostris anticipatas ideas esse asseruerunt.

De causis. XI.

CAusa est, ex qua affectus existit, aut propter quam euenit quid. PLATO causam trifariam distinxit. Ait enim esse, à qua, ex qua, ad quam. Præcipuam censet eam à qua. Hæc est rerum efficiens, id est, mens. PYTHAGORAS atq; ARISTOTELES primas causas sine corpore vllo esse. Quæ vero participando & ex accidenti sunt causæ, eas substantiæ esse corporeæ. Hinc mundum esse corpus. STOICI causas cunctas corporeas, vrpote spiritus.

De corporibus. XII.

Corpus est, quod tres habet dimensiones, latitudinem, profunditatem, longitudinem, aut concrementum regerens, quantum è natura sua est: aut quod locum occupat. PLATO, quod neq; graue neq; leue sua natura est, dum quidem in proprio suo loco manet: Vbi vero in alienum peruenit, continuo nutum habet, ex nutuq; momentum vel ad grauitatem, vel ad leuitatem. ARISTOTELES terram rem esse prorsus ponderosissimam, leuissimum ignem, aërem & aquam alias aliter. STOICI duo ex quatuor elementis leuia esse, ignem & aëra, grauia aquam & terram. Quippe leue est, quod sua sponte non nutu à proprio suo medio, graue, quod ad me-
10 dium vergit. Non est autem medium graue. EPICVRVS incomprehensa esse corpora, & prima quidem simplicia. Quæ ex eis sunt concreta, omnia pondus habere. Indiuidua partim ad amussim, partim in obliquum moueri, nonnulla supera pulsu & concussu petere.

De minutis corporibus. XIII.

EMPEDOCLES ante quatuor elementa fragmenta minima introduxit tanquam elementa ante elementa, particulis constantia similibus, id est, rotunda. HERACLITVS ramenta quædam tenuissima & impartilia.

De formis. XIV.

Forma superficies est, & circumscriptio, lineamentumq; corporis. PYTHAGORÆ discipuli
20 globosa quatuor elementorum corpora, solum supremum ignem turbinatum.

De coloribus. XV.

Color qualitas est corporis visibilis. PYTHAGOREI colorem corpori superficiem vocarunt. EMPEDOCLES quod visus meatibus congruit. PLATO emissam ex corporibus flammam, quæ particulas visui habeat competentes. ZENO Stoicus colores conformationes materiæ primas esse. Pythagoræ schola genera colorum, album, nigrum, rubeum, luteum. Discrimina autem colorum fieri certis elementorum misturis: eadem in animantibus etiam pro locorum & cœli varietatibus.

30

De corporum sectione. XVI.

THALIS & PYTHAGORÆ successores patibilia corpora, & in infinitū sectilia: alii corpuscula insectilia & indiuidua consistere, neque esse eorum in infinitum sectionem. ARISTOTELES potentia quidem in infinitum, sed actu minime.

De mistione & temperatura. XVII.

Prisci elementorum misturas fieri alteratione asserunt. ANAXAGORAS & DEMOCRITVS adiunctione. EMPEDOCLES ex minimis modis elementa coagmentat, quæ minutissima sunt, & velut elementorum elementa. PLATO tria corpora (Neque ea proprie esse vel
40 appellari vult elementa) in se mutuo versatilia, ignem aëra, aquam. Nam terram in horum nullum verti.

De inani. XVIII.

PHYSICI, qui Thali vsque ad Platonem successerunt, inane omnes abdicauerunt. EMPEDOCLES:

Nil vacuum in toto est plane aut circumfluit orbe.

LEVCIPPVS, DEMOCRITVS, DEMETRIVS, METRODORVS, EPICVRVS corpuscula insectilia infinita numero esse, inane magnitudine infinitum. STOICI nihil intra mundum esse inane, extra eum immensum. ARISTOTELES tantum esse extra mundum vacui, vt cœlum respirare valeat. Esse namq; id ignem.
50

De loco. XIX.

PLATO locum definit id, quod formas assumere natum est, ac translatione quadam ita materiam nominat tanquam nutricem aliquam & susceptricem. ARISTOTELES extremum continentis cum contento commissum.

De loculamento seu conceptaculo. XX.

STOICI & EPICVRVS discrimen esse inter inane, locum, & loculamentum. Atq; inane esse corporis vacuitatem. Locum id, quod insessum est à corpore. Loculamentum, quod ex parte obtinetur, vt in vini doliolo.

esse, temeritatem tam ratione vtentium quàm rationis expertium & inanimatorum. EPICVRVS, causam personis, tẽporibus, modis sibi non constantem. ANAXAGORAS & STOICI causam humano captui obscuram. Siquidem euenire quædam ex necessitate, quædam fato, alia ex consilio, alia fortuito, nonnulla temere.

De natura. XXX.

EMPEDOCLES naturam nihil esse, tantum elementorum mistutam & diuulsionem. Sic enim in primo naturalium scribit.

Aliud alium memorabo hominum nihil esse naturam
Cunctorum, & vanum lethi exitiabile nomen.
Sed modo misceri, rursus quoque mixta resolui.
Omnia naturam mortales ista vocarunt.

Perinde ANAXAGORAS esse naturam concretionem & dissipationem, id est, ortum & interitum.

PLVTARCHI

De placitis philosophorum, Liber secundus.

ABSOLVTA Principiorum, elementorum, coniunctorumque eis explicatione, conuertam me ad ea, quæ de effectibus commemorantur, ordiarque ab eo, quod omnium est capacissimum.

De mundo. Cap. I.

PYTHAGORAS vniuersitatis orbem ex eius concinna digestione princeps mundum nuncupauit. THALES atque eius schola vnum statuit esse mundum. DEMOCRITVS & EPICVRVS, horumque METRODORVS discipulus mundos in infinito per omnem eius complexum innumeros. EMPEDOCLES orbitam solis mundi circunscriptionem esse, eumque huius esse terminum. Infinitum SELEVCVS mundum. DIOGENES vniuersitam infinitam, finitum tamen mundum. STOICI interesse inter vniuersitam & totum, vniuersitatem esse vna cum inani infinitum, Totum remoto inani mundum. Esse itaque idem totum & mundum.

De forma mundi. II.

STOICI globosum mundum, turbinatum alii esse, quidam ouatum. EPICVRVS posse globosos esse mundos, admittere tamen etiam alias figuras.

Animans ne mundus. III.

CÆteri omnes animantem esse, & prouidentia regi mundum. DEMOCRITVS, EPICVRVS, & quotquot corpusculorum & inanis sunt authores, neque animatum esse, neque prouidentia

prouidentia regi sed natura quadam rationis experte. ARISTOTELES neque animatum totum vndequaque, nec vero sensibilem, nec rationis compotem vel intellectus, nec prouidentia gubernari. Nam cœlestia omnium horum esse consortia: quod sphæris ambiantur animatis & vitalibus. At terræ finitima nullius eorum. Decentem vero compositionem casu non primigenie obtinere.

An æternus mundus. IIII.

PYTHAGORAS & PLATO genitum à deo mundum, & sua quidem sponte interiturum. Nam quia corporeus est, sensibilem esse, haud interiturum tamen prouidentia & conseruatione diuina. EPICVRVS, quia genitus sit, animantis & plantæ modo occasurum. XENOPHANES non genitum, sed sempiternum, neque interiturum mundum. ARISTOTELES mundi portionem, quæ subter lunam est, pati: in qua vicina quoque terræ emarcescunt. 10

Vnde alatur mundus. V.

ARISTOTELES, si alitur mundus, dissoluetur quoque. Atqui nullum alimentum desiderat, proinde est æternus. PLATO, ipsum sibi mundum ex pereuntibus per alterationem alimoniam subministrare. PHILOLAVS bifariam esse interitum, aliâs defluente cœlitus igni, aliâs ex aqua lunari vertigine aëris effusa. Horum halitus alimentum esse mundi.

A quo elemento exorsus fabricam mundi deus. VI. 20

PHYSICI à terra tanquam à centro mundi natales cœpisse autumant. Nam globi centrum caput est. Ab igni PYTHAGORAS & à quinto elemento. EMPEDOCLES æthera discretum primum fuisse, secundum ignem, mox terram, ex qua circumuectionis impetu astricta aquam scaturisse: inde aëra expiratum, genitumque ex æthere cœlum, solem ex igne, compacta ex reliquis esse proxima terræ. PLATO visibilem mundum ad exemplum conditum intellectibilis mundi. Aspectabilis autem mundi priorem animam factam: secundã hanc corpus: cuius quod ex igni & terra constat primum, deinde quod ex aqua & aëre. PYTHAGORAS figurarum quinq; solidarum, quæ mathematicæ dicuntur, ex cubo terram propagatam ait, ex meta ignem ex octaedro aëra, ex icosaedro aquam, ex dodecaedro vniuersitatis orbe orbem. Plato hic quoque Pythagoræ suffragatur. 30

De structura mundi VII.

PARMENIDES tanquam coronas esse inter se consertas, vnam ex raro, alteram ex denso, easq; ex lumine & caligine interiectis inter se commistas: & quod ista ambit omnia instar muri solidum esse. LEVCIPPVS cum DEMOCRITO tunica vndiq; membranaq; obducunt mundum. EPICVRVS quorundam mundorum ambitum rarum, quorundam densum, atque hos partim mobiles, partim immotos. PLATO ignem primum, inde æthera, tum aëra, mox aquam nouissimam terram. Interim æthera igni aggregat. ARISTOTELES primum aërem inflexibilem, cumque quintum quoddam corpus: à quo ea quæ patiuntur, ignem, aëra, aquam, postremam terram, inter hæc cœlestibus meatum orbicularem assignatum. Eorum vero, quæ illis sunt subiecta, leuia subuolare, grauia descendere. EMPEDOCLES non perpetuo fixas esse neque statas elementorum sedes, verum omnia eas inuicem permutare. 40

Qua de causa cernuus mundus. VIII.

DIOGENES & ANAXAGORAS. Vt conditus est mundus, atque ex terra animantes producti, eum sua sponte in partem suã meridionalem inclinatum, ex prouidentia forsitan: quo partim inhabitabilis foret quo rigore & feruore & temperatione. EMPEDOCLES aëre solis impetui cedente pronas esse vrsas, ac plagas Septentrionales erectas, Austrinas pessum isse, ex quo vniuersum quoque mundum.

De eo, quod extra mundum est, inane ne sit. IX. 50

PYTHAGORÆ schola esse extra mundum inane, in quod & ex quo mundus respiret. STOICI, quo in conflagratione resoluitur infinitum. POSSIDONIVS non infinitum, sed quantum ad dissolutionem sat est. In primo de vacuo Aristoteles esse asserit inane. PLATO neque extra mundum, neque intra inane esse.

Quæ mundi dexteræ, & quæ læuæ partes. X.

PYTHAGORAS, PLATO, ARISTOTELES, dexteras mũdi partes esse orientales, ex quibus caput motionis, sinistras occidentales. EMPEDOCLES dexteras, quæ sunt ad solstitium æstiuum, sinistras quæ ad brumale.

De cœlo, & quæ eius essentia. XI.

ANAXIMENES globum extimum terreum esse. EMPEDOCLES solidum esse cœlum ex aëre ab igne in crystalli duritiam compacta, ignem & aërem in vtroque hemisphærio complectens. ARISTOTELES ex quinto corpore igne, vel caloris & algoris mistura.

De cœli sectione, & in quot secetur circulos. XII.

THALES, PYTHAGORAS eiusque asseclæ digestam cœli sphæram in circulos quinque quos Zonas appellant. Dicitur vnus ex iis arcticus & semper est conspicuus: alter solsti tialis æstiuus, tertius æquinoctialis, quartus solstitialis brumalis, quintus antarcticus, qui est abstrusus. 10 Obliquus, qui Signifer nominatur, tribus mediis subiicitur, eosque per transuersum stringit, quos æquinoctialis omnes à Septentrione lineis rectis ad oppositam partem secat. Princeps Pythagoras, animaduertisse circuli Signiferi fertur obliquationem, quam OENOPIDES Chius vt suum inuentum sibi asscribit.

Quæ stellarum essentia, & quemadmodum concretæ. XIII.

THALES terrea esse, sed ignita sidera. EMPEDOCLES ignea ex igne constantia, quem continens in se æther in prima discriminatione elisit. ANAXAGORAS ambientem æthera substantiam quidem habere igneam, suæ vero ardore vertiginis in sublime raptasse ex terra saxa; quæ ardore suo stellasse. DIOGENES pumigosa sidera ac spiracula arbitratur mundi esse. Alias idem esse lapides cæcos, & sæpe in terram deciduos extingui, ceu illam ad Ægos fluuiū saxeam 20 stellam ignis more delapsam. EMPEDOCLES stellas inerrantes crystallo affixas esse, vagas laxatas. PLATO pene igneas, elementorum tamen aliorum instar glutinis consortes. Ex nubibus XENOPHANES accensis, quæ restinguantur quotidie, noctu carbonum more recandescere. Nam exortus & occasus accensiones & restinctiones esse. HERACLIDES & Pythagorei singulas stellas mundos esse, qui terram complectatur aëremque & æthera in infinito æthere. Hæc dogmata in Orphicis esse iactantur. Siquidem singulas stellas mundos faciunt. Horum EPICVRVS refellit nihil, ei, quod fieri potest, adhærens.

De stellarum formis. XIV.

STOICI globosas stellas, vt mundum, vt solem & lunam. Turbinatas CLEANTHES. A- 30 NAXIMENES clauorum instar crystallino affixas. Nonnulli bracteas igneas velut picturamenta.

De ordine & situ stellarum. XV.

XENOCRATES vna superficie cieri stellas existimat. Cæteri Stoici præ aliis alias in alto & profundo. DEMOCRITVS fixas primo: sub iis vagas, tum solem, Luciferum, lunam, PLATO secundum inerrantium sedem primum Phænontem dictum Saturni stellam, secundum Phaetontem Iouis, tertium Pyroentem Martis, quartum Luciferum Veneris, quintum Stilbontem Mercurii, sextum Solem, septimum Lunam. Ex mathematicis quidam Platoni assentiuntur, quidam solem omnium medium. ANAXIMANDER & Chius METRODORVS CRATES que locatum 40 supra omnes solem, à quo lunam, sub his inerrantes & errantes.

De stellarum incitu & motu. XVI.

ANAXAGORAS, DEMOCRITVS, CLEANTHES ab oriente in occasum omnes rapi stellas. ALCMEON & MATHEMATICI vagas aduersus inerrantes. Quippe ex occasu in orientem contrario motu conuerti. ANAXIMANDER à circulis & sphæris, in quibus vnaquæque meat, rapi. ANAXIMENES ex æquo terram versus & circum eam volui stellas. PLATO & mathematici parem cursum esse solis, Luciferi, Stilbontis.

Vnde illuminentur stellæ. XVII.

50 METRODORVS infixas illustrari omnes à sole. HERACLITVS & STOICI ali stellas ex terræ halitu. Non quæri ARISTOTELES à cœlestibus alimoniam: quod caduca non sint, sed sempiterna. PLATO cum STOICIS vt mundum vniuersum, ita sidera ex semetipsis nutriri.

De stellis, qui Castores dicuntur. XVIII.

XENOPHANES stellas, quæ in summis nauibus visuntur, nubeculas esse, quæ ad certum motum obiter se ostendunt l. eidas. METRODORVS emicantes ex oculis cum pauore & consternatione cernentibus scintillas.

De significationibus siderum, & quemadmodum hyems & æstas fiat. XIX.

PLATO significationes tam æstiuas quam brumales sub siderum exortus & obitus fieri, solis, lunæ, reliquorumque vagorum & inerrantium. ANAXIMENES lunæ causa nihil

horum, sed vnius solis. EVDOXVS, ARATVS propter cunctas communiter stellas: vt hisce ostendit:

Namque hac signa deus per cœlum splendida fixit,
Sidera distinguens totum prouidit in annum,
Tempore quæq; suo rerum stellantia signa.

De solis essentia. XX.

ANAXIMANDER orbem eius esse octo & viginti partibus tellure ampliorem: qui apsidem in modum rotæ curtus obtinet cauam ignis plenam. Cuius ex hiatu aliquatenus effulgere ignem sicut per tibiæ foramen, atque id solem esse. XENOPHANES ex igniculis, qui ex humida euaporatione coaceruantur, cogi solem, vel nubem esse accensam. STOICI humorem maris accensum. PLATO ex copiosissimo igni ANAXAGORAS, DEMOCRITVS, METRODORVS ferri globum aut saxum candens. ARISTOTELES sphæram ex quinto corpore. PHILOLAVS Pythagoricus eum vitrum referre, ac recipere ignis, qui in mundo est, refulsum splendoris, ac lumen ad nos transmittere. Ita soli esse cœlestem ignem assimilem, atque solem inde prodire & simile quid speculi eam, quæ à speculo ex repercussu diffunditur ad nos, lucem. Hanc enim nominamus solem, quasi imaginis imaginem. EMPEDOCLES duos facit soles: alterum archetypum & primarium ignem in altero mundi hemisphærio, qui hoc hemisphærium impleat semper luminis sui reflexui obiectum. Hunc vero, quem conspicimus, refulsum esse luminis, quod altero in hemisphærio aëre fruente repleto ex globosiore terra per reflexionem solem crystallinum subeat contorqueaturque vna ignis illius agitatione. Atque vt summatim perstringam, refulsum telucentis circa terram luminis solem esse. EPICVRVS esse terrestre spissamentum, pumicosum, contusionibus ab igni succensum.

De solis magnitudine. XXI.

ANAXIMANDER parem terræ solem esse. Cæterum orbem, vnde spiraculum habet, & in quo voluitur septies & vicies terra maiorem. ANAXAGORAS longe Peloponneso vastiorem. HERACLITVS longitudine pedali. EPICVRVS omnia antedicta esse ait probabilia: aut tanto, quantus conspicitur, paulo maiorem vel minorem.

De solis forma. XXII.

ANAXIMENES latum esse laminæ modo solem. HERACLIDES scaphæ in modum leuiter pandum. STOICI, vt mundum ac sidera globosum. EPICVRVS defendi prædicta posse omnia.

De solstitiis. XXIII.

ANAXIMENES ab aëre spissato & regerente sidera relidi. ANAXAGORAS Aquilonaris repulsu aëris, quem ipse protrudens densando validiorem efficit. EMPEDOCLES à sphæra, quæ hunc complectitur, arceri, reflectique de recto cursu, & à circulis solstitiali & brumali. DIOGENES ab occursante calori rigore extingui solem. STOICI permare solem alimenti sibi subiecti tractum. Est autem Oceanus vel tellus, cuius respirationem depascitur. PLATO PYTHAGORAS, ARISTOTELES propter obliquitatem Signiferi, per quem meat, transuersum ferri, atque ob cingentes solem solstitiales circulos: quæ cuncta demonstrat sphæra.

De solis defectibus. XXIV.

THALES primus deficere solem ait, cum luna, quæ natura est terrea, ad perpendiculum sub eum subit: Id quasi in speculo cerni subito disco. ANAXIMANDER obstructo ignis spiraculo. HERACLITVS, quod repræsentet scapham sol, cum cauum eius superius sit, conuexum quantum ad nostrum aspectum deorsum vergat. XEOPHANES solem extingui, denuoque ad orientem alterum nasci. Addit deliquium solis menstruum, præterea deliquium absolutum: vt noctis dies imaginem reddat Nonnulli nubium spissamentum, quæ solis lumen latenter occupent ARISTARCHVS solem numerat inter stellas affixas, terramque circum circulum solarem volui, atque pro huius inclinationibus solis lumen obumbrari. XENOPHANES complures esse soles & lunas pro diuersis terræ tractibus, segmentis & zonis: A certo tempore incidere solem in aliquod terræ segmentum nobis incultum, atque ita velut per inane ambulantem defectione laborare. Idem solem in infinitum progredi, videri autem rotari ob suum à nobis interuallum.

De lunæ essentia. XXV.

ANAXIMANDER orbem esse eius nouies decies terra maiorem, vt illum solis, plenum ignis. Obscurari rotæ flexibus. Esse enim similem currus totæ, quæ cauam habeat apsidem & confertum igni vnum spiraculum. Nubem XENOPHANES esse constrictã. STOICI confusam ex igne & aëre. PLATO maiore ex parte igneam. ANAXAGORAS, DEMOCRITVS ignitum conglobamentum: quod in se campestria, montes, & conualles contineat. HERACLITVS terram nebula obuolutam. PYTHAGORAS etiam ignitum lunæ corpus.

De lunæ magnitudine. XXVI.

10 STOICI ampliorem esse afferunt terra sicut solem. Parem PARMENIDES soli, atque ab eo lumen mutuari.

De lunæ figura. XXVII.

STOICI globosam sicut solem esse. EMPEDOCLES disci similem. HERACLITVS scapham repræsentare, cylindrum alii. Configurari eam in septem modos. Dum editur, lunatam apparere, id est, corniculantem, inde diuiduam, mox connexam vtrinque post plenam. Ab hinc cessim iam euntem deinceps vtrinque conuexam, diuiduam, lunatam fieri, postremo sub nouilunium inter mestrem latere. Configurari autem eam hoc modo aiunt, obumbrante eam vbique terra, tum quatantenus, tum vsquequaque, vtrique subeuntem è regione concauitatis terræ.

20

De illuminatione lunæ. XXVIII.

ANAXIMANDER lumen ei esse peculiare, tariusculum tamen. ANTIPHO suo radiare fulgore lunam. Quod autem conditur eius, id ingruente obscurari sole. Solet enim valentior ignis luminibus obruere debilioris: quod & reliquis sideribus vsuuenit. THALES eiusque æmuli illustrari à sole lunam. HERACLITVS eandem solis & lunæ conditionem esse. Nam cum figuram habeant stellæ scaphæ, recipiant autem humidas exhalationes, collustrari eas, vt nobis videtur esse vero nitidiorem solem: quod liquidiore voluatur in aëre, in turbidiore luna, ideoque magis fuscam conspici.

De lunæ defectu. XXIX.

30 ANAXIMENES aspidis ore obturato. BEROSVS cœca eius parte nobis obuersa. HERACLITVS inuersa eius conuexitate. Inter Pythagoreos aliqui lumini, reflexu obstructioneque, hac ab illis, qui aduersa nobis premunt vestigia, quos antipodas dicunt, illo à terra Adolescentiores, accessione flammæ, quæ sensim statis temporibus, accenditur, dum absolute plenus ei reddatur orbis: vicissimque ad interlunium vsq; tabescit: quo tempore semel emarcescit. PLATO, ARISTOTELES, STOICI, mathematici consentiunt menstruas occultationes appulsu ad solem eius, quando huius fulgore vestitur ac perstringitur, fieri: defectiones, quando vmbra terræ, quæ inter ambo sidera intercedit, occultatur: vel potius obsepitur.

De specie lunæ, cur terrea videatur. XXX

40 PYTHAGOREI videri lunam terream, quod hæc vndique habitetur, sicut nostratem terram, à grandioribus animantibus & plantis procerioribus. Esse etenim quinquies decies præstãtiores viribus illic animantes: quæ nihil excrementitium egerant: totidemque partibus diem longiorem. ANAXAGORAS coagmenti ex mixtura frigoris & terræ inæqualitatem. Affusum enim esse caligini ignem. Inde hoc sidus adulterinæ lucis esse dictum. STOICI, quod variæ essentiæ sit, non esse eius incorruptum coagmentum.

De diuortio lunæ quo distat à sole. XXXI.

EMPEDOCLES bis tantum abesse à sole lunam, quam à terra. Mathematicorum schola decies & octies. ERATOSTHENES recedere à terra solem stadiorum septies centena & octoginta millia.

50

De annis, quam multos errantes capiat magnus annus. XXXII.

ANnus est Saturni annorum ambitus vertentium triginta. Iouis xij. Martis duorum, solis duodeni menses, totidem Mercurii & Veneri, par est enim eorum cursus. Lunæ dies xxx. Hic enim solidus est mensis à noua luna ad intermestrem. Magnum annum alii octennium esse asseuerant, alii annos vndeuicenos sunt qui vndesexagenos. HERACLITVS eum ex octodecim millibus annorum solarium constare. DIOGENES ex tricenis sexagenis quinis Heracliti annis: Alii ex septenis millibus tricenis septuagenis septenis.

PLVTARCHI

De placitis philoſophorum, Liber tertius.

PERSTRICTA breuiter in ſuperioribus cœleſtium explicatione, quorum eſt luna confinium, hoc tertio libro ad metarſia, id eſt, ſublimia me conuertam. Hæc ſunt ea quæ ab orbe lunari ad ſitum vſque pertinent terræ: quam ipſam in ſphæræ ambitu puncti vicem obtinere exiſtimauerunt. Hinc autem auſpicabor.

De lacteo circulo. Cap. I.

CIrculus eſt nubilaceus, qui perpetuo ſe in cœlo oſtendit. Dicitur ex colore albo lacteus. Ex PYTHAGOREIS quidam inflammationem autumant eſſe ſtellæ, quæ ſede exciderit ſua & regionem, in quam intulit ſe in gyrum, adufferit: quo tempore ſub Phaetonte cœlum conflagrauit. Solarem alii hac fuiſſe initio curriculum. Sunt qui ſpeciem eſſe ſpecularem repercutiẽte radios ad cœlum ſole: quod etiam in arcu cœleſti & nubibus contingit. METRODORVS ex ſolis meatu. Nam orbem hunc eſſe ſolarem. PARMENIDES denſi & rari mixtura redditum colorem lacteum. ANAXAGORAS terræ vmbram hoc tractu conſiſtere cœli: vbi ſubiens ſol terram non omnia colluſtrat. DEMOCRITVS multarum minutarum & contiguarum collucẽtiam ſtellarum, quæ propter aſtrictionem inter ſe colluſtrent. ARISTOTELES aridæ exhalationis inflammationem, confertæque, & continuæ. Pari modo crinitum ignem ſub æthere exiſtere infra ſtellas vagas. POSSIDONIVS ignem glomeratum ſidere * illuſtriorem, & ſpiſſiorem ſplendore.

*Alii, rariorem.

De cometis, emicantibus, trabibus, & id genus aliis. II.

NOnnulli PYTHAGORÆ alumni cometam eſſe aiunt ſtellam ex earum numero, quæ non perpetuo viſuntur, ſed ſtato tempore in orbem recurrente aperiuntur. Alii viſus noſtri ad ſolem repercuſſum ſimulachri modo ſpecularis. ANAXAGORAS, DEMOCRITVS ſtellarum binatum vel etiam plurium inter ſe mutuo colluſtrantium coitum. ARISTOTELES concretionem aridæ reſpirationis ignitam. STRATO ſideris lumen denſa circumiectum nube, quemadmodum in facibus fit. Pontius HERACLIDES nubem ſublimem ab ſublimi illuſtratam lumine. Similem cauſam adfert pogoniæ, id eſt, barbatæ. Alii trabam, columnam, & quæ his affinia ſunt, vt ſane tota Peripateticorum natio, in nubis eodem modo configurationibus EPIGENES ſpiritum terrenum, qui ſupera petat, igneſcentem. BOETHVS aëris laxi ſpeciem. DIOGENES cometas eſſe ſtellas. ANAXAGORAS meantes, quæ dicuntur, ab æthere ſcintillarum modo delabi, ideoque confeſtim extingui. METRODORVS violentam in nubem ſolis impreſſionem ſcintillare. XENOPHANES eiuſcemodi omnia nubium ignitarum coagmenta vel motiones eſſe.

De tronitribus, fulgetris, fulminibus, præſteribus, & Typhonibus, id eſt, vorticibus. III.

ANAXIMANDER ex vento omnia hæc oriri. Siquidem quando ſpiſſa conſtrictus nube violenter erumpit tenuitate & leuitate, tunc ruptura ſonitum, diuulſio propter nubis nigritiam fulgorem reddit. METRODORVS, eum in nubem denſitate concretam ventus impegerit, eliſione efficit fragorem, ictu & ſciſſura diffulget, incitu impetuoſo mutuans à ſole feruorem fulmen intorquet, fulminis imbecillitate in præſterem vertit. ANAXAGORAS, quãdo in rigorem incurrit feruor, id eſt, portio in aërem ætherea: fragore tonitru efficit, at colore nigricantis nubis fulgetrum, luminis copia & amplitudine fulmen, corpulentiore igne vorticem, præſterem nubilo igne. STOICI tonitru nubium eſſe concuſſionem, fulgetrum accenſionem ex earũ attritu, fulmen incitatiorem effulgentiam, præſterem languidiorem. ARISTOTELES ex ſicca-

ex siccâ exhalatione ista quoq; gigni. Vbi ergo occurrit humidæ, & eruptionem vrget: attritu & effractura tonitrui fragorem edi, siccitatis inflammatione fulgetrum, præsteras & vortices exundantia materiæ, quam secum rapit vterq; feruidiorem præster, vortex spissiorem.

De nubibus, imbribus, niuibus, & grandinibus. IV.

ANAXIMENES nubes crassescente quam maxime aëre procreari: magis coacto exprimi imbres: niuem quando decidua aqua congelauit: grandinem, quando vuida est aura vestitus. METRODORVS ex euaporatione aquosa nubes cogi. EPICVRVS ex* vaporibus: tornari autem grandinem & pluuiam, vbi à longinquo casu est compacta.

*Alii, ex minutis corpusculis.

De arcu cœlesti. V.

Laborum quæ in aëre existunt, partim reuera, ceu imber, grando: partim specie quadam sine vlla propria subsistente natura: vt ecce tibi, nauigantibus nobis videtur continens agitari. Est igitur per speciem arcus cœlestis. PLATO refert eius originem mortales rei miraculo adductos ad Taumantem retulisse: quod θαυμάζειν Græcis mirari significet. HOMERVS:

Purpuream expandit mire mortalibus irim.

Hinc sunt quidam fabulati capite præditam hanc taurino flumina sorbere. Qui ergo existit arcus cœlestis? Videmus certe per lineas aut directas, aut flexas, aut refractas, obscuras illas quidé, quæ tamen cogitatione percipiantur, & incorporeas. Per rectas cernimus ea, quæ in aëre sunt, vel illa per gemmas pellucidas & cornua. Hæc n. materia subtili constant. Flexas lineas in aqua extare conspicimus. Siquidem obtutus ob materiam aquæ spissiorem flectitur. Quapropter remum in æquore cernimus è longinquo intorqueri. Tertio modo refracta videmus: cuiusce modi speculiaria sunt. Huius generis est arcus cœlestis affectus. Quippe aduertendum liquidum vaporem in nubem transire, mox paulatim minutas stillas rorare. Cum igitur in occidentem sol se contulerit, omnis arcus ex opposito soli spectetur necesse est: quando occurrens stillis visus resilit, ex quo existit arcus. Sunt hæ stillæ non figuræ forma, sed coloris. Est color eius primus puniceus: secundus purpurisseus ac purpureus, tertius cæruleus & viridis. Videamus igitur, ne puniceus ideo, quod solis fulgor obiectus, splendorq; solis syncerus regestus rubentem reddat & puniceum colorem. Secunda pars turbulentior & dilutior splendoris stellarum causa, purpurisseum: quod rubentis hic remissio sit. Iam deniq; color turbidior redditus irroransq; in viridem vertitur. Hoc reipsa probes licet. Si n. solis radiis ex aduerso aquam ore capias, inspuasq;, ac recipiant ad solem stillæ repercussum: inuenies arcum existere. Quod quidem lippientibus, quando in lucernam intuentur accidit. ANAXIMENES arcum fieri radios suos sole in nubem densam, crassam, & atram eiaculante. Cogi n. radios super illá, quod perrumpere eam penitus non valeant. ANAXAGORAS repercussum à densa nube irradiationis solaris. Semper autem consistere illum è regione specularitér ipsum informantis sideris. Idem causatur in geminatis solibus, qui visuntur ad Pontum. METRODORVS, quando per nubes sol perluxit, tum nubem reddi cæruleum, & iubar rutilate.

De virgulis. VI.

Virgularum & gemini solis casus partim vere, partim per speciem fieri: quando nubes conspiciuntur, non suo tamē proprio colore, sed alieno, cuius speciem repræsentant. Omnibus his affectus naturales & accessorii iuxta contingunt.

De ventis. VII.

ANAXIMANDER ventum esse aërem fluidum subtilissimis eius & liquidissimis partibus impulsis aut fusis. STOICI omnem flatum aërem fluidum esse. Vicissitudine autem regionum appellationes variant: puta à caligine & occasu Zephyrus, ab exortu & sole Subsolanus, ex Septētrione spirans Boreas est, ex plaga Austrina Africus. METRODORVS humida respiratione à sole ferue facta flatus cieri. ETHESIAS spirare astricto ad Septentriones aëre, recedentem sub solstitialem reuocationem comitantes solem.

De hyeme & æstate. VIII.

EMPEDOCLES & STOICI, quando aër spissitudine præpollet ac sursum impellitur, hyemem existere: æstatem, cum ignis, atq; ad inferiora compellitur. Percursis iis, quæ in sublimi sunt, terrestria quoq; attingenda.

De terra, & quæ eius essentia, quantaque. IX.

THALES & huius æmuli vnicam esse terram. Pythagoreus OECETES duas, hanc & Antipodum regionem, Stoici terram vnam & finitam. XENOPHANES ex parte ima in altitudi-

titudinem immensam esse radicatam, ex aëre autem & igne compactam. METRODORVS terram aquæ sedimentum esse & fecem, aëris solem.

De forma terræ. X.

THALES & STOICI, eorumq; schola globosam terram. ANAXIMANDER terram campestrem columnæ lapideæ assimilem. ANAXIMENES mensæ imaginem referre: Tympani LEVCIPPVS. DEMOCRITVS disci germanam latitudine, cæterum in medio cauam.

De situ terræ. XI.

THALIS alumni terram mediam. XENOPHANES primam in infinitum radices egisse. PHILOLAVS Pythagoricus esse ignem medium. Hunc n. vniuersitatis focum, secundam antipodum terram: tertiam eam, quam nos colimus, quæ ex aduerso iacet & voluitur antipodum terræ. Quamobrem nec conspici ab huius incolis illius incolas. PARMENIDES tractus terræ habitabiles princeps sub zonis duabus solstitialibus terminauit.

De inclinatione terræ. XII.

LEVCIPPVS propendere terram in plagas meridionales ob meridionalium raritatem: cum plagæ aquilonares, quia obriguerunt, conglaciauerint. DEMOCRITVS, quia ora imbecilior est aëris meridionalis crescentem terram eo recessisse. Tractus enim esse intemperatos Boreales, meridionales temperatos. Quapropter eo coacta est propendere, vbi frugibus & propagatione exuberat.

De motione terræ. XIII.

ALii fixam terram esse. PHILOLAVS Pythagoricus in orbem volui circum ignem in curriculo obliquo similiter soli & lunæ. Ponticus HERACLIDES cum ECPHANTE Pythagorico cient quidem terram, non traiiciant tamen, rotæ instar cardine nixam suo ab occasu ad exortum circa eum volui. Ab exordio vagam agit DEMOCRITVS, terram ob exilitatem & leuitatem suam fuisse, tractu astrictam & pondere grauatam constitisse.

De digestione terræ, & quot eius sint circuli. XIV.

PYTHAGORAS terram ad vniuersi cœli sphæræ proportionem in quinque tributam Zonas, septentrionalem, æstiuam, brumalem, meridionalem, Australem: quarum media vmbilicũ terræ dimetitur: vnde torrida est nuncupata. Hæc autem habitaculum est, quæ inter æstiuam & hyemalem interiacet estq; temperata.

De terræ motibus. XV.

THALES & DEMOCRITVS terræ tremorum causam aquæ assignat. STOICI aiunt: Terræ motus est terræ humor in aërem dissipatus & erumpens. ANAXIMENES terræ ariditatem & raritatem motuum eius esse causam: quarum hanc imbres, illam producunt squalores. ANAXAGORAS subeuntem aërem terram: qui eius superficiem callosum cum offenset, neq; erumpere valeat, tremore id quo arcetur, quærere. ARISTOTELES ob frigoris cohibitionem vndiq; inferne & superne eam cingentis. Nam supera calor, quia leuis est, petere gestit. Quapropter exhalatio arida discluditur, interceptaq; terræ rimas discuneare luctans, intusq; fluctuans terrã concutit. METRODORVS nihil suo in loco agitari, nisi impuleris, aut actu detraxeris. Quocirca nec terram, vt quæ locum suum & est naturalem sortita, inquietari: sed loca quædam eius migrare in alia. PARMENIDES, DEMOCRITVS: quia terra, quæ vndiq; pari abscessit spacio, manet in æquilibrio, nullo eam huc vel illuc impellente momento, ideo solum eam vibrari, non moueri. ANAXIMENES, quod eius latitudo aëre vectetur: Nonnulli aquæ eam innatare platanorum & assamentorum modo, ideoq; moueri. PLATO modos omnis motus esse sex, sursum, deorsum, sinistrorsum, vltro, & citro, quorum moueri terram nullo posse: quod vndequaq; infinitam sortita sedem consistat immobilis, cur peculiare, cur quoquam nutet potius, sit nihil: at loca eius præ raritate iactari. EPICVRVS defendi posse à spisso aëre substrato, qui sit aquosus, repulsam & quasi succussam moueri. Posse etiam fieri, vt quæ partibus sit inferioribus cauernosa, quando diffusus aër sinus eius lacunosos subit, vibrare eam.

De mari, vnde compactum, & vnde sit amarum. XVI.

ANAXIMANDER mare ostendit esse primi reliquias humoris, cuius maior pars sole sit desiccata, reliquum feruoris vel ab natura sua discesserit. ANAXAGORAS humore, qui prin-

principio ſtagnauit à ſolis circumuectione ambuſto, ac pingui ei us expiraro in ſalſuginem & amarulentiam reſiduum ſubſediſſe. EMPEDOCLES terræ ſudorem peruſtæ à ſole, elutæq; in ſummo amaruiſſe ANTIPHO ſudorem caloris, ex quo quod humoris fuit reliquum, efferueſcendo in ſalſuginem eſt incoctum, quod in ſudore omni accidit. METRODORVS, quod per terram tranſcolatum terrenum lentorem acceperit, ſicut ea, quæ per cinerem diffunduntur. PLATONIS ſchola, aquæ elementaris quantum rigoris vi ex aere concreſcit, id dulceſcere: quantum vero ex terra aduſta & conflagrante exha latur, amareſcere.

Quemadmodum æſtus maris & eius reciprocatio fiant. XVII.

ARISTOTELES, HERACLITVS à ſole, qui pleroſq; flatus ſua ſecum contorquet vertigine: quibus ingruentibus ac mare Atlanticum protrudentibus ipſum intumeſcere atq; efficere æſtum, iiſdem ſopitis reuocatum reſidere, quod eſſe reciprocationem. PYTHEAS Maſſilienſis plena luna æſtus exiſtere, deceſſus ſeneſcente. PLATO in aquarum elationem confert cauſam. Eſſe enim elationem quandam, quæ per certi ſpecus hiatum reciprocationem rapiat à qua maria fluctuare aduerſa. TIMÆVS illabentes Atlantico mari amnes per Galliam montoſam cauſatur: qui impell endo impetu ſuo æſtum reddant, ac retrahēdo remiſſos reciprocationem moliri. SELEVCVS mathematicus, qui etiam mouet terram, occurſate eius gyro oſtendit & motui lunæ conuerſionem. Cum autem ſpiritus: qui inter vtrunq; corpus eſt, collidat ſe & incurrat in Oceanum Atlanticu n, non ſine ratione vna cum eo agitari pelagus.

De area. XVIII.

AREa ad hunc modum conficitur. Inter lunam aliudue ſidus ac viſum noſtrum ſpiſſus aër nebuloſuſq; intercedit. Ab illo acies noſtra ſtatim reflectitur diffunditurq;: qua deinde in ſideris orbem incurrente ſecundum exteriorem circumferentiam, circulum apparet circum ſidus conſpici: qui ita cōſpectus area appellatur, quod perpetuo ibi area ſit. Exiſtere enim hoc ſimulachrum videtur, vbi nunc viſus craſſior incidit.

PLVTARCHI

De placitis philoſophorum, Liber quartus.

PERLVSTRATIS mundi pattibus deſcendam nunc ad res geſtas.

De Nili incremento. Cap. I.

THALES Ereſias arbitratur Ægypto aduerſus flantes Nilum inflare oſtiis eius impetu obiicientis ſe pelagi oppilatis. Maſſilienſis EVTHYMENES ex Oceano & exteriore mari ſuapte natura intumere opinatur amnem Nilum. Ex niuibus ANAXAGORAS Æthiopicis, quæ liqueſcunt æſtate, & bruma ex frigore cohærent. DEMO-

CRITVS niue in plagis Borealibus sub solstitium æstiuum soluta diffusaq; cogi ex eius anhelitu nubila. Quib. ad meridiem & Ægyptum summotis procellosos imbres ab Ethesiis cieri: iisq; redundare paludes & amnem Nilum. HERODOTVS historicus parem quidem cum à fontib. vehere vndam, verum apparere hyemè tenuiorem: quod ea tempestate viciniore sol ad Ægyptũ appulsu latices eius exhauriat. EPHORVS historiographus æstare tradit Ægyptum totam resolui, & vim vndarum quasi exudare. Accommodat autem ei Arabia quoq; & Africa ob solum earum spongiosum & sabulosum. EVDOXVS sacerdotes memorat assignare huius causam aquis pluuiis, articulorumq; anni diuersæ vicissitudini, id est antiperistasi, quando nobis æstas est, qui sub solstitio æstiuo incolimus: tum illis, qui sub solstitio brumali nobis ex aduerso colũt, hyems est, propterea vndæ inflatæ torrenti cursu deferuntur.

De anima. II.

THALES princeps animam naturam esse pronunciauit irrequietam aut sua sponte mobilem. PYTHAGORAS agitantem seipsum numerum. Numerum autem pro mente sumit. PLATO essentiam intellectilem per se mobilem, quæ numero se moueat cõcinente. ARISTOTELES entelechiam primam corporis naturalis organici, quod potentia vitam habeat. Entelechiam intellige pro actu. DICÆARCHVS quatuor elementorum cõcinentiam. ASCLEPIADES medicus sensuum coexercitamentum.

An anima corpus sit, & quæ eius essentia. III.

OMnes hi præfati incorpoream ponunt animam esse, naturaliter ferentes per se mobilem essentiamq; intelligibilem, ac naturalis organici, quod vitam habet, perpetuum actum. PYTHAGORÆ asseclæ aëreum quid esse, & corpus. Spiritum calidum STOICI. DEMOCRITVS igneum coagmentum ex iis, quæ ratione percipiuntur specie prædita orbiculari & vi ignea, idque corpus esse. EPICVRVS temperamẽtum ex quatuor, ex qualitate ignea, ex qualitate aërea, ex qualitate spirabili, & ex quarta quapiam innominata, quæ erat ei sensile. HERACLITVS mundi animã esse humorum, qui in eo sunt, respirationem, Animantium animam ab externa & ea, quæ intra ipsas sit, respiratione congenitam.

De partibus animæ. IV.

PYTHAGORAS, PLATO, summa ratione bipertitam animam. Partem n. habet ratione vtentem, partem rationis expertem: Accuratiore vero & exquisitiore tripertitam. Siquidem rationis exortem partem in animositatem & concupiscentiam diduount. STOICI ex partibus eam constare aiunt octonis, ex quinq; sensibus, visu auditu, odoratu, gustatu, tactu sexta vocali, septima proseminatrice, octaua ipso animi principatu: cui hæc obsecundant omnia per peculiaria instrumenta admodum cirrorum polypi. DEMOCRITVS, EPICVRVS, bipertitã animã quæ rationem habeat in pectore locatam, partem sui rationis expertem per totam corporis cõpaginem diffusam. DEMOCRITVS nihil esse quod non sit alicuius animæ compos, vel extincta corpora: quod semper perspicue caloris cuiuspiam & sensus consortium habeant, qui maiore ex parte difflantur.

Qui animæ principatus, & qua in parte sit. V.

PLATO, DEMOCRITVS, toto in capite. STRATO in superciliorũ interstitio. ERASISTRATVS circa cerebri membranam, quam epicranidem nuncupat. HEROPHILVS in cerebri sinu, qui idem basis eius est. PARMENIDES in toto pectore, cui assentitur EPICVRVS. STOICI vniuersi in toto corde, aut in eo, qui circa cor est, spiritu. DIOGENES in arteriaco cordis sinu: qui animalis, id est, spirabilis est. EMPEDOCLES in sanguinis concremento. Alii in cordis collo. Nonnulli in cordis inuolucro. Sunt qui in præcordiis. Nonnullorum quidam pertinere è capite eam ad præcordia vsq;. PYTHAGORAS vim viuificam in corde, ratione vtentem & intelligentem in capite esse.

De motu animæ. VI.

PLATO moueri perpetuo animam: immotam autem mentem esse motu certe transgressibili. Immotam ARISTOTELES animam motu omni producto, accidentario vero non vacantem, sicut corporum species.

De immortalitate animæ. VII.

PYTHAGORAS, PLATO animam immortalem esse. Quando enim in vniuersitatis animam excedit, ad sui generis naturam se eam recipere. STOICI, simul atque ex corpore euolauit, si imbecillior sit, cum coagmento subsidere. Hanc indoctorum esse: firmiorem quæ in sapientibus est, vsque ad ignis sedem euadere. DEMOCRITVS, EPICVRVS, esse mortalem, vnaque cum corpore interire. PYTHAGORAS, PLATO, rationis compotem partem æternam esse.

esse. Etenim animam non deum, verum æterni esse opus dei. At expertem rationis partem caducam.

De sensibus & sensibilibus. VIII.

STOICI sensum hoc modo definiunt: Sensus est apprehensio organi sensus vel comprehensio. Dicitur autem multifariam sensus. Et habitus enim & potentia & actus imaginatioq; cōprehensiua per organum sensus fiunt, atq; ipse octauus principatus, à quo constituuntur. Rursus sensus dicuntur spiritus intelligentiæ compotes à principatu ad ipsa organa producti. EPICVRVS: particula est, inquit, sensus, quæ eadem facultas est sensumq; ipsum, vnde est sensus effectus. Ita bifariam ab illo dicitur, ipsa facultas sensus, actus sensibile. PLATO asserit sensum animæ & corporis esse cum externis communionem. Vis n. animæ instrumentum est corporis: quæ ambo apprehendentia sunt eorum, quæ foris sunt. LEVSIPPVS, DEMOCRITVS sensum & intelligentiam simulachris fieri extra occurrentibus, neutrumq; vlli contingere, nisi occurrat imago.

Verine sint sensus & visiones. IX.

STOICI veros sensus esse, sed visiones partim veras, partim fallaces. EPICVRVS sensum & visionem fidelem omnem: opiniones autem alias veras, falsas alias. Ac sensus quidem vno tantum modo fallitur, quod fit in iis, quæ mente percipiuntur: visio duobus modis. Namq; sensibilium est visio & intellectibilium. EMPEDOCLES & HERACLIDES per meatuum competentiam singulos fieri sensus, cum id, quod familiare est sensibilium cuiq; congruat.

Quot sint sensus. X.

STOICI sensus speciatim esse quinq;, visum, auditum, odoratum, gustatum, tactum. ARISTOTELES sextum non tradit, sed sensum communem specierum arbitrum compositarum: ad quem simplices suas quisq; visiones referunt: in quo transitus ab vno ad alterum velut figuræ aut motionis spectatur. DEMOCRITVS sensus esse in animantibus brutis, diis, & sapientibus plures.

Quemadmodum fiat sensus, notio, & rationis affectio. XI.

STOICI prædicant hominem, postquam genitus est, habere principem animæ partem, quæ membranæ scriptoriæ vicem impleat. In eam vnamquamq; notionum annotat. Primus annotationis modus per sensus est. Qui enim sensum apprehenderunt verbi gratia candidi, amoto eo memoriam eius habent. Postquam iam vnius generis multæ fuerint memoriæ, tum habere se dicunt vsum. Siquidem vsus est similium frequentia. At notiones, quæ naturales sunt, supradictis modis existunt, & sine vllo artis adminiculo: aliæ iam nostra eruditione & industria. Atq; hæ quidem notiones solæ dicuntur, illæ etiam prænotiones. Ratio vero à qua rationales vocamur, prænotionibus consummari dicitur per primum septenarium. Porro mentis conceptus visum est intelligentiæ animantis rationalis. Siquidem visum, simul atq; animæ rationali occurrit, tum demum ἐννόημα, id est, sensum dicitur, quod nomen à mēte, quæ νοῦς dicitur, mutuatur. Quapropter non offerunt se cæteris animantibus visa. Quæ diis & vero etiam nobis, hæc visa tantum sunt Quæ nobis, hæc tum visa genere, tum specie sunt sensa: perinde atq; denarii & stateres, ipsi quidem per se denarii sunt & stateres. Qui si pro mercede nauis soluantur, tunc præterquam quod denarii sint, etiam portoria appellantur.

Quid intersit inter phantasiam, id est, visionem, phantaston, id est, visionis efficiens, phantasticumq; & phantasma, id est, adulterinum & inane visum. XII.

CHRYSIPPVS discrimen inter hæc quatuor esse memorat. Est phantasma affectio quæ in anima existit, & demonstrat simul sibi authorem. Vt cum visu candidum contemplamur, affectio est, quod impressum animæ est per visum, cui affectioni dicere debemus candidum subesse, quod moueat nos: perinde per tactum & odoratum. Appellationem phantasia ἀπὸ τοῦ φωτὸς, id est, à lumine sortita est. Nam vt lumen tum se tum alia, quæ complectitur, ostendit, ita demōstrat se ipsam phantasia & suū authorem. Phantaston est efficiens & author phantasiæ, ceu candidum & gelidum, & quicquid impellere animam valet, id est, omne phantaston. Phantasticū est attractus inanis, affectio animæ nullo à phantasto inserta: vt in vmbratilem pugnam exercentibus, manusq; inaniter inferentibus. Nam phantasię, id est, visioni, subiacet phantastū quid visionis efficiens: phantastico, id est, inani viso nihil. Phantasma est, quo rapimur phantastico & inani attractu. Hæc offeruntur melancholicis & furiosis. Itaq; tragicus Orestis, cum ait:

Mater

Mater precor te, ne incutias tu filio
Oculos truces istos & sanguinarios,
Hi namq; me hi me propius conuulnerant.

Quippe ea vt insanus fatur, cum videat nihil, tantum sibi videtur. Quare ait ei Electra:

Mane miser quietus in tuo thoro:
Horum vides nil, cernere quæ clare putas.

Et apud Homerum Theoclymenus.

De visu, & quemadmodum videamus. XIII.

DEMOCRITVS & EPICVRVS imaginibus inserentibus se visum accidere arbitrabantur. Alii radiis quibusdam insinuantibus se: qui postquam rei subiectæ occurrerunt, recipiant se retro ad visum. EMPEDOCLES imaginibus radios confudit, appellauitq; id radios imaginis cōpositæ. HIPPARCHVS radios ait ab vtroq; oculo porrectos terminis ipsorum velut manuum admotu externis corporibus iniecto apprehensionem eorum ad visum referre. PLATO per synaugiam, id est, corradiantiam vel mutuum radiorum concursum, quando oculorum lumen effluit ad aliquantum interualli in cognatum sibi aera, simulq; lumen, à corporibus quod manat, illi occurrit, atque interiectum aera qui expedite dissipatur vertiturque, vi ignea visus vna intendit. Hæc dicitur synaugia Platonica.

De speciebus, quæ in speculo repræsentantur. XIV.

EMPEDOCLES, per effluuia in speculi superficie coeuntia: peragi autem per ignem, quæ ex speculo profluit, atq; obiectum aera, in quem ferūtur, fluxiones secum traiicit. DEMOCRITVS, EPICVRVS, species speculares edi per imaginum subsistentiam à nobis prodeuntium: quæ super speculum conferuntur, relisѕq; circumaguntur. PYTHAGOREI per visus resultum. Nam ferri visum tanquam in æs porrectum. Vbi in spissitudinem eius & læuorem impegit, retro in sese concedere: perinde ac manus porrecta, quæ humerum repetit. His valeas capitibus vti omnibus ad id, quemadmodum videamus.

An visibiles tenebræ. XV.

STOICI, tenebras visibiles esse. Quippe ex visu splendorem quendam illis obduci. Nec fallitur visus. Nam cernit reuera, quod tenebræ sint.* Porro tenebræ cogunt aggregantq; visum propterea; hebetant: contra lumen disgregat, ac deducit visum nostrum ad res vsq; visui obiectas per intermedium aerem: ea propter non cernere in tenebris, verum tenebras ipsas modo cernere. CHRYSIPPVS inter medii aeris contentione cernere nos. Siquidem lancinari aerem à spiritu visuali, qui ab animæ principatu ad pupillam vsq; pertinet: atq; quando in obiectum aera incurrit, intendit eum turbinis modo, si sui generis aera nactus sit. Emanant enim radii ex visu ignei, non atri nec caliginosi. Quapropter esse visibiles tenebras.

* Hæc in aliis exemplari habetur.

De auditu. XVI.

EMPEDOCLES occurrente spiritu aurium parti tortuosæ, quam affixam ait introrsus auri tintinnabuli instar elatam & pulsatam. ALCMÆON audire nos inani & interna auris parte. Esse enim hanc, quæ spiritu irrumpente personet. Cuncta namque inania tinnitum reddunt. DIOGENES, cum aer, qui in capite est inclusus, à voce feritur & pellitur. PLATO & qui ab eo sunt, pulsari intestinum capitis aera. Hunc autem ad principatum tegeri, atq; ita existere sensum auditus.

De odoratu. XVII.

ALCMÆON sedem esse animæ principatus in cerebro. Eo odorari nos trahente spirationibus odores. EMPEDOCLES vna cum pulmonis respirationibus odores influere. Quando igitur laboriose adducitur spiritus, propter asperitatem non sentiri à nobis eos, vt in grauedine laborantibus.

De gustu. XVIII.

ALCMÆON humido tepore linguæ cum mollitie coniuncta internosci sapores. DIOGENES fungositate & mollitie linguæ, & quia corporis venæ ei coaluerunt, attrahi sicut à spongia ac diffundi ad sensum & principatum sapores.

De voce. XIX.

PLATO vocem definit spiritum per os à mente ductum, pulsumque ab aëre per aures, cerebrum, & sanguinem vsque ad animam peruectum. Vsurpatur etiam abusiue in brutis animan-

mantibus&in inanimis vox,ceu hinnitus & crepit9.Proprie vero vox dicitur articulata,quę est Græce φωνὴ dicta, quasi mente concepta illuminans. Epicurus vocem esse emissum à loquentibus,à sonantibus,& strepentibus profluuium. Hoc profluuium in conformia friari fragmēta: Conformia dicuntur teretia teretibus,scalena,id est, imparium inter se laterū triangula scalenis,& triangula sui generis figuris. His auditui se obiicientibus sensum effici vocis. Hæc declarari in vtribus effluentibus fullonibusque in vestes sufflantibus. Democritus quoq; aëra refert in conformia frangi corpora,volutariq; cum vocis fragmentis. Etenim monedulæ monedula assidet, &

Ad similem vsq; Deus ducit similemq; paremq;.

10 Quippe in littoribus consimiles calculi iisdem in locis visuntur,alibi globosi,alibi teretes. Et in cribrando contrahuntur in vnum conformia, vt seorsum fabæ sint,& seorsim cicera. Obiicias his: Qui pauca spiritus momenta theatrum complent hominum innumerorum. Enimuero Stoici aiunt non constare ex frustulis aëra,sed continuum vndequaq;,neq; in eo esse inane quicquam. Quando vero pulsatus est spiritu,vndabundus circulis rectis in infinitū fertur,dum compleuerit circumiectum aëra,perinde vt in piscinam lapide misso. Nam & hæc in gyrū agitur,in globi modum aër. Anaxagoras fieri vocem, quando in solidum aërem incurrit spiritus,à quo relisus ille ad aures perfertur:qua ratione Echo quoq; fieri.

An incorporea vox, & quomodo echo fiat. XX.

20 Pythagoras, Plato, Aristoteles, esse incorpoream: Neq; enim aërem, sed figuram,quæ cingit aërem,& superficiem aliquo pulsu fieri vocem. Est autem superficies omnis corporis expers: vt quæ cum corporibus moueatur, cum sit prorsus ipsa sine corpore: vt fit in virga,quæ flectitur,cuius nihil patitur superficies:sola est,quæ flectitur,eius materia. Nam omne,quod agit aut facit,corpus est. Vox autē facit & agit. Exaudimus enim eam sentimusq; appellentem & auditum,in eoq; exprimentem:velut annulum in ceram. Iam quicquid mulcet & fatigat,corpus est:mulcet autem concentus nos,fatigat discrepantia. Adhæc quicquid mouetur,corpus est. Vox autē mouetur,atq; impingit in loca læuia, resilitq; pilæ in modum in parietem coniectæ. In Pyramidibus quidem, quæ in Ægypto conspiciuntur,vox intus eiaculata vna quaternos atq; adeo quinos sonos reddit.

30 *Vnde sensibilis fiat anima, & quid eius sit principatus. XXI.*

Stoici esse animæ autumant partem supremam principatū, qui efficiat visiones, assensiones,sensus,& appetitiones:quę ratiocinationem vocant. A principatu animę septem partes sunt enatæ ac porrectæ in corpus, vt ex polypo cirri. Ex septem his animæ partibus quinq; sunt sensibus deputatæ,visus,odoratus,auditus,gustus,tactus. Ex his visus est spirit9 à principe parte ad oculos vsq; pertingens. Auditus spiritus à principe parte pertinēs vsq; ad aures. Olfactus spiritus pertinens à principe parte faucibus nariū tenus. Gustatus spiritus à parte principe vsq; ad linguam pertingēs. Tactus spiritus à principe parte pertingens ad superficiem vsq; rerum tractatui facile sensibili obnoxiarum. Reliquarum vna dicitur genitura:quæ & ipsa spiritus est à 40 principatu ad genitales vsq; meatus pertingens. Altera vocalis à Zenone dicta,quam & vocem nuncupant. Ea spiritus est à principatu pertingens ad fauces, linguam, aliaq; accomodata sibi organa. Principatus vero ipse sicut in mundo sedes in globoso capite nostro habet.

De respiratione. XXII.

Empedocles respirationem primam primi animantis factam abscedente infantium humore,ac subeunte sub exhaustam inanitatem externo aëre in hiantia vascula: Inde iam natiuo feruore erumpendi impetu aërē extrorsum propellente expirationem: Inspirationē reciprocatione ad interiroa ingressim vicissim aëri præbēte. Eam vero,quæ nunc obtinet,cum sanguis velut ad superficiē tendit,aëremq; per nares affluentia sua relidit:cui9 excessum fieri expi-50 rationē:quando resilit aër,atq; in destituta ab sanguine loca retrahitur,in spirationem. Id ante oculos Asclepiades clepsydræ exemplo propōnit. Pulmonem quidem infundibuli vice constituit. Causam vero respirationis intestinam ponit pectoris subtilitatem:ad quam externū aërem,qui densior est,fluere & contendere: Eum vicissim summoueri,quod pectus iam eum admittere neq; carere valeat eo. Porro restāte in pectore semper aliqua subtilioris aëris portione (Neq; enim expellitur vniuersus) ad hanc rursus pari impetu aërem externū intro se reciprocare. Hæc cucurbitulis comparat. At liberam spontaneamque respirationem fieri ait exilioribus pulmonis contractis meatibus,eorumq; fistulis astrictis. Hæc enim arbitrio auscultant nostro. Herophilus potentias relinquit corporibus motrices in neruis, in arteriis, in musculis. Pulmonem igitur arbitratur naturali appetitione cieri,vt adducat & reddat animam. Inde

etiam aliam esse pulmonis functionem, externæ auræ attractum. Attrahitur ab impletione, quę foris petitur. Mox ex secunda appetitione spiritū pectus transfundens, quia expletus attrahere vltra nequit, iam in pulmonem superfluum deriuat. Vnde foras excernitur, consentientibus inter se corporis partibus, quando pulmo distenditur, reddendis subinde vicibus expletu exhaustuque facto. Ita quatuor fieri in pulmone motiones: primam, cum aërem externum recipit: alteram, cum hoc, quod accepit à foris, intra se ad pectus permanat: tertiam, qua contractum à pectore rursus in se recipit. Quartam, qua ex reciprocatione in ipso receptū foras propellit. Ex hisce motionibus esse duas distentiones, vnam à foris, alteram à pectore: duas item contractiones: vnam, quando spiritum ad se pectus allicit: alteram, cum insinuatum aëra expellit. Siquidem duæ modo in pectore existunt: distentio, cum ex pulmone spiritum euocat: contractio, 10 cum acceptum vicissim reddit.

De affectibus corporis, & an ei consentiat anima. XXIII.

STOICI affectiones in locis esse affectis, sensus in animæ principe parte. EPICVRVS tam affectiones quam sensus in locis affectis esse. Nam partē animæ principem non laborare. STRATO tum affectiones animæ tum sensus in principe eius parte non in locis affectis consistere. In hac namq; positam tolerantiam esse: quod atrocibus & asperis in rebus deprehendi, nec non in hominibus fortibus & ignauis.

PLVTARCHI 20

De placitis philosophorum, Liber quintus.

De diuinatione. Cap. I.

PLATO cum STOICIS diuinationem inducunt per instinctum afflatumq; diuinum ex animi diuinitate: quæ fanaticus furor est, feruorq; lymphaticus per somniorum imaginamenta Chaldæorumq; obseruationes. Hi plæraq; diuinationis partes probant. XENOPHANES & EPICVRVS sustollunt diuinationem. Vnam PYTHAGORAS improbat aruspicinam. ARISTOTELES & DICÆARCHVS diuinationem ex 50 solo instinctu lymphatico & somniis recipiūt. Nempe animam non existimant immortalem, diuini aliquid tantum eam habere.

Quemadmodum somnia fiant. II.

DEMOCRITVS, somnia obiectis imaginibus fieri. Strato, cum mentis natura, quæ rationis est exors, in somnis valentius quodāmodo sentiat, propterea q; eiicatur à cognitiua potentia. HEROPHILVS, somnia diuinitus inspirata necessario fieri: At naturalia commodarum sibi rerum effingente anima simulachra, & quæ in his futura sunt: Ex vtroq; vero genere tempe-

temperata temerario imaginum appulsu, quando ea, quæ expetimus, offerunt se nobis: cuiuscemodi accidunt iis, qui amicas tenere sibi in somno videntur.

Quæ essentia seminis genitalis. III.

ARISTOTELES, semen est, quod mouere in semetipso valeat ad tale quid conficiendum, quale est id, ex quo concretum est. PYTHAGORAS sanguinis spumam probissimi genituram esse, alimenti retrimentum, vt sanguinem & medullam. ALCMÆON cerebri portionem. PLATO medullæ spinalis effluuium. EPICVRVS animæ & corporis fragmentum. DEMOCRITVS, ex totis corporibus & partibus principibus prodit genitura veluti carnosis fibris.

10

An corpus genitura. IV.

LEVCIPPVS & ZENO esse corpus. Frustulum enim esse eam animæ. PYTHAGORAS, PLATO, ARISTOTELES, vim esse incorpoream genituræ, vt mentem motricem, sed corpoream materiam eam, quæ profluit. STRATO & DEMOCRITVS, etiam vim corpoream esse, vtpote spiritalem.

An fœminæ quoque semen emittant. V.

PYTHAGORAS, EPICVRVS, DEMOCRITVS etiam fœminam genitale effundere. Habet namque testiculos auersos: quare & in vsu habet appetentiam. ARISTOTELES & ZENO, 20 materiam emittere liquidam, velut à colluctatione sudorem, cæterum haudquaquam seminalem. HIPPO profundere quidem genituram non secus ac viros fœminas, non eam tamen ad fœturam conferre, quod extra vterum procidat. Quapropter nonnullas subinde emittere citra viros genituram, viduas præsertim. Prouenire autem à viro ossa, carnem à fœmina.

Quemadmodum conceptus fiant. VI.

ARISTOTELES conceptus fieri attrahente à purgatione vulua, mensibusque simul ex totius corporis compagine liquidi sanguinis portionem euocantibus, vt accedat maris genitura. Non fieri autem conceptiones ob mensium defectum, vel vuluæ inflationem, vel terrorem, vel fœminarum imbecillitatem, vel ob virorum languorem.

30

Quemadmodum mares gignantur & fœminæ, VII.

EMPEDOCLES marem vel fœminam gigni pro feruore vel frigore. Hinc primos mares memoriæ proditum est ad plagam orientalem & meridionalem potius è terra prognatos, ad septentrionalē fœminas. E diuerso PARMENIDES tractus Septentrionales mares germinasse: quod sint astrictiores: meridionales ex raritate fœminas. HIPPONAX pro compacta aut etiam valente, pro fluida languidioreque genitura. ANAXAGORAS, PARMENIDES, manantia ex dextris partibus demitti in partes vteri dextras, illa ex sinistris in sinistras. Quod si contrario modo fiat, fœminas gigni. LEOPHANES, cuius ARISTOTELES meminit, mares ex testiculo dextro, fœminas ex læuo. LEVCIPPVS ex partium alternatione, qua mas colem, fœmina vuluam habeat. Nam hoc tantum dicit. DEMOCRITVS, promiscuas partes ex vtrocumque contigerit, 40 peculiares vel ex alterius præualentia. HIPPONAX, si præpolleat fœmina, marem: si alimentum, fœminam.

Quemadmodum monstra edantur. VIII.

EMPEDOCLES monstra procreari ex genituræ affluentia vel penuria, vel ex motionis exordio, vel ex distractione in plura, vel si aberrauerit. Ad hunc modum occupasse omnia pene argumenta videtur. STRATO, ex adiectione vel detractione, vel conuersione, vel inflammatione. Nonnulli medici ob distortum id temporis vterum distendente spiritu.

Cur mulier, quæ frequenter Veneri indulget, non concipiat. IX.

50 DIOCLES medicus, aut quod aliquæ semen prorsus non emittant, vel quia minus quam oportet: aut quia tale est, quod vi careat viuifica: aut ob caloris vel frigoris, vel humiditatis, vel siccitatis defectum: aut quia membra genitalia sunt resoluta. STOICI ob colis obliquitatem, quod recta emittere genituram non valeat: aut ob genitalium incompetentiam, vtero nimium abducto. ERASISTRATVS vteri vitio, si callosus carnosusque sit, aut quam pro natura sua spongiosior, aut exilior.

Quomodo gemini & tergemini nascantur. X.

EMPEDOCLES generari geminos & tergeminos ex genituræ luxuria* & dissectione. ASCLEPIADES ex corporum discrimine: vt sit in hordeo, quod binos & ternos mittit culmos.

* Alii *seminum præstantia.*

 Esse

* Alii, supersatationem.

Esse enim femina fœcundissima ERASISTRATVS * conceptuum causa, ceu in rationis expertibus animantibus. Vbi enim repurgatus vterus est, tunc impletur prompte. STOICI propter vteri locos, cum in primum & secundum genitura illapsa fit, tunc superfœtari & edi tergemina.

Vnde existant parentum & progenitorum similitudines. XI.

EMPEDOCLES similitudines inualescente fieri genitura, dissimilitudines seminis exhalato calore. PARMENIDES, cum ab dextra vteri parte genitura est excreta, patrem: cum à læua, matrem referre. STOICI manante toto ex corpore & anima genitalia, atque affinitates corporum figuras formasque fingere iisdem ex genetibus, haud secus atque pictorem iisdem ex coloribus propositi effigiem. Effundere autem & fœminam semen: ac si præualeat fœminæ semen, partum repræsentare genitricem: sin viri, virum.

Vnde alienos facie repræsentent, non parentes. XII.

MEdici plærique fortuito & temere, cum refrixerit tum viri tum mulieris genitura, infantes edi dissimiles. EMPEDOCLES mulieris in conceptu imaginatione informari infantes. Siquidem sæpenumero certis imaginibus & statuis ductæ fuerunt mulieres: quarum germanos ediderunt partus. STOICI mentis consensu, radiorumque & imaginum sub effluuiorum insinuationes existere similes inter se figuras.

Vnde sterilescant tum fœminæ, tum viri. XIII.

MEDICI steriles fieri fœminas vteri causa, vel quod astrictior sit, vel fistulosior, vel rigidior, vel callosior, vel carnosior: vel ob languidum mulieris animum, aut si tabido corpore, aut habitu sit prauo: aut vteri causa contorti aut conuulsi. DIOCLES, infœcundos esse viros, aut quod nonnulli haudquaquam semen emittant, aut intra modum, aut quia effœta est genitura aut resolutis membris genitalibus aut intorti causa penis, qui genituram directe infundere nõ valeat, aut ob virilitatis ad reductum vterum incompetentiam. STOICI causantur abhorrentes vtriusque coeuntium facultates & proprietates: quas si distrahi mutuo contigerit, ac sociare se aliis sui generis, tum temperaturam fieri naturalem, & fœtum perfici.

Cur sint mulæ steriles. XIV.

ALCMÆON, mulos infœcundos propter genituræ tenuitatem, id est, seminis frigiditatem: mulas, quod non dehiscant earum vuluæ, id est, non se pandant. Ita enim hæc dixit. EMPEDOCLES propter exilem, demissam, & arctam vuluam, ventriq; auersè additam. Neque enim genituram in illam illabi recta, neque si vel id factum sit, eam excipere. Huic suffragatur DIOCLES qui ait: In corporibus dissecandis mularum vuluam eiuscemodi sæpe conspeximus. Itaque iisdem ex causis probabile esse & mulieres existere non genitales.

An partus in vtero animans sit. XV.

PLATO animantem fœtum esse. Quippe moueri in vtero alique. STOICI, portionem eum vteri esse, non animantem. Vt enim arborum sūt fructus partes, qui maturi defluant, perinde fœtum. EMPEDOCLES non esse fœtum animantem, sed spirantem in vtero. Enimuero primum animantis fieri in puerperio respirationem, humore quidem partuũ abscessum capiente ad repleru n vero aëre externo inhiantia conceptacula subeunte. DIOGENES gigni quidem inanimos infantes, verum in calore tamen. Hinc effuso fœtu illico natiuum calorem in pulmonem aduocant. HEROPHILVS agitationem fœtibus relinquit naturalem, non animalem. Motionis esse neruos causam. Tum demum existere animantes, postquam in lucem editi aliquid aëris hauserint.

Quemadmodum partus alantur. XVI.

DEMOCRITVS, EPICVRVS, fœtũ in vtero per os ali: hinc protinus, vt editus est, ore mammam petere. Etenim in vtero esse papillas quasdam & oscula, per quę alantur. STOICI per secundas & vmbelicum. Quare hunc extemplo religare obstetrices, atque os infantis diducere: quo vsus alimenti alius instituatur. ALCMÆON per totum ali corpus. Exugere enim id spongiæ modo alimenta vegetantia.

Quid primum absoluatur in vtero. XVII.

STOICI plærique membra simul omnia absolui. ARISTOTELES lumbos primum carinę nauis instar. ALCMÆON caput, in quo animæ principatus residet. Cor MEDICI, in quo venæ & arteriæ. Sunt, qui pedis digitum maximum. Alii vmbelicum.

Cur

Cur partus septimestres vitales. XVIII.

EMPEDOCLES, cum genus humanum terra editum esset, tantum spacio temporis ob Solis tardum meatum fuisse diem, quantus nunc decem sit mensium dies. Hinc tractu temporis tantũ diem fuisse, quantus nunc septẽ mensium. Quapropter decimestres & septimestres partus vitales esse, natura mundi ita meditata vno adolescere die, qua ponitur nocte infans. TIMÆVS non decem menses ait, sed nouem arbitrari se esse: quod & ante conceptus menses sisterentur: Perinde haberi septimestres, qui septimestres non sint. Quippe cum à conceptu quoq; vterus nonnunquam menstruis affluat. Ignorari enim & post conceptum purgationum numerum. POLYBVS, DIOCLES emperici & octauum mensem agnouerunt genitalem: verum debiliorem aliquatenus: quod ob debilitatem multi subinde intereant. In vniuersum aurẽ neminem velle octimestres ali: quamuis multi ediri sint octimestres viri. ARISTOTELES & HIPPOCRATES tradunt: si vterus mensibus expleatur septenis, tunc erum pere vitalesq; nasci. Quod si eruperint, nec alantur tamen, quod vsuuenire solet, si languente * vtero concrementũ partus fiat, tuuc non sentire fœtum alimentum. Qui si menses nouem in vtero hæserit, cũ tunc proruperit, absolutum esse. POLYBVS, centum octoginta duos dies cum semisse vitales efficere: quod semestre tempus esse, quando Sol ab vno solstitio ad alterũ perueniat. Diei vero septimestres, quoniam reliquos sexti mensis dies in septimo implent. At octimestres non esse vitales eum prociderit quidem ex vtero partus, sed diutius afflictus vmbelicus sit. Tabescit enim vt nutrimenti author. MATHEMATICI vero octo menses omnis ferunt esse genituræ dissociabiles, sociabiles septẽ. Dissociabilia signa sunt, si stellas, quos œcodespotas, id est, domicilii dominas vocant, nacta sint maleficas. Nam si quis harum vitam & viuendi institutum fortitus sit, infortunatos eos temporariosque portendunt. Signa dissociabilia numerantur octo: veluti aries cum scorpione est disiunctus, taurus cum sagitrario disiunctus, gemini cum capricorno, cancer cum aquario, leo cum piscibus, cum ariete virgo. Hinc septimestres & decimestres esse vitales, octimestres propter mundi diffidentiam enecari.

*Alii vmbelico.

De animantium generatione, quemadmodum sint animalia genita, & an ab interitu libera. XIX.

QVorum sententia genitus mundus est, genita animalia sunt & intereunt. EPICVRVS, secundum quem ingenita, ex conuersione in se mutuo gigni animalia. Esse ea enim mundi huiusce partes: similiter atq; ANAXAGORAS & EVRIPIDES. Interit nihil eorũ, quæ nata sunt. Vertentia vero aliud in aliud formas induunt. ANAXIMANDER prouenisse prima in humido animalia corticibus vestita aculeatis progressu ætatis aridiora euasisse, diruptoq; cortice breue æuum duxisse. EMPEDOCLES natales primos animantium & plantarũ haudquaquam fuisse omnibus partibus absolutos, verum partibus non cohærentibus diffluentes: secundos coalescentibus partib. figuratos, tertios enascentibus ex se inuicem partibus: quartos non vltra ex similib. velut ex terra & aqua, verum ex se inuicem iam, his spissato alimento, illis specie mulierũ seminalis motionis stimulũ addente Animantium genera omnia certis distincta esse temperamentis. Nam aquæ familiariora ad aquã tendere, alia in aërem aspirare, quã diu exuperat in iis ignis in terram ponderosiora: quæ æquabili sunt temperamento, ex pectoribus vocem edidisse.

Quot genera animantium, & an omnia sensu & ratione sint prædita. XX.

EST ARISTOTELIS tractatus, in quo genera animantium quatuor ponit, terrestria, aquatilia, volueria, cœlestia. Etenim animalia tam cœlestium orbium diei quam terræ: animal autem rationale immortale. DEMOCRITVS, EPICVRVS cœlestia. ANAXAGORAS animalia prædita esse cuncta ratione agente, at passiua veluti mente, quam mentis dicunt interpretem, carere. PYTHAGORAS, PLATO, rationales esse rationis quoq; expertium animantium appellatorum animas, licet eum ratione non agant ob corporum intemperiem, tum quod deficiantur differendi facultate: vt in simiis cernere est & in canibus. Blaterant enim hæ animantes, nõ differunt. DIOGENES, compotes animantes esse intelligentiæ & aëris: verum quia partim eorum astrictiores sunt, partim redundãt humore: non intelligere eas neq; sentire, verum furentium modo affici, animæ hallucinante principatu.

Quanto tempore conformentur in vtero animalia. XXI.

EMPEDOCLES, in hominibus ordiri membra figurari à sexta & trigesima die, consummari membris ab vndequinquagesima. ASCLEPIADES in maribus artuum conformationem feruoris gratia à sexta & vigesima fieri: in multis etiam citra, absolui partibus omnibus suis ad quinquagesimam: In fœminis membra spacio conformari bimestri, quadrimestri ob caloris penuriam peragi. In genere brutorum consummari pro elementorum tempertura.

Ex quibus constent elementis singula hominis generales partes. XXII.

EMPEDOCLES, carnes procreari ex æquabili quatuor elementorum temperatione: nervos igne terraq; duplici proportione mistis. Vngues in animantibus generari neruis, quatenus aeri obiecti sunt, obrigentibus: ossa ex aqua videri & interna terra constare: ex quatuor deniq; commistis sudorem & lachrymam componi liquefacto sanguine extenuatuq; diffuso.

Quando & quemadmodum exordiatur homo perfici. XXIII.

HERACLITVS & STOICI, incipere homines circa secundam hebdomadam absolui, sub quam seminale serum prodit. Namq; arbores tunc ordiuntur perfici, cum cœperunt generare semina. Ante hac rudes sunt, immaturæ, & infructuosæ. Est igitur tunc consummatus homo. ARISTOTELES sub secundam hebdomadam honesti prauiq; intelligentiam existere, cum disciplinis initiantur. Sunt qui putent hebdomada consummari hominē tertia, vt cum viribus suis vtitur.

Quomodo somnus fiat aut mors. XXIIII.

ALCMÆON, sanguinis in confluentes venas receptu fieri ait somnum, diffusu expergiscentiam, recessu in vniuersum mortem. EMPEDOCLES somnum refrigescente modice sanguinis calore, in totum mortem. DIOGENES, si sanguis diffusus vniuersus venas impleuerit, aëremq; in eo residentem propulerit in pectus & subiectum ei ventrem, somnum creari ac concalescere ptæcordia. Quod si, quicquid aërei in venis continetur, expirauerit, mortem existere. PLATO, STOICI, somnum spiritus sensilis remissione fieri, non laxatione, vt in terra. Recipit autem se ad superciliorum interstitium, id est, animæ principatum. Si vero remissio spiritus sensilis omnifaria fiat, tunc mortem consequi.

Vtrius sit somnus animæ an corporis. XXV.

ARISTOTELES somnum corporis & animæ esse promiscuum. Est eius causa humor à pectore ad capitis regiones suffitus, subiectoq; alimento cordis feruor refrigeratus. Mortem vero esse absolutam refrigerationem. Porro mortem vnius esse corporis non animæ, cuius non sit mors. ANAXAGORAS corporalis functionis somnum esse, corporalem enim laborem esse non animalem: Esse autem diremptionem etiam animæ mortem. LEVCIPPVS non corporis tantum esse, sed temperatura subtilissimi maiore quam temperatura caloris animalis affluentiam causam esse mortis. Hæc esse enim corporis non animæ affectiones. EMPEDOCLES mortē esse eorum, ex quibus compactus est homo, distractionem. Quapropter communem ex huius sententia esse corporis & animæ mortem. Somnum esse naturæ igneæ quandam dissipationem.

Quomodo adolescant stirpes, & an animantes sint. XXVI.

PLATO, EMPEDOCLES, etiam stirpes animatas esse & animantes: Liquere id, quod vibrent, quod porrectos habeant ramos, quod tractanti eas arboratori nō sine violentia cedant, sursusque laxati in pristinum vsque adeo habitum crescendo reuocent se, vt etiam renitentia pondera euincant. ARISTOTELES animatas esse, non animantes tamen. Animantes etiam appetitrices esse, præterea sensibiles & ratione vtentes. STOICI & EPICVREI, haudquaquā animatas. Aliquas enim animantes anima præditas esse appetitrice & concupiscente, aliquas & rationali. Stirpes vero sua sponte quodam modo prouenire, non animæ vi. EMPEDOCLES primas animantium arbores ex solo ait prodisse, antequam Solis circumflexus expansus, & priusquam dies à nocte discretus esset. Propter temperaturæ autem competentiam maris & fœminæ eas rationem obtinuisse: Crescere porro ab interno terræ calore distributo. Proinde partes eas terræ esse: sicut fœtus, qui in vtero sunt, vteri partes. Fructus vero excrementa esse in plantis aquæ & ignis. Ac quæ deficiuntur humore, has digesto eo æstate folia deperdere: quæ abundant, retinere: vt cernere est in lauro, olea, & palma. Succorum discrimina ab euariantibus causis particularumque induci multitudine: quas quidem differentias ab altricis terræ multis partibus referunt, velut in vineis. Neq; enim harum differentiæ vini præstantiam efficiunt, sed altoris potius soli nutrimentum.

De vegetatione & auctu. XXVII.

EMPEDOCLES, ali animantes familiari sibi substantia, crescere accedente calore, extenuari & interire expirante vtroq;. Huius autem temporis homines, si componantur cum primis, instar obtinere infantium.

Vnde appetitiones animantibus & voluptates fiant. XXVIII.

EMPEDOCLES appetitiones fieri animantibus elementorum defectibus, quæ vniuscuiusque sunt efficientes: voluptates ex humido: periculorumq; & eius generis aliorum motiones: molestias item, &c: *Reliqua desiderantur.*

Quemadmodum fiat febris, & an aduentitium malum sit. XXIX.

ERASISTRATVS definit febrem hoc modo: Febris motio est sanguinis in spiritus vasa illapsa, nulla nostra sponte. Vt enim in mari, quando non agitatur aliunde, placidum est. Vbi vero ventus irruit acer, tunc inuitum in totum turbatur. In corpore item, quando incitatur sanguis, tunc vasa spiritalia inuadit, incensumq; ab eo totum corpus efferuescit. Placet autem illi etiam consectarium malum febrem esse. DIOCLES ait ea, quæ sub oculis sunt, abstrusa in corpore demonstrare. Illis autem, quæ sub oculis sunt succederefebrem cernimus, vulnerib. inflammarionibus, abscessibus inguinum. Herophilus & nulla etiamnum præcedente causa aliquos interdum febricitare.

De sanitate, morbo, & senectute. XXX.

ALCMÆON, sanitatis tutricem esse facultatum æquabilitatem, humidi, calidi, sicci, frigidi, amari, dulcis, reliquorumq;. Cum vero quid in iis dominatur, id morbi efficiens esse. Tabificum enim cuiusuis horum dominarum, ac morborum causam, tum à qua propter caloris exsuperantiam aut frigoris, tum ex qua propter humorum copiam vel penuriam, tum in quibus ob sanguinis inopiam vel cerebri. Sanitatem autem esse competens qualitatum temperamentum. DIOCLES plerosq; morbos ex disparitate prouenire elementorum corporis & habitus aëris. ERASISTRATVS, fieri morbos ex redundantia cibi, ex cruditatibus & corruptione: moderationem & abstinentiam secundam valetudinem esse. STOICI vno ore senium ex caloris penuria oriri. Eos enim, qui plus caloris obtinent, longiorem senectutem ducere. ASCLEPIADES Æthiopas refert mature senescere anno trigesimo: quod, cum Sole aduratur, nimium efferuescant. In Britannia homines centenos vig: nos annos viuere: quod ille rigeat tractus, qui in corporibus calorem conseruat. Etenim sunt corpora spongiosiora Æthiopum, quia soluuntur à Sole: Septentrionalium astricta, proinde longæua.

Plutarchi præcepta salubria.

Moschion & Zeuxippus.

TV SANE Glaucum medicum heri Zeuxippe, ne philosopharetur nobiscū, cum id cuperet, deterruisti. ZEVXIP. Neq; deterrui mi Moschion, neq; in animo habebat philosophari ille nobiscum: verum declinaui veritusque sum ansam affectanti pugnam præbere. Nam in re medica quidem, vt Homeri verbis vtar:

Hic alios multos æquauerit vnus.

sed animo est erga philosophiam parum placido, semperque in disputationibus habet aliquid confragosi & acerbi, atque id temporis infestus in nos pergebat, procul etiamnum vociferans rem nos non exiguam neq; leuem designasse, qui differendo de victus ratione salubri terminos confudissemus. Diremptas enim philosophorum esse & medicorum sicut Mysorum & Phrygum fines. Quædam etiam non serio, haud tamen ab re à nobis prolata in ore habebat & vellicabat. MOSCH. Atqui tum horum ego tum aliorum Zeuxippe auditor attentus aueam esse. ZEVXIP. Nempe es tua spōte Moschion philosophus, philosophoq;, qui alienus est à re medica, succenses indignarisq;: si potius decere existimet se, vt geometriam, & dialecticam vendicare quam inquirere velle & discere cernatur,

Ædibus in nostris quæ recta aut praua geruntur,

ipso scilicet in corpore. Tametsi plures ibi cernas spectatores, vbi pecunia, quod fit Athenis, ad spectaculum confluentibus distribuitur. At artium ingenuarum, medica cum nulli cōcedit, quæ plus nitoris, splendoris, & oblectamēti habeat, tum mercedem studiosis sui magnam salutem & sanitatem largitur. Quare non est differentibus de iis, quæ conducunt ad bonam vale-

CRITVS niue in plagis Borealibus sub solstitium æstiuum soluta diffusaq; cogi ex eius anhelitu nubila. Quib. ad meridiem & Ægyptum summotis procellosos imbres ab Ethesiis cieri: iisq; redundare paludes & amnem Nilum. HERODOTVS historicus parem quidem cum à fontib. vehere vndam, verum apparere hyeme tenuiorem: quod ea tempestate viciniore sol ad Ægyptũ appulsu latices eius exhauriat. EPHORVS historiographus æstate tradit Ægyptum totam resolui, & vim vndarum quasi exudare. Accommodat autem ei Arabia quoq; & Africa ob solum earum spongiosum & sabulosum. EVDOXVS sacerdotes memorat assignare huius causam aquis pluuiis, articulorumq; anni diuersæ vicissitudini, id est antiperistasi, quando nobis æstas est, qui sub solstitio æstiuo incolimus: tum illis, qui sub solstitio brumali nobis ex aduerso colũt, hyems est, propterea vndæ inflatæ torrenti cursu deferuntur. 10

De anima. II.

THALES princeps animam naturam esse pronunciauit irrequietam aut sua sponte mobilem. PYTHAGORAS agitantem seipsum numerum. Numerum autem pro mente sumit. PLATO essentiam intellectilem per se mobilem, quæ numero se moueat cõcinente. ARISTOTELES entelechiam primam corporis naturalis organici, quod potentia vitam habeat. Entelechiam intellige pro actu. DICÆARCHVS quatuor elementorum cõcinentiam. ASCLEPIADES medicus sensuum coexercitamentum.

An anima corpus sit, & quæ eius essentia. III.

OMnes hi præfati incorpoream ponunt animam esse, naturaliter ferentes per se mobilem essentiamq; intelligibilem, ac naturalis organici, quod vitam habet, perpetuum actum. PYTHAGORÆ asseclæ aëreum quid esse, & corpus. Spiritum calidum STOICI. DEMOCRITVS igneum coagmentum ex iis, quæ ratione percipiuntur specie prædita orbiculari & vi ignea, idque corpus esse. EPICVRVS temperamẽtum ex quatuor, ex qualitate ignea, ex qualitate aërea, ex qualitate spirabili, & ex quarta quapiam innominata, quæ erat ei sensile. HERACLITVS mundi animã esse humorum, qui in eo sunt, respirationem. Animantium animam ab externa & ea, quæ intra ipsas fit, respiratione congenitam. 20

De partibus animæ. IV.

PYTHAGORAS, PLATO, summa ratione bipertitam animam. Partem n. habet ratione vtentem, partem rationis expertem: Accuratiore vero & exquisitiore tripertitam. Siquidem rationis exortem partem in animositatem & concupiscentiam diducunt. STOICI ex partibus eam constare aiunt octonis, ex quinq; sensibus, visu auditu, odoratu, gustatu, tactu sexta vocali, septima proseminatrice, octaua ipso animi principatu: cui hæc obsecundant omnia per peculiaria instrumenta admodum cirrorum polypi. DEMOCRITVS, EPICVRVS, bipertitã animã quæ rationem habeat in pectore locatam, partem sui rationis expertem per totam corporis cõpaginem diffusam. DEMOCRITVS nihil esse quod non sit alicuius animæ compos, vel extincta corpora: quod semper perspicue caloris cuiuspiam & sensus consortium habeant, qui maiore ex parte difflantur. 30

Qui animæ principatus, & qua in parte sit. V.

PLATO, DEMOCRITVS, toto in capite. STRATO in superciliorũ interstitio. ERASISTRATVS circa cerebri membranam, quam epicranidem nuncupat. HEROPHILVS in cerebri sinu, qui idem basis eius est. PARMENIDES in toto pectore, cui assentitur EPICVRVS. STOICI vniuersi in toto corde, aut in eo, qui circa cor est, spiritu. DIOGENES in arteriaco cordis sinu: qui animalis, id est, spirabilis est. EMPEDOCLES in sanguinis concremento. Alii in cordis collo. Nonnulli in cordis inuolucro. Sunt qui in præcordiis. Nonnulli in cordis inuolucro. Sunt qui in præcordiis. Non itiorum quidam pertinere è capite eam ad præcordia vsq;. PYTHAGORAS vim viuificam in corde, ratione vtentem & intelligentem in capite esse. 40

De motu animæ. VI.

PLATO moueri perpetuo animam: immotam autem mentem esse motu certe transgressibili. Immotam ARISTOTELES animam motu omni producto, accidentario vero non vacantem, sicut corporum species. 50

De immortalitate animæ. VII.

PYTHAGORAS, PLATO animam immortalem esse. Quando enim in vniuersitatis animam excedit, ad sui generis naturam se eam recipere. STOICI, simul atque ex corpore euolauit, si imbecillior sit, cum coagmento subsidere. Hanc indoctorum esse: firmiorem quæ in sapientibus est, vsque ad ignis sedem euadere. DEMOCRITVS, EPICVRVS, esse mortalem, vnaque cum corpore interire. PYTHAGORAS, PLATO, rationis compotem partem æternam esse.

esse. Etenim animam non deum, verum æterni esse opus dei. At expertem rationis partem caducam.

De sensibus & sensibilibus. VIII.

STOICI sensum hoc modo definiunt: Sensus est apprehensio organi sensus vel comprehensio. Dicitur autem multifariam sensus. Et habitus enim & potentia & actus imaginatioq; cōprehensiua per organum sensus fiunt, atq; ipse octauus principatus, à quo constituuntur. Rursus sensus dicuntur spiritus intelligentiæ compotes à principatu ad ipsa organa producti. EPICVRVS: particula est, inquit, sensus, quæ eadem facultas est sensumq; ipsum, vnde est sensus effectus. Ita bifariam ab illo dicitur, ipsa facultas sensus, actus sensibile. PLATO asserit sensum animæ & corporis esse cum externis communionem. Vis n. animæ instrumentum est corporis: quæ ambo apprehendentia sunt eorum, quæ foris sunt. LEVSIPPVS, DEMOCRITVS sensum & intelligentiam simulachris fieri extra occurrentibus, neutrumq; vlli contingere, nisi occurrat imago.

Verine sint sensus & visiones. IX.

STOICI veros sensus esse, sed visiones partim veras, partim fallaces. EPICVRVS sensum & visionem fidelem omnem: opiniones autem alias veras, falsas alias. Ac sensus quidem vno tantum modo fallitur, quod fit in iis, quæ mente percipiuntur: visio duobus modis. Namq; sensibilium est visio & intellectibilium. EMPEDOCLES & HERACLIDES per meatuum competentiam singulos fieri sensus, cum id, quod familiare est sensibilium cuiq; congruat.

Quot sint sensus. X.

STOICI sensus speciatim esse quinq;, visum, auditum, odoratum, gustatum, tactum. ARISTOTELES sextum non tradit, sed sensum communem specierum arbitrum compositarum: ad quem simplices suas quisq; visiones referunt: in quo transitus ab vno ad alterum velut figuræ aut motionis spectatur. DEMOCRITVS sensus esse in animantibus brutis, diis, & sapientibus plures.

Quemadmodum fiat sensus, notio, & rationis affectio. XI.

STOICI prædicant hominem, postquam genitus est, habere principem animæ partem, quæ memoranæ scriptoriæ vicem impleat. In eam vnamquamq; notionum annotat. Primus annotationis modus per sensus est. Qui enim sensum apprehenderunt verbi gratia candidi, amoto eo memoriam eius habent. Postquam iam vnius generis multæ fuerint memoriæ, tum habere se dicunt vsum. Siquidem vsus est similium frequentia. At notiones, quæ naturales sunt, supradictis modis existunt, & sine vllo artis adminiculo: aliæ iam nostra eruditione & industria. Atq; hæ quidem notiones solæ dicuntur, illæ etiam prænotiones. Ratio vero à qua rationales vocamur, prænotionibus consummari dicitur per primum septenarium. Porro mentis conceptus visum est intelligentiæ animantis rationalis. Siquidem visum, simul atq; animæ rationali occurrit, tum demum ἐννόημα, id est, sensum dicitur, quod nomen à mēte, quæ νοῦς dicitur, mutuatur. Quapropter non offerunt se cæteris animantibus visa. Quæ diis & vero etiam nobis, hæc visa tantum sunt. Quæ nobis, hæc tum visa genere, tum specie sunt sensa: perinde atq; denarii & stateres, ipsi quidem per se denarii sunt & statares. Qui si pro mercede nauis soluantur, tunc præterquam quod denarii sint, etiam portoria appellantur.

Quid intersit inter phantasiam, id est, visionem, phantaston, id est, visionis efficiens, phantasticumq; & phantasma, id est, adulterinum & inane visum. XII.

CHRYSIPPVS discrimen inter hæc quatuor esse memorat. Est phantasma affectio quæ in anima existit, & demonstrat simul sibi authorem. Vt cum visu candidum contemplamur, affectio est, quod impressum animæ est per visum, cui affectioni dicere debemus candidum sub esse, quod moueat nos: perinde per tactum & odoratum. Appellationem phantasia ἀπὸ τοῦ φωτός, id est, à lumine sortita est. Nam vt lumen tum se rum alia, quæ complectitur, ostendit, ita demōstrat se ipsam phantasia & suū authorem. Phantaston est efficiens & author phantasiæ, ceu candidum & gelidum, & quicquid impellere animam valet, id est, omne phantaston. Phantasticū est attractus inanis, affectio animæ nullo à phantasto inferta: vt in vmbratilem pugnam excercentibus, manusq; inaniter inferentibus. Nam phantasiæ, id est, visioni, subiacet phantastū quid visionis efficiens: phantastico, id est, inani viso nihil. Phantasma est, quo rapimur phantastico & inani attractu. Hæc offeruntur melancholicis & furiosis. Itaq; tragicus Orestis, cum ait:

Mater

mantibus&in inanimis vox,ceu hinnitus & crepit⁹.Proprie vero vox dicitur articulata,quę eſt Græce φωνὴ dicta, quaſi mente concepta illuminans.EPICVRVS vocem eſſe emiſſum à loquentibus,à ſonantibus,& ſtrepentibus profluuium. Hoc profluuium in conformia friari fragmētá: Conformia dicuntur teretia teretibus,ſcalena,id eſt, imparium inter ſe laterū triangula ſcalenis,& triangula ſui generis figuris.His auditui ſe obiicientibus ſenſum effici vocis. Hæc declarari in vtribus effluentibus fullonibuſque in veſtes ſufflantibus. DEMOCRITVS quoq; aëra referi in conformia frangi corpora,volutariq; cum vocis fragmentis. Etenim monedulæ monedula aſſidet, &

Ad ſimilem vſq; Deus ducit ſimilemq; paremq;.

10 Quippe in littoribus conſimiles calculi iiſdem in locis viſuntur,alibi globoſi,alibi teretes. Et in cribrando contrahuntur in vnum conformia, vt ſeorſum fabæ ſint,& ſeorſim cicera. Obiicias his: Qui pauca ſpiritus momenta theatrum complent hominum innumerorum. Enimuero STOICI aiunt non conſtare ex fruſtulis aëra,ſed continuum vndequaq;,neq; in eo eſſe inane quicquam. Quando vero pulſatus eſt ſpiritu,vndabundus circulis rectis in infinitū fertur,dum compleuerit circumiectum aëra,perinde vt in piſcinam lapide miſſo. Nam & hæc in gyrū agitur,in globi modum aër. ANAXAGORAS fieri vocem, quando in ſolidum aërem incurrit ſpiritus,à quo reliſus ille ad aures perfertur:qua ratione Echo quoq; fieri.

An incorporea vox, & quomodo echo fiat. XX.

20 PYTHAGORAS, PLATO, ARISTOTELES, eſſe incorpoream: Neq; enim aërem, ſed figuram,quæ cingit aërem,& ſuperficiem aliquo pulſu fieri vocem. Eſt autem ſuperficies omnis corporis expers: vt quæ cum corporibus moueatur,cum ſit prorſus ipſa ſine corpore: vt fit in virga,quæ flectitur,cuius nihil patitur ſuperficies:ſola eſt,quæ flectitur,eius materia. Nam omne,quod agit aut facit,corpus eſt. Vox autē facit & agit. Exaudimus enim eam ſentimuſq; appellentem & auditum,in eoq; exprimentem:velut annulum in ceram. Iam quicquid mulcet & fatigat,corpus eſt:mulcet autem concentus nos,fatigat diſcrepantia. Adhæc quicquid mouetur,corpus eſt. Vox autē mouetur,atq; impingit in loca læuia, reſilitq; pilæ in modum in parietem coniectæ. In Pyramidibus quidem, quæ in Ægypto conſpiciuntur,vox intus eiaculata vna quaternos atq; adeo quinos ſonos reddit.

30 *Vnde ſenſibilis fiat anima, & quid eius ſit principatus.* XXI.

STOICI eſſe animæ autumant partem ſupremam principatū, qui efficiat viſiones, aſſenſiones,ſenſus,& appetitiones: quę ratiocinationem vocant. A principatu animę ſeptem partes ſunt enatæ ac porrectæ in corpus, vt ex polypo cirri. Ex ſeptem his animæ partibus quinq; ſunt ſenſibus deputatæ,viſus,odoratus,auditus,guſtus,tactus. Ex his viſus eſt ſpirit⁹ à principe parte ad oculos vſq; pertingens. Auditus ſpiritus à principe parte pertinēs vſq; ad aures, Olfactus ſpiritus pertinens à principe parte faucibus nariū tenus. Guſtatus ſpiritus à parte principe vſq; ad linguam pertingēs. Tactus ſpiritus à principe parte pertingens ad ſuperficiem vſq; rerum tractatui facile ſenſibili obnoxiarum. Reliquarum vna dicitur genitura: quæ & ipſa ſpiritus eſt à 40 principatu ad genitales vſq; meatus pertingens. Altera vocalis à Zenone dicta, quam & vocem nuncupant. Ea ſpirirus eſt à principatu pertingens ad fauces, linguam, aliaq; accomodata ſibi organa. Principatus vero ipſe ſicut in mundo ſedes in globoſo capite noſtro habet.

De reſpiratione. XXII.

EMPEDOCLES reſpirationem primam primi animantis factam abſcedente infantium humore,ac ſubeunte ſub exhauſtam inanitatem externo aëre in hiantia vaſcula: Inde iam natiuo feruore erumpendi impetu aërē extrorſum propellenre expirationem: Inſpirationē reciprocatione ad interiora ingreſſim viciſſim aëri præbēte. Eam vero,quæ nunc obtinet,cum ſanguis velut ad ſuperficiē tendit,aëremq; per nares affluentia ſua relidit:cui⁹ exceſſum fieri expi-50 rationē:quando reſilit aër,atq; in deſtituta ab ſanguine loca retrahitur,in ſpirationem. Id ante oculos ASCLEPIADES clepſydræ exemplo proponit. Pulmonem quidem infundibuli vice conſtituit. Cauſam vero reſpirationis inteſtinam ponit pectoris ſubtilitatem: ad quam externū aërem,qui denſior eſt,fluere & contendere: Eum viciſſim ſummoueri,quod pectus iam eum admittere neq; catere valeat eo. Porro reſtāte in pectore ſemper aliqua ſubtilioris aëris portione (Neq; enim expellitur vniuerſus) ad hanc rurſus pari impetu aërem externū intro ſe reciprocare. Hæc cucurbitulis comparat. At liberam ſpontane unque reſpirationem fieri ait exilioribus pulmonis contractis meatibus,eorumq; fiſtulis aſtrictis. Hæc enim arbitrio auſcultant noſtro. HEROPHILVS potentias relinquit corporibus motrices in neruis, in arteriis, in muſculis. Pulmonem igitur arbitratur naturali appetitione cieri,vt adducat & reddat animam. Inde

etiam aliam esse pulmonis functionem, externæ auræ attractum. Attrahitur ab impletione, quę foris petitur. Mox ex secunda appetitione spiritũ pectus transfundens, quia expletus attrahere vltra nequit, iam in pulmonem superfluum deriuat. Vnde foras excernitur, consentientibus inter se corporis partibus, quando pulmo distenditur, reddendis subinde vicibus expletu exhaustuque facto. Ita quatuor fieri in pulmone motiones: primam, cum aërem externum recipit: alteram, cum hoc, quod accepit à foris, intra se ad pectus permanat: tertiam, qua contractum à pectore rursus in se recipit. Quartam, qua ex reciprocatione in ipso receptũ foras propellit. Ex hisce motionibus esse duas distentiones, vnam à foris, alteram à pectore: duas item contractiones: vnam, quando spiritum ad se pectus allicit: alteram, cum insinuatum aëra expellit. Siquidem duæ modo in pectore existunt: distentio, cum ex pulmone spiritum euocat: contractio, cum acceptum vicissim reddit.

De affectibus corporis, & an ei consentiat anima. XXIII.

STOICI affectiones in locis esse affectis, sensus in animæ principe parte. EPICVRVS tam affectiones quam sensus in locis affectis esse. Nam partẽ animæ principem non laborare. STRATO tum affectiones animæ tum sensus in principe eius parte non in locis affectis consistere. In hac namq; positam tolerantiam esse: quod atrocibus & asperis in rebus deprehendi, nec non in hominibus fortibus & ignauis.

PLVTARCHI

De placitis philosophorum, Liber quintus.

De diuinatione. Cap. I.

PLATO cum STOICIS diuinationem inducunt per instinctum afflatumq; diuinum ex animi diuinitate; quæ fanaticus furor est, feruorq; lymphaticus, per somniorum imaginamenta Chaldæorumq; obseruationes. Hi plærasq; diuinationis partes probant. XENOPHANES & EPICVRVS sustollunt diuinationem. Vnam PYTHAGORAS improbat aruspicinam. ARISTOTELES & DICEARCHVS diuinationem ex solo instinctu lymphatico & somniis recipiũnt. Nempe animam non existimant immortalem, diuini aliquid tantum eam habere.

Quemadmodum somnia fiant. II.

DEMOCRITVS, somnia obiectis imaginibus fieri. Strato, cum mentis natura, quæ rationis est exors, in somnis valentius quodãmodo sentiat, propterea q; cieatur à cognitiua potentia. HEROPHILVS, somnia diuinitus inspirata necessario fieri: At naturalia commodarum sibi rerum effingente anima simulachra, & quæ in his futura sunt: Ex vtroq; vero genere tempe-

temperata remerario imaginum appulsu,quando ea,quæ expetimus, offerunt se nobis: cuiuscemodi accidunt iis,qui amicas tenere sibi in somno videntur.

Quæ essentia seminis genitalis. III.

ARISTOTELES, semen est, quod mouere in semetipso valeat ad tale quid conficiendum, quale est id,ex quo concretum est. PYTHAGORAS sanguinis spumam probissimi genituram esse,alimenti retrimentum,vt sanguinem & medullam. ALCMÆON cerebri portionem. PLATO medullæ spinalis effluuium. EPICVRVS animæ & corporis fragmentum. DEMOCRITVS, ex totis corporibus & partibus principibus prodit genitura veluti carnosis fibris.

10

An corpus genitura. IV.

LEVCIPPVS & ZENO esse corpus. Frustulum enim esse eam animæ. PYTHAGORAS, PLATO, ARISTOTELES, vim esse incorpoream genituræ, vt mentem motricem, sed corpoream materiam eam,quæ profluit. STRATO & DEMOCRITVS, etiam vim corpoream esse, vtpote spiritalem.

An fœminæ quoque semen emittant. V.

PYTHAGORAS, EPICVRVS, DEMOCRITVS etiam fœminam genitale effundere. Habet namque testiculos auersos: quare & in vsu habet appetentiam. ARISTOTELES & ZENO, 20 materiam emittere liquidam,veluti colluctatione sudorem, cæterum haudquaquam seminalem. HIPPO profundere quidem genituram non secus ac viros fœminas, non eam tamen ad fœturam conferre,quod extra vterum procidat. Quapropter nonnullas subinde emittere citra viros genituram,viduas præsertim. Prouenire autem à viro ossa,carnem à fœmina.

Quemadmodum conceptus fiant. VI.

ARISTOTELES conceptus fieri attrahente à purgatione vulua, mensibusque simul ex totius corporis compagine liquidi sanguinis portionem euocantibus, vt accedat maris genitura. Non fieri autem conceptiones ob mensium defectum, vel vuluæ inflationem, vel terrorem,vel fœminarum imbecillitatem,vel ob virorum languorem.

30

Quemadmodum mares gignantur & fœminæ, VII.

EMPEDOCLES marem vel fœminam gigni pro feruore vel frigore. Hinc primos mares memoriæ proditum est ad plagam orientalem & meridionalem potius è terra prognatos, ad septentrionalẽ fœminas. E diuerso PARMENIDES tractus Septentrionales mares germinasse: quod sint astrictiores: meridionales ex raritate fœminas. HIPPONAX pro compacta aut etiam valente,pro fluida languidioreque genitura. ANAXAGORAS, PARMENIDES, manantia ex dextris partibus demitti in partes vteri dextras,illa ex sinistris in sinistras. Quod si contrario modo fiat,fœminas gigni. LEOPHANES, cuius ARISTOTELES meminit, mares ex testiculo dextro,fœminas ex læuo. LEVCIPPVS ex partium alternatione, qua mas colem,fœmina vuluam 40 habeat. Nam hoc tantum dicit. DEMOCRITVS, promiscuas partes ex vtrocumque contigerit, peculiares vel ex alterius præualentia. HIPPONAX, si præpolleat fœmina, marem: si aliментum,fœminam.

Quemadmodum monstra edantur. VIII.

EMPEDOCLES monstra procreari ex genituræ affluentia vel penuria, vel ex motionis exordio,vel ex distractione in plura,vel si aberrauerit. Ad hunc modum occupasse omnia pene argumenta videtur. STRATO, ex adiectione vel detractione, vel conuersione, vel inflammatione. Nonnulli medici ob distortum id temporis vterum distendente spiritu.

Cur mulier,quæ frequenter Veneri indulget,non concipiat. IX.

50 DIOCLES medicus, aut quod aliquæ semen prorsus non emittant, vel quia minus quam oportet: aut quia tale est,quod vi careat viuifica: aut ob caloris vel frigoris, vel humiditatis, vel siccitatis defectum: aut quia membra genitalia sunt resoluta. STOICI ob colis obliquitatem,quod recta emittere genituram non valeat: aut ob genitalium incompetentiam, vtero nimium abducto. ERASISTRATVS vteri vitio,si callosus carnosusque sit, aut quam pro natura sua spongiosior,aut exilior.

Quomodo gemini & tergemini nascantur. X.

EMPEDOCLES generari geminos & tergeminos ex genituræ luxuria* & dissectione. ASCLEPIADES ex corporum discrimine: vt fit in hordeo,quod binos & ternos mittit culmos. Esse

* Alii *seminum præstantia.*

* Alii, superfætatio- nem. Esse enim femina fœcundissima ERASISTRATVS * conceptuum causa, ceu in rationis expertibus animantibus. Vbi enim repurgatus vterus est, tunc impletur prompte. STOICI propter vteri locos, cum in primum & secundum genitura illapsa sit, tunc superfœtari & edi tergemina.

Vnde existant parentum & progenitorum similitudines. XI.

EMPEDOCLES similitudines inualescente fieri genitura, dissimilitudines seminis exhalato calore. PARMENIDES, cum ab dextra vteri parte genitura est excreta, patrem: cum à læua, matrem referre. STOICI manare toto ex corpore & anima genitalia, atque affinitates corporum figuras formasque fingere iisdem ex generibus, haud secus atque pictorem iisdem ex coloribus propositi effigiem. Effundere autem & fœminam semen: ac si præualeat fœminæ semen, partum repræsentare genitricem: sin viri, virum. 10

Vnde alienos facie repræsentent, non parentes. XII.

MEdici plærique fortuito & temere, cum refrixerit tum viri tum mulieris genitura, infantes edi dissimiles. EMPEDOCLES mulieris in conceptu imaginatione informari infantes. Siquidem sæpenumero certis imaginibus & statuis ductæ fuerunt mulieres: quarum germanos ediderunt partus. STOICI mentis consensu, radiorumque & imaginum sub effluuiorum insinuationes existere similes inter se figuras.

Vnde sterilescant tum fœminæ, tum viri. XIII. 20

MEDICI steriles fieri fœminas vteri causa, vel quod astrictior sit, vel fistulosior, vel rigidior, vel callosior, vel carnosior: vel ob languidum mulieris animum, aut si tabido corpore, aut habitu sit prauo: aut vteri causa contorti aut conuulsi. DIOCLES, infœcundos esse viros, aut quod nonnulli haudquaquam semen emittant, aut intra modum, aut quia effœta est genitura aut resolutis membris genitalibus aut intorti causa penis, qui genituram directe infundere nõ valeat, aut ob vitiliratis ad teductum vterum incompetentiam. STOICI causantur abhorrentes vtriusque coeuntium facultates & proprietates: quas si distrahi mutuo contigerit, ac sociare se aliis sui generis, tum temperaturam fieri naturalem, & fœtum perfici.

Cur sint mulæ steriles. XIV. 30

ALCMÆON, mulos infœcundos propter genituræ tenuitatem, id est, seminis frigiditatem: mulas, quod non dehiscant earum vuluæ, id est, non se pandant. Ita enim hic dixit. EMPEDOCLES propter exilem, demissam, & arctam vuluam, ventriq; auerse additam. Neque enim genituram in illam illabi recta, neque si vel id factum sit, eam excipere. Huic suffragatur DIOCLES qui ait: In corporibus dissecandis mularum vuluam eiuscemodi sæpe conspeximus. Itaque iisdem ex causis probabile esse & mulieres existere non genitales.

An partus in vtero animans sit. XV.

PLATO animantem fœtum esse. Quippe moueri in vtero alique. STOICI, portionem eum vteri esse, non animantem. Vt enim arborum sunt fructus partes, qui maturi defluant, perinde fœtum. EMPEDOCLES non esse fœtum animantem, sed spirantem in vtero. Enimuero primum animantis fieri in puerperio respirationem, humore quidem partuũ abscessum capiente ad repletum vero aëre externo inhiantia conceptacula subeunte. DIOGENES gigni quidem inanimos infantes, verum in calore tamen. Hinc effuso fœtu illico natiuum calorem in pulmonem aduocant. HEROPHILVS agitationem fœtibus relinquit naturalem, non animalem. Motionis esse neruos causam. Tum demum existere animantes, postquam in lucem editi aliquid aëris hauserint. 40

Quemadmodum partus alantur. XVI.

DEMOCRITVS, EPICVRVS, fœtũ in vtero per os ali: hinc protinus, vt editus est, ore mammam petere. Etenim in vtero esse papillas quasdam & oscula, per quæ alantur. STOICI per secundas & vmbelicum. Quare hunc extemplo religare obstetrices, atque os infantis diducere: quo visus alimenti alius instituatur. ALCMÆON per totum ali corpus. Exugere enim id spongiæ modo alimenta vegetantia. 50

Quid primum absoluatur in vtero. XVII.

STOICI plærique membra simul omnia absolui. ARISTOTELES lumbos primum carinę nauis instar. ALCMÆON caput, in quo animæ principatus residet. Cor MEDICI, in quo venæ & arteriæ. Sunt, qui pedis digitum maximum. Alii vmbelicum.

Cur

Cur partus septimestres vitales. XVIII.

EMPEDOCLES, cum genus humanum terra editum esset, tantum spacio temporis ob Solis tardum meatum fuisse diem, quantus nunc decem sit mensium dies. Hinc tractu temporis tantũ diem fuisse, quantus nunc septẽ mensium. Quapropter decimestres & septimestres partus vitales esse, natura mundi ita meditata vno adolescere die, qua ponitur nocte infans. TIMÆVS non decem menses ait, sed nouem arbitrari se esse: quod & ante conceptus menses sisterentur: Perinde haberi septimestres, qui septimestres non sint. Quippe cum à conceptu quoq; vterus nonnunquam menstruis affluat. Ignorari enim & post conceptum purgationum numerum. POLYBVS, DIOCLES emperici & octauum mensem agnouerunt genitalem: verum debiliorem aliquatenus: quod ob debilitatem multi subinde intereant. In vniuersum autẽ neminem velle octimestres ali: quamuis multi editi sint octimestres viri. ARISTOTELES & HIPPOCRATES tradunt: si vterus mensibus expleatur septenis, tunc erumpere vitalesq; nasci. Quod si eruperint, nec alantur tamen, quod vsuuenire solet, si languente * vtero concrementũ partus fiat, tunc non sentire fœtum alimentum. Qui si menses nouem in vtero hæserit, cũ tunc protrupcrit, absolutum esse. POLYBVS, centum octoginta duos dies cum semisse vitales efficere: quod semestre tempus esse, quando Sol ab vno solstitio ad alterũ perueniat. Dici vero septimestres, quoniam reliquos sexti mensis dies in septimo implent. At octimestres non esse vitales cum prociderit quidem ex vtero partus, sed diutius afflictus vmbelicus sit. Tabescit enim vt nutrimenti author. MATHEMATICI vero octo menses omnis ferunt esse genituræ dissociabiles, sociabiles septẽ. Dissociabilia signa sunt, si stellas, quos œcodespotas, id est, domicilii dominas vocant, nacta sint maleficas. Nam si quis harum vitam & viuendi institutum sortitus sit, infortunatos eos temporariosque portendunt. Signa dissociabilia numerantur octo: veluti aries cum scorpione est disiunctus, taurus cum sagittario disiunctus, gemini cum capricorno, cancer cum aquario, leo cum piscibus, cum ariete virgo. Hinc septimestres & decimestres esse vitales, octimestres propter mundi diffidentiam enecari.

* Alii vmbelico.

De animantium generatione, quemadmodum sint animalia genita, & an ab interitu libera. XIX.

QVorum sententia genitus mundus est, genita animalia sunt & intereunt. EPICVRVS, secundum quem ingenita, ex conuersione in se mutuo gigni animalia. Esse ea enim mundi huiusce partes: similiter atq; ANAXAGORAS & EVRIPIDES. Interit nihil eorũ, quæ nata sunt. Vertentia vero aliud in aliud formas induunt. ANAXIMANDER prouenisse prima in humido animalia corticibus vestita aculeatis progressu ætatis aridiora euasisse, diruptoq; cortice breue æuum duxisse. EMPEDOCLES natales primos animantium & plantarũ haudquaquam fuisse omnibus partibus absolutos, verum partibus non cohærentibus diffluentes: secundos coalescentibus partib. figuratos, tertios enascentibus ex se inuicem partibus: quartos non vltra ex similib., velut ex terra & aqua, verum ex se inuicem iam, his spissato alimento, illis specie mulierũ feminalis motionis stimulũ addente Animantium genera omnia certis distincta esse temperamentis. Nam aquæ familiariora ad aquã tendere, alia in aërem aspirare, quã diu exuperat in iis ignis in terram ponderosiora: quæ æquabili sunt temperamento, ex pectoribus vocem edidisse.

Quot genera animantium, & an omnia sensu & ratione sint prædita. XX.

EST ARISTOTELIS tractatus, in quo genera animantium quatuor ponit, terrestria, aquatilia, volucria, cœlestia. Etenim animalia tam cœlestium orbium dici quam terræ: animal autem rationale, immortale. DEMOCRITVS, EPICVRVS cœlestia. ANAXAGORAS animalia prædita esse cuncta ratione agente, at passiua veluti mente, quam mentis dicunt interpretem, carere. PYTHAGORAS, PLATO, rationales esse rationis quoq; expertium animantium appellatorum animas, licet cum ratione non agant ob corporum intemperiem, tum quod deficiantur disserendi facultate: vt in simiis cernere est & in canibus. Blaterant enim hæ animantes, nõ disserunt. DIOGENES, compotes animantes esse intelligentiæ & aëris: verum quia partim eorum astrictiores sunt, partim redundãt humore: non intelligere eas neq; sentire, verum furentium modo affici, animæ hallucinante principatu.

Quanto tempore conformentur in vtero animalia. XXI.

EMPEDOCLES, in hominibus ordiri membra figurari à sexta & trigesima die, consummari membris ab vndequinquagesima. ASCLEPIADES in maribus artuum conformationem feruoris gratia à sexta & vigesima fieri: in multis etiam citra, absolui partibus omnibus suis ad quinquagesimam: In fœminis membra spacio conformari bimestri, quadrimestri ob caloris penuriam peragi. In genere brutorum consummari pro elementorum tempertura.

Ex quibus constent elementis singula hominis generales partes. XXII.

EMPEDOCLES, carnes procreari ex æquabili quatuor elementorum temperatione: neruos igne terraq; duplici proportione mistis. Vngues in animantibus generari neruis, quatenus aeri obiecti sunt, obrigentibus: ossa ex aqua videri & interna terra constare: ex quatuor deniq; commistis sudorem & lachrymam componi liquefacto sanguine extenuatuq; diffuso.

Quando & quemadmodum exordiatur homo perfici. XXIII.

HERACLITVS & STOICI, incipere homines circa secundam hebdomadam absolui, sub 10 quam seminale serum prodit. Namq; arbores tunc ordiuntur perfici, cum cœperunt generare semina. Ante hac rudes sunt, immaturæ, & infructuosæ. Est igitur tunc consummatus homo. ARISTOTELES sub secundam hebdomadam honesti prauiq; intelligentiam existere, cum disciplinis initiantur. Sunt qui putent hebdomada consummari hominē tertia, vt cum viribus suis vtitur.

Quomodo somnus fiat aut mors. XXIIII.

ALCMÆON, sanguinis in confluentes venas receptu fieri ait somnum, diffusu expergiscentiam, recessu in vniuersum mortem. EMPEDOCLES somnum refrigescente modice san- 20 guinis calore, in totum mortem. DIOGENES, si sanguis diffusus vniuersus venas impleuerit, aëremq; in eo residentem propulerit in pectus & subiectum ei ventrem, somnum creari ac concalescere præcordia. Quod si, quicquid aërei in venis continetur, expirauerit, mortem existere. PLATO, STOICI, somnum spiritus sensilis remissione fieri, non laxatione, vt in terra. Recipit autem se ad superciliornm interstitium, id est, animæ principatum. Si vero remissio spiritus sensilis omnifaria fiat, tunc mortem consequi.

Vtrius sit somnus animæ an corporis. XXV.

ARISTOTELES somnum corporis & animæ esse promiscuum. Est eius causa humor à pectore ad capitis regiones suffitus, subiectoq; alimento cordis feruor refrigeratus. Mortem vero 30 esse absolutam refrigerationem. Porro mortem vnius esse corporis non animæ, cuius non sit mors. ANAXAGORAS corporalis functionis somnum esse, corporalem enim laborem esse non animalem: Esse autem diremptionem etiam animæ mortem. LEVCIPPVS non corporis tantum esse, sed temperatura subtilissimi maiore quam temperatura caloris animalis affluentiam causam esse mortis. Hæc esse enim corporis non animæ affectiones. EMPEDOCLES mortē esse eorum, ex quibus compactus est homo, distractionem. Quapropter communem ex huius sententia esse corporis & animæ mortem. Somnum esse naturæ igneæ quandam dissipationem.

Quomodo adolescant stirpes, & an animantes sint. XXVI.

PLATO, EMPEDOCLES, etiam stirpes animatas esse & animantes: Liquere id, quod vibrent, 40 quod porrectos habeant ramos, quod tractanti eas arboratori nō sine violentia cedant, rursusque laxati in pristinum vsque adeo habitum crescendo reuocent se, vt etiam renitentia pondera euincant. ARISTOTELES animatas esse, non animantes tamen. Animantes etiam appetitrices esse, præterea sensibiles & ratione vtentes. STOICI & EPICVREI, haudquaquā animatas. Aliquas enim animantes anima præditas esse appetitrice & concupiscente, aliquas & rationali. Stirpes vero sua sponte quodam modo prouenire, non animæ vi. EMPEDOCLES primas animantium arbores ex solo ait prodisse, antequam Solis circumflexus expansus, & priusquam dies à nocte discretus esset. Propter temperaturæ autem competentiam maris & fœminæ eas rationem obtinuisse: Crescere porro ab interno terræ calore distributo. Proinde partes eas terræ esse: sicut fœtus, qui in vtero sunt, vteri partes. Fructus vero excrementa esse in plan- 50 tis aquæ & ignis. Ac quæ deficiuntur humore, has digesto eo æstate folia deperdere: quæ abundant, retinere: vt cernere est in lauro, olea, & palma. Succorum discrimina ab euariantibus causis particularumque induci multitudine: quas quidem differentias ab altricis terræ multis partibus referunt, velut in vineis. Neq; enim harum differentiæ vini præstantiam efficiunt, sed altoris potius soli nutrimentum.

De vegetatione & auctu. XXVII.

EMPEDOCLES, ali animantes familiari sibi substantia, crescere accedente calore, extenuari & interire expirante vtroq;. Huius autem temporis homines, si componantur cum primis, instar obtinere infantium.

Vnde appetitiones animantibus & voluptates fiant. XXVIII.

EMPEDOCLES appetitiones fieri animantibus elementorum defectibus, quæ vniuscuiusque sunt efficientes: voluptates ex humido: periculorumque & eius generis aliorum motiones: molestias item, &c: *Reliqua desiderantur.*

Quemadmodum fiat febris, & an aduentitium malum sit. XXIX.

ERASISTRATVS definit febrem hoc modo: Febris motio est sanguinis in spiritus vasa illapsa, nulla nostra sponte. Vt enim in mari, quando non agitatur aliunde, placidum est. Vbi vero ventus irruit acer, tunc inuitum in totum turbatur. In corpore item, quando incitatur sanguis, tunc vasa spiritalia inuadit, incensumque ab eo totum corpus efferuescit. Placet autem illi etiam consectarium malum febrem esse. DIOCLES ait ea, quæ sub oculis sunt, abstrusa in corpore demonstrare. Illis autem, quæ sub oculis sunt succedere febrem cernimus, vulnerib. inflammationibus, abscessibus inguinum. Herophilus & nulla etiamnum præcedente causa aliquos interdum febricitare.

De sanitate, morbo, & senectute. XXX.

ALCMÆON, sanitatis tutricem esse facultatum æquabilitatem, humidi, calidi, sicci, frigidi, amari, dulcis, reliquorumque. Cum vero quid in iis dominatur, id morbi efficiens esse. Tabificum enim cuiusuis horum dominatum, ac morborum causam, tum à qua propter caloris exsuperantiam aut frigoris, tum ex qua propter humorum copiam vel penuriam, tum in quibus ob sanguinis inopiam vel cerebri. Sanitatem autem esse competens qualitatum temperamentum. DIOCLES plerosque morbos ex disparitate prouenire elementorum corporis & habitus aëris. ERASISTRATVS, fieri morbos ex redundantia cibi, ex cruditatibus & corruptione: moderationem & abstinentiam secundam valerudinem esse. STOICI vno ore senium ex caloris penuria oriri. Eos enim, qui plus caloris obtinent, longiorem senectutem ducere. ASCLEPIADES Æthiopas refert mature senescere anno trigesimo: quod, cum Sole aduruntur, nimium efferuescant. In Britannia homines centenos vigenos annos viuere: quod ille rigeat tractus, qui in corporibus calorem conseruat. Etenim sunt corpora spongiosiora Æthiopum, quia soluuntur à Sole: Septentrionalium astricta, proinde longæua.

Plutarchi præcepta salubria.

Moschion & Zeuxippus.

TV SANE Glaucum medicum heri Zeuxippe, ne philosopharetur nobiscũ, cum id cuperet, deterruisti. ZEVXIP. Neque deterrui mi Moschion, neque in animo habebat philosophari ille nobiscum: verum declinaui veritusque sum ansam affectanti pugnam præbere. Nam in re medica quidem, vt Homeri verbis vtar:

Hic alios multos æquauerit vnus.

sed animo est erga philosophiam parum placido, semperque in disputationibus habet aliquid confragosi & acerbi, atque id temporis infestus in nos pergebat, procul etiam num vociferans rem nos non exiguam neque leuem designasse, qui differendo de victus ratione salubri terminos confudissemus. Diremptas enim philosophorum esse & medicorum sicut Mysorum & Phrygum fines. Quædam etiam non serio, haud tamen ab re à nobis prolata in ore habebat & vellicabat. MOSCH. Arqui tum horum ego tum aliorum Zeuxippe auditor attentus aueam esse. ZEVXIP. Nempe es tua spõte Moschion philosophus, philosophoque, qui alienus est à re medica, succenses indignarisque: si potius decere existimet se, vt geometriam, & dialecticam vendicare quam inquirere velle & discere cernatur,

Ædibus in nostris quæ recta aut praua geruntur,

ipso scilicet in corpore. Tametsi plures ibi cernas spectatores, vbi pecunia, quod fit Athenis, ad spectaculum confluentibus distribuitur. At artium ingenuarum, medica cum nulli cõcedit, quæ plus nitoris, splendoris, & oblectamẽti habeat, tum mercedem studiosis sui magnam salutem & sanitatem largitur. Quare non est differentibus de iis, quæ conducunt ad bonam valetudinem,

tudinem, philosophis improperandum, quod terminos transcenderint: verum ita demum, si non putent, nisi semel eos sustulerint, quasi vna in regione promiscue debere se recta studia colere, sectantes in disputando pariter quod iucundum & necessarium sit. MOSCH. At Glaucum Zeuxippe missum faciamus, qui pro supercilio suo esse vult absolutus, neq; requirere philosophiam. Tu vero dicta nobis explana omnia, atq; prima, nisi molestum est, illa, quæ non plane serio ostendisti allata exagitasse Glaucum. ZEVXIP. Ferebar amicus ille noster audisse ex quopiam se, qui diceret manus habere semper calidas, nec sinere vt algeant, non parum ad secundam valetudinem referre: contra artuum rigorem, dum eogit ad interiora calorem, velut familiaritatem aliquam & assuetudinem febris inducere. Quod si foras torquendo cum calore trahar dispenserq; materiam in omnes partes, id firmandæ esse valetudini: quando cum manibus incumbimus easq; adhibemus, motionem ipsam huc applicamus, teporemq; continemus. Cæterum quando ab his operibus feriamur, minime esse admittendum, vt ad extremas partes frigus accedat. Atq; hoc vnum fuit ex illis, quæ in iocum versa sunt. Alterum, ni fallor, de cibis quos offerris laborantibus. Ea attingere ac degustare interim monebat, vt nos his integri assuefaciamus quo non puerorum more tremamus atq; auersemur rationem illam victus, verum appetentiæ sensim familiarem reddamus & domesticam, ne ab istis cibis in ægritudine ceu à medicamentis abhorreamus ne si quando cibum simplicem nullo adhibito pulmento vel condimento capimus stomachemur. Quapropter nec esse declinandum, illoti vt accedamus ad mensam: nec vt aquam potemus eum adsit vinum: neq; calidam æstate, si parata nix sit. Ac gloriosas insolentesq; missas faciendas istorum abstinentias, & ex abstinendo iactantias, verum debere nos apud nosipsos tacitos ad vtilitati parendum cum facilitate parare stomachum, atque detrahere etiam multo ante animo anxiam circa hæc in morbis scrupulositatem lamentationemq;, ne magnis se ex voluptatibus & delieiis in ignauum & sordidum coniectum victum eiulet. Siquidem recte est dictum: Vitam delige optimam, efficiet tibi consuetudo eam iucundam: & sigillatim vt vnumquodq; explorant i ex vsu est: præsertim victum oportet & corporis curam in optima valetudine ita comparare consuetudine, vt placida naturæ vt assueta & familiaris sit: memoriaq; tenendum ea, quæ accidant nonnullis, & quæ faciant in aduersa valetudine stomachantes & frementes, quando aqua calida apponitur, aut sorbitio, aut panis: execrantesq; & aspernantes hæc iuxta atq; illos, qui ad ea ipsos compellunt. Porro non paucis fuit balneum exitio, cum initio non multum mali haberent, nisi quod non valerent neque sustinerent illoti cibum gustare, in quibus Titus Imperator fuit, vt ferunt ii, qui ægro ministrauere. Ad hæc relatum id quoq; fuit, vt quodq; maxime est parabile, ita corpori esse saluberrimum: Potissimum autem vitandam ingluuiem, ebrietatem, popinationem festum celebraturis, aut amicis epulum præbituris, aut inuitatum iri se expectantibus ad Imperatoris aut præsidis conuiuium vel circumcomporatio, quam subterfugere non liceat: vt ceu vento & procella ingruente expeditum corpus & agile in serenitate parent. Operosum est enim in conuiuiis & inuitationibus assuetam suam temperantiam retinere, nisi omnibus velis cum nimia toruitate odiosus & importunus haberi. Ne igitur ignis igni, quod aiunt, gula gulæ, crapula crapulæ addatur, quod lusum à Philippo fuit vt hanc, sedulo est imitandum. Res autem fuit huiuscemodi. Quidam eum* ruri, paucis comitatum tantus, ad cœnam inuitauit: inde cum videret magnam cateruam secum trahentem, perculsus fuit. Quod sentiens Philippus admonuit per internuncium singulos amicos, vt placentæ locum relinquerét. Id illi cum crederent & expectarent, ferculis appositis parcebant. Ita affatim cœnæ omnibus fuit. Pariter præparare nos debemus ad necessarias compotationes: vt pulmento, bellatiis, & vero etiam ebrietati locum in corpore reseruemus, vegetam que ad ea & auidam appetitionem ducamus. Quod si eiuscemodi necessitas repente graues nos & male affectos deprehenderit, quod adsint præsides vel hospites interuenerint, vt præ rubore ad conuiuium commeandum sit cum firmis & cum iis compotandum: ibi vero armatum esse oportet re aduersus eum, qui magnopere incommodat hominibus pudorem & immodicam erubescentiam, vsurpantem hnc tragici Creontis:

**Alii, indigena.*

Præstat mihi te nunc hospes offendere,
Tibi quam obsecundantem post ingemiscere.

Quippe metuentem, ne inciuilis habearis, in pleuritim te ipsum vel phrenitim præeipitare hominis vere inciuilis est menteq; carentis & ratione, qua valeas & sine calice & gulæ irritaméto contubernium habere cum hominibus. Nam deprecatio, si dextre & vrbane adhibeatur, non est minus quá circumcomporatio grata, & si, eum cóuiuium præbes sicut sacrificium illibarum, ipse temperes eo, atq; inter pocula & super mensam hilariter & festiue ioceris, & dicta in te cóiicias, habeberis quam vinolentiæ & ingluuiei socius iucundior. Meminit ex vetustate Alexandri, qui à magna potatione denegare erubuit Midio inuitanti & coniicienti ipsum denuo in vinum, vnde periit: ex nostra memoria Rigli pancratiastæ, qui vocatus summo diluculo à Tito Cæsare

Cæsare in balneum, venit lauitq; cum eo: atq; postquam semel hibit, vt fama est, correptus apoplexia, extemplo expirauit. Hæc nobis cum risu Glaucus vt puerilia obiiciebat. Reliquorum non fuit cupidus audiendi, neq; nos illi exponendi: neq; considerauit quodque dictum. Primus Socrates, cum cauendum præcepit à dapibus, quæ non esurientes ad vescendum inuitant, & à potionibus, quæ ad potandum non sitientes: non semel horum vsu interdixit, sed vti, vbi opus sit, docuit, atque vt delicias horum ad necessitatem redigamus: sicut illi qui in ciuitatibus pecuniam theatralem conuertunt in stipendium. Nam quod sua sponte oblectat, id quatenus pars alimēti est, hactenus est familiare: debemusq;, dum esurimus, frui necessariis aut suauibus: seorsum autem non irritare relictis promiscuis nouas appetentias. Nam vt ipsi Socrati exercitium erat non iniucundum saltatio: ita cui bellaria & secundæ mensæ cœna sunt & cibaria, hic offenditur minus. At vbi quod satis sit naturæ, acceperis teque expleueris: ne ista rapias, summopere cauendum Nec vero secus ineptiæ & ambitio quam illecebræ horum & opinatio declinanda. Quippe dum subinde nos illæ inducunt, vt præter famem quibusdam vescamur & bibamus citra sitim: sane quam illiberales & importunas opiniones subiiciunt, quasi non frui absurdum sit re rara & exquisita, cuius copia est, ceu sumine vel mugilibus Italicis vel placenta Samia vel niue in Ægypto. Hæc enim pelliciunt nimirum sæpe, vt rebus celebratis & insolentibus vtamur, inani gloria quasi nidore impulsi, corpusq; cum id non requirat, particeps esse cogimus: quo narrare id ipsis liceat aliis ac beatis haberi: quod frui ipsis contigerit adeo caris & exquisitis. Perinde mouentur in nobiles mulieres. Cum propriis enim identidem & formosis & amantibus si concubint, quietem agunt. Phrynæ vero & Laidi mercedem pensitantes, licet corpore male & ad Venerem sint ignauiter comparati, excitant ex ostentatione simul & prouocant ad voluptatem libidinem. Vnde dicebat ipsa Phryne iam anus, pluris gloriæ causa distrahere fecem suam. Est vero res magna & inter exempla, si quas recipit necessario natura delicias, permittentes eas corpori: & magis si plerunque ipsis in rebus ei repugnantes & producentes atque prorsus ægre necessitatibus eius suppeditantes, aut vt ait Plato titillanti atque vrgenti morigerantes integri discedamus. At inuicem à descendentibus ex animo in corpus cupiditatibus, quæ subigant ipsius obsequi & inseruire motibus, non potest fieri quin grauissimæ noxæ & maximæ in elanguescentibus & exolescentibus voluptatibus in corpore relinquantur. Hoc vero est supra omnia cauendum, ne animi æstu ad illebras corpus pellamur. Fit enim contra naturam ipsum exordium. Ac quomodo axillarum titillationes non genuinum neque placidum vel iucundum præbent animo risum, verum spasmo assimilem ac molestum: ita etiam quæcunq; extimulatum ab animo protelatumque accipit corpus delinimenta, infesta turbulenta, atque ab natura sunt remota. Vbi ergo rara aliqua lautitia aut celebrata erit oblata, in temperando ab iis potius quam in fruendis exultabimus memores, sicut dicit Simonides, nunquam se, quod tacuisset, pœnituisse: sed quod locutus fuisset, sæpe: ita nunquam reiecti pulmentarii nos pœnitentiam subisse, neque quod loco Falerni aquam potauerimus: sed contra non tantum non vis adhibenda naturæ est, verumetiam, si quæ tenti eiuscemodi quid apponatur, erit subinde vsus gratia & meditationis ad tenuia & consueta appetentia detorquenda:

> *Si violandum est ius*, inquit Thebanus ille, non sane recte, *regnandi gratia*
> *Est violandum.*

Nos rectius: Si seruiendum gloriæ est in talibus, continentia præstat ad corporis tempestiuitatem. Enimuero hiantes sordes adigunt nonnullos, qui cupiditates frenant domi & constringunt, explere se & frui apud alios exquisitis epulis quasi ex hostico effuse frumentētur: inde affecto discedunt corpore, ac mercedem insatiabilis auiditatis cruditatem referunt. Quare Crates, qui innasci in ciuitatibus potissimum ex deliciis & luxu arbitrabatur seditiones & tyrannides, per iocum monebat, ne præ lenticula semper augendo patinam in seditionem nos coniicias. Tu vero tibi ipsi subiicias, ne præ lenticula augendo semper patinam, neque semel nastur cium & oleam transuolando ad farcimen & piscem in seditionem ex ingurgitatione corpus & in tumultum fluoremque alui coniicias. Namque cibaria viliora in modo naturali appetentiam retinent. At popinarum commenta & architectorum eiuscemodi, operosæq; hæ cupediæ atque ingeniosa commenta, vt est apud Comicum, terminos voluptatis semper promouent longius, & id, quod conducit, prætereunt. Atq; haud scio, qui fiat, vt cum mulieres, quæ amatoria veneficia in viros & præstigias struant, execremur ac respuamus: cū mercenariis & seruis permittamus cibos & pulmenta tantum non præstigiis & veneficiis fascinare. Quod si dictum videbitur amarius in mœchos & lasciuos Arcesilai, nihil referre auersus an aduersus cinædus sis, quadret tamen huic loco Quid enim interest, ad voluptates satyriis adhibitis libidinem cieas & concites, an nidoribus & conditis stimules palatum: vt ceu membra scabiosa scalptu semper & titillatione indigeant. Verum alias fortassis aduersus voluptates agemus, ac quam bona

per se

per se continentia & præclara sit, ob oculos proponemus. Hic sermo nobis de multitudine & magnitudine deliciarum est. Neq; n. tot nobis actiones vel expectationes vel peregrinationes vel oblectamenta morbi, quot eripiunt & labefactant voluptates. Quocirca minime conducit negligere prosperam voluptatem iis, qui præcipue voluptatem sectantur. Quippe vacare philosophiæ multis improspera valetudo permittit, & hercle exercitum ductare & regnare. At corporis luxus & delitiæ nonnullæ in morbo minime ortum habent: si quæ habent, hæ parum genuinę sunt, neq; quicquam syncerum: sed multū cōfusum alieno vitiatumq; sicut ex procella & tempestate edunt. Neq; n. in ingluuie Venus, verum in serenitate potius & in tranquillitate est carnis. Finisq; voluptas est Veneris, itemq; edendi & potandi. Integra autem valetudo voluptatib. vt Alcyonib. cœlum tranquillum, securam & commodam fœturam puerperiumq; præbet. Siquidem dixit Prodicus lepide, condimentum esse ignem optimum. Verissime n. dixeris esse condimentum corporis sanitatem diuinissimum & suauissimum. Quippe elixæ, assæ, coctæ dapes affectis vel crapulæ plenis vel nauseantib. voluptatem vel oblectationem præstant nullā. Pura vero & defecata appetentia reddit corporibus integris dulcia omnia, desiderataque, vt ait Homerus, & conuenientia. Cæterum quando, vt Demades Athenienses dixit, qui intempestiue pugnaces erant, nunquam sciscere sine palliis pullis pacem: item nobis haud vnquam venit in mentem sine febre ardente & cataplasmatib. victus tenuis & frugalis: simul atq; in hæc incidimus, offensa nostra mire celamus, memoriam eorum prementes, atq; vt vulgus, quod modo cœlum, modo loca culpat insalubria, ac peregrinationum mentionem facit, exoluimus crimine intemperantiam & luxuriam. Cæterum sicut apud Getas Lysimachus siti oppressus deditionem cum exercitu fecit, mox hausta frigida: Dii boni, inquit, quam temporariæ causa oblectationis ingentem amisimus felicitatem. Ita in inualetudine ad animum reuocādum: quod vel ex frigidæ potione, vel intempestiuo balneo vel compotatione multas voluptates nostras corruperimus, honestęq; actiones & iucunda oblectamenta nobis multa effluxerint è manibus. Quippe vulnerat stimulus ex reputationib. huiusmodi memoriam, vt remanens sicut cicatrix circumspectiores per sanitatem in viuendi ratione reddat. Neq; n. valens corpus æstus producet nimium effusos neq; effrenos neq; insolitos vel valde obluctantes. Verum magno animo esse oportet aduersus erumpentes & insultum facientes in delicias appetitiones: quandoquidem querelam habent & fletum leuem & puerilem, ac sublata cōticescunt mensa, neq; de iniuria incusant: imo liquidæ, hilares, non graues nauseantesq; manent crastinum. Sicut dixit Timotheus, qui pridie apud Platonem in Academia philosophica & frugali cœna exceptus fuerat, eos qui apud Platonem cœnauissent, esse etiam postridie hilares. Ferunt Alexandrum quoq;, cum Adæ obsoniorum artifices remisisset, posse ait meliores se semper ducere secum, ad prandium iter antelucanum, frugale prandium ad cœnam. Non fugit me etiam ex fatigatione, & ex æstu, & algore homines febre tentari. Cæterum sicut flores odorati sunt per se parum efficaces, sed temperati oleo vires habent & firmitatem: ita extrinsecus excitatis causis & initiis sicut substantiam præbet corpus humorum affluentiam subiectam. Absq; his si sit, nihil periculi subest, verum euanescunt dissipanturq; prompte excipiente certum motum subtili spiritu & sanguine liquido: at in humorum luxuria & abundantia sicut cœnum commotum noxia, molesta, & tenacia omnia efficit. Quapropter non quomodo boni nauiculatores, qui nimia auditate multum oneris in nauem coniecerunt, deinde assidue exhauriunt sentinam atq; aquam marinam eiiciunt: sic vbi impleuimus & oppressimus corpus, exinanire id rursus debemus & clysteribus exonerare, sed seruandum est expeditum: quo, etiam si premi id aliquando contigerit, instar suberis præ leuitate fluitet & sustollatur. Inprimis autem, cum prænunciantur & præsentiuntur morbi, præcauendum. Neq; enim omnes iuxta Hesiodum tacite opprimunt morbi:

Vocem [illegible]bi præscidit consultor Iuppiter omnem:

Verum plerique quasi prænuncios & antecursores ac præcones habent cruditates & torpores. Pigritiæ & defatigationes, inquit Hippocrates, spontaneæ morbum nunciant: quod ex repletione nimirum habeat spiritus, qui circa neruos est, distentionem in corpore interiore & constrictionem. Verum enimuero licet obnitatur corpus atq; ad quietem detrahat: alii ingluuie tamen & luxu perditi coniiciunt sese in balnea atque ad pocula properant: quasi ad obsidionem tolerandam commeatus contrahant, metuantque, ne impransos febris se occupare præuertat. Magis belli non mancipantur isti vitio: sed dum crapulam & cruditatem fateri erubescunt & diem traducere in pallio, concedentibus ad gymnasium & inuitantibus aliis surgunt, ad exercitationesq; se accingunt, & eadem quæ sani obeunt. Plures spes, quæ aduocatū prouerbiū habet intemperantiæ & mollitiæ, inducit & impellit, vt surgentes audacter ad consuetā vitam se conferant: quasi vino vinum & crapula expulsuri & digesturi crapulam sint. Itaque huic spei opponēda Catonis est cautio, à quā ait vir ille imminui magna & exigua funditus tolli: ac ferre ex superuacuo præstare inediam & requiem, quam ad balneas & cœnam currendo in periculum se demit-

demittere. Quippe si subest quid securitas & incontinentia offendent: si nihil, non offenderis, quod corpus contractum & redditum sit mundius. Enimuero ille, qui adeo est puerilis, vt apud amicos suos & domesticos ex ingluuie vel crapula laborare se vereatur detegere, dum fateri eũ hodie cruditatem pudet, fatebitur cum pudore cras destillationem aut febrem aut tormina. Summum probrum ducis inopiam ferre: lõge turpius cruditatem, grauitatem, atq; ex popinatione pondus corporis, quod in balneum sicut in pelagus putridum nauigium & rimosum trahitur. Vt n. nonnulli, qui nauigãt, in littore hærere exorta tempestate verentur, inde postquam in altum prouecti sunt, vociferantur & nauseant: perinde, cum suspectũ aut prænuncium morbi affectũ corpus habet, qui vnũ diem lecto se tenere & non apponere mensam, infame ducunt: hi fœdissime multos dies decumbunt, dum purgantur & cataplasmata ferunt blandientes & colentes medicos dum vinum poscunt aut frigidam: importunaq; & indigna multa agere & loqui ex dolore & metu sustinent. Atqui decet quidem eos, qui voluptatum causa imperare non valent sibi, sed succumbunt libidinibus atq; auferuntur ab eis, discere & subiicere sibi plurimum sumere ex corpore voluptates. Atq; vt acetum & salem subministrant Lacones coquo, reliqua ex hostia quærere iubent: sic in corpore sunt cõdimenta cibi optima, quæ sano & puro exhibẽtur. Siquidem dulce & opiparum extra ista quidem & seorsum sunt, delectabile vero solet fieri in corpore vel cum corpore, quod delectatur, si naturæ conuenienter habet. At in languentib. & crudis & male affectis, gratiam suam & iucunditatem amittunt omnia. Itaq; noli piscem an recens, vel panem an purus, vel balneum an calidum, vel meretricem an sit speciosa, spectare: verum temetipsum, num fastidiosus, num fluctuans, num marcidus, num turbatus. Alioquin sicut in domum lugubrem irrumpunt comessatores, non hilaritatem aut voluptatem excitant, sed mouent eiulatum: Perinde Venus, opsonia, balnea, vinum corpori permista male & præter naturam affecto perturbatis & labefactatis pituitam & bilem mouent, infestant eos, magisq; peruertunt: oblectamenti vero nihil admodum, nec quicquam grati, vt expectauimus, adferunt. Porro victus ratio nimis arguta & ad vnguem, vt dicitur, seruata cum corpus consternatum reddit, & omni discrimini opportunum, tum animum gestientem frangit: quod ad omnes res omnemq; non secus in voluptatibus quam doloribus occupationem & actionem trepidet, neq; quicquam fidenter & animose aggrediatur. Est vero vt velum corpus neq; contrahendum in tranquillo & premendum nimium, neq; eo libere vtendum & solute, si suspicio subsit: sed remittendũ, efficiendumq; leue vt fit, sicut memorauimus: neq; operiendæ cruditates & ventris profluuia, neq; æstus & torpores, à quibus nonnulli vix tandem vt à nunciis & viatoribus, quando iam ad limen febris est, perculsi contrahuntur: verum longe ante tempestatem præcauendũ:

Vt promontorium si verberet Boreas.

Absurdum est n. coruorum crocitibus, gallinarum murmure, closmos vocant Græci, & suibus fœni fasciculos raptantibus, vt Democritus ait, sedulo attendere & præsagia capere ventorum & imbrium: corporis motus fluctus, & præcurrentes affectus non percipere & præcauere, neq; indicia habere impendentis & futuræ in se tempestatis. Quare non in victu modo & in exercitationibus obseruandum corpus, num præter morem accedat adhęc oscitanter & socorditer: aut contra num præter consuetudinem siticulosum & famelicum sit: verumetiam somnus aduertendus interpellatus & non placidus, qui inæqualitates habeat atq; interruptiones: & vero etiam somniorum monstra. Namq; si instabiles atq; insolentes sint visiones, humorum affluentiam vel crassitudinem vel spirituum intus iactationes denũciant. Iam etiam animi motus corpus significant in morbum præceps esse. Quippe mœstitiæ & metus tenẽt subinde nulla ex causa liquida, quæ spes nostras repente opprimat. Adhęc euadunt flagrãtes ira & acres, in mœrõrẽ præcipites, & lachrymas atq; anxii, quando vapores praui & halitus acres coacti sunt & suffusi, vt ait Plato, animi ambitib. Quare consideres oportet, quibus hæc accidant: meminerisque, nisi quid sit spiritale, causam subesse corpoream, quæ reprimenda vel repurganda sit. Sanequam ex vsu est, vt cum inuisis amicos ægrotos, causas ab iis requiras non cauillatorie vel curiose, aggressiones, sanguinis in arterias aberrationes, & communiones garriendo ostentandoque nominum & literarum peritiam medicarum: verum translatitia hæc & vulgaria, ne audias supine, humorum affluentiam aut inanitionem, defatigationem, vigiliam, victus rationem præsertim cuius vsu in febrem incidit. Mox sicut Plato in offensionibus solebat alienis recipiens se dicere: Nunquid & ego talis? Ita ex vicinorum erratis componas te, discasque cauere ea, & memineris, ne eodem incurras, neq; ipse in lectum delapsus celebres optesque charam sanitatem: cæterum laborante alio subiicias tibi ipsi, vt sanus sis, magnopere referre: atq; hoc conserues attendendo tibi ipsi, tuiq; rationem habendo. Nec ab re erit obiter etiam nostram ipsorum rationem victus dispicere. Si enim potui vel cibo vel laboribus aliquibus vel inordinatæ alii fuerimus vitæ impliciti, nec corpus suspicionem aut præsensionem vllam præbeat, debemus nihilo secius cauti esse, & ante, vbi ex Venere & fatigationibus discessimus, recreare nos laxamento & quiete

quiete à vinolentia & compotatione aquæ potione: maxime si quando cibis vsi sumus solidis, carneis, vel variis, modice vesci. neq; copiam relinquere in corpore retrimenti vllam. Hæc n. cum sua sponte multorum morborũ causæ sunt, tum causis aliis materiã & vires subministrant. Vnde est dictum optime: si absit à cibo saturitas, à laboribus pigritia, & seminis materia conseruetur, ea saluberrima esse. Etenim vsus Veneris immodicus, præterquam quod resoluat vires, à quib. nutrimentum conficitur, multum excrementi & affluentiæ humorum gignit in corpore. Vt igitur à capite singula tesumamus: primum de exercitationibus, quæ conueniant literarum studiosis, dicamus: quod sicut ille, qui nihil scribere maritimis ait se dedentibus, vsum aquę marinæ docuit: ita studiosis nihil scribere te dicas de exercitationibus. Disputatio enim, quæ voce peragitur quotidie, mirifica est palæstra non ad sanitatem tantum, sed & ad valentiam, non illã 10 quidem palæstricam, eamq;, quæ vestiat carne incrustetq; ædificii mote cutem: verum vitalib. maxime & principibus partibus robur verum & solidam firmitatem conciliet. Nam vires à spiritu confirmari ostendunt aliptæ: qui athletis iubent, vt renitantur frictionibus, easq; obiter interpellent, atq; animum adhibeant semper iis corporis partibus, quæ emolliuntur & cõtrectantur. Quippe vox, quæ spiritus motio est, non in superficie, verum quasi in fontibus inualescens circa viscera calorem alit, extenuat sanguinẽ, venam omnem repurgat, omnem arteriam aperit, cogi & coagulari nõ permittit humorẽ superfluum sicut fecem in vasis, quæ alimentum recipiunt & conficiunt. Debemus igitur inprimis amare hoc exercitium atq; ei assidue dicendo assuescere: sin autem suspectes aliquo modo corpus minus firmum aut defatigatum esse, legendo vel declamando. Quod enim gestatio ad exercitationem, hoc ad disputationem est lectio, quæ 20 tanquam in vehiculo alieno in sermone agitat mollitet & portat leniter vocem. Disputatio vero conspirante cum animo corpore contentionem & ardorem addit. Vociferationes sunt tamen declinandæ nimis commotæ & asperæ. Efficit enim spiritus impetus & contentio inæqualis rupturas & conuulsiones. A lectione vel disputatione antequam inambules, leni vteris & tepida frictione, carnemq; emollies, quantum assequi valeas, contrectans intestina, spiritumque mollitet æquabilem reddens ac diffundens vsque ad summas partes. Modus adhibendę frictionis sit, dum gratam & molestiæ sentias expertem. Qui ita interiorem turbam ac spiritus contentionem tranquillauit, nihil ei molestiæ excrementum exhibebit: & si temporis incommoditas aut negocium aliquod deambulationem moretur, nihil est negocii. Satis factum enim erit naturæ. Vnde neque nauigationem neque in diuersorio mansionem, ne si omnes quidem te derideant, prætexes silentio. Siquidem vbi esse non est turpe, nec exercere scilicet turpe. Imo turpius vereri nautas, muliones, caupones, atque apud eos expallescere subsannantes non pila ludentem aut vmbratili certamine depugnantem: sed dicentem, si inter exercitandum doceas aliquid & quæras, & discas, & excites memoriam tuam. Nam Socrates sufficere dicebat ei, qui saltando mouet se, septem lectorum capacem ad se exercendum domum. Illi vero, qui cantando vel dicendo exercet se gymnasium sufficiẽs, siue stet, siue decumbat, quiuis locus suppeditat. Vnum est illud fugiendum ne popinationis vel scortationis vel defatigationis nobis conscii vocem contendamus asperius: quod multi oratores & sophistæ admittunt: hi mercedis vel contentionum ciuilium causa, illi à gloria & ambitione ad contendendum vltra, quam ex vsu sit, cõcitantur. Niger noster, qui in Galatia rhetoricam docebat. forte spinam piscis deglutierat. Cum autem rhetor alius peregrinus aduenisset, qui declamabat: quod erubesceret illi concedere videri, inhærente adhuc spina declamauit: Graui insecuta & dura inflammatione, doloris impatiens incisionem altam foris accepit. Atque spina quidem ex vulnere euulsa est: cæterum vulnus, quod sæuum euasit & destillans, hominem absumpsit. Cæterum hæc posthac subiecerit quis opportune. Sub exercitationem balneo frigido vti ostentabundi potius & temerarii est, quam eius, qui valetudinis rationem habeat. Quem enim inducere videtur ad externas iniurias & corporis rigiditatem callum, hic circa interiora validius creat malum obstruendis spiramentis, humoribusque constringendis & coagulandis halitibus, qui laxari & digeri nituntur. Præterea illi, qui frigida lauant, in istam recidant, quam declinant necesse est, exactã & præcise ordinarã victus rationem, dum perpetuo attendunt sibi si eam prætergrediantur, ne 50 quæuis offensa illico eos acerbe coarguat. At balneum calidum multis modis veniam dat. Neq; enim tantum virium & roboris detrahit, quantum conducit adiumentum & facultatem præbendo concoctioni ad secundam valetudinem: tum illa, concoctionem quæ fugiunt, nisi sane semel cruda & in summo stomacho substiterint, dissipãdo facile, latentesq; recreando lassitudines. Verum enimuero vbi natura suggerente corpus mediocriter & satis bene habere sentis, missum faciẽdum balneum est: pręstat autem vnctio ad ignem, si quærat teporem corpus. Suppeditat enim ei calorem. at sol neque plus neque minus, verum prout ad cœlum temperatus est, ita vsum sui accommodat. Hactenus satis de exercitationibus. Iam vt ad cibum veniamus, si quis vsus sit antedictorum, quib. appetitum mulcemus & delinimus, aliud quid deinceps

præcipien-

præcipiendum. Sin autem vt vinculis solutus tractari fuerit morosus, & contendere sit difficile cum ventre, qui auribus vt dixit Cato, caret, cibi proprietate reddere enitendũ copiam leuiorẽ atque esculenta, quæ solida sunt, & affatim nutriunt, vt caro, caseus, ficus sicci, oua elixa, erunt presse assumenda & attingenda. Est enim ea semper reiicere arduum: Amplectenda vero tenuia & leuia, vt pleraque olera, aues pisces nõ pingues. Licet enim ea mandenti indulgere appetentiæ & corpus non premere. Præsertim quę ex carnibus existit cruditas refugienda. Namq; cum extemplo grauat impense, tũ reliquias post se prauas relinquit. Atq; ita consuefacere corpus, vt pasci non desideret carnibus, primum sit. Multa namque non tantum ad corpus tolerandũ affluentia, sed & ad delicias & lautitiam edit tellus: quorum partim tibi sua sponte vsũ prębẽt 10 expeditum, partim condita & varie parata ad oblectandum. Cęterum quando consuetudo quodammodo in naturam transit, ne dum non contra naturam est: non sunt carnes luporũ & leonum more ad explendam vorandæ appetitionem, sed munimenti vice & tegumenti cibi ingerendæ, atq; alia esculenta assumenda & pulmenta, quæ & corporis indoli magis conueniant & partem animæ rationalem minus perstringant quasi ex tenui & agili materia subuolantem. Ex liquidis lac non potus vice sumendum, sed cibi firma vi & multum nutriente præditi. Ad vinum vero, quod Euripides ad Venerem, dicendum:

Sis tu mihi sane moderatum poculum,
Nec desis.

Etenim poculentorum commodissimum est, & medicaminum iucũdissimum, pulmentorumq; 20 innocentissimum, si opportunitate potius temperatum quam aqua sit. Enimuero aqua: non tantum ea, qua temperatur vinum, verum etiam quæ per se inter dilutum bibitur, innocentius reddit dilutum. Itaque in quotidiani victus ratione assuescendum ad hauriendum duo vel tria aquę pocula, quę vim reddant vini leniorem & familiarem corpori aquæ potionem: ne si quando ex vsu fuerit, offendaris eius insolentia vel eam respuas. Nam contingit rapi aliquos tũ potissimum ad vinum, cum aquæ potione maxime indigent. Quandoquidem in Sole tosti & contra algentes, & qui feruidius dixerunt qui cogitationib9 intensioribus se dederunt, & in summa à lassitudinibus, & luctationibus, quasi natura blandimentũ corpori aliquod flagitet & vicissitudinibus ex laboribus, sorbendum arbitrantur vinum. Natura vero blandimentum, si blandimentum appellas delicias, non postulat: sed conuersionem quærit eam, quæ in medium inter 30 voluptatem & dolorem deducat. Quare in hisce detrahendum & de cibo, vinumque vel semel præcidendum vel sumendum copiosa interim temperatum & dilutum aquæ potione. Quia enim incitatæ est & acris efficaciæ corporis turbines exagitat, exasperatq; grauius & exacerbat partes infestatas, quæ fomenta & lenimenta requirunt: quib. blanditur aqua precipue. Quando si non ex siti, sed alias calidam secundum lassitudines, districtiones, & æstus potauerimus: laxamentum sentimus in visceribus & lenimentum. Quippe est aquæ blanda & mollis humiditas, at illa vini cum impressionem habet ingentem, tum vires affectibus parum placidas & benignas recentibus. Namq; quos ferunt nonnulli induci corpori ab inedia acores & amarores si formides aut puerorum more ante febris accessionem, quam expectas, non apponere mensam in languore constitutus animi graue existimas, congruum est aquæ potio confinium. Etenim 40 ipsi Libero patri frequenter Nephalia (festũ est, quod citra vinum celebratur) facimus recte assuescentes merum non semper quærere. Mimos & tibiam à re diuina coronamque ex mœrore remouit. Et quidem non offendi vel à coronis vel à tibiis scimus ęgrum animũ. At corpus adeo robustum nullum sit, quod agitatum & æstuans à vino non offendatur. Ac Lydos aiunt in fame, se tolerare sumendo alternis diebus cibo hinc lusu vel alea: nec literarum cultorem Musarumque studiosum, qui pro tempore requirat cœnam tardiorem, digamma quod ad manum est, aut liber aut lyra prædam ventri obiiciet: verum diuertens ille assidue traducensque huc mentem à mensa appetentias vt Harpyias abiget Musis. Si enim tangit subinde inter pocula Scytha arcum, & leuiter neruum pulsat, resolutum ex crapula excitans animum: quid vir Græcus illudentes ipsi, quod literis & libris cupidinem tacite remittat & laxet hiantem & importunam, re- 50 formidabit? Namque adolescentium apud Menandrum, quos captabat inter pocula introducendis formosis & excultis meretricibus leno, quisq; vti memorat, deiecto in seipsum capite ex bellariis mandebat refugiens ac timens eas aspicere. Studiosi vero eruditionis honestas & multas & iucundas deflexiones & diuerticula habent, si alia ratione caninam & brutalem apposita mensa appetitionem reprimere nequeant. Aliptarũ autem voces & pædotribarum dicta, qui à literatis inter cœnandũ sermonib. corrumpi perpetuo iactitant alimentum ac caput tentari, tunc extimescenda, cum aut Indum resoluturi, aut loqui super cœnam instituim9 de principe. Siquidem cerebrum prædulce quidem esse phœnicis, sed capitis dolorẽ excitare ferunt: dialectica vero super cœnam modo dulciariorum, quæ ex granis mali Punici facta sunt, cum minime grata est palato, tum mire capiti dolorem & fatigationem creat. Quod si quærere nobis

aliud quid vel disputare vel legere, quod cum honesto & vtili illecebras aliquas & oblectamentum habeat, non permittant: dicemus eis, ne molesti sint, sed vt facessant, atque in Xysto hęc & in palæstris sermocinentur apud athletas: quos à libris abductos tempus vsquequaque in dicteriis & vernilitatibus consuefaciendo traducere: ad instar columnarum gymnasii, vt festiue Aristo dicebat, pingues effecerunt & saxeos. Nos vero qui audimus monentibus medicis, vt interstitium semper inter cœnam faciamus & somnū, nec cum corpus cibo referserimus, spiritumque demerserimus, statim cruda & feruescente concoctionē sagina oneremus: sed respiremus & laxamentum sumamus: vt illi, qui corpus sub cœna mouere volunt, non cursibus, non pancratiis hoc peragunt, verum remissis deambulationibus tripudiisq; concinnis: perinde censebimus nos versandum animum à cœna, non negociis, non solicitudinibus, non concertationibus sophisticis, quæ ad contentionem pomposam & motoriam educuntur: sed quæstiones sunt multæ physicæ faciles & gratæ: multæ etiam narrationes graues, & quæ commentationes habent atque hoc μενοεικὲς, id est, cedens tumenti animo, vt inquit Homerus, nec renitens. Iam disputationes de quæstionibus historicis & poëticis non illepide appellauerunt quidā secundas mensas viris literarum & Musarum cultoribus conuenientes. Sunt etiam narrationes nonnullæ iucundæ & fabulæ. Adhæc est aliquid de tibia & lyra audire & dicere, quā lyræ ipsius vocem aut tibiæ iucundius. Modus autem temporis sit, dum alimento conquiescente & consentiente superior & eius victrix concoctio euaserit. Quia vero cœnatorum calorem excitari Aristoteles existimat à deambulatione: à somno vero, si confestim se quieti dent, suffocari: quietē alii concoctioni proficere, contra à motione digestionē arbitrantur interpellari: vnde inducti hi mox à cœna quiescunt, illi inambulant: videtur commode vtrunq; ille assecuturus, qui corpus fouet & ad requiem componit post cœnam, sed animo non torpet neque oscitat statim, verum spiritum vt modo diximus, dispergit leuiter & diducit fabulādo vel audiendo aliquid blandi: quod non mordeat vel fatiget. Vomitus autem & purgationes alui per medicamenta, lenimenta noxia popinationis, nisi magna ex necessitate nō mouendi: sicut vulgus hominum, qui vacuationis gratia explent corpus, & vice versa explendi causa inuita natura euacuant, ingluuie nō minus quam inanitione torquetur. Imo vero tanquam deliciarum vinculo grauantur ingluuie, inanitatemque vt locum semper voluptatibus machinantur. Quippe noxa in hisce aperta est, ac corpus vtrunque conturbat & infestat. Peculiare autem adhæret vomitui malum, quod voracitatem intendat & alat. (Redditur enim fames fluentorum intercisotū modo aspera & turbulenta, rapitque vt cibum, qui semper infestet) non appetitionum germanam earum, quæ cibaria quærant: sed inflammationum, quę medicamenta & cataplasmata. Vnde voluptates pręcipites & interfectæ cum multa coniunctæ molestia ipsis in titillationibus eos æstu tentant: distentiones vero & collisiones spiramentorum succedunt, spirituumq; remanent reliquiæ, quæ naturales eductiones nō operiuntur, sed in corporibus fluitant velut in onere grauatis nauibus, quæ leuari, non premi desiderant superfluo. Concitationes vero in inferiore aluo, quæ medicamentis peraguntur corrumpendo & eliquando subiecta redundantiam, quam educunt, reddunt copiosiorem. Sicut itaque si quis Græcorum turbæ vrbanæ pertæsus consuetæ Arabibus vrbem & Scythis frequentauerit aduenis: Haud aliter nonnulli toto cœlo errant: qui vt retrimenta expellant familiaria & natiua, foris inserciunt in corpus grana quædā Gnidia, scammoniam, aliasque medicinas eximias & feras, quæ potius expurganda sint, quam expurgare naturam queant. Est ergo primum ratione victus moderata & frugali corpus ita parare in explendo & vacuando, vt per se tueri semetipsum valeat, neque aliena egeat ope. Quod si quando vrgeat necessitas, faciendi vomitus sunt citra medicamenta & superuacaneam operositatem non defatigando: verum quatenus declinetur cruditas, statim emittendo placide redundantiam inchoatam. Nam vt vestes lineæ, si smegmate vel sapone lauentur magis quam aqua lotæ in lauando deteruntur: ita excitati medicinis vomitus noxii sunt corporibus eaque labefactant. Quod si consistat aluus, nullum medicamentum conferendum cum certis cibis, qui molliter laxant & irritant soluuntque leniter: quorum & familiare omnibus experimentum est & blandus vsus. Quod si plures dies esse his perseuerauerit contumax: adhibenda aquæ potio aut inedia potius aut clyster, quā infestæ & peruertentes medicinæ: quo aduolat prompte vulgus sicut salaces mulieres: quæ quo impleantur iterum & indulgere liceat libidini, medicamentis conceptum abigentibus & enecantibus vtuntur. Cæterum sunt hi missi faciendi. Qui vero contra nimium exactas statasque atque in orbem recurrentes decretorias interiiciunt inedias, hi parum recte docent naturam, cum ei opus nō sit, cibo indigere astricto ac necessariam facere non necessariam cibi detractionem tempore, quod institutum morem requirit. Præstat namque coercitionibus corporis hisce vti solutis: Vbi vero præsensio nulla nec suspicio subest, reliquam victus rationem, sicut memorauimus, pro re nata semper vicissitudinibus obsecundantem habere, non vni modo vitæ ad certos articulos aut numeros aut orbes assuefactæ

degere

degere mancipatam vel astrictam. Neq; enim fidelis, vel expeditus, vel ciuilis, vel humanus est, sed vel ostrei alicuius vel stirpitis vitæ affinis perpetuus ille tenor & coactus in victu, abstinentia morione, quiete: vnde in vmbratilem quandam & segnem vitam solitariamque & insocialem obscuramq; procul à rep. demittunt seipsi contrahuntq;: quod equidē, inquit, haudquaquā ꝓbauerim. Neq; enim sanitate licendum ocium, & inertia. Quippe hæc duo mala præcipue ex omnibus morbis adsunt, nec quicquam interest inter eum, qui indigere sanitatem existimat corpore & quiete: atque illum, qui oculos non videndo, & vocem non loquendo seruat. Siquidem nihilo fuerit ille sanus ad multa humanitatis officia vtilior. Minime igitur salubris ducenda inertia est, si sanitatis finem amittit, neque verum magis sanos eos, qui quietem agunt, esse. Neque sane Phocione rectius Xenocrates, vel Theophrastus valuit Demetrio. Nec Epicuro atque eius gregi ad decantatam illam corporis bonam constitutionem actionis cuiusuis & cum gloria coniunctæ fuga profuit: cæterum alia est sedulitate in naturali corpꝰ habitu tuendum. Quippe admittit quælibet vita morbum & sanitatem. Porro politicos contra atq; Plato iuuenes monuit, monendos ait. Ille enim dicere ex schola digrediens solebat: Date operam pueri, vt recte ocium collocetis. Nos vero rempub. gerentibus subiiciamus, labores vt in honesta aliqua collocent & necessaria, non leui aut vili de causa corpus conficiant. Siquidem cōficiuntur complures, qui qualibet de causa sese enecant excubando, oberrando, circumcursitando in nullum vsum honestum: sed dum obtrectant aliis aut inuident, aut cum eis æmulantur, aut gloriam vanam & inanem venantur. His enim dicere Democritum præcipue puto: si disceptet cum animo corpus de damno dato, non fore, vt ille noxæ eximeretur. Dixerit fortasse & Theophrastus vere, cum per metaphorā ait magnam habitationis pensionem soluere corpori animum. Verumtamen plura mala corpus animo, quod ipso parum vtatur rite, neq; conuenientem ipsius gerat curam, accepta fert. Quippe quando perturbationibus, contentionibus & studiis est intentus suis, abutitur corpore. Ac Iason quidem haud scio qua re ductus in paruis oportere dieit iniustum esse, vt in magnis iustus esse queas. At nos merito commoneamus politicū, in minutis vt torpescat, feriētur, & reficiat sese si libet: ne negocia ad præclara confectum corpꝰ habeat, neq; obtusum neq; fatiscēs: sed sicut ex remig ando ocio recreatum: quo rursus, si quando ad munera ab animo vocetur,

Vt pullus haud lactatus equi cursum assequi
Queat.

Quipropter vbi licebit per negocia, colligemus nosipsi. nec somnum inuidentes corpori, nec prandium, nec alleuationem, quæ terminum seruet inter delicias & asperitates medium, quem dum vulgo non seruant, corpus conficiant commutationibus more tincti ferri: quod vbi intensum vehementer laboribus est, mox voluptatibus immergunt & elidunt immodice: hinc rursus ex lustris & vino remissum & liquidum in forum vel aulam vel negocium, quod curam requirat acrem & vehementem, coniiciunt. Heraclitus enim cum aqua intercute laboraret, medico, vt ex imbribus faceret squallorem, præcepit. At vulgus hominum prorsus delirat: qui si defatigationibus, ærumnis, & inediis sint confecti, tum potissimum corpora tradunt voluptatibus emollienda & dissoluenda: rursusque ex voluptatibus quasi intendunt & distringunt. Quippe huiuscem odi vices haud quærit fieri corpori natura. Verum animi lasciuia & illiberalitas, quæ ex ærumnis nautarum modo ad luxum & delicias petulanter properat, ac secundum voluptates iterum ad operas & quæstus detruditur, non sinit naturam accipere, qua maxime opus habet, sedatam & tranquillam constitutionem: cæterum de statu eam suo dimouet propter inæqualitatem solicitatque. Enimuero qui sapiunt, hi nequaquam sudanti offerunt voluptates corpori. Neq; enim vllo modo ista flagitant aut meminerunt eorum: quod mentem intentam habeant actionis honestati, animique titillationem aut industriam aliis desideriis offuscent. Nam Epaminondā quod ferunt ioco dixisse de viro forti, qui quo tempore pugnatum est in Leuctris, ex morbo interiit: Papæ qui vacauit illi tam multis in negoeiis fato fungi? id vere dicas de viro, qui in actu publico vel in cōmentatione philosophica est occupatus: Quod ociū huic homini est, vt crudo esse ei nunc liceat, vel crapulari vel helluari. Postquam rursus negocia de manib. deposuerunt, corpus tradunt quieti, & interquiescere id faciunt, labores steriles & multo magis voluptates parum necessarias vt naturæ infestas declinantes & defugientes. Equidem Tiberium Cæsarem dixisse accepi hominem sexaginta annis maiorem, qui manum medico porrexisset, ridiculum esse. Mihi vero dictum hoc videtur arrogantius: sed verū esse illud, debere vnumquemque neque proprii modi pulsus sui rudem esse: Singulis enim diuersi sunt, neque imprudentem temperaturæ, quam habeat caloris vel siccitatis corpus: nec quæ proficere ei, aut quibus solet offendi. Siquidem hoc qui discit ab alio, atque a medico percontatur, æstate an bruma rectius valeat, ac humidane an arida sibi magis accommodata sint, pulsumque natura frequentem rarum ne habeat, is hospes est apud semetipsum, cæcusq; inhabitat

in corpore & surdus. Nã operę est ista scire: quod facere facile valemus: Nempe assidue explo-ramus & vna sumus. Epularum vero & poculorum frugifera potius quam delectabilia cogno-scere conuenıat, potiusque explorata habere ea, quæ amica stomacho quam quæ inimica sunt: item quæ concoctionem non conturbant, quam quę gustum impense titillant. Quando requi-rere à medico, quæ concoctu sibi morosa vel facilia sint: quæue aluum astringant, vel molliant, non est, quam rogare, quid dulce, quid amarum, quid austerum, minus infame. Nunc vero con-ditores & instructores conuiuiorũ castigant perite diiudicantes, vbi plus satis ex dulci vel salso vel austero additum est: cum interim ipsi, quid corpori mistum leue erit & innocuum & vtile, ignorent. Hinc in condiendo iure non frequenter apud illos peccatur: cum interim semetipsi quotidie condientes peruerse & male multum negocii medicis præbeant. Ius enim, quod dul-cissimum est, non habent pro commendatissimo, cæterum amaris id etiam & acribus interpo-lant. At in corpus voluptates ingerunt affatim multiplices, partim ignari, partim immemores salubribus naturam & conducibilibus accommodare delinimentum omnis exors molestiæ & pœnitentiæ. Cæterum eũ hæc memoria tenenda sunt, quæ conueniunt & congruunt corpori, tum contra in tempestatum vicibus circumstantiisque aliis consentaneam cuique adaptare vi-uendi rationem sciendum. In quas enim anxiæ sedulitatis & illiberalitatis incurrit vulgus of-fensiones in colligendis frugibus ac seruãdis operose, vigiliisq; & circumcursitationibus, dum explorant an corpus intus marcidum & vitiosum sit: non est verendum, ne hæ studiosis & poli-ticis, ad quos nobis hic institutus est sermo, contingant: verum sedulitas his defugienda in lite-ris & disciplinis acrior est alia, à qua proiicere at que negligere corpus cõpelluntur: quod sæpe-numero non recolligant confectum, sed insuper, vt mortale cum immortalibus, terrigenum cum cœlestibus decertet & luctetur, cogant. Atqui bos conseruo suo camelo, qui parte oneris cum subleuare nolebat: Tu vero, inquit, & me & omnia hæc breui portabis, quod mortuo eo contigit. Haud aliter accidit animo, qui dum paululum laxare & remittere abnuit corpus las-sum, quod id requirit, mox febre aliqua aut vertigine ingruente, dimissis libris, disputationibus & studiis vna cum illo ægrotare & laborare compellitur. Recte igitur præcepit Plato, ne cor-pus absque animo, neque absque corpore agitemus animum: cæterum vt quasi bigæ medium quoddam libramentum retineamus: potissimum autem quando animo se præbet corpus in opera & sudoribus socium, summam curam & refocillationem ei adhibeamus, præclaramq; & amabilem sanitatem rependamus, arbitremurque bonorum, quæ confert, dare id optimum, quod ad virtutis cognitionem atque ad vsum in sermonibus & rerum actibus se præbeat obse-quens.

Vtrius maior vtilitas aquæ an ignis sit.

A QVA eminet præ cunctis sed aurum velut
Ignis coruscans:

inquit Pindarus. Ita secundas hic igni tribuit manifeste: cui suffragatur Hesiodus, qui ait:

Reuera primum chaos extitit.

Plærisque enim hanc appellationem tribuisse videtur quæ παρὰ τὴν χύσιν, id est, à fusione. Cæte-rum authoritas vtrinque testium par. Quando ignem sunt, qui vniuersitatis affirment prin-cipium esse, ac seminis instar eum ex se omnia procreare, cunctaque ex conflagratione mundi in se recipere. Verum abeamus à testibus, & rationes vltro citroque, vtræ magis impellant nos, expendamus. Nunquid igitur vtilius est illud, quo semper & contineter indigemus & plurimo sicut instrumento & organo, & nimirum amico, qui omni hora & tempore est omni præsto & paratus? Atqui ignis non commodat assidue, imo respuimus aliquando eum & ab or remus ab eo. Aquæ vero hyeme & æstate, in secunda & aduersa valetudine, nocte atque die vsus est: neque est vnquam, quin eam homo desideret. Et nimirum vocant defunctos ἀλίβαντας, qua-si exuccos, id est, humiditatis indigos, atque proinde vita orbatos. Iam absque igne aliquan-do substitit, citra aquam nunquam homo. Quandoquidem quod à primo fuit atque vna cum exordio mortalium, id commodius sit post inuento. Siquidem liquet illud quasi pernecessa-rium esse à natura subministratum, hoc à superfluo vsu, forte, & commento repertum. Atque hoc de aqua haud dicas, quando non fuit hominibus, neq; vllus memoratur deorũ vel heroum eius inuentor. Pene enim cum natis extitit, authorque fuit ortus nostri. Ignis vsus heri, vt aiunt, & nudiustertius à Prometheo est inuentus. Ante sine igne, non sine aqua viuebatur. Quod commentum arguit huius memoriæ vita haud esse poëticum. Sunt enim hominum nationes certæ, absque igne quæ vitam degunt, domo carent & penatibus, ac sub dio agunt. Et

vero

vero Cynicus Diogenes minime vsurpauit ignem: Itaq; etiam cum viuum polypodem sorbuisset: Sic, inquit, pro vobis amici adimus intrepide periculum. Citra aquã neq; honestum existimauit quisquam viuere, neq; naturam id ferre. Sed quid in persequenda hominum natura sum verbosus, multa cum in promptu sint, imo infinita genera animantiũ, inter quæ hominis pene vnum vsum nouit ignis? Reliqua viuunt pascunturq; citra ignem, vitamq; tolerant pascentes, volantes, repentes ex radicibus, frugibus, carnibus sine igne: citra aquam nec aquaticum nec terrestre, nec volucre. Etenim animantium carniuora quotum quædam tradit non bibere Aristoteles, reuera liquoris vsu pascuntur. Sit ergo vtilius hoc, quo sine nulla vitæ natura consistit vel durat. Transeamus ab vtentibus ad ea, quibus vtimur, plantas & fructus. Horum partim calidi prorsus nõ sunt consortes, partim admodum parce & obscure. Enimuero humifica natura germinantibus suppeditat omnibus incrementum & fœturam. Quid autem recensebo vinum oleum, & cætera quæcunque vindemiamus, mulgemus, cernimusq; præ manibus posita? Quãdo vel triticum, quod apparet esse aridi nutrimenti, conuersione, putrefactione, & diffusione gignitur liquoris. Iam etiam cõducibilius est, quod nunquam lædit. Atqui ignis facile est pestilentissimus, aquæ nunquã nocua indoles. Quid, quod ex duobus est commodius, quod parabilius est, & citra apparatum vllum vsum suum præstat. Ignis vsus impensam requirit & materiam. Quapropter fruuntur plus eo diuites quam paupetes, reges quã priuati. Aqua vero hanc quoque habet benignitatem, quod æquabilis & par omnibus sit. Neq; enim requirit organa vel machinamenta, nullius est indigum, sed sua sponte plenum bonum. Adhæc quod multiplicatum effundit profectum, est sterilius. Eiusemodi ignis est, vt belua vorax, sumptu materiæ, cõmento & arte potius atque mediocritate quam per se fructuosior: nunquam vero horrenda aqua. Præterea quod alterius societatem admittit, est vtilius. Atque ignis quidem nunquam recipit humorem, neq; eius consortio vsum præbet: contra est aqua adiuncto igne conducibilius. Nam aquæ calidæ sunt medicinales & ad opitulandum efficaces. Porro ignem humentem haud inuenias: aqua vt frigida, ita calida homini proficit. Adde quod inter quatuor elementa aqua ex seipsa quintum quasi elementum peperit mare, nihilo secius quam illa frugiferum, cum aliis de causis, tum commercii gratia. Ac feram quidem vitam nostram insocialemque hoc elementum coniunxit plenamque effecit, corrigẽns eam mutuis subsidiis, commutationibusque consortium moliens & necessitudinem. Porro Heraclitus: Nisi Sol, inquit, esset, nox esset. Licet autem dicere, nisi foret mare, omnium implacidissimum animal & asperrimum esset homo. Nunc vero hoc ab Indis vitem Græcis, ex Græcia fructuum commoditatem transmarinis nationibus per æquor tribuit, ex Phœnicia obliuionis monimenta literas. Inuexit vinum & frugem, vindicauitque ab literarum inscitia maximam humani generis partem. Qui ergo nõ sit aqua, quæ elemento excedit vtilior? An vero hinc argumentum in contrarium sumas? quod elementa Deo quatuor vt artifici ad vniuersitatis opificiũ suppeditent. Quæ cum sint inter se diuersa: ex his terra & aqua materiæ subiectæ vice funguntur & formantur, accipiuntque compositum statumque ordinem, vim etiam genitalem & fœtificam, prout impertitũ iis ab aliis fuerit: spiritus vero & ignis fictorum & molitorum: iacenteſq; turpidæ tunc excitantur ad fœturam. Iam ex his duobus dominatum & principatum ignis obtinet: Id liquet ex hac inductione. Terra enim sine substantia tepida, sterilis, & effœta est. Ignis effluens & diffundẽs ciet gliscentia ad generãdum. Neque causam inuenias vllam, cur infœcunda saxa atque arida montium sunt, nisi quod ignis aut omnino aut pene sint expertes. Breui tantum abest, vt tuendis vel edendis per se sufficiat aqua aliis: vt illi ipsi ignis sit penuria pernicialis. Vegetat enim calor vnumquodque in sua natura, atque in propria substantia, sicut cætera ita aquam tuetur: quo recedente & emarcescente tabescunt: atque mors est aquæ & interitus desiderium caloris. Quippe palustres aquæ & stagnantes, atque aliquæ in recessibus inclusæ in viis malignæ sunt, ac tandem computrescunt, quod prorsus vacent motione: quæ calorem in singulis excitando conseruat in iis maxime, quę deferuntur & labuntur, aquis: quod agitatione calor retineatur. Ita etiam appellamus ac dicimus viuere. Quomodo igitur non sit ex duobus vtilissimum, quod causam alteri, vt existat, præbuit, vt ignis aquæ. Iam cuius in totum migratione interit animans, hoc vtilissimum est. Constat enim id, quo priuatum esse non possit, etiam cum esset, eã sam huic præbuisse. Atqui suppeditat vel extinctis humiditas, neq; ex toto exhauritur. Alioqui non computrescerent corpora humida: cum putredo sit in humidum ex sicco conuersio, vel potius humorum in carne corruptio. At mors non est aliud quam caloris omni ex parte defectio. Algidissimi proinde sunt exanimes: vt etiam aciem si tentes nouacularum his admouere, obtuderint eam ex effuso rigore. Adeoq; ipso in animante, quæ minime compotes ignis sunt, his sensus est hebetior: ceu ossa, crines, & quæ à corde sunt remotiora. Nam fere diuersitas plus & minus sentientium ex ignis præsentia existit. Plantas namq; & fructus non mador, sed calidus fundit mador. Quippe aquæ algidæ minus aut nulla ex parte feraces sunt. Et quidẽ si aqua sua sponte foret fœcũda, semper

 & per

tudinem, philosophis improperandum, quod terminos transcenderint: verum ita demum, si non putent, nisi semel eos sustulerint, quasi vna in regione promiscue debere se tecta studia colere, sectantes in disputando pariter quod iucundum & necessarium sit. MOSCH. At Glaucum Zeuxippe missum faciamus, qui pro supercilio suo esse vult absolutus, neq; requirere philosophiam. Tu vero dicta nobis explana omnia, atq; prima, nisi molestum est, illa, quæ non plane serio ostendisti allata exagitasse Glaucum. ZEVXIP. Ferebat amicus ille noster audisse ex quopiam se, qui diceret manus habere semper calidas, nec sinere vt algeant, non parum ad secundam valetudinem referre: contra artuum frigorum rigorem, dum cogit ad interiora calorem, velut familiaritatem aliquam & assuetudinem febris inducere. Quod si fotas torquendo cum calore trahat dispensetq; materiam in omnes partes, id firmandæ esse valetudini: quando cum manibus incumbimus easq; adhibemus, motionem ipsam huc applicamus, teporemq; continemus. Cæterum quando ab his operibus feriamur, minime esse admittendum, vt ad extremas partes frigus accedat Atq; hoc vnum fuit ex illis, quæ in iocum versa sunt. Alterum, ni fallor, de cibis quos offertis laborantibus. Ea attingere ac degustare interim monebat, vt nos his integri assuefaciamus quo non puerorum more tremamus atq; auersemur rationem illam victus, verum appetentiæ sensum familiarem reddamus & domesticam, ne ab istis cibis in ægritudine ceu à medicamentis abhorreamus. ne si quando cibum simplicem nullo adhibito pulmento vel condimento capimus stomachemur. Quapropter nec esse declinandum, illoti vt accedamus ad mensam: nec vt aquam potemus cum adsit vinum: neq; calidam æstate, si parata nix sit. Ac gloriosas insolentesq; missas faciendas istorum abstinentias, & ex abstinendo iactantias, verum debere nos apud nosipsos tacitos ad vtilitati patendum cum facilitate parare stomachum, atque detrahere etiam multo ante animo anxiam circa hæc in morbis scrupulositatem lamentationemq;, ne magnis se ex voluptatibus & deliciis in ignauum & sordidum coniectum victum eiuler. Siquidem recte est dictum: Vitam delige optimam, efficiet tibi consuetudo eam iucundam: & sigillatim vt vnumquodq; exploranti ex vsu est: præsertim victum oportet & corporis curam in optima valetudine ita comparare consuetudine, vt placida naturæ vt assueta & familiaris sit: memoriaq; tenendum ea, quæ accidant nonnullis, & quæ faciant in aduersa valetudine stomachantes & frementes, quando aqua calida apponitur, aut sorbitio, aut panis: execrantesq; & aspernantes hæc iuxta atq; illos, qui ad ea ipsos compellunt. Porro non paucis fuit balneum exitio, cum initio non multum mali haberent, nisi quod non valerent neque sustinerent illoti cibum gustare, in quibus Titus Imperator fuit, vt ferunt ii, qui ægro ministrauere. Ad hæc relatum id quoq; fuit, vt quodq; maxime est parabile, ita corpori esse saluberrimum: Potissimum autem vitandam ingluuiem, ebrietatem, popinationem festum celebraturis, aut amicis epulum præbituris, aut inuitatum iri se expectantibus ad Imperatoris aut præsidis conuiuium vel circumcompotatio, quam subterfugere non liceat: vt ceu vento & procella ingruente expeditum corpus & agile in serenitate parent. Operosum est enim in conuiuiis & inuitationibus assuetam suam temperantiam retinere, nisi omnibus velis cum nimia toruitate odiosus & importunus haberi. Ne igitur ignis igni, quod aiunt, gula gulæ, crapula crapulæ addatur, quod lusum à Philippo fuit vrbane, sedulo est imitandum. Res autem fuit huiusemodi. Quidam eum* ruri, paucis comitatum ratus, ad cœnam inuitauit: inde cum videret magnam cateruam secum trahentem, perculsus fuit. Quod sentiens Philippus admonuit per internuncium singulos amicos, vt placentæ locum relinquerent. Id illi cum crederent & expectarent, ferculis appositis parcebant. Ita affatim cœnæ omnibus fuit. Pariter præparate nos debemus ad necessarias compotationes: vt pulmento, bellariis, & vero etiam ebrietati locum in corpore reseruemus, vegetamque ad ea & auidam appetitionem ducamus. Quod si eiusemodi necessitas repente graues nos & male affectos deprehenderit, quod adsint præsides vel hospites interuenerint, vt præ rubore ad conuiuium commeandum sit cum firmis & cum iis compotandum: ibi vero armatum esse oportet te aduersus eum, qui magnopere incommodat hominibus pudorem & immodicam erubescentiam, vsurpantem hoc tragici Creontis:

Præstat mihi te nunc hospes offendere,
Tibi quam obsecundantem post ingemiscere.

Quippe metuentem, ne inciuilis habearis, in pleuritim te ipsum vel phrenitim præcipitare hominis vere inciuilis est menteq; carentis & ratione, qua valeas & sine calice & gulæ irritaméto contubernium habere cum hominibus. Nam deprecatio, si dextre & vrbane adhibeatur, non est minus quã circumcompotatio grata, & si, cum cõuiuium præbes sicut sacrificium illibatum, ipse temperes eo, atq; inter pocula & super mensam hilariter & festiue ioceris, & dicta in te cõiicias, habeberis quam vinolentiæ & ingluuiei socius iucundior. Meminit ex vetustate Alexandri, qui à magna potatione denegare erubuit Midio inuitanti & coniicienti ipsum denuo in vinum, vnde periit: ex nostra memoria Rigli pancratiastæ, qui vocatus summo diluculo à Tito Cæsare

*Alii, indigena.

Cæsare in balneum, venit lauitq; cum eo: atq; postquam semel bibit, vt fama est, correptus apoplexia, extemplo expirauit. Hæc nobis cum risu Glaucus vt puerilia obiiciebat. Reliquorum non fuit cupidus audiendi, neq; nos illi exponendi: neq; considerauit quodque dictum. Primus Socrates, cum cauendum præcepit à dapibus, quæ non esurientes ad vescendum inuitant, & à potionibus, quæ ad potandum non sitientes: non semel horum vsu interdixit, sed vti, vbi opus sit, docuit, atque vt delicias horum ad necessitatem redigamus: sicut illi qui in ciuitatibus pecuniam theatralem conuertunt in stipendium. Nam quod sua sponte oblectat, id quatenus pars alimēti est, hactenus est familiare: debemusq;, dum esurimus, frui necessariis aut suauibus: seorsum autem non irritare relictis promiscuis nouas appetentias. Nam vt ipsi Socrati exercitium erat non iniucundum saltatio: ita cui bellaria & secundæ mensæ cœna sunt & cibaria, hic offenditur minus. At vbi quod satis sit naturæ, acceperis teque expleueris: ne ista rapias, summopere cauendum Nec vero secus ineptiæ & ambitio quam illecebræ horum & opinatio declinanda. Quippe dum subinde nos illæ inducunt, vt præter famem quibusdam vescamur & bibamus citra sitim: sane quam illiberales & importunas opiniones subiiciunt, quasi non frui absurdum sit re rara & exquisita, cuius copia est, ceu sumine vel mugilibus Italicis vel placenta Samia vel niue in Ægypto. Hæc enim pelliciunt nimirum sæpe, vt rebus celebratis & insolentibus vtamur, inani gloria quasi nidore impulsi, corpusq; cum id non requirat, particeps esse cogimus: quo narrare id ipsis liceat aliis ac beatis haberi: quod frui ipsis contigerit adeo caris & exquisitis. Perinde mouentur in nobiles mulieres. Cum propriis enim identidem & formosis & amantibus si concubent, quietem agunt. Phrynæ vero & Laidi mercedem pensitantes, licet corpore male & ad Venerem sint ignauiter comparati, excitant ex ostentatione simul & prouocant ad voluptatem libidinem. Vnde dicebat ipsa Phryne iam anus, pluris gloriæ causa distrahere fecem suam. Est vero res magna & inter exempla, si quas recipit necessario natura delicias, permittentes eas corpori: & magis si plerunque ipsis in rebus ei repugnantes & producentes atque prorsus ægre necessitatibus eius suppeditantes, aut vt ait Plato titillanti atque vrgenti morigerantes integri discedamus. At inuicem à descendentibus ex animo in corpus cupiditatibus, quæ subigant ipsius obsequi & inseruire motibus, non potest fieri quin grauissimæ noxæ & maximæ in elanguescentibus & exolescentibus voluptatibus in corpore relinquantur. Hoc vero est supra omnia cauendum, ne animi æstu ad illebras corpus pellamur. Fit enim contra naturam ipsum exordium. Ac quomodo axillarum titillationes non genuinum neque placidum vel iucundum præbent animo risum, verum spasmo assimilem ac molestum: ita etiam quæcunq; extimulatum ab animo protelatumque accipit corpus delinimenta, infesta turbulenta, atque ab natura sunt remota. Vbi ergo rara aliqua lautitia aut celebrata erit oblata, in temperando ab iis potius quam in fruendis exultabimus memores, sicut dicit Simonides, nunquam se, quod tacuisset, pœnituisse: sed quod locutus fuisset, sæpe: ita nunquam reiecti pulmentarii nos pœnitentiam subisse, neque quod loco Falerni aquam potauerimus: sed contra non tantum non vis adhibenda naturæ est, verumetiam, si quærenti eiuscemodi quid apponatur, erit subinde vsus gratia & meditationis ad tenuia & consueta appetentia detorquenda:

Si violandum est ius, inquit Thebanus ille, non sane recte, *regnandi gratia*
Est violandum.

Nos rectius: Si seruiendum gloriæ est in talibus, continentia præstat ad corporis tempestiuitatem. Enimuero hiantes sordes adigunt nonnullos, qui cupiditates frenant domi & constringunt, explere se & frui apud alios exquisitis epulis quasi ex hostico effuse frumentētur: inde affecto discedunt corpore, ac mercedem insatiabilis auiditatis cruditatem referunt. Quare Crates, qui innasci in ciuitatibus potissimum ex deliciis & luxu arbitrabatur seditiones & tyrannides, per iocum monebat, ne præ lenticula semper augendo patinam in seditionem nos conicias. Tu vero tibi ipsi subiicias, ne præ lenticula augendo semper patinam, neque semel nasturcium & oleam transuolando ad farcimen & piscem in seditionem ex ingurgitatione corpus & in tumultum fluoremque alui coniicias. Namque cibaria viliora in modo naturali appetentiam retinent. At popinarum commenta & architectorum eiuscemodi, operosæq; hæ cupediæ atque ingeniosa commenta, vt est apud Comicum, terminos voluptatis semper promouent longius, & id, quod conducit, prætereunt. Atq; haud scio, qui fiat, vt cum mulieres, quæ amatoria veneficia in viros & pręstigias struant, execremur ac respuamus: cū mercenariis & seruis permittamus cibos & pulmenta tantum non pręstigiis & veneficiis fascinare. Quod si dictum videbitur amarius in mœchos & lasciuos Arcesilai, nihil referre auersus an aduersus cinædus sis, quadret tamen huic loco. Quid enim interest, ad voluptates satyriis adhibitis libidinem cieas & concites, an nidoribus & condituris stimules palatum: vt ceu membra scabiosa scalptu semper & titillatione indigeant. Verum alias fortassis aduersus voluptates agemus, ac quam bona per se

demittere. Quippe si subest quid securitas & incontinentia offendent: si nihil, non offenderis, quod corpus contractum & redditum sit mundius. Enimuero ille, qui adeo est puerilis, vt apud amicos suos & domesticos ex ingluuie vel crapula laborare se vereatur detegere, dum fateri eũ hodie cruditatem pudet, fatebitur cum pudore cras destillationem aut febrem aut tormina. Summum probrum ducis inopiam ferre: lõgc turpius cruditatem, grauitatem, atq; ex popinatione pondus corporis, quod in balneum sicut in pelagus putridum nauigium & timosum trahitur. Vt n. nonnulli, qui nauigãt, in littore hærere exorta tempestate verentur, inde postquam in altum prouecti sunt, vociferantur & nauseant: perinde, cum suspectũ aut prænunciũ morbi affectũ corpus habet, qui vnũ diem lecto se tenere & non apponere mensam, infame ducunt:
10 hi fœdissime multos dies decumbunt, dum purgantur & cataplasmata ferunt blandientes & colentes medicos dum vinum poscunt aut frigidam: importunaq; & indigna multa agere & loqui ex dolore & metu sustinent. Atqui decet quidem eos, qui voluptatum causa imperare non valent sibi, sed succumbunt libidinibus atq; auferuntur ab eis, discere & subiicere sibi plurimum sumere ex corpore voluptates. Atq; vt acetum & salem subministrant Lacones coquo, reliqua ex hostia quærere iubent: sic in corpore sunt cõdimenta cibi optima, quæ sano & puro exhibẽtur. Siquidem dulce & opiparum extra ista quidem & seorsum sunt, delectabile vero solet fieri in corpore vel cum corpore, quod delectatur, si naturæ conuenienter habet. At in languentib: & crudis & male affectis, gratiam suam & iucunditatem amittunt omnia. Itaq; noli piscem an recens, vel panem an purus, vel balneum an calidum, vel meretricem an sit speciosa, spectare: ve-
20 rum temetipsum, num fastidiosus, num fluctuans, num marcidus, num turbatus. Alioquin sicut in domum lugubrem irrumpunt comessatores, non hilaritatem aut voluptatem excitant, sed mouent eiulatum: Perinde Venus, opsonia, balnea, vinum corpori permista male & præter naturam affecto perturbatis & labefactatis pituitam & bilem mouent, infestant eos, magisq; peruertunt: oblectamenti vero nihil admodum. nec quicquam grati, vt expectauimus, adferunt. Porro victus ratio nimis arguta & ad vnguem, vt dicitur, seruata cum corpus consternatum reddit, & omni discrimini opportunum, tum animum gestientem frangit: quod ad omnes res omnemq; non secus in voluptatibus quam doloribus occupationem & actionem trepidet, neq; quicquam fidenter & animose aggrediatur. Est vero vt velum corpus neq; contrahendum in tranquillo & premendum nimium, neq; eo libere vtendum & solute, si suspicio subsit: sed re-
30 mittendũ, efficiendumq; leue vt sit, sicut memorauimus: neq; operiendæ cruditates & ventris profluuia, neq; æstus & torpores, à quibus nonnulli vix tandem vt à nunciis & viatoribus, quando iam ad limen febris est, perculsi contrahuntur: verum longe ante tempestatem præcauendũ:

Vt promontorium si verberet Boreas.

Absurdum est n. coruorum crocitibus, gallinarum murmure, closmos vocant Græci, & suibus fœni fasciculos raptantibus, vt Democritus ait, sedulo attendere & præsagia capere ventorum & imbrium: corporis motus fluctus, & præcurrentes affectus non percipere & præcauere, neq; indicia habere impendentis & futuræ in se tempestatis. Quare non in victu modo & in exercitationibus obseruandum corpus, num præter morem accedat adhęc oscitanter & socorditer: aut contra num præter consuetudinem sitiulosum & famelicum sit: verumetiam somnus aduer-
40 tendus interpellatus & non placidus, qui inæqualitates habeat atq; interruptiones: & vero etiam somniorum monstra. Namq; si instabiles atq; insolentes sint visiones, humorum affluentiam vel crassitudinem vel spirituum intus iactationes denũciant. Iam etiam animi motus corpus significant in morbum præceps esse. Quippe mœstitiæ & metus tenẽt subinde nulla ex causa liquida, quæ spes nostras repente opprimãt. Adhęc euadunt flagrãtes ira & acres, in mœrõrẽ præcipites, & lachrymas atq; anxii, quando vapores praui & halitus acres coacti sunt & suffusi, vt ait Plato, animi ambitib. Quare consideres oportet, quibus hæc accidant: meminerisque, nisi quid sit spiritale, causam subesse corpoream, quæ reprimenda vel repurganda sit. Sanequam ex vsu est, vt cum inuisis amicos ægrotos, causas ab iis requiras non cauillatorie vel curiose, aggressiones, sanguinis in arterias aberrationes, & communiones garriendo ostentandoque nomi-
50 num & literarum peritiam medicatum: verum translatitia hæc & vulgaria, ne audias supine, humorum affluentiam aut inanitionem, defatigationem, vigiliam, victus rationem præsertim cuius vsu in febrem incidit. Mox sicut Plato in offensionibus solebat alienis recipiens se dicere: Nunquid & ego talis? Ita ex vicinorum erratis componas te, discasque cauere ea, & memineris, ne eodem incurras, neq; ipse in lectum delapsus celebres optesque charam sanitatem: cæterum laborante alio subiicias tibi ipsi, vt sanus sis, magnopere referre: atq; hoc conserues attendendo tibi ipsi, tuiq; rationem habendo. Nec ab re erit obiter etiam nostram ipsorum rationem victus dispicere. Si enim potui vel cibo vel laboribus aliquibus vel inordinatæ alii fuerimus vitæ impliciti, nec corpus suspicionem aut præsensionem vllam præbeat, debemus nihilo secius cauti esse, & ante, vbi ex Venere & fatigationibus discessimus, recreare nos laxamento &

quiete

præcipiendum. Sin autem vt vinculis solutus tractari fuerit morosus, & contendere sit difficile cum ventre, qui auribus vt dixit Cato, caret, cibi propterea reddere enitendũ copiam leniorẽ atque esculenta, quæ solida sunt, & affatim nutriunt, vt caro, caseus, ficus sicci, oua elixa, erunt presse assumenda & attingenda. Est enim ea semper reiicere arduum: Amplectenda vero tenuia & leuia, vt pleraque olera, aues pisces nõ pingues. Licet enim ea mandenti indulgere appetentiæ & corpus non premete. Pręsertim quę ex carnibus existit cruditas refugienda. Namq; cum extemplo grauat impense, tũ reliquias post se prauas relinquit. Atq; ita consuefacere corpus, vt pasci non desideret carnibus, primum sit. Multa namque non tantum ad corpus tolerandũ affluentia, sed & ad delicias & lautitiam edit tellus: quorum partim tibi sua sponte vsũ prębẽt 10 expeditum, partim condita & varie parata ad oblectandum. Cęterum quando consuetudo quodammodo in naturam transit, ne dum non contra naturam est: non sunt carnes luporũ & leonum more ad explendam vorandæ appetitionem, sed munimenti vice & tegumenti cibi ingerendæ, atq; alia esculenta assumenda & pulmenta, quæ & corporis indoli magis conueniant & partem animæ rationalem minus perstringant quasi ex tenui & agili materia subuolantem. Ex liquidis lac non potus vice sumendum, sed cibi firma vi & multum nutriente præditi. Ad vinum vero, quod Euripides ad Venerem, dicendum:

Sis tu mihi sane moderatum poculum,

Nec desis.

Etenim poculentorum commodissimum est, & medicaminum iucũdissimum, pulmentorumq; 20 innocentissimum, si opportunitate potius temperatum quam aqua sit. Enimuero aqua: non tantum ea, qua temperatur vinum, verum etiam quæ per se inter dilutum bibitur, innocentius reddit dilutum. Itaque in quotidiani victus ratione assuescendum ad hauriendum duo vel tria aquę pocula, quę vim reddant vini leniorem & familiarem corpori aquæ potionem: ne si quando ex vsu fuerit, offendaris eius insolentia vel eam respuas. Nam contingit tapi aliquos tũ potissimum ad vinum, cum aquæ potione maxime indigent. Quandoquidem in Sole tosti & contra algentes, & qui feruidius dixerunt qui cogitationib' intensioribus se dederunt, & in summa à lassitudinibus, & luctationibus, quasi natura blandimentũ corpori aliquod flagitet & vicissitudinibus ex laboribus, sorbendum arbitrantur vinum. Natura vero blandimentum, si blandimentum appellas delicias, non postulat: sed conuersionem quærit eam, quæ in medium inter 30 voluptatem & dolorem deducat. Quare in hisce detrahendum & de cibo, vinumque vel semel præcidendum vel sumendum copiosa interim temperatum & dilutum aquæ potione. Quia enim incitatæ est & acris efficaciæ corporis turbines exagitat, exasperatq; grauius & exacerbat partes infestatas, quæ fomenta & lenimenta requirunt: quib. blanditur aqua precipue. Quando si non ex siti, sed alias calidam secundum lassitudines, districtiones, & æstus potauerimus: laxamentum sentimus in visceribus & lenimentum. Quippe est aquæ blanda & mollis humiditas, at illa vini cum impressionem habet ingentem, tum vires affectibus parum placidas & benignas recentibus. Namq; quos ferunt nonnulli induci corpori ab inedia acotes & amarores si formides aut puerorum more ante febris accessionem, quam expectas, non apponere mensam in languore constitutus animi graue existimas, congruum est aquæ potio confinium. Etenim 40 ipsi Libero patri frequenter Nephalia (festũ est, quod citra vinum celebratur) facimus recte assuescentes merum non semper quærere. Mimos & tibiam à re diuina coronamque ex mœrore remouit. Et quidem non offendi vel à coronis vel à tibiis scimus ęgrum animũ. At corpus adeo robustum nullum sit, quod agitatum & æstuans à vino non offendatur. Ac Lydos aiunt in fame, se tolerare sumendo alternis diebus cibo hinc lusu vel alea: nec literatum cultorem Musarumque studiosum, qui pro tempore requirat cœnam tardiorem, digamma quod ad manum est, aut liber aut lyra prædam ventri obiiciet: verum diuertens ille assidue traducensque huc mentem à mensa appetentias vt Harpyias abiget Musis. Si enim tangit subinde inter pocula Scytha arcum, & leuiter neruum pulsat, resolutum ex crapula excitans animum: quid vir Græcus illudentes ipsi, quod literis & libris cupidinem tacite remittat & laxet hiantem & importunam, re- 50 formidabit? Namque adolescentium apud Menandrum, quos captabat inter pocula introducendis formosis & excultis meretricibus leno, quisq; vti memorat, detecto in seipsum capite ex bellariis mandebat refugiens ac timens eas aspicere. Studiosi vero eruditionis honestas & multas & iucundas deflexiones & diuerticula habent, si alia ratione caninam & brutalem appositam mensa appetitionem reprimere nequeant. Aliptarũ autem voces & pædotribarum dicta, qui à literatis inter cœnandũ sermonib. corrumpi perpetuo iactirant alimentum ac caput tentari, tunc extimescenda, cum aut Indum resoluturi, aut loqui super cœnam instituim' de principe. Siquidem cerebrum prædulce quidem esse phœnicis, sed capitis dolorẽ excitare ferunt: dialectica vero super cœnam modo dulciariorum, quæ ex granis mali Punici facta sunt, cum minime grata est palato, tum mire capiti dolorem & fatigationem creat. Quod si quærere nobis

aliud quid vel disputare vel legere, quod cum honesto & vtili illecebras aliquas & oblectamentum habeat, non permittant: dicemus eis, ne molesti sint, sed vt facessant, atque in Xysto hęc & in palæstris sermocinentur apud athletas: quos à libris abductos tempus vsquequaque in dicteriis & vernilitatibus consuefaciendo traducere: ad instar columnarum gymnasii, vt festiue Aristo dicebat, pingues effecerunt & saxeos. Nos vero qui audimus monentibus medicis, vt interstitium semper inter cœnam faciamus & somnũ, nec cum corpus cibo referserimus, spiritumque demerserimus, statim cruda & feruescente concoctionē sagina oneremus: sed respiremus & laxamentum sumamus: vt illi, qui corpus sub cœna mouere volunt, non cursibus, non pancratiis hoc peragunt, verum remissis deambulationibus tripudiisq; concinnis: perinde censebimus nos versandum animum à cœna, non negociis, non solicitudinibus, non concertationibus sophisticis, quæ ad contentionem pomposam & motoriam educuntur: sed quæstiones sunt multæ physicæ faciles & gratæ: multæ etiam narrationes graues, & quæ commentationes habent atque hoc [illegible], id est, cedens tumenti animo, vt inquit Homerus, nec renitens. Iam disputationes de quæstionibus historicis & poëticis non illepide appellauerunt quidā secundas mensas viris literarum & Musarum cultoribus conuenientes. Sunt etiam narrationes nonnullæ iucundæ & fabulæ. Adhæc est aliquid de tibia & lyra audire & dicere, quā lyræ ipsius vocem aut tibiæ iucundius. Modus autem temporis sit, dum alimento conquiescente & consentiente superior & eius victrix concoctio euaserit. Quia vero cœnatorum calorem excitari Aristoteles existimat à deambulatione: à somno vero, si confestim se quieti dent, suffocari: quietē alii concoctioni proficere, contra à motione digestionē arbitrantur interpellari: vnde inducti hi mox à cœna quiescunt, illi inambulant: videtur commode vtrunq; ille assecuturus, qui corpus fouet & ad requiem componit post cœnam, sed animo non torpet neque oscitat statim, verum spiritum vt modo diximus, dispergit leuiter & deducit fabulādo vel audiendo aliquid blandi: quod non mordeat vel fatiget. Vomitus autem & purgationes alui per medicamenta, lenimenta noxia popinationis, nisi magna ex necessitate nō mouendi: sicut vulgus hominum, qui vacuationis gratia explent corpus, & vice versa explendi causa inuita natura euacuant, ingluuie nō minus quam inanitione torquetur. Imo vero tanquam deliciarum vinculo grauantur ingluuie, inanitatemque vt locum semper voluptatibus machinantur. Quippe noxa in hisce aperta est, ac corpus vtrunque conturbat & infestat. Peculiare autem adhæret vomitui malum, quod voracitatem intendat & alat. (Redditur enim fames fluentorum intercisorū modo aspera & turbulenta, rapitque vt cibum, qui semper infester) non appetitionum germanam earum, quæ cibaria quærant: sed inflammationum, quę medicamenta & cataplasmata. Vnde voluptates pręcipites & interfectæ cum multa coniunctæ molestia ipsis in titillationibus eos æstu tentant: distentiones vero & collisiones spiramentorum succedunt, spirituumq; remanent reliquiæ, quæ naturales eductiones nō operiuntur, sed in corporibus fluitant velut in onere grauatis nauibus, quæ leuari, non premi desiderant superfluo. Concitationes vero in inferiore aluo, quæ medicamentis peraguntur corrumpendo & eliquando subiecta redundantiam, quam educunt, reddunt copiosiorem. Sicut itaque si quis Græcorum turbæ vrbanæ pertæsus consuetæ Arabibus vrbem & Scythis frequentauerit aduenis: Haud aliter nonnulli toto cœlo errant: qui vt tetrimenta expellant familiaria & natiua, foris inferciunt in corpus grana quędā Gnidia, scammoniam, aliasque medicinas eximias & feras, quæ potius expurganda sint, quam expurgare naturam queant. Est ergo primum ratione victus moderata & frugali corpus ita parare in explendo & vacuando, vt per se tueri semetipsum valeat, neque aliena egeat ope. Quod si quando vrgeat necessitas, faciendi vomitus sunt citra medicamenta & superuacaneam operositatem non defatigando: verum quatenus declinetur cruditas, statim emittendo placide redundantiam inchoatam. Nam vt vestes lineæ, si smegmate vel sapone lauentur magis quam aqua lotæ in lauando deteruntur: ita excitati medicinis vomitus noxii sunt corporibus eaque labefactant. Quod si consistat aluus, nullum medicamentum conferendum cum certis cibis, qui molliter laxant & irritant soluuntque leniter: quorum & familiare omnibus experimentum est & blandus vsus. Quod si plures dies esse his perseuerauerit contumax: adhibenda aquæ potio aut inedia potius aut clyster, quā infestæ & peruertentes medicinæ: quo aduolat prompte vulgus sicut salaces mulieres: quæ quo impleantur iterum & indulgere liceat libidini, medicamentis conceptum abigentibus & enecantibus vtuntur. Cæterum sunt hi missi faciendi. Qui vero contra nimium exactas statasque atque in orbem recurrentes decretorias interiiciunt inedias, hi parum recte docent naturam, cum ei opus nō sit, cibo indigere astricto ac necessariam facere non necessariam cibi detractionem tempore, quod institutum morem requirit. Præstat namque coercitionibus corporis hisce vti solutis: Vbi vero præsensio nulla nec suspicio subest, reliquam victus rationem, sicut memorauimus, pro re nata semper vicissitudinibus obsecundantem habere, non vni modo vitæ ad certos articulos aut numeros aut orbes assuefactæ

degere

degere mancipatam vel astrictam. Neq; enim fidelis, vel expeditus, vel ciuilis, vel humanus est, sed vel ostrei alicuius vel stipitis vitæ affinis perpetuus ille tenor & coactus in victu, abstinentia morione, quiete: vnde in vmbratilem quandam & segnem vitam solitariamque & insocialem obscuramq; procul à rep. demittunt seipsi contrahuntq;: quod equidē, inquit, haudquaquā ꝓbauerim. Neq; enim sanitate licendum ocium, & inertia. Quippe hæc duo mala præcipue ex omnibus morbis adsunt, nec quicquam interest inter eum, qui indigere sanitatem existimat torpore & quiete: atque illum, qui oculos non videndo, & vocem non loquendo seruat. Siquidem nihilo fuerit ille sanus ad multa humanitatis officia vtilior. Minime igitur salubris ducenda inertia est, si sanitatis finem amittit, neque verum magis sanos eos, qui quietem agunt, esse. Ne-
10 que sane Phocione rectius Xenocrates, vel Theophrastus valuit Demetrio. Nec Epicuro atque eius gregi ad decantatam illam corporis bonam constitutionem actionis cuiusuis & cum gloria coniunctæ fuga profuit: cæterum alia est sedulitate in naturali corp⁹ habitu tuendum. Quippe admittit quælibet vita morbum & sanitatem. Porro politicos contra atq; Plato iuuenes monuit, monendos ait. Ille enim dicere ex schola digrediens solebat: Date operam pueri, vt recte ocium collocetis. Nos vero rempub. gerentibus subiiciamus, labores vt in honesta aliqua collocent & necessaria, non leui aut vili de causa corpus conficiant. Siquidem cōficiuntur complures, qui qualibet de causa sese enecant excubando, oberrando, circumcursitando in nullum vsum honestum: sed dum obtrectant aliis aut inuident, aut cum eis æmulantur, aut gloriam vanam & inanem venantur. His enim dicere Democritum præcipue puto: si disceptet cum
20 animo corpus de damno dato, non fore, vt ille noxæ eximeretur. Dixerit fortasse & Theophrastus vere, cum per metaphorā ait magnam habitationis pensionem soluere corpori animum. Verum tamen plura mala corpus animo, quod ipso parum vtatur rite, neq; conuenientem ipsius gerat curam, accepta fert. Quippe quando perturbationibus, contentionibus & studiis est intentus suis, abutitur corpore. Ac Iason quidem haud scio qua re ductus in paruis oportere dicit iniustum esse, vt in magnis iustus esse queas. At nos merito commoneamus politicū, in minutis vt torpescat, feriętur, & reficiat sese si libet: ne negocia ad præclara confectum corp⁹ habeat, neq; obtusum neq; fatiscēs: sed sicut ex remigando ocio recreatum: quo rursus, si quando ad munera ab animo vocetur,

Vt pullus haud lactatus equi cursum assequi
30 *Queat.*

Quapropter vbi licebit per negocia, colligemus nosipsi, nec somnum inuidentes corpori, nec prandium, nec alleuationem, quæ terminum seruet inter delicias & asperitates medium, quem dum vulgo non seruant, corpus conficiunt commutationibus more tincti ferri: quod vbi intensum vehementer laboribus est, mox voluptatibus immergunt & elidunt immodice: hinc rursus ex lustris & vino remissum & liquidum in forum vel aulam vel negocium, quod curam requirat acrem & vehementem, coniiciunt. Heraclitus enim cum aqua intercute laboraret, medico, vt ex imbribus faceret squallorem, præcepit. At vulgus hominum prorsus delirat: qui si defatigationibus, ærumnis, & inediis sint confecti, tum potissimum corpora tradunt voluptatibus emollienda & dissoluenda: rursusque ex voluptatibus quasi intendunt & distringunt.
40 Quippe huiuscemodi vices haud quærit fieri corpori natura. Verum animi lasciuia & illiberalitas, quæ ex ærumnis nautarum modo ad luxum & delicias petulanter properat, ac secundum voluptates iterum ad operas & quæstus detruditur, non sinit naturam accipere, qua maxime opus habet, sedatam & tranquillam constitutionem: cæterum de statu eam suo dimouet propter inæqualitatem solicitatque. Enimuero qui sapiunt, hi nequaquam sudanti offerunt voluptates corpori. Neq; enim vllo modo ista flagitant aut meminerunt eorum: quod mentem intentam habeant actionis honestati, animique titillationem aut industriam aliis desideriis offuscent. Nam Epaminondā quod ferunt ioco dixisse de viro forti, qui quo tempore pugnatum est in Leuctris, ex morbo interiit: Pape qui vacauit illi tam multis in negociis fato fungi? id vere dicas de viro, qui in actu publico vel in cōmentatione philosophica est occupatus: Quod ociū
50 huic homini est, vt crudo esse ei nunc liceat, vel crapulari vel helluari. Postquam rursus negocia de manib. deposuerunt, corpus tradunt quieti, & interquiescere id faciunt, labores steriles & multo magis voluptates parum necessarias vt naturæ infestas declinantes & defugientes. Equidem Tiberium Cæsarem dixisse accepi hominem sexaginta annis maiorem, qui manum medico porrexisset, ridiculum esse. Mihi vero dictum hoc videtur arrogantius: sed verū esse illud, debere vnumquemque neque proprii modi pulsus sui rudem esse: Singulis enim diuersi sunt, neque imprudentem temperaturæ, quam habeat caloris vel siccitatis corpus: nec quæ proficere ei, aut quibus solet offendi. Siquidem hoc qui discit ab alio, atque a medico percontatur, æstate an bruma rectius valeat, ac humidane an arida tibi magis accommodata sint, pulsumque natura frequentem rarum ne habeat, is hospes est apud semetipsum, cæcusq; inhabitat

in corpore & surdus. Nã operę est ista scire: quod facere facile valemus: Nempe assidue exploramus & vna sumus. Epularum vero & poculorum frugifera potius quam delectabilia cognoscere conueniat, potiusque explorata habere ea, quæ amica stomacho quam quæ inimica sunt: item quæ concoctionem non conturbant, quam quę gustum impense titillant. Quando requirere à medico, quæ concoctu sibi morosa vel facilia sint: quæue aluum astringant, vel molliant, non est, quam rogare, quid dulce, quid amarum, quid austerum, minus infame. Nunc vero conditores & instructores conuiuiorũ castigant perite diiudicantes, vbi plus satis ex dulci vel salso vel austero additum est: cum interim ipsi, quid corpori mistum leue erit & innocuum & vtile, ignorent. Hinc in condiendo iure non frequenter apud illos peccatur: cum interim semetipsi quotidie condientes peruerse & male multum negocii medicis præbeant. Ius enim, quod dulcissimum est, non habent pro commendatissimo, cæterum amaris id etiam & acribus interpolant. At in corpus voluptates ingerunt affatim multiplices, partim ignari, partim immemores salubribus naturam & conducibilibus accommodare delinimentum omnis exors molestiæ & pœnitentiæ. Cæterum cũ hæc memoria tenenda sunt, quæ conueniunt & congruunt corpori, tum contra in tempestatum vicibus circumstantiisque aliis consentaneam cuique adaptare viuendi rationem sciendum. In quas enim anxiæ sedulitatis & illiberalitatis incurrit vulgus offensiones in colligendis frugibus ac seruãdis operose, vigiliisq; & circumcursitationibus, dum explorant an corpus intus marcidum & vitiosum sit: non est verendum, ne hæ studiosis & politicis, ad quos nobis hic institutus est sermo, contingant: verum sedulitas his defugienda in literis & disciplinis acrior est alia, à qua proiicere atque negligere corpus cõpelluntur: quod sæpenumero non recolligant confectum, sed insuper, vt mortale cum immortalibus, terrigenum cum cœlestibus decertet & luctetur, cogant. Atqui bos conseruo suo camelo, qui parte oneris eum subleuare nolebat: Tu vero, inquit, & me & omnia hæc breui portabis, quod mortuo eo contigit. Haud aliter accidit animo, qui dum paululum laxare & remittere abnuit corpus lassum, quod id requirit, mox febre aliqua aut vertigine ingruente, dimissis libris, disputationibus & studiis vna cum illo ægrotare & laborare compellitur. Recte igitur præcepit Plato, ne corpus absque animo, neque absque corpore agitemus animum: cæterum vt quasi bigæ medium quoddam libramentum retineamus: potissimum autem quando animo se præbet corpus in opera & sudoribus socium, summam curam & refocillationem ei adhibeamus, præclaramq; & amabilem sanitatem rependamus, arbitremurque bonorum, quæ confert, dare id optimum, quod ad virtutis cognitionem atque ad vsum in sermonibus & rerum actibus se præbeat obsequens.

Vtrius maior vtilitas aquæ an ignis sit.

AQVA eminet præ cunctis sed aurum velut
Ignis coruscans:

inquit Pindarus. Ita secundas hic igni tribuit manifeste: cui suffragatur Hesiodus, qui ait:

Reuera primum chaos extitit.

Plærisque enim hanc appellationem tribuisse videtur quæ παρὰ τὴν χύσιν, id est, à fusione. Cæterum authoritas vtrinque testium par. Quando ignem sunt, qui vniuersitatis affirment principium esse, ac seminis instar eum ex se omnia procreare, cunctaque ex conflagratione mundi in se recipere. Verum abeamus à testibus, & rationes vltro citroque, vtræ magis impellant nos, expendamus. Nunquid igitur vtilius est illud, quo semper & continẽter indigemus & plurimo sicut instrumento & organo, & nimirum amico, qui omni hora & tempore est omni præsto & paratus? Atqui ignis non commodat assidue, imo respuimus aliquando eum & bh or remus ab eo. Aquæ vero hyeme & æstate, in secunda & aduersa valetudine, nocte atque die vsus est: neque est vnquam, quin eam homo desideret. Et nimirum vocant defunctos ἀλίβαντας, quasi exuccos, id est, humiditatis indigos, atque proinde vita orbatos. Iam absque igne aliquando substitit, citra aquam nunquam homo. Quandoquidem quod à primo fuit atque vna cum exordio mortalium, id commodius sit post inuento. Siquidem liquet illud quasi pernecessarium esse à natura subministratum, hoc à superfluo vsu, forte, & commento repertum. Atque hoc de aqua haud dicas, quando non fuit hominibus, neq; vllus memoratur deorũ vel heroum eius inuentor. Pene enim cum natis extitit, authorque fuit ortus nostri. Ignis vsus heri, vt aiunt, & nudiustertius à Prometheo est inuentus. Ante sine igne, non sine aqua viuebatur. Quod commentum arguit huius memoriæ vita haud esse poëticum. Sunt enim hominum nationes certæ, absque igne quæ vitam degunt, domo carent & penatibus, ac sub dio agunt. Et

vero

vero Cynicus Diogenes minime vsurpauit ignem: Itaq; etiam cum viuum polypodem sorbuisset: Sic, inquit, pro vobis amici adimus inrrepide periculum. Citra aquã neq; honestum existimauit quisquam viuere, neq; naruram id ferre. Sed quid in persequenda hominum natura sum verbosus, multa cum in promptu sint, imo infinita genera animantiũ, inter quæ hominis pene vnum vsum nouit ignis? Reliqua viuunt pascunturq; citra ignem, viramq; tolerant pascentes, volanres, repentes ex radicibus, frugibus, carnibus sine igne: citra aquam nec aquaricum nec terrestre, nec volucre. Etenim animantium carniuora quorum quædam tradit non bibere Aristoteles, reuera liquoris vsu pascuntur. Sit ergo vtilius hoc, quo sine nulla vitæ natura consistit vel durat. Transeamus ab vtentibus ad ea, quibus vtimur, plantas & fructus. Horum partim ea-
10 lidi prorsus nõ sunt consortes, partim admodum parce & obscure. Enimuero humifica natura germinantibus suppeditat omnibus incrementum & fœtutam. Quid autem recensebo vinum oleum, & cætera quæcunque vindemiamus, mulgemus, cernimusq; præ manibus posita? Quãdo vel triricum, quod apparer esse aridi nutrimenti, conuersione, putrefactione ; & diffusione gignitur liquoris. Iam etiam cõducibilius est, quod nunquam lædit. Atqui ignis facile est pestilentissimus, aquæ nunquã nocua indoles. Quid, quod ex duobus est commodius, quod parabilius est, & citra apparatum vllum vsum suum præstat. Ignis vsus impensam requirit & materiam. Quapropter fruuntur plus eo diuites quam pauperes, reges quã priuati. Aqua vero hanc quoque habet benignitatem, quod æquabilis & par omnibus sit. Neq; enim reqdirit organa vel machinamenta, nullius est indigum, sed sua sponte plenum bonum. Adhæc quod multiplicatum
20 effundit profectum, est stetilius. Eiuscemodi ignis est, vt belua vorax, sumptu materiæ, cõmento & arte porius arque mediocritate quam per se fructuosior: nunquam vero horrenda aqua. Præterea quod alterius societatem admitrit, est vtilius. Atque ignis quidem nunquam recipit humorem, neq; eius consortio vsum præbet: contra est aqua adiuncto igne conducibilus. Nam aquæ calidæ sunt medicinales & ad opitulandum efficaces. Porro ignem humenrem haud inuenias: aqua vt frigida, ita calida homini proficit. Adde quod inter quatuor elementa aqua ex seipsa quintum quasi elementum peperit mare, nihilo secius quam illa frugiferum, cum aliis de causis, tum commercii gratia. Ac feram quidem vitam nostram insocialemque hoc elemenrum coniunxit plenamque effecit, corrigens eam mutuis subsidiis, commutationibusque consortium moliens & necessitudinem. Porro Heraclitus: Nisi Sol, inquit, esset, nox esser. Licet au-
30 tem dicere, nisi foret mate, omnium implacidissimum animal & asperrimum esser homo. Nunc vero hoc ab Indis vitem Græcis, ex Græcia fructuum commoditatem rransmarinis nationibus per æquor tribuit, ex Phœnicia obliuionis monimenta literas. Inuexit vinum & frugem, vindicauitque ab literarum inscitia maximam humani generis partem. Qui ergo nõ sit aqua, quæ elemento excedit vtilior? An vero hinc argumenrum in contrarium sumas? quod elementa Deo quatuor vt artifici ad vniuersitatis opificiũ suppeditent. Quæ cum sint inter se diuersa: ex his terra & aqua materiæ subiectę vice funguntur & formantur, accipiuntque compositum statumque ordinem, vim etiam genitalem & fœtificam, prout impertitũ iis ab aliis fuerit: spiritus vero & ignis fictorum & molitorum: iacentesq; turpidæ rune excitantur ad fœturam. Iam ex his duobus dominatum & principatum ignis obtinet: Id liquet ex hac inductione. Terra enim sine
40 substantia tepida, sterilis, & effœta est. Ignis effluens & diffundẽs cietglisčentia ad generãdum. Neque causam inuenias vllam, cur infœcunda saxa atque arida montium sunt, nisi quod ignis aut omnino aut pene sint expertes. Breui tantum abest, vt ruendis vel edendis per se sufficiat aqua aliis: vt illi ipsi ignis sit penuria pernicialis. Vegetat enim calor vnumquodque in sua natura, arque in propria substantia, sicut cætera ita aquam tuetur: quo recedente & emarcescente tabescunt: atque mors est aquæ & interitus desiderium caloris. Quippe palustres aquæ & stagnantes, atque aliquæ in recessibus inclusæ in viis malignæ sunt, ac randem computrescunt, quod prorsus vacent motione: quæ calorem in singulis excitando conseruat in iis maxime, quę deferunrur & labuntur, aquis: quod agitatione calor retineatur. Ita etiam appellamus ac dicimus viuere. Quomodo igitur non sit ex duobus vtilissimum, quod causam alteri, vt existat, præ-
50 buit, vt ignis aquæ. Iam cuius in torum migratione interit animans, hoc vtilissimum est. Constat enim id, quo priuatum esse non possit, etiam cum esser, eau sam huic præbuisse. Atqui suppeditat vel extinctis humiditas, neq; ex toto exhauritur. Alioqui non computrescerent corpora humida: cum putredo sit in humidum ex sicco conuersio, vel potius humorum in carne corruptio. At mors non est aliud quam caloris omni ex patte defectio. Algidissimi proinde sunt exanimes: vt etiam aciem si tentes nouacularum his admouere, obtuderint cam ex effuso rigore. Adeoq; ipso in animante, quæ minime compotes ignis sunt, his sensus est hebetior: ceu ossa, crines, & quæ à corde sunt remotiora. Nam fere diuersitas plus & minus sentientium ex ignis præsentia existit. Plantas namq; & fructus non mador, sed calidus fundit mador. Quippe aquæ algidæ minus aut nulla ex parte feraces sunt. Et quidẽ si aqua sua sponte foret fœcũda, semper

& per se solam producat oportet fruges. Imo contra, etiam noxia est. Iam ab alio capite. Adignis quidem vt ignis vsum aquam non quærimus, imo contra offensæ est. Extinguit enim eum & corrumpit. Aquæ vero vsus citra ignem fere nullus est. Siquidem calfacta est conducibilior, alioquin noxia. Itaque inter duo est melius illud, quod sua sponte vsui est, neque alterius opem desiderat. Ad hæc aqua vtilis est duntaxat ex tactu lauantibus aut attrectantibus: Ignis per omnes sensus. Nam per tactum & longe conspectum: vt etiam ad cætera vsus eius munificentia redundet. Nam dicere hominem interim absque igne extitisse: sane omnino ne gigni quidem queat. Cæterum sunt hoc in genere sicut in aliis differentiæ. Mare quoque effecit calor vtilius, vt magis quam reliquæ aquæ calfaciat. Alioquin nihil hoc à cæteris aquis differret. Qui autem non requirunt externum ignem: non accidit hoc eis vt non indigis ignis, sed caloris copia & affluentia interni. Præcellit igitur vel ea re nimirum ignis vsus. Aqua nunquam eo est in statu, vt quid foris non requirat. Igni ex multa virtute sua nihil deest. Vt dux est melior ille, qui ita ciuitatem comparauit, vt auxilium non quærat extraneum: ita elementum, quod externis adminiculo sæpe fit, nec requirat aliunde, præcellit. Idem de cæteris animantibus dicendum, quæ nullius indigent. Et quidem è diuerso vtilius esse hoc statuas, quo vtimur solo, præsertim cum potius consilio sumere valeamus. Nam ratione quid vtilius, aut vero mortalibus conducibilius? Cæterum carent ea, quæ rationis sunt expertia. Quid igitur, idcirco minus censebitur vtile illud, quod ex prouidentia est melioris inuentū? Quando vero huc dicendo delapsi sumus, quid arte in vita compendiosius? At ignis artes eruit & seruat omnes. Hinc authorem Vulcanum earū faciunt. Iam tempus hominibus & vita tributa est exigua, vt refert Aristo. Quoniam somnus publicani modo dimidium eius tollit. Ego vero dixerim in tenebris semper excubare nobis nocte licere, sed quo vigilemus, nisi diei nobis commodo ignis largiretur, diei que & noctis tolleret discrimen? Quid quod nihil hominibus vita vtilius, eamque multis modis ignis amplificat? Quid ergo causæ sit, quin omnium sit vtilissimus? Adhæc cuius plurimi temperamentum sensuum est particeps, hoc vtilius fuerit. Non cernis autem natura humida nullum sensum per se nisi cum spiritu & igne in ea temperato vti. Ignis vero sensus omnis vt vitalis compos est, præcipue visus, qui in corporis sensibus est acerrimus, ignis autem fax: & quod fidem deorum astruxerit. Prætere a Platone authore valemus ad motus cœlestes per visum animam conformare.

PLVTARCHI
De primo frigido Commentarius.

VT calidi ignis, itane vis aliqua frigidi Fauorine prima est materia: cuius præsentia & contagione redditur aliorū quodque frigidum? An potius caloris frigus priuatio est, sicut lucis esse tenebras ferunt, & quietem motus. Quando frigus quoque quietum, mobilem calorem esse apparet: calidaque nullius præsentia potentiæ, sed caloris refrigescunt abscessu? Quippe simul atque effuse hunc apparet dilabi, frigescit reliquum. Nam vapor, quem aqua feruida emittit, vna cum recedente erumpit calore. Itaque extenuatur modus refrigeratæ aquæ, quæ calorem exhalat, si nihil succedat aliud. An vero primum hæc ratio eo minus probabilis videatur, quod multas virtutes tollat perspicuas, vt non qualitates & habitus, sed habituum & qualitatum extinctiones: ceu grauitatem leuitatis, duritiam mollitudinis, nigrum albi, amarum dulcis, reliquaque, quorum singula singulis potentia repugnāt, non vt habitui priuatio. Deinde quia omnis languida & segnis est priuatio, velut cæcitas, surditas, silentium, mors. Quippe occasus sunt specierum & interitus essentiarum, non naturæ per se neque essentiæ. Atqui frigus non minores quam calor, si quando obsedit corpus affectus & conuersiones producere solet. Siquidem multa algore constringuntur, coagmētantur, & constipantur: neque est eius ociosa quies & torpor, verum solida & stabilis ob robur vi præditum stabiliendi & coaptandi. Ita priuatio fit opposita defectio & abscessio potestatis. Complura vero frigescunt multo adhuc prædita feruore: quædā frigus si tenuerit torrentiora, plus densat cogitq́ue, ceu tinctum aqua ferrum. Stoici denique spiritū autumant in corporibus conceptuum obdurescere refrigeratis, vertensque ex natura fieri animam. Cæterum id non vacat controuersia. At multorum aliorum cum liqueat frigus architectum esse, minime ducendum est priuationem esse. Adhæc priuatio agnoscit nulla plus & minus, neque alterum altero magis excæcatum dixeris ex iis, qui oculis sunt capti, aut silere ex non loquentibus, aut mortuum ex non viuentibus. In frigidis magnopere plus & minus insunt, valde & non valde, breui intensiones & remissiones haud secus atque in calidis. Quocirca materiam nunc supra modum, nunc modice à contrariis potentiis affectam aliis alia reddere ex se calidiora & algidiora.

Etenim

Etenim habitus quidem nō est cum priuatione mixtio, neq; recipit potentia vlla repugnantem quæ priuationem ei inuehat, neq; in consortium admittit, sed obnititur. Calida est quatenus temperari sustineant cum frigidis, quomodo cum nigris alba, cum grauib. acuta, cum dulcibus austera: eduntq; consortio hoc & concinentia colorum, sonorum, medicaminum & pulmentorum gratas multas & benignas genituras. Quippe pugna, quæ inter priuationem & habitum existit, hostilis & implacabilis est: quod essentia vnius occasum alterius adferat. Quæ vero in diuersis est potentiis, si opportunitatem sit nacta, ea cum multum vtuntur artes, tum natura plurimum tam aliis in generationibus quam in aeris vicissitudinibus, atq; omnibus in illis, ex quorum descriptione & dispensatione harmonicus deus & musicus appellatur: nō quod societ grauia & acuta, vel alba & nigra inter se conciliet: sed quia consortium & distractionem in mundo caloris & frigoris, quo consentiant mediocriter & viceuersa dissideant, curans recte & ordine vtrumq; constituit. Iam vero frigoris est vt caloris sensus. Priuationeq; oculis neq; auribus, neq; tactione, neq; sensibus aliis percipitur. Nempe sensus est alicuius essentiæ: ea non comparente priuationis cogitatio subit, quæ abdicatio est essentiæ, non aliter atq; visus cœcitas, vocis silentium, corporis vastitas & inane. Neque enim vacui per contrectationem admonitio est: sed vbi non est corporis contactus, ibi subit mentem cogitatio vacui. Neque silentium aures accipiūt: cæterum quādo nihil exaudimus, silentium intelligimus mente. Pari modo nec cœcorum, nudorum, & inermium est sensus, sed sensus orbitas cogitationi subit. Quare frigidorū nō oportebat perceptionem esse: verum quando calor expirauit, intellectu comprehendere frigidum, si modo caloris priuatio esset. Sin autem sicut corporis tepore & digestione calor, perinde cōcretione atq; astrictione frigus sentitur: frigori patet iuxta ac calori suum esse fontem & originem. Iam est vniusmodi in vnaquaq; specie priuatio. Essentiæ differentiis & potentiis potiūtur pluribus. Siquidem est silentium vniusmodi: multiformis vox nunc offendens, nunc mulcens sensum. Paria habent tum colores tum figuræ discrimina, quibus alias aliter occurrentem mouent. Quod vero intractabile est, quod caloris & omnis expers qualitatis, id vacat diuersitate, est que sui simile. Num igitur comparandum cum hisce priuatiuis frigidum, vt disparitatem non edat in affectibus? An contra voluptates corporibus ingentes & salutares à frigoribus conciliātur, inuicemque acres noxæ, dolores, & offensiones: à quibus non semper calor profligatur & extinguitur: sed crebro opprimenti reluctatur & repugnat. Huic eorum pugnæ nomen est horrori & tremori. Superato calore congelascit & obtorpescit corpus. Qui si victor sit frigoris, teporem ei cum blandimento adfert, quod lætificare Homerus vocauit. Cæterum hinc quidem liquet cuiuis, & vero multo maxime conuincitur hisce affectibus, frigus calori velut essentiam essentiæ vel affectum affectui, non ceu abdicationem & priuationem obiectum esse, neque id caloris esse interitum & exitium, sed naturam & vim tabificam. Alioquin hyemem ex anni temporibus & ex ventis expungemus Aquilonem, tanquam tempestatum calidarum & Austri priuationes, & sua propria destitutos origine. Atqui quando corpora vniuersitate quatuor sunt, quæ ex numero, simplici natura, & virtute plerique elementa reliquorum & semina ponunt, ignis, aqua, aër, terra: qualitates quoque necesse est principes & simplices sint totidem. Quænam tandem sunt hæ, nisi calor, frigus, siccitas & humiditas: quarum ope elementa patiuntur & agunt omnia. Porro vt in literaturæ elementis breue & longum sunt, in musicæ graue & acutum: non alterum alterius priuatio: ita in corporibus naturalibus pro elementis relinquemus humida aridis, frigida calidis opposita, ne à probabilitate & fide oculorum discedamus. An ex prisci opinione Anaximenis neque frigidum in essentia neque calidum telinquimus, sed passiones promiscuas materiæ mutationibus comitantes? Quippe contractionem & astrictionem eius frigus ait esse: raritatem & fluorem, vt ille nomioauit, calorem. Hinc non absurde dicitur hominem ore calida & frigida effundere. Frigescit enim compressus & spissatus halitus labiis, hiante ore emissus ex raritate calescit. Cæterum hoc errori illius Aristoteles asscribit. Quippe laxato ore exhalari ex nobisipsis calorem. Quādo labiis spiramus adductis aërem non ex nobis, sed ori offusum, qui algidus est, impelli & priorem occurrere. Sin autem essentiam telinquimus frigoris & caloris, pergamus ad consequentia, quæ essentia frigoris ortusq; sit & natura, scrutemur. Qui igitur, quando scalenæ atq; trigonales figuræ corpus detinent, rigorem, tremorem, horrorem, & si quæ his germanæ passiones sunt, ex asperitudine existere memorant, etsi membratim exorbitant, caput quidem vtique, vnde oportet, sumunt: quia debemus ab ipsa vniuersitatis essentia quasi à fundamento quæstionem auspicari. In quo potissimum à medico, agricola, & tibicine alienari philosophus videatur. Illi enim extremas causas speculari satis habent. Nam simul atque causam passionis maxime finitimam odoratus est, febris intensionem & sanguinem in arterias aberrantem, rubiginis Solem ab imbre torrentem, grauis soni inclinationem tibiarum vel mutuam earum adductionē, id artifici est ad suum peculiare munus satis. Physico, qui speculandi gratia scrutatur veritatem, extremorum notitia

non est meta, sed carceres ad prima ac suprema pergendi. Ideo recte tam Plato quam Democritus, quando coloris & ponderis vestigabant causam, non in terra & igne considerationẽ abruperunt, sed ad ea, quæ mente assequimur, principia, referentes ea quę cadunt sub sensum vsq; ad minutissima tanquam semina progressi sunt. Verum enimuero operæprecium est ante omnia hæc sensibus subiecta discutere: in quibus Empedocles & Straro cum Stoicis potẽtiarum essentias collocant, ac Stoici primum frigidum aëri assignant, Empedocles & Strato aquæ, Tertam fortassis alius frigoris ponere essentiam videatut. Sed primum illorum rationes dispiciamus. Quando ignis calidus pariter & splendidus est natura, quæ obiacer igni fit oportet algida & caliginosa. Obiectum est autem quomodo splẽdido caliginosum, sic frigidum calido. Siquidem sicut visum tenebræ, pari modo frigus tactionem confundit. Calor vero sensum diffundit 10 attrectantis non secus ac vidẽtis splendor. Quod ergo ante cætera est in natura opacum, idem præ cæteris frigidum sit. Porro esse aërem opacum ante cætera, nec poetas præteriit. Tenebras enim aerem appellant:

Aer enim inuoluit classem densus, neq; luna
Fulgebat cælo. Rursus:
Aera diffudit, nebulam & cito dispulit atram,
Illuxit Phœbus, patuit pugna vndiq; cunctis.

Quippe aera luce carentem κνέφας, quasi κενὸν φάους dicunt, conglobatusq; aer & cõpactus luminis priuatione νέφος, id est, nubes, est appellatus. Dicitur etiam ἀχλὺς, id est, caligo, & ὁμίχλη id est, nebula. Atq; adeo quęcunq; lucis non præbent sensui conspectum, aeris sunt diuersitates; ac quod 20 eius oculis non patet & colore vacat, ἅδης, quasi ἀειδὴς, & ἀχέρων quasi, ἄχρωτον, id est, Orcus, & fluuius infernalis, quod coloratus non sit, nuncupatum est. Vt igitur cum splendore deficitur tenebrosus aer: sic cum emigrauit calor, nil nisi frigidus est aer. Hinc Tartarus sic ex frigore nomen inuenit: quod innuit Hesiodus, qui dixit, Tartarus obscurus, atq; ex rigore inquietari & tremere appellauit ταρταρίζειν Atq; hæc quidem ea nituntut ratione. Quia vero interitus conuersio est intereuntium in id, quod cum quoq; pugnat: age consideremus, quã recte dictum sit, ignis mortem aeris esse natales. Quippe emoritur vt animans ignis, quando vel vi restinguitur vel sua spõte exrabescit. Efficit autem extinctio euidentiorem eius in aera transitum. Quando fumus aeris genus est. & ille apud Pindarum:

Cæli halitus fumo recalcitrans. 30

Et vero etiam extabescentis ob alimenti penuriam flammæ videas in lucernis apicem in aera caliginosum & opacum resolui. Vapor etiam, qui post lauacrum vel balneum ex frigida affusa attollit se, conuersionem in aerem expirantis caloris satis prodit vt igni sua sponte aduersum, cui consequens est aera primo tenebrosum & frigidum esse. Adde his, quod omnium quidem, quæ infert corporibus frigus, acerrimus & violentissimus gelatio labor sit aquæ, factum aeris. Siquidem ipsa per se aqua liquida, laxa, & fusa est. Intenditur autem gelascitq; aeris rigore astricta. Hinc dicitur:

Auster si Boream exciuerit, ilico ninget.

Vbi enim quasi materiam Auster humorem aptauit, excipiens conglaciat eum Aquilo. Argumento præsertim est nix, quæ postquam aerem effudit & expirauit subtilem & gelidum, mox 40 diffluit. Adhæc laminas Aristoteles plumbeas ex gelu & frigore admota modo aqua tabefieri prodit & colliquescere. Aer vero algore astringendo scilicet corpora elidit & frangit ea. Adde quod aqua fontana citius glacietur. Nempe citius domat pauciorem aer. Quod si frigidam vase haustam in puteum denuo demiseris, ita vt non attingat aquam vas, sed in aere suspendatur, atque aliquantisper sustineas, offendes eam frigidiorem. Hinc elucet clarissime, non esse aquam sed aerem causam frigoris primam. Magnum flumẽ certe ob altitudinem nullum gelascit. Neque enim pertinet in totum aer. Verum quæ rigore amplectitur contingens & propinquans, hæc solidat. Ideo cum traiiciunt barbari pedibus amnes, præmittunt vulpes: quæ si non crassa sit glaciei sed tenuis crusta, quod percipiunt ex subterfluentis strepitu, retro concedunt. Aliqui ad venandum pisces calida partem glaciei soluunt & fundunt, qui tunc lineam appetunt. 50 Ita nihil ea, quæ in imo est, à frigore afficitur: cum tamen aquæ cotium vsq; eo immutetur, vt aqua in seipsam adacta & compressa nauigia elidat: vt scribunt, qui nunc cum Cæsare ad Istrum hyberna egerunt. Quanquam etiam exempla eorum, quæ nobis accidunt, satis astipulantur. Quippe à balneis & sudationibus refrigescimus magis, quod affluentius gelu cum aere solutis & fluidis corporibus recipiamus. Idem accidit aquæ, quæ frigescit, postquam incaluerit, magis, quia iniuriæ aeris reddita opportunior est: cum aquam feruidam in altum iactãdo & in sublime tollendo nihil aliud agant, quam vt cum aere eam affatim commisceant. Ac disputatio, quæ aëri Fauorine primam frigoris assignat virtutem, hisce argumentis nititur. Illa, quæ aquæ, paria sumit principia: ac sunt hæc Empedoclis verba:

Fulgen-

Fulgentem aspicito Solem penitusq́ calentem,
Ast imbrem nebulis densum prorsusq́ rigentem.

Hic frigidum cum calido & lucido opposuit atrum; reputandum dedit eiusdem esse atrum & frigidum essentiæ, sicut eiusdem lucidum & calidum. Iam spectare non ad aera, sed ad aquam atrum oculi testantur. Acre namq; nigrescere, vt summatim dicam, rem nullam, aqua omnia. Si enim lanam vel vestem candidissimam merseris in aquam, colorem repræsentabit atrum, & ita manet, quoad sorbuerit calor humorem, vel premendo & ponderibus hic extortus sit. Telluris aqua conspersæ denigrantur occupata guttis loca, cęteris in suo statu manentibus. Ipsa quidem aqua quo profundior, hoc conspicitur ex copia opacior. Quibus vero aer se applicat, hæ collu-
10 strantur & tenident. Inter reliquos humores translucet præcipue oleum; quod plutimi cōpos sit aëris. Indicio est eius leuitas, ob quam in omnibus fluitat ab aere sublatum. Præstat etiam in pelago, si vndis sit aspersum, tranquillitatem: non quod læuor eius lubricus impressionem non recipiat ventorum, vt Aristotelis est sententia: sed quia à quouis liquore lenitur vnda agitata. Singulare oleo est, quod in fundo tefulgeat & radiet districto ab aere humore: Neq; solum in summo mari pernoctantibus, sed etiam spongiarum venatoribus efflatum ore in mari lumen præbet. Non plus ergo habet nigroris aer quam aqua, & frigoris minus. Ita quia inter humores oleo plurimum inest aeris, minime frigidum est, ac glaciatur molliter. Siquidem cum quo est temperatum aere, hic id lapidescere gelu non permittit. Iam acus & fibulas ferreas, ac reliqua opera non aquæ intingunt, sed oleo, quod immodicus aquæ algor vereantur ne ea peruertat.
20 His enim exploretur hæc assertio verius quam coloribus. quando & nix, & grando & glacies pariter lucidissimæ & frigidissimæ sunt: pix contra melle est calidior & obscurior. Simul demiror istos, qui aerem esse ob caliginem volunt frigidum, non considerate alios calidum eum leuitatis gratia censere. Neq; enim æque frigido opacitas, ac pondus & stabilitas familiaris & affinis est: cum multa caloris expertia in parte sint fulgoris. Leue vero & agile & in sublime euolans, quod frigidum sit, est nihil. Sed & nubes, quatenus aeris natura pertinet, in sublime tollitur: at si humescant, confestim defluunt, leuitatemq; non secus atq; colorem imbutæ frigore abiiciūt. Viceuersa caloris appulsu ex integro inflectunt motum, simul atq; in aera transierint, euolante eorum essentia Nec vero quod de interitu relatum est, veritate nititur. Neq; enim in contrarium, sed à contrario perimitur, quicquid interit, sicut ignis aquæ opera in aera transiens, vt Æ-
30 schylus quamuis tragice, vere tamen dixerit:

Vndam ignis pœnam sistas.

Homerus eum flumine Vulcanum, & cum Neptuno Apollinem non tam fabulose quam physice comparauit in acie. Archilochus de muliere aduersæ sectæ eleganter ait:

Vna manu dolosa aquam, ignemq́ altera
Ferebat.

Apud Persas summum fuit supplicandi genus, quod abnuere nefas esset: si ignem tenens supplex atq; amnem ingressus denunciaret, si reiectus esset, ignem se in aquam missurum. Assequebatur enim, quod postulabat: & voti compos minarum causa vt nefariarum & à natura abhorrentium plectebatur. Atque adeo hoc tritum de impossibilibus prouerbium, Aquam igni
40 misceri, testari videtur esse aquam igni infestam, ab eaque perimi & puniri extinguique: non ab aere, qui recipit & admittit eius essentiam conuersi. Si namq; illud, in quod transit interemptū, contrarium ei est: non magis aeri ignis quam aqua contrarius conspicietur. Siquidem conuertitur solidatus in aquam, in ignem dissipatus, sicut inuicem aqua, quando dissipatur, expirat in aera compacta in terram, meo quidem iudicio ob germanitatem & gentilitatem cum vtroque eius, non vt aduersaria vtrique & infesta. Illi vtro modo dicant, argumentum euertunt. Quod vero concrescere per aerem autumant aquam, id monstri simile est, nusquam cōgelascere cum videant aerē. Quandoquidē nubes, nebulæ & quæ græce dicuntur ὁμίχλαι, sunt hæ paruæ nebulæ, non gelationes sunt, sed aeris coagmenta & spissamenta viuidi & vapore redundantis. Squalidus & siccus ne ad hanc quidem conuersionem perfrigescat: cum certi sint montes, qui nu-
50 bem vel rorem vel nebulā non admittunt, sed in aera limpidum & humore vacantem iugis suis sunt euecti. Vnde potissimum liquet imum hoc spissamentum & concretionem aera mutuari à confuso humore & frigore. Ima magnorum fluminum merito non glaciantur. Quippe facies astricta eorum respirationem non transfundit: verum coercita intus & repulsa humoribus conciliat in alto feruorem. Argumento est, quod soluto post gelu multus vapor ex humidis subuehatur. Quapropter animantium sunt bruma calidiora corpora: quod retineant intra se redactum ab externo frigore introrsum calorem. Iactationes & euectiones in altum non modo colorem aquis, sed & frigus eripiunt Quare niuem & expressum ex his liquorem, qui magnopere requirunt frigus, quam minime agitant. Vtroque enim est motus summouendo. Eam autem vim esse non aeris, sed aquæ, ita denuo perspicias. Primum non est consentaneum propinquantem æthēri aera contingentemq; circumuectionem eius igneam contactumque

ab eo vim habere oppositam. Neq; enim aliter fieri possit, cum attingat eius fines, hisq; sit cōtiguus. Neq; est probabile naturam in vicinia interimentis locasse id, quod interimitur: perinde ac si non consortii vel consensionis, sed belli esset & pugnæ author. Vtitur autem non pertinacibus & refractariis: verum iis, quæ inuicem sedem & ordinem non exitialem, sed socialem inter se & adiutorem in medio connexum sunt sortita. Hunc obtinet aër, qui suffusus igni pro aqua, suam vim vtriquedistribuit conciliatq; eos, non feruidus ipse neq; gelidus, sed frigoris calorisq; medium temperamentum & communio, quæ permiscentur in eo innocenti confusione, quæ placide aduersarias infundit atque recipit extremitates. Denique est vndequaq; aër æquabilis, non passim hyems vel rigor par: verum hi orbis tractus gelidi & vliginosi, illi aridi & ambusti caloribus sunt: non temere, sed quod vna sit frigoris & humoris essentia. Nam Lybia fere est torrida & sitiens. Scythiam, Thraciam, & Pontum, qui eas regiones perlustrarunt, vastas paludes habere, præaltisq; amnibus & frequentibus esse produnt diuisas. Interiacētes oræ, si quę palustres & lacustres maxime sunt, hæ hyeme ob aquarum respirationes sunt infestæ. Posidonius, dum frigoris causam prædicat, quod aër lacustris recens sit & liquidus, non diluit eam rationem, sed reddidit probabiliorem. Neque enim aër recens, nisi ex humore frigus ortum traheret, semper videretur frigidior. Rectius igitur Homerus, Algidus ex amni flatus, dixit, quasi ad frigoris fontem digitum intendens. Super hæc crebro imponit nobis sensus, qui, si quando vestes vel lanam algidam attingimus, attingere existimamus nos madentes: quod essentia ambobus communis sit, vicinæque & affines naturæ. Iam in plagis gelidis multa vasa dirumpuntur à gelu ærea & figlina: quod inane sit nullum, verum plena omnia, quod aqua vim suo frigore eis adferat: licet ab aëre ferat vasa Theophrastus frigoris sicut claui ministerio rumpi. Cæterum vide ne lepidius hoc quam verius dictum sit. Oportebat enim picis plena potius & lactis dirumpi ab aëre. Sed apparet sua sponte aquam frigidam & primo esse. Quippe aduersatur frigore suo ignis feruori, quomodo madore suo illius squalori, & libramento leuitati. In summa ignis aperit & diducit aqua solidat & conglutinat humore suo constringens & cogens. Quod etiam Empedocles innuit, qui ignem contentionem perniciosam, humorem amicitiam tenacem passim appellat. Quandoquidem pabulum est ignis id, quod in ignem vertitur. Vertitur autem familiare & affine: contrarium conuersioni est contumax, ceu aqua: quod cum prope dixerim, cremari non potest, tum efficit, vt materia & herba madens lignaq; rigata ægre incendantur, flammamq; caliginosam & debilem viriditatis causa edant frigore suo calori vt natura hosti repugnans. Considera etiam hæc atque cum illis confer. Quia vero Chrysippus, qui aerem putabat, quod opacus sit, primo frigidum esse, meminit solum eorum, qui longius disiunctam ab æthere aquam, quam aera autumant: ad quos reuincendos: Ita, inquit, primo frigidam, cum ab æthere reducta sit plurimum, terram quoq; dixerimus, velut prorsus reprobam & absurdam hanc rationem repudians: ego mihi videor nec terram speciosis & probabilibus argumentis ostendere posse defici, exorsus ab eo quod potissimum Chrysippus pro aere vsurpauit. Quod tandem illud est? Quod primo opacus sit. Nam si duabus ille sumptis potentiarum pugnantiis statuit alteri comitari necessario alteram, sexcentæ profecto distractiones & pugnantiæ cum æthere terræ, quibus hanc quoque censeas consequentem esse. Neque enim vt grauis cum leui, & deorsum vergens cum supera petente, repugnat tantum; neque vt spissa cum raro, neque vt lenta & stabilis cum volubili & mobili: verum vt ponderosissima cum leuissimo, densissima cum rarissimo, postremo vt immota sua sponte cum volubili per se: ac regionem obtinens mediam cum circulante. Non sit igitur absonum tot & tantis inimicitiis etiam illam frigoris & caloris consequentem esse. Sane. At lucidus ignis est, terra caliginosa. Nempe caliginosissima omnium & obscurissima. Aeri certe vsura lucis primo est, ac conuertitur citissime, acceptumq; in omnē partem diffundit lumen, corpus accommodans se splendoris. Nam sol exoriēs, vt poeta quispiam dithyrambicus ait, confestim impleuit aereum vastumque ventorum domicilium. Hinc paludi quoq; & ponto descendens fulgorem participat, imaq; fluminum renidēt, quatenus ad ea penetrat aer. Terra inter corpora vna nunquam illustratur vel afficitur à solis & lunæ luce. Fouetur quidem ab eis, & tepefaciendum se calori præbet exiguam sui partem subeunti. Lucem soliditas eius non recipit, tantum in cute collucet. Viscera eius caligo, chaos, Orcus nominantur. Ac nimirum Erebus est infernæ & subterraneæ tenebræ. Noctis poetæ tellurem matrem esse fabulantur. Terræ vmbram mathematici docent soli obiectæ esse noctem. Siquidem offundit aeri terra tenebras, vt lumen sol, cuius opacitas est noctis longitudo tanta, quantum vmbra terræ occupat. Quapropter externo aere vel de nocte tam homines vtuntur quam bestiæ multæ pastus suos per noctem capessentes, quod vestigia quædam lucis & effluuia claritatis infusa habeat. Qui vero domi teses & tectis est clausus, vtpote terra vndique circumiectus, hic cæcus est & lumine cassus. Iam coria cornuaq; animantium integra ob soliditatem nō translucent. Secta & rasa fiūt permisto eis aere pellucida. Terra etiam à poetis, ni fallor, propter

propter opacitatem eius & lucis desiderium atra nuncupatur. Ita præclara hæc pugna cum lus cido tenebrosi terræ pro aere competit. Cæterum hæc à præsenti est quęstione remota. Quippe multa docuimus lucida frigida esse, obscura & tenebrosa calida. Illæ frigoris magis affine-potentiæ sunt, soliditas, stabilitas, densitas, immutabilitas: in quarum cōsortiū aer nullius, terra potius quam aqua omnium venit. Adhæc nihil æque percipit sensus, ac quod gelidum est, durum, indurans, & rigidum. Siquidem pisces scribit Theophrastus à gelu conglaciatos, si in terram proiiciantur instar corporum vitreorum & figlinorum confringi & quassari. Delphis esse accepisti eorum, qui ad succurrendum Bacchis à vento procelloso & niue occupatis, Parnasum cōscenderāt, ita vestes induratas à gelu fuisse, atque in lignum obriguisse chlamydas: vt etiam dissecarentur & lacerarentur cum distenderentur. Reddit & neruos rigidos, linguam elinguem torpore suo & duritia intensum frigus humidas & molles partes cōglaciando. Quæ cum ad oculum pateant, vide mihi deinceps, quid inde efficiatur. Omnis profecto facultas, si prępolluerit, mutare & conuertere in se id, quod est victum, solet. Siquidē quod superatur à calido, ignescit: quod à spiritu, in aerē soluitur. Quod in aquam incidit, nisi statim emerserit inde madescit perfusum ab ea. Quare multum frigescentia in primum frigus degenerent necesse est. Est autem summum frigus gelatio. Gelatio tandem naturam vertit & lapidescit: quando algore semel vincente gelauit humor & calor elisus est. Hinc quæ in profundo terra est, fere saxosa omnis est & glacies. Siquidem enorme frigus & mollescere nesciens torpidum iacet, illuc ab æthere quam longissime remotum. Quæ vero ante oculos sunt, rupes, scopulos, cautes Empedocles ab igne existimat, qui in visceribus est terræ, turgescēnte fixa, fastigiata, & fulcida esse: cum potius appareat quorum extortus est & euolauit calor, hæc à frigore cuncta conglaciasse. Quare etiam πάγοι quasi glacies appellantur, ac fastigia multorum nigricātium, quā calor ea destituit, ambusta repræsentant. Congelat enim frigus alia plus, alia minus: præ cæteris ea, quibus primo inhæret naturaliter. Nam vt, si caloris est leue efficere, calidissimum est quod leuissimum; si humoris emollire, humidissimum, quod mollissimum: item si frigoris est astringere, quod maxime est astrictum ceu terra, frigidissimum sit oportet: Quod autem natura est frigidissimum, id profecto etiam primo frigidum sit. Quare terra primo & natura, frigidum est. Id sane vel sensu percipitur. Lutum enim aqua est gelidius, ignemque ingerenda terra restinguimus. Sed & fabri ferrarii cādenti liquescentique ferro marmor lapidumque ramenta, vt fluorem eius nimium sistant & refrigerent, inspergunt. Frigerat & athletarū puluis corpora, sudoresque inhibet. Quid vero habet argumenti, quod singulis anni tempotib. commoditatis nostræ causa migramus & transferimus domicilium, dum bruma reducimus nos à terra quam longissime ad loca excelsa atque humo extantia: æstate contra sectamur inferiora, subimusque & captamus accommodas latebras, viuimusque libenter in terræ finibus. Nonne hæc facimus, quia sensum ad terram ducem sequimur, atque eam primum natura frigidum esse agnoscimus. Maritima certe hyberna sunt quædam terræ fugæ: vt eam, quoad eius facere possumus, propter gelu relinquamus, inatinum autem & pelagium aerem, qui calidus est, inducamus. Viceuersa æstate terrigenam & mediterraneum æstus causa desideramus: non quo hic sit frigus, sed quod ex frigido natura & primo propagetur & tingatur terræ virtute, vt ferrum tinctura. Nam & profluentiam aquarum, quæ ex saxis & montanis manant, putealiumque altissimæ sunt gelidissimæ. His enim nullo modo propter profunditatem admiscetur fotis aer. Illæ decurrunt per terram synceram & puram, vt apud Tænarum illa, quam Stygis aquam dicunt, ex saxo malignis guttis scaturiens, adeo frigida est, vt vas nullum aliud quam sola vngula asinina eam capiat, cætera perfringat & dirumpat. Ex medicis vero terram audimus in vniuersum omnem vim stringendi & frigerandi habere: multaque metalla enumerant, quæ vim præstant eis in medicinis astringendi & cogendi. Siquidem elementum eius non habet incidendi facultatem, neque ciendi, neque extenuandi. Non est agile, non emollit, non facile circumfunditur: sed cubi modo stabile est & fixum. Quare cum ipsa ponderosa est: tum frigus, si modo hoc sit eius facultas, spissandis, cogendis, atque exprimendis humoribus horrores & tremores ex inæqualitate edit in corporibus. Quod si in totum subegerit elabentem & restinctum calorem, habitum conglaciatum & stupefactum sistit. Hinc fit, vt haudquaquam terra vratur, vel vratur lente & operose. Aer enim flammam ex se edit subinde, fluitque, & fulgurat flagrans. Humor vero pro caloris esca est. Neque enim solidum materiæ sed concrematur mador. Quo exhausto solidum & torridum eius superest in cinerem redactum. Qui vero illud quoque conuerti & consumi demonstrare elaborant, quamuis demergant id identidē in oleum & adipem, nihil proficiunt: verum postquam adipale deustum est restat omnino & permanet terrestre. Itaque quod non solum ex sede immobilis sit, verum etiam essentia eius inuariabilis & nonnunquam habitet in diuorum domicilio, *ἑστίαν appellauerunt prisci ex stabilitate & firmitate: cuius vinculū est, vt Archelaus physicus ait frigus nulla re eam laxante vel fundente, alienam ab ęstu & tepore. Qui vero autam sentire

*Alii, ἰστίαν.

sentire se & aquam frigidam, terram minus existimant: hi proximam intuentur terram aëris aquæ, solis, & feruoris mixtura & congerie redundantem. Inter quos nihil interest & illos, qui nec æthera natura & primo calidum, sed aquam feruidam vel ferrum candidum esse statuunt: quod hæc contrectent, & manus eis admoueant, primi synceri & cœlestis ignis nullum sensum tactu percipiant: sicut neque iidem eius, quæ in profundo est terræ: quam præcipue terram quod seorsum & per se ab aliis sit dirempta naturis, esse intelligas, cuius speciem etiam hic rupes præbent. Ingens enim ex alto nec toleratu facile obiiciunt gelu. Qui autem potum gelidiorem quærunt, hi calculos in aquam coniiciunt, quæ ex lapidum rigore, qui recens & defecatus effertur, euadit frigidior rigescitque. Itaque veteres sapientes & doctos illos non misceri existimasse terrena & cœlestia arbitrabimur, non locis quasi in bilance summa & ima spectassent, sed virtutũ diuersitate: ac calorem, claritatem, celeritatem, & leuitatem immortali ac sempiternæ naturæ attribuisse: tenebras frigus, lentitudinem caducis & inferis pro infelici sorte assignasse. Quando etiam corpus animantis, dum spirat, &, vt poëtæ loquuntur, virescit, calore fruitur & vita. His destitutum & in sola relictum terræ portione ilico frigus & gelu occupat: quod vbiuis citius quam in terreno calor naturaliter habitet. Hæc Fauorine cum iis, quæ ab aliis relata sunt, confer: ac si neque concedant iis probabilitate, neque præcellant multum, salutem dic opinionib. vt inhibeat assensionem in obscuris quam astipuletur, ad philosophum potius pertinere ratus. 10

Ne iucunde quidem posse ex Epicuri sententia viui. 20

Assecla Colotes Epicuri librum emisit cum hac inscriptione, Sequendo aliorum dogmata philosophorum ne viui quidem posse. Quæ igitur mihi occurrerunt, vt ei responderem pro aliis philosophis ea scriptis ante hac mandaui. Cæterum quia dimisso auditorio complura in deambulando aduersus eam sectam relata sunt: visum mihi est hæc quoque repetere, si minus alia de causa, at demonstrandi certe gratia notantibus alios, non esse cuiquam sermones, quos perstringit, & scripta percurrenda oscitanter, neque voces aliunde alias abrumpenti, verbaque non adhibitis scriptis captanti protelandos imperitos. Nã progredientibus more nostro è schola ad gymnasium nobis Zeuxippus: Mihi quidẽ, inquit, videtur longe sermo mollius obnoxiusque, quam conueniat, habitus. Digreditur enim nos incusans Heraclides: qui Epicurum & Metrodorum sine nostra culpa ferocius lacerauit. Ibi Theon: Quin dixisti, infit, Colotem, si cum illorum dictis conferatur, omnium esse in dicendo blandissimum? Quæ enim sunt apud mortales teterrima verba, vernilitates, frigillationes, insolentias, scortationes, homicidia, infelices, perniciosos, cetebrosos, hæc conquisita in Aristotelem, Socratem, Pythagoram, Theophrastum, Heraclidem, Hipparchum, & in quem non ex claris viris euomuere. Vt si vel alias vndequaque sint sapientes, ob hæc tamen conuitia & maledicta longissime à sapientia arceantur. Siquidem excluditur inuidia extra diuinum chorum & æmulatio, quæ ex infirmitate recondere non valet dolorem. Hic excipiens Aristodemus: Heraclides igitur, inquit, qui grammaticus est, pro poëtarum fece & turba, vt isti dicunt, & Homeri deliramentis hanc gratiam rependit Epicuro: vel quod Metrodorus tam multis in scriptis poëtam perstrinxerit. Cæterum illos Zeuxippe omittamus. Quod autem initio sermonis aduersus istos iactatum est, non posse ex eorum præceptis viui, quin nos, quando fatiscit hic, per nosmetipsos absoluimus assumpto nobiscum Theone. Cui Theon: At hoc certamen, inquit, obierunt ante nos alii. Nunc aliud propositum, si placet, ponentes, formula huiuscemodi istos philosophorum illorum vicem persequamur. Nam ostendere, si qua fieri queat, tentabimus, ne iucunde quidem posse ex istorum sententia viui. Pape, inquam ego arridens, insilire in ventrem eorum videris, atque de carnibus certamen inducturus, qui detrahis voluptatem hominibus clamantibus: 30 40

Haud etenim pugiles sumus inculpati, 50

neque oratores, vel præsides populorum, neque magistratus:

Verum perpetuo nobis conuiuia cordi

sunt omnisque in corpore suauis motio, quæ ad voluptatem aliquam & animi titillationem destinatur. Videris igitur mihi non delectationem tollere, vti aiunt, verum istis auferre vitam, si vitam eis non reliqueris iucundam. Quid ergo, inquit Theon si de oratione nostra ipse existimes, qua data opportunitate vtar audiens & respondens, si desideraueritis. Vos meo concessu præsidebitis. Causante hic nonnihil Theone Aristodemus: Tam compendiosam, inquit, & tritam cum habeas viam, obsepsisti nobis sermonem: qui non permisisti, vt ante sectam illam in disquisitionem vocaremus de honesto. Siquidem homines, qui summum bonum voluptate metiuntur,

metiuntur,non est extrahere ex vita iucunda pronũ. Sed si excidissent ab honesta, simul iucũda destituerẽtur. Quando iucunde viuere, nisi simul honeste, nullo modo licet, vt ipsi referũt. Hic Theon: Atqui hoc quidem, inquit, si libebit, in progressum sermonis nostri reiiciemus. Nunc concessis ab ipsis vtemur. Censent autem circa ventrem summum bonum esse, & circa meatus corporis alios, per quos voluptas nõ dolor se insinuat omnes: omniaque eleganter & sapienter inuenta gratia voluptatis, quæ in ventre est, ac bonæ de hac spei instituta esse: vt sapiens ille dixit Metrodorus. Hic illico apparet eos Aristodeme ieiunam quandam ac putidã nec solidam causam summi boni sumere: sed meatibus iisdem, per quos voluptates inducunt, etiam doloribus æque patentem: imo voluptatem paucis, contra dolorẽ cunctis partibus recipientem. Quippe voluptas circa articulos, neruos, pedes, & manus versatur omnis: in quib. sedes habent labores graues & infesti, podagricæ fluxiones phagedonicæque, diabroses, marcores. Odores vero & liquores gratissimos cum admoues corpori: locum in eo sane quam exiguum, quì cieatur leniter & blande, reperies: cum interim cætera fatigentur sæpius & offendantur. Nullus est autem, qui inflicto ab igne, ferro, morsu, flagris non afficiatur dolore. Imo & æstus & rigor, & febris in omnia penetrat. At voluptates sicut auræ ad alia aliæ corporis promontoria arridentes blandiuntur. Iam spacium non durant hæ imaginum: sed sicut ignium traiectiones accenduntur in corpore simul & extinguuntur. Atq; de dolore testis est Æschyli Philoctetes locuples:

Draco haud remisit, at dirum oris indidit
Germen, pede arripit, simul dolor irrepit.

neque cæteras huiuscemodi mouet & titillat corporis partes: verum vt semẽ medicæ tortuosum & angulosum inhæret terræ, duratq; ob asperitatem suam pertinaciter: sic dolor hamos & radices diffundens atque implicatus corpori permanensque non diei tantũ & noctis: verũ etiam annorum aliquot spacia ac circulos Olympiadum vix tandẽ ab doloribus aliis sicut clauis incitatiorib⁹ expulsus recedit. Quis enim tam potauit diu aut pastum cepit, quamdiu sitiunt febricitantes, & obsessi famem tolerant? Vbi est animi remissio, & cum amicis congressus tamdiu, quamdiu cruciant & torquẽt tyranni? Etenim hoc imbecillitatis & inhabilitatis est corporis ad iucunde viuendum, quod cruciatus magis quam voluptates fetat, sitque in his lãguidum & fastidiosum, ad illos robur habeat & vires. Quod si lætam vitam attingamus, plura de hac nõ permittunt nobis afferre, dũ fatentur ipsi breuẽ esse corporis delectationem, imo momentaneam: nisi sane futilis & inanis sit eorum oratio: cum dicat Metrodorus: Conspuimus sæpe nos corporis voluptates. Epicurus etiã ridere refert subinde in grauissimis corporis morbis labotantem sapientem. Quib⁹ ergo tam sunt corporis leues & faciles labores, qui fit, vt voluptates his sint aliquo modo charæ? Namque vt neque diuturnitate neq; magnitudine concedant doloribus, at circa dolores eas habẽt, terminumq; eis Epicurus communẽ omnis cruciatus imposuit depulsionem: quasi dilatet, dum discusserit afflictionẽ, natura oblectamẽtum: neq; vlterius sinat id increscere, verum varietates, vbi vacat cruciatibus, recipiat non necessarias: Progressus autem ad eum statum cum appetitione, qui modus est voluptatis, pet existet breuis & contractus. Quare cum sentiunt hanc sterilitatem, ex corpore velut in fœcũdo fundo traiiciunt finem ad animum, quasi ille prata illecebrarum vbera nobis laxet:

Non Ithacæ sane sunt laxa curricula.

Neque plana in corpusculo fruitio, sed aspera cum multis diluta infestis & mordacibus. Hic subiiciens Zeuxippus: An vero non recte, inquit, vidẽtur tibi facere illi, cũ auspicantur à corpore in quo primum ortus extitit, atq; ad animum vt solidiorem eam transferunt, atque in totum absoluunt in eo. Recte vero, inquam ego, & secundum naturam etiã id, quod præstantiu⁹ est & cõsummatius, vere sectantur & inueniũt, sicut viri theorici & politici.] Quod si ipsos audias testantes & vociferantes, nõ posse animũ vlla re mulceri, vel in vlla acquiescere: nisi quãdo corpus præsentes sentit voluptates aut expectat, atq; hoc ipsis summum bonum esse: nonne videntur tibi animo vti pro corporis vase defrutorio, ac cum sicut vinum ex vitioso & pertuso dolio diffundunt huc atq; inueterant, arbitrari quicquam præclarius & honorificentius agerẽ. Et quidem vinum tractu dissolutũ vas conseruat & condit. Voluptatis vero, vbi eam animus gustauit memoriam sicut odorem, aliud retinet nihil. Quippe simul atque in corpore efferbuit, instar est vmbræ nidorisque: cum quis ea, quæ olim comedit vel bibit, reponit & depromit cogitationibus suis, fruiturq; his quando recentia non sunt præsentia. At vide quanto Cyrenaici modestius, quamuis eodem ex cyatho potauerint, nec rem Veneream tractare existimant oportere ad lumẽ: sed prętensis tenebris, ne species istius operis recipiens in se per visum perspicue cogitatio subinde appetitionem inflammet. Hos vero vt prætercam⁹, nihil sapientia dignum profiteri, dum sapientẽ eo potissimũ præstare censent, quod recordetur dilu-

cide retineatque in se, quæ occurrunt in voluptatib. visa, pulsus, & motus: qui sicut in corporum domicilio in animo sapientis voluptatis igniculos residere arbitrantur: Non posse autẽ hinc iucunde viui, indidem patet. Neq; enim fortassis cum voluptate est coniunctũ, id quod memoriæ inhæret, si & exiguum apparet, cum est præsens: & si modice offerebantur, quib. acquiescebat, quando prę terierunt, euolant. Quando nec iis, qui stupẽt corporea & suspiciunt, durat eorum, quæ desierunt, oblectatio: verũ vmbra nonnulla superat & somnium auolantis voluptatis, quasi cupidinum fax: sicut in somno sitiẽtes vel amantes claudicantes voluptates & illecebræ libidinem stimulant acrius. Neque sane suauis his est haustarum memoria voluptatum: sed ex reliquiis exilibus delectationis & ieiunis grauem morsum & aculeum refert perspicuæ appetitionis. Neque moderatos & continentes probabile sit istorum cogitationi immorari: Neque id, quod cauillatus est in Corniadem, qui id egit, quasi ex calẽdario reputare, quoties cum Hedia & Leontio concubui, aut vbi Thasium bibi, quibus solennibus cœnatus sum lautissime. Miram enim declarat & ferinam in voluptatibus capiendis & expectandis fluctum & rabiem tanta in reminiscendo insania & inflammatio. Quare mihi videntur isti, cum absurditates horum sentiant, ad indolentiam, & ad statum rectum refugere corporis, quasi in imaginando hunc in aliquibus futurum esse vel fuisse oblectamentis vita posita iucunda sit. Siquidem constitutio corporis firma, expectatioque eius certa summum gaudium & solidissimum continet reputare animo valentibus. Iam vide primum, quid agant: dum siue voluptatem hanc, siue indolentiam vel oblectamentum sursum ac deorsum transferunt ex corpore in animum, inde rursus ex hoc in illud: quod non contineat effluentem diffluentemque: compellanturque eam capiti committere, atque oblectationem, vt ait, corporis, animi delinimento fulciunt: ac vice versa lætitiam animi spe oblectationum corporis terminant. At quî fieri queat, vt concusso fundamento, non vna concutiatur id, quod impositum est, aut firma spes oblectatioque sit stabilis in re fluctui obnoxia tanta & variationibus: quę circumstant corpus cum multis foris opportunum iniuriis & vulneribus, tum quod in visceribus suis malorum fontes continet, quos non auertit cogitatio. Alioquin non corripuissent viros cordatos vrinæ difficultates, tormena, tabes vel aqua subter cutem fusa: quorum aliis conflictatus fuit Epicurus ipse, aliis Polyenus, alia Neoclem & Agathobulum exagitauerunt. Neque hæc exprobrandi gratia commemoramus: qui scimus & Pherecydem & Heraclitum grauib. versatos morbis fuisse. Cæterum postulamus ab eis: si suos ipsorum labores agnoscere volunt, neque inanibus verbis insolescentes & plausum popularem captantes in crimen incidere arrogantiæ: ne vel sumant oblectationis exordium totius corporis firmam constitutionem, vel afferant in suauitate & petulantia esse illos, qui immensis doloribus & ægritudinibus tenentur. Quippe constitutio firma corporis existit sæpenumero: spes vero fixa de corpore & firma haud valeat in animum intelligentem cadere: sed sicut in pelago, vt verbis Æschyli vtar,

Grauis gubernatori nox est sobrio
Tranquillitasque.

Quippe quod consequetur, in obscuro est. Perinde in recte cõparato corpore, atq; in corporis expectationibus qui summum bonum collocat animus, securam & tranquillam vitam traducere non potest. Neq; enim à foris tantum vt mare tempestates habet atque procellas corpus: imo plures ex se ipso motus & maiores edit. Citius bruma serenitatẽ, quam corporis statum securum speres tibi constituturũ. Etenim momentaneam: vt appellẽt, fluxam & instabilem, foliisq; æstiuo tempore prouenientibus ac mox emarcescentibus vitam comparent, quid induxit poëtas aliud, quam corporis ab origine vitiata natura & vndequaq; deprauata, atque morbosa: cuius nimirum vel optime comparatum statũ suspectum habere ac reprimere præcipiunt, Lubricus enim, inquit Hippocrates, summe bonus habitus,

Viret modo qui corpore, is instar sideris,
Quod cælitus lapsum est, restinguitur:

vt ait Euripides. A liuore & inuidia offendi intuentium arbitrantur formosos, quod corporis flos ex imbecillitate ocyssime conuertatur. Omnino autem parũ esse solidam eorum doctrinam ad traducendam sine molestia vitam, id ex ipsorum ad alios dictis considera. Nam eos, qui fraudes & scelera admittunt, miseram aiunt perpetuo & trepidam vitam agere. Quoniam etiam si fallere alios valeant, in occulto tamen fore impossibile est vt certi sint. Quare impendentis formido semper premens lætitiam ac fiduciam in præsentia non largitur. Quæ isti sibi etiam ipsis non intelligunt dixisse. Namq; possunt frequenter corpore esse bene constituto & salubri: sed vt exploratum eis sit ita duraturum, id fieri non potest Quare solicitentur necesse est, atque anxii sint perpetuo futuri metu de corpore. Alioqui quid operiuntur

untur spem firmam ab eo & fixam,quam nondum assequi valuere? Porro ab omni temperare iniuria nullam fiduciam præbet. Neque enim merito affligi, sed est affligi horrendum. Et si contactum esse fraudibus est triste, etiam circumueniri acerbum est aliorum fraudibus. Imo si non magis, non minus certe molesta fuit Atheniensibus Lacharis & Syracusanis Dionysij importunitas,quam illis ipsis.Dum enim solicitabant, solicitabantur, atq; accipere expectabant iniuriam, quod priores imposuissent, violassentque eos, qui in eorum manus inciderant. Vulgi vero iras, latronum atrocitates, hæredum scelera, contagionem aëris & maris sæuitiam: à quo pene fuit Lampsacum nauigans haustus, vt scribit Epicurus, quid referam? Satis est natura corporis, quæ materiam in se continet morborum: &, quod per iocum di-
10 citur,ex boue corrigias accipit, cruciatus ex corpore: vt iuxta improbis ac probis ancipitem vitam reddat & formidolosam: si certe in corpore & spe ex corpore didicerint, & nulla alia in re lætari & fiduciam habere: sicut tum aliis in multis libris Epicurus,tum in his qui sunt de finibus bonorum, reliquit scriptum. Itaque principium viuendi sumunt non lubricum modo & vacillans, verum etiam sordidum & ieiunum, si malorum declinatio eis summa oblectatio & summum est bonum: aliud vero ferunt nihil animaduertere se, neque prorsus habere naturam,vbi extremum bonorum collocet, nisi solum, vnde malum eius excedit: vt iactat Metrodorus in libris,quos aduersus sophistas scripsit. Quare hoc ipsum est finis bonorũ, deflexisse malum. Vbi enim sedes futura sit bono,nõ reperies: quando nullus surrepere desiit dolor vel asperitas.His con sonat Epicurus,qui boni naturam ipsa ex declinatione mali, me-
20 moriaque & cogitatione,& oblectamento,quod id ei obtigerit,procreari ostẽdit. Nam quod summum gaudium efficit,esse dicit id,quod sua sponte ingens malum defugerit. Atque hanc naturam esse summi boni,si recte applices te, mox acquiescas in eo,nec inaniter deambulans de summo bono iactes. Præclaram istorum voluptatem & beatitudinem, qua fruuntur læti, quod afflictionibus, molestiis & doloribus vacent. Nam tanti ea est, vt & censeant & iactent, qui immortalis seipsos & diuinos appellant: ob præcellentiasq; & fastigia bonorum in strepitus & vlulatus bacchicos præ voluptate erumpunt: quod aliis despectis inuenerint soli diuinum bonũ etiam vacuitate omnimoda mali coniunctũ: vt nihil porcis & ouibus inertia cedant, dum felicitatem recta corporis animique circa corpus constitutione & beatam vitam metiuntur. Quandoquidem animantes argutiores & elegantiores non po-
30 nunt in mali fuga verticem boni: verum & ad cantus, quando expletæ sunt, conuertunt se, natationibus gaudent & volatibus, effingereq; ludibundi,tum voces varias, tũ strepit* ex voluptate gestiente tentant:blandiuntur inter se saltantq;,vbi malũ defugerunt,quærere solitæ bonum.Imo vero quicquid pungit & alienum est, vt obstaculum eius, quod ipsis est familiare,& melioris persequendi summouent ex natura. Siquidem necessarium quod est, id non est summum bonum: sed vltra malorum declinationem situm est id, quod est desiderabile, quod expetendum,& vero quod iucundum ac familiare,vt est Plato author: qui non permittit, vt offensarum & dolorum discessus inter voluptates numeremus, sed pro vmbra aut temperatura familiaris & alieni, sicut albi & nigri: dum ab imo ad medium assurgunt, imperitia autem & ignoratione imi medium ducunt summum bonum esse & finem: sicut Epicurus o-
40 pinatur & Metrodorus, qui declinationem mali essentiam boni & culmen esse existimant: gaudiumque habent quoddam mancipiorum aut custodiarum vinculis solutarum: quæ libẽter vnguntur & abluuntur post verbera & flagra: interim ingenui,liquidi, synceri, & defecati gustum non ceperunt,nec conspectum habuerunt gaudij: Neq; enim si impetigine laborare carnem & lippitudine oculum est alienum continuo scabi & emungi mirificum est. Neque si cruciari & trepidare cœlestia, ac percelli iis,quæ de inferis traduntur, est malum, euitatio horum beatum atq; fortunatum: sed paruum quendam locum & angustum proponunt gaudij, in quo versatur & volutatur eatenus,ne inferorum malis exanimetur, gaudium horum: quod ex opinionibus profectum est inanibus,atque hunc finẽ constituit sapientiæ: quod sua sponte suppetere rationis expertibus videatur. Nam si ad corporis indolentiam nihil interest, per
50 sene,an natura vacet dolore: neque ad animi tranquillitatem maioris est momenti, suo labore an natura sit ita comparatus,ne terreatur. Et quidem haud absurde dixeris firmiorem esse dispositionem,quæ natura perturbationem non admittit, quam illam, quæ meditatione & ratione eam defugiat. At sit perinde. Tum vero nihil brutis præstare videbuntur in eo,quod non terreantur his,quæ de inferis & de diis narrantur,neq; expectent ægritudines vel mœrores termino circumscriptos. Quippe ipse ait Epicurus: si nihil eorum,quæ in aere existunt,timores animos nostros perturbarent: iam nusquam ad hoc naturæ indagationem de morte & doloribus animi requiramus. Neque enim suspiciones habẽt de diis malas vel opiniones,quibus post mortem torqueantur,neque prorsus suspicantur, vel norunt quicquam in his mali, Quanquam si in anticipatione,quam de diis habent, prouidentiam reliquissent: viderentur

i 2 bona

bona spe præcellere ad iucunde viuendum sapientes brutis. Sed quia finis erat doctrinæ de diis non timere deum, cæterum deponere terrorem: firmius arbitror esse hoc iis, quæ plane non putant deum esse, quam illis, qui didicerunt non nocere eum putare. Neq; enim sunt superstitione soluta, sed nec inciderunt in eam: neque percellentem de diis opinionem abiecerunt, sed ne obiecta quidem iis est. Petinde de rebus inferorum dicendum. Siquidem sperare ex illis bonum neutris licet: timere vero & formidare post fata minus valent illa, quibus nulla ante eapta est mortis informatio: quam hi, qui nihil ad ipsos mortem pertinere opinione præsumunt. Quippe ad hos hactenus pertinet, quatenus de ea pensant & versant eam animo. Illa vero sollicitudine de iis, quæ nihil ad ipsa, in totũ libera sunt. Verbera vero fugiunt, & vulnera, & cædes, quia hæc ex morte timent: quæ etiam his terrori sunt. Ac quæ sibi memorant esse ex sapientia comparata, hæc sunt. Quibus vero seipsi defraudent atq; excludant, iam videamus. Animi ex corpore & ex corporis oblectamento effusiones, si sint moderatę, nihil habent magnificum vel singulare. Sin effusæ sint: quia cum fallaces & fluxę, tum odiosæ reperiuntur & importunæ, nõ spiritales neque delinimenta animi, sed corporales voluptates velut titillationes & illecebras animi appelles. Quæ vero dignæ sunt & merentur, vt lætitiæ & gaudia dicantur, defecatæ sunt à contrario, neque vllo cum aculeo vel morsu coniunctæ vel pœnitentia, sed congruens animo est & vere spiritale, germanum, nec ascititium eius bonum, neq; absurdum, sed consentaneum inprimis ex commentatione & studio, aut ex industria & mẽtis cultu nascens: quorum quot vtrumque quantasque voluptates effundat, nemo quantumuis magno studio consequatur percensendo. Vt tamen paucis subiiciam, historæ sunt ad manum, quæ numerosis oblectamentis tetinẽt, & auiditatem veritatis insatiabilem relinquunt, & inexhaustam voluptatis: ob quam nec mendacium est festiuitatis exors, verum figmenta quoque & poëmata, quamuis fidem non faciant, animum tamen permouent. Considera enim, quemadmodum pungimur, cum Platonis peruolutamus scriptum Atlanticum & partem postremam Iliadis: in quibus, velut cum templa occluduntur vel theatra, residuum fabulæ desideram⁹. Ipsius vero perceptio veritatis iuxta ac viuere & spirare cognitionis causa amabilis est & desiderabilis. Contra in morte hæc sunt maxime horrenda, obliuio, ignorantia, tenebræ. Quo fit sane, vt omnes pene pugnent cum his, qui vna cum morte sensum adimunt: quod vno sensu & cognitione animi vitam, naturam suam, & gaudium metiantur. Quippe ea etiam, quæ fodicant, hoc habent, vt cum voluptate aliqua audiantur. Ac frequenter illi, qui trepidant ob ea, quæ narrantur, atque plorant, tamen peragi iubent, vt hic:

Hei dura res vrget me vt dicam: & me quidem
Vt audiam, verum audiendum sit tamen.

Cæterum hoc videtur voluptatis in cognoscendo vniuersa impotentia quædã esse & propensio, quæ rationem expugnat. At vbi non solũ nihil habet historia vel narratio acerbi vel noxij, verum etiam rebus gestis honestis & magnificis orationem adiunxit acumine & lepore cõditam, ceu Herodoti Historia Græca, Persica Xenophontis: Iam quę diuine promisit Homerus, qui admiranda cognouerat: aut de peregrinationibus suis Eudoxus, aut de conditis vrbib. & rebusp. Aristoteles, aut de clarorum virorum vitis Aristoxenus scripsit: in iis non modo continetur, quod mirifice & multum oblectet, verum etiam quod purum sit nec pœnitendum. Quis enim comedat esuriens vel bibat sitiens libẽtius, quam Phæacorum & Vlyssis erroris apologum percurrat? Quis gestiat formosissimæ mulieris concubitu potius, quã lucubrauerit in scriptis de Panthea Xenophontis, vel de Timoclia Aristobuli, vel de Thisbe Theopompi. Cæterum hæc animi sunt. Summouent etiam delicias, quas ex disciplinis Mathematicis capimus. Atqui habẽt simplex & planũ quiddam historiæ. Voluptates vero ex Geometria, Astrologia, & Musica acribus præditæ & multiplicibus illecebris nullis blandimentis cedunt, trahuntque diagrammatibus quasi incantamentis. Quę qui gustauit, modo in eis exercitatus sit, is hæc Sophoclis cantauerit inambulans:

Raptus furore Musarum ad collum vsquesum,
Accedo veroque & ex lyra & carminibus.

Non philosophatus est circa alia Thamyras, nec hercle Eudox⁹ & Archimedes. Quãdo enim studiosi pictores vsque adeo ducuntur operum gratia: vt Nicias, dum pingebat Necyiam, rogaret subinde ministros, pransusne esset: Ac cum rex Ptolemæus sexaginta talẽta ei absoluta pictura misisset, non acciperet ea neque venundaret illud opus: quas censetis & quantas ex Geometria voluptates collegisse, atque ab Astrologia Euclidem, cum de Optica scriberet, & cum demonstrationes de figura lunæ texeret, Philippum: Archimedemque, cum inuenisset ex angulo diametrum solis tantam esse maximi circuli partem, quanta est quatuor rectarũ linearum, item Apollonium & Aristarchum aliorum inuentores similium: quorum nunc

aspectus

aſpectus & cognitio delectationes ingentes & mirificos ſpiritus diſcentibus infundit? Eſt autem prorſus indignum culinarum proſtibulorumque voluptates illas cum hiſce contendentem dehoneſtare Heliconem & Muſas,

Vbi paſcere haud velit ſuum paſtor pecus,
Ferrum neque vnquam peruenit.

Sed ſunt hæc reuera paſcua apum intemerata, porcorum illa & hircorum pruritus imitantur, quæ animi partem perturbationibus patentem explent. Eſt quidem varia & procax libido: nunquam tamen, qui amicam fuit complexus, quiſquam præ gaudio bouem immolauit: neq; optauit diſtentus dapibus vel bellariis regalib. extemplo emori. At Eudoxus, ſi ſoli aſtans formam huius ſideris percipere, magnitudinemq; eius & ſpeciem poſſet, optauit ſicut Phaeton conflagrare. Pythagoras etiam diagrammatis cauſa bouem immolauit, vt eſt author Apollodorus:

Nobile repertum ſimul ac diagramma fuiſſet,
Pythagoras ſuperis pinguia ſacra tulit.

Siue de hypotinuſa: ea linea eſt trigoni orthogoni, quæ vtraque latera recti anguli complectitur: quod æqualis ſit ambabus illis, quæ rectum illum angulum continent: ſiue propoſitio fuerit de circumeunte aream coni linea. Archimedem vi à formis abſtrahentes vngebant miniſtri. Hic vero in ventre figuras ſtrigili delineabat: atq; inter lauandum, vt aiunt, ex infuſa aqua coronæ modum cum animaduertiſſet, quaſi fanaticus & numine quodam afflatus exiliit clamans, Inueni: idq; inter eundum crebro repetiit. Enimuero helluonem, qui animo commotus, Comedi, exclamaret, neminem vllum audiuimus: neq; amatorem, qui, Suauiatus ſum: cũ infiniti ſalaces fuerint & ſint: ſed veniunt nobis odio ij: qui maiore animi motu cœnarũ meminerunt, tanquam in voluptatibus minutis & vilibus plus ſatis acquieſcẽtes. At cum Eudoxo Archimede & Hipparcho eximus de poteſtate: credimusq; Platoni, quod diſciplinæ Mathematicę, quamuis negligantur per ignorantiam & inertiam, vi tamen aſſurgant oblectationis gratia. Hæc nihilominus talia tantaq; deflectentes ac reiicientes oblectamenti nõ ſinunt auditores ſuos ea guſtare, ſed paſſis maiorib. velis præcipiunt aliis, vt hæc defugiant. Pythoclẽ vero omnes orant obteſtanturq; ſupplices, ne diſciplinam illam ingenuam appellatam ſuſpiciat. Apellem quendam qui eum in admiratione habent & protegunt, ſcribunt, quod à diſciplinis mathematicis ſe à prima ætate abſtinuerit, purum ſeipſum cõſeruaſſe De hiſtoria vero, vt aliam ignorationem prætercam, ſola ſubtexam verba Metrodori, qui in Commentariis de poëtis ſcribit: Si verſus poëmatis Homerici primos aut medios nõ reformides, prorſus neſcias, quarum partium Hector fuerit. Ac voluptates quidẽ corporis Eteſiarũ modo elangueſcere, quando deflagrauerunt, atq; expirare non præteriit Epicurum. Ambigit tamẽ, an iam grauis ætate ſapiens & ad Venerem impotens capiatur etiamnum formoſorum contactu & contrectatione. Qui longe aliter ſentit ac Sophocles, qui, quod hanc voluptatem vt ferum effugiſſet & rabidum dominum gauiſus eſt. Atqui oportebat voluptarios, cũ emarceſcentes cernant voluptates ex ſenio complures, quod

Abhorreat à grandibus natu Cypris:

vt eſt apud Euripidẽ, has potiſſimũ conquirere voluptates, quaſi ad tolerandam obſidionem cibaria à putredine immunia & incorrupta pararent, tum Veneream celebrare vitæ & Bacchanalia præclara in hiſtoriis & poëmatibus verſantes, vel in propoſitionibus muſicis & geometricis. Neque enim veniſſet eis in mentem, vt cœcas illas & edentulas ſubiicerent animo cõtrectationes & laſciuiæ inſult*, modo didiciſſent, ſi nihil aliud. ſcribere de Homero & Euripide, vt Ariſtoteles, Heraclides & Dicæarchus. Sed nimirũ poſthabitis eiuſcemodi cõpendiis, dum alia eorum Commentario inſuauis & exucca eſt, quod de virtute ipſi aiunt, lætari tamen prorſus intẽdunt: fatiſcente autem corpore fœda intempeſtiuaque deſignare produnt ſe, dũ & priorum voluptatum memoriam refricant, & penutia recẽtium vſurpant veteres, ſicut ſale conditas & emortuas: aliaſq; iterum & extinctas in corpore velut in frigido cinere mouent atque excitant: quod nihil proprium delectabile gaudio dignum pręparatum in animo obtineant. Cæterum alia, vt nobis in mentem venere, recenſuimus. Muſicam autẽ quantas voluptates & quæ ſecum trahentem oblectamenta reſpuant & defugiant, nemo libens prætereat ob monſtroſa Epicuri dicta: qui in quæſtionibus oſtendit cupidum ſpectatorem eſſe ſapientẽ, ac duci præter cæteros acroamatibus & ſpectaculis ludicris: propoſitiones vero muſicas & quæſtiones criticorum eruditas, ne inter pocula quidem admittit: ſed & muſarum ſtudioſis regib. præſcribit, vt fabulas militares ac iocos ſcurriles ferant potius ſuper mẽſam, quam ſermones: qui de propoſitionibus muſicis & poëticis habentur. Hoc enim in commentario de regno

scribere sustinuit, quasi Sardanapalo vel Narato, qui satrapes fuit Babylonis, scriberet. Sane enim neque Hiero, neque Attalis, neque Archilaus inducti essent, vt Euripidem, Simonidem, Melanippidem, Crateras & Diodotas summouerent ex conuiuiis, & ad accumbendū secum Cardacas, Agriantas, Callias scurras, Thrasonidas nescio quos, & Thrasileōtas vlulatus & obstrepetos plausus cientes vocarent. Quod si Ptolomęus, qui primus Musęum instruxit, in hęc incidisset egregia & regalia præcepta, nonne Samiis dixisset:

O Musa quanam hæc inuidia est?

Siquidem nemini conuenit Atheniensi adeo Musis esse infestum & hostem

Quæ non amauit Iupiter,
Hæc obstupescunt grauius,
Cum Pieridum audiunt vocem. 10

Quid ais Epicure, ad audiendum mane citharœdos & aulœdos pergis ad theatrum: in conuiuio auditurus Theophrastum de symphoniis differentem, de tonorum mutationibus Aristoxenem, Aristophanem de Homero aures manib. ex odio & fastidio obturabis? Itane vero elegantiorem fuisse ostendunt Scytham Atean: qui capto in acie tibicine Ismenia, cū hic inter pocula tibia cecinisset, iucundiorem esse iurauit sibi equi vocem hinnientis? An non confitétur bellum se indixisse honesto inexpiabile & internecinum? Detrahe voluptatem, quid iam præclari aut synceri amplectuntur & sectantur? Etatne ad iucunde viuendum vnguenta & suffitus te spuere verius, vt scarabei & vultures, quam criticorum & musicorum garrulitatem execrari & repudiare. Quæ enim tibia vel cithara ad modulamina concinnata, vel 20

Quinam chorus strepitum sonorum ore efferens
Perelegante & infracto

perinde demulsit Epicurum & Metrodorum, vt Aristotelem, vt Theophrastum, vt Hieronymum, & Dicæarchū præceptiones & doctrinæ de choris, ac propositiones de numeris & cōcentibus tibialibus? velut cur parium tibiarū angustior modos cieat grauiores; & quid fistula sublata omnes edat tonos acutos, inclinata contra graues, item coacta ad alteram tibia, at abducta acutius resonet. Et quid ita, si palea orchestā theatri vel puluere inspersō compleueris, populus occæcetur: atque instituenti Alexandro ex ære proscenium Pellæ facere non sit opifex assensus, quod histrionum vocem labefacturus esset. Iam qua demū de causa inter musicæ genera chromaticū animos diffundat, harmonia contrahat? Porro ἤθη vel affectus poëtarum, actiones confirmatio vel effictio, & discrimina stilorum, locorumq; enodationes difficilium decore contexta & eleganter, quæ consentaneum ac gratiam habent, illud Xenophōtis mihi videntur, vel amoris efficere vt obliuiscaris. Tanta vis inest eis voluptatis: cuius in nullam veniunt hi partem, neque dicunt neque volunt sibi esse. Contemplationem vero dum deijciunt in corpus detrahuntque sicut laminis plumbeis corporis cupiditatib⁹, nihil equisonibus vel pastoribus præstant, qui fœnum vel stipulam, vel, herbam aliquam obijciunt, quasi pabulum & pastum, pecudibus suis. Nonne perinde animum volunt corporis voluptatibus vel ut suem saginandum: quatenus expectet aliquid in corpore, vel moueatur, vel meminerit gestiens. Suaue vero vel delectabile sumere ex se ipso, quod proprium sit eius, vel petere nō permittunt. Et quidem quid absurdius, quam cum conflatus ex duobus homo sit ex corpore & animo, obtineat autem dignationem animus præstantiorem, corporis esse aliquod proprium, genuinum, & peculiare bonum, animi nullum: sed residem ad corpus contueri eum & corporis motibus arridere atque applaudere gratulabundum: ipsum interim ab ortu suo immotū & omni affectione & delectu vacuū, nihil prorsus appetere, nulla re mulceri. Aut enim ingenue oportebat vt detegerent se, &, hominem redderet totum corporeum, quod nonnulli faciunt, qui essentiam animalem tollunt: Aut si naturas in nobis relinquunt discrepantes duas, suum vt sinerent vtrique bonum esse & malum, conueniens & alienum: sicut nimirum etiam sensus, etsi magnopere inter se consentiscant: comparatus tamen quisque est ad peculiare, quod sub ipsū cadit. Est autē peculiare, quo sentit, organū animi mens: cui nihil attributum esse familiare non spectaculum, non motionem, non affectionem gentilem, in cuius fruitione oblectari solet, maxime monstrosum sit nisi certē aliqui illos onerant calūniis imprudentes. Hic ego illi: Haud nobis sane iudicibus, inquam: verū omnē contumeliam eis omitte. Itaq; noli dubitare, q. in oratione tua restat, absoluere. Qui inquit, non Aristodemus nos, si tu semel renuis excipiet? Sane vero, inquit Aristodemus, vbi fessus fueris, vt hic: At tu sodes, dū vires adhuc constant, vt ere facultate tua, nec ostende te elanguescere. Atqui, inquit Theon, sane quam est q., testat, expeditum. Restat autem ipsos actus quantas voluptates habeant, pereurtere. Sane ipsi- 30 40 50

ne ipsimet referunt beneficium dare esse quam accipere iucundius. Mereri autẽ bene etiam verbis licet, cæterum maxima ex parte & potissimum factis, vt ipsa suggerit & testatur beneficentiæ appellatio. Siquidem audiuimus ante, inquit, cum hic recenserer, quas voces emiserit Epicurus, quas vero literas miserit amicis prædicans extollensq; Metrodorum: quam recte & fortiter ex vrbe in Pyreæum descendisset Mithro Syto suppetias laturus, idq; cum nihil tunc Metrodorus egisset. Quas igitur censemus & quantas fuisse voluptates Platonis, cum incitat ab ipso euertisset Dionysium Dion, Siciliamq; seruitute eximisset? Quas porro Aristotelis, cum solo æquatam excitauit patriam suam, ciuesque reduxit? Quas iam Theophrasti & Phidiæ, cum patriæ tyrannos eiecissent? Nam priuatim quam multis mortalibus succurrerint, nõ
10 tritici aliquantum missitando, aut farinæ medimno, sicut nonnullis Epicurus misit: verum confecto exulibus domum reditu, vinctis ex carcere liberatione, liberorum & coniugum orbis restitutione, quid vobis, qui optime ea nostis, recenseam? At importunitatem hominis, ne si velim quidem, valeam præterire: qui Themistoclis & Miltiadis res gestas deprimit & extenuat: interim de se ipso ita scribit amicis. Scite & magnifice curate nobis, vt frumentum deportetur, & mirificas demonstrastis significationes beneuolentiæ erga me vestræ: vt si frumẽtulum istud ex epistola eximas philosophi, æstimationẽ præ se ferant verba beneficij, quasi de tota Græcia vel de populo Atheniẽsi in libertatem asserto, vel conseruato scribatur. Atq; ad corporis quidem oblectamenta quæri à natura ingentem sumptum, neq; in offa & lenticula residere summam voluptatem: sed pulmenta, amygdala, dapes, cupedias ex bellariis & placẽ-
20 tis probe subactas voluptariorũ quærere appetitus, adhæc speciosas & adolescentes mulieres: vt leonculum, buculam, catellum, cuiusmodi oblectamenta in hortis eius pascebantur, relinquamus. Atqui animi gaudia rerum gestarum magnitudine & factorũ splendore plane oportet nitantur præclarorum: si non erunt inania, sordida, & puerilia: sed solida, firma & magnifica. Cæterum insolentius efferri ob deliciarum fruitionem nautarũ more Venerea celebrantium: ac quod sibi placeat, quia morbo laborans exercet se, ac conuiuia quædam cum amicis egit: concessitque hydropico vt vteretur humidis, atque recordans nouissima Nicoclis dicta peculiari sua cum lachrymis marcuit voluptate: hæc nemo sanus oblectationes, vel lætitias germanas appellet. Imo si vllus est etiam animi Sardonius risus, in his est, vbi vis adhibetur naturæ, & in eiulantibus risibus. Itaque has si dices oblectationes & lætitias, considera quid ad
30 illas voluptates addi possit:

Consiliis laudem peperit nostris Lacedæmon. Et,
Ingens hic patriæ Romæ hospes stella refulsit Et,
Fluctus, quemnam te compellem, hominemne deumne.

Equidem si quando Thrasibuli & Pelopidę præclara facta oculis subiiciam, victoremque ad Plateas Aristidem, & in Marathone Miltiadem: tum compellor, vt Herodoti verbis vtar, sententiam proferre vitæ negociosæ plus inesse iucunditatis, quam splendoris. Astipulatur mihi Epaminondas, quem dixisse perhibent, nihil sibi accidisse iucundius, quã quod genitores sui palmam se duce viui conspexissent Leuctricam. Contendamus nunc cum Epaminondæ matre hanc Epicuri lætitia elatam, filium quod contemplata sit in hortulum abditum, ac socio
40 Polyeno liberos procreantem ex meretrice Cyzicena. Nam Metrodori matrem & sororem, quanta delibutæ lætitia ex illius nuptiis fuere, scriptæ ad fratrem literæ, quas ex libris eius depromas licet, indicant: sed iucunde vixisse, atque in deliciis agere se, laudibusq; ad cœlum ferre suam vitam magnis clamoribus iactant. Etenim seruorum, quando in Saturnalibus cœnãt, vel Bacchanalia ruri circumcursitantes agunt, haud feras vlulatum & tumultum, dum præ gaudio & insolentia eiusmodi designant & loquuntur:

Quid desides? Quin potamus? Cibusne abest?
Noli tibi inuidere. Mox hi conclamant:
Infunditur vinum, iniicitur sertum simul.
Ramo accinit venuste oliua turpiter
50 *Non consonum chordis Apollo, & fistulam*
Quis summouens amicam dilectam sonat.

An non idem agit Metrodorus, dum ad fratrẽ scribit. Nihil refert seruare Græcos, neq; sapiẽtiæ causa ab eis coronas consequi: verum comedere & bibere Timocrate vinum sine noxa vẽtris, & cum eius titillatione. Iterum alio loco iisdem in literis ait: Vt hilaratus sum & animũm extuli, quod ventri probe indulgere ab Epicuro didicerim. Etenim circa ventrem naturæ indagator Timocrate summum bonum est. Isti denique voluptatis magnitudinem ventre sicut centro & spacio circũscribunt. At insignis, regalis, & eius, quæ elatos animos facit, lucemq; & tranquillitatem adfert vere in omnes effusam, oblectationis nõ veniunt in consortium illi,

qui vitam vmbratilem, à rep. & officiorum commercio remotam & ab honorũ cupiditate auersam sectantur, & liberalitatem tollunt. Neq; enim vulgaris res fortuna vel tenuis vel leuis est: neque polypodum more vsque ad saginam expandit æstus. Cæterum hanc quidem pernicissima satietas momento temporis præcidit. Glíscentium vero ad honestum animi impulsum, atque ad virtutis laudem & ad benefaciendum non est vitæ spacium modus: sed omne æuum honoris sitis & benignitas apprehendit, eoque enixe contendit actionib. & beneficentiis: quibus voluptas est adiuncta immensa, quam ne fugiendo quidem effugere queant boni vbique eis se offerentem & affectantem: quando recreant multos beneficiis,

Vt diuum aspiciunt, quando ille perambulat vrbem.

Quippe ita qui permouit alios vt gaudeant, vt exultent, vt cõtingere & appellare prægestiant eum: hunc vel cœco perspicuum est magnis esse dotatum, & frui in mente voluptatibus. Quare dandis beneficiis nec fatigantur, nec fatiscunt: verum voces audimus eorum huiuscemodi,

Mortalibus dignum multis genuit pater. Et,
Mereamur vsque de mortalibus bene.

Quid autem de virtute præcellentissimis commemorem? Nam si cui ex nõ improbissimis instantem letho deus vel rex, cuius ea est potestas, horam largitus sit vnam: vt simul atque ea vsus sit ad honestam actionẽ vel ad delicias perfruendas, illico mortem oppetat: quotusquisq; mauelit interea Laidis consuetudine frui, vel vinum Aruisium potare, quam ad vindicandas in libertatem Athenas obtruncare Archiam? Equidem nullum arbitror. Siquidem gladiatores contemplor eos, qui non semel efferati sunt, sed Græci, quando in arenam sunt descensuri, posita esculentorũ & poculentorum exquisitorũ copia præoptantes hoc spacio cõiuges suas amicis commendare, seruosque manumittere, quam indulgere ventri. Sed esto, maximam capiamus ex corpore voluptatem: non minus certe fruuntur ea actuosi quam ociosi.

Nam fruges comedunt & vina ardentia potant,

ac cum familiaribus epulantur longe sane lætius à prælijs & factis magnificis: ceu Alexander Agesilausque, & vero Phocion atq; Epaminondas: quã sicut hi ad focum vncti & lecticis agitati molliter. At fastidiunt hos, qui in rebus illis maioribus versantur. Quid enim prædicẽ recusantem cœnare, vt cœnam quam pro facultatib. sumptuosiorem vidit, Epaminondam? qui amico dixit: Ego sacrificare te, non luxuriari existimabam. Quando etiam Alexander Adæ cocos reiecit, esse sibi referens meliores popinatores, ad prandium iter antelucanum, ad cœnam parcum prandium. Philoxenum, qui de formosis pueris ei scripserat, essetne eos mercaturus: nihil factum est propius quam vt præfectura amoueret. Et quidem cui potius id facere liberum fuit? Verum vt ait Hippocrates dolorum duorum occæcari à maiore minorem: voluptatum item corporales negocio sæ & gloriosæ lætitia animi ob præcellentiam & magnitudinem suam obruunt & extinguunt. Si ergo, vt iactant bonorum reminiscentiam priorũ ad iucunde viuendum plurimum refert: Epicuro quidem fidem nemo nostrum tribuat: quod cum summis in cruciatibus & morbis animam ageret, recordatio eum prosecuta sit & lenierit antehaustarum voluptatum Imaginem enim vultus tui in aquæ fundo turbatæ & fluctuantis citius conspicias, quam refricationem delinientem voluptatis tanta in acerbitate & stimulo corporis concipias animo. At rerum gestarum recordationes nemo vel dedita opera ex animo emouerit. Num enim aut qui fieri poterat, vt obliterarentur in mente Alexandri Arbela, vel Leontiades in Pelopidæ, vel Salamin in Themistoclis. Quandoquidem pugnam Marathoniam ad hanc vsque memoriam Athenienses, Leuctricam Thebani, & nimirum nos Daiphanti apud Hyampolim celebram*, vt nosti, solenni: sacrificiorumq; & honorum plena est Phocis. Neque est nostrum quisquam eorum causa, quæ vorauit vel hausit, ita hilaris: vt rerum præclare gestarum ab illis gratia. Hinc intelligere licet, quanta oblectatio, gaudiũ, & lætitia comitata vitam sit eorum, qui rerum illarum fuerunt opifices: quarum annis quingentis & plus non amisit memoria oblectamentum. Atqui produci nonnullas fatetur Epicurus ex gloria. Quid ni autem? qui ita gloriæ cupiditate gestit & flagrat: vt non modo repudiet præceptores suos: cum Democrito, cui dogmata ad verbum subtrahit, rixetur de syllabis & apicibus: sapientem autem fuisse, vbi à se suisq; auditoribus discesseris, iactet neminem: sed quemadmodum Colotes de rebus naturalibus differentem ipsum tactis genibus adorauerit, literis mandet: Iam frater eius Nicocles statim à puero neminem fuisse, vel esse Epicuro ostenderit sapientiorem, matrem in corpore tantum numerum corpusculorũ habuisse: quæ inter se compacta sapientem procreare potuerint: Nonne iam, quomodo Cononẽ stuprare

ait

ait mate Callicratides, sic Epicurũ dixetis fœde & furtim attentare gloriam, eique vim afferre: qua cum potiri nõ valeat aperte, torquet seipse & amote conficit. Nam vt ex fame corpora, quando cibus ad manum non est, coguntur alimentum ex se ipsis petere: par malum in animis gloriæ sitis efficit, vt cum laudis fame laborantes eam non assequuntur ab alio, semetipsi extollere compellantur. At eo animo qui sunt ad laudem & gloriam, nonne ingentes se voluptates effundere fatentur, dũ ex languote & mollitia magistratus, reip. procurationes, & amicitias regum fugiunt, ex quibus magna ornamẽta ad vitam quæri narrat Democritus? Nemini enim mortalium persuaserit, qui testimonium Nicoclis & Colotis ad orationẽ tanti fecit & amplexus est: quin si Olympiis plausu esse à Græcis exceptus, insaniturus, altaq; voce vlula-
10 turus, imo præ lætitia elatus fuisset, vt verbis Sophoclis vtar,

Vt cardui pappus turgescens veteris,

Si ergo celebrari hominum sermone iucundum, nimirum est improbari triste. Nihil autem omnis amicitię repudiatione, inertia, impietate, mollitia, incuria fœdius. Hæc nemo est mortalium omnium præter illos ipsos, quin isti sectæ opinetur adhærere. Immerito dices. At opinionem non veritatem spectamus. Atque vt libros, vt ciuitatum decreta, quæ in eos scripta sunt probrosa missa faciamus. Est enim id odiosum. Sed si oracula, diuinatio, deorum prouidentia, parentum in prolem charitas natiua & amor, reip. procuratio, imperium, magistratus celebre & gloriosum: qui non esse tuendos Græcos autumant: sed epulandum & potandũ sine noxa, & cũ titillatione ventris, ij infames sint necesse est atq; improbi habeantur: Qui ve-
20 ro tales habentur, languide & indecore viuant, modo honestum & bonam existimationẽ iucundum esse ducant. Ita fato Theone ambulationem inhibere visum est: atq;, vt solebamus, in subselliis considentes, dicta taciti aliquantisper expendimus. Zeuxippus enim, cũ ei ex dictis hoc in mentem venisset: Quisnam, inquit, sermoni nostro residua adiiciet? quando nondum debitam habet clausulam. Hic enim mentione illata diuinationis etiam prouidentiæ admonuit. Hæc namq; potissimum iactant isti esse illa, quæ voluptatem, tranquillitatem, & fiduciam ad vitam concilient. Quare est aliquid de his dicendum. Tum Aristodemus: Enimuero, de voluptate quidem, inquit, dictum fere est, hanc sentẽtiam, cum secundo vtitur cursu & prospero, trepidationem quandam abstergere ac superstitionem, lætitiam tamen & gaudium ab diis non præbere: verum perinde animatos reddere aduersus deos, quos neque timeat
30 quis neque sibi propitios esse lætetur: vt sumus erga pisces Hircanos, à quibus nihil neque boni, neque mali expectamus. Quod si quid ante dictis subtexendũ, illud mihi videor ab illis mutuaturus. Primum quod eos qui tollunt dolores, lachrymas gemitus ob amicorũ decessus, impugnant, aiuntq; exeuntem in indolentiam vacuitatem ægritudinis ex alio malo oriri maiore, immanitate vel ostentatione immodica & rabie: Proinde moueri aliquo modo satius esse & mœrere, nec inungere oculos, & tabescere dolore, & quicquid sane ad affectus mouendos agunt & scribunt, vt lenes & amicorum esse videantur amantes. Nam hæc cum aliis locis retulit Epicurus, tum de Hegesianactis obitu cum ad Dositheum scribat patrẽ defuncti & Pyrsonem fratrem. Nuper enim epistolas eius percensui, dicoque eos sequens malum esse impietatem non minus sæuitia & iactantia: in quam nos impellunt illi, qui beneficentiam
40 deo cum ira detrahunt. Siquidem præstat inhærere opinioni de deo atque ea imbutũ esse affectum, qui & vereatur eos & timeat: quam dum hoc vitamus, neque spem neq; beneficium, neque fiduciam bonorum præsentium, neque vllum sæuis temporibus ad deos refugium superesse. Eximas enim oportet opinioni de diis sicut visui lemam superstitionẽ: Quod si natura non fert, ne vna excindas, neque excœces persuasionem, quæ plærisque de diis est impressa. Hæc autem est nõ truculenta, nec tristis, quemadmodũ hi fingunt calumniantes prouidẽtiam, quasi pueros percellat, vel quasi pestifera & tragica impendeat vltio. Cęterum nonnulli quidem mortales verentur deum, quibus non expediat non metuere. Dum enim metuunt vt clementem probis magistratum & improbis infestum: vno terrore, ob quem non morantur multos licentiam ad peccandum dantes, improbitatemque apud se sopitam tenent velut e-
50 marcescentem, minus perturbantur quam illi, qui eam exercent & audaces sunt, moxq; pœnitentia ducti trepidant. At vulgi erga deum animus & indoctorum non vndequaque peruersorum habet temperatum cum religione & reuerentia aculeum & metum, qui nuncupatus est superstitio: millies tamen maiorem & abundantiorem spem boni & lætiorem. Nam optat & expectat ad omnem successum ab diis opem: quod maximis argumentis patet. Neq; enim commorationes in sacris ædibus, neque tempora in festis epularum, neq; actiones vel spectacula exhilarant alia magis, quam illa, quæ contẽplamur aut agimus ipsi apud deos, dũ solennia celebramus, vel tripudiamus, vel sacrificiis assistimus vel mysteriis. Quippe eo tempore nõ, vt si cum tyrannis aut sæuis carnificibus conuersetur, contractus est animus & abiectus & mœstus, quod pat erat: sed vbi maxime arbitratur & subiicit sibi præsto esse deum, ibi præcipue angore,

angore,pauore,& solicitudinibus reiectis exultando vsque ad temulentiam & lusum & risum demittit se,vt de amoribus ait poëta:

Turpis anus simul atque senex,vbi Cypria menti
Aurea subiecta est,ex curis corda remittunt.

In supplicationibus vero & sacrificiis non senex modo & anus,pauper & plebeius: verum etiam

Ancilla tumido crure cum versat molam,

vetitæque & fex plebis præ gaudio & lætitia exultant, locupletibusq; & regibus epulationes & commessationes paratæ sunt. Atila quæ victimis & thure cohonestantur,ac cū quam proxime deum contingere putant se cogitatione,cum honore & reuerentia voluptate & gaudio fruuntur longe vberiore. Huius in consortium nullo modo venit homo, qui prouidentiam abdicauit. Neq; enim vini copia vel assæ carnes diffundunt in festis animum: sed bona spes, sed existimatio adesse deum propitium libentiq; animo delata sibi admittere. Tibiam enim à cæteris solemnibus coronamque amouemus.Sacrificium,si absit deus, sicut templum si epulum,quod superest, impium exorsq; festi & afflatus diuini; imo ingratum & triste est totum. Precatur enim in speciem adoratque prçter animi sententiam vulgi metu,vocesque commẽtationibus suis repugnantes mittit: & quando sacris operatur, vt coco assistit mactanti hostiam sacerdoti.Quibus peractis recipit se cum hisce dictis: Quod hominum tulit consuetudo, imo laui non attendentibus mihi diis.Ita enim, vt censet Epicurus, componas te oportet, vt neque inuidere videaris neque lacessere vulgus exultans, neque stomacheris & auersum te præbeas ab iis, quæ alij agunt.

Quæcunque enim res geritur coactu,est aspera.

vt est author Euenus.Qua ratione etiam superstitiosos non hilari animo, sed meticuloso existimant applicare se rebus diuinis & mysteriis,cum nihil ab illis hi discrepent: neque etiamsi eadem timore impulsi agunt, spei bonæ sicut illi sunt consortes: sed tantum pauent & solicitantur,ne imponere imperitæ multitudini, & ei illudere deprehendantur: in quam illi commentarios de diis & deorum natura conscripserunt,

Spinosa nec quicquam sani,sed omnia
Contorta

continentes,dum sententiam suam metu vestiunt & obducunt. Porro secundū improbos & vulgus tertiam iam consideremus rectiorem hominum & religiosissimam nationem: in quā magnis voluptatib. & syncera de Deo opinione versentur, omnium illum esse ducem bonorum,omnium parentem honestorum,neque fas ei esse, vt quicquam designet mali vel patiatur.Quippe bonus est.Bonus autem nulla contactus est inuidia,vel trepidatione,vel ira vel odio.Neque enim calidi est stringere algore,sed feruefacere: quomodo nec boni incommodare.Ita vero à beneuolentia,vel à placiditate, ab humanitate & comitate, maleuolentia & toruitas longissime natura sunt abductæ. Hæc enim virtutis & roboris, illa sunt imbecillitatis & improbitatis.Non igitur simul ita deus & gratia tenetur: cæterum vt promereatur,ac succurrat,ingenitum est ei: vt indulgeat irç & affligat,id abhorret ab eius natura. Imo magnus ille in cœlo Iupiter ad sedes imas primus pergit ad componendum & procurandum omnia. Ex aliis diis hic largitor est,ille blandus,alius auerruncanus.

Addictus est Apollo,currum qui volucrem agit,
Mortalibus,placidum illis vt se præbeat: vt est apud Pindarum.

Omnia sunt autem,vt author Diogenes est,deorum communia,omnia amicorū. Amici sunt diis boni.Deorum vero amans vt non recte agat,vel temperans & iustus non sit, fieri non potest.Num igitur aliam pœnam quærere nec satis magnam luere arbitramini istos,prouidentiam qui summouent: dum eripiunt sibi ipsi voluptatem & gaudium tantū, quantum nobis ita erga deum animatis suppetit.Nam Epicuri quidem Metrodorus,Polyenus,& Aristobulus efferebant & erigebant gaudio animum: quorum plærisque perpetuo opitulatus est ægrotis vel defunctus luxit.Enimuero Lycurgus à Pythia salutatus,

Intimus ille Iouis cunctorum & cælicolarum.

Socrates qui secum existimabat dæmonium ex beneuolentia colloqui: Pindarus, cū audiret à Pane cantilenam quandam ex iis,quarum fuerat ipse conditor,cani, modico gaudio elatus est: aut Castores Formio,aut Sophocles Æsculapium hospitio excipere cum & ipsi crederẽt, & alij item putarent, quod se conspectui eorū obtulissent: Nam quid de diis sentiret Hermogenes,operæ est ad verbum commemorare.Ita enim ait: Qui omnia sciunt & omnia possunt dij,adeo me charum habent: vt ex solicitudine, quam de me gerunt, nunquam quocunq; vel nocte

nocte vel interdiu animum appellem, vel quicquid instituam agere, ignorét. Quia vero, quid ex quoque euenturum sit, præsentiunt: significant id mihi per nuncios, quos mittunt, rumores, insomnia, & auguria. Bona itaque consentaneum est esse, quæ geruntur à diis. Quod autem hæc ipsa à diis gerantur, id miram oblectationem habet & fiduciam immensam, animorumque elationem & gaudium bonis viris quasi blandiens. Secus qui sentiunt, illi quod in rebus secundis est iucundissimum, excludunt, & fortunæ fluctibus non relinquunt receptum, sed arcem & portum duris temporibus vnũ interitus & sensus extinctionem respiciunt: perinde ac si quis in alto & tẽpestate ad confirmandum offerat se alios, qui destitutam gubernatore nauem esse dicat, neq; accursuros Tyndaridas ad sæuitiam placandam ingruentem sali
10 rapidasque ventorum procellas: nihil esse rei atrocis tamẽ, sed iam iam obrutum iri fluctibus nauem, aut breui eos impactam scopulo hanc fracturos. Hæc enim Epicurea est in acerb. morbis & cruciatibus atrocissimis oratio. Expectas quid pietatis tuæ fiducia à cœlestib. opis? Deliras. Siquidem natura beata & immortalis nec bili nec benignitati patet. Meliorem quam in vita sortem post fata imaginaris? Luderis. Quippe quod dissolutum est, id nihil sentit. Quod autem nihil sentit, nihil ad nos. Sed heus tu: quomodo igitur comesse me & lætari iubes? Nempe naufragium prope est. Quandoquidem dolor enormis est morti proxim⁹. Atqui vector diffracta excussus naui, nonnulla vehitur spe, fore vt terram teneat corpus & enatet. At horum philosophiæ excensio

Extra salum nusquam apparet cæruleum

20 menti nostræ: sed extemplo euanescit, dissipatutq;, ac citius corpore perit: vt exultet sapientissimo hoc & diuino instructa dogmate: terminum ei esse miseriæ perire, interire, nihil esse. At enim, inquit me intuitus, insulsum est de eo tractare nos, qui iam pridem audiuimus oppugnantem te eos, qui Epicuri contẽdunt orationes quam Platonis de anima expeditiores nos & alacriores ad mortem reddere. Ibi excipiens Zeuxippus: Ergone hic, inquit, illius causa inchoatus manebit sermo, dubitabimusque oraculum illud ad Epicurum proferre? Minime, inquam ego: sed vt ait Empedocles,

Quatenus est rectum, præbenda aures,

Theon igitur iterum est nobis cohortandus. Neq; enim interfuit, ni fallor, cum ista tunc cõ-
30 memorarentur. Et vero iuuenis est, nec timet, ne obliuionis iuuenibus rationẽ reddat. Tunc quasi expugnat⁹ Theon: Atqui ita si agere, inquit, visum est: haud imitabor Aristodeme te. Tu sermones huius referre trepidasti: at ego vsurpabo tua. Recte enim mihi distribuisse in tria genera videris homines: primum sceleratorum & turpium, alterũ vulgi & imperitorum, proborum tertium & cordatorum. Atq; scelerati quidem & turpes, si propositas vbique vindictas & supplicia formident, ac metuant mali quid admittere, ideoq; plus coerceant sese, lætius agẽt & tranquillius. Nulla re enim Epicur⁹ ab iniuria reprimere inferẽda putat alia oportere, quã vindictæ terrore. Quare est illis etiã atque etiam incutienda superstitio, incutiendique in eos pariter ex cœlo & terra terrores, hiatus, pauores, & suspiciones, quo his perculsi gerant se modestius & lenius. Conducibilius enim iis est, si conseuutura morte horreãt, abstinere à malefa-
40 ctis: quam infestam degere & trepidam vitam, si ea committant. Vulgo vel sine Orci pauore spes fabulosæ æternitates desideriumq; illius vitæ, quæ cupidinum est omnium antiquissima volupratisque & oblectationis plena, metum illum puerilem superat. Etenim & qui liberos, coniuges, & amicos amiserunt, esse eos præoptant vspiam in ærumnis, quam esse semel sublatos & ad nihilum redactos. Cupide enim hæc voeabula decedere morientes & migrare è vita, ac si quæ alia, quæ conuersionem animæ denotant, non interitum, audiunt, dicunt ita:

At illic etiam chari reminiscar amici. Et,
Quid Hectori vis nunciem aut seni viro.

Hic inualuit error, vt arma, instrumenta, vestes consuetas vna cum defunctis, atque vt Minos est cum Glauco Cressas

50 *Casi ossa tibias maculis sparsi hinnuli,*

tumulantes recreantur: ac si quid illos poscere & desiderare suspicentur, læto animo id largiuntur: sicut Periander simul cũ vxore mundũ eius quasi postularet, id & algere diceret se cremauit. Æaci vero & Ascalaphi & Acherontes non admodum commouent: quib. quidem etiam choros, spectacula, & cantum vt iis se oblectent, omnis generis præbuit vetustas. At illam mortis faciem vt horrẽdam, tetricam, caliginosam subtimescunt omnes, omnis sensus abolitionem, obliuionem, & ignorationem: ac cum dicitur, periit, interiit, non est, exanimantur grauiterque anguntur, hæc dum recensentur.

Terra

Terra putrescet in vmbrosa, conuiuis
Lyraq; cassus & dulci modulamine
Quoque tibiarum.
At semel vt tenues animus procul iuit in vmbras,
Nulla quidem spes est in corpora posse reuerti.

Imo vero enecant insuper, hæc qui memorant,

Nos homines semel exorti non possumus vltra
Nasci, nec fas est posthac existere vitam.

Quando præsens tempus vt pusillum vel potius nihil ad æternitatem vilipendentes non fruuntur eo, postmittuntq; virtutem & negocia: dum videlicet despondent animū, & semetipsi tanquam momētaneos, instabiles & nequicquam natos despiciunt. Quandoquidē sensuum oppressio, interitus, & quod nihil sit quantum ad nos insensile, nō soluit mortis metu, verum insuper eam ob oculos ponit. Hoc ipsum enim est, quod natura extimescit, 10

Sed vos in terram cuncti redeatis & vndas,

vt ita dissipetur animus, nihil vt intelligat & nihil sentiat. Quē dum in inane Epicurus & minutula corpuscula dissipat, lōge magis spē præcidit immortalitatis. Cuius gratia pene dixero viros & fœminas laniari omnes à Cerbero cupere atque in constipatam eius aluum condi, vt tantum perpetuo esse valeant, neque semel intereant. Quanquā hæc, vt retuli, non multi sane pauent vt matrum & nutricū placita & aniles fabulas. Qui vero ea horrent, hi expiationes certas & procurationes succurrere arbitrantur: quibus lustratos perpetuo se putant apud inferos lusuros & tripudiaturos inter illos, qui in luce & aura liquida versantur & voce vtuntur. Vitæ vero priuatio iuxta iuuenes & senes fatigat: 20

Hoc anxie nos sollicitos semper habet,
Vt fulgeamus in terra:

vt ait Euripides: neque æquo animo, vel sine molestia audimus

Sic fatum lumen properantis dulce diei
Illic destituit.

Ita vna cum immortalitatis opinione iucundissimas spes popularium & summas euertunt. Quid iam de bonis censemus atq; de iis, qui sancte & iuste vixerūt? Nihil illic mali, sed optima & diuinissima præstolantur. Nam primum coronam athletæ, nisi certent, non accipiunt, sed si certauerint & victores fuerint: Eodem modo, quia bonis vitæ præmia post vitam proposita esse statuunt, mirifice animos sustollunt erectique sunt spe illa: qua hic quoq; valent, eos qui insolescunt ob opes & potentiam, illuduntq; stolide melioribus, merita supplicia pendentes contēplati. Deinde qui veritatis & contemplandæ vniuersitatis amator est, nullus hic cupiditatem suam ea expleuit: quod quasi per nebulam vel nubē corporis atram humida & confusa vtatur ratione: sed instar auis in cœlum suspicientes sicut ex corpore euolaturi ad sedē aliquā amplam & splendidam expeditum & agilem reddunt animum, auocantque à caducis philosophia pro moriendi meditatione adhibita. Vsq; adeo ingens & consummatū reuera bonum existimo obirū esse, vitam solidam illic victurum putem animum, qui non vere hic, sed velut per somnium viuit. Itaque si vndequaq; grata est amici memoria defuncti, vt est apud Epicurum: iam consideres licet, quanta lætitia semetipsos defraudent, qui spectra & visa amicorum arbitrantur se capere & sectari fato functorum: quibus neq; mens supperit neq; sensus: cum denuo se cum eis congressuros reuera, vel charum parentem vel charam genitricem, vel probam coniugē aspecturos non expectent: nec habeant consuetudinis illius & complexus spē, quæ affulget illis, qui cū Pythagora, Platone, & Homero de anima sentiunt. Cui autem eorū affectus affinis sit, innuit Homerus: dum Æneæ speciem vt extincti in medium præliantium proiicit, post eundem illum exhibuit viuum amicis: 30 40

Saluum accedentem, pectus quoque forte gerentem.
Hic mire exultant & eum amplectuntur amici.

Quare nos quoque suggerente doctrina illa, posse reuera cum defunctis nos conuersari, atq; amanti sentientem attrectare ipsum amantem licere, erecto animo sumus. Cum illi, qui commercium habere putant se non posse vltra cum eis, quos charos habuerunt: non valeant abiicere imagines cunctas corticesq; ob quæ lamentantur assidue atq; affligunt se. Ad hæc qui alterius vitæ obitum exordium melioris ducunt: siue reb⁹ lætis fruantur, impensius diffunduntur si meliores expectent: siue non ad votum eis res humanę cedant, non anguntur magnopere, verum bonorum & lætorum à fato spes oblectamentis & expectationibus nixa immensis erratū & offensionē animi omnem delet aboletque, sicut in via vel potius in via diuerticulo 50

breui

breui leniter quicquid fors obtulerit,& modice ferentes. At quibus in sensus cessationem vita hæc terminat & dissipatur: his occasus, quia malorum non affert vicissitudinem, ambobus est acerbus, vehementius fortunatis tamen, quam ærumnosam vitam degentibus: quod horum quidem abscindat spem vitæ lætioris incertam, illis exploratum bonum læte viuendi detrahat. Et quomodo nimirum sæua medicamenta, necessaria tamen, dum ægros leuant, conficiunt ac lædunt valentes: sic Epicuri doctrina calamitosam vitam agentib⁹,& in dira positis fortuna non beatum exitum, sed interitum ostendit & animæ dissolutionem: prudentum vero, sapientum, & indulgentia fortunæ florentium penitus deprimit alacritatem: quod ex vita beata eo redigantur, vt non viuant nec sint. Hinc ergo nemini quidē non liquet amissionis 10 cogitationem bonorum non posse non mordere, quatenus spes fixa & fruitio bonorū exhilarat. Verum enimuero malorum ipsis autumant perennium & infinitorū exemptam suspicionem bonum stabilissimum atque gratissimum relinquere inretitus cogitationem, idq; efficere Epicuri doctrinam, quæ mortis terrorē in animæ dissipatione coercet. Itaque si innumerabilium malorum expectatione est exolui gratissimum: an non bonorum spe sempiternorū orbari ac supremam felicitatem effundere odiosum? Bonum enim nō est vtriuis parti, verū, natis omnibus non esse præter naturam est & alienum. Quibus autē detrahit vitæ mala mortis malo, leuamentum hi habent sensus extinctionem, ceu ea fuga euaserint. Versa quoque vice, quib. commutatione in nihilum bonorum, his calcē, in qua euanescit beatitudo, æterno horrendissimam. Neque enim vt vitæ caput alterius rimer natura sensus omnis priuationem, sed 20 quod ea præsentium sit bonorum expoliatio. Nam illud, Nihil ad nos, quæ omnium, quæ nostra sunt, interitū constat iam ad nos cogitatione pertinet: atque sensus extinctio non pungit tunc eos, qui non sunt: sed eos, qui sunt: quib. hoc ab illo infligitur damnum, vt non sint, non vt submergantur. Hinc nec Cerberus, nec Cocytus formidinē lethi immensam inducit: verū minæ ne sis: quæ carent vicissitudine vt iterū, qui interiere, sint. Bis namque nasci non licet. Oportet enim non esse Epicuro authore in æternum. Nam extremitas si est non esse: hoc autē infinitum & immotum, iam malū inuenit sempiternum bonorum destitutio extinctionem sensuum non intermissuram. Sapientior fuit Herodotus: dum deum ait, qui dulcis perennitatis præbuit gustum, malignū apparere præsertim illis, qui numerantur felices, quib. est ægritudinis esca voluptas: quod quibus nudabuntur, gustent. Quam enim oblectationē vel deli- 30 cias & lætitiam non abiget & frangat occurrens animam quasi in vastum pelagus infinitatem effusum iri imaginatio eorū, qui voluptate summum bonū, & beatam vitā metiuntur. Quod si etiam eum dolore, vt placet Epicuro, plerisque perire vsuuenit: nullā prorsus admittit alleuationem mortis trepidatio, quę ad bonorum ereptionem per mala rapit. Atque hęc quidem summa ope apud omnes mortales contendunt & vrgent: vt summum bonum malorū declinationem ducant, malum vero non item existimant bonorū ademptionem. Enimuero illud confitentur, nullam spem vel gaudium morti suppetere: sed præcisam ea esse hilaritatē omnē ac bonum, quo tempore multa bona & ingenita diuinaque expectāt illi, qui animos incorruptos esse atque immortales arbitrantur, vel anfractibus annorū longis partim in terra, partim in cœlo vagari: dum simul cum mundo dissoluantur sociis sole & luna in ignem succensæ intellectiuum. Talem tantarum voluptatum regionem Epicurus exscindit: ac spē, quam de Deo 40 habemus, vt retulimus, & beneficiis sustollentis in contemplante studiū, & in negorioso ambitionem heberans, in astrictam oppido nec syncetam animi ex corpore lætitiam contrahit, conturbatque naturam, quasi bonum quam mali euitationem maius non habeat.

PLVTARCHI

De genitura animæ illa in Timæo Platonis, Commentarius.

50

Pater Autobulo & Plutarcho S. D.

Quandoquidem ea, quæ frequenter disputata à nobis & scripta sparsim alias alia sunt, cum Platonis expliearemus, quam de anima habuit, sententiam, vt nobis est visa, censetis in vnum contrahi volumen debere, ac disputationem hanc peculiarem mereri Commentarium: quæ cum alias non est expedita, tum quia est

plutimis,qui à Platone sunt,controuersa, eget lenimento: primo loco verba eius ex Timæo descripta proponã. Ex ea essentia,quæ indiuidua,& quæ semper eadẽ manet:& illa, quæ corporibus fit diuidua,tertium ex ambabus in medio temperauit essentiæ genus, quod esset eiusdem naturæ & alterius: atq; ita hanc constituit inter indiuiduam & corporib⁹ diuiduam mediam. Quas quidem essentias tres confudit in vnam omnes speciẽ,alterius naturã misceri cõtumacẽ vi implicans eidem. Simul atq; sic eam cũ essentia cõfudisset, atq; ex tribus fecisset vnam: rursus totũ hoc,in quas oportuit,distribuit portiones,singulas has ex eodem & altero & essentia temperatas. Orsus autem est distrahere eas hunc in modum. Primum quã multas ista pepererint interpretibus altercationes,immẽsi hic laboris fuerit,& apud vos, qui versati estis in plerisq; fere, etiam superuacaneum exponere. Cæterũ quando ex probatissimis viris alios Xenocrates aggregauit sibi,animę essentiam numerũ,qui ipse à seipso moueatur,esse pronũcians: alij Crantori associauerunt se Soliensi, qui temperauit animam ex intellectibili natura & ea,quæ in illis,sensu quæ accipiuntur,est opinabilis: arbitror hæc,si ea euoluerimus, lucem sicut præludium vobis datura. Poterit autem vtrumq; succincte expediri: Nam altera pars nihil aliud quam genituram existimat numeri indiuiduæ cũ diuidua essentiæ confusione denotari. Quippe indiuiduum vnum esse diuiduam multitudinẽ: ex his autem existere numerũ definiente numerũ vno quod infinitioni terminum addit, quam dyadẽ vocant interminatam. Hanc Zarates Pythagoræ doctor numeri matrẽ,vnũ nominauit patrẽ. Ita optimos numeros esse eos, qui monadis sint germanæ: nondum tamen hunc numerum animam esse: quia mouens & mobile absit ei. At temperatis inter se eodem & altero: quorum alterũ est motionis & mutationis principium,alterum animæ statio & quies,animã extitisse, quæ nõ minus vi sistẽte & stante, quã agitante & agitata censeatur. Crantor,qui præcipue officiũ arbitrabatur animæ esse peculiare,iudicare intellectibilia & sensibus subiecta,horumq; in seipsis & mutuas diuersitates affinitatesq;: ex omnibus ait, vt omnia habeat nota, esse compositam animam. Ea quatuor esse,naturam intellectibilem,quæ perpetuo eadẽ vniusque modi maneat: & illã,quæ in corporibus afficitur & variat: adhæc naturam eiusdem & alterius: quod etiam illarũ vtraq; alterius & eiusdẽ contagione teneatur. Hi iuxta omnes animã negant tempore generatam, neque in eam cadere generationem, sed virtutibus præditam esse plurib. in quas à distribuẽte commentationis gratia animæ essentiam Platone verbo genitam poni & compositam. Idẽ cum de mundo sentiret,nosse quidem eum esse sempiternum,nec genitum: sed quemadmodum descriptus sit & regatur,intellectu cum videret arduum esse iis,qui neq; natum esse,neq; concursum à primo posuerunt generantium,huc deflexisse. Hæc summatim cũ ita dicantur, Eudorus vtrũque dicit aliquid habere probabile: verum mihi vterq; videtur à Platonis mente aberrare: si normam sequi consentanei,nec nostra dogmata subiicere,sed adferre,cum illo quod congruat,velimus. Siquidem illa,quæ adfertur intellectibilis, & in sensum cadentis cõfusio essentiæ,non declaratut quemadmodum animæ citius quam aliorũ, quicquid dixeris, sit generatio. Nam & mundus hic,& pars quæq; eius ex corporea conflata est, & intellectibili essentia: ex quibus hæc figuram & speciem, materiam illa & subiectũ rei,quæ gignitur, suppeditat: & quicquid materię consortio & effictione & adumbratione est intellectibilis informatum,id continuo tactu & visu percipitur. Anima vero sensum effugit omnem. Numerum certe Plato nunquam animam nominauit,sed naturam sua sponte perpetuo mobilem,motusq; fontem & caput. Numero autem & proportione & concinentia essentiã eius digessit: quæ est subiecta & recepit pulcherrimam ab his impressam speciem. Equidẽ animæ essentiam numerum esse,non idem esse puto ac numero eam constare. Quandoquidẽ ex concinentia consistat, nec tamẽ est, vt ipse in libro de anima demonstrauit, harmonia. Plane autẽ,quid esset idẽ & alterum non intellexerunt. Dicunt enim hoc motionis, illud quietis ad procreandam animam vim suggerere,cum ipse in Sophiste Plato,ens,idem, alterum præterea quietẽ & motũ, vt singula inter se discrepent, & quinque sint, distrahat mutuo & dirimat. Porro quod hos in communi & plærosq; Platonis studiosos percellat & torqueat,omnia vt moliantur, vrgeant, & omnem lapidem moueant: vt quasi rem atrocẽ & nefandam opprimant & inficientur mũdi,& animæ eius ortum coagmentationemq; ex æterno non extitisse, atque ita æuum nõ habuisse infinitũ,id cũ suo loco tractauimus,tum nunc tantũ dixisse sat erit, contentionẽ eos & disputationem de diis, quia Plato ambitiosissime fatetur & præter ætatẽ suã esse in honorẽ se deorum vsum,permiscere,imo semel conuellere. Nam si non est mundus genitus, iã concidit Platoni illud,antiquiorẽ corpore animam omnis authorem mutationis & motus,ducemque & principẽ architectũ vt ipse ait,in corpore collocatam esse. Quæ vero sit, & cuius rei anima, cur prior & senior corpore dicatur,infra explicabo. Quando huius ignoratio maximã hæsitationẽ veræ sententiam adiunxisse,& fidẽ videtur abrogasse. Primũ igitur, quid de his ego sentiam exponam,ac sententiã confirmabo ratione ꝓbabili,emolliamq; quatenus queã admirabilem

10

20

30

40

50

bilem


bilem sermonis veritatẽ. Deinde verbis Platonis interpretationem & probationẽ attexã, simul eas cum illis conciliabo. Res autem meo quidẽ iudicio sic se habet. Mundũ hunc, inquit Heraclitus, nullus vel deus, vel homo cõdidit: quasi extimescat, ne abdicato deo hominẽ quẽpiam mundi existimemus opificẽ. Præstat igitur, vt Platoni subscribentes mundum creatum dicamus & canamus à Deo. Ille est enim rerum pulcherrimus omniũ, hic causarum optimus. Essentiam vero & materiam, ex qua est factus, nõ procreatã, sed paratam semper molitori fuisse obsecundantemq;, vt eam componeret, digereret, & ad suam, quoad eius fieri posset, formaret effigiem. Quatenus non ex nihilo oriatur quicquam: sed ex non eleganter & commode comparato, sicut ædificium, vestimentum, statua. Siquidem ante mundi originem indige-
10 sta & incondita cuncta erant. Indigesta autẽ non sunt siue corpore & motione, neque inanima: verum informe corpus & inconditum, quod motu cieatur temerario & inconsulto. Ea erat carentis ratione animæ inconcinnitas. Neque enim ex re deus incorporea corpus, vel ex inanimo animam effecit: sed quomodo ab harmonico & rhythmico non vocem effici, non motum, verum concinnam vocem fieri & motum volumus aptum: sic deus neque corporis contrectationem & soliditatem, neq; animæ imaginationem, & motionem ipse molitus est: sed vtrumq; principium accepit, alterum exile & obscurum, turbulentum alterum & stolidum: vtrumque autem rudius quam decuit atque interminatum, quæ digessit, concinnauit, composuitq;, speciosissimumq; & consummatissimum reddidit ex iis animantem. Ac corporis quidem essentia diuersa non est ab omnium capace, vt ipse vocat, natura, sedeq; & nutrice
20 cunctorum, quæ gignuntur. At animæ essentiam in Philebo infinitionẽ nuncupauit: quæ numeri & proportionis est orbitas, nec claudicationis, enormitatis, discrepantiæ, & disparitatis terminum in se vel modum habet. In Timæo cũ indiuiduæ addita naturæ anima, quæ in corporibus fieri diuidua dicitur, ea neque multitudo in monadibus & punctis, neq; longitudines & latitudines est censenda dici: quæ ad corpora pertinent, corporumque potius quam animæ sunt: sed inconditum & immensum, mobile tamen sua sponte mouensque principium, quod sæpe necessitatem, in libris de legibus plane animam incõditam dixit & maleficam. Hoc erat enim anima per se sola, quæ tamen mentem, rationem, & concinnentiam solertem est sortita: quo mundi anima fieret. Etenim omni capax illa materia magnitudinem, interuallum, & locum possidebat: nitorem, speciem, & figuratum decentem modũ desiderabat: quæ est sor-
30 tita tamen, vt compta telluri, ponto, cœlo, stellis, plantis, & animantib. varia corpora præberet. Qui vero necessitatem, vt vocat in Timæo, & in Philebo, maioris vel minoris penuriæ & luxuriæ immensitatem & infinitatem materiæ assignant non animæ: quonam modo tuebuntur, quod ab illo dicitur, informem perpetuo materiam & rudem esse, omnique qualitate & dote vacare, compararique * ignauo oleo, quod ad tincturas sumunt pigmentarij. Neque enim credibile est id, quod exors est qualitatis, ignauum ex seipso, & immotũ causam mali & principium statui à Platone, vocatiq; ab eo infinitatem turpem & maleficam: rursus necessitatem crebro repugnantem deo contumacemq;. Nam illa, quæ vt in Politico dicitur, retorquet cœlum & reuoluit in aduersum necessitas & natiua libido, veterisque quondam naturæ contubernium, quod multa præditum confusione fuit ante, quam vt nunc politum esset, vnde nam rebus est: si subiecta materia omnis exors qualitatis & inanis omnis erat causæ: bonus
40 autem opifex, qui omnia sibi consimilia quatenus valeret, cuperet reddere? Tertium, ab his si discesseris, relinquetur nihil. Stoicæ namque opprimunt perplexitates nos, si malum ex nihilo, sine causa & sine origine indicamus. Quandoquidem ex iis, quæ existunt, neque bonũ, neque quod vacat qualitatibus essentiam & ortum præbuisse probabile sit mali. Sed non eodem Plato, quo successores, incurrit: vt, quod fecerunt illi, prætermisso, quod inter materiam & deũ intercurrit, tertio principio & potentia rem omniũ absurdissimam admitteret, faceretque aduentitiam, haud scio quo pacto, malorum ex temeritate & casu naturam. Cum Epicuro ne minimam quidem atomi inclinationem permittant: quasi motum ex nihilo nulla fultum causa inuehat: qui ipsi vitium & miseriam tantam aliaque circa corpus incõmoda in-
50 numera & asperitates, quæ causam non habent in primordiis, ex consecutione referant extitisse. Non ita Plato: verum materiam omni distinctione exoluens, deumque à malorum causa longissime retrahens, sic de mũdo in Politico scripsit. A conditore omnia bona accepit, ab accersita potentia, quicquid odiosi & iniqui in cœlo existit, & ipse habet, & animantibus inurit. Iam paulo infra. Die, inquit, obliuione eum occupante præpollet veteris labes inconconcinnitatis: neque multum abest, quin dissolutus locum dissimilitudinis infinitum rursus subeat. At dissimilitudo in materia, quæ omni caret qualitate & discrimine, nõ est. Enimuero huius cum multis aliis ignarus Eudemus Platoni illudit, quasi non eam, quã sæpenumero genitricem nutricemque appellauit, causam, radicem, fontem malorum dicat. Nempe materiã Plato genitricem vocat & nutricem: sed mali causam vim materiæ agitatricem, atq; in corpo-

*Alij, crudo.

 tibus

ribus diuiduam redditam, inconditamque & temerariam, non inanimam tamẽ motionem: quam in legibus, sicut retulim*, animam aduersariam & reluctantẽ bonorum authore nominauit. Est enim causa anima & primordium motus, mens ordinis & concẽtus in motu. Siquidem non excitauit languentem ignauamq; deus materiam: sed causam, quæ eam miscebat, repressit stolidam: neque semina naturæ vicissitudinis & laborum suppeditauit, sed multimodis laboribus exercitatæ voluminibusq; peruersis ingentem illam ademit enormitatem & errorem instrumenta adhibens concinnentiam competentiam, & numerum. Quorum mun* est nõ mutatione & ineitu alterno difficultates & disparitates reb. infligere: imo potius fixas, stabiles, & nunquam variantibus reddere germanas. Hæc mens est, vt mea fert opinio, Platonis. Id confirmabimus primum, si discrepantiam, qua se cũ ipse dicitur & existimatur pugnare, diluerimus. Neque enim vel sophistæ vino languenti, nedum Platoni talem tribueris, quibus in scriptis plurimum studij posuit discrepantiam & inconstantiam: eandem vt naturam pariter ingenitam & genitam pronunciet. Ingenitam in Phædro animam, in Timæo genitam. Atque illa quidem in Phædro dictio omnium prope sermonibus iactatur: quæ astruit, si non est genita, neque occasuram: si sua sponte mouetur, nescire ortum animam. In Timęo: Animam, inquit, non vt hoc loco instituimus posteriorẽ dicere, ita cõdidit deus adolescentiorem. Neque enim, vt pateret maius natu minori cum eo copulatum, permisisset. Sed nos sane, quia multum inest nobis temeritatis inconsultæ, perinde etiam loquimur. Ille vero & ortu & virtute priorem corpore animam vt dominam & Imperatricem parenti coniugauit. Iterum cum dixisset animam in seipsa volutatam diuinam inuexisse perennis & sanæ vitæ ingressionem: Atqui corpus quidem, inquit, cœli spectabile est: anima vero oculorum effugit obtutum, rationis tamen particeps & concinentiæ ab optimo omnium, quæ sunt sempiterna, & quæ sub intellectum cadũt, inter omnia, quæ creata sunt, est creata optima. Nempe qui hic deum dixit rerum optimum sempiternarum animam genitorum optimam, liquidissimo hoc discrimine & contentione æternitatem huic originis nescio an detraxit. Quænam hic emendatio sit alia extra eam, quam suggerit recipere valentibus ipse: Ingenitam dicit animam, quæ ante mundi natales vage cuncta & incondite mouebat: è diuerso genitam & natiuam, quam deus ex hac atque ex stabili & præstantissima illa essentia intelligentem & compositam molitus est, & quasi speciem, sensui mentem, impulsui ordinem ex se sufficiens, rectorem præfecit vniuersitati. Perinde corpus mundi modo æternum, modo genitum affirmat. Siquidem quando ait, quicquid aspectabile erat, non ociosum, sed fluctuans incomposite id deum accepisse atque digessisse. Item alio loco quatuor genera, ignẽ, aquam, terram & aërem, antequam vniuersitas ab iis descripta nasceretur, impulisse materiam, atq; ab hac illa concussa fuisse ex inęqualitate: fuisse certe vult atq; extitisse corpora illa ante orbem conditum. Quando iam vice versa anima narrat minus natu corpus, & mundum esse natum, quod in cernendi & contrectandi sensum cadat & corpus habeat: ea autem nasci & natiua appareat esse: palam est ortum ab eo naturæ corporis tribui. Imo nihil minus facit, quam q; pugnantia dicat & dissideat à se ipse summis in negociis tam perspicue. Neque enim eodem modo, vel idem corpus creatum refert à deo, & prius, quam crearetur, fuisse. Id enim plane insanientis fuisset. Cæterum quemadmodum accipienda genitura sit, ipse docet. Nam antea, inquit, vniuersa hæc temere & incõdite ferebantur. At postquã poliri est vniuersitas cœpta, ignem primum, aquam, terram, & aëra pro formis habuit. Quæ quidem ei omnino sic erant comparata, sicut par est quamlibet rem esse, sicunde absit deus. Hæc igitur cum ad eum se haberent modum, primum formis ea & numeris configurauit. Ante quoque qui dixerat, compingere solidam & profunditate præditam molem, non vnius fuisse proportionis, sed duarum: exposuitque interiectis deum inter ignem & terram, aqua & aëre cœlum colligasse & contexuisse. Itaque ex his, inquit, talibus & numero quatuor corpus est mundi procreatum proportione sibi consentaneum, concordiamque ex his parauit: vt idem secum compactum ab aliis extra quam ab eo, qui colligauit, dissipari nequeat. Quibus liquidissime docet non corporis absolute, neque molis & materiæ: sed competentiæ corporis decorisque & similitudinis parentem deum & opificem fuisse. Idem est de anima cogitandũ: vnam neque à Deo creatam, neque mundi esse animam, sed vim quandam in imaginatione & opinatione positæ temerariæque atque inconditæ iactationis & impulsus per se & perpetuo agitatricem: alteram à deo congruis distinctam numeris & proportionibus mundo nato ducem eamq; genitam fuisse præfectam. Id Platonẽ de his sensisse, nec commentationis gratia geniti mundi & animæ æque coagmentationẽ & generationẽ induxisse, illud præter alia multa sit argumẽto: quod anima ab eo ingenita, sicut supra retulimus, & genita dicatur: mundus autẽ semper creatus & genitus, ingenitus nunquã neq; sempiternus. Ac testimonia ex Timęo quid attinet proferre, cũ totus & vniuersus Commentarius de mũdi genitura à capite ad calcẽ vsq; id loquatur. Ex aliis in Atlantico serio agẽs nominat

nominat Timæus eum illum olim reconditum nunc verbo deum In Politico Parmenidius hospes creatum à deo mundum multorum bonorum compotem factum esse. Quod si quid ei vitii vel praui sit, id ex priore habitu in condito & rationis experte eũ habere. In rep. de numero, quẽ cõnubiũ nonnulli vocant, orsus Socrates dicere. Est inquit, deo natiuo ambitus, quem numerus absolutus complectitur. Vbi non aliud vocat deũ genitiuũ quã mundum. **Desunt aliqua.* Hic prima coniugatio vnius est & duûm, altera triũ & vnius, tertia V & VI: quarum efficit nulla quadrum, vel ipso sola, vel cum aliis sociata. Quarto est VIII & X. Ea copulata primis triginta sex producit quadrum. Atque ille numerorum, quos explicat Plato, quaterni pleniorem natiuitatem est consecurus: quod paria paribus, imparia imparibus sint interuallis multiplicata. Includit enim in se monadem commune parium & imparium principium. Ex subiectis ei duo & tria plana prima: IIII & IX prima quadra, VIII & XXVII principes in numeris tessaras, non habita monadis ratione. Vnde noluisse liquet eum ad vnam directam lineam omnes, sed alternos seorsum locari inter se pares, itemque impares. Siquitur. Ita coniugationes erunt cum similibus similium, efficientque numeros insignes contextione & multiplicatione ex se mutuo Contextione hũc in modum. Ex duobus & tribus proueniunt quinque, ex IIII & IX. XIII, ex VIII & XXVII quinque & triginta. Ex hisce numeris Pythagorei quinarium alterum, id est, sonum dixerunt, rati interuallum toni primum sonans quintum esse: XIII sicut Plato λεῖμμα, id est, defectum, toni in paria dissectionem abdicantes: quinque & triginta harmoniam: quod ex duab. tesseris principibus, quæ ex pari & impari sunt natæ, constet atq; ex numeris quatuor VI. VIII. IX. XII: qui arithmeticam & harmonicam comprehendunt proportionem. Erit hæc clarior vis ex diagrammate.



Sit parallelogrammum orthogonium A B C D, cuius latus vnum A B sit quinque, alterum A D septem: dissectoque in duo & tria ad E minore maiore in tria & quatuor ad F: à secturis traiiciantur lineæ recte sese mutuo intersecantes ad EGH & ad FGI. Sic AIGF VI. EBGF nouem GHDI VIII. GF HC XII. erunt. Quod totum parallelogrammũ triginta quinque primorum proportiones in spaciorum numeris, in quos est distributus, continet. Atque VI & VIII proportionem sesquitertiam habent, in qua symphonia diatessaron est: VI & IX sesquiplã, in qua diapente: VI & XII dulpã, in qua diapason. Sed & toni proportio inest, sesquioctaua in IX & VIII. Hinc numerum, qui complectitur has proportiones, harmoniam nominauere. Hic sexies cumulatus numerũ parit decem & ducentorum: quod diebus fœtus septimestres ad partum absolui dicuntur. De integro ab alio exordio lex multiplicatione bis tria sex efficiunt, quatuor nouem XXXVI, octies XXVII CCXVI. estq; numerus perfectus senarius, qui partibus suis cõstat paribus, atq; ob paris & imparis copulam connubium vocatur. Adhæc cõpactus est à principio ex primo pari & impari primo. Numerus vero XXXVI primus quadrus est pariter & triquetrus: quadrus ex senario, ex octonario triquetrus: factusq; est quadrorum duorum multiplicatione, quaternatio nouenatiũ cumulante, & coniunctione duorum cuborum. Siquidem vnum, octo, & XXVII copulata suprascriptũ numerũ reddunt. Adde quod duobus lateribus constet cætera excedentibus, duodenario ter multiplicato, nouenario quater. Quare si proposita sint figurarũ latera, quadri VI, triquetri VIII. & parallelogrammorũ alterius IX: alterius XII: portiones edent concentuũ. Erunt enim XII ad IX diatessarõ, vt ima chorda, quã neten vocat, ad mesen: ad VIII diapente, vt nete ad paramesen: ad VI diapason, vt nete ad hypaten. CCXVI cubũ pariunt, qui numerus à senario est suo orbi par. Cum aut propositi numeri eas obtineant potentias, peculiare hoc sortitus est nouissimus XXVII: quod antecentib. cõnexus omnib. sit æqualis. Idẽ periodicus est lunæ & spaciorum menstruorũ, locantq; hoc in numero Pythagorici tonũ. Quapropter XIII limma, id est, defectum vocant. Vno enim minor quã dimidiũ est. Porro his concentuũ quoq; includi proportiones ex facili animaduertitur. Siquidẽ proportio duplaris duorũ ad vnum est, in qua cõsistit diapason: sesquialtera illa trium ad duo, in qua diapente: sesquitertia quatuor ad tria, in qua diatessarõ: triplaris IX ad tria, in qua diapason & diapente. & quadrupla VIII ad duo, in qua disdiapason. Inest & epogdous octo ad nouẽ, in qua tonicœõ. Si ergo monas, quæ promiscua est, annumeretur tam parib. quã imparibus: vniuersus numerus globũ pariet decussis. Nã numeri à monade vsq; ad denariũ collati quinq; & decẽ, triquetrum ex quincunce. Numerus impar quadragesimũ cõpositione XIII & XXVII prouenientem, quib. interualla mathematici musica dimetiuntur clare, atq; vnum diesin. alterum tonum vocãt: qui multiplicãdo quaternionis vi ex[illegible]r. Siquidẽ primorũ quatuor singulis seorsum quater sumptis nascuntur IIII. VIII. XII. XVI: ex quibus numerus conflatur XL, qui cõcentuũ proportiones cõplectitur. Etenim numerus XVI sesqui

tertius duodenarii est, octonarii duplaris, quaternarii quadruplus. Quadruplus duodenarius ternarii, octonarii sesquiplus, quaternionis triplaris. Quæ proportiones interualla diatessaron, diapente, diapason, & disdiapason coërcent. Iam numerus quadragenarius duobus quadris est & cubis duobus copularus par. Siquidem vnum IIII. VIII. & XXVII. conflati tesseræ & quadra euadunt. Quare multo est Pythagorico quaternio Platonicus compositione numerosior ac consummatior. Cæterum quia medietatibus, quæ inducuntur, propositi numeri spacia non largiuntur: termini capiendi erant iisdem in proportionibus ampliores. Hi, qui sint, explicandum est: antre tamen de medietatibus: quarum vnam, quæ pari numero excedit & pari exceditur, arithmeticam nostræ memoriæ homines appellant: alteram, quæ eadem portione extrema excedit & exceditur, Aduersariam. Iam arithmeticæ termini sunt VI. IX. XII. Nouenarius enim parili numero senarium superat & superatur à duodenario. Aduersariæ VI. VIII. XII. Nam octonarius duobus senarium superat, superatur quatuor à duodenario. In quibus binarius senarii, quaternarius duodenarii est triens. Ita fit, vt in arithmetica eadem portione medium superetur & excedat: in aduersaria eadem portione ab altero extremorum exuperetur, alterum egrediatur. Quia illic tria medii triens sunt: hic quatuor & duo extremorum vtrumque vtriusque. Hinc est aduersaria dicta. Hanc vocant harmonicam: quod terminis prima reddat consona, maximo cum minimo, diapason: maximo cum medio, diapente: medio cum minimo, diatessaron, qui à maximo termino in nete locato, in hypate minimo: medius ad mesen redit: ac facit hæc ad maximum diapente, ad minimum diatessaron: vt in mese occurrant octo, in nete XII. sex in hypate. Rationem, qua accipiant medietates, quas memorauimus, explicat Eudorus plane & dilucide. Ac primum in Arithmetica attende. Si namque propositis extremis sumseris vtriusque dimidium copulaueris que: numerus conflatus medius erit æque in duplaribus & triplaribus. In aduersaria si in duplaribus extremos proposueris, ac minoris trientem, maioris sumseris semissem, numerus coagmentatus efficitur medius. In triplaribus vice versa minoris capiendus semissis, maioris triens. Nam ita contextus euadit medius. Sit in proportione triplati senarius minimus terminus, octodenarius maximus. Hic si senario semissem tria detraxeris, & octodenario trientem sex, eaque copulaueris, habebis nouem eadem portione supergredientia & supergressa. Hoc pacto medietates sumuntur. Sunt autem interiiciendæ illic, duplariaque & triplaria explenda interualla. Cæterum propositi numeri partim nullum prorsum numerum in medio, partim minus laxum relinquunt. Quare amplificant eos iisdem seruatis proportionibus, atq; ita receptacula moliuntur medietatibus illis satis ampla. Ac si primum minimum vnius vice ponamus senarium, quando primus semissem & trientem habet, omnes sesquiplos inferiores facient, vt infra scriptum est: qui vtrasq; medietates duplicibus recipiunt interuallis. Cum verò dixisset Plato Sesquialteris interuallis & sesquitertiis & sesquioctauis sumptis ex hisce vinculis in primis interuallis sesquioctauo interuallo sesquitertia omnia expleuit, cum singulorum particulam relinqueret. Eius autem particulæ interuallo relicto numerus habuit ad numerum eandem proportionem & comparationem in extremis, quam habent CCLVI cum CCXLIII. Hæc verba compulerunt eos reuocare numeros, ac maiorem efficere. Debebant enim ordine duo fieri sesquioctaua, cumque nec de se sesquioctauam haberet senarius: & si comminutis in particulas monadibus secaretur, spinosa futura hæc doctrina esset, res ipsa multiplicationem subiecit, sicut in harmonica mutatione, cum torum diagrāma & forma simul cum primo numero grandescit. Atque Eudorus quidem Crantorem secutus primum sumpsit numerum CCCLXXXIIII. qui ex multiplicato in LXIIII senario oritur. Hos induxerat numerus LXIIII: qui sesquioctauum habet octonarium, quam proportionem LXXXVIII cum LXXII habent. At Platonis dictis semissem ponere potius congruebat. Quippe huius defectus proportionem obtinebit sesquioctauā in numeris, quos Plato edidit CCLVI ad CCXLIII primis CXCII positis. Huius si duplex ponatur primus: erit defectus, qui proportionem eandem, numerū habeat altero tanto maiorē, quem habent DXII ad CCCCLXXXIIII. Efficitur enim centenarii nonagenarii binarii ducentenarius quinquagenarius senarius & tricentarii octogenarii quaternarii quingentenarius duodenarius sesquitertius. Nec vero absurde fit ad hunc numerum reductio, sed rationem reddidit probabilem Crantoris. Nam LXIIII cubum reddunt ex primo quadro, & quadrum ex primo cubo. Ac si per tria ducantur, qui numerus impar est primus, primus triquetrus, primus absolutus, & sesquialter. CXCII explebunt: qui numerus & ipse habet, vt demonstrabimus, sesquioctauam. Cæterum antequid limina, id est, defectus sit, & quæ mens Platonis, perspicieris breui admonitione eorum, quæ in scholis Pythagoricis referri solent, præmissa. Est enim in modulamine interuallum, quicquid à duobus tenore diuersis comprehenditur sonis. Interuallorum vnum vocatur tonus, quo harmonia diapente est illa diatessaron maior. Hunc harmonici generare arbitrantur bipertitum interualla duo, quorum vtrunq; hemitonium appellant. Pythagorici æquam eius partitionem non

non agnoſcunt: ſed ſectionum inæqualium minorem dicunt limma, quod contractior dimidio ſit. Quocirca concentum diateſſaron hi duorum tonorum & ſemiſsis voluntesse, duorum alii & defectus. Apparet autem harmonicis ſenſum, mathematicis aſtipulari argumentum hoc mo do inſtitutum. Sumpſerunt, quod organis eſt exploratum, harmoniam diapaſon proportionem habere duplam, illam diapente ſeſquialteram, diateſſaron ſeſquitertiam, tonum ſeſquioctauam. Quid veri ſit, etiam nunc excutias licet, ſi libramenta inæqualia ex duabus chordis ſuſpendas: vel tibiarum, quæ æque ſint laxæ alteram longitudine feceris altetius duplam. Ibi tibia maior tinniet grauius, vt hypate ad neten: ex chordis illa, quæ duplici pondere detenditur, altera acutius, ſicut ad hypaten nete. Id autem eſt diapaſon. Itidem tria ſi ad duas ſumas longitu-
10 dines & libramenta, ea diapente reddent: ſi quatuor ad tria, diateſſaron: ex quibus hoc proportionem habebit ſeſquialteram, illud ſeſquitertiam. Quod ſi quaſi nouem ad octo ſit ponderum vel longitudinum inæqualitas: tunc exiſtet toniçon, non conſonum illud quidem, numeroſum tamen aliquantulum: quod ſonos, ſi alternæ ſint pulſæ, dulce ſonantes reddat & blande: ſi vna, cum offenſione. In concentibus ſiue ſimul pellantur, ſiue vicibus, grata accidit auribus concinentia. Sed ex proportione hoc demonſtrant. In harmonia hæc diapaſon ex diapente conſtat & diateſſaron: in numeris duplum ex ſeſquialtero & ſeſquitertio. Numerus enim duodenarius nouenarii eſt ſeſquitertius, ſeſquialter octonarii, & duplus ſenarii. Conflata eſt ergo dupli proportio ex ſeſquialtero & ſeſquitertio: ſicut proportio diapaſon ex proportione diapente & diateſſaron. Verum & illic diapente quam diateſſaron tono, & hic ſeſquialterum quam ſeſquiter-
20 tium eſt ſeſquioctauo maius. Liquet igitur diapaſon duplam proportionem habere, diapente ſeſquialteram, diateſſaron ſeſquitertiam tonum ſeſquioctauam. Hoc demonſtrato, videamus iam, an bipertito ſecari ſeſquioctauum valeat. Quod niſi poſſit, nec tonus. Quando primum, qui ſeſquioctauam faciunt proportionem nouenarius & octonarius, interuallum nullum obtinent medium: Geminatis autem ambobus, ille qui in medio intercurrit, duo patit interualla: patet, ſi ſint hi pares, diuidi bipertito ſeſquioctauum poſſe. At cum duplicentur VIII in XVI. & IX in XVIII recipiantq; XVII in medio: fit, vt euadat interuallum vnum grandius, alterum minus. Antecedit namq; prius ſeptimadecima, ſecundum ſextadecima parte. Quare in portiones diſcerpitur ſeſquioctauum impares. Si hoc, & tonus quoq;. Ita neutrum fit huius diſtractæ ſegmentum hemitonion, ſed à mathematicis vocatur recte limma, id eſt, defectus. Atq; hoc eſt,
30 quod ait Plato, ſeſquitertia ſeſquioctauis cum expleret deus, particulam reliquiſſe ſingulorum cuius eſt conuenientia, quam habent CCLVI cum CCXLIII. Sumatur enim diateſſaron in numeris duobus, qui conuenientiam ſeſquitertiam contineant, CCLVI & CXCII: quorum minor CXCII locetur in grauiſſimo tetrachordi ſono, maior CCLVI in acutiſſimo: oſtendendum, hoc duob. expleto ſeſquioctauis ſupereſſe interuallum tantū, quantum inter numeros CCLVI & CCXLIII. Quippe ſi grauius tono intendatur, quod eſt ſeſquioctauum, exiſtūt CCXVI. Quod ſi tono iterum intendatur altero, efficiuntur CCXLIII. Ab his enim vincuntur CCXVI, XXVII: & à CCXVI, CXCII, XXIV: in quib. XXVII ſeſquioctaua CCXVI ſunt: & XXIV, CXCII. Itaq; fit in numeris his tribus maximus medii ſeſquioctauus, & minimi medius: interuallum vero vſq; ad maximum à minimo, id eſt à CXCII ad CCXLV ditonum duobus complemus ſeſquioctauis. Quo
40 detracto reſtat ſummæ totius interuallum reliquum, quod inter CXLIII & CCLVI patet, XIII. Hinc limma hunc numerum nuncuparunt. Equidem hiſce in numeris explanatam Platonis ſententiam eſſe cenſeo liquidiſſime. Alii terminos harmoniæ diateſſaron ponunt, acutum in CCLXXXVIII, grauem in CCXVI: cætera deinceps proportione tranſigunt: extra quam quod defectum duorum intermediorum capiūt. Nam grauius, ſi tono ſit intenſum, exiſtunt CCXLIII: ſi acutius tono remiſſum, fiunt CCLVI. Sunt n. CCXLIII ſeſquioctaua CCXVI: & CCLXXXVIII ſeſquioctaua CCLVI: vt toniæon ſit vtrunque interuallum. Relinquatur iam neceſſe eſt intermedium inter CCXLIII & CCLVI: quod non eſt hemitonion, ſed eo minus. Siquidem CCLXXXVIII hæc CCLVI excedunt duobus & triginta: CCXLIII ſuperant CCXVI, XXVII: CCLVI excedunt CCXLIII, XIII: quæ vtraque vincentibus minora dimidio ſunt. Quare
50 duorum tonorum & limmatis non duorum & ſeſqui inuenitur harmonia diateſſaron eſſe. Atque hæc quidem hunc in modum demonſtrantur. Illud non eſt ex ſuperioribus cognoſcere ita arduum: quanam de cauſa Plato cum ſeſquialtera, ſeſquitertia, & ſeſquioctaua fieri diceret interualla, dum explentur, ſeſquitertia ſeſquioctauis, nullam mentionem fecerit ſeſculporum, ſed ea prætermiſerit. Nam ſeſcuplum, ſi ſeſquitertio ſeſquioctauum, vel ſeſquioctauo ſeſquitertium cumulaueris, completur. His iam præmonſtratis explete interualla, & intexere medietates, vt nemo antehac aggreſſus eſſet facere, vobis ipſis tamen id meditationis gratia relinquerem. Nunc quia multi id & præſtantes viri, præ cæteris Crantor, Clearchus, & Theodorus Solenſes excoluerunt, pauca de horum diſſenſione non ab re ſit dicere. Theodorus non vt illi

duos constituit ordines, verum ad vnam directam lineam in seriem duplos & triplos numeros locat. Vbi primum nititur illa naturæ in longum exporrectione, quæ quasi ex vna portiones facit duas, non quatuor è duabus. Deinde medietatum interiectiones ita locari contendit oportere: alias dissipationem consecuturam & confusionem, moxq; in primum transit triplum ex primo duplo, cum supplementa vtrumq; explere deberent. At Crantori suffragantur numerorum parium & imparium locationes: in quibus plani cum planis, quadri cum quadris, cubi cum cubis aduerso sunt comparati: sumptioniq; non ex ordine eorum, sed alternorum parium & imparium & in*vniusmodi esse sicut formam & speciem. Diuiduum vero in corporibus vt receptaculum & materiam: mixtum, quod ex ambobus est conflatum promiscue. Atq; indiuiduum quidem essentiam, quæ vna semper eademq; est, caue, exilitate vt minutissima corpuscula cogites à diuisione abhorrentem esse. Quippe quod eius simplex est, impatibile, liquidum vniusque formæ, id indiuiduum est & indiuisibile dictum, quod quidem compositorum, diuiduorum & temere huc atq; illuc iactatorum contagione sui nonnulla coercet frequentiam, atq; ad vnam habitudinem affinitate redigit. Illam vero, quæ in corporibus fit diuidua, sicut nominari libebit ex homonymia materiam vt subiectam illi & illius receptricem naturam: hi nihil discrepet à Platonis verbis. Qui vero materiam corpoream misceri censent indiuiduæ, falluntur. Primum, quod ex eius appellationibus Plato hic nullam vsurpauit. Receptricem enim, & omnicapacem, nutricemq; solenne ei est vbiq; illam appellare, non in corporibus diuiduam, imo corpus in singularia diuiduum. Deinde quid interesset inter animæ & mundi procreationem, si scilicet ambo ex materia & iis, quæ sub intellectum cadunt, sunt conflati. Ipse certe explosit Plato animæ ex corpore originem, atq; intra eam ostendit positum à deo, quod corporeum est, inde foris ab illo vestitum. Demum postquam absoluit in totum disputatione sua animam, quæstionem de materia inducit, quam ante, cum animam produceret, vt quæ citra materiam esset genita, nusquam desiderabat. Pari modo confutes Posidonium. Neq; enim longe digressus à materia est. sed sumens extremorum diuiduam dici in corporibus essentiam, atq; hæc cum intellectibili temperans, animam pronunciauit speciem esse eius, cui quoquouersum dimensio sit, numero compactam. Quæ profecto erroris sunt plena. Siquidem quæ addisci possunt hæc inter prima ea, quæ intellectu percipiuntur, & illa quæ sensu sunt collocata, & cum anima ab his perturbationes & affectiones, æternitatem ab illis mutuetur, decet essentiam eius medium tenere locum. Nam fefellit eum hoc quoq;, lineamentis deum corporum peracta iam anima ad materiæ conformationem esse vsum, vt quod eius est dissipabile & compactum, terminaret & circumscriberet triquetorum coagmentatorum superficiebus. Ineptius est, quod animam faciat speciem, cum hæc immota, illa agilis sit: hæc omnem cum eo, quod sub sensum cadit, fugiens contagionem, illa corpori astricta. Ad hæc deus speciei vt exemplaris imitator fuit, animæ vt opificii architectus. Nec vero essentiam animæ statui à Platone numerum, sed ab numero digestam & compositam esse supra ostendimus. Pugnat autē hoc cum vtrisq; in communi: quod neq; lineamentis, neq; numeris vestigium insit vllum illius potentiæ, qua anima de iis, quæ sensu accipiuntur, existimare possit. Quippe mentem ea atq; intelligentiam ex intellectibilis consortio principii hausit, opiniones, assensus, visiones, & affectiones ex corporis qualitatibus, quæ nemo ex monadibus, vel lineis, vel superficie absolute intellexerit infundi. Atqui mortalium animæ non modo intelligentem rei sensibilis vim obtinent, sed & mundi animam dicit ad ipsam reuolui, si quando attigerit quid, quod essentia præditum dissipali sit, & cum rursus quid, quod indiuiduum sit, omnem in seipsa agitatam discernere, quid cum quo conueniat, à quo discrepet, quid cuique potissimum, vbi, quomodo, & quo tempore affectum erga quodque sit & afficiatur. Hic simul decem categorias adumbrat, tum multo magis eas infra declarat. Quando ratio, inquit, vera id, quod sensu cieri potest, attingit, & orbis alterius generis recta progrediens toti eius animæ renunciat, tunc opiniones & assensus gignunt stabiles & veri. Quando vero circa id, quod percipitur ratiocinatione, versatur, gyrusque eiusdem generis, qui est volubilis, id prodit, necessario scientia efficitur. Quæ quidem, cuicunque rei infunduntur, si quis aliud quam animam appellet, is semel à vero aberrauerit. Vnde igitur perceptricem anima rerum sensum mouentium & motionem hanc opinatricem diuersam ab illa intelligente atque inscientiam terminante acceperit, arduum sit dicere: nisi pro rato & solido constituerimus, non nunc illum absolute animam, sed mundi animam fabricare ex essentia præcellentiore indiuiduaque, & ex deteriore: quam in corporibus diuiduam nominauit: quæ alia non est atque opinatrix illa visorumque informatrix & consentiens sensum cienti motio: non natiua, sed sicut altera sempiterna. Cum enim intelligendi natura vi prædita sit, simul est & opinandi: verum illa quidem stabili, affectu vacante, & in materia semper manente fixa: hac vero diuidua vagaque, vt quæ materiæ agitabilis & dissipabilis contagione teneatur. Neque enim

*Desideratur quadr.

enim quod sensum mouebat, erat ordinatum, sed informe interminatumq;: atque huic attributa vis, neque opiniones liquidas neque motiones obtinebat compositas: sed insomniorum ludibriis plerasque vanas, insanas, & solicitanres id, quod corporeum erat, nisi forte in partem incideret meliorem. Quippe media erat inter vtranq; consentientemque cum vtrisque atque affinem indolem sortita: vi sentiente materiam vendicans iudicante ea, quæ intelligentia comprehenduntur. Ita sane ipse etiā ad verbū declarat. Hæc, inquit, meo calculo subducta ratio summatim reddatur, id quod est, locū, & generationem, tria trifariam etiam ante cœlum extitisse. Materiam enim locum nominat quasi sedem, interim receptaculū: id quod est, quod mente percipitur: nondum nati genituram mundi, haud vllam aliam quam varian-
10 tem & agitatam essentiam, inter id quod formam imprimit, & id q; eam recipit positam, quę huc illinc imagines dispensat. Atque tum hinc est diuidua nuncupata, tum quod cum eo, q; sentitur id quod sentit, & cum visiones efficiēte id quod informat, pariter diuidi & protendi opoteat. Etenim sentiens motio, quæ animæ est, ꝓpria, mouetur ad id, q; sensui obiicitur formis. Mens vero per se stabilis erat atq; immota. Vbi autē infusa est animæ, polluitq;: conuertitur in sese, & anfractum lustrat conuersiones circa id, quod fixū est perpetuo, attingentis id q; est. Quocirca haud prompre coiuit eorum consortium, q; indiuiduo diuiduum, & nusquam mobili id, quod quoquouersum est agitabile, miscer, cogitq; alterū cū eodem congredi. Alterum erat non motus, quomodo idem non quies: sed dissociationis & discrepantiæ rudimētum. Quandoquidem ab altero vtrumq; exordio proficiscitur, idem ab vno, alterū à duobus:
20 suntque primū hic in anima confusa, ac numeris, proportionibus, & medietatibus copulata harmonicis: gignitque alterum affusum eidem diuersitatem, idem alteri ordinem: vt iu primis animæ potentiis liquet: quæ hæ sunt, existimandi vis & illa mouendi. Ac motio quidē cōmonstrat extemplo circa cœlum in eodem alterum ex stellarum affixarū vertigine, in altero idem ex errantium ordinē. Quippe pręualet in his idem, in terræ vicinis contra. Duo iudiciū principia habet, mentē ab eodē ad vniuersa, & sensum ab altero ad singula. Temperata ex ambobus ratio fit in iis, quæ intelligūtur, intelligentia: opinatio in iis, quæ sentiūtur, organis intermediis visionib. & memoriis vtens: quorū superiora in eodem alterū, hæc in altero efficit idem. Est enim intelligentia intelligentis circa stabile motus. Opinatio sentientis in motu ꝑmansio. Visionem vero, quæ opinationis est cū sensu commissura, memoriæ infigit idem. Al-
30 terum agitat viceuersa in distinctione præteriti & instantis, alterius & eiusdē iuxta particeps: Sumendum autem ex corporis mundi coagmentatione simulacrum comparationis, qua cōcinnata est anima. Illic enim purus ignis erat & terra: quorum natura temperari morosa est: imo commisceri & coire nequaquam possunt. Quare in medio eorum obiecit aërem igni, & aquam terræ: quæ primum inter se confudit: deinde horū opera illa cum his & inter se commiscuit & copulauit. Hic iterum item & alterum pugnantes potentias atq; extremitates aduersarias colligauit, non eorum ipsorum ope: sed naturæ intercessione alterius eidē indiuiduā naturam, alteri diuiduam aliquarenus vtramq; vtriq; affinem prætexens. inde cū illis iam cōfusis vtramq; commiscens, ita animæ vniuersam speciem conrexuit atque ex diuersis, quatenus licuit, simile atq; ex multis effecit vnum. Porro parum recte dici quidam volunt à Plato-
40 ne morosam temperari alterius naturā: quæ nō aliena à vicissitudine, sed eius sit cupida: quin potius eiusdem indolem, quæ stabilis est & conuersioni contumax, ægre mixturā admittere, sed repudiare eam refugereq;: quo simplex permaneat synceraque, & omnis expers voluminis. Hæc qui culpant, hi idem speciem esse nesciunt eorum, quæ pari se modo habenr: alterū eorum, quæ diuerso: atque huius officiū esse, quib. admixtum sit, ea vt dissocier, verset, & numerosa reddat: illius, vt cogat & societ ex germanitate eorum, quę illic frequentia sunt. vnam induentia formam & vim. Habes animæ vniuersitatis potentias: quæ vbi in mortalia & patibilia irrepserunt organa, quæ corporibus concreta sunt etiam caducis, in his forma potius interminatæ dyadis elucet, simplicis monadis obscurius prodit se: haud temere tamē vel perturbationē hominis semel rationis exortem mente percipias, vel intelligentiæ morum: qui nul-
50 la libidine, vel ambitione, lætitia, vel ægritudine sit suffusus. Quo factū est, vt nonnulli philosophi animi perturbationes rationes faciant: quasi omnis libido & ægritudo animi, & ira sint iudicia. Alij virtutes affirmant perturbationib. esse obnoxias. Etenim formidinem esse fortitudinem, voluptatem temperantiam, lucri studium iustitiam. Iam cū considerans animus simul & agens sit: consideret autem vniuersa & singula: intelligete tamen illa, hæc sentire videatur: communis ratio, quæ semper in eodem implicatur alteri, & eidem in altero, tentat definitionibus & partitionibus diiungere vnum à multis, & à diuiduo indiuiduum: quod tamen neutrobi fieri pute potest. Quia principia alterno inuicem nexu cōserta sunt & confusa. Quapropter essentiæ deus illud ex diuidua & indiuidua conceptaculū eidem & alteri cōiunxit: duo in diuersitate ordo existeret. Nam hoc erat nasci: quando citra hæc non habebat idē distinctio-

distinctionem:itaque neque motionem,neque ortum. Alterum deficiebatur ordine:ita contextu quoq; & generatione. Quippe hoc si idem haberet, vt diuersum ab altero foret:& alterū viceuersa conueniret cum eodem:nullum id mutuū consortiū fœdum produceret:sed tertiā quandam flagitant:ceu materiā,receptricem & ab vtrisq; digestam. Hæc est ea, quam primā condidit intellectibilium stabilitate motionis corporum infinitatē definiens. Vt autē vox est aliqua bruta nihilq; significans:sermō vero dictio in voce,quæ mentis significationē dat:concentus ex sonis constat & interuallis:sonus vnum & idem: interuallum sonorum diuersitas & distinctio : temperatis inter se his cantus & modulamenrum efficitur. Perinde pars animi patibilis interminata erat & instabilis: quæ post limitata est, quādo terminus & species diuiduæ & multiplici motioni accessit. Cumq; idem & alterū assumsisset similitudinib. & dissimilitudinibus numerorum, qui ex dissociatione consensum genuerunt:vita vniuersitatis sapientia dotata extitit: harmoniaq; & ratio trahens secum suadela temperatam necessitatem, quā appellant vulgo fatum, Empedocles amicitiam & dissidium, retrogradam Heraclitus mundi tanquam lyræ & arcus harmoniam, Parmenides lucem & tenebras, Anaxagoras mentē & infinitarem. Zoroastres deum & dæmonem:quorum hunc Arimanium,illum Oromasdem vocat:Euripides non recte pro coniunctione disiunctionem vsurpauit.

Necessitas naturæ vel mens Iupiter
Mortalium.

Siquidem necessitas & mens est,quæ per omnia pertinet,potentia. Atque Ægyptiorū fabulis innuitur Hori iudicati patri spiritum & sanguinem, carnem matri & adipē atributam fuisse. At animæ nihil syncerum, nihil liquidum, nihil ab aliis relinquitur secretum. Harmonia enim obscura quam clara ex Heracliti sententia melior:in qua disparitates & diuersitates, qui eam miscuit,deus recondit & texit:cū tamen se prodat in iis,in bruta parte perturbatio,in ratione ratus ordo,in sensibus coactio,in mentem libera potestas. Vis autē definiēdi vniuersum & indiuiduū ex affinitate amplectitur. Contra partiendi vis ex diuiduo propendet ad singularia. Vniuersitas rato ordine,quæ propter idem cietur,& mutatione, quæ alterius gratia ducitur. Potissimum vero honesti & turpitudinis discrimen,voluptatis item & doloris,amantium insaniæ æstusque,& pugnæ cum lasciuia honesti prodant mixturam,ex diuina inuictaq;, & ex caduca & in corporib. patibili portione: quarum hanc appellat libidinem natiuam voluptatum,illam aduentitiam opinionem oprimi sectantem. Nam vim passionibus patentem germinat ex seipsa anima. Mentē vero à potiore infusam principio sortita est. Gemina hac communione nec cœli intacta est natura:verum alteram in partem præceps nunc cernitur eiusdē circumuectione pollente,moderaturque mundo. Incidet etiam temporis sors, quæ sane iam crebro incidit:qua prudentia præstringatur obstupescatque offusa eius,quod sibi est congruum,obliuione: & vsitata corpori à principio affectio attrahat,degrauet, retotqueat in dextrā vniuersitatis eius cursum: quem tamen conuellere totum nequeat, sed referat denuo ad meliora conuertatque ad exemplum se dei conatui suo opitulantis & eū dirigentis. Ita perspicuum sit variis modis nobis non omni ex parte animam esse dei opificium : sed sorrem mali, quam in se continet genitiuam,fuisse ab deo exculrā : qui quidem vno infinitionem,vt essentia fieret termini consertis, circumscripsit. At eiusdem & alterius virtute ordinem,variationē, diuersitatem,& paritatem temperauit commiscuitque: omnibus denique his, quoad eius fieri poterat,societatem inter ipsa familiaritatemq; numeris & harmonia conciliauit. De quibus quāuis & frequenter audiuistis,& in multis sermonib. scriptisq; exercitati estis,operæ preciū est tamen,vt ea strictim percurram,si ante hoc Platonis explicuero. Vnā detraxit vniuersitati portionem,hinc duplam eius subduxit,mox tertiam secundæ sesquplam,triplam primæ,tum quartam secundæ duplam, quintam triplam tertiæ,sextam octuplam primæ,septimam septē & viginti partibus prima maiorem. Deinceps interualla expleuit dupla & tripla, modos etiā illinc præcidens,quos hisce interiecit: vt interuallis in singulis binæ essent medietates: vna, quæ portione eadem extrema eorum excederet,parique cederet. Cū autem interstitia existerent sesquialtera,sesquitertia & sesquioctaua: ex his copulis in primis interstitiis sesquioctaui interuallo sesquitertia omnia expleuit particulam singulorum relinquens. Eius particulæ relicto interuallo habuit numerus ad numerum in extremis comparationem eandem, quam CCLVI ad CCXLIII habent. Hic quæritur primū de numerorū summa, deinde de ordine, postremo de potentia. De summa, qui sint, quos in duplis interuallis sumit. De ordine, in versum ne explicanda omnia vnū, vt Theodotus: an potius, vt Crantor, in quincuncē inuersum, locato in vertice primo, & seorsum duplis, seorsum triplis in versus duos subiunctis. De vsu & potentia, quid conferant adiuncti ad animam constituendam. Ac primū de primo explodemus eos, qui in proportionibus istis satis esse autumant contemplari, cuius naturæ interualla sint, & cuius, quæ illa explent, medietates. Quando quibuscunque numeris positis, in quibus sedes

sedes sint interiectæ memoratarum capaces proportionum, æque doctrina peragitur. Etenim vt verum illud sit, disciplinam reddit tamen sine exemplis obscuram, atq; alia arcet speculatione cum Veneribus coniuncta haud indoctis. Si ergo à monade auspicati duplos & triplos sigillatim, vt ipse docet, ponamus: exponentur deinceps hinc secundus, quartus & octauus: illinc tertius, nonus, vigesimus septimus: In summa septem. Quod si communis sumatur monas, multiplicatio ad quaterna progreditur. Neq; enim hic modo, sed passim quaternionis cũ septenario perspicitur cõsensio. Ille igitur decantatus à Pythagoricis quaternio sex & triginta hoc habere eximium videtur, q; constat ex parib. quatuor primis, & quatuor primis imparibus. Existit autem quarta coniugatio numeris coniunctis. Prima coniugatio est vnius & duûm, altera imparium. Siquidem monadem, quæ promiscua est vtrisque, præponit, tum capit octo, mox XXVII. tantum non monstrans nobis, quam vtriq; generi attribuat sedem. Cæterum pertinet ad alios potius hæc argutius exquirere. Quod restat, instituti nostri est ꝓpriũ. Neq; enim Plato, quo ostentaret nulla re vrgente scientiam in argumento physico mathematicam, medietates arithmeticas & harmonicas accersiuit: sed quia inprimis profecto ad condendam hæc proportio referebat animam. Tametsi sunt, qui in globorum errantium pernicitate, alij potius in diuortiis, aliqui in siderum granditatibus: qui vero scrupulosius hæc indagare videntur, in epicyclorum diametris supra relatas quærunt comparationes: quasi animã creator horum gratia cœlis inrexuisset in septẽ partes distributam. Complures etiam Pythagorica huc traducunt, qui à medio corporũ diuortia triplicant. Id fit monadem si in igne locatis in directo opposito tria, in tellure nouem, in luna XXVII, in Mercurio LXXXI, in Lucifero CCXLIII, in ipso sole CCLXXIX: quod numerus hic simul quadrus & cubus sit. Hinc est, quod solem interim quadrum appellent & cubum. Perinde alia sidera ad triplicationes redigunt. Qui quidem multum à vero aberrant, si quid huc conferunt argumenta geometrica: & longe probabiliores comparate sibi illos ostendunt se qui illinc argumenta sumunt: eũ tamen ne illi quidem ad vnguem excussa, sed quam proxime vero prodant: diametri solis ad terræ diametrum proportionem duodecuplam esse, rursus diametri terræ ad lunæ triplam. Quam autem apparet esse inter affixas stellam minimam, hac non minorem terræ diametro quam trientalem obtinere diametrum. Totius telluris globum toto lunæ septẽ & viginti partib. antecellere. Luciferi & terræ diametros duplam, globos octuplam habere proportionẽ, interuallum eclipticæ, & vmbræ diametri lunæ triplam: q; latitudinis deflectit luna à diametro Zodiaci in vtramq; partem, vncialem. Eius cũ sole comparationes in spaciis triquetris & quadris figuras sumunt dimidiatas & gibberas. At sex lustratis signis plenũ orbem velut concentum aliquem in hexatono diapason reddit. Iam cum sol circa solstitia minimos, maximos circa æquinoctia cieat motus, atq; ita detrahat diei, & nocti adiiciat, vel contra, hęc est ꝓportio primis in XXX diebus Siquidem sub brumales reuocationes aggerit diei sextantem eius, quo longissima nox diem vincit breuissimum: triginta insequentibus trientem, semissem reliquis ad æquinoctium vsque interuallis sexcuplis & triplis imparitatem tempore exæquante. Chaldæi vero aiunt, si cu autumno conferatur, diatessaron habere: diapente, si cum bruma: si cum æstate, diapason. Sin recte distinguit Euripides,

Bruma quaternos menses æstatisque item,
Vtriúque binos grati & autumni pares:

vicissitudo anni tempestatũ proportionẽ habet diapason. Quidam, qui terræ assignant proslambanomeni chordam, lunæ hypaten, Mercurium & Luciferum diatono & lichano cient, ipsum solem mesen obtinentem harmoniam diapason volunt continere, recedentẽ a tellure harmonia diapente, à stellis fixis illa diatessaron. Cæterum neque horum arguitæ vlla ex parte veritatem attingunt, neque illorũ est exacta ratio. Quib. igitur non probatur Platonis hæc menti congruere, his illa sanequam proportionib. musicis videbuntur consentanea, cum tetrachorda sint quinq;, hypate, mese, synemena, diazeugmena, hyperbolæa: in quinq; interuallis collocatas esse vagas stellas: quorũ vnũ est à luna ad solẽ æquantesq; solis cursum Mercuriũ & Luciferũ: alterum huic pxoimũ ad Martis stellam: tertiũ, q; inter hanc & Iouis stellã interiacet: hinc illud ad Saturni stellam: quintũ deinceps, quod ab ea est ad globũ fixum: vt qui determinant tetrachorda tinnitus proportioni respondeant stellarũ vagarum. Prȩterea priscos nouimus hypatas duas, tres netas, vnam mesen, vnam, etiam paramesen posuisse vt toridẽ sint stabiles, quot errantes stellæ. Inferiores, qui proslambanomenon tono ab hypate discedentẽ graui addunt, totum quidem coagmentum disdiapason fecerunt, concentuum vero natiuũ ordinem nõ tenuerunt. Nam hypatæ tono adiecto hypatę ad graue existit diapente ante diatessaron: cum liqueat eam tamen assumi à Platone ad acutũ. Dicit enim in libris de rep. octo globorum vnumquemq; à Sirene, quæ in eo insistit, versari: cantare vero omnes vnum tonum

cientes

cientes:quibus ex omnibus vnam temperari concinentiam. Hæ animum remittentes diuinæ expromunt,demulcentq; aures sacris processus, & tripudij octonis distincto fidibus modulamine. Quippe octo erant etiam primi duplarum & triplarum termini proportionum, annumerata vtriq; parti monade. Etiam veteres tradiderunt nobis Musas nouem: octo quomodo Plato in æthereis,à nona permulceri terræ finitima, quæ ex erroris & dissidij inconstantia & turbatione ad quietem reuocat & componit. Considerate etiam cũ animis vestris, an ne cœlum ducat & cœlestia modulationibus suis & impulsibus prudentissima & iustissima anima. Dotata est autem ita ex concentus proportionibus: quarum simulacra extant in aspectabilibus ad ea,quæ corpore vacant, & in partibus mundi & in corporibus, quæ sub oculos cadunt. Prima & præstantissima vis oculorum fide infusa est animæ, præstatque se semper excellentissimæ & diuinissimæ parti consonam & obsecundantem cæteris omnibus continentibus. Cũ enim accepisset opifex ille in motib. incompositæ & insipientis animæ secum luctantis confusionem & offensionem,alia disclusit & distraxit, aliam harmoniis adhibitis & numeris cõciliauit inter se & consociauit:quibus etiam surdissima corpora,lapides, ligna, libri stirpium, & bestiarum coagula inter se temperata & compacta mirificas imaginum species, mirificas exhibent medicamentorum & instrumentorum vires. Itaq; Zeno Citiensis ad tibicinum spectaculum adolescentiam acciuit:vt discerent,qualem cornua,ligna,calami,& si quæ alia proportionis & concentus consortium habent, vocem mittant. Omnia enim numerum æmulari,quod Pythagoras astruebat, id requirit proportionem. Huius vero ope omnibus diis ex dissidio & dissensione societas mutua & concordia est cõciliata: cuius causam esse numeri & harmoniæ consortibus moderationem & ordinem, id ne poëtas quidem fugit: qui ἄρθμια amica & blanda, ἀνάρσια inimicos appellant & hostes: quod dissidium in congruentia sit. Qui in Pindari honorem hanc næniam scripsit,

Blandus is hospitibus fuit, & populi studiosus:

virtutem plane congruentiam existimauit: sicut ipse quoque Pindarus: *Deo, inquit, exaudiente repudiat strenuitatem, ostendēs Cadmum. Antiqui certe theologi, qui philosophi sunt vetustissimi, instrumenta musica deorum signis in manus dabant, non quasi lyram & tibiam: cæterum nullum officium perinde arbitrabantur diis ac harmoniam ac concentum conuenire. Vt igitur ille, qui sesquitertias, sesquialteras, & duplas proportiones in lyræ iugo, testudine,& collabis quærit, est ineptus: (Quippe debent vtique hæc quoque inter se longitudine & crassitudine respondere, harmonia tamen illa in sonis est spectanda:) sic par est siderũ corpora, orbium interualla, & incitationes vertiginum sicut organa rato ordine & commode inter se, & cum vniuersitate esse temperata: etiam si modum, & quid iustum sit, non teneamus, proportionum tamen illatum. numerorumque. quibus est opifex vsus, opificium est asscribendum animæ secum conuenientis concinnæ & accuratæ harmoniæ: quamobrem cœlum ea dotatum infinitis bonis compleuit, orbemque terræ temporum articulis & vicibus certo modo temperatis optime & pulcherrime ad gignendum & tuendum omnia, quæ nascuntur, ornatum digessit.

* Loco mi- deſm.

Commentarij de genitura animæ illa in Timæo Platonis compendium.

COmmentarius, quẽ inscripsimus de genitura animi illa in Timæo Platonis, quicquid Plato Platoniciq; elaborauerunt, exponit. Adducit etiam proportiones certas geometricas & comparationes ad speculationem, vt putat, animæ spectantes, & vero etiam præcepta musica & arithmetica. Narrat autem materiam informatam fuisse ab anima, tribuitq; vniuersitati animam: tribuit & singulis animantibus eas, quæ illis moderentur. Inducit modo animam originis expertem, modo generationi ancillantem: Materiam æternam, quæ à Deo per animam sit figurata: Germen esse vitium materiæ: ne Deus, inquit, malorum author astruatur: Posidonium non procul à materia summouisse animam, sed sumentem extremorum diuiduam dici in corporibus essentiam, atque hæc cum intellectibili temperantem, animam pronunciauisse specie esse eius, cui quoquo versum dimēsio sit, numero compactam, quæ harmoniam contineat. Siquidem mathematica inter prima ea, quæ intellectu percipiũtur, & illa, quæ sensu, esse collocata: & cũ anima ab his perturbationes & affectiones, æternitatem ab illis mutuetur, deceret essentiam eius mediũ tenere locũ. Nam fefellit eũ hoc quoq; lineamētis deum corporũ peracta iā anima ad materiæ conformationē esse vsum: vt quod eius est dissipabile & compactũ terminaret & circũscriberet triquetrorũ coagmentatorũ superficieb. Ineptius est, quod animam faciat speciem: cũ hæc immota, illa agilis sit: illa corpori astricta, hæc omnē cum eo, q. sub sensum cadit, fugiat contagionē.

Adhæc

Ad hæc deus speciei vt exēplaris imitator fuit, sed animæ vt opificij architectus. Nec vero essentiam animæ statui à Platone numerum, sed ab numero digestam & compositam esse supra ostendimus. Pugnat autem hoc cum vtrisque in communi: quod neq; lineamentis neq; numeris vestigium insit vllum illius potentiæ: qua anima de iis, quæ sensu accipiūtur, existimare possit. Quippe mentem ea atq; intelligentiā ex intellectibilis consortio principij hausit: opiniones, assensus, visiones, & affectiones ex corporis qualitatibus: quæ nemo ex monadibus vel lineis, vel superficie absolute intellexerit infundi. Atqui mortalium animæ nō modo intelligentem rei sensibilis vim obtinent: sed & mundi animam dicit ad se ipsam reuolui: vbi attigerit quid, quod essentia præditum dissipabili sit: & cum rursus quid, quod indiuiduū sit, omnē
10 in seipsa agitatam discernere: quid cum quo conueniat, à quo discrepet: quid cuiq; potissimū, vbi, quomodo & quo tempore affectū erga quodque sit & afficiatur. Hic simul decem categorias adumbrat, tum multo magis eas infra declarat. Quando ratio, inquit, vera id ꝙ sensu cieri potest, attingit: & orbis alterius generis recta progrediens toti eius animæ renunciat, tunc opiniones & assensus gignūtur stabiles & veri. Quando vero circa id, ꝙ percipitur ratiocinatione, versatur, gyrusq; eiusdē generis, qui est volubilis, id prodit, necessario scientia efficitur. Quæ quidem, cuicunq; rei infunduntur, si quis aliud quam animam appellet, is semel à vero aberrauit. Vnde igitur perceptricem anima rerum sensum mouentium & motionē hanc opinatricem diuersam ab illa intelligente atq; in scientiam terminante acceperit, arduum sit dicere, nisi pro rato & solido constituerimus non nunc illum absolute animā, sed mundi animā
20 fabricare ex essentia præcellentiore indiuiduaq;, & ex deteriore: quam in corporib. diuiduam nominauit: quæ alia non est atq; opinatrix illa visorūque informatrix & consentiens sensum cienti motio: nō natiua, sed sicut altera sempiterna. Cum intelligendi natura vi prædita sit, simul est & opinandi: verum illa quidem stabili, affectu vacante, & in materia semper manente fixa: hac vero diuidua vagaque, vt quæ materiæ agitabilis & dissipabilis contagione teneatur. Neque quod sensum mouebat, erat ordinatum, sed informe interminatumq;: atque huic attributa vis neque opiniones liquidas neque motiones obtinebat compositas: sed in somniorum ludibriis plerasque vanas, insanas, & solicitantes id, quod corporeum erat, nisi forte in partem incideret meliorem. Quippe media erat inter vtramque consentientemque cum vtriusque atque affinem indolem sortita: vi sentiente materiam vendicans, iudicante ea, quæ
30 intelligentia comprehenduntur, ita sane ipse etiam ad verbum declarat Plato. Hæc, inquit, meo calculo subducta ratione summatim reddatur, id quod est, locum, & generationem, tria trifariam etiam ante cœlum extitisse. Materiam enim locum nominat quasi sedem, interim receptaculum: id quod est, quod mente percipitur: nondum nati genituram mundi, haud vllam aliam quam variantem & agitatam essentiam, inter id, quod formam imprimit, & id ꝙ eam recipit positam: quę huc illinc imagines dispensat. Atq; tum hinc est diuidua nūcupata, tum quod cum eo quod sentitur id, quod sentit, & cum visiones efficiente id quod in forma pariter diuidi & protendi oporteat. Etenim sentiens motio quæ animæ est propria, mouetur ad id, quod sensui obiicitur foris. Mens vero per se stabilis erat atque immota. Postquam autem infusa est animæ, pollensq;, conuertitur in sese, & anfractum lustrat conuersionis circa id,
40 quod fixum est perpetuo, attingentis id quod est. Quocirca haud prōpte coiuit eorū consortium, ꝙ indiuiduo diuiduū, & nusquam mobili id, quod quoquo versum est agitabile, misceat, cogatque alterum cum eodem congredi. Alterum erat non motus, quomodo idem nō quies: sed dissociationis & discrepantiæ rudimentum: Quandoquidem ab altero vtrumque exordio proficiscitur, idem ab vno, alterum à duobus: suntque primum hæc in anima confusa, ac numeris, propo: tionib. & medietatibus copulata harmonicis: gignitque alterum affusum eidē diuersitatem, idem alteri ordinem: vt in primis animæ potentiis liquet: quæ hæ sunt, existimandi vis & illa mouendi. Ac motio quidem commonstrat extemplo circa cœlum in eodem alterum ex stellarum affixarum vertigine, in altero idem, ex erratiū ordine. Quippe præualet in illis idem, in vicinis terræ contra. Duo iudicium principia habet, mentem ab eodem ad
50 vniuersa, & sensum ab altero ad singula. Temperata ex ambobus ratio fit in iis, quæ intelligūtur, intelligentia: opinatio in iis, quæ sentiuntur, organis intermediis visionibus & memoriis vtens: quorum superiora in eodem alterum, hæc in altero efficiunt idem. Est enim intelligentia intelligentis circa stabile motus: opinatio sentientis in moto permansio. Visionem vero, quæ opinationis est cum sensu commissura, memoriæ infigit idem. Alterum agitat viceuersa in distinctione præteriti & instantis, alterius & eiusdem iuxta particeps. Sumendum autē ex corporis mundi coagmētatione simulachrum cōparationis, qua concinnata est anima. Illic enim purus ignis erat & terra, quorum natura temperari morosa est: imo commisceri & coire nequaquam possunt. Quare in medio eorum obiecit aërem igni, & aquam terræ: quæ primū inter se confudit: deinde horum opera illa cum his & inter se cōmiscuit & copulauit. Hic ite-

rum idem & alterum pugnantes potentias atque extremitates aduersarias colligauit, non eorum ipsorum ope: sed naturę intercessione alterius eidem indiuiduam naturam, alteri diuiduam aliquatenus vtranque vtrique affinem prætexens: inde cum illis iam confusis commiscés, ita animæ vniuersam speciem contexuit, ex diuersis, quatenus licuit simile, atque ex multis efficiens vnum.

Vtra animantia terrena ne an aquatilia maiore prudentia sint prædita.

TYRTÆVM Leonidas interrogatus qualem esse existimaret Bonum poëtam, inquit, ad expoliendos iuuenum animos, innuens iuuentuti illum carminibus suis ardentem impulsum in præliis & generosum, per quem pericula contemnant, imprimere. Ego vero amici vereor, ne recitata heri venatus laudatio plusquã modice accendat nobis venandi cupidos iuuenes: vt cætera nihil ad rem pertinere neque vllius esse ducant operæprecij, atq; huc semel delabantur. Quando mihi ipsi quoque videor quasi recepta iuuenta prætet ætatem maiore animi concitatione permotus esse, & affectare sicut Euripidis Phædra,

Lacerare ceruos canibus
Maculosos clausos retibus.

Adeo pepulit me, quæ adduxit crebra & probabilia argumenta, illa disputatio. Verũ dicis Autobule. Etenim visa mihi illa est grarificandæ & oblectandæ iuuentutis gratia artẽ oratoriam excitasse. Potissimum vero delibutus voluptate fui collatis ab eo cum venatione gladiatorib. vt commendanda præcipue ea sit: quod oblectationem, quam ex viris inter se ferro dimicantibus capimus, huc magna ex parte conuerterit, spectaculumque præbeat purum simul attificij & audaciæ cordatæ cum stolido robore & vi comparatæ laudantisq; Euripideum hoc:

Angustia sane vis viri est, versutia,
Sed mentis aequoris genus, terrestrium
Et consilia domat.

Atqui inde mi Soclare incessisse ferunt hominibus rigorem animi & feritatem: quæ gustato cruore ante assuefacta in præda fuit ex venatu capienda nõ abhorrere ab animantiũ sanguine & vulneribus, sed eorum cædibus & carnificinis oblectari. Inde quomodo Athenis, cũ primis à triginta tyrannis punitus delator fuit, merito dictus est perisse, alter itẽ & tertius. Ea re paulatim iam serpenre viros probatos adorti sunt: deniq, non temperarunt etiam optimis ciuibus. Perinde qui vrsum princeps vel lupum interfecit clarũ nomen est assecutus. Bos etiam & sus culpam sustinens, quod victimas gustasset, visus est, qui occideretur, meritus. Hinc cerui iã & lepores & capręgustati ad ouium & alicubi canum equorumq; carnes inuitauere. Anserem vero cicurem columbamq; familiarem & domesticam, non vt mustellę & feles fame compellente, sed ad delicias & pulmentũ laniautes & contrucidantes, quicquid naturæ inerat truculentiæ & sęuitię, id confirmauerunt, & ad miserandũ reddiderunt immotum: lenitatem vero maxima ex parte præstrinxerũt. Sicut viceuersa placiditate Pythagorei aduersus bruta, ppensionem meditauerunt ad humanitatem & misericordiam. Quippe insinuans sensim se animi moribus assuetudo miram vim habet ad hominem porro propellendum. Cæterum haud scio quo pacto delapsi simus imprudẽtes in sermones, qui neq; institutis heri, neq; iis, qui modo in manibus erunt, cohærent. Heri namq; vt nosti, cum ostenderemus consortiũ omnino habere mentis & rationis cũcta animantia, excitauim' inter iuuenes venatores nõ inscitam neq; iniucundam de bestiarũ marinarũ & terrestrium solertia velitationẽ: de qua hodie certe erimus disceptatores, modo denunciationibus Aristodemus & Phædimus stent. Ex quibus hic mari, quod ea intelligentiora animantia gignat, dedit se sodalibus patronum, ille terræ. Stant vero Autobule, & iam iã aderunt. Vidi enim summo mane euntes in ordines. Cęterũ, si placet tibi, ante certamẽ, quæ hesterno sermoni congruentia, ne expromerentur, aliena tempori fuerũt, vel inter vinũ & pocula oscitanter illis fuerũt obiecta, recolamus. Apparebat enim aliquantulũ nõ sine foren si calore ex Stoa quasi resonare, sicut mortali immortale, corrupto incorruptũ, & vero corpori obiacet incorporeũ: pari modo ei, quod existit rationale, oportere rationale oppositũ esse atq; aduerso existere, neq; solũ tot in coniugatis inchoatum hoc & mancũ par relinquendum esse. Quis istud Soclare censeat, si sit in retum natura, q; ratione vtitur, vt etiam sit rationis expers. Hoc enim frequens & cumulatũ in omnib. inanimatis cernitur, neque iam requirimus, q; ratione prædito opponamus aliud: verum quicquid inanimum est, id continuo vt rationis exors & mẽtis obuersum est rationis & mẽtis cõperi. Quod si quis naturam non esse claudicantẽ censet: sed naturam animatam partim ratione vti, partim ea esse destitutam:

stitutam: alius animantam naturã ex parte imaginandi vi ex parte non esse præditam: & ex parte sentientem, ex parte non sentientem postulabit: vt diuersas has & contrarias facultates & orbitates eodem natura in genere habeat pares. Quod si non est ferendus, qui animatū partim sentiens, partim non sentiens vult esse: item partim imaginans, partim secus: quod quicquid est animans, idem statim ex natura sentiens sit & imaginans: ne sic quidem postulabit iuste animatū partim rationis consors partim non esse, si cum hominibus agat, nihil qui sensibus præditū arbitrantur, quin simul sit intelligentia: neque animans, quod non opinionem aliquā & rationationem habeat. Quippe natura, quam nihil non agere ratione & respectu alicuius recte dicunt, non ideo sensibus animans dotauit vt tantum affectum sentiret: verum quia multa sunt ei familiaria, contra multa aliena, ne momento quidem superesse valeret: nisi hęc declinare, illis se sciret associare Atq; cognitionem quidem vtriusq; generis subministrat cuiq; sensus: cæterum arripere vtilia, eaq; sectari, viceuersa repellere & refugere pestifera & tristia, quæ sensus sunt comitantia, hęc nullo modo suppetunt illis, qui ratiocinari, iudicare, meminisse, attendere nō valent: sed quibus in totum detraxeris exdectationem, memoriam, voluntatem, adornare, sperare, metuere, concupiscere, angi: his, ne oculos quidē vt habeant, vsui fuerit, vel aures, vel quemuis sensum, vel visionem: cum id, quod his vtatur, non habeat: vt esse his orbum sit satius, quam laborare, cruciari & dolore premi: cum quo summoueantur hæc, non adsit. Quanquam Stratonis physici extat disputatio, quæ hoc ostendit, prorsus non posse citra intelligentiam quęqnam sentire Etenim scripta oculis sæpe percurrimus, & verba auribus accidunt, quæ tamen fallant nos & prætereant rebus intentos aliis: cum ea mox reuersa mens percurrat & persequatur, ac singula, quæ effusa sunt, colligat: in quam sententiam dictum hoc est:

Mens cernit, & mens audit, cæca cætera
Et surda sunt.

Quod oculorum permotio, nisi præsto sit intelligētia, sensum nō efficiat. Hinc rex Cleomenes cum placeret acroama quoddam, rogatus, essetne egregium, respondit, vt illi viderent. Nam se in Peloponneso mentem habere. Ita omnes, qui sentire possunt, etiam intelligant necesse est: si ita est natura comparatum, vt intelligendo sentiamus. Esto, non requirat ad munus suum sensus mentem: certe quando animantem deserit sensus, qui inter id, quod sibi accommodatum est & alienum, discrimen facit: quod nam est illud, quod meminit, quod timet molesta, appetit cōmoda: & quando hæc absunt, vt potiatur eis, molitur ad ea parat q; præsidia, refugia, retia: Vbi vero periculum est, ne capiantur effugia è manibus insidiantium. Quæ quidē cum ita esse fateantur, euocant tamen semper in Institutionibus suis: dum propositum definiunt esse perficiendi designationem, appetitionē impulsum ante impulsum, apparatū actionem ante actionē, memoriam pronunciati perceptionem præteriti, quod cū præsens esset, sit sensu cōprehensum: quorum, quod ratione consistat, est nihil, atq; animantibus ea suppetunt omnia omnibus: sicut nimirum etiā intelligentiæ: quas intus resides, notiones: motas cogitationes appellant. Perturbationes vero animi vniuersas cum cōmuniter praua iudicia & opiniones fateantur esse, mirū est, quod in bestiis nō animaduertant earū effectus & motus, multos iræ, multos metus, & vero etiam inuidiam æmulationemq;. Ipsi autem vel canes & equos mulctant delinquentes, non nequicquā, sed ad eos corrigendos, inuruntq; eis tristitiam, quam pœnitentiā nominamus. Porro voluptatis, quæ auribus accipitur, nomē mulcedo est: quæ oculis, præstigiæ: quarū vtrisq; in feras vtuntur. Demulcentur cerui & equi tibiis & fistulis. Paguros ex cauernulis suis facularū vi euocant: Alosam ad cantum & plausum emergere autumant & progredi. Iam asio capitur saltantium in conspectu eius ludificata præstigiis, dum ipsa numerorum effingere suauitatem cōcinna humerorū iactatione gestit. Qui vero de his disputant insulsius, neq; exhilarari, neq; nasci, neq; formidare, neq; præparare se lusciniam, neq; meminisse apem, sed quasi irasci leonem, & quasi metuere ceruum: haud video, quid statuent de iis, qui dicunt neq; videre neq; audire illos: sed quasi videre, quasi audire: neq; canere, sed quasi canere: neq; prorsus viuere, sed quasi viuere, quæ certe non magis contra euidentiam meo iudicio, quam illa dicuntur. Me vero etiā Autobule his numera suffragantem. A humanis moribus, ritibus, institutis, & viuendi rationibus affinia facere bruta: id cum multum generis humani derogat totius dignitati, tum virtutis, ad quā destinata fuit instituta oratio, nullum præfert respectum, neq; profectum, neq; appetitionem. Hæreo ergo, qui principium eis natura tribuerit, cum aspirare non valeant ad finem. Atqui ne istud quidem videtur Soclare his ipsis nouum. Siquidem qui charitatem erga proleminirium ponunt societatis & iustitiæ humanæ, eam autem grandem & validā infixā animantibus cernūt: negāt tamen neq; admittunt in societatem ea venire iustitiæ. Asinis non absunt membra genitalia. Quippe penes habent & vuluas, eorumq; vsu delectantur, finem non attingunt tamen fœturæ Considera alia ratione, sit ne ridiculū Socrates & Platones non leuiore improbitate quam quoduis mācipiū teneri dicere, sed æque amentes, lasciuos, & iniustos esse: mox bestias causari

non esse ad virtutem defecatas neq; consummatas: quasi non rationis id vitium & imbecillitas sit, neq; eam fateantur rationis prauitatē esse, qua quoduis animans careat. Quippe timiditate magnam eorum partem lasciuiaq; & iniustitia & liuore cernimus suffusa. Qui vero id, cui absolutam negaut natura rationem, ne rationis quidem potens esse natura capiendæ censet: is idē facere videtur, atq; ille, qui neq; simiam esse deformitatis consortē, neq; tarditatis statuit testudinem: quod neq; formositatis neq; pernicitatis sint capaces. Deinde quid intersit, nō animaduertit. Nam rationem natura infundit: honestam vero & consummatam rationem ex industria & doctrina per rationis consortiū omnia animantia consequuntur. At quam quærunt integritatem & sapientiam, ne in homine quidem reperiant. Vt est oculorum aciei cū acie dispartias & volatus cum volatu (Neq; enim æque miluus & cicada sunt perspicaces, neq; similiter volant aquilæ & perdices) ita non obtinet quoduis, quod rationis compos est, ingenii summā dexteritatem & acumen. Alioqui multa documenta edunt popularitatis, fortitudinis, solertiæ ad vitā quærendam & ad res suas procurandas: sicut ē diuerso contrariorū, ceu iniustitiæ, inertiæ, & tarditatis. Astipulatur id, quod nunc concertationem inter adolescentes istos excitauit. Quasi enim aliqua discrepantia: hi terrena contendunt, illi marina esse natura ad virtutem plus prouecta. Quod certe liquet, cum ciconiis si equos fluuiatiles componas. Hi enim perimūt, quo ineant matres: illi nutriunt genitores: & cum columbis perdices: quod hi oua perdant, & necent fœminas si ouis incubent, nec concubitum non admittant: illæ curā earū fouēdis vicissim ouis suscipiunt, pastumq; priores præbent: fœminamq;, si diutius vagata sit rundens ore mas adigit ad oua & pullos. Asinis Antipater & ouibus qui exprobrat sordes, miror qui lynces hirūdinesq; præterierit: quorum superiores omni cura fimum mouent, recōdunt, & supprimunt vrinā: hirundines auerso foras pod ce pullos reddere fimum docens. Et quidem quid arborem nō dicimus arbore tardiorem sicut cane ouem: & holus holere ignauius, sicut leone ceruum? An quomodo in non mouentibus se aliud alio lentius non est, neque voce fuscius in vocis expertibus: perinde neque acutius ingenio, neque obtusius, neq; intemperantius alio aliud, quibus non dedit natura omnibus intelligentiam: quæ aliis aliter vel maiore vel minore modo collata illas, quas cernimus, efficit distinctiones? At plurimū præcellit animantibus homo facilitate, ingenio, iustitia, popularitate. Nempe etiā complures Sociare bestiæ, hæ corporis mole & velocitate, illæ visus firmitate & auditu exquisito omnes antecedunt homines: neq; ideo tamē cœcus, omnib. viribus destitutus, & surdus homo est. Cæterū nec manibus, nec oculis, nec viribus, nec corporis amplitudine destituit nos natura: quantumuis in his, si cum elephanto & camelo comparemur, nihil simus. Pari ergo modo neq; bestias, si obtusiore intelligētia & ingenio sint deteriore, nulla intelligētia dicamus, nullo ingenio prorsus esse præditas: sed infirmius & tardius possidere, sicut luscio sum oculum & turbatum. Quod nisi adolescentes illos eruditos & literatum studiosos iam iam expectaremus, alterum ex terra, alterum ex mari multa hic congesturos: haud prætermisissem infinita tibi docilitatis, infinita bonæ indolis bestiarum expromere exempla: quæ hamis & alueolis ex imperatoriis haurienda spectaculis inclyta Roma præbuit. Hæc itaq; illis recentia & illibata ad doctrinam suam ostentandam relinquamus. Interea volo nonnihil tecum, dum ocium est, considerare. Peculiare suum cuiq; membro est mea sentētia vitiū, claudicatio, & morbus, ceu oculo cœcitas, cruri clauditas, blæsitas linguæ, neq; ea vlli alii est parti. Neq; enim cadit in id, cui natura visum negauit, cœcitas: nec clauditas, cui ingredi: neq; blæsū, quod elingue: balbumue, quod mutum est natura, quicquam appelles. Ergo nec desipiens aut insanum aut demens: cui non natiuum sit sapere, ratione vti, & intelligere. Neq; enim esse affectum potest, quod nō obtinet facultatem, cuius affectio vel claudicatio vel aliud vitium sit. Atqui vidisti profecto canem rabiosum, ego etiam equos. Sunt qui insanire boues quoq; ferant & vulpes. Cæterum sufficit canū rabies: quæ testatur probatq; inesse rationem intelligentiamque huic bestiæ non contemnendā: cuius turbatæ & confusæ rabies insania illa vitium est. Neque enim oculorum aciem vel auditum videmus eorum variantē: sed sicut hominis melancholici vel delirantis, qui negat de statu suo dimotam & labefactatā mentem, rationem, & memoriam, ridiculus sit. Nam ipse profecto loquendi vsus prædicat de insipientibus nō esse eos apud se, sed mente excidisse. Si qui canes rabiosos alia rentari re, non intelligentiam rationemq; & memoriam perturbationis plenā habere existimat & desipere, vt charissima pignora nō agnoscant, re fugiantq; consuetas viuendi rationes, aut caligent in sole: hunc nō perpendere id, quod quotidie fit, sed concertare cū veritate apparet. Recte sane mea opinione putas. Nā Stoici & Peripatetici diuersum acriter tuentur: ortū iustitiā alium nullum habere, sed tolli aboleriq; eam funditus, si cuncta animantia in rationis societatem veniunt. Siquidem aut iniutiā inferamus necesse est, si ea attingamus: aut si non vtamur iis, vitam tolerare non poterimus, vel tolerabimus duriter & quodammodo vitā viuemus ferinam: si quæ ex bestiis capimus, commoda amiserimus. Mitto Numidarum & Troglodytarum infinitum numerum: qui cibum præter carnes nullum

nullum nouerunt. Nobis, qui mitiorem vitam & humaniorem agere videmur, quid reliquum erit, quod terra vel mari agamus? Quæ in montibus ars, quis in victu cultus: si quod par est, vt cum ratione vtentibus & cognatis omnibus animantibus innocenter & religiose didicerim agere, difficile dictu est. Quare præsidium vel medicinam aduersus difficultatem, quæ vel vitam tollit vel iustitiam, nullam habemus: nisi terminum vetustum & legem tueamur: qua authore Hesiodo naturas distinguente, atque genus vtrumque segregante:

Piscibus atque feris mos est generiq; volucrum,
Se inter se vesci, neq; enim vllum ius regit illa.
Verum hoc infudit mortalibus

10 inter se mutuo. Illis enim nullum intercedit nobiscũ iustitiæ commercium, nec nos in illa iniuriosi dicimur. Quam rationem qui neglexerunt, hi neq; vsum aliũ neq; locum iustitię minimum reliquere. Hęc tu ex corde illorũ depromsisti. Haud tamẽ permittendũ philosophis est, sicut pariendi difficultate laborantib. mulieribus, vt pro amuleto appendant ocytocium, quo facile & citra dolorẽ iustitiam nobis enitantur. Neq; enim illi largiti Epicuro sunt de reb. maximis rẽ exiguam & vilem: vt atomũ perperam vnam in latus inclinaret, quo aditus sideribus, animantibus, & fortunæ daretur, & arbitrium nostrum ne periret, ac demonstraret obscurum, aut sumeret quicquam, quod clarum sit. Nec etiam ponendum illud de amantib. est ad iustitiam, si liquidum non est, neq; illi alias probant. Patet enim via iustitię altera non lubrica, neque præceps adeo, neq; per ea, quæ euidenria euerrant, ducens: verũ quam præeunte Pla-

20 rone filius meus tuus Soclare sodalis monstrat non contentiosis, qui sequi & discere cupiunt. Nam non vacare iniustitia prorsus, qui ira cum amantibus agit, hominẽ Empedocles & Heraclitus pro vero recipiunt, ac frequenter queruntur incusantq; naturam, quasi necessitas & bellum sit, nec quicquã defecati vel synceri habeat: sed per multos & iniquos labores expleatur. Quandoquidẽ etiam eius genituram ex iniuria ferunt profluxisse coeunte cum mortali immortali compactam: oblectariq;, quod inde genitum est, membris eius, q. ipsum genuit, præter naturam laniandis. Sed plus satis videntur hęc acria & acerba. Moderarius est remedium, quod nec rationẽ eripit animantibus, & seruat eorũ, qui illis rite vtuntur, iustitiam. Hoc à sapientib. & priscis inuectum ingluuies facta cum luxu coitione expulit & obliterauit, idq; Pythagoras fructum capere docens ex illis citra vllam iniuriam, reduxit. Neq; enim iniuste

30 agunt, qui insocialia & noxia valde coercent & conficiunt; vrbana & mitia faciunt tractabilia obsecundantiaque ad vsum, ad quem singula sunt à natura recte comparata,

Asinos equosq; ad initum taurorum quoq;
Fætus,

quos Æschyli Prometheus dare ait se nobis:

Vice mancipiorum, ærumnarum & vicarios.

Canibus autem vtuntur caprarum & ouiũ custodibus, ex quib. lanam & lac percipiunt. Neq; vero viui idcirco non potest, neq; tollitur mortalium vita, nisi patinas piscium, & iocinora habeant anserum, bouesque vel hœdos ad epulũ concidunt: nisi ocio languentes in theatris vel animi causa in venationibus hæc ferocia esse compellãt & pugnare inuita, illa ad vltionẽ non facta trucident. Ludentem enim & oblectationem quærentem vti oportet, opinor, vna ludẽ-

40 tibus & lætis: non sicut pueros dixit Bion ranas ludibundos lapidibus petere, ranas autẽ non iam ludibundas, sed serio emori, item venari & piscari cruciatibus & cędibus ductos bestiarũ, & abstrahẽdis his delinitos à catulis & pullis. Neq; enim animantib. qui vtuntur, faciũt iniuste, sed qui his perniciose, contẽptim, & immaniter vtuntur. Tace Autobule & ista insimulatione tempera. Nam prope adsunt hi magna caterua venatores omnes: quos depellere nõ fit procliue de sententia, neq; pungere necesse. Probe mones. At Eubiotum satis noui, consobrinumq; meum Aristonem, etiam Dionisij filios Delphos Æacidẽ & Aristotimum hunc iam, Nicandrum Euthydami terrestris scientẽ venatus, vt Homerus ait, ideoq; ab Aristotimo staturos: sicut viceuersa insularib. illis & marinis Megarensi Heraclione, Philostrato Eubœensi,

Colere est quibus æquora curæ:

50 Phædimus incedit cinctus:

Tydides, dubium est, se vtris coniunxerit.

æqualem hunc nostrum Optatum,

Montanis crebro qui prædis æquoreisque
Syluanumque patrem simul & Dictynnam honorauit,

quia huc concedit ad nos, neutris partibus certũest se illũ associaturũ. Quid nos mi Optate, rectene coniicimus communẽ te & medium futurum inter hosce iuuenes arbitrum? Recte sane Autobule arbitraris. Iã olim enim exoleuit Solonis lex: quæ in seditione illos, qui neutris partibus aggregauerint se, mulctat. Ergo veni huc sessum apud nos: ne, si opus teste fuerit, Ari-

I 3 stotelis

ſtotelis libris negocium faciamus:verum tibi propter experientiam ſuffragantes ſententias ſecundum eos,qui vera affetet,dicamus. Placet. Conuenit aliquid iuuenes inter vos de ordine:Conuenit Soclare:cæterum fuit ingentis res certaminis Inde vt eſt apud Euripidem,

Sors nata fortuna rei iſti præſidens,

ea,quæ pto terreſtrium iure dicenda ſunt,præ marinis inducit. Nunc igitur Ariſtotime,vt tu dicas,nos vt audiamus,tempus eſt.Forum quidem litigantibus eſto: * hæc vero factum facto in fœminas imperu ſub ipſum perdunt puerperium. Mugilum genus,quos literales vocant, ex mucore viuunt ſuo.Polypus ſeipſum reſes ſub brumam arrodit,

Deſiderātur quædam.

Tectis in gelidis curis ſub pectore mæſtus:

adeo iners eſt vel torpidus vel guloſus,vel omnib. his vitiis aſperſus. Quate Plato iterū iterūque libro de legib. vetuit,vel potius deteſtatus eſt,iuuenes venat' pelagici amore capi: Quādo nullus virtutis campus,ſapientiæ nulla meditatio,neq; eorū,quæ roboris, vel pernicitaris, vel agilitatis parandæ gratia ſubeunt mortales, in iſto cū lupis vel cōgris vel ſacris certaminibus repetiaturquicquā:quomodo hic feroces feræ audaciam & virtutē acuunt pugnantium, aſtutæ circumſpectionem adorientium & ſolertiam,inſectantiū robur & induſtriam veloces. Quę quidem venandi ſtudium honeſtū effecere.Piſcatus vero nulla re eſt celebris.Neq; vero deorum voluit vllus Congricida,ſicut Apollo Lupicida, neq; Multipeta vt Ceruipeta Diana appellari.Neq; eſt id mirū.Quandoquidē etiam homini aprū tantū, vel ceruum vel capream capere eſt quam mercari laudabilius:thynnum contra & carabum eſt honeſtius obſonari quā piſcari. Quippe,q; ignauus,& perplexus prorſus, ſit nullaq; cum aſtutia coniunctus eorū piſcatus:factum,vt ſimul ſit fœdus,pudendus, & illiberalis.Breui quando quib.docent philoſophi ratione animāria vti hæc ſunt,conſilia,apparatus,memoriæ,animi motiones, narorū curæ,grarirudines eorū,apud quos beneficia ſunt collata,offenſiones aduerſus id,q; læſit:adhæc neceſſariorum inuentiones,ſpeciē virtutis,vt fortitudinis,popularitatis,cōtinentię, magnanimitatis:conuertamus nos ad pelagica, an ne horū illa nullam, aut certe prorſus obſcuram ſignificationem oculoſq; fallentem,vt quicquam de iis conicere habeamus, reprę́ſentent:in pedeſtrib.beſtiis & terrenis claras,perſpicuas,& certas notas ſingulorum quæ ſupra diximus, capere & ſpectare poſſimus: Primum conſiliū & apparatum aſpice ad pugnā inſperſo puluere accingentium ſe taurorum,aprorum dētes acuentiū.Elephantes, quia materia qua effoſſa vel detonſa paſcuntur,heberat atteritq; dentem,alterū huic vſu adhibent, alterum cuſpidatum ſemper & cultellatum ad ſui protectionē ſeruant. Leo ſemper contortis ingreditur pedibus tanquam vagina conditis intus vnguibus:ne aciem attriti retundant, neue veſtigantibus notam relinquant.Quippe haud temere inuenias vnguis indiciū leonini:ſed quia in tenuia & cæca veſtigia incidunt,aberrant neq; aſſequuntur eos venatores. Icheumonē audiſtis certe nihilo ſecius ac grauis armaturæ militē ſe armare ad prælиū, adeo craſſo limo corpus adoriturus crocodilū loricat & veſtit.Hirundinē ante fœturā apparatus videmus, quam probe ex ſolidis feſtucis fundamēta iaciant, mox alienant leuiores: ac ſi luti glutē deſiderare ſentiant̄ nidum,ad lacū vel mare aduolantes ſummis alis ita ſtringunt ea,vt humeſcant tantum non degrauentur liquore:correptoq; ita puluere illinunt & conſtringunt laxa & diffluentia. Figurā operi nō angulis vel anfractibus,ſed æquabilem,quatenus fieri poteſt, & globoſam efficiunt. Eſt enim ea & firmior & capacior,reſiſtitq; foris inſidiantium animantium conatib. Araneæ opificia cōmune telarum fœminis & ſagenarum piſcatoribus exemplar non vno tantum nomine mirere. Siquidē & filum argutum, ac tela non hians neq; ſtaminoſa,ſed leuis membranę modo continua & tanquam viſco lentore aliquo,qui oculos fallit, admiſto eſt contexta, tinctura cęloris erea, quæ ſpeciē,vt fugiat oculos, reddit caliginoſam: Ipſa præ cæteris machinamenti huius tēperatio & moderatio,vbi qua irretita eſt præda, quam hæc ſentire & periti aucupis modo propere contrahere tete includereq; eſt docta capturā, quia id quotidie cernim' & ſpectamus,fidē meruit,cum alioqui haberetur pro fabula: ſicut illud coruorū in Africa eſt viſum: qui lapidibus coniectis complent & ſubuehunt aquam,quoad eam cōtingere valeant. Poſt canē contemplatus, cum in nauigio abſentibus nautis in amphoram olei non plenam coniiceret calculos: obſtupui:qui intelligeret ſubſidentibus grauioribus ſubuehi leuiora. Par eſt apum ſolertia Creticarū,& anſerum in Cilicia. Illæ enim infeſtum ventis flexuræ promontorium quoddam onerant ſe ſuburra,ne tranſuerſæ rapiantur,minutis calculis. Anſeres aquilatum formidine tranſcenſuri Taurū grandem lapidē ore capiunt, velut obturantes & frenantes garrulitatē & clangorem ſuum , dum furtim imprudentibus ſint prætereuectæ. Eſt etiam illud in gruū volatu memorabile. Volant, ſi increbeſcat ventus & ſæuiat cœlum, non vt tranquillo exporrecta agminis fronte vel lunato globi ſinu: verum illico in triquetrū contrahunt ſe ac mucrone auram ſcindunt circumfuſam. Ita, ne diuellatur ordo, cauēt. Poſtquam demiſerunt ſe in terrā: illæ, quæ excubias nocturnas ſortitæ ſunt, vno pede inſiſtunt, altero ſuſtinēt lapidem.

lapidem. Retinet eum tactus vis ne dormiant, perdiu. Laxatus vbi decidit lapis, confestim excitat dimittentem. Quod facit, vt non ita Herculem mireris,

Alæ quadarcum subiectum valido tenet
Hic brachio & dextra clauam dormit premens.

Nec vero etiam eum, qui princeps animaduertit, quemadmodum contractū dehiscat ostreum si ardeolarum versutiam spectauisti. Quæ cum clausam deglutierunt concham, molestiam eius tolerant, dum tabescentem ex calore & laxatam sentiant: tunc effundunt dehiscentē & diductam, eximuntq; quod esui est. Formicarum sedulitatem & molitionem etsi explicare nemo satis queat, semel præterire tamen sit hominis supini. Neque enim quicquam habet adeo exiguum natura, quod maiorum & præstantiorum rerum sit speculum: verum tanquam pura in guttula virtutis repræsentatio:

Hic est imago amicitiæ commercium,
Simulq; fortitudinis est industria.

In his crebra cernas continētiæ semina, crebra prudentiæ & iustitiæ. Cleanthes ostēdit, quātumuis ratione prædita esse negat animantia, huiuscemodi se interuenisse spectaculo: cum formicæ occurrerent ei, quę ad aliam cauernam mortuam portabant formicam: mox extulerunt, ex cauerna se aliæ ac cum illis quasi collocutæ retro descenderunt: idque factum fuit bis aut ter: denique hæ ab imo sicut redimendi mortui precium vermem extulerunt, quo sublato redditoque mortuo se receperunt. Iam ex iis, quæ omnibus sunt testata, illa est in occurrēdo honestas candorq;. Decedunt via onustis vacuæ, præbentque transitum. Quid quod grauiora & translatu minus expedita arrodunt & dissecant, quo pondus in plures dispertitum facilius perferatur. Quando oua exponunt torrentque sub dio, id pro significatione habet Aratus imbrium,

Oua penetrali quando omnia pregerit antro
Formica.

Alij non oua scribunt, sed fruges conditas, quoties æruginem senserint aut vereantur cariē & putredinem, ab eis exponi. Nihil vero addi potest ad solertiam: qua præuertunt, ne triticum exeat in frugem. Neq; enim permanet siccum & incorruptum: verum madescit lactescitq; ac conuertit se ad germinandū. Ne igitur vertat in semen, atq; inutile reddatur cibo sed penitus permaneat: caput arrodunt, quo effundit triticū germen. Illos vero, qui cubilia harum in peruestigando velut ex insectione diuidunt, non recipio. Commemorant nō rectum esse à communi descensum, nec alteri animanti permeatu promptum, sed flexib. & anfractibus, qui detortos & occultos calles & causas semitas habeant, in tria terminantem antra: quorum vnum commune est cœnaculum, alterum penoris cella, in tertiū mortuæ conduntur. Non arbitror importune me facturum, formicis si subiungam elephantos: quo solertię indolē in minutissimis simul & vastissimis corporib. cognoscamus neq; in horū molibus euanescentem, neq; in illis claudicantem. Ac aliis quidem miraculo est elephanti docilitas, cuius in spectaculis dat specimen multiformibus & variis gestibus: quorum diuersitatē excellentiamq; memoriæ ac reminiscentiæ nō ita facile exercitationes humanæ assequi valent. Ego vero potius in spōtaneis huius beluæ affectionibus & motibus, quorum nullum habuit magistrum, vt synceris & simplicib. elucere cerno intelligentiam. Romæ cum non ita pridē multi ad ludos instituerētur stationib. ancipitibus quibusdam discendis & morib. intricatis reuoluendis, vnus omnium tardissimus, cū quotidie male audiret & castigaretur verberibus subinde, deprehensus est, qui noctu ipse ex seipso ad lunam præcepta effingeret & meditaretur. In Syria antea scribit Agnon elephanti, qui domi alebatur, rectorē ex demenso ordei, quod accipiebat, subtrahere & interuertere dimidiū quotidie solitū. Hunc vbi domino assistente aliquando & spectante integrum demensum soluit, intentis in dominum oculis productaq; proboscide secreuisse & remouisse partē, atq; ita quam prudentissime rectoris sui detexisse furtum. Alium, cuius præfectus lapides & terram demenso permiscebat, dū elixarentur carnes, correptum cinerem in ollam iniecisse. Alius Romæ lacessitus à pueris, qui stilis proboscidem eius pungebant, vnū ex iis correptum sustulit sublimem, putabaturq; eū confecturus. Clamore assistentiū insecuto, leniter eū rursus in terram statuit transiitq;, satis magnam pœnam repetisse à tantulo existimans, q eum exterruisset. De indomitis & liberis inter cætera miracula, quomodo traiiciant amnes, proditum est, transmittere primū natu & mole corporis minimum, qui se discrimini offert. Cæteri stant spectantes, quantum superet altitudine vndas: quæ res ad audendū grandioribus ingētem fiduciam præbet. Postquam huc oratione sum prouectus, haud puto vulpē affinitatis gratia prætereundam. Proditum fabulis est columbam Deucalioni arca emissam nunciam fuisse tempestatis, cum intro remearet; serenitatis, cū euolaret. Thraces hac quoq; memoria, quando fluuium cōglaciatum transire instituerunt, indicē faciunt firmitatis glaciei

vulpem. Nam progrediens illa glaciei aurē sensim admouet. Quę si percipiat ex strepitu ,ppe vndam delabentem, coniiciens non altum esse gelu, sed tenue & infirmū, subsistit: ac ni prohibeatur, regreditur. Si strepitū non sentiat, transit fidenter. Neq; sensus hoc carēti ratione subtilitati adscribimus, sed ex sensu reputationi id, quod strepit moueri: q, mouetur, non concreuisse: quod non concreuit, liquidum esse, porro liquidum cedere. Dialectici canē aiunt argumentationis genus, quod explurib. disiunctū vocant, vsurpantem in multipartitis semitis statuere apud semetipsū, aut hac fera tetendit aut illac, aut potius istac: verū non illac neq; istac, restat ergo, vt hac. Vbi sensus nihil nisi præsensionē præstat, sumptiones & conclusionē sumptionibus infert ratio. Verum enimuero nō indiget hoc canis testimonio. Est enim falsum & adulterinum: cū sensus ipse vestigiis & odore fugam feræ monstret contemptis pronunciatis, disiunctis, & connexis. Aliis autē teb. multis & motibus & officiis, quæ neq; olfactu neq; visu percipiuntur, sed mente tantū & ratione peraguntur & visuntur, animaduertere est canis naturam: cuius in prædis agendis continentiā, obsequelam, & sagacitatē, ridiculus sim, si cōmemorare statuā apud vos, qui contēplamini eas quotidie & tractatis: neq; Romani in bellis ciuilib. trucidati præcidere prius quisquam caput valuit, quam eius custodem & propugnatorē canem circumuentum confodisset. Pyrrhus rex in itinere offendit canē, qui iugulati corpus domini seruabat: auditoq; triduo illū sine pastu durasse, illic neq; abscessisse, cadauer humari, canemq; secum abduci, eiusq; curam haberi imperauit. Paucis post dieb. lustrabat rex copias suas, militesq; confidente rege transibant. Aderat canis quietus. Qui vt domini percussores conspexit prætereuntes, cū latratu & ira procurrit in illos, subinde circūagens se ad Pyrrhū: vt non illi modo, verumetiā toti coronæ venirent isti in suspicionē. Itaq; comprehensi extemplo, & quæstione habita, cū indicia aliunde exigua accessissent, cædē confessi pœnas dedere. Idem Hesiodi illius sapientis fecisse canem memorant: qui Ganyctoris Naupactij indicauit filios, à quibus fuerat Hesiodus trucidatus. Quod vero genitores nostri, cū Athenis vacarēt literis, ipsi cognouerunt, est quam prædicta testatius. In Æsculapij fanū quidā furtim penetrauerat, qui dona aurea & argētea minus ampla surripuit, ac fallere ratus inde se subduxit. Custos delubri canis nomine Capparus vbi latrantē nullus æditruorum exaudiuit, profugientem sacrilegum insectabatur: ac primum, quamuis lapidibus peteretur, nō reliquit hominem. Vt diluxit, non applicuit se propius, sed in oculis illū seruans sequebatur. Si ille obiiceret escam, non attingebat: si somnum caperet, iuxta pernoctabat: quando iter ingrediebatur, exurgens denuo consectabatur: viatoribus, qui se offerebant, adulabatur, illū allatrabat, instabatque ei. Quæ cum intellexissent, qui furem consectabantur, ab occurrentib. qui & colorē referebant & modum canis, acrius consectabantur, adeptiq; eum retraxerunt à Crommyone vsq;. Canis in regrediendo antecurrebat gestiens & ouans, quasi prædam & capturā suam faceret sacrilegum. Qua de causa alimenta ei publice sciuerunt, & vt perpetua eius cura sacerdotibus mandaretur, quo retulerunt benignitatis veterum Atheniensium in mulum exemplum. Nam cū delubrum Hecatompedon moliretur in arce Pericles: saxaq; , vt fit quotidie adueherentur plaustris: ex mulis, qui strenue laborauerant, & iam ætatis causa vacatione erant donati, vnus in Ceramicum descendens, subuehentibusq; lapides iumentis occursans comitabatur ea, iuxtaque currebat velut hortator eos excitans: cuius propensam industriam admiratus popul' sciuit ei de publico annonam, sicut athletæ, qui ex senio elanguit, ius in Prytaneo epulandi. Quare illos, qui nihil aiunt nobis esse cum animantibus commercij, fatendum est recte dicere in pelagicis atq; in profundo degentibus. Nulla est enim cum illis beneuolentiæ nobis vel charitatis societas, omnique vacant placiditate, ac dixit Homerus eleganter,

Glaucum te edidit æquor,

in eum, qui erat immitis & horridus: quasi nihil ęquor, quod placidū sit & mite, proferat. Sin quis eo dicto in terrestria vtatur, is, sęuus sit & immanis: ac nihil Lysimacho dicat necessitudinis intercessisse cū cane Hyrcano, qui defuncto adhæsit solus, & illato in rogū corpore, in eundem insiliit. Idem eodemq; modo imitatum illum ferunt, quem Pyrrhus, non ille rex, sed alius nescio quis priuatus aluit: cuius versans circa corp. exanime, lectuloq; cū efferretur, assultās, ad postremū coniecit se in rogum, ac cum illius corpore combussit. Pori regis elephas in acie contra Alexandrū grauiter saucij multa iacula leuiter & molliter proboscide sua euulsit. Qui quamuis esset ipse grauiter vulneratus, non ante elanguit tamē, quam regem iam exanguē & defluentē percipiens, timensq; ne caderet, sensim se submisit, præbuitq; ei reclinādi facultatem. Bucephalus nō instratus recipiebat in sedem agasonem: sed cum esset ornatu & phaleris regiis instructus, nullū nisi ipsum admittebat Alexandrum. In alios, qui ad id tentandū accedebant, infestus incurrens hinnitū tollebat, & insultabat, eosq;, ni maturassent longius se proripere & aufugere, obterebat. Non dubito exempla hæc videri vobis euariantia. Atqui non est sagacium animantium actum, qui vnius imaginem virtutis præ se ferat, inuenire promptum:

verum

verum elucet in eorum erga suos amore propensa industria in generositate, prudentia, solertiaq; & intelligentia non vacat audacia & strenuitate. Quod si tamen distinguere & discriminare singula libeat, lenis iuxta ac elati animi specimen præbent canes, quia demittentibus se deflectunt. Extat alibi hoc dictum:

Hi magno clangore ruunt, fallax sed Vlysses
Sede quietus erat, sceptrumq; manu excidit illi.

Non vltra enim oppugnant abiectos & supplicum speciem præbentes. Fama tenet canem Indicorum principem, qui depugnauit contra Alexandrum, in arenam emisso ceruo, apro, & vrso non se mouisse, sed illos fastidiuisse. Vt vero leonem conspexit, ilico exortum aeuisse se ad prælium, demonstrasseq; se illum habere aduersarium suum, reliquos omnes contemnere. Qui venantur lepores, si eos ipsi ne cauerunt, gaudent illis laniandis, & sanguinem lambunt auide. Quod si deplorata salute, quod subinde fit, quantum ei superfit spiritus, in nouissimum expendens cursum expirauerit: vbi exanimum occupauerunt, prorsus abstinent ab eo, stantesq; caudas moritant, quasi non carnis, sed victoriæ & virtutis causa certent. Astutiæ multa extant exempla, in quibus missos faciemus vulpes & lupos gruumq; argutias & graculorum (Sunt enim nota) sed teste vtemur sapientum antiquissimo Thale, quem perhibent recte quod astu superior fuisset maximum nomen consecutum fuisse. Ex mulis, qui salem supportabant, vnus flumen ingressus forte procubuit, ac liquescente sale exurgens expeditus animaduertit causam, mandauitq; eam memoriæ. Itaq; semper, cum transiret amnem demittebat sese, ac demergebat vasa in vtramq; partem inclinans nutansq;. Quoad Thalem delato præcepit, vt salis loco vasa implerentur lana & spongiis, eisq; onератum mulum agerent: Qui, vt solitus erat, cum sarcinas aqua impleslet, commentum suum percepit sibi inutile esse. Quare in posterum attente & caute flumen traiiciebat, vt ne vel inuito se contingeret liquor vnus. Aliam astutiam coniunctam cum natorum charitate perdices edunt. Pullos suos quando nondum fugere valent, consuefaciunt consectantibus aucupibus, vt supinos sternant se, glebamq; vel paleam pro integumento supra obtendant corpori. Ipsæ aucupes abducunt alio vertuntq; in semetipsas huc illuc eminus volitantes ac pedetentim refugientes: quoad in breuem spem adducentes illos captum se iri longe à pullis abstrahant. Lepores in cubile regressi lepusculos suos alium alio deportant, vt interuallum sæpe inter eos iugeri sit: ne si immineat homo vel canis, in periculum vniuersi vocentur. Ipsi discursu multiplici compluribus locis vestigia premunt: deniq; saltu ingenti redu-cunt se à vestigiis, atq; ita cubant. Vrsa veterno, quem φωλεία vocant, appetente prius quam semel stupida grauis, & torpida fiat, repurgat specum suum: quem subitura reliquo gressu quam maxime potest suspensio & leui summis tantum nixa vestigiis, tergo denique voluta promouet corpus deportatq; in lustrum. *Ceruorum fœminæ potissimum egerunt puerperia iuxta vias, quo bestiæ non appellunt carniuoræ. Mares quando intelligunt pinguitudine se & corpulentia graues esse, sedes mutant integentes se latebris, si fugæ diffidant. Erinacei in protegendo & tuendo se solertia prouerbio locum fecit:

*Alii, elephantorum

Scit multa vulpes, sed magnum vnum erinaceus.

Siquidem hac ingruente, vti ferunt,

Vt pineus nucleus spinis se contegens
Tutus iacet parte ex omni inuiolabilis.

Magis est scita illa de catulis suis eorum solicitudo & prouidentia. Adulto namq; autumno subit vineam, pedibusq; acinos ex racemis decutit humi, atq; in his volutatus excipit eos spinis suis: præbuitq; aliquando omnibus nobis, qui eum spectabamus, vuæ repentis vel ingredientis speciem: ita oppletus incedebat acinis. Mox cubile suum ingressus catulis in cibum sumendos dat, quos ipse subministrat. Lustrum eorum bina spiramenta obtinet: vnum in Austrum, alterum in Aquilonem spectans. Prout autem aëris vicissitudinem præsentiunt, sicut vela gubernatores nauium vicissim vertunt, illud, quod obuersum est vento, obstruunt, alterum pandunt. Quare Cyzicenus quidem animaduersa credebatur ingruentes ventos ex arte sua prænunciare. Communitatis cum intelligentia dare specimen elephantos Iuba autor est. Foueas his venatores clam tenuibus virgultis & humo leui iniecta struunt. In has quoties decidit aliquis, quia gregatim pascuntur, reliqui aggesta materia, lapidibusq; superiniectis explent cauea foueæ, vt facile inde emergere valeat. Idem tradit obsecrationes diis elephantos facere, atq; à nullo doctos maris vnda se lustrare, solemq; orientem adorare probofcide sicut manu in cœlum sublata. Quare hanc bestiam esse testatus est Ptolomæus Philopator religiosissimam. Hic cum cæso fugatoque Antiocho honorem deo habere vellet magnifice, cum multas alias obtêtæ ex prælio palmæ gratia victimas, tum quatuor elephantos immolauit. Inde quod somnium illi noctu fuisset, louem ei infensum inusitati illius sacrificii causa comminari, multis piaculis id procurauit, elephantosque quatuor ex ære mactatorum loco posuit. Haud minus est leo socia-

sociabilis. Adolescentiores n. tardos & ætate iam graues educunt secum venatum: atq; hi quãdo fatiscunt, fessum eum expectantes, dum alii venantur. Qui si quam sint prædam nacti, acciunt eos vituli mugitui assimilem rugitum edentes. Qui ilico rem intelligentes accurrunt, prædaq; promiscue fruuntur. Amores etiam multorum alii sæui & insani extiterunt, alii humana procatione non caruerunt, nec venusta consuetudine, qualis fuit elephanti Alexandriæ Aristophanis grammatici riualis. Nam eiusdem deperibant amore coronariæ: nec minus id elephas indicabat, ferebat ei semper, cum præteriret, ex foro poma, moramq; apud eam trahebat, & proboscidem intra tunicas sicut manum inserens blande eius vbera contrectabat. Draco, qui virginem Ætolam amabat, tenebris commeabat ad eam, subrepensq; ad summam corporis cutem complectensq; nihil eam vltro vel inuitus offendebat: sed placide sub diluculum recipiebat se. Quod cum facerer assidue, deportarunt propinqui mulierem remotius. Ille tribus aut quatuor noctibus non venit ad eam: sed circumibat vt putabatur, errans quærensq; eam. Quam vt tandem inuenit, circumlapsus non de more suo lenis, sed asperior spiris reliquis manus eius corpori deligauit, & extrema cauda eam flagellauit, facilẽ & beneuolã parcentis potius quam punientis præ se ferens iram. Anserem in Ægypto pueri amore captum, hircumq; Glauco fidicinæ amantem, quia noti sunt, & multorum exemplorum narratione affici vos existimo tædio, omitto. Sturni vero & corui & psittaci, qui loqui discunt, & vocis spiritum magistris concinnantibus & formantibus sequacem æmulumq; præbent, docilitatis mihi videntur cæteris animantibus esse patroni & defensores, docentq; nos aliquatenus sermocinandi & vocis articulatæ consortium illos habere. An vero non plane ridiculum sit relinquere cum his contentionem illis, quæ ne vlulare quidem possunt: neq; tantum vocis habent, vt gemitum valeant edere. At horum vel natiuis & rudibus sonis quanta insit elegantia & festiuitas facundissimi suauissim q; oratores testantur: qui iucundissima poëmata & carmina olorum & lusciniarum adæquant cantilenis. Quia vero docere quam discere potiores orationis partes obtinet, iam Aristoteli fides est adiungenda, qui id quoq; animalia facere dicit. Obseruatam enim lusciniam quæ pullo suo in canendo præiret. Astipulatur ei, quod secius canant illæ, quæ infantes captæ & à matre non sunt eductæ. Instituuntur namq;, quæ in illarũ contubernio crescunt & discunt, non quæstus vel gloriæ causa, cæterum quod modulari voluptati habeant vocisq; elegantiam præferant vtilitati. Qua quidem de re commemorare vobis, quod à multis Græcis & Romanis accepi, qui interfuerunt, habeo. Tonsor quidam, qui officinam Romæ habebat pro templo, quod forum Græcum vocant, gattulam ad miraculum vsq; & loquacem alebat picam. Hæc verba humana, voces ferarum, & organorum crepitus reddebat, nullius illa coactu, sed meditans ipsa elaboransq; nihil, quod non exprimeret & simularet, prætermittere. Forte funus diuitis cuiuspiam illac ad multas tubas ducebatur. Quia vero eo loco consistebat de more põpa: tubicines celebres, qui canere iubebantur diu illic moram traxere. Pica post illum diem muta & elinguis erat, neq; vocem suam in laboribus necessariis mittebat. Quapropter qui mirati ante fuerant eius vocẽ, his maiore miraculo erat silentium & mutum acroama quib. quotidianum illac iter erat, coniiciebatur autem in eiusdem artis opifices veneni suspicio: maior pars à tubis suspicabantur præstrictum fuisse eius auditum, atq; vna cum auditu vocem extinctam. Cæterum neutrum horum fuit, sed meditatio vi imitatrice in seipsam reuocata vocemq; velut organum aptante & instruente. Post enim repente apparuit & eluxit vox, neq; ex solitis illis & pristinis simulacris quicquam, sed tubarum cantilenas iisdem periodis sonabat, varietatesq; omnes ac vocum cunctos numeros peragebat. Ostendit itaq; hoc, quod dixi, maiorem rationis vim habere ea, quæ sponte quam quæ faciledicũt. Vnum certe disciplinæ docilitatisq; in cane exemplum cuius ego ipse fui Romæ spectator, non possum omittere. Canis mimo cuidam, qui plures personas in agenda fabula repręsentabat, adhærens cum alios gestus moribus & negociis pro argumento reddebat conuenientes, tum panẽ medicamẽto, cuius in illo faciebant periculum, temperatum soporifero, fingebãtur autẽ mortiferũ esse, sumpsit: eoq; deuorato paulo post fingebat tremere se lapsariq; & grauedine tẽtari. Deniq; protẽsis membris pro mortuo iacebat, patiebaturq; trahi auferriq; se, vt fabulæ argumentũ postulabat. Vt vero articulũ ex iis, quæ dicebantur, aduertit: primum quasi ex profundo somno ad se reuerteretur, leniter mouit se capiteq; elato suspexit. Hinc stupentibus omnibus exurgens contulit se ad quem oportebat & decebat lætus & gestiens: vt totum theatrum & Cæsar (intererat enim pater Vespasianus in Marcelli theatro) permouerentur. Enimuero ridiculi fortassis simus, si docilitatem venditemus bestiarum, quarum Democritus nos summis in rebus esse discipulos ostendit, araneæ in texendo & sarciendo, hirundinis in ædificando suauiter modulantium oloris & lusciniæ in cãtu & voce fingenda. Iam artis medicæ ex vnoquoq; trium generum magnam in eis & insignẽ portionẽ videmus. Nõ solum n. medicamentis vtuntur, cum testudines origanum, mustelę rutã, quando deuorauerunt anguem, superedant, canes felle laborãtes certa herba repurgent se, draco oculorum

10

20

30

40

50

lorum calig̃nẽ marathro diſſipet & incidat:vrſus, vt primũ luſtro eſt egreſſus, aron ſyluaticũ edat:q; huius acrimonia inteſtinum eius coalitum referet:alias faſtidioſus pergat ad formicarum cuniculos,ibiq; aſſidens ſucco dulci madẽtem exetat linguam, dũ formicis ſcateat: quæ deuoratæ ei proſunt. Purgationẽ,quã ſibi Ibis ex ſalſugine adhibet, animaduertiſſe Ægyptij, & imitatos eſſe referũt ſe. Sacerdotes autẽ,ex qua bibit Ibis,aqua ſe luſtrant: Nam ſi medicata vel alias inſalubris ſit,non attingit eam: Verum etiam inedia curantur quædam. Siquidẽ lupi & leones,quando carnibus nimium ſunt oppleti,cubantes fouenteſque ſe quieſcunt. Tigrim narrant obiecto ei hœdo,cum victus ratione vtitur, non veſci biduum, tertio die poſcere famelicam aliud & caueam lacerare, illi parcere, q̃ cõtubernalem iam putet & familiarem. Sed & curam,quæ manu redditur,ab elephantis vſurpari aiunt. Siquidem iacula,ſpicula, & ſagittas aſſiſtentes vulneratis citra cruciatum expedite & ſine incõmodo extrahunt. Capræ Creticæ,quæ dictamo guſtato facile ſagittas expellunt, mulieribus prægnantibus monſtrauerũt huic herbæ vim elidẽdi partus eſſe. Siquidem ad aliud nihil properant vulneratæ, ſed ad quærendum & inueſtigandum pergunt dictamum. Hæc licet ſint ſtupenda, minus tamẽ reddunt ſtupenda intellectu numeri & facultate præditę numerandi naturæ ,ſicut prædıtæ ſunt boues apud Suſa. Sunt illic, quæ hortos regios verſat illi modiolo haustorio ad certum numerũ adæquant. Centenos modiolos ſingulæ boues in diem educunt. Plures non auferas ne ſi compellere quidem eas aggrediare. Ac cum nonnulli ſæpe tentandi gratia vrgeant , ſubſiſtunt nec progrediuntur ſoluto penſo. Adeo exacte colligunt & memoriæ mandant ſummã, vt Cteſias Cnidius prodit. Aſſiludunt Ægyptios, qui origem fabulantur vocẽ reddere die & hora illa, qua emergit ſidus,quod Sothen illi, nos Caniculam & Sirium dicimus. Siquidẽ vniuerſas eorum capras, quando ſidus hoc cum ſole exoritur , certum eſt conuerſas orientem reſpicere. Quod circumuectionis firmiſſimum argumentũ eſſe, ac regulis mathemaricis aſtipulari. Cæterum vt tandem coronidem ſibi ipſi oratio imponẽs conticeſcat: age ſacram anchoram mouentes de diuinitate eorum & vi fatidica pauca commemoremus. Neq; enim contemnenda vel obſcura,ſed magna & peruetuſta vaticinandi pars auguratus ſcientia dicitur. Illa namque acrimonia, ſagacitas, atq; ob ingenij eorum dexteritatem facilitas in omnem viſionem organi modo præbet deo ſe vtendam vertendamque ad omnem motionem, voces, conuerſiones, & formas nunc aduerſas, nunc ſecundas ſicut ventos, quæ nunc interpellant , nunc dirigunt actiones & inſtituta ad finem. Hinc omnes in vniuerſum aues appellat deorum caduceatores Euripides Sigillatim vero dicit Socrates ſeipſum reddidiſſe olotum conſeruum. Inter reges quoq; delectabatur Pyrrhus aquila dici, accipiter Antiochus. Indoctos & ſtolidos conuitio & cauillo piſces nominamus. Alia porro infinita cũ ad manum ſint commemoranda , quæ prę-monſtrant & denunciant ab diis nobis beſtiæ & volucres, haud poterit vnum eius generis exemplum adducere aquatilium propugnatot: ſed muta cæcaque. quod attinet ad prouidentiam, in impiũ & Titanicum locum ſicut nefariorum ſedem profligata ſunt: in quib' eſt ratio & intelligẽtia animi extincta: ac minuta quapiam ſenſus ſcintilla temperato & demerſo animo palpitantibus quam viuentibus reſpondent citius. Erige ſupercilium chare Phędime , teque nobis pelagicis & inſularibus excita. Neq; enim res iudicata illa fuit oratio, ſed certamen dutũ & declamatio: quæ cancellos adhuc & tribunal requirit. Sunt iſtæ Heracleon manifeſtæ cum dolo inſidiæ. Nauſeantes namque etiamnum & heſterno merſos mero nos ex compoſito adortus eſt iſte, vt vides, ſiccus. Verum tergiuerſari non licet. Neque enim ſtatui, qui admirator ſum Piudari, audire hoc dictum:

Tenebras in extremas poſito certamine
Prætextus inijcit virtutem.

Ocij ſiquidẽ abunde eſt nobis, quando feriantur nõ horæ, ſed canes, equi , plagæ & omne verriculi genus: q; diſputationum noſtrarum gratia induciæ vniuerſis animantibus hodie terra mariq; ſint datæ. Sed nõ eſt, q; timeatis. Vtat enim modice ocio: neque placita philoſophorũ, vel fabulas Ægyptiorum, neq; dubiæ fidei Indorum adferam vel Aſtorum hiſtorias : ſed quæ teſtes habent omnes, qui mare colunt, quæ conſpiciuntur atque oculis fidem faciunt, horum proponam pauca. Quanquam terreſtrium exempla nihil habent obſtaculi , ſed laxato ſenſui patent. Æquor pauca & tenuia ſuorum ſpectacula præbet: plurimorum vero obtegit ortus & incunabula, inſidiaſq; & cautiones mutuas : in quibus non pauca intelligentiæ , memoriæ, & ſocietatis opera exiſtunt: ſed, quia ignotantur, deprimunt orationem noſtram. Deinde terreſtria ex affinitate, qua ſunt coniuncta nobiſcum, & ex contubernio vtcunq; tinguntur humanis moribus: cum fruantur educatione & diſciplina, quib. formantur: quæ res efficit, vt omne amarum & triſte, ſicut affuſa potabilis aqua marinę miteſcat: inſociabilem vero feritatem omnem & ignauiam excitat cõſuetudine cũ hominib. euocatum. At pelagicorum vita, quæ ab humano cõmercio magnis diſcreta eſt terminis & aſſcititiũ nihil vel familiare habet, ſolitaria

eſt &

est & indigena, atque ab alienis moribus loci non naturæ causa abhorrens. Nam eorũ natura, quantũ assequitur disciplinæ, id capiens & continẽs præstat multas anguillas, quas, sacras appellant, hominib. tractabiles, sicut illas in Arethusa: Passim etiam pisces, quæ ad nomẽ aduolant: quod de Crassi murena proditũ est memoriæ, cui Crassus extinctæ illachrymauit. Qui, cum ei diceret Domitius: An nõ murenã tu mortuã luxisti? occurrit: Nõne tu, qui tres extulisti vxores, nullã lachrymã effudisti? Crocodili sacerdotũ non modo cognoscunt vocẽ appellantiũ, & contrectationẽ ferunt, sed & rictu dehiscente dentes præbent eorũ manib. repurgãdos & veste linea detergẽdos. Philinus vir optim*, qui in Ægypto peregrinatus fuerat, reuersus nuper narrauit nobis, anum se vidisse in Antęi oppido in grabaro cũ crocodilo concubantem, qui perquam modeste ei se applicabat. Olim scribunt Ptolemeo regi vocanti nõ audientem sacrum crocodilũ, neq; obsecrantibus & orantib. parentem sacerdotibus portendere visum, q̃ non multo post insecutũ est, eius fatum. Ita nec præclare istius exors est aquatiliũ genus diuinationis vel immune. Quandoquidem accipio apud Suram vicum Lycię inter Phellum & Myrã vaticinari ex piscibus homines, sicut alij de cœlo seruantes: qui linguæ voces, fugas, & insectationes eorũ obseruant. Cæterũ sint hæc naturæ eorũ non prorsus peregrinæ vel abhorrentis à nobis satis multa documenta. At acris & nariuæ solertiæ indiciũ illud vulgare est. Quippe nihil ita ex façili capitur ab homine, q̃ nater (Excipio illa, quæ saxis adhærent & coaluerunt) vel prehenditur citra negocium, vt à lupis asini, à popilionib. apes, ab hirundinibus cicadę, à ceruis serpentes: à quib. rapiuntur facile. Hinc eis Græce ἐλάφους nomen inditum, nõ à leuitate, verum à serpentis tractatione, quæ Græce ἕλκειν dicitur. Ouis pede lupũ accersit. Pardali pleraque animantia adiũgere se odore eius captos præcipue simiam ferunt. Marinorum prope omnium præsensio suspicax & circumspecta contra insidias ex solertia efficit: vt non expeditum nec leue venatus eorum opus sit: sed varia instrumẽta & machinationes in se miras & astus postulet: q̃ patet ex plane perspicuis. Nam calamum piscatorium nolunt crassum esse, quamuis eis firmo sit opus aduersus captorum iactationes, sed desumũt potius subtile: ne si amplam diffundat vmbram suspicionem eorum solicitet. Inde lineam non faciunt nodosam ansularum vinculis vel asperam: quod id etiam doli sit eis nota, setasque ad hamum pertinentes moliuntur, vt quam candidissimam speciem præbeant. Ita enim in mari ex coloris vnitate citius eos fallunt. Hoc vero poëtæ dictum:

Hæc sese plumbo similis demersit in altum.
Quale per agrestis transmissum cornua tauri
Piscibus exitium præsens cladémque minatur.

secus accipientes nonnulli pilis bouinis arbitrantur in lineis veteres vsos: Siquidem* κέρας, q̃ Græcis significat cornu, etiam pilum dici: atque hinc κείρεσθαι & κουράν, id est, tondere & tonsurã deducta: & apud Archilochum κεροπλάστην esse circa capillos ornandos & comendos elegantẽ. Cæterum id verum non est. Quippe equinis vtuntur setis, atq; iis equorum. Nam equæ vrina setas perfusas reddunt infirmas. Aristoteles negat quicquã hic adferri acutum vel exquisitũ: sed reuera cornua addi lineæ proxime hamum, ne deglutito hamo pisces dentib. lineã præcidant. Hamos tortos ad mugiles amiasq; vsurpant, quod astricto ore sint. Quippe rectiorẽ declinant. Sæpe etiam tortum mugil suspectum habet, ideoq; in orbem circumnatat cauda ex omni parte cædens escam, vorat que quod decussit. Quod si nõ successit, contrahens os comprimensque summis labiis libat præsecatq; escam. Labrax quam elephas animosius non alij, sed sibi ipsi, quoties implicit* hamo est, eum sicut telum eximit, huc illuc iactando caput vulnus diducens, cruciatumq; ex laceratione perferens, quoad hamũ eiecerit. Vulpes haud crebro ad hamum accedit, sed fugit insidias. Occupata extemplo euoluit se, Valet ob lentorẽ & mollitudinem versare & inuertere corpus, vt interaneis foras euolutis hamus excidat. Atque hęc quidẽ nosse & vti eos ostẽdunt his in loco, & vbi vsus est, ingeniose & excellenter. Alij repræsentant cũ intelligentia naturã sociabilẽ & mutua consuetudine se teneri: in quibus sunt anthiæ & scari. Quoties enim deglutiit scarus hamum: cæteri, qui adsunt assiliẽtes lineam abrodunt. Iidem nassæ irretitis caudas porrigunt: quib. illos mordicus inhærentes extrahunt atque ad se reducunt. Anthiæ populari suo maiore vi succurrunt. Lineam in dorsum reiectã directa spina moliuntur asperitate ei* quasi serra dissecare & præcidere. Atqui ex terrestrib. nullum nouimus, q̃ alteri laboranti præsto esse sustineat, non vrsum, non aprum, non leænam, non pardalim. Coeunt quidem in theatris eiusdem generis animalia, & vndiq; circulant vna, verum non nouit, neq; animum inducit alteri alterum adesse: sed refugiunt resiliuntq; quam remotissime à saucio & expirante. Nã illa elephantum historia in foueas congerẽtium materiam & delapsum per aggerẽ educentium sanequam noua est & extranea: quæ quasi ex edicto regio scriptis Iubæ adiungi sibi imperat fidem. Quæ tamen vt vera sit, multa pelagica ostendit terrenorum prudentissimo neq; comitate neque acrimonia concedere. Verum de commu-

*Nos cornua vertimus: quia dictionẽ, quæ & cornu & pilũ vel setã significet, nõ habemus Latinam.

nitate eorum locus mox erit peculiaris. Piscatores considerantes iactus hami quasi ludificatio nibus quibusdam in lucta fere à piscibus propulsari ad vim conuerterũt se, qui sicut Persæ euerriculant eos: quasi nulla irretitis elabendi per consilium & solertiam ratio pateat. Verriculis enim & plagulis mugiles & luliæ capiũtur, item mormyræ, sargi, gobii, labraces, iactarii, qui dicuntur, mullus chrysos, scorpio reticulis & sagenis capiuntur. Quapropter retiũ genus recte Homerus πανάγραν quasi omne capiens vocauit. Sed aduersus hæc quoque machinamenta galeis & labraci sunt. Quando enim trahi sentit rete, solum vi secando ictibus cauat. Postquã parauit iam sibi aduersus retis incursum latibulum, tum eo impellit se, hæretque ibi tantisper, dũ præteriit. Delphinus cõprehensus, vbi percipit in sagenæ vlnis teneri se, manet imperterritus
10 lætusque. Epulatur enim citra sudorem ex præsentium piscium copia. Vt vero prope terram venit, eroso reti molitur inde. Qui si non maturauerit profugere, primo nihil ei periculi est. Iunco enim marino in crista insuto missum faciunt. Iterum captum plagis castigant, ex futuræ cicatricibus cognoscentes: qui rarus est casus, quod primo venia donati bonam fidem plærięs agnoscant, abstineantque in reliquum iniuria. Inter multa, quæ restant cautionis, prouisionis & elabendi exempla: sepiæ hoc operæ precium est commemorare. Vesicam collo habet dependentem atri plenam liquoris, atramentum vocant. Hunc, quando occupatur, emitrit, machinans, simul atque aqua infuscata tenebris inuoluit se, elapsum & effugium ex piscatoris oculis. Qua re imitatur deos Homericos: qui nubibus obscuris frequenter eos, quos incolumes volũt, eximunt eripiuntque. Sed de his satis. Porro ingenii eorum in prædando & venãdo astus intel-
20 ligere ex multis est. Stella enim, quæ omnia à se contacta fundi & liquescere scit, corpus præbet & permittit accedentibus aut appropinquantibus attingendum. Torpedinis nostis certe vires. Obstupefacit non modo contingentes: verum etiam per sagenam stuporem piscatorum manibus inducit. Sunt qui ex maiore eius obseruatione scribant: si, cum viua elapsa sit, summam aquam manu agites, sensurum te vitium hoc ad manum recurrens, tactumque stupidum reddens per aquam scilicet prius mutatam & affectam. Huius intellectu prædira natiuo pugnar aperto marte cum nullo neq;, in discrimen descendit: sed vtriq; circumuecta quam petit prædam, sicut spicula effundit contagionem suam: inficitq; aquam primum, deinde per aquam animantem, vt neq; tueri se neque fugere valeat, sed alligetur sicut vinculis cõglacietque. Qui vero piscator dicitur inuento ex re nomine, notus compluribus est. Hunc eadem ac sepiam vti
30 perhibet Aristoteles versutia. Demittit lineæ modo ex collo acetabulum, quod laxum in longum porrendi, & recurrere in semetipsum, vbi id recipit, promptissime valet. Quando igitur minutulum piscem prope videt, præbet id vellicandum, reuocatque clam & petedentim adducitque, dum assequi ore potest id, quod illigatum est. Polypodas colorem variantes nobilitauit Pindarus, qui ait:

Piscis marini pelli mentem accommodans
Cum ciuitatibus omnibus versatur hic.

Theognis item:

Polypodis mentem cape versicoloris, adaquat
Qui corium petræ, cui sese adiunxerit, omni.

40 Vertit se chamæleon, non quo quicquam struat vel tegat sese, verum metu: nullaq; alia de causa variat, natura trepidus & timidus. Consequitur etiam venti vis, vt est autor Theophrastus: Corpus enim huius animantis pene vniuersum est * vento refertum. Hinc esse conijcit naturam eius spiritalem atque ob id versatilem. Polypodis vero prouenit ex eius industria non vitio variatio. Versat enim speciem suã de industria, hoc machinans, vt clam sit ea, quæ timet, & cõprehendat escam, fallendo namque prædatur non fugientia, alia prætereuntia effugiunt. Nam sua ipsum adedere acetabula, mendacium est. Quod vero murenam formidet & congrum, id [illegible] verum. Quippe ab his læditur: cum lædere eos, quia elabuntur lubricitate sua, non valeat. [illegible]omodo contra carabus eos, vbi prehendit, facile cõijcit nihil proficiente aduersus scabri[illegible]n læuore, quem si intra acetabula sua concluserit polypus, petiit. Hunc insectandi & fugien-
50 [illegible] inuicem orbem & gyrum pro puluere & meditatione parauit eis exercendæ solertiæ suæ & sagacitatis natura. At enim echini terrestris, qui herinaceus vulgo appellatur, præsensionem nescio quam ventorum iactat Aristotimus. Idem gruum triquetrum volatum stupuit. Ego vero echinum non vnum Cyzicenum vel Byzantium, sed aquatiles allego simul omnes. Hi quoties ingruentem senserunt tempestatem vel procellam, onerant se calculis: ne propter leuitatem euertantur, neque auellantur excitato fluctu, sed inhæreant saxulis firmiter. Illa vero gruum volatus ad ventum vicissitudo non vnius est generis: verum hoc in vniuersum omnes pisces intelligunt, & aduersus fluctum & vndã semper natant prouidentque: ne incumbens à tergo ventus squamas explicet, atque ita corpus nudatum & exasperatum offendat.

* Alii, pulmone.

m Hinc

Hinc obuertunt assidue se vento, obnixiq; fluctibus dirigunt cursum. Ita enim sulcatum à vertice salum branchias eorum cohibet, labensque per coriū leniter premit, neque excitat horrorem. Atque est hoc, sicut dixi, piscibus accipen sere excepto commune. Hic enim natura secundo vento & fluctibus fluitat punctionis squamæ securus: vt cui squamæ non sint versus caudam plicatæ. Thynnus ita exacte æquinoctia & solstitia sentit, vt etiam hominem doceat, eumque ab astrologicis liberet obseruationibus. Siquidem quo illum cunque brumales reuocationes occupauerint loco, ibi consistit agitque ad æquinoctium vsque. Præclarum vero gruis commentum, quod lapidem teneat, quo eum laxans subinde excitetur somno. At quando hoc Solare Delphini callidius? cui consistere & cursum nefas est intermittere. Quippe posita est eius in perenni motu natura, terminumque habet vitæ & motus eundem. Quando quiete habet opus, subuectus sursum corpore ad æquoris faciem supinum demittit se per profundum, defer- turque velut lecti pensilis iactatione, dum applicuerit ad solum idque attigerit. Ita expergefactus recurrit: atque postquam denuo supera tenuit, remittit se ac gestatur, ita commistam motioni requiem sibi parat. Idem eademque de causa agere thynnos aiunt. Quia vero mathematicam solis iam conuersionis peregi prouisionem, cuius est Aristoteles testis, accipe nunc cognitionem eorum arithmeticam: sed prius tamen opticen: quam nec Æschylum fugisse apparet. Hic enim ait:

Huic læuum oculum celeris thynni ritu admouens.

Siquidem videntur altero lumine caligare. Quamobrem erumpunt in Pontum dextrorsum legentes terram, contra sinistrorsum cum egrediuntur. Ita prudenter ac circūspecte corporis custodiam semper meliori oculo credunt. Arithmetices, quia videlicet societate & mutua cōsuetudine tenentur, studiosi vsque adeo ad apicem peruenerunt huius disciplinæ: vt, quia mutuo contubernio mire ducuntur, & cupiunt gregatim inter se agere: semper agmen in cubum forment, & solidum faciant vndiq; lateribus sex paribus vallati. Inde ita in natando aciem quadratam fronte ancipiti tenent. Itaque thynnorum venator, si ad vnguem inuenerit superficiei numerum, statim quantus totus sit grex, dicit. Quoniam profunditatem nouit pari serie latitudini & longitudini respondere. Amiæ vero etiā ex eo, quod gregatim agant, nomē inuenere: & vero etiam meo iudicio pelamydes. Reliquarum nationum, quotquot visuntur & viuunt in societate mutua & gregatim, nemo dixerit numerum: verum potius peculiaria sunt eorum consortia & contubernia consideranda. Ex his est, qui plurimum Chrysippi atramenti exhausit, pinnotheras, locumque in omnibus eius tam physicis quam moralibus libris primum tenet. Nam spongotheram nō vidit, alioqui eum non transiturus. Est pinnotheras cancrorum generis, vt aiunt, comitemque se præbet pinnæ. Huius ad concham est ianitor, sedetque ad limina, passam esse & hiantem sinens, quousque accurrunt aliqui, quibus pascuntur, pisciculi. Tūc vna se insinuans vellicat pinnam. Illa occludit concham, communiterque prædam inter claustra captiuam consumunt. Spongiam regit quasi auriga pisciculus non ex cancrorum genere, sed araneę germanus. Neque enim inanima est, neq; caret sensu vel sanguine spongia, sed petris vt alia complura adhæret. Motionem habet suam propriam, qua distenditur & contrahitur, quasi ductu & monitione egentem. Nam cum alias fungosa sit, fistulis inanibus ex inertia & tarditate laxata: quoties subiit esca, illo signum dante contrahit se, eaque pascitur. Multo magis, si homo accedat vel attingat eam, docta & fodicata quasi inhorrescit, corpusq; astringens & stipans coarctat: vt non facile & sine labore eam venatores succidant. Purpuræ gregatim coeuntes apum ritu fauum in communi faciunt, in quo fœtificare dicuntur. Pabulum muscus est & alga: quæ colligunt prætensa testis, conuiuiaque in orbem circulantia inter se præbent alteram altera depascente. Sed quid in his aquatilium ingenium mireris: quando id, quod est maxime insociabile & immanissimum omnium, quæ in amnibus, lacubus, æquoribus viuunt animantium, crocodilus mirificam ostendit in commerciis cum trochilo, quem regem auium Latini vocant, communionem & beneuolentiam. Est auis trochilus ex illis, quæ circa paludes & flumina colunt, crocodili satelles. Hic non de suo, sed illius reliquiis victitat. Siquidem quando animaduertit sopito crocodilo imminentem ichneumonem, ac limo se in illum armantem sicut puluere aspergentem se athletam, suscitat eum sono suo & radendo rostro. Est autem hic aduersus illū auem tam mansuetus, vt hiante rictu eam intra fauces recipiat, capiatque voluptatem ex eo, quod hæc partes carnis tenuioribus dentibus inhærentes excerpat leniter rostro & scabat. Cum autem huius titillationis satur velit comprimere & claudere rictum, inclinando maxillam signum dat: neq; ante dimittit eam, quam trochilum euolasse animaduertit. Ille qui dux dicitur, gobii magnitudine & specie pisciculus in summo auem inhorrescentem ob squamarum scabritiem referre dicit. Hic cum vno ex magnis cetis semper versatur. Prænatat cursumq; eius dirigit, ne in breuia vel vadum impingat, vel in fretū coniiciat se strictum. Sequitur eum cetus vel ut gubernaculum nauis, patetq; duci. Quicquid hic rictu vel animal vel scaphā vel sa-

vel saxum prehenderit, id illico petiit & interiit in aluum eius demersum: solum vero illum cognoscit, ac sicut anchoram in os interius recipit, qui ibi somnum capit. Cetus illa quiescente insistit & stationem tenet. Progrediente iterum subsequitur, neq; interdiu neq; noctu enim relinquit: alioquin palatur & errat, qua ratione multi periere sicut gubernatore amisso in terram eiecti: quod ipsi apud Anticyram vidimus: vbi multo ante scribunt non procul Bunis eiecto & putrescente ceto pestilentiã excitatam fuisse. Quid his consociationibus & conuictibus compares? Aristoteles quidem amicitiam inter vulpes & serpentes intercedere ostendit, quod communem sibi aquilam habeant inimicam, inter otidas item & equos: quod otides delectentur adulantes scalpendo eorum fimo. Ego vero ne in apibus quidem tantam contemplor, neq;
10 in formicis mutuam curam. Siquidem opus omnes commune promouent: respectus vero vel solicitudo alteri alterius alio in opere nulla est. Discrimen longe magis deprehendemus, si ad antiquissima & maxima communionis officia illa, quæ ad genituras & fœturas spectant, orationem conuertamus. Primum pisces, qui lacubus finitimum aut sorbens flumina colunt mare, instante partu sectantur & subeunt ex aquis dulcibus lenissimam & placidissimam. Est enim puerperiis eorum tranquillitas conueniens, neque sunt lacus & amnes belluis infesti: quare sunt ibi partus securi. Hinc plerique ad Pontum Euxinum puerpetia egerunt. Neque enim alit cetos, tantum phocam gracilem & delphinum minutum. Præterea fluminum admixtio plurimorum & maximorum, quæ in Pontum se exonerant, clemens præbet & accommodum enixibus aquarum temperamentum. Præ cæteris est miraculo antias, quem sa-
20 crum piscem appellat Homerus:, tametsi sacram quidam magnam existimant esse: quomodo os sacrum, magnum: & morbum comitialem, qui magnus est morbus, sacrum dicunt. Alii in vniuersum eum, qui in numinis alicuius est tutela & libere vagatur. Eratosthenes auratam videtur

Pernicemque, superciliоque flauente sacrumque
Piscem.

dicere, multi accipenseтem. Est enim infrequens nec cupienti promptus. Circa Pamphiliam subinde conspicitur. Quem si quando comprehenderint, ibi & ipsi sumunt coronas piscatores, & nauieulas suas coronis exornant, plausuq; & iubilo, quando applicant, excipiuntur & honorantur. Plerique sacrum antiam & esse & vocari ideo arbitrantur. Vbi enim cum visus est an-
30 tias, ibi nulla reperitur bellua: sed animo soluto spongiarum piscatores vrinant, animo soluto partus edunt pisces, quasi prædem habeant fidei publicæ. Causa coniectu difficilis est: deuitétne antiam belluæ, vt suem elephantes, gallum gallinaceum leones: an nota sit hic piscis oræ tutæ, quam nouit & obseruat circumspectus & memoria pollens. Commune certe est hoc gignentibus, soboli vt consulant. Mares vero non solum non deuorant prolem suam, verum etiã assidua statione, vt est author Aristoteles, oua tuentur. Sunt qui affectentur fœminas aspergentes aliquantulum earum clunes: aliter non grandescit fœtus, sed manet inchoatus neque assurgit in amplitudinem. Solæ fucæ ex alga constructo velut nido contegunt fœtum & aduersus fluctus eum muniunt. Galei in sobolem suam charitas omnium mansuetissimarum animantium indulgentiæ & benignitati præcellit. Edunt ouum: inde animantem non foris, sed in vi-
40 sceribus suis, educantq; sic & gestant quasi ex altero partu: Postquam adolerũt, emittunt natos foras, docentq; iuxta natare, mox recipiunt eos iterum intra se per os, præbentque corpus suum eis pro incunabulis incolendum, & pro alimento & refrugio: quoad satis validi ad seipsos tuendos euaserint. Stupenda etiam testudinis in fœtando & in fœtu seruando solicitudo. Quando parit, excedit mari in propinquum. Quia vero incubare ouis vel in continenti diu non potest versari, condit in sabulo oua, obruitque hæc ex arena eo, quod leuissimum est & mollissimum. Vbi iam ea contexit & satis recondidit: hi pedibus aiunt eam terræ insculpere & incidere noram, qua locum sibi faciat notum, illi fœminam à mare ali, notasque peculiares & sigilla imprimere. Quod mirandum est magis, præstolata diem quadragesimum (Hoc enim spacio maturantur & excludunrur) accedit, cognoscenq; suum vnaquæq; thesaurum, vt nullus auri
50 homo, læta alacrisq; eum referat. In crocodilo cætera sunt consimilia. Locum veto qua ratione designet, nullus mortaliũ cogitando vel reputando consequi valeat. Quapropter huius belluæ præsensionem ex diuinatione non ex ratione esse autumant. Neq; enim vltra vel citra progressus quam quantum æstatis tempore inflatus Nilus telluris spacium inundabit & occultabit, illic oua edit. In quæ si quando incidat agricola, cognoscit alitsq; nunciat, quatenus ipsis procedet fluuius. Adeo dimetitur locum competenter, ne eo rigato ipse rigatus incubet. Si quis exclusorum catulorum, simul atque exiuit, non prehenderit ore quid, quod forte obuium sit, vel muscam vel seriphum vel vermem terræ, vel festucam, vel herbam: hunc dentibus discerpit mater petimitq;. Animosos & impigros diligit & souet, ex sapientissimorum hominum sententia, iudicio non affectu amans. Phocæ quoq; pariunt in sicco. Catulos autem pedetentim edu-

 cunt

cünt & gustum eis sali dant, moxq; reducunt. Hoc subinde per vices faciunt: dum sic consuefa-
cti intrepide vitam marinam amplectantur. Ranæ circa nuptiarum horam ololyzantes, vt ap-
pellant, voce amatoria & connubiali euocant fœminam. Quam si ita mas pellexerit, noctem
inter se operiuntur. Quippe in aqua non valent, & interdiu verentur in terra concubitum age-
te. Primis tenebris progrediuntur, Venerique libere indulgent. Præcipue claram reddunt vo-
cem, quando imbrem manent, quod signum est constantissimum. Cæterum ptoh sancte Iupi-
ter, quam absurdam rem & ridiculam pene admiseram, si phocis me & ranis immorantem so-
lertissimum & diis charissimum præterisset & effugisset aquatilium. Quas enim luscinias musi-
cæ halcyonis. vel indulgẽtiæ in natos hirundines, vel humanitati liuias, vel artificio compares
apes? Cuius fœturas, partus enixus in tantum honorauit deus? Latonæ puerperium quidem
vnam excepisse insulam, quæ eius cupida erat, memoriæ proditum est. At enitenti circa solsti-
tia Halcyoni totum sopit tranquillatque mare. Vnde animal est aliud nullum, quod perinde
homines ament, cuius gratia septem dies totidemque noctes adulta hyeme securi nauigant,
itinere tunc maritimo quam terrestri tutiore. Quod si de singulis, quas obtinet, virtutibus pau-
ca sunt recensenda: adeo est viri amans, vt non vna tempestate, sed toto anno complexum &
consuetudinem maris admittat, non lasciuia quidem: Nam aliis nuptiis in totum abstinet: sed
charitate & beneuolentia matrisfamilias more. Eundem grauem iam annis & ægre sequentem
excipiens portat fouetque senem, neq; vsquam deserit aut relinquit solum, sed impositum hu-
meris suis gestat, curatque, & viuit cum eo vsq; ad vitæ exitum. Amore notorum & solicitudine
de iis, vt primum prægnantem sentit se, conuertit se ad nidum struendum, non subigens lutum
parietibus & tecto illiniendum, quod hirundines faciunt: neque occupat in id multa corporis
membra. quomodo subeuntes toto corpore apes fauum cellas in formam hexagonum d stin-
guunt. Halcyon, quæ vnum organum simplex, vna arma, instrumentum vnum habet rostrum,
nullumq; præterea industriæ & in fœtus suos studii subsidium, quæ machinetur & moliatur o-
pera, arduum sit credere: nisi arbitratus oculis fueris illud, quod fingit, vel potius nauis ritu fa-
bricat ea forma, quæ sola euerti & obrui vndis nequeat. Collectas acus piscis spinas contextasq;
mutuo complicat colligatque alias directas, alias transuersas quasi in stamine subtegmen sub-
stetnens flexibus & anfractibus inter se compactum. Itaque concinnatur & aptatur in pilæ fi-
guram, rotundus vt innatare queat, & ad nassæ piscatoriæ exemplar. Absolutum transfert, ap-
plicatq; crepidini, quam fluctus maris molliter feriens, quod parum firmum est hiatque: docet
sarcire & astringere spectantem vndarum verbere laxari. Compacta vero constipat & conspis-
sat: vt ægre lapide vel ferro luxetur & diffringatur. Nulli miraculo cedit symmetria & forma
vasis huius cauum. Ita est enim constructum, solam vt hanc excipiat subeuntem, reliquis & o-
mnibus vndequaque cæcum & occultum. nihilq; eo penetrare, ne vnda quidem maris valeat.
Ego vero neminem vestrum esse, quin conspexerit hunc nidum, reor. Mihi quidem identidem
contemplanti & contrectanti subiit dicere & canere:

In Phœbi talem delubro vidimus olim

Corneam inter septem, quæ vocant, mundi miracula decantatam aram: quæ citra compagem
vllam aliam & vinculum dexrris solis commissa & constricta est cornibus. Arque musicum ali-
quatenus vtinam me insularemq; musicus Apollo & insularis pelagicæ Sitenis laudes eandide
canentem benigne placideq; ferat: Istorum vero quæstiones, quas deridendi causa ponunt: cur
neq; congricida Apollo, neq; Mullicida Diana vocetur, ludat non ignorantium Venerem quo-
que sacra ritusq; suos in mari instituisse, ac * prærer cultum & lucrum mari gaudentem. Lepti
sacerdotes Neptuni nihil, quod aquatile sit, gustare: nullum Cereris Eleusinæ sacris initiatos
nostis colore: à quo etiam religionis causa temperare illam Iunonis apud Argos antistitem. Si-
quidem lepotem marinum, qui homini est exitialis, nulli necant præ cæteris & conficiunt.
Quapropter vt animantes humanæ & salutares sacrosancti sunt. Adhæc Dianæ Dictynnæ & A-
pollinis Delphinii delubta altariaq; apud complures Græcos sunt. At quem locum sibi ipse A-
pollo elegit eximium, cum Cretensium posteri duce tenuerunt delphino. Neque enim, vt est in
fabulis, deus ipse forma mutata classem natans præcurrit: sed delphino misso, qui cursum rege-
ret, eos Cirrham deduxit. Scribunt etiam missos à Prolomæo Sothete Sinopem ad deportan-
dum Sarapim ac Liberum patrem, quos vento procelloso contra voluntatem supra Maleam ab-
reptos fuisse habentes ad dexrram Peloponnesum. Inde fluctuantes & anxios conspectum ex
prora delphinum quasi exciuisse ac ducem se in portum leni cursu præbuisse: quousque hunc
suum ductum sequentes Cirrhæ saluos constituit. Ibi factis pro conscensu sacrificiis intellexe-
runt ex duobus lignis altetum Plutonis tollendum & asportandum, alterũ Proserpinæ expri-
mendum esse & relinquendum. Ac quamuis verisimile quidem est delphinum, quia studio-
sus est musicæ: charum deo esse: quo cum conferens se ipsum Pindarus dicit excitari delphini
gestu:

> * Aliã, nihil eo, quod versantu molam asinis more circũuagatur. Ego legẽdũ puto: ac nequaquam cadibus gaudẽdum.

Quem mouit in maris tranquillo tibia
Suaue carmen alto.

multo magis tamen eius humanitatem apparet deum amplecti. Solus enim hominem, quia homo est, diligit: terrestrium vero partim neminem: partim quæ sunt mitiora, vsus sui gratia solos colunt altores & familiares, ceu canis, equus, elephas. Hirundines necessitate consulente in ædificia nostra ad captandam vmbram & necessariam securitatem commigrant, hominem vero vt feram fugiunt & horrent. Delphino autem præter omnes soli ille ab optimis philosophis quæsitus amor sine vllo vsu est erga homines natura datus. Nam cum nullo vlla in re indi-
10 gear homine, omnibus est benignus amicus, multisque præsto fuit. Ex quibus Arionis exemplũ neminem fugit. Est enim peruagatum. Hesiodi vero tu quidem opportune nos mi Aristotime commonefecisti:

Aſt habet haud tibi fabula finem.

Debebas enim, cum canis fidelitatem prædicares, non omittere delphinos. Fuit indicium obscurum latrantis canis & cum clamore persequentis sicarios. Apud Nemeon in alto iactatum sustollentes delphini, & inuicem succedentes prompte apud Rhion exposuerũt, iugulatumque ostenderunt. Aeolium Enalum tradit Myrtilus Lesbius filiæ Phinei amantem, cum ex oraculo Amphitritæ esset illa à Pethidis in mare proiecta, vna in mare desiliisse, atque à delphino incolumem ad Lesbum fuisse expositum. Delphini in puerum Iassensem beneuolentia & charitas ni-
20 hil reliqui ad summum amorem fecit. Ludebat cum eo natabatque quotidie, ac contrectari se in cute ferebat eius manibus, equitantem in se nõ reiiciebat, sed portabat lætus, ac quocunque cursum ille dirigeret, eo se flectebat. Ad quod spectaculum cuncti simul Iassenses ad litus quotidie currebant. Cum autem imber largus cum grandine aliquando fusus esset, puer delapsus expirauit. Ibi delphinus cadauer deportans vna cum eo impulit se ipse in litus, neque abscessit ab eo, donec extinctus est, iudicans consortem esse debere se, qui causam dedisset, lethi. Huius casus insigne Iassensibus moneta est imagine equitãtis in delphino pueri. Hinc Cœrani fabula fidẽ accepit. Hic genere Parius delphinorum iactum sagenæ irretitorum, qui concedendi erant, emit, dimisitque omnes. Breui post nauigabat in quinqueremi: qua vti fama est, piratæ vehebantur. Naui in freto, quod inter Naxon & Paron est, hausta fluctibus, cæterisque submersis illum
30 ferunt substernente se, & subleuante eum delphino expositum fuisse ad Zacynthi speluncam, quæ monstratur etiam nunc, diciturque Cœranion. In huius honorem fecisse fama est Archilochum hoc carmen:

Quinquaginta viris superesse dedit Ceranum
Neptunus pater.

Quo post defuncto cum corpus necessarii iuxta mare cremarent, accessit ad litus delphinorum agmen velut ostendentium adesse se ad funus: neque ante, quam omnia iusta peracta essent, discessere. Vlysses clypeo insigne fuisse delphinum à Stesichoro proditum est. At qua de causa: memorant, vt Criteus testatur, Zacynthii. Infans adhuc, vt ferunt, Telemachus est litore fallẽ-
40 tibus pedibus in mare vorticosum lapsus, atque exceptus à delphinis reuehentibus eum ad terram euasit incolumis. Hinc pater, vt gratiam referret huic animanti, insculpsit anulo & ornamentum addidit clypeo delphinum. Qui vero supra ostendi nullam fabulam me vobis relaturum: nunc autem haud scio, quo pacto, dum de delphinis ago, imprudens vltra progressus impegi in Vlyssem & Cœranum, mulctam mihi ipsi dico. Hic namque orationem concludo. Vos igitur iudices sententiam feratis licet. At iam dudum nobis illud Sophoclis placet.

Hic sermo discrepans facile conueniet
Simulque compingetur.

Hæc enim, quæ aduersus vos inuicem disseruistis, si in vnum contuleritis vtrumque, communibus armis cum illis, qui animalia ratione & intelligentia orbant, egregie certabitis.
50

PLVTARCHI

Quæstiones naturales.

QVA de causa aqua marina non vegetat arbores? Ideone quòd nec animantes terrestres? Esse namque animans stirpem terrenum Platonis, Anaxagoræ, & Democriti est opinio. Etsi enim plantis est pelagicis & piscibus in alimento & potu, non continuo tamen stirpes & arbores terrestres alit. Quippe non subit ob crassitudinem radices, neque ob pondus assurgit. Spissam autem esse & terrestrem cum aliis multis argumentis ostenditur, tum eo, quod magis subleuat & sustentat nauigia & natatores. An ideo, quia siccitate arbores maxime offenduntur. Prædita est autem vi siccante aqua marina. Quare putredini resistit sol: & cutem habent, qui in salo lauerunt, illico aridam & scabram? An vero quod plantis oleum infestum sit, enecetque eas, quæ eo sunt vnctæ. Est autem valde oleaceum mare, & incendium iuuat. Hinc monemus, ne in flammas aqua marina ingeratur. An quia euasit non potabilis & amara, vt scriptum apud Aristotelem est, terræ admixtione adustæ. Siquidem lixiuiū fit, aqua dulci in cinerem ingesta. Diffusio autem inuertit & corrumpit eam, ne sit potui vtilis: quomodo in nobis febres humorem in bilem vertunt. Quod vero in mari rubro scribunt prouenire fruteta & stirpes: id quidem verum est, sed fructum ferunt nullum. Aluntur autem fluminibus, quæ multum limum inuehunt: qua de causa non procul à terra, sed in propinquo nascuntur.

QVAM ob causam arbores seminaque potius ex aquis pluuiis, quam affluentibus aluntur? Vtrum, quod Laitus attulit, quia ictu imbres tellurem diuidendo & spiramenta reseranda magis ad radicem penetrant? An vero est minus hoc verum, ac fefellit Laitum lacustres stirpes etiam, typham, phleon, vluam nō adolescere, sed tabescere, si suo tempore deficiantur imbribus: sed opinio solidior est Aristotelis, recentem ac nouitiam esse aquam pluuiam, exoletā & inueteratam lacustrem. An hoc quoque probabilius quam verius est: Quippe fontanæ & fluuiatiles latices recentes sunt & nouæ. Fluuios enim non bis ingrediaris eosdem, vt Heraclitus ait: quod alia effluat aqua: cum tamen alunt hæ quam pluuiales secius. An vero leuis est cœlestis & aërea, spirituque temperata in plātam cito ducitur & allicitur ab ea ex subtilitate sua. Hinc est, quod bullas aëris mixtura edat. An ideo nutrit, quod facilime vincatur ab alio. Id est enim concoctio. Cruditas contra, quando validiora sunt, quam vt patiantur. Et vertunt tenuia, simplicia, & insipida citius: cuius generis est aqua pluuia. Quod enim in aere proueniat & vento, liquida & nulla re infecta decidit. Fontanæ solum & loca, per quæ labuntur, æmulantes multas imbibūt proprietates: qua de causa laboriosius alterantur, tardiusq; cedunt cōcoctioni ad transeundū in alimentum. Enimuero cœlestes facile conuerti putrefactio indicat. Perputrescunt enim quam fluuiatiles vel puteanæ expeditius. Videtur autem esse concoctio putrefactio Empedoclis testimonio, qui ait:

Vinum est putrescens ligni sub cortice lympha.

An causam præ omnibus est promptissimum & explicatissimum assignare dulcedini & bonitati cœlestium, quæ statim impellente emittuntur aura. Hinc pecudes has appetunt magis: ac ranæ, cum imbres expectant, lætæ vocem tollunt clariorem, sicut palustris condimentum pluuiam agnoscentes, semenque illius dulcedinis. Nam hoc inter signa numerat propinqui imbris Aratus his versibus:

Aut cum progenies miserabilis, esca colubris,
Ranarum patres ex vndis voce coaxant.

QVARE pecori obiiciunt pastores salem? Vtrùm copiosioris pastus gratia, vt vulgo arbitrantur, & saginandi. Nam stimulat acrimonia appetentiam: meatibusq; reserandis alimento viam sternit, vt facilius in corpus distribuatur. Inde macilentis & illis, qui cibum non sentiunt, interdixit Apollonius Herophili filius dulciariis & alica, præscripsit autē salsamenta & subsalsa: quorum subtilitas, quasi fictitios pilos addat, cibos corporibus per meatus adiungit. An potius sanitatis causa, vt pinguitudo incidatur, lingere consuefaciūt pecudes salem. Quippe incidunt in morbos supra modum obesæ. Sal autem resoluit saginam dissipatq;. Quod obseruant, quo promptius & expeditius eas excoriēt. Nam quæ glutinat & constringit corpora pinguitudo, tenuatur ab acremento & infringitur. Tenuatur enim sal lingentium sanguis, neq; concrescunt affuso sale interanea. Quid si fœcundiores & ad admissuras ex sale propensiores fiunt? Quando etiam canes gustato salsamento implentur statim, & subuehentia salem nauigia mures numerosiores, quod coeant frequenter, alunt?

QVAM OB causam aquæ cœlestes commodius rigant semina à tonitribus & fulguribus, quas astrapas vocant? Ideone quod propter aeris agitationem & confusionem spiritus plenæ sint. Spiritus autem humiditatem ciendo magis eas submittit & distribuit. An tonitrua & fulgura aeris feruor cum rigore pugnans edit. Quapropter bruma rarissime tonat cœlum, crebertime vere & autumno ex aeris intemperie. Calor autem maturans humorem frutescentibus familiarem reddit & vtilem. An vero frequentissima verno tempore ob eam, quam commemorauimus causam, tonitrua sunt: aquæ autem seminibus ante æstatem sunt magis necessariæ vernales Hinc plaga, quæ plurimum imbribus vere irrigatur, vt Sicilia cumulate egregios fructus fundit.

QVI FIT, vt inter sapores, qui octo sunt, vnum solum gigni ex nullo fructu videmus salsum: cum tamen ferat primo amarum oliua, vua acidum: inde vertens hic saporem vinosum induit: ille euadit pinguis. Transit & acerbus in palmæ fructu, & in malo punico austerus in dulcem. Sunt etiam mala punica & alia, quæ acidum prorsus edant. Acris in radicibus & seminibus copiose est? An igitur nihil salsum gignit, sed enecat alia. Hinc non suppeditat alimentum vllis quæ ex plantis & seminibus nutriuntur, sed est nonnullis ad fastidium alimenti detrahendum, condimentum? An sicut aquæ marinæ coctura adimit salsitudinem & mordacitatem: ita in locis calidis obtunditur ab æstu salsitudo? An χυμὸς, id est, succus, vt voluit Plato, aqua per plantam colata. Percolata autem deponit salsitudinem aqua marina. Est enim terrestris & crassa. Hinc est, quod qui in litore fodiunt, inueniant scaturigines potabiles. Multi etiam vasibus cereis aquam marinam hauriunt, quæ percolata secreta salsitudine terrestri fit potabilis. Quies autẽ & segnities marinam, quod retineat in se nec transmittat terrestrem proprietatem, si post coletur, efficit potabilem. Itaq; cum hoc modo se res habeat, plantas est probabile neq; foris admittere salsilaginem, neq; si genita intra eas sit, effundere in fructus. Meatus enim, quia angusti sunt earum, materiam terrestrem & crassam non percolant. An locanda in genere amaritudinis salsitudo: sicut Homerus:

Bilem salsam expuit ore,
Quæ capite illius defluxit multa.

Et Plato vtrunq; humorem abstergendi & colliquandi dicit virtutem habere: minus tamen salsum, neq; esse asperum. Appareat vero à salso amarum maiore siccitate differre. Quando siccandi vim etiam salsi obtinent.

CVR, QVI assidue per arbusta rorulenta eunt, eorum membra, quæ flagellis horum tanguntur, lepra fœdari solent? Vtrum, quod Laitus dixit, subtilitate sua ros cutis humorem distringit? An sicut rubigo humescentia occupat semina: perinde ex viridibus & tenellis ramis in corio à rore lancinatis & colliquatis leuis aspergo eiaculata noxia replet eas, quibus est affusa, maxime exangues corporis partes, ceu crura & pedes, fodiatq; & mordicat earum specie. Nam præditum rorem vi mordenti esse liquet ex eo, quod illos, qui hunc bibunt, reddat graciliores. Quare mulieres habitiores vestibus vel lanis tenuibus excipiunt rorem, eoq; corpulentiam putantur resoluere.

QVID ITA nauigia per brumam in amnibus cursum habent tardiorem, non perinde in æquore? Vtrum aura fluuialis sua sponte lentior & grauior hybernis frigoribus magis mollescens distinet nauigantes? An potius fluminibus hoc ex aere accidit. Nam penetrans rigor aquam, reddit eam ponderosam & crassam, quod in clepsydris perspicias, quæ lentius hyeme quam æstate aquam subducunt. In Thracia non longe à Pangæo esse tradit Theophrastus fontem: ex quo idem vas repletum aqua, si appendatur, duplex hyeme quam æstate pondus pendeat Nam spissitudinem aquæ inducere cursus tarditatem hinc patet, quod plus oneris portent hyeme naues fluuiatiles. Siquidem renititur plus, quando astrictior & ponderosior facta est aqua. Salum prohibet spissari feruor, cuius causa nec conglaciat. Videtur enim esse eius mollis astrictio.

CVR, CVM alii humores motu & agitatione frigescant, mare cernimus euadere, quando fluctuat, feruidius? An quia aliorum humorum calorem, qui eis est aduentitius & peregrinus, extrahit & discutit motus: maris vero natiuum excitant magis venti aluntq;? Caloris signa sunt, quod pellucidum sit, nec concrescat quamuis terrestre & graue.

CVR MINVS est hyeme gustantibus mare amarum. Nam hoc scribere tradunt Dionysium, qui de aquæductibus tractat? Quia, cum tot flumina accipiat, non est vndequaq; vidua dulcedinis neq; expers eius amaritudo: Sol autem, quod eius dulce est & potabile inuitans propter leuitatem eliciat, idq; magis agat æstate: brumali vero tempestate caloris imbecillitate mollius mare delibet, pars residua copiosæ dulcedinis effusam & medicamentosam amaritudinem remittit. Quod & potabilibus aquis aliquantula ex parte accidit. Fiunt enim æstate maliciosiores discutiente quod eius leuissimum est & dulcissimum æstu. At hyeme ex fontibus nouum fluit &

recens,cuius non poteſt non fieri mare agitatum ſimul & largientibus fluminibus particeps.

QVARE vino affundunt marinam,darumq; perhibent piſcatoribus oraculū, quod mergi in mare Bacchum præcipit, qui vero procul habitant à mari, gypſum è Zazynrho toſtum inijciunt? Vtrum feruor aduerſus refrigerarionem conducit: an labefactatis potiſſimum vinum restinguens & minuens eius vires. An partem vini: quod maxime mutationi opportunum eſt,aquoſam&aeream reprimit pars terreſtris,cui aſtringere & comprimere eſt natiuum:Sal autem cum marina tenuans & fundens quod alienum eſt redundans,arcet ab eo graueolentiam & putredinem:adhæc quod craſſum & terreum eſt,id grauioribus implicatum vnaq; ſubſidens ſedimen & fecem efficit in fundo,ac vinum relinquit purum.

QVARE nauſeant magis,qui in mari quam qui in flumine nauigant, etiam ſi nulla ſit tempeſtas? An quod nullus ſenſus æque ac odoratus nauſeam moueat,præterque alios animi motus timor? Quippe tremunt,horrent,aluus concitatur, quando apprehendunt,homines cogitatione periculum: quorum in fluuio nauigantes fatigat nullum. Nam cum odoratus omni potabili ac dulci aquæ familiaris eſt,tum vacat ea nauigatio diſcrimine. In pelago odore exinſolentia offenduntur,trepidantque in præſenti de futuro ſoliciti. Nihil ergo prodeſt externa tranquillitas, quando æſtu animus & procellis plenus vna exagitat & replet corpus perturbatione.

CVR RESPERSVM oleo mare tranſlucet & pacatum redditur? Vtrum,vt eſt apud Ariſtotelem,ventus in lubrico defluens non impellit neq; exagitat mare? An hoc probabiliter adfertur de cute æquoris. Cæterum quia vrinatores,cum quod in ore tenenr,oleum efflant,lucē & proſpectum habent in alto,non poſſunt illic venti lubrico cauſam delegare. Quare vide,an ne oleum mare,quod terreum eſt & aſperum, denſitare ſua impellat & aperiat, mox reciprocante eo in ſeipſum & conrracto relinquantur in medio meatus, qui oculis ſplendorem & lucē præbeant. An vero lucidus eſt ex feruore,qui mari commiſtus eſt,aer:fit autem,cum turbatus eſt,inæqualis & caliginoſus.Quoties ergo inæqualitatem hanc ſpiſſitudine ſua oleum læuigauit,fit planum & pellucidum.

QVID ITA hyeme magis quam æſtate putredinem ſentiunt retia: quando cæteris æſtate id potius accidit? Vtrum,quæ Theophraſti eſt opinio,frigori calor cedens cohibetur& conrrahitur,atq; ima maris ſicut telluris calidiora reddit? Hinc fontanæ ſunt hyeme tepidiores, lacuſq; & amnes magis reſpirant:quod vi frigoris maiore conſtringatur in alto calor. An non putreſcunt retia: ſed quando obriguerunt, & in glaciem concreuerunt, exiccata retia ab vndis plus atteruntur: quod putrefactioni & eroſioni eſt aſſimile. Laborant enim in gelu magis, ſicut nerui,cum valde ſunt intenſi,rumpuntur,ſæuiente ſæpenumero ob hyemem æquore. Quapropter ſtringunt ea tincturis ſpiſſantq;,quod ne laxentur,timeant. Quando non tincta & illata citius piſces fallerent. Referens enim linum aeris colorem decipit piſces.

QVARE non eſt apud Dorienſes fœni conuectio commoda? An incommode conuehitur per imbres fœnum: quia non ſiccum, ſed virens adhuc metitur, itaque computreſcit madeſcens. At imbres ante æſtatem frumento aduerſus feruidos & Auſtrinos ventos proficiunt. Hi enim non ſinunt conformatam in ſpicam frugem ſpiſſari: ſed calore diſſoluunt eam laxantq;,ne cogi valeat:niſi ſolo rigato humiditas duret,quæ frigidiorem & humentiorem reddat ſpicam.

CVR TRITICI magis ferax eſt pingue & graue aruum,hordei tenuius. An ſemina valentiora plus alimenti quærunt,tenue & leue imbecillia. Iam infirmius hordeum rariuſq; eſt. Qua de cauſa alimentum copioſum vel graue nō admittit. Aſtipulatur huic rationi illud,quod triticum trimeſtre locis aridioribus prouenit melius: quod impotentius ſit, & alimenti minus deſideret. Vnde & matureſcit citius.

QVA DE CAVSA in prouerbio eſt tritico lutum,hordeo puluerem conſerite? Vtrum, ſicut diximus, hoc non multum fert & affluens, quod ſe obruat, alimentum, illud copioſius valet conficere? An triticum, quod ſpiſſum eſt & lignoſum, melius naſcitur in vliginoſo, vbi molleſcit & liqueſcit. Hordea quia magis eſt fungoſum, conuenit initio ſolum aridius. An quia ob calorem temperatura eſt tritico illa commodior & innoxia, hordeum autem eſt frigidius. An triticum dubitant in ſicco formicarum cauſa exterere: quod illæ confeſtim ei immineant, hordeo infeſtæ ſunt minus. Haud facile enim fertur & tranſportatur ob molem.

QVARE ad lineas piſcatorias equorum potiusquam equarum ſetas adhibent: Vtrum vt aliis mas quam fœmina partibus corporis item pilis eſt firmior? An potius vrina fœminarum ſetas putant perfuſas fieri deteriores.

QVI FIT,vt ſi conſpecta loligo ſit,ingentis tempeſtatis ſit ſignificatio? An quia natura omnes

omnes pisces,qui cutem habent mollem,rigoris sunt impatientes, cum caro sit earum nuda & glabra,nec testa,vel corio,vel squamis septa:sed intus sit dura & ossea. Vnde Græce μαλάκια dicuntur.Quare præsentit cito,quod facile læditur,tempestatem. Hinc refugit in terram polypus:& quando calculos comprehendit,ventum iam iam instantem nunciat. At loligo exilit algorem fugiens & in alto maris fluctum.Est enim eius præ omnibus sui generis friabilis & delicata caro.

CVR COLOREM polypus variat? Vtrum vt Theophrasti opinio fuit, quod animal natura meticulosum sit?Ergo vbi perculsus est,vna cum spiritu conuerso versat hominis more colorē. Hinc in prouerbio est: Vertitur ignaui color. An hoc de variatione eius dictum est probabiliter,non satisfacit tamen de similitudinis expressione. Ita enim transit color eius,vt saxorum, quibus se applicat,repræsentet:quo Pindarus hoc carmine alludit:

Piscis marini pelli mentem accommodans
Cum ciuitatibus omnibus versatur hic. Et Theognis:
Polypodis mentem cape versicoloris,adæquat
Qui corium petra,cui sese adiunxerit,omni.

Quod quidem homines valde versutos & callidos dicunt studere: vt, quo lateant & fallant alios,seipsos semper polypodi conforment. An cum colore sicut vestimento putant eum agere,vt pro libito eum mutet. Vtrum igitur motu suo ipse caput quidem huius vicissitudinis præbet,præcipua causa tamen alibi est inuestiganda. Vide igitur iuxta Empedoclem atque intellige,

Effluuium noscens res natas mittere cunctas.

Non enim ex animantibus modo & plantis & terra & mari multa assidue effluūt,sed & ex saxis, ære,ferro. Intereunt enim cuncta & exolescunt : quod perpetuo resoluatur ex eis aliquid & pereat continenter. Siquidem attractiones&assultus effluuiis attribuunt:ponuntq; alii connexus eorum,alii ictus impulsiones nescio quas alii & circumiectiones, præsertim à petris litoralibus,quæ alluuntur riganturque ab æquore,decidere assidue ramenta & fragmina frequentia & minuta : quæ aliis atque aliis coloribus infecta non cuilibet corpori applicari possunt: sed latenter dilabuntur ab iis,quæ spiramenta habent astricta & euadit per ea quibus sunt spōgiosiora.Polypi autem caro est aspectu fistulosa & fungosa & effluuiis patens. Quoties iam in trepidatione est,spiritu varians & profugiens ex timore constringit corpus contrahitque : vt capiat & retineat rerum , quibus adiūxit se, in facie corporis effluuia. Nam coniuncta cum mollitudine scabredo velut cirros vel flagella præbet momentis affluentibus : quæ non dissipantur, sed coaceruantur ,adhærentque corio , atque ita colorem rei cuiusque proximæ repræsentat. Huiusce causæ indicium est magnum , quod non omnia, quibus se applicauit,refert,neq; colorem Chamæleon album:sed sola vterq;,quorum effluuiis respondentia habet spiramenta.

QVA DE causa aprorum lachryma dulcis,ceruorum est salsa & mala? In causa calor & frigiditas est horum. Est n.ceruus frigidus,præferuidus aper & ardens. Hinc ille in fugam se conicit,hic adorienti bus resistit:quo tempore potissimum ob iram lachrymas mittit. Nam multo ad oculos calore,vt diximus,sublato

Erigit & setas & flammas lumine spargit.

Ita dulce fit,quod inde resoluitur. Nonnulli,inter quos est Empedocles,aiunt,sicut serum lactis,ita sanguine exagitato elidi lachrymas. Quando igitur ater est ex feruore aprorum sanguis,ceruorum tenuis & aqueus:par est , vt & quod per itas prorumpit & per timores vtriusq; sit eiusmodi.

QVAM OB causam frequentius sues pariunt,semel apri & circa eosdem fere omnes dies,qui sunt ineunte vere.Hinc dictum est:

Subsistunt imbres,partus quando imminet apri.

An ob pastus copiam. Est enim comes saginæ Venus. Affluentia namq; pabuli genitale excrementum tam plantis quam animantibus gignit.Feri sues sua opera & cum metu cibum quæritant:qui domesticis semper suppeditat,partim sponte prouenienis,partim ex præparato. An causa in ocium & negocium transferendum.Hi enim segnes sunt, neq; à subulcis longe vagari volunt,illi per montes errant circumcurrūtq; pastum venantes,ac totum absumunt in corpus neq; excrementum in iis gignitur. An ideo,quod perpetuo sues vna sint eodemq; in contubernio & grege agant cum maribus fœminæ, memoria excitatur Veneris & appetitio stimulatur: vt de hominibus Empedocles hoc versu ait:

Illi ex aspectu Veneris stimulata voluptas.

In feris suibus,quia non gregatim,sed seorsum viuunt,atq; ideo nulla est mutua flamma & consociatio morosa,appetitiones obtunduntur & extinguuntur. An dictum verum est Aristotelis, Homerum χλούνην appellasse suem,cui vnus tantum testis sit.Plerisq; enim dicit, quod stipitib.se affricent,collidi testes.

QVAMOBREM vrsæ ferunt manum dulcissimam,&carnem esui esse gratissimam? Quod corporis partes,quæ alimentum maxime conficiunt, carnem præcipue suauem habeant. Peragit autem cibum optime,quæ digerit commode:digerit vero commodissime, quæ mouetur maxime exerceturq;:sicut vt sa hoc membrum plurimum agitat.Nam pro pedibus vtitur ingrediens & currens prioribus,in apprehendendo pro manibus. 10

CVR VERIS tempore difficulter feræ indagantur? Vtrum canes, vt ait Empedocles,

Naribus indagant capturam quando ferarum,

odorem excipiunt,quem feræ relinquunt in syluis. Hunc verno tempore obruunt & confundunt frequentes plantarum & frutetorum halitus floribus superfusi & permixti, odoratumq; canum turbant,eosque in errorem inducunt,ne ferarum odorem prehendere valeant. Hinc circa Æthnam in Sicilia neminem ferunt cum canibus venatum ire. Quia enim multos perpetuo illic vt in viridario prata collesque flores mittunt,à fragrantia, quæ eam oram occupat, obfuscari ferarum anhelationes. Ac fabula narratur legentem ibi flores raptam à Plutone Proserpinam fuisse. Cuius gratia colentes & venerantes eam regionem pascentibus illic non insidiantur. 20

QVARE circa plenilunia ferarum vestigia minime indagare valent? An ob causam supra dictam. Etenim rorem luna plena copiosiorem fundit. Quapropter rorem Alcman Iouis filium & lunæ appellauit,ita canens:

Ros Iouis & luna tu nate alimenta ministra.

Est enim ros imber imbecillis & languidus. Imbecillis etiam lunæ tepor. Itaq; trahit quidem æque ac sol ex terra exhalationem,verum quia eam subuehere non valet in altum, neq; accipere dimittit.

CVR QVANDO ros per frigora cadit,ferarum est difficilis inuestigatio? Vtrum,quia feras rigoris causa procul lustris suis piger abscedere,non multa præbent indicia. Quare parcere eas ferunt propinquis,ne affligantur,si hyeme vagarentur longius:sed in vicino habeant,vbi pascatur. An vero non solum habere debet,vbi venatus exercetur,vestigia locus: verum etiam olfactum pellere. Pellunt autem,qui diffunduntur & remittuntur calore molliter. At nimium circumfusum gelu constringendis nidoribus non sinit eos fluere neq; impellere sensum. Hinc & vnguenta quoq; & vinum minus redolentia per frigora & brumam ferunt esse. Siquidem astrictus aer eorum halitum claudit ac diffundi prohibet. 30

QVID CAVSÆ est,cur animantes salubria remedia, quoties laborant,inuestigant ac sectantur,sentiuntq; crebro vsum eorũ vtilem:sicut canes nauseantes,vt bilem reiiciant, gramen appetunt:sues scrutantur cancros fluuiatiles,quib. hi remedio sunt ad capitis dolores: Testudo quando carnem viperæ gustauit,supermandit origanum: Vrsam memorant incommodo affectam,formicas excipere lingua:quas vbi vorauit,illo liberari. Hæc eas neq; vsus neq; casus docuit. Vtrum igitur,vt faui apem odore,carnes motticinæ vulturem solicitant & inuitant procul:ita etiam sues cancri testitudinem origanum, formicæ vrsam odoribus halitibusq; accommodis & familiaribus alliciunt,nec rapit eas cogitatione rei expedientis sensus. An appetitus animantib. infundunt corporum temperaturæ,quæ morbos gignunt: quod diuersa acetamenta vel dulcedines,vel alias proprietates humorum adulteratorum nouas & monstrosas ingenerét quod patet in mulierib. prægnantib. quæ lapides & terram vorant. Quapropter ex ægrorum appetitionib. periti medici,si qui deplorate vel salubriter habeant, præsentiunt. Scriptum reliquit Mnesitheus medicus,in pneumoniæ exordio eum, qui auiditate tenebatur ceparum,ex eo morbo seruatum:illum,qui ficorum,interiisse: quod temperamentis appetentiæ, temperamenta morbis sint comitantia. Veri ergo est simile & bestias,quæ non pernicialib. prorsus & exitiosis tenentur malis,ita esse comparatas & temperatas:vt earum vnaquæq; appetitionibus ad salubria rapiatur & ducatur. 40 50

QVA de causa mustum,si frigori sit vas expositum, diu permanet dulce? Vtrum quia conuersio in saporem vinosum vini est peractio. Impedit autem frigus peractionem. Fit enim hæc à calore. An contra peculiaris est vuæ succus dulcis. Quapropter maturari dicitur,quando particeps fit dulcedinis. Frigus autem difflari eam prohibet constringensq; calorem musti dulcedinem asseruat. Quæ etiam causa est,cur quando vindemia est per imbres facta, mustum minus

minus efferueſcat. Ebullitio enim à calore prouenit. Calorem autem continet & conſtringit frigus.

QVI FIT, vt inter feras vrſus haudquaquam rodat caſſes, cum id tamē lupi & vulpes faciant? Vtrum quia dentes in rictum interiorem recedentes minime pertingunt ad plagas: & labor eorum, quod craſſa & magna ſint, prædentibus incidant in ea. An potius, quod validis ſit manibus rumpit & diſcerpit plagarum anſulam. An vero, quia manibus ſimul & ore vtitur, atq; hoc cum venatoribus pugnat, illis lacerat plagas. Multum vero iuuatur à corporis rotationibus. Quare id laborans plus, quam vt diſcerpat caſſes, identidem ſe in caput contorquet: qua ratione potius ſe quam dentibus ſeruat.

30 QVAMOBREM aquæ frigidæ non ſunt nobis miraculo, ſed calidæ: enim tamen calorem conſter harum eſſe authorem, ſicut illarum frigus? Neq; enim, vt nonnulli arbitrantur, calor eſt potentia, caloris frigus priuatio: quando id, quod non ſit, cauſa eius, quod eſt, eſſe non valeat. Cæterum videtur raritatem potius natura admirans, quod non ſit frequenter quemadmodum fiat, ſcrutari.

Vides in edito ſublimem hunc æthera,
Complectitur madidus qui terram brachiis,
Quam multa ſecum adfert noctu miracula:
Interdiu nobis quam oſtendit ſpeciem.

Quare miratur vulgus horum naturam. Irides autem & variæ nubium picturæ, quæ bullarum 20 modo dum radiis nubes ſinduntur, ornatæ ſunt, per diem conſpiciuntur.

QVARE vites, quoties nimia vbertate luxuriantur, minus feraces ſunt, & aliquando exareſcunt: cuius rei cauſam quidam ſiderationis vitio aſſcribunt. An hoc eo ſit, quod hirci ſaginati minus ſint fœcundi, atq; ægre ob aruinam ineant. Eſt enim alimenti, quod corpori conglutinatur, ſemen redundantia. Quando igitur animal vel planta bonæ habitudinis eſt & intumeſcit, id alimentum in eo indicat abſumi, ac nihil vel modicum praui, quod redundet, relinquere.

CVR VITIS vino maxime eo, quod ipſa produxit, rigata, exareſcit? Vtrum ſicut vinolentos, diſcutiente humidum capitis vino, corripit caluities. An quia calidum eſt natura, putrefactionem generat, vt eſt apud Empedoclem,

30 *Vinum eſt putreſcens ligni ſub cortice lympha.*

Quoties igitur extra vino perfunditur, admouetur viti ignis, atq; humidi, quo lacteſcit, vim peruertit omnem. An præditum vinum eſt aſtringendi potentia, ideoq; penetrat radices, coactiſq; meatibus & denſatis non tranſmittit humorem in plantam, quæ natura gliſcit fruticatq;. An vero etiam hoc eius indoli repugnat: vt quod emiſerit ipſa, denuo in ſe recipiat. Nam humor quidem, qui in ſtirpe vegeta exiſtit, alere quidem valet eam: poſt adiungi ei vel pars eius non poteſt vltra fieri.

QVID omnibus in arboribus vna palma impoſito onere fornicatur? Vtrum quia ignea & ſpirabilis vis, qua maxime pollet, cum tentatur & irritatur, ſeſe exercens magis magiſq; aſſurgit. An quoniam pondus ramos ſubito vrgens aerem, qui in his eſt, oppreſſum omnē cedere com-40 pellat retro: qui mox reſumptis aliquantulum viribus aduerſus onus rurſus inſtat acrius? An mollia & tenera virgulta impetum non ſuſtinentes, cum onus quieſcit, paulatim erigunt ſe, ſpeciemq; quaſi contra illud aſſurgant, præbent.

CVR AQVA puteana quam fontana vel cœleſtis minus alit? An quia gelidior eſt, parū quoq; aeris habeat? An quod ſalis multum ex immixta ſibi habeat terra. Sal autem maciem præ cæteris inducit. An quod pigra nec curſu exercitata qualitatem aliquam induat malignam animantibuſq; inimicam, in cauſa eſt, quod nec recte concoquatur, nec alere quicquam queat. Idem in cauſa eſt, cur ſtagnantes aquæ minus ſalubres habeantur: quod iniurias, quas vel ab aeris mala proprietate vel à terra mutuantur, digerere nequeant.

CVR ZEPHYRVS ventorum omnium ocyſſimus vulgo fertur, vt Homerus,

50 *Nos quoq; cum Zephyri curramus flatibus vna.*

Vtrum quod cœlo perpurgato & minime nebuloſo ſpirare ſoleat. Aeris enim denſitas & impuritas ventorum non mediocriter interpellat curſum. An quod ſol radiis ſuis flatum frigidum perſtringens, quo feratur velocius, author eſt. Quicquid enim frigida ventorum vi contrahitur, id à calore veluti hoſte ſuperatum, longius & citius propelli credendum.

QVARE fumum apes ferre nequeunt? Vtrum quod meatus ſpiritus vitalis tanquam habeant arctos. At his fumus interceptus & concluſus angit, & propemodum ad mortem apes adigit. An acredo fumi amaritudoq; in cauſa eſt? Ducuntur enim dulcibus apes, neq; nutrimento aluntur alio. Itaque vt aduerſam & infeſtam rem propter amaritudinem fumum deteſtantur.

Quo-

Quocirca mellarii, quando fumum abigendis apibus faciunt, herbas amaras, vt cicutam & centaurium incendere solent.

QVAMOBREM apes citius stimulant eos, qui stuprū non ita dudum fecerunt? An quod animal sit mundiciæ & elegantiæ mire studiosum. Insuper olfactus sensu polleat plurimum. Itaque quia impuri congressus propter impudicitiam & immoderatam libidinem solent esse immundiores cum citius ab apibus deprehenduntur, tum odium in illos concipiunt hæ flagrantius. Hinc apud Theocritum iocose ad Anchisem Venus à pastore ablegatur, vt apum aculeis propter commissum adulterium pungatur:

Te confer ad Idam,
Confer ad Anchisen, vbi quercusque, atque cypirus
Crescit, apum strepit atque domus mellistua bombis. Et Pindarus:
Tu molitrix fauorum parua, perfidum
Quæ puniens Rhœcum stimulo pupigisti eum.

10

CVR CANES relicto homine, qui iecit, lapidem morsu insectantur? An quia neque cogitatione comprehendere quicquam, nec reminisci, quibus solus homo valet virtutibus potest; Itaque cum mente à quo illata iniuria fuerit, non discernat: id tantum quod ob oculos minaciter versatur, esse censet inimicum, deque eo vindictam sumere parat. An lapidem, dum per terram mittitur, feram aliquam arbitrans, pro ingenio suo hanc prius capere tendit: post cum viderit se opinione sua frustrari, hominem rursus adoritur. An id, quod missum est & hominem ipsum iuxta odit, & id, quod est proximius, insectatur.

20

CVR LVPÆ certo anni tempore omnes intra XII. dies pariunt? Antipater in libro de animalibus partum lupas proiicere asserit, quando glandiferæ arbores florem abiiciunt, quo gustato vteros illatum reserari. Cum eius copia non est, fœtum in ipso corpore emori, neque in lucem venire posse, præterea regiones illas, quæ glandium quercuumque feraces non sunt, à lupis non vastari. Sunt qui rem ad Latonæ fabulam referant. Quæ, cum vretum ferret, neque esse vspiam præ Iunone posset tuta, duodecim diebus, quibus in Delum proficiscebatur, in lupum à Ioue versa, vt deinceps omnes lupæ eo ipso tempore parere possint, impetrauit.

QVID AQVA in summo albo, in fundo nigra spectatur? Vtrum quod nigredinis profunditas mater est, vt quæ solis radios prius, quam ad eam descendant, obtundat & labefactet. Corium autem eius quoniam continuo à sole afficitur, candorem luminis accipiat oportet. Quod ipsum etiam Empedocles approbat:

30

Et niger in fundo fluuii color extat ab vmbra,
Atque cauernosis itidem spectatur in antris.

An limo plerunque oppletus amnium & æquoris fundus, talem de se colorem per solis reflexum parit, quali vtique is preditus est? An est vero propius aquam, quæ illic est, minime puram & syncerem esse, sed qualitate terrea, vtpote quæ perpetuo, qua labitur vel agitatur, aliquid ex eo aduehat, imbutam, cum ad fundum residet, turpidiorem & minus pellucidam reddi.

PLVTARCHI

40

De communibus notionibus aduersus Stoicos, Commentarius.

QVanquam te non admodum Diadumene verisimile est, si cuipiam præter communes notiones philosophari videamini, laborare. Quandoquidem non moraris fateris te sensus: à quibus plurimæ fere originem ducunt notitiæ, quæ firmam & certam fidem accipiunt ex apparentibus: me tamen, qui ingenti, vt mihi quidem videor, ictus & horrenda perplexitate adsum, siue verbis, siue fascinationibus, siue alio quemcunque scias modo remedii inueneris. Vsque adeo perculsus sum & perplexus redditus ab Stoicis, viris illis quidem alioquin optimis, & vero familiarib. meis, sed qui nimium acerbe & hostiliter Academiam mordent: & ob pauca quæ cum modestia à me fuerunt proposita grauiter (Non enim mentiar) parum placide me acceperunt, maioresque stomachose sophistas & philosophiæ pestes & rectorum euersores placidorum appellauerunt: multaque his absurdiora cum proferrent & existimarent de iis, demum ad notiones delapsi sunt, quasi confundant & conturbent eas Academici. Ibi quispiam ex illis non forte iactauit, sed ex deorum prouidentia cen-

50

censere se post Arcesilaum vt ante Carneadem exortũ fuisse Chrysippum. Quorum alter suggillauit consuetudinẽ, alter præ omnibus floruit Academicis. Chrysippus, qui inter hos intercessit, suis aduersus Arcesilaum scriptis etiam Carneadis vim obsepsit atq; inclusit: ac cum multorum quidem reliquit auxiliorum sensibus tanquam ad tolerandam obsidionem copiam: tum illum de anticipationibus & notionibus tumultum penitus compescuit, correxitque singulas & ordine tractauit: vt qui deinceps turbare rem instituerint ac vim adferre, nihil proficiant: nisi quod dolum & versutiam suam prodant cauillatione. His ego mane inflammatus auxiliis opus habeo restinguentibus, quę animi fluctuationem sicut inflammationem mihi detrahant, non aliter fortasse ac vulgi more affecto. Quod si fidem tibi poëtæ faciunt, qui ostendunt ex deorũ 10 prouidentia veterem subuersam fuisse Sipylum Tantalum plectentium: crede scholæ Stoicæ, editum non casu, sed prouidentia fuisse à natura Chrysippum: cum peruerso rerum ordine summa imis ac contra permutare vellet. Siquidem nemo mortalium comparatus à natura ad id extitit rectius. Verum vt de Cæsare dictatore dixit Cato, neminem nisi illum ad conuellendũ ciuitatis statum sobrium & intelligentem ad reipub. tractandæ se accommodasse. Perinde mihi videtur magna sedulitate & solertia hic vir consuetudinem, quantum res facultatis habet, subruere atque excindere: quod nonnulli testantur, qui illum celebrant: vbi cum eo dementiente, qui ab eis ψευδόμενος dicitur, pugnãt. Nam qui effecta per opposita negat plane falsa esse: ac vice-versa orationes aliquas ex veris sumptionibus & structuris dictas veris repugnãtes tamẽ habere veras asserit conclusiones: quam obsecro demonstrationis notionem vel quam fidei nõ distur-20 bat anticipationem. Polypum quidem memorant brumæ tempestate cirros suos arrodere. At Chrysippi dialectica, quę præcipuas eius partes & fontes tollit & incidit, quam aliam reliquam fecit non suspectam notitiam? Nam non arbitrantur superstructa firmitudinẽ habere, nisi ante fundamenta consistãt tantis perplexitatibus & spinis implicata. Sed sicut illi, quibus est corpus luto vel puluere aspersum, cum, qui ipsos attingit & cum ipsis volutatur, nõ mouere, sed admouere ei, quod exasperet, videntur: ita aliqui Academicos culpant, putãtq; eos culpam sustinere, quam plane ipsi se ostendunt. Quando communes notiones qui magis peruertũt? Quod si velis, vt illorum omissa criminatione ea, quæ nobis obiiciunt, diluamus: equidem videor Diadumene mihi hodie in varias & multiplices me vertisse formas. Quippe modo ad purgandum aderam demissus & attonitus, nunc conuerto me ad accusandum, statuiq; vltionis voluptate frui: 30 cum omnes contempler reuictos eiusdem peccati contra notiones & anticipationes philosophandi: in quibus potissimum sectam suam tanquam gradibus stabiliri existimant, vnamque eam naturæ esse iactant consentaneam. Quid ergo in communia primum & peruagata signa inferemus illa, quæ paradoxa, id est, mirabilia, in quo vel ipsi æquo animo admittunt absurditatem, appellant: dum illos Stoicorum solos sapientes, solos diuites, pulchros, ciues & iudices solos nuncupant: An hæc mauis in rancidorum & frigidorum forum detrudamus: in illis autem quæ maxime in rerum vsu sunt, & de quibus magno studio differitur, excutiamus hanc disputationem? Hoc certe mihi magis placet. Quis enim non millies illorum confutationes audiuit? Quare hoc ipsum iam primum specta, an ex notionibus communibus consentire queant natu-40 ræ illi, qui quæ naturalia sunt, esse indifferentia putant: neque sanitatem vel bonam habitudinem vel pulchritudinẽ, vel robur existimant expetenda vel vtilia vel conducibilia, neq; explẽtia perfectionis naturalis: neque refugienda contraria & nocua corporis vitia, dolores, fœditates, morbos: à quorum aliis alienare, cum aliis conciliare nos aiunt naturam ipsam: quod quidem est ipsum contra communem intelligentiam: vt adiungat nos iis, quæ non conferunt, neque sunt bona, natura: & disiungat à non malis vel infestis: & quod est maius, hactenus cõciliare & alienare: vt nisi hæc assequantur: & illa si ipsis sint delata, merito vitam sibi putent ponendam, eaque cedendum. Iam illa quoque arbitror præter intelligentiam communem dici, naturam ipsam quidem differens esse, sed naturæ obtemperare summum bonum. Neque enim legi se accõmodare, vel rationi est honestum parere: nisi honesta & proba lex ipsa & ratio fue-50 rit. Cęterum non est hic quidem tam magnus lapsus. Sed si, vt libro primo de exhortatione scripsit Chrysippus, in sola vita cum virtute acta est felicitas posita, cum reliquæ res, vt ait, nihil ad nos pertineant, neque eo conducant: non modo est indifferens natura, verum etiam insipiens & stolida, quæ res nobis, nihil quæ ad nos pertinent commendet. Insipientes & nos, qui in sequendo naturam ad ea, quæ nihil commodant ad felicitatem, ducentem ponimus felicitatem. Et quidem quid citius sit secundum communem notitiã, quam vt expetenda ad vitã iuuandã, ita naturalia ad viuendum secundum naturam prodesse. Enimuero hi secus dicunt, ac qui viuere secundum naturam summũ bonum esse statuunt, naturalia in differentibus numerant. Neq; eo est minus præter notitiam communem, virum cordatum & prudentem in paria bona non æque propensũ esse: sed alia floccifacere, aliorũ causa ad omnia subeunda & perpetienda paratum esse: cũ tamen altera nihilo sint alteris præcellentoria vel inferiora. Hæc enim asserũt isti

paria facta esse fortiter patriam seruasse, & capularem anũ caste auersatum esse. Vtrumq; enim iuxta ex officio fit: cæterum illorum gratia vt splendidorum & magnificorum mortem tibi oppetendam duxeris, ob hæc gloriari putandũ sit & ridiculum. Iam memorat Chrysippus in commentario de Ioue & libro tertio de diis, frigidum, ineptum, & alienum esse huiusmodi virtutis opera laudibus ferre, quod morsum muscæ tuleris fortiter, & quod anu decrepita continenter temperaueris. Nonne igitur, dũ quæ facta pudet eos laudare, his nihil prædicant esse pulchrius præter communẽ philosophantur intelligentiam? Vbi enim expetendum, vel quomodo amplectendum: quod neque commendare neque admirari decet: imo etiam commendantes id & admirantes ineptos & absurdos existimant. Multo magis esse censebis mea sententia præter notionem communem, si vir prudens, summis bonis fruatur an careat, nihil laboret: sed qui est in indifferentibus, atque his tractandis & dispensandis, idem in his sit. Siquidem omnes:

Quicunque tellure hac spaciosa fruimur,

quod, si adsit, conducit: sin absit, requiritur & desideratur: id appetendũ, bonũ, & vtile esse existimamus. De quo vero nihil labores, neq; lusus gratia neque cõmoditatis: hoc esse indifferẽs. Quippe nullum discrimen facimus aliud inter industrium & curiosum, qui in rebus agendis sępe teritur: quã quod in rebus hic futilibus atq; indifferentibus, ille conducibilium causa & frugiferarum elaboret. Verum hi contra. Siquidem eorum sapiens & vir prudens, licet complures cõprehensiones & cõprehensionum consecutus fuerit memorias, paucarum suã referre putat: cæterarum securus nihil sibi accessisse vel decessisse arbitretur: si meminerit nuper comprehensionem se percepisse sternutantis Dionis vel Theonis pila ludentis: quamuis comprehensio, quæ in sapiente & memoria stabilita est & firma, omnis illico fit scientia, bonumque magnum, imo maximum. Num igitur valetudine aduersa, sensu aliquo laborante, amissis fortunis æque securus est, nihilque horum sua interesse sapiens existimat? An vero morbo impeditus mercedem pendit medicis, pecuniæ gratia ad Leuconem nauigat Bosphori dynastem atque ad Scythã Indathyrsum proficiscitur, vt Chrysippus ait, ac sensibus nonnullis desideratis ne viuere quidem sustinet? Qui ergo non fateantur contra notiones philosophari istos, qui circa indifferentia tantopere satagunt & laborant: bonis vero affluentes an destituti sint, indifferenter ferunt? Sed & illud pugnat cum notionibus communibus, vt homo qui fit, quando grauissimis ex malis ad summa bona peruenit, non gestiat. At hoc habet istorum sapiens. Quippe si ex improbitate extrema transierit ad extremam virtutem, miserrimaque elapsus vita & lætissimam sit adeptus: nihil magnopere exultat, nihil erigit seipsum, neq; pellit eius animum tanta vicissitudo infelicitate exolutum atq; prauitate omni, & certum solidumq; bonorũ cumulum consecutum. Iam alienum est ab notione constans iudicium & certitudinem summũ bonum esse, sed non requirere id illum, qui ad summũ promouerit, neque, si delatum sit, curare: subinde hanc, quam tamen absolutum & summum numerant bonum, exploratam certitudinem ne tãti quidem facere, vt digitum porrigere velint. Neq; hic consistunt isti, sed illa addunt insuper, non amplificari die bonum: sed si vel momentum temporis fuerit quis prudens, non cõcessurum felicitate illi, qui perpetuo commercium cũ virtute habuit, & vixit in ea beate. Quæ postquam adeo contenderunt acriter, mox nullius momenti virtutem breuẽ esse aiunt. Quid enim si nau fragium statim facturo vel ex rupe præcipitem se daturo prudentia obuenerit? Quod si Lichas, dum ab Hercule ex funda telis petitur, in virtutem variet ex vitio? Hæc igitur non solum cõtra communes notiones sunt philosophantium, sed etiã priuatas suas perturbantiũ. si breui spacio virtutem tenuisse nihilo summa facilitate inferius esse simul plane nihil æstiment. Neque est maximum hoc, quod in eis stupeas: sed quod identidem præsentiã virtutis & felicitatis ne percipi quidem ab eo, qui eas est nactus, putent. Fallere eum, quod qui paulo ante fuit miserrimus & insipientissimus, nunc simul perspicax euaserit ac beatus. Non solũ enim instructũ hoc modo prudentia non intelligere, quod sapiat: neque perspicere, quod ignorantiã defugerit, est lepidum: sed etiam, vt vno verbo complectar: quod summum bonum claudicans faciunt & languidum, si admonitionem nullam sui edat præsentia sua. Siquidem natura sua ex illorũ sententia sensum id non effugit. Imo diserte ostendit in libris de fine Chrysippus sensu accipi bonum, quod & arbitratur & demõstrat. Restat ergo, vt imbecillitate & tenuitate sua sensum prętereat, si, cum præsto est, ignoretur & fallat sui possessores. Adhæc extraneũ est, vt modice alba & colores percipiat acies intermedios, effugiant autem eam summe alba: item vt mollem & remissum calorẽ tactus percipiat, in excitato feruore obtorpescat. Sed monstrosius, si quis, quod cõmuniter secundum naturam est, vt sanitatem & bonam corporis habitudinẽ percipiat, virtutis cõiunctionem ignoret quam maxime & summe statuunt esse secundum naturam. Qui enim fiat, vt non sit præter communem notionem secundæ valetudinis & aduersæ distinctionẽ animaduertere, prudentiæ & stultitiæ non item: verum hanc existimare exactam adesse, illa ornatũ adesse eam nescire? Quia vero ex summo progressu in felicitatem & virtutẽ transeunt: alterutrum

necesse

necesse est, vel profectum vitium non esse nec infelicitatem, vel à vitio non multũ variare virtutem, neq; felicitatem à miseria, sed obscurã neq; cadentẽ sub sensum à malis esse bonorũ dissociationem. Alioquin illos ipsos pro illis hæc se tenere nõ fugisset. Quãdo igitur de nullo decedere repugnantiũ fixum eis est, sed omnia profiteri & asserere, illós, qui progressionem faciunt, amentes & malos esse: eos, qui prudẽtes & boni euaserunt, idipsum ignorare: non multũ distare à prudentia amentiam, nunc tibi videntur mirifice decretis suis professionẽ tueri suam? Tales sunt multo in rebus magis: quando omnes eos, qui sapientes nõ sint, pariter malos, iniustos, infidos, dementes pronunciant: ac mox partim eos fugiunt & execrantur, partim occurrentes nõ salutant, partim pecunias credunt, magistratus permittũt, filias nuptũ dant. Quæ si ioco dicũt, 10 supercilium summittant: si serio & philosophantes, præter cõmunes est notiones, vt mortales quidem insectentur & conscindant iuxta omnes: agant tamen cũ aliis vt probis, aliis vt peruersissimis: ac Chrysippum ad stuporem vsque admirentur, ludificentur Alexinum: tametsi æque omnes eos stultos esse putent. Sane vero, inquiunt. Sed sicut qui in æquore mersus cubitũ abest à summo æque suffocatur, ac qui cõditus est passus quingentos: perinde illi, qui prope ad virtutem accesserunt, non sunt quã remoti minus in vitio. Ac sicut cæci cæci sunt quantumuis breui post sint contuituri, sic qui progressionem faciunt, dũ virtutẽ inducrint, insani & peruersi permanent. At neq; esse cæcis, qui progressus habẽt assimiles, sed minus acute cernẽtibus: neq; iis, qui suffocantur, sed natantibus, idq; prope portũ, ipsemet rebus ipsis testantur. Neq; enim adhiberent eos in consilio, neq; duces & legũ latores caperent, quomodo cæci ductores: neq; ad-20 mirarentur facta, res gestas, dicta, mores nonnullorum, si suffocari omnes ex amentia & improbitate conspicerent. Cæterum omisso hoc ex illa parte Stoicos admirator, quod nec suis ipsorũ discant exẽplis perdere se ignorantes sapientes, neq; intelligentes vel sentientes nõ vltra suffocari se, sed lucem videre, superatisq; vitiis respirare. Quid quod hoc quoq; contra communem notitiam est: vt homini, cui cuncta suppeditant bona, neq; ad felicitatem quicquam & beatitatem abest, subducere se è vita cõueniat. Sed & illud magis, cui boni suppeditat vel suppeditaturum est nihil, horrenda autẽ omnia acerbaq; & mala, persequenturq; eum vsq; : huic, vt vitam despondeat, non dicere: nisi qua ei oblata res indifferens fuerit: Atque hæ quidem Stoicorum sunt sanctiones: ac sapientes multos è vita educunt tanquã felicius acturos. Atqui sapiens diues beatus, vndique felix, tutus, securus est. Contra malus & stultus qui est, is dicere potest:

30 *Vitiis refertus sum, aliis non dem locum.*

Cæterum & hos, in vita vt remaneant: & illos, vt eam deponant, censent dicere. Quid ni, inquit Chrysippus, Neq; enim bonis & malis, sed iis, quæ secundum naturam sunt, metienda est vita. Ita consuetudinem tuentur Stoici, & iuxta intelligentias communes philosophantur. An vero non est ei, qui de vita & morte inquirit, attendendum,

Ædibus in nostris quæ recta aut praua geruntur.

neq; tanquam in bilance debet examinare, quæ ad felicitatem & infelicitatem magis vergunt, & quæ commodant vel officiunt: sed ex illis, quæ neq; prosunt, neque officiunt: diutius viuendum sit nec ne, rationes instituere? An non ex eiuscemodi rationibus & fontibus eliget quis conuenienter vitam, cui nihil non fugiendorum adest: & defugiet eam, quæ omnibus cõpleta 40 appetendis est? Et quidem est mi Lampria absurdum, si vitam defugiant ii, qui nullo in malo versantur. Multo est tamen absurdius, si profundas, nisi rem indifferentem assequaris, vitam: quod hi faciunt, qui felicitatem effundunt & virtutem præsentem pro sanitate & corporis integritate, quas non assequuntur:

Huic Glauco mentem Saturnius abstulit omnem,

Aurum qui ære bonum vilique etiam preciosum

commutare volebat. Quanquam arma ærea nõ secus atq; aurea vsu erant præliantibus. At corporis decor & tempestiuitas nihil cõmodant Stoicis, nihil proficiunt ad felicitatem cõsequẽdam: cum tamen iidem prudentiam integra valetudine cõmutent. Etenim Heraclito inquiũt, & Pherecydi cõuenisset virtutem & prudentiam, si licuisset, dimittere: quo phthiriasi & hydro-50 pisi eximerentur. At Circe duo medicamenta infundente, alterũ quod insanos ex sanis: alterũ, quo ex insanis sanos, & in speciem beluinam verteret ex humana: Vlyssem illud amentiæ citius haustutum: quam vt solertia præditus, & vero etiam felicitate cum solertia effigiem suam in speciem verteret feræ. Atq; hoc ipsum præcipere & cõmonere aiunt prudentiam. Mitte me acfinito interire illatam in asini faciem. Atqui asini profecto, inquies, ista quę præscribit, prudẽtia est: si sapere & beatum esse bonum, circumferre vero asini faciem est indifferens. Gentem esse aiunt apud Æthiopas, inter quos canis regnat. Salutatur rex. Sacra & honores ei deferuntur regum. Viri ducum & magistratuum munera obeunt. An non itẽ apud Stoicos nomen & species boni penes virtutem est: vnamque hanc vocant appetendum, vtile, & conducibile: at actiones suas instituunt, commentantur, & viuunt velut ex indifferentium edicto. Quanquam canem

illum nullus interficit Æthiopum: sed amplo in solio sedet adoraturque. Hi virtutem suam ipsorum perimunt & perdunt, dum sanitatem amplectuntur & opulentiam. Ne pluribus de his agam libeat nimirum me, quem placitis suis Chrysippus imposuit, colophon. Nam cũ inter natura æ alia bona, alia mala, alia intermedia, quæ indifferentia vocantur: non est mortaliũ quisquam qui non citius bonum quam quod est indifferens, & indifferens citius quam malum eligat. Sed & testificamur deos, votis ab eis postulantes, maxime vt bona consequamur: sin minus, vt mala declinemus. Quod vero neque bonum neque malum est, id recusamus præ bonis obtinere, sed præ malis cupimus. Hic vero naturam inuertens & ordinem peruertens ex media sede medium in nouissimam traiicit, nouissimam euocat & traducit in mediam, tyrannorumque more malis prima subsellia tribuit, ac sancit primum sectãdum bonum, deinde malum, postremo pro deterrimo, quod neque bonum est neque malum, habendum, vt si sub cœlestia Orcum, terram & terrestria in tartarum detruderes,

Longe vbi sub terra iacet immensa alta vorago.

Postquam ergo libro tertio de natura præstare demonstrauit, vt amens quis viuat, quam nõ viuat, etiamsi prudens futurus sit nunquam, subiicit hæc verba: Siquidem bona eiuscemodi sunt hominibus vt quodammodo etiam mala aliis præferantur intermediis. Hæc autem non præferuntur, sed ratio: qua cum viuere congruit potius, licet futuri simus insipientes. Patet itaq; etiamsi iniusti, scelerati, & deorum hostes, & vero etiam miseri. Nullo enim horum carent illi, qui dementer viuunt. Conuenit ergo miserum esse, potius quam non miserũ, lædi quã non lædi, ius violare, quã non violare sceleratũ esse quã non esse: id est, conuenit ea, quæ non conueniũt, admittere: atq; ex officio est viuere etiam contra officium. Vero. Prius est enim ratione & sensu vacare quã amentem esse Iam quî fit, vt non esse malum fateantur, quod malo est deterius? Quare fugiendam censent tantum insipientiam: si nihilo minus, imo magis decet eum statum, qui nõ recipit stultitiam, defugere. Sed quid horum causa stomachere: cum memineris eorum, quæ libro secundo de natura tradidit, asserens non ab re ad vniuersitatem factum esse vitium? Operæprecium autem est, vt hoc dogma ipsis illius verbis repetamus: quo intelligas, qui in Xenocratem & Speusippum inuehuntur, quod sanitatem non numerent inter indifferentia neq; diuitias inutiles arbitrentur, quo loco ipsi vitium habeant, & quæ verba de eo faciant. Vitium autem ad accidentia reliqua rationem habet termini. Existit enim id quodammodo pro naturæ ratione: atque, vt ita dicam, non ab re ad vniuersitatem existit. Alioqui neque bonum sit. Itaque nihil habent dii boni, quando nec mali. Neque si quando Iupiter dissoluta in seipsum vniuersa materia vnus factus fuerit, reliquasque sustulerit differentias, vllum iam bonum fuerit. Quippe nullum adfuturum sit malum. Sed chori quidem est concinentia, nihil si habeat absoni: corporis integritas, nullo membro affecto: virtus vero sine vitio non oritur. Verum vt nonnullis medicamentis anguis virus, & vel hyænæ est necessariũ: item alia conuenientia est necessaria Meliti peruersitati cum Socratis iustitia, & Cleonis dissolutioni cũ honestate Periclis. Qua aũt ratione generare Herculem Iupiter & Lycurgũ potuisset, nisi Sardanapalũ nobis etiam & Phalarim procreasset? Restat vt dicant tabem quoque bonam hominum corporaturã. atque ad celeritatem podagram extitisse: & quod nõ fuisset comatus Achilles, nisi Thersites caluus. Quid enim discrepant ab illis, qui huiusmodi proferunt nugas & deliramenta hi qui nõ in cassum extitisse ad continentiam iactant libidinem, & ad iustitiam iniustitiam: quo deos obtestemur, vt perpetuo duret improbitas,

Falsa, & fucosa lingua, mores q; doli.

si sublatis his cassa est petitq; virtus. An libet. quod in eius elegantiis est suauissimũ & facultate contemplari. Quomodo comœdiæ, inquit, epigrãmata proferunt, quæ per se quidem sunt cõtemnenda, sed fabulæ toti Veneres addunt: sic detesteris ipsam per se vitiositatem, quæ alioqui non est infrugifera tamen. Hic primum, quod vitium ex dei prouidentia factum sit, vt est factũ ex poëtæ consilio putidum poëma, id omnem cogitationem superat absurditatis Nam qui bonorum magis quam malorum sint dii largitores? Quomodo iam diis inimica & infesta improbitas? aut quomodo his execrabilibus vocibus occurremus?

Causam quidem præbet deus mortalibus,
Vbi domum delere visum est funditus. Et,
Quisnam illos rixa voluit committere diuum?

Iam epigramma prauum comœdiam illustrat, conducitque ad institutum eius, quæ ridiculum quærit & spectatorũ oblectamentum. At Iupiter Patrius, Supremus, Iustus, Optimartifex, vt est apud Pindarum, cum mundum certe non fabulam magnam, variam, & eruditam, sed deorum hominumq; vrbem communem, vt cum iustitia & virtute viuerent concorditer & beate, conderet: quid ad pulcherrimum hoc & augustissimum opus latronibus, homicidis, parricidis, & tyrannis habebat opus? Neque enim gratum deo & scitum fuit improbitas acroama: neque va-

vanitatem

sanitatem iniustitia vel risum & comitatem addit rebus: in quibus ne per somnium quidem videre est decantatæ illius simulachrum conuenientiæ. Adhæc epigramma inconcinnum portio est poëmatis minima, & locum in comœdia plane angustum occupat: atq; ista neque redundant, neque leporem eorũ, quæ concinne facta videntur, perdit & labefactat. Improbitatis verò res sunt omnes plenæ, vitaque illico ab ingressu & exordio vsque ad metam præter decorum agens, degenerans, confusa, neque vlla ex parte pura & inculpata, vt hi dicunt, fœdissima est omnium & odiosissima fabula. Quare libens quæsierim, quo facta sit vniuersitati rerum vitiositas conducibilis. Non hercle ab ætherea dicet & diuina. Ridiculum est enim, nisi nata esset inter mortales & existeret improbitas, insatiabilis cupiditas, & mendaciũ, & nisi mutuo nos vexaremus, calumniaremur, trucidaremur, non lustraturum cursum suũ solem, neq; peracturum articulos fuisse & anfractus temporum orbem: neq; tellurem, quæ vniuersitatis tenet vmbelicum, semina ventorum & imbrium profuturam. Reliquum est ergo nobis & in vsum nostrũ vitium extitisse vtiliter. Atque hoc est fortassis, quod isti dicere volunt. Cedo igitur, num rectius valemus, quando sumus improbi, num vero magis abundamus necessariis? Num ad formam nobis & robur conducibilis peruersitas extitit? Minime, inquiunt: Sed virtus nomen est tantũ & opinatio noctiuagorum cœca sophistarum: non similis vitii, quod omnibus expositum & perspicuum est: cuius est nemo vt inutilis particeps: Virtutis ô dii immortales minime, cuius causa sumus nati? An vero non est absurdum, quæ agricolæ gubernatori, & aurigæ sunt commoda instrumenta, eadem adminiculo esse & adiumento ad eorum opus efficiendum: quod vero creatum à deo in vsum est virtutis, id euertere & enecare virtutem? Cæterum tempus iam fortassis fit, vt alio digrediamur, atq; hoc argumentum relinquamus. Nequaquam mi Diadumene mea gratia. Aueo enim, quo tandem modo mala Stoici ante bona & vitium natũ ante virtutẽ ferant, intelligere. Sane res digna est mi Lamptia. Multa isti quidem nugantur. Tandem prudentiam, quæ scientia est bonorum & malorum, insipientia sublata simul prorsus tolli aiunt. Vt enim, si vera sint, fieri non potest, quin simul sint falsa: ita conuenit bonis existentibus vt mala existant. Atqui hoc nõ male est dictũ, iam illud alterum nec me puto præterire. Perspicio namq; discrimen: quatenus quod verum non sit, id continuo est falsum: non tamen statim malum, quod bonum non sit. Quocirca verorum & falsorum nullũ est medium, bonorum & malorum indifferens medium est: nec necesse mala & bona simul existere. Poterat enim habere natura bonum, nec requirere malum: modo, quod neq; bonum sit neq; malum, habeat. Prior autẽ ratio, siquid allatum est, è vobis audienda. Multa quidem telata sunt: verum hoc loco persequemur necessaria. Primum stultum est putare prudentiæ gratia malorum & bonorum ortum poni. Nam bonis & malis existentibus fuccedit prudẽtia, sicut ars medica positis morbidis & salubribus. Neq; enim bonum & malũ, vt edatur prudentia, in rerum naturam sunt producta: sed ea qua bonum & malum discernimus existentia & orta, appellatur prudentia, vt visus alborum & nigrorũ sensus. Quæ quidem non extiterunt, quo visum nos haberemus: sed nos potius ad ea internoscẽda habuimus visũ opus. Deinde cum mundum hi inflammauerint, mali nihil manebit quicquam, sed erit vniuersum tunc intelligens & sapiens. Est ergo, quamuis non sit malum, prudentia: neque malum sit oportet, si prudentia fuerit. Quod si omnino esse oportet prudentiã bonorũ & malorum artem: quid habet absurdi, si sublatis malis non sit futura prudentia, aliamq; cõsequatur illius vice virtutẽ, quæ non bonorũ & malorum, sed bonorum duntaxat sit scientia: vt si ex coloribus in totum perierit nigrum, ac eum vrgeat quis visum simul interiisse. Quippe alborum non extare & nigrorum sensum, quid vetat, quin ei respondeamus, nihil monstri esse, quod eo, quem tu prædicas, careamus visu: sed alius præsto nobis sit illius loco visus & vis, qua albos & nõ albos colores percipimus. Ego vero nec gustatum fore arbitror deperditi: amaris cassum, nec euanescente tactum dolore, nedum prudentiã obliterato malo: sed eum illos permanere sensus dulcium & suauium & diuersorum percipientes, tum hanc, quæ bonorum sit & non bonorum ars, prudentiam. Qui aliter sentiunt, nomen sibi habeant, rem relinquant nobis. Præterea quid causæ est, quin in cogitatione sit malum, bonum etiam extet, quomodo etiã dii præsente fruuntur sanitate, cum febris & pleuritidis intelligentiã habeant. Quando nos quoq;, licet malis vndique omnes omnibus superfluamus, nec boni, vt isti dicunt, suppetat nobis quicquam, cogitatione tamen prudentiæ, boni, felicitatis non deficimur. Quod etiam mirandum sit, si non suppetente virtute, quid ea sit, doceant, informent que nobis eius comprehensionem: cũ non orræ fieri non possit, vt cogitationem suscipiamus. Nam vide, quæ probare volunt nobis, qui contra communes notiones philosophantur, insipientia comprehendere nos prudentiam: prudentiam vero sine insipientia ne ipsam quidem intelligere posse insipientiam. Quod si omnino mali productionem desideraret natura, vnum profecto satis erat mali exemplum vel alterum: aut, si ita vis, decem improbos, aut mille, aut decem milia nasci oportebat, nec vitiorum prouentum tanto numero, quantum non arena, non puluis, non auiũ plumæ pictarum effuderunt.

effuderint:virtutis vero ne somnium quidē offerri. Qui Lacedæmone conuiuiis,quæ phiditia dicunt,sunt præfecti,vnum vel tres hilotas vino mersos & temulentos publice iuuentuti ostendunt,quo inebriati quid sit,cognoscant,sieque id deuitent, & vitam instituāt temperanter. At in vita ingens vis extat improbitatis exemplorum Siquidem ad virtutem sobrius est nemo, sed omnes titubamus,ac turpes nos præbemus & misere agimus. Vsque adeo inebriat nos ratio,& tantopere facit tumultuantes & desipientes: vt comparandi simus canibus, quos scribit Æsopus pellibus quibusdam in mari fluctuantibus inhiantes ebibere æquor tentasse, sed ante diruptos fuisse,quam pelles prehenderent. Etenim ratio nos, dum per eam nomen consecuturos speramus nos & aditum ad virtutem,antequam ad illam aspirauerimus, labefacit nos & corrumpit multa prius mera & amara grauatos improbitate: si vtique etiam iis, qui summam progressionem fecerunt,vt hi dictitant, nullam alleuationem vel remissionem vel respirationem ab amentia & miseria sentiant. Itaque qui non inutiliter ait natam esse malitiam, vide è diuerso,quales eius opes & possessionem ostendat tenentibus esse: cum scribat in commentariis de officiis hominem prauum nulla re indigere, nulla re ei opus esse, nihil conueniens ei vel congruens. Quomodo ergo commoda improbitas,qua cum neque secunda valetudo est conducibilis,neque pecuniæ magnitudo,neque progressus? An non eget quis eis, quorum aliqua sunt præcipua sumenda,& vero commoda,aliqua secundum naturam, vt isti vocant? Itane vero nemo his,nisi euaserit sapiens,habet opus? Ita neque vt sapiens fiat,habet opus malus, neque sitiunt vel esuriunt homines,antequam sapientes extiterint? Sitientes igitur non egent aqua,neque pane famentes:

Hospitibus similes blandis,tecti modo
Atque indigentes igne?

Ita non habebat hospitio opus neque læna ille,qui dixit,

Da tegmen Hipponacti,valde frigeo,
Rigoreque horreo?

Sed vis admirandum quid & nouum & singulare dicere? Dic sapientem nulla re opus habere neq; vllam rem desiderare. Ille diues, ille abundans,illi abest nihil,ille beatus & rebus omnibus cumulatus. At quæ hæc vertigo est,vt qui nullius rei est indigus, indigeat, quæ possidet, bonis: improbus indigus multorum sit,sed nulla re indigeat. Nam hoc Chrysippus dicit,nō egere, sed tamen indigere malos,taxillorum modo huc illuc notiones communes transferens. Quippe mortales omnes egere prius esse quam non egere existimant, putantque eum, qui non promptis neq; parabilibus egeat,indigū esse. Cornibus certe & alis nullus indiget homo: quod nec his egeat:sed armorum indigos dicimus pecuniæq; & vestium: quando horum pressit penuria ea non adipiscuntur neq; habent. Isti vero adeo affectant semper aliquid præter communes intelligentias dicere videri:vt subinde nouandi cupiditate etiam sententiis suis propriis excidant, sicut hoc loco. Ac specta paulo altius repetens. Dictorum contra notiones communes vnum est:nullum,qui improbus sit,adiumentum sentire. Atqui multi per institutionem profectum faciunt,ex seruitute manumittuntur,obsessi seruantur, cœci manu ducuntur,ægri perecurātur. Quæ tamen cum assequuntur,nihil commodi sentiunt, neque beneficio augentur, neque habent benefactores,neq; benemeritos negligunt. Nec igitur ingrati improbi sunt,nec vero etiā cordati. Ita non est in rerum natura ingratitudo. Hi namq; apud se collatam gratiam non interuertunt,illi gratiam non possunt capere. Iam vide quomodo his occurrant. Dictitant gratiam ad media pertinere, ac iuuari sapientum esse, gratiam vero stultos consequi. Quid iam, qui gratiam percipiunt,his ne rei nullius est vsus? Et quo gratia pertinet,ibi nihil est vtile & cōueniens? Num aliud effecit & officium sit gratia, quam quod vtile quid contulerit in egentem ille,qui beneficium dedit? Ceterum hæc missa fac. Illud vero præclarum adiumentum vel emolumentum,quod vt rem magnificam seruant sapientibus præcipuam, nec tamen nomen eius ipsis relinquerunt sapientibus,quidem est? Si sapiens vnus quocunq; digitum porrigat prudenter, sapientes omnes per orbem terræ emolumentum percipiunt. Hoc est amicitiæ eorum munus. Eo communibus adiumentis sapientium virtutes terminant. Desipiebat Aristoteles, desipiebat Xenocrates qui emolumentum capere & iuuari ab diis, à parētibus, à præceptoribus homines dicunt: mirificum autem hoc adiumentum ignorauerunt & emolumentum: quod sapientes,dum virtute inter se mutuo mouentur,capiunt: tametsi non intercedat inter eos mutua consuetudo,nec inter se cognoscant. Iam delectus,asseruationes,& dispensationes, quādo vtilium sunt & conducibilium rerum, tunc demum vtiles & conducibiles arbitrantur esse, ac claues comparat,& horrea seruat opulentus quispiam,

Gratissimum reserans opum thalamum manu.

At seligere illa,quæ nullius sunt vsus,eaque cum cura seruare & laboriose,non graue vel honestum,sed ridiculum. Vlysses itaque,si nexum illū à Circe edoctus obsignasset in eo non Alcinoi

tripodas,lebetes,vestes,aurum:sed paleam,lapides & ligna colligens, industriam eo collatam possessionemq; eorum & asseruationem felix putasset negocium & beatum: quis hanc fatuam laudasset prouisionẽ&inanem sedulitatẽ? Atqui hæc illa est Stoicæ professionis honestas,amplitudo,& beatitas,nec quicquam præterea:sed rerum obseruatio inutilium&indifferentium. Eiusce modi enim sunt ea,quæ secundum naturam sunt,ac magis ea, quæ extra nos sunt posita. Quandoquidem cum fimbriis, matulis aureis, & vero lecythis verbi gratia maximas diuitias contendunt. Inde sicut illi,qui deorum aliquorum vel larium delubra sibi visi sunt insolenter contaminasse contumeliis,extemplo pœnitentia perculsi supplices sunt, sedentesque demissi laudib.numen extollunt: sic illi quando in iram diuinam ex iactantia hac & vanitate incurre-
10 runt,in hisce indifferentib.&nihil ad ipsos pertinentibus deprehenduntur rursus,vociferantes quantum possunt,quod horum delectus&communio bonum,honestum,&magnificum sit,atque in his vitæ consistat societas:quorum expertes non esse cur viuant: sed manus sibi ipsos adferre vel inedia mortem debere consciscere,multam salutem virtuti dicentes. Ac Theognim quidem isti plane degenerem & pusillanimum existimant,qui dicat:

Pauperiem vt fugias,in vastum te abiice pontum,
Et te de celsis præcipitato petris.

Ita infractum humili oratione exhortantur,dicuntq;eum,qui morbum defugere ingentem velit & acrem dolorem,si non sit ensis ad manum vel cicuta, abiicere se in Pontum oportere,atq; de rupibus dare præcipitem:quorum sit neutrum incommodum vel malum,vel inutile,vel mi-
20 seros facere eos,qui in hos casus sint delapsi. Vnde igitur,inquit,exordiar,quodnam officii vestibulum vel semen capiam virtutis,si à natura & ab eo quod secundum naturam est,discessero? Vnde quæso homo præclare Aristoteles & Theophrastus auspicantur? Quæ vero Theophrastus & Polemon primordia sumunt?Nonne hos etiam est Zeno elementa ponentes naturã&q; secundum naturam est felicitatis secutus?Cæterum illi quidem in his persiterunt vt expetendis,bonis,& vtilibus:virtutemque adhibentes per ea agentem,quæ conuenienter singulis vtatur.perfectam ex his & consummatam putabant se complere vitam atq;absoluere,cum conuenientiam naturæ vere accommodatam & consonam ederent. Non enim vt illi,qui à terra subsiliunt,atq; in eam deferuntur denuo,percellebantur:dum res easdem sumendas, & non expetendas:conuenientes,& non bonas:non proficientes,sed vsum tamen præbentes, nihil ad nos
30 pertinentes,officiorum tamen principia appellant: verum virorum illorum orationi respondebat vita:qui dictis suis facta conuenientia & consona præstabant. Horum vero facta, sicut illa apud Archilochum mulier

Vna manu dolosa aquam ignemq; altera
Ferebat.

aliis dogmatibus asciscit,ab aliis repellit naturam. Imo factis & reipsa illa,quæ secundum naturam sunt vt appetenda & bona sectantur, appellationibus & verbis indifferentia & inutilia virtuti ad felicitatem abdicant & obterunt.Breui quia bonum mortales omnes intelligunt esse lætabile,exoptandum,felix summę dignationis,cui abest nihil,neque est indigum:age componeiam cum eo horum bonum:num lætabile reddat prudenter digitum protendisse? Quid ve-
40 ro optanda res est prudens tortura?Num fortunatus est,qui honesti specie præcipitat se?An dignationem habet maximam,quod sæpe ratio mauult locum nõ boni repudiare? Absolutumne est & cui absit nihil,quod consecuti,nisi adsint indifferentia, non sustinent nec volunt viuere? Num qua instituta fuit vnquam disputatio,à qua grauius est violata cõsuetudo: quæ iustas subtrahit & eripit sicut liberos notiones:adulterinas subiicit alias & beluinas & monstrosas, hasq; illarum vice & nutrire & diligere cogit? At hæc in commentariis reperiuntur de bonis & malis,appetendis & refugiendis:conuenientibus & alienis,quæ oportebat quam calida & frigida, alba & nigra habere perspicuitatem clariorem.Superiorum enim imaginationes foris offeruntur sensibus accessorie.Hæc ex bonis & iis,quæ insita nobis sunt,habent originem. At isti dum velut in mentientem vel dominantem cum dialectica in locum de felicitate irruerunt, nullam
50 discusserunt in eo ambiguitatem,sed sexcentas inuexerunt.Et quidem quod duobus ex bonis, summo,& eo,quod spectat ad summum,præstantius summum est spectante ad id atq; consummatius,nemini est dubium Nouit etiam,quid inter ea intersit,Chrysippus,vt patet ex libro tertio de bonis. Nam censentibus summum bonum esse scientiam assentitur, atq; hoc astruit in libris de iustitia. Si quis posuerit voluptatem vltimum bonorum,iustitiam non arbitratur esse incolumem:sin non extremum,sed simpliciter bonum posuerit,contra arbitratur. Verba eius non existimo te velle ex recitatione mea cognoscere Nam liber tertius de iustitia vbiq; obuius est. Siquando igitur alibi mi Lampria bonum negant vllum alio esse bono maius vel minus, sed summo par id,quod nõ est summum:non cum notionibus modo communibus, sed & cum suis ipsorum dictis manifeste pugnant. Rursusque si duobus ex malis ab altero reddimur vbi

accesserit, deteriores: alterum officit quidem cæterum deteriores non reddit: nec noxam nequiorem edit, quæ non præstet nequiores. Sed esse fatetur Chrysippus certas formidines, mœstitias, & imposturas: quę lædunt quidem nos, sed non reddunt deteriores. Reuolue librum primum commentariorum qui aduersus Platonem de iustitia scripti sunt. Nam aliis etiam de causis, quæ verba ibi fundat, operæpreciuM est intueri, ab omnibus prorsus rebus & dogmatib. tam suis ipsius quam alienis abhorrentia contra communem intelligentiam. Est contra communem notitiam duos fines bonorum propositos esse, quo tendat vita, nec omnia, quæ agimus, ad vnum referri: Multò est magis contra communem notionem alium esse finem, ad alia singulos actus referri: Horum isti alterum ferant oportet. Si enim ea quæ prima sunt secundum naturam per se sunt appetenda: rationi autem consentaneus delectus & sumptio eorum est: omnia, quæ 10 in se sunt sita, agere quemq; necesse est, quo assequatur ea, quæ secundum naturam sunt prima: ad illud vero omnia, quæ aguntur, referri, vt acquirantur, quæ prima sunt secundum naturam. Si enim censent nos non eo collimantes neq; appetentes, vt illa consequamur, finem habere: aliud erit, quo referri oportet horum electionem, non hæc. Finis est enim eligere ac sumere illa prudenter. Illa ipsa atque ea consequi res est exilis, ac subiiciuntur vt materia quędam, in qua est æstimatio eligens. Hoc enim arbitror tum nomen ipsum velle & scribere istos, vt disparitatem ostendant. Præclare commemorasti tam quod dicunt quam quomodo dicunt. Vide iam an ne idem faciant, quod illi, qui vmbram suam transilire affectant. Non enim relinquunt, verum vna cum disputatione absurditatem remotissime à communibus notionibus recedentem transferunt. Quomodo enim, si sagittantem non in eo dicas totum esse propositum vt attingat 20 verum vt omnia, quæ in ipso sunt posita, faciat: scirpis similia & monstrosa adferre videaris: sic ista trisilicernia, qui non adeptionem eorum, quæ secundum naturam sunt, collimandi eorum, quæ secundum naturam sunt, esse contendunt finem. sed sumptionem & electionem: neq; sanitatis sitim & consectationem terminare cuiq; in id, vt sanus sit: sed contra sanitatem ad appetitionem & consectationem eius dirigi. Et vero cum ambulationes, declamationes, atq; etiam sectiones medicationesq; consentaneas fines constituunt sanitatis, non hanc illarum: æque delirant, ac qui dicit: Prandeamus, vt sacrificemus, vt lauemus. Imo illud morem, & consuetudinem inuertit, omnemq; ordinem: item ea quæ hi prædicant, omnium continent rerum dissipationem & confusionem. Nō studemus opportune ambulare, quo cibum peragamus: sed opportunæ deambulationis gratia peragimus cibum. Num sanitatem natura veratri causa non sani- 30 tatis produxit veratrum? Quid iam ad summam istorum nouitatem, quam vt talia statuant, addi potest? Quid enim discedit ab eo, qui factam iactat medicamentorum gratia sanitatem, non sanitatis gratia medicamenta, ille qui medicaminum delectū, modulationem & vsum expetendum præ sanitate facit? Imo sanitatem in totum non appetendam existimat, sed in illorum tractatione finem constituit, & appetitionem decernit adeptionis, non appetitionis finem adeptionem. Nempe appetitio illud, vt considerate & prudenter fiat, continet. Sane vero respōdebimus adeptionem finem respicere eorum, quæ captat, & acquisitionem. Alioquin detrahitur recta consideratio huic, quę omnia agit assequendi causa eius, quod consequi non est vel honestum vel beatum. Quia vero huc prouecta est oratio nostra, quiduis dixeris citius esse notionibus communibus consentaneum, quam nos non suscepta neq; habita boni notione concipe- 40 re & persequi bonum. Consideras enim actius à Chrysippo redigi eo perplexitatis Aristonem, vt rerum cum eo, quod nec bonum est nec malum, indifferentiam cogitatione concipiamus animo, nō conceptis ante bono & malo. Ita n. appariturum priorem eis existere indifferentiam, si informatio huius concipi, nisi substituto prius bono non valet. Hæc vero aliud nihil sit, quam ipsum summum bonum. Age iam aduerte hanc ex Stoa profectam indifferentiam: (Appellatur autem conuenientia:) quemadmodum & vnde nam præbuerit nobis summum bonum animo complectendum. Si namq; boni seorsum non est indifferentiam cum non bono concipere: multo minus bonorum intelligentia cogitationē sui præber eis, qui non ante boni informationē habent. Sed sicut artis salubrium & insalubrium nō fit informatio, nisi quibus ante illorum ipsorum est facta: sic bonorum & malorum scientiam, nisi bona & mala prius tibi substi- 50 tueris, non complectaris. Quid est igitur bonum? Nihil, nisi ipsa prudētia & intelligentia. Quid prudentia? Nihil, nisi bonorum ars. Itaq; multis modis, quod dicitur, Iouis Corinthus, in eorum disputationem iacitur. Nam pistilli versationem, ne ridere videaris, mitte: tametsi disputationi horum simile quiddam vsuuenit. Apparet enim, cum ad boni informationem ipsius conceptione indigeat, prudentiam eum in ipsa boni conceptione quærere, cogiq; ab altera semper consectari alterā, destitui autē vtraq: propterea quod id, quod ante eam animo agitatur, indigeat illo, quod agitari animo separatim non valet. Sed & alia ratione non iam peruersionem sed inuersionem eorum disputationis & redactionem in nihilum cognoscere licet. Essentiam boni collocant in delectu eorum, quæ sunt secundū naturam, bene reputato. Delectus est bene

bene reputatus, qui ad finem aliquem, vt supra est relatum, dirigitur. Qui autem est hic? Nihil aliud aiunt quam recte reputare, in deligendis iis, quæ sunt secundum naturam. Primum igitur euanescit & perit summi boni notio. Quippe recte reputare in deligendo, ex rectæ reputationis facultate oritur. Quare dum hanc ex fine, finem autem sine hac animo concipere compellimur, neutrius informationem assequimur. Deinde quod maius est iustissima ratione recte reputatum delectum bonorum oportebat & vtilium & conferentium ad finem esse delectum. Namq; eligere, ea quæ non conducunt, neq; laudata sunt, neq; omnino expetenda, qui possit hoc esse recte reputantis? Sit enim, vt ipsi dicunt, recte reputatis delectus eorum, quæ in dignatione sunt, ad consequendam beatitatem. Considera iam in quam præclaram & amplam disputatio eis euadat summam. Est sc. recte reputare ex eorum sententia in delectu eorum, quæ in dignatione sunt, ad felicitatem finis. Cæterum, si ita accipias dictiones, admodum extraneum tibi Lampria id quod enunciantur illis verbis, videbitur. Adhuc opus mihi est, vt intelligam, quemadmodum id eueniat. Ergo est tibi attendendum diligentius. Neq; enim istum scirpum cuiusuis est cognoscere. Quare audi & responde. Nonne finis est his recte reputare in deligendis iis, quæ sunt secundum naturam? Ita aiunt. Iam quæ secundum naturam sunt, vtrum ea tanquam bonum eligunt, an tanquam dignationibus quibusdam prædita & promouentibus accessibus ad finem, an ad rem vllam aliam? Non arbitror, sed ad finem. Iam igitur quia totam rationem detexisti, vide quo eis res euadat. Quod sit recte reputare finis, neq; felicitatis habere se dicunt, neq; animo concipere alium, quam præclaram hanc reputationem in iis, quę dignationem habent, deligendis. Cęterum hoc nonnulli sunt qui contra Antipatrum dici non contra sectam Stoicam putant, Illum enim, cum vrgeretur à Carneade, ad hæc diuertisse commenta. Porro eorum, quæ commentantur de amore in Stoa contra notitias communes, absurditatis nullus est Stoicus expers. Aiunt turpes esse, si improbi sint & insipientes, adolescentes, sapientes autem formosos. At illorum formosorum neminem amari vel esse amabilem. Neq; adhuc absurdum hoc est: sed & eos, qui amauerunt turpes, desinere, vbi facti sunt formosi. Quis autem amorem nouit talem, qui simul cum animi & corporis prauitate conspicua cohæreat & existat: Quando vero formæ splendor cum iustitia & temperantia accedit, extinguatur & exolescat, quos nihil culicibus differre arbitror? Delectantur enim crassiore vini spuma & aceto, potabile & bonum vinum defugientes auolant. Enimuero ea formæ repræsentatio, vt vocant & appellant, quam conciliatricem referunt amoris esse, primum non habet Veneres. Siquidem in fœdissimis & improbissimis repræsentatio pulchritudinis nulla existit: si prauitas, vt dicunt, morum formam inficit. Quando magnopere contra notionem communem est fœdum amabilem esse: quod decorem aliquando consecuturus esse speretur: quem vt consecutus est & factus formosus, & bonus, à nullo eum diligi. Aucupium est, inquiunt, quoddam amor rudis illius quidem, sed bene tamen à natura ad virtutem comparati adolescentis. Num vero aliud quæso nunc agimus, quam sectam eorum arguimus neq; probabilibus neq; vsitatis verbis nostras inuertere & detorquere notiones? Nemo enim erat, qui impediret studium in adolescentes sapientum: si motus turbulentus, vt omnes concipiunt & appellant, ab eo absit: vt etiam vna, si velit, cubare possit:

> **Tempore nam nullo mi amor ita hominisue deaue*
> *Edomuit mentem penitus per pectora fusus.*

* Locus lacunatum plenus.

In eiuscemodi res tamen dum disputationem mortalé expellunt tortuosas, & in nihil sani, sed totum vndiq; spinosum, vilipendunt alios & irrident: quasi soli sc. naturam & consuetudinem, quo oporteat, dirigant, constituantq; sermonem. Sed natura quidem repellit & allicit appetitionibus persecutionibus & impulsibus vnumquodq; ad id, quod ei est accommodatum. Consuetudo autem differendi innouata nihil boni vel sani accepit: sed vt auditus æger à sonis nouis obtunditur & obfuscatur. de qua alias sumpto argumento, si tibi videtur, disseremus. Nunc doctrinam eorum physicam, quæ non minus quam illa de finibus percellit communes anticipationes in præcipuis & primis adoriamur. In totum est absurdum & præter communem notionem, cum dicunt esse aliquid non ens non esse: & esse quidem, sed existentia non esse. Sed absurdissimum est q; de vniuersitate dicunt. Inani infinito cum mundū extra circūfundunt, vniuersitatem neq; corpus neq; sine corpore prædicant esse. Huic est consequens, vt vniuersitas sit non existens. Existentia n. sola corpora vocant. Quandoquidem existentis est aliquid agere vel pati. At vniuersitas non existens est. Ita neq; aget neq; patietur vniuersitas: Sed nec in loco erit. Quippe corpus est, quod locum occupat. At non est vniuersitas corpus. Iam locum tenere eundem potest hoc, quod manet vel quiescit. Itaque non quiescit vniuersitas. Neque enim obsidet locum, imo ne mouetur quidem. Primum, quia ei, quod mouetur, est loco opus & sede, quæ id capiat. Deinde, quia quod mouetur, id aut seipsum mouere aut pati potest ab alio. Atque illud quidem, quod à seipso agitatur, habet aliquos ex seipso nutus & momenta pro pondere vel leuitate

lenitate sua. Leuitas autem & grauitas vel habitus aliqui vel potentiæ sunt vel differentiæ cuiuslibet corporis. At non est vniuersitas corpus. Perinde neque grauis neque leuis sit oportet, neque obtineat ex seipsa motionis principium. Sed nec ab alio vniuersitas ciebitur. Quando extra vniuersitatem nihil est aliud. Quare dicant necesse est isti, quod dicunt, neq; quiescere vniuersitatem neq; moueri. Breui, quandoquidem non oportet, vt isti volunt, vniuersitatem esse corpus dicere: Cœlum autem, terra, animantia, plantæ, homines, & lapides corpus sunt: quod corpus non est, partes id quæ corpora sint, habebit, & non existentis erunt existentes partes: & quod non est graue, partibus vtetur grauibus, & leuibus quod leue non est: quibus ne somnia quidem concipere queamus magis cum communibus pugnātia notionibus. Porro nihil adeo est euidens & notionibus communibus consentaneum, quam quod animatum non est, id esse inanimum: ac contra quod non inanimum est, id animatum esse. Et vero hanc quoq; euidentiam subuertunt hoc modo, dum neq; animantem vniuersitatem neque inanimam esse dicunt. Adhæc nemo mutilam esse concipit animo vniuersitatem, vt quæ nullam partem desideret. Hi consummatam vniuersitatem negant. Definitum enim est, quod est perfectum. At vniuersitas est ob infinitatem indefinitum. Est igitur ex horum sententia quiddam, quod neq; absolutum neq; mancum sit. Prætetea nec vniuersitatis pars est: Quippe eo maius est nihil: Nec totum, vt isti autumant. Siquidem prædicatur de digesto totum. Vniuersitas vero ob infinitatem etiam indefinita & indigesta est. Iam neq; vniuersitatis aliud causa est: quod aliud præter vniuersitatem nihil sit: neq; alterius vniuersitas, neq; vero sui ipsius. Quandoquidem non potest agere. Ex actione enim causa comprehenditur. Age porro, fac omnes mortales rogare, quid substituant animo nihil esse & quam nihil concipiant notionem. Nonne respondeant, quod neq; causa sit, neq; habeat eau sam: neq; totum sit, neq; pars: neq; perfectum, neq; imperfectum: neq; animatum, neq; inanime: neq; quiescat, neq; existat: neq; corpus sit, neq; sine corpore. Id enim neque aliud est nihil quicquam. Quando igitur quæcunq; reliqui nihilo attribuunt omnes, soli de vniuersitate hi dicunt: idem mea sententia apparet eos facere nihilo vniuersitatem. Dicant ergo oportet insuper tempus, categorema, pronunciatum, connexum, complicatum nihil esse: quæ etsi præ cæteris vsurpent philosophis; esse tamen inficiantur. Quid quod verum existens dicunt non esse neq; existere: sed percipi & perceptibile esse, atq; compertum, quod essentiæ existentis non sit particeps. Hoc iam à nullo monstro superari potest. Cæterum ne videantur hæc magis logicam perplexitatem resipiscere, attingamus naturaliora. Quando igitur ex Ioue principium & medium est, & Iouis omnia plena, vt ipsi ferunt: maximè oportebat eos hominibus de diis informatis, si qua in iis dissensio vel error foret, mederi, has corrigere, & in ordinem optimum reuocare: aut certe non mouere, sed relinquere, vt quisque ex legum præscripto & moribus de deo cogitat. Neq; enim hodie vel heri, sed semper viuunt cuncta: neq; quando ortum habuerint, nouit quisquam. Isti vero tanquam ab ipso late exorsi res nouas moliri, atque instituta mouere patria, nullam informationis de diis opinionem, vt vno verbo dicam, sanam & syncetam reliquerunt. Quis est enim vel fuit mortalium alius, qui non immortale & sempiternum esse numen animo concipiat: aut quid in prænotionibus communibus de diis magis confessum pronunciatum est, quam hæc:

Diui ibi se oblectant per secula cuncta beati. Et,
Diuûmq; immortalium humiq; hominum gradientum. Et,
Morbo & senio intacti atq; illi laboribus,
Acherontis horrisoni & traiectu liberi.

Reperias fortassis gentes barbaras & feras, quæ nihil de diis sentiant. Sed qui deum concipiat animo esse, nec simul sentiat immortalem & æternum esse, nullus vnquam mortalium extitit. Siquidem qui athei, id est, impii fuerunt dicti, Theodori hi, Diagoræ, & Hippones, non induxerunt in animum esse caducum numen: verum non eis fides facta esse quicquam immortale. Ita dum non concesserunt esse immortalitatem, deorum anticipationem seruarunt. Chrysippus & Cleanthes, qui verbis diis prope dixerim cōpleuerunt cœlum, terrā aerem; mare nullum ex tam multis immortalem & sempiternum reliquerunt extra vnum Iouem, in quem cæteros exhauriunt omnes: Vt huic quoque insitum sit, vt interimat: quod nihilo est quam interire melius. Est enim imbecillitas quædā & vertendo in aliud interire, & ex aliorum in se conuersorum interitu alimentum sumendo incolumem esse. Hæc non vt alia multa monstrosa ratiocinatione collecta fundamentis & præceptionibus eorum nituntur & comitantia sunt eorum scitis: verum ipsi magna voce personantes in commentariis de diis, prouidentia, fato, & natura dicere asserunt deos esse natos omnes interiturosque ex ignis vi: vt qui velut cerei vel stannei eliquescant. Abhorret ergo à notione communi sicut hominem incorruptum esse, sic corruptum deum. Imo non video quid inter deum & hominē interfuturum sit: si deus animal rationis con- fors

fors & interitus fit particeps. Quod si hic argutum illud & scitum opposuerint, mortalem hominem non mortalem esse deûm. sed corruptum: vide quid consequantur. At enim simul immortalem deum & corruptum esse dicent, aut neq; mortalem neq; immortalem: quorum, ne si ex industria quidem fingant quicquam alii contra communem notionem, superare queant absurditatem. Alios dico, quando nihil tam est prodigiosum, quod tacitum hi vel intentatum prætereant. Adhæc in mundi conflagratione lacertos suos ostentans Cleanthes, solem, lunam ac sidera reliqua absumpturum in seipsum, atq; assimulaturum sibi cuncta conuersuturumq; prædicat in seipsum. At quod * multo omnium est monstrosissimum, omnes stellas, quæ dii sunt, ad suum ipsorum interitum conspirare cum sole, atq; aliquid ad mundi inflammationem conferre: vt ridiculum sit plane, quod salutem precibus ab eis poscamus, hominumq; seruatores esse arbitremur: quibus est ingenitum ad suam ipsorum properare dissolutionem & interitum. Enimuero modis omnibus isti insultant Epicuro, exclamantq; vah, vah, eheu, eheu: quasi deorum informationem sublata peruertat prouidentia. Neq; enim immortalem modo & beatum, verum etiam humanum, & salutarem, & auxiliarem præsumi & intelligi deum, quod verum est. Quod si dei prænotionem, qui non relinquunt prouidentiam, euertunt: quid faciunt illi, qui prospicere quidem deos aiunt nobis, non commodare tamen neq; bonorum esse largitores, sed indifferentiam: qui virtutem non largiantur, largiantur autem opes, sanitatem, prolem, & quæ eius generis sunt: quorum sit vtile, frugiferum, expetendum, conducibile nullum. An vero notionem illi de diis non labefactant: hi etiam insectantur & subsannant: dum quendam deum esse perhibent frugiferum, Genialem & Phytalmium, *id est, Satorem: cum tamen non sit sanitas bonum, non stirpis procreatio, non fœcunditas agri, sed indifferentia & infrugifera accipientibus. Iam tertium est in præsensione deorum, nulla re deos tantum præcellere, quantum felicitate præcellunt & virtute. Atqui vt est Chrysippi opinio, ne hoc quidem est eis relictum. Nam virtute Iouem Dioni non eminere, & iuxta alterum ab altero iuuari Iouem Dionemq;, cum sapientes sint, quando alter alterum moueri sentit. Hoc enim est, nec præterea quicquam, quod hominibus ab diis præstatur, atq; ab hominibus, vbi sapientes euaserunt, diis. Hominem vero, qui virtute non deficitur, non indigere aiunt felicitate: sed æque ac Iouem Seruatorem esse beatum infortunatum, qui propter morbos & corporis mutilationes subducit se ex hac vita, si modo est sapiens. Hic vero nusquam gentium est neq; fuit, sed numerus hominum infinitus summe miserorum in Iouis repub. & imperio optime administrato. Atqui contra Iouis notionem quid ita repugnet quam optime regnum temperantis, & nobiscum quam pessime agi? Proinde si, quod nec dicere fas est, noluerit vel seruator vel Lysius vel Auerruncanus esse, neque contraria præclaris his appellationibus: nihil poterit adiici boni rebus, quæ sunt, neque in multitudinem neque in magnitudinem, vt hi loquuntur cum omnes mortales in summa miseria & improbitate dicant, neq; improbitas incrementum neque superiectionem miseria admittat. Cæterum non est summa hic absurditas: sed Menandro, qui speciose dicit,

Summum malis sunt humanis exordium
Lata nimis res:

succensent. Quippe hoc præter communem notionem esse: cum ipsi deum, qui bonus est, malorum faciant authorem. Nam materia certe non protulit ex se malum: quod qualitatis sit exors, omnesq;, quas recipit varietates, à mouente eam & conformante accipiat. Siquidem quæ inest huic, ratio figurat eam, cum neq; agitare neq; figurare se valeat. Quare necesse est malum, si per nihil est, ex eo quod non est: si per causam mouentem, ex deo natum esse. Etenim si Iouem existimant partium esse suarum impotentem, neq; vti singulis ex sua ipsius sententia: cum omni notione pugnant, finguntq; animantem, cuius multa membra nō obsecundent eius voluntati: sed peculiares suas obeant functiones & actiones, quas totum non pellit, neq; subministrat eis notionem. Nullam enim ex animantibus adeo comparatum est male, ipso vt inuito progrediantur pedes, vt lingua loquatur, vel cornu petat, vel mordeant dentes, quæ ferre pleraq; cogitur deus: si nolente eo mali, qui eius sunt partes, mentiuntur, circumscribunt, furantur, & cōtrucidāt se mutuo. Quod si, vt Chrysippus vult non valet vlla vel minima pars aliter ac ex Iouis nutu se gerere: sed animans omne perinde sisti & perinde cieri natū est, vt ille ducit, ille conuertit, retinet, & comparat:

Est iam illius vox multo pestilentior.

Siquidē infinitis modis tolerabilib. sit Iouis infirmitate & imbecillitate vim passi partes multa atrocia præter eius ingenium & arbitrium designare. quam nullā esse intemperantiam, nullam impostutam, cuius non sit Iupiter architectus. Iam q, mundum esse dicunt vrbem, stellas ciues: & sita e st, etiam tribules & magistratus: scilicet etiam solem senatorem, hesperum Prytanim vel ædilē: haud scio, nūquis, qui notet hęc absurdiora alia, quam ista qui proferunt & asseuerant, qui

Locus corruptus.

*Alii, Plantem & diuinum.

quiPhysici dicuntur: adferre queat. Nonne pręter communem est notionem semen esse quam quod ex eo nascitur amplius & grandius. Naturam quidem certe omnibus in animantibus & plantis etiam feris principia cernimus ex minutis & tenuibus, quæ aciem quoq; effugiant, fœturę vastissimorum capere. Non tantum enim ex tritici grano culmum, vitem ex acino: verum etiam ex nucleo vel glande, quę aui exciderit, tanquam ex minuta scintilla accedens ac venti.lans vim genitalem stipitem vel rubi vel quercus vel palmæ vel piceæ immanem attollit. Quare dicunt etiam Stoici, vbi vocabulorum originem persequuntur σπέρμα, id est, semen, σπείρασιν, id est contractionem quasi in spiras dictum: φύσιν autem, id est, naturam, quod ἐμφύσησις, id est, in flatio & diffusio sit eorum, quæ ab hac aperiuntur & soluuntur proportionum & numerorum. Iam rursus ignis, quem mundi esse aiunt semen, etiam post eius conflagrationem mutabit mundum ex corpore & mole exiliore naturam consecutum ingentem occupantemq; insuper & assumētem vacui immensam regionem auctu coactam: nascentis vero contra subsidere & collabi magnitudinem subeunte, quando generatio existit, & contrahente se in seipsam materia. Audias itaque istos, multaque eorum scripta legas: in quibus cum Academicis digladiantur ac vociferantur res omnes ab eis misceri suis ἀπαραλλαξίαις, id est, nulla sui parte variantib. naturis, qui contendant duabus in naturis vnam talem esse: Atqui nemo est mortalium, hoc cui in mentem veniat : Imo contra existimant omnes mirabile & inopinatum. si neq; palumbus à palumbo, neque apes ab ape, neque granum triticeum à grano triticeo, neque, quod est in prouerbio, ficus à fico per omne æuum extitit, quod non euariaret. Enimuero illa sunt reuera præter notionem communem, quæ prædicant & fingunt hi vna in essentia & natura proprie duos esse posse tales eandemque essentiam, quæ vnum talem habeat, superueniente altero excipere & conseruare pariter ambos. Nam si duo etiam tres, & quatuor erunt, & etiam quinque, denique quot enumerare vna in essentia velis: non in partibus, inquam, diuersis, sed iuxta omnes in toto vel infinitos. Ac prædicat Chrysippus similem esse Iouem & mundum hominis, animi prouidentiam: Quando igitur conflagrauerit mundus. Iouem, qui vnus ex diis non agnoscit interitum, in prouidentiam se recepturum: inde coniunctos vna in ętheris essentia ambos permansuros. Sed relinquamus iam deos, venerabundiq; ab eis poscamus, vt communes animos & communes dent mentes: acquid sentiant de elementis, deinceps videamus. Contra communem intelligentiam est corporis corpus esse locum, ac corpus permeare per corpus: etiamsi complectatur neutrum inane, sed in plenum insinuet se plenum: atque id, quod caret spacio, nec habet, quod solidum sit, spacium, recipiat id, quod admiscetur. Isti vero non vnum in vnum, neque duo, neque tria, neque decem glomerant in vnum: verum partes mundi concerpti in vnum, quicquid illud sit, omnes coniiciunt: ac minimum, quod sub sensum cadat, negant superuenientis maximi non fore capax: atque ita iactabundi dogma faciunt more suo ex re, qua conuincuntur: vt qui proposita sumant notionibus communibus repugnantia. Mox hac ratione multa prodigiosa ac noua admittunt, qui corpora corporibus tota totis confundunt: ex quib. est illud, tria esse quatuor. Hoc per hyperbolen adducunt alii exemplum eorum, quæ in intelligentiam nō veniunt. At his vsuuenit: vt dum vnum vini cyathum cum duobus aquæ temperatum, si non est defectu rus, sed exæquandus producunt in totum simulq; diffunduut: eum, qui est vnus, duos faciant commixtionis cum duobus exæquatione. Nam si vnus manet, & duobus se propagat, patemq; facit duplo, sic vt euadat temperatura ad duos, modumq; capiat in diffusione duorum: iam modus existit simul trium & quatuor: trium, quod duobus fit vnus additus: quatuor, quod in duos coniectus copiam habuit æqualem copiæ eorum, quibus est admixtus. Hanc præclaram rem consequuntur, hancque complectendi ab intelligentia remotam rationem, dum corpora coniiciunt in corpora. Necesse est enim concedentium in se mutuo, dū confunduntur, ne alterum contineat & alterum contineatur, neue alterum suscipiat, alterum insit & suscipiatur Ira enim non temperatio sed contractus erit eorum in summo, alterius subeuntis, alterius includentis: cæteræ autem partes non confusæ sed puræ intus distrahuntur. Verum necesse est facta, vt volunt, mutua commistione ea, quæ commiscentur, misceri: & idem simul eo quod insit, includi & eo, quod suscipiat, in cludere alterum. rursusq; neutrum horum fieri posse. Quia commixtio cogit ambo se mutuo penetrare, ac partem alterius exortem esse nullam, sed omnem omnium affici contagione. Hic habes crus illud in scholis tritum Arcesilai, quod magno risu illorum monstris insultat. Nam si commistiones sunt omni ex parte: quid causæ est, quin per crus truncum putridumque in mare proiectum & diffusum non Antigoni modo classis nauiget, vt dixit Arcesilaus, verumetiam Xerxis mille ducentæ, vnaque Græcorum trecentę triremes ipso in crure præliantes. Neque enim in progressu deficiet, neq; conquiescet in maiori minus. Alioqui si consistet temperatura: neq; postremum eius contactu, vbi definit, facto per totum peruadet, sed inter miscendum satiscet, neq; vndequaq; permiscebitur: minime hercle decertandi in se præbebit crus Græcis locum: verum crus quidem computrescat & conuertatur oportet. At si

cyathus

cyathus vel gutta vna in mare Aegeum delapsa vel Creticū fuerit, ea statim vsque in Oceanum & pelagus Athlanticum euadet, nec in summa specie perstringet, sed penitus per profundū & latum & altum sese diffundet. Atque hæc quidem mox in primo libro quæstionum naturalium approbat Chrysippus: nec quicquam vetare ostendit vini guttam vnam vniuerso misceri mari. Quod ne miremur, in omnem docet pertinere mundum eius guttæ misturam: quo quid reperiri poterit absurdius? Quid an ne præter communem est notionem nihil in natura corporum neque summum neque primum neque extremum esse, quo claudatur corporis magnitudo: sed id, quod proponitur, in immensum atque infinitum procurrere: vt quicquid sumpseris, semper eo aliquid esse appareat vlterius. Neque ampliorem vel minorem esse licebit co-10 gitare alteram altera magnitudinem, si pergere in immensum partibus ita contingat ambabus: sed inæqualitatis tollitur natura. Nam rebus è duabus, quæ inæquales esse subiiciuntur menti, altera prior extremis partibus deficit, altera præuertit ac superat: Quod si non sit imparitas, sequitur neque inæqualitatem esse neque asperitatem corporum. Quippe inæqualitas est vnius superficiei cum seipsa imparitas: asperitas inæqualitas cum duritia. Quorum nihil relinquunt, qui corpus nullum extrema parte finiunt, sed omnia partium multitudine proferunt in immensum. Et quidem nonne perspicuum est, ex partibus hominem constatum esse pluribus quam hominis digitum, item mundum quam hominem. Ea enim, nisi Stoici, diuersum dicunt & sentiunt omnes. Simul atque euaserunt Stoici, diuersam dicunt & existimant non constare pluribus ex partibus hominem quam digitum, neque mundum quam hominem. Sectio enim 20 corpora in infinitum deducit. At inter infinita, nihil est altero maius vel minus, neque est omnino magis multiplex. Alioquin partes eius, quod residuum est, non vltra in partes secabuntur neque edent ex se numerum. Qui ergo expediunt se his nodis? Argute admodum & strenue. Dicit enim Chrysippus, quando rogamur, ecquas partes habeamus, quot, & ex quibus hæ constent partibus & ex quot: vt ad distinctionem confugiamus. Ac cum de toto corpore nostro rogamur: respondeamus, ex capite, pectore, cruribus nos constare. Quippe hoc fuit omne quod quærebatur, & de quo dubitabatur. Quod si ad partes extremas perducant quæstionem: tunc nihil esse tale respondendum: sed dicendum neque ex aliquibus, neque item ex certo numero constare, neque ex infinitis neque finitis. Ac videor mihi ipsis Chrysippi verbis vsus quo intelligas, quemadmodum notiones communes sit tutatus: dum nos menti substituere 30 iubet corpus quodque neque ex aliquibus partibus neque ex certo numero partium neque ex infinitis neque ex finitis compositum esse. Nam si vt boni & mali indifferens, ita finiti & infiniti medium est: proferre quid hoc sit, ac scrupulum oportebat eū dissoluere. Quod si vt quod non æquale est, id continuo esse inæquale, & quod non est mortale, id immortale: ita quod non est finitum, infinitum id concipimus animo: perinde est certe corpus neque ex finitis neque ex infinitis constare, orationem item neque ex veris esse sumptionibus neque ex mendacibus, neque numerum ex paribus & imparibus. Hinc vero iuueniliter se iactans constantis ait ex triquetris metæ latera in contractu eundem tenorem non seruantia esse quidem inæqualia: sed tamen quatenus sunt maiora, non excedere. Ita conseruauit notiones communes. Nam si est aliquid, quod maius sit, nec excedat: erit & aliquid, quod sit minus, nec tamen non æquet. 40 Itaque etiam inæquale, quod nec excedat nec deficiat, id est, inæquale erit æquale, maius non maius, ac minus non minus. Præterea vide, quemadmodum physice nec stupide disputanti Democrito occurrat, si conus secetur ad basim in puncto, quid de superficie segmentorum animo concipiendum, æqualis an inæqualis sit: Si inæqualis, efficient inæqualem, qui incisiones in modum graduum & scabritias recipiat: si æqualis, erunt sectiones æquales: ac quod cylindro, idem cono accidere videbitur, vt ex æqualibus constet & inæqualibus circulis, quod est absurdissimum. Hic itaque dum Democritum facit, quid dicas, ignorare, superficies esse ait neque æquales neque inæquales, sed corpora inæqualia: quod nec æquales species nec inequales sint. Sancire igitur, quando superficies æquales non sunt, euenire vt corpora sunt æqualia, hominis est, qui licentiam sibi, quicquid occurrerit, scribendi permittit. Quippe diuersum 50 ratio cum euidentia subiicit animo, corporum esse inæquales superficies inæqualium, & maiorem maioris, si excessum, quo est maius, habiturum est, qui careat superficie. Etenim si non superant maiorum superficies illas minorum, sed citra subsistunt: erit corporis, quod terminum habet, pars sine termino ac interminata. Quippe si dicit compelli se ita statuere ne superficierum inæqualitas incisiones efficere ad instar graduum videatur, nihil est, quod timeat. Quas enim pauescit in corio incisiones, eas nimirum corporum inæqualitas non superficierum edit. Ridiculum igitur est detrahendis superficiebus deprehensam relinquere in corporibus asperitatem. Cæterum vt in hoc argumento persistamus: quid magis est contra communem notionem, quam ista comminisci? Nam superficiem si statuemus superficiei neque æqualem esse neq; inæqualem: pari modo magnitudinem licebit magnitudini dicere & numero

numerum neque parem esse neq; imparem: idque cũ æqualis & inæqualis tertium, quod neutrum sit, non habeamus proferre vel animo substituere. Insuper si superficies sunt neque æquales neq; inæquales, quid vetat, quin circulos quoq; animo complectamur neq; æquales neq; inæquales. Nam ipsæ profecto superficies, si conica sunt segmenta, circuli sunt. Quod si circuli, simul diametri statuendi circulorum neq; æquales neq; inæquales. Et si hoc, pariter anguli, triãguli, parallelogrammæ, parellelepipeda, & corpora. Etenim si longitudines neque æquales sint inter se, neque inæquales, pariter profunditas erit, latitudoque & profunditas. Quo tandem ore nunc insectantur authores vacuitatum eosque, qui indiuidua & pugnantia, vt neque moueantur neque quiescant, ponunt? cum ipsi eiuscemodi pronunciata esse dicant falsa, si qua inter se sint æqualia, illa inæqualia inter se sunt: item nõ sunt æqualia inter se hæc, nec sunt hæc inter se inæqualia Quando vero aliquid refert esse maius, quod tamen non excedat: operæpretium est quærere, an hæc inter se congruent. Si congruent, quî fit, vt alterum maius sit: si non congruent, quî fiet, vt non necessario alterum excurrat, alterum non æquet, cum non sit tertium: nec congruet maiori, aut etiam congruet eo, quod alterum sit maius: Huiuscemodi enim spinis implicentur necesse est, qui notitias communes non seruant. Super hæc contra communem notionem est nihil esse, quod aliud contingat: neque minus hoc, contingere se mutuo corpora, nulla tamen parte contingere. Hoc enim recipiant oportet illi, qui tollunt minimas corporis partes, semperque prius aliquid sumunt eo, quod contingere videtur, nullumque vlterius producendi finem faciunt. Ita quod ipsi potissimum indiuidua defendentibus obiiciunt, hoc est, totorum non contactum sed mixturam facit. Id vero fieri non potest, quod partes indiuiduis non sint. An non igitur in eandem culpam incidunt, qui partem nullam nouissimam neque primam relinquunt? Dicunt enim tota corpora contingere tota puncto & extremitate non parte: Iam non est punctum corpus. Continget ergo vnum corpus alterum re corporis exorte, & contra non continget, quod intercedat id, quod sine corpore est. Quod si continget, etiam aget aliquid & patietur re corporis experte corpus. Siquidem agere aliquid & pati inter se mutuo & tangere corpora possunt. Quod si contactum per rem corpore vacantem habebit corpus, habebit quoq; connexionem, temperationẽ, & vt coalescat. Adhæc in connexionibus & temperationibus aut remaneant necesse est, aut non remaneant, sed intereant corporum puncta: quorum est contra communem notionem vtrumq;. Nam interitum & ortum in iis, quæ sine corpore sunt, nec ipsi relinquunt. Mixtura autem & connexio corporũ, quæ suas retinent extremitates & puncta, non valet fieri. Siquidem extremitas corporis naturam terminat & sistit. Temperationes porro, nisi partibus partes applicentur inter se, omnia, quæ miscentur, confundent. Quippe, vt hi volunt, interitus relinquendi in terminorum sunt commixtionibus, inde in eorum distractionibus genituræ. Hæc nemo mortalium facile animo concipiet. Quin etiam qua contingunt se mutuo corpora, ea etiam premuntur, stringuntur, & atteruntur à se inuicem. Sed quod corpore caret, id hæc pati vel agere non valet, neq; id substitui potest animo. Verum vim nobis adferunt, eo vt informemus animo. Si globus planiciẽ puncto continget, voluitur scilicet etiam puncto per planiciem: & si minio in superficie sit tinctus, lineam planiciei miniatam imprimet: si ignitus sit, ignitam reddet planiciem. At vt incorporeum tingatur, atque in corporeo ignescat corpus, id præter communẽ est notitiam. Quod si iam globũ figlinum vel crystallineum in planiciem delarum lapideam ex alto cogitauerimus: abonũ erit, nisi confringatur regerenti illisus: & monstruosius confringi in extremo & puncto incorporeo impactum. Ita semel confundentur illis anticipatæ animo de incorporeis & corporibus informationes, imo tollentur, dum multa, quæ fieri non possunt proponunt. Contra communem notionem est tempus futurum esse & præteritum, præsens non esse tempus: sed quod modo & paulo ante fuit, subsistere: quod vero nunc est, nihil prorsus esse. Atqui hoc vsu venit Stoicis, qui minimum tempus non relinquunt: nec tempus, quod nunc est, indiuiduum concedunt esse; sed quocunque vt præsens putat quis accipere se atq; animo complecti, huius partem vnam futuram, alteram præteritam iactant esse: vt ex eorum sententia remaneat vel reliqua sit temporis instantis nulla particula: si quod dicitur instare, id partim in futura, partim in præterita est distractum. Quocirca duorum alterũ euenit, vt si ponant tẽpus, fuit, & tempus erit: tollant tempus, quod est aut instat: cuius altera pars institit, altera instabit: aut dicãt tẽporis præsentis partem futuram, partem præteritam esse: atq; ipsius temporis, quod nunc dicitur, alteram partem priorem, alteram posteriorem esse: vt nunc sit, quod nondum est nunc, & quod amplius nõ est, nunc. Neq; enim nunc est, quod est præteritum: neq; dũ nunc, quod futurũ est. Quare necesse habent, dum ita tempus diuidunt, vt dicant etiam præsentis & instantis temporis partem anno superiore fuisse, partem futuram proximo sequenti: atq; id quod simul est, partim prius, partim posterius esse. Nihilo his saniora miscent, dum eadem esse putant nondum, iam, non amplius, nunc, non nunc. Mortales cæteri omnes modo & paulo post vt alias à nunc partes, atq; hoc post

nunc,

nunc,illud ante nunc ponunt,animo concipiunt,& putant. Ex his Archidamus dű præteriti & impendentis nunc exordium aliquod & commissionem prædicat esse, imprudens sane omne tempus tollit. Nam si nunc non tempus sed temporis est extremitas:omnis autem pars temporis talis est,qualis nunc,videtur nullam partem vniuersum tempus habere, sed in extremitates ex toto,connexionesque,& initia resolui. In his discriminandis studens ingenium suű Chrysippus ostentare,libro de inani & aliis nonnullis præteritum tempus & futurum non existere, sed substitisse docet,solum existere instans: Tertio,quarto,& quinto de partibus asserit instans tẽpus partim futurum esse,partim præteritum. Ita facit, vt distribuat existentẽ partẽ temporis in non existentes partes existentis,imo vero nihil prorsus,quod existat:relinquat. Sic certe tẽpus
10 instans partem nullam habet,quę aut futura non sit aut præterita. Quare ita concipiunt animo tempus isti,vt si aquam manu comprehẽndas: quæ quo magis stringitur,eo diffluat magis atq; dilabatur. Actiones vero & motiones omnem confusionem habent perspicuitatis Siquidem necesse est,si eius,quod nunc est,altera pars in præteritum,altera in futurum distrahitur:æquę eius,quod mouetur nunc,pars vt mota sit,pars vt post moueatur,atque vt punctus motionis sit sublatus & caput:neq; vllius operis quicquã primum fuerit vel extremum: quod vna cum tempore actiones dissecentur. Quomodo enim instans tempus partim præteriisse,partim aiunt esse consecuturű: perinde eorum,quæ aguntur,partim transacta esse, partim transactum iri. Quando igitur habuerunt initium,& quando exitű habebűt prandere, scribere,ire: si quisquis prandet,pransus est & prandebit: quisquis it,iuit & iturus est? Et quod omnium afferunt monstro-
20 rum monstrosissimum,si viuenti vixisse & victuro esse accidit:nullum fuit initium viuendi, neque erit finis:sed quisq; nostrum scilicet natus est,non exorsus vitam,& morietur vitam non finiturus. Nam si pars est nulla extrema,sed semper aliqua viuenti præsentis in futurum superest nunquam falso dicitur, Viuet Socrates, quoties verum * est,viuit Socrates. At quoties verum * *Locus Mendosus.* est,viuit Socrates, toties falsum est, Mortuus est Socrates. Quare si hoc, Viuet Socrates, verű est in partibus temporis infinitis:nulla in temporis portione illud, Socrates mortuus est,erit verű. Et quidem quis finis erit operis,vbi consistet actio:si quoties verum est, Agitur,toties quoq; verum sit, Agetur. Siquidem mentietur,qui dicit finem scribentis & disputãtis esse Platonis,quod desinet aliquando disputare Plato:si nullo tempore falsum est, Disputabit,de disputãte: & scribet,de scribente dicere. Ad hæc facti pars nulla est,quæ non vel peracta sit vel peragetur, & aut
30 præterita aut futura. Facti vero & peracti & præteriti & futuri non est sensus. Nullius ergo omnino sensus est. Neq; enim videmus præteritum vel futurum, neq; audimus, neq; alium vllum percipimus peractorum & peragendorum sensum. Neq;,si adsit quippiam,cadit sub sensum: si præsens partim consequitur,partim præteriit: & partim est peractű,partim peragendum. Iam vero rem indignam facere Epicurum dictitant,ac vim notitiis communibus afferre,qui æque velociter omnia corpora cieat:neque quicquam,quod altero sit ocyus,relinquat. At longe indignius est,magisque abhorret à notionibus communibus,nihil à quoquam occupari, ne si testudinem quidem,vt est in prouerbio,

A tergo Adrasti pernix equus insequeretur.

40 Quod necessario euenit,si hæc mouentur iuxta prius & posterius: & spacia,quæ permeãt,in infinitum sunt,vt isti contendunt,sectilia. Si namque vno iugere tantű antecesserit testudo equű, qui iugerum in infinitum carpunt,atque vtrumq; iuxta prius & posterius mouent,nunquã lentissimo adiunget celerrimum:quod tardior semper præoccupet aliquantű spacii, quod in spacia diuiditur infinita. Quod dicunt aquam,quæ è phiala vel cyatho effunditur, nunquam effusum iri omnem,nonne præter communem notionem est , vel nonne est iis,quæ hi prædicant, consentaneum? Nam illam secundum prius eorum, quæ in infinitum sunt sectilia, motionem non perceperis animo totum peragere : sed semper ex re mota diuiduum quid relinquens faciet quamuis effusionem, quemuis lapsum & fluxum liquoris, & incitum solidi ponderisque dimissi casum claudicantem. Præterea multas eorum absurditates, tantum quæ contra notionẽ
50 sunt,attingo. Sane disputatio de auctu vetus est. Quippe fuit ante Epicharmum , vt ait Chrysippus,agitata,atque Academicos, qui ab Epicharmo quidem eam quæstionem non expeditã existimant,neque ex se facilem,incusant & insectantur vt anticipatarum animo informationű euersores: quam ipsi tuentur tamen contra notiones,imo insuper sensum peruertunt. Nam disputatio eo nuda est, & sumptionis huiuscemodi admittűt hi, essentias omnes singulares fluere & dilabi partim ex seipsis emittẽdo,partim aliunde superuenientia admittẽdo. Quibus vero accessio & decessio fit numeris vel cumulis, hæc non durare, sed alia fieri, quod memoratis his accessionibus conuersionem recipiat natura.. Obtinuisse autem immerito consuetudine, vt mutationes hæ auctus & diminutiones dicerentur:cum esset conuenientius, vt ortus & interitus appellarentur: quod ex statu præsenti in alterum redigant. Augeri vero & minui perma-

numerum neque parem esse neq; imparem: idque cũ æqualis & inæqualis tertium, quod neutrum sit, non habeamus proferre vel animo substituere. Insuper si superficies sunt neque æquales neq; inæquales, quid vetat, quin circulos quoq; animo complectamur neq; æquales neq; inæquales. Nam ipsæ profecto superficies, si conica sunt segmenta, circuli sunt. Quod si circuli, simul diametri statuendi circulorum neq; æquales neq; inæquales. Et si hoc, pariter anguli, trianguli, parallelogrammæ, parellelepipeda, & corpora. Etenim si longitudines neque æquales sint inter se, neque inæquales, pariter profunditas erit, latitudoque & profunditas. Quo tandem ore nunc insectantur authores vacuitatum eosque, qui indiuidua & pugnantia, vt neque moueantur neque quiescant, ponunt? cum ipsi eiuscemodi pronunciata esse dicant falsa, si qua inter se sint æqualia, illa inæqualia inter se sunt: item nõ sunt æqualia inter se hæc, nec sunt hæc inter se inæqualia. Quando vero aliquid refert esse maius, quod tamen non excedat: operæpretium est quærere, an hæc inter se congruent. Si congruent, quî fit, vt alterum maius sit: si non congruent, quî fiet, vt non necessario alterum excurrat, alterum non æquet, cum non sit tertium: nec congruet maiori, aut etiam congruet eo, quod alterum sit maius: Huiuscemodi enim spinis implicentur necesse est, qui notitias communes non seruant. Super hæc contra communem notionem est nihil esse, quod aliud contingat: neque minus hoc, contingere se mutuo corpora, nulla tamen parte contingere. Hoc enim recipiant oportet illi, qui tollunt minimas corporis partes, semperque prius aliquid sumunt eo, quod contingere videtur, nullumque vlterius producendi finem faciunt. Ita quod ipsi potissimum indiuidua defendentibus obiiciunt, hoc est, totorum non contactum sed mixturam facit. Id vero fieri non potest, quod partes indiuiduis non sint. An non igitur in eandem culpam incidunt, qui partem nullam nouissimam neque primam relinquunt? Dicunt enim tota corpora contingere tota puncto & extremitate non parte: Iam non est punctum corpus. Continget ergo vnum corpus alterum re corporis exorte, & contra non continget, quod intercedat id, quod sine corpore est. Quod si continget, etiam aget aliquid & patietur re corporis experte corpus. Siquidem agere aliquid & pati inter se mutuo & tangere corpora possunt. Quod si contactum per rem corpore vacantem habebit corpus, habebit quoq; connexionem, temperationẽ, & vt coalescat. Adhæc in connexionibus & temperationibus aut remaneant necesse est, aut non remaneant, sed intereant corporum puncta: quorum est contra communem notionem vtrumq;. Nam interitum & ortum in iis, quæ sine corpore sunt, nec ipsi relinquunt. Mixtura autem & connexio corporũ, quæ suas retinent extremitates & puncta, non valet fieri. Siquidem extremitas corporis naturam terminat & sistit. Temperationes porro, nisi partibus partes applicentur inter se, omnia, quæ miscentur, confundent. Quippe, vt hi volunt, interitus relinquendi in terminorum sunt commixtionibus, inde in eorum distractionibus geniture. Hæc nemo mortalium facile animo concipiet. Quin etiam qua contingunt se mutuo corpora, ea etiam premuntur, stringuntur, & atteruntur à se inuicem. Sed quod corpore caret, id hæc pati vel agere non valet, neq; id substitui potest animo. Verum vim nobis adferunt, eo vt informemus animo. Si globus planiciẽ puncto contingit, voluitur scilicet etiam puncto per planiciem: & si minio in superficie sit tinctus, lineam planiciei miniatam imprimet: si ignitus sit, ignitam reddet planiciem. At vt incorporeum tingatur, atque in corporeo ignescat corpus, id præter communẽ est notitiam. Quod si iam globũ figlinum vel crystallineum in planiciem delatum lapideam ex alto cogitauerimus: absonũ erit, nisi confringatur tegerenti illisus: & monstruosius confringi in extremo & puncto incorporeo impactum. Ita semel confundentur illis anticipatæ animo de incorporeis & corporibus informationes, imo tollentur, dum multa, quæ fieri non possunt proponunt. Contra communem notionem est tempus futurum esse & præteritum, præsens non esse tempus: sed quod modo & paulo ante fuit, subsistere: quod vero nunc est, nihil prorsus esse. Atqui hoc vsu venit Stoicis, qui minimum tempus non relinquunt: nec tempus, quod nunc est, indiuiduum concedunt esse: sed quocunque vt præsens putat quis accipere se atq; animo complecti, huius partem vnam futuram, alteram præteritam iactant esse: vt ex eorum sententia remaneat vel reliqua sit temporis instantis nulla particula: si quod dicitur instare, id partim in futura, partim in præterita est distractum. Quocirca duorum alterũ euenit, vt si ponant tẽpus, fuit, & tempus erit: tollant tempus, quod est aut instat: cuius altera pars institit, altera instabit: aut dicãt tẽporis præsentis partem futuram, partem præteritam esse: atq; ipsius temporis, quod nunc dicitur, alteram partem priorem, alteram posteriorem esse: vt nunc sit, quod nondum est nunc, & quod amplius nõ est, nunc. Neq; enim nunc est, quod est præteritum: neq; dũ nunc, quod futurũ est. Quare necesse habent, dum ita tempus diuidunt, vt dicant etiam præsentis & instantis temporis partem anno superiore fuisse, partem futuram proximo sequenti, atq; id quod simul est, partim prius, partim posterius esse. Nihilo his saniora miscent, dum eadem esse putant nondum, iam, non amplius, nunc, non nunc. Mortales cæteri omnes modo & paulo post vt alias à nunc partes, atq; hoc post

nunc,

nunc, illud ante nunc ponunt, animo concipiunt, & putant. Ex his Archidamus dū præteriti & impendentis nunc exordium aliquod & commissionem prædicat esse, imprudens sane omne tempus tollit. Nam si nunc non tempus sed temporis est extremitas: omnis autem pars temporis talis est, qualis nunc, videtur nullam partem vniuersum tempus habere, sed in extremitates ex toto, connexionesque, & initia resolui. In his discriminandis studens ingenium suū Chrysippus ostentare, libro de inani & aliis nonnullis præteritum tempus & futurum non existere, sed substitisse docet, solum existere instans. Tertio, quarto, & quinto de partibus asserit instans tēpus partim futurum esse, partim præteritum. Ita facit, vt distribuat existentē partē temporis in non existentes partes existentis, imo vero nihil prorsus, quod existat: relinquat. Sic certe tēpus
10 instans partem nullam habet, quę aut futura non sit aut præterita. Quare ita concipiunt animo tempus isti, vt si aquam manu comprehendas: quæ quo magis stringitur, eo diffluat magis atq; dilabatur. Actiones vero & motiones omnem confusionem habent perspicuitatis. Siquidem necesse est, si eius, quod mouetur nunc, est, altera pars in præteritum, altera in futurum distrahitur: æque eius, quod mouetur nunc, pars vt mota sit, pars vt post moueatur, atque vt punctus motionis sit sublatus & caput: neq; vllius operis quicquā primum fuerit vel extremum: quod vna cum tempore actiones dissecentur. Quomodo enim instans tempus partim præteriisse, partim aiunt esse consecuturū: perinde eorum, quæ aguntur, partim transacta esse, partim transactum iri. Quando igitur habuerunt initium, & quando exitū habebūt prandere, scribere, ire: si quisquis prandet, pransus est & prandebit: quisquis it, iuit & iturus est? Et quod omnium afferunt monstro-
20 rum monstrosissimum, si viuenti vixisse & victuro esse accidit: nullum fuit initium viuendi, neque erit finis: sed quisq; nostrum scilicet natus est, non exorsus vitam, & morietur vitam non finiturus. Nam si pars est nulla extrema, sed semper aliqua viuenti præsentis in futurum superest nunquam falso dicitur, Viuet Socrates, quoties verum * est, viuit Socrates. At quoties verum est, viuit Socrates, toties falsum est, Mortuus est Socrates. Quare si hoc, Viuet Socrates, verū est in partibus temporis infinitis: nulla in temporis portione illud, Socrates mortuus est, erit verū. Et quidem quis finis erit operis, vbi consistet actio: si quoties verum est, Agitur, toties quoq; verum sit, Agetur. Siquidem mentietur, qui dicit finem scribentis & disputātis esse Platonis, quod desinet aliquando disputare Plato: si nullo tempore falsum est, Disputabit, de disputāte: & scribet, de scribente dicere. Ad hæc facti pars nulla est, quæ non vel peracta sit vel peragetur, & aut
30 præterita aut futura. Facti vero & peracti & præteriti & futuri non est sensus. Nullius ergo omnino sensus est. Neq; enim videmus præteritum vel futurum, neq; audimus, neq; alium vllum percipimus peractorum & peragendorum sensum. Neq; si adsit quippiam, cadit sub sensum: si præsens partim consequitur, partim præteriit: & partim est peractū, partim peragendum. Iam vero rem indignam facere Epicurum dictitant, ac vim notitiis communibus adferre, qui æque velociter omnia corpora cieat: neque quicquam, quod altero sit ocyus, relinquat. At longe indignius est, magisque abhorret à notionibus communibus, nihil à quoquam occupari, ne si testudinem quidem, vt est in prouerbio,

* Locus Mendosus.

A tergo Adrasti pernix equus insequeretur.

40 Quod necessario euenit, si hæc mouentur iuxta prius & posterius: & spacia, quæ permeāt, in infinitum sunt, vt isti contendunt, sectilia. Si namque vno iugere tantū antecesserit testudo equū, qui iugerum in infinitum carpunt, atque vtrumq; iuxta prius & posterius mouetur, nunquā lentissimo adiunget celerrimum: quod tardior semper præoccupet aliquantū spacii, quod in spacia diuiditur infinita. Quod dicunt aquam, quæ è phiala vel cyatho effunditur, nunquam effusum iri omnem, nonne præter communem notionem est, vel nonne est iis, quæ hi prædicant, consentaneum? Nam illam secundum prius eorum, quæ in infinitum sunt sectilia, motionem non perceperis animo totum peragere: sed semper ex re mora diuiduum quid relinquens faciet quamuis effusionem, quemuis lapsum & fluxum liquoris, & incitum solidi ponderisque dimissi casum claudicantem. Præterea multas eorum absurditates, tantum quæ contra notionē
50 sunt, attingo. Sane disputatio de auctu verus est. Quippe fuit ante Epicharmum, vt ait Chrysippus, agitata, atque Academicos, qui ab Epicharmo quidem eam quæstionem non expeditā existimant, neque ex se facilem, incusant & insectantur vt anticipatarum animo informationū euersores: quam ipsi tuentur tamen contra notiones, imo insuper sensum peruertunt. Nam disputatio eo nuda est, & sumptionis huiuscemodi admittūt hi, essentias omnes singulares fluere & dilabi partim ex seipsis emittendo, partim aliunde superuenientia admittēdo. Quibus vero accessio & decessio fit numeris vel cumulis, hæc non durare, sed alia fieri, quod memoratis his accessionibus conuersionem recipiat natura. Obtinuisse autem immerito consuetudine, vt mutationes hæ auctus & diminutiones dicerentur: cum esset conuenientius, vt ortus & interitus appellarentur: quod ex statu præsenti in alterum redigant. Augeri vero & minui perma-

mentis

nentis sunt & subiecti labores corporis. Quæ cum ita dicantur & ponātur, quid perspicuitatis vindices hi & notionum regulæ communium volunt, num nostrum vnumquemque geminum, biformem esse, & duplicem? non quomodo poëtæ Molionidas partibus quibusdam vnitos, aliis discretos: verum duo eiusdem coloris corpora, eiusdem etiam figuræ, eiusdem ponderis, eundem occupantia locum, eiusdem etiam molis, à nemine ante mortalium visa: sed hi soli hunc viderunt contextum, complicationem, & ambiguitatem: quod quisque nostrum duo sint subiecta, alterum essentia, alterum mutatione: atque alterum perpetuo fluat dissipeturque neque augescens neque decrescens, neque vndequaque in statu suo persistens: alterum permaneat, gliscat, decrescat, omnia patiatur, alteri concretum, connexum, ac confusum, nullamque vlla ex parte discriminis sensum præbeat? Atqui perhibetur Linceus ille saxum & quercum acie penetrasse. Contemplatus est quidam ex specula in Sicilia sedens Pœnorum classem ex portu vela facientem, qui diei & noctis cursum distabat. Callicratidem & Myrmecidem fama est currus molitos fuisse, qui muscæ alis tegerentur, atque in sesamo insculpsisse Homeri versus aliquot. At hanc in nobis conuersionem & digestionem nemo diuisit vel diremit: neque percepimus nos euasisse duos: atque vna parte assidue diffluere, altera abortu ad obitum vsque eosdem permanere. Liquidius ago. Licet quatuor faciant in vnoquoque subiecta, vel potius nostrum quemque quatuor, satis sunt tamen duo ad eorum demonstrandam importunitatem. Penthea cum audimus in tragœdia dicentem binos se soles & Thebas binas videre: non videre eum, sed hallucinari dicimus vi suâ mente & consilio deductum. His, qui non vnam modo vrbem, sed homines cunctos, cuncta animantia, plantas, vasa, instrumenta, & vestimenta duplicia geminaque constituunt, non dicemus salutem, vt qui desipere nos potius quam sapere cogant? Cæterum hic fortassis sit eis, cum alias subiectorum naturas fingunt, conniuendum. Nam nullum videtur superesse elaborantibus auctus seruare & tueri commentum aliud. Enimuero in animo qua re moti sint, aut quæ iterum alia elementa concinnent, vt forment corporum differentias & species pene numero infinitas: haud aliam causam dixeris, nisi quod communes & receptas notiones exterminent, imo prorsus euertant & labefactent, alias vero inuehant extraneas & peregrinas. Siquidem oppido est absonum, virtutes, vitia, ac hæc artes, memorias omnes, præterea visiones, animi motus turbulentos, impulsus, assensiones corpora facere, ac nusquam his dicere sedem esse nec locum vllum, nisi vnum illum in corde puncti instar meatum relinquere; quo principem animi partem contrahunt à tanta suffocatum corporum multitudine: quorum magna pars ipsos, qui sibi videndo mire subtiliter discriminare ac dirimere aliud ab alio, fugit. Quod vero non modo hæc corpora faciant, verumetiam ratione vtentia animalia, atque animantium examen tam ingens non pacatum nec mansuetum, sed turbam aduersariam vitiis ad oppugnandam euidentiam & consuetudinem inducant, id iam non abest à summa absurditate. Isti vero non solum virtutes & vitia esse prædicant animantia, item motus animi turbulentos, iras, inuidias, ægritudines, maleuolentias: præterea comprehensiones: visa, & ignorantias: denique non artes solum animantes, sutoriam, ærariam, verum insuper actiones corpora & animantes efficiunt, ambulationem animantem, saltationem, inuasionem, salutationem, insectationem. Quibus est consequens risum quoq; esse animantem & ploratum: Si hæc, etiam tussim, sternutationem gemitum: breui expuitionem quoque & emunctionem & reliqua. Sunt enim perspicua. Neq; hæc res eos torqueat, quod huc sensim deducantur disputatione: cum Chrysippum meminerint libro primo physicorum ita adducere: Non mox corpus? Vespera, mane, intempesta nox corpora non sunt? Neque dies corpus est? Non interlunium corpus, tum decima luna, & quintadecima & trigesima, & mensis corpus est, æstas, autumnus, annus? Cæterum hæc violatis constituunt communibus prænotionibus. Illa iam contra species, cum feruidissimū refrigeratione, astrictione subtilissimum producunt. Siquidem anima certe calidissima est maxime tenuis. Eam moliuntur refrigeratione & astrictione, cum quasi conspissatione spiritus conuertitur atque ex inanimo euadit animans. Factum etiam solem autumant animantem humore in ignem transeunte intelligentem. Aduerte quemadmodum etiam sol cogitetur refrigeratione produci. Xenophanes cum narraret quidam anguillas se in aqua calida vidisse viuentes: Ergo eas, inquit, in frigida elixabimus. His vero conueniens sit, si refrigeratione procreant calorem, & astrictione leuitatem: vt vice versa calore frigida, dissolutione spissa, dissipatione grauia gignāt, absurditatis proportione quadam seruata & competentia. Iam notionis ipsius essentiam & ortum non contra notiones fingunt? Est enim notio visio quædam: Visio impressa animo informatio, animæ natura exhalatio, quam conformari ob raritatem arduum est: quando conformationem accepit, eam vt retineat, non est possibile. Quippe cum alimentum & genitura eius sit ex humidis, accedunt perpetuo ei aliqua & absumuntur. Iam spirationis cum calore commercium recentem semper efficit halitum vertentem & variantem per fluxum, qui foris infert se rursusque

tursusque erumpit. Nam vnda aquæ decurrentis citius animo substituatur formas, figuras, & imagines seruare, quam aura in vaporibus & humoribus agitata, atq; cum alio foris assidue sicut ignauo & alieno spiritu confusa. Cæterum vsque adeo non intelligunt seipsi: vt cum notiones definiant intelligentias esse quasdam repositas, memorias firmas & tenaces informationes scientias vero penitus fixas faciant, vt quæ constantiam habeant & stabilitatem, mox tamē his subiiciant fundamentum & sedem essentiæ lubricæ & solubilis currētisque perpetuo & fluentis. Porro elementi notio & principii in communi omnibus fere mortalibus est impressa, quod simplex, purum, & incompositum sit. Nam mixtum quod est, id non est elementum neq; principium: sed illa, ex quibus est illud mixtum. At isti dum deum, qui principium est, corpus intelligens & mentem in materia fingunt: non syncerum neque simplicem neque compositionis immunem, sed ex alio & per aliud eum producunt. Materia autem cū sua sponte rationis sit & omnis exors proprietatis, naturam habet principii simplicem. Deus vero, si non est expers corporis neqne materiæ, materiæ vt principii contagione tenetur. Nam si materia & ratio vnum & idem sunt, parum recte materiam ratione vacantem explicauerunt. Sin diuersa, etiam amborum erit deus particeps, non simplex, sed conflatum quiddam, quod cum intellectu corpus ex materia assumpsit. Quid quod quatuor illa corpora, terram, aquam, aera, & ignem cum prima elementa vocent: haud scio quo pacto alia simplicia & pura, alia cōposita & mixta faciant. Terram enim ferunt & aquam neque seipsa neque alia complecti, tantum potestatis spiritalis & igneæ consortio vnitatem tueri suam: aërem vero & ignem tenacitate sua cum seipsos expandere, tum quando cum duobus illis sunt temperata, robur eis stabilitatemque & substantiam subministrare. Qui ergo iam sit elementum terra vel aqua, si neque simplex neque prima est, neq; se per seipsam tueri potest, sed indiget semper, vt foris accersat quod ipsam in natura contineat & conseruet. Quippe ne essentiæ quidem eorum reliquerunt intelligentiam: verum ingentem habet confusionem & cæcitatem hoc, quod de terra attulerunt; eam per se consistere. At quomodo iam, si per se terra consistit, aëra desiderat, qui ipsam compingat & coerceat. Sed non vltra terra per se neque aqua consistit: sed ex materia aër, quam si compegit & astrinxit, terram creauit: contra ex sic laxata & fusa aquam. Quare est horum neutrum elementum, quorum vtrique aliud essentiam & natales suppeditauit. Adhæc essentiam & materiam subiectas esse dicunt qualitatibus, atque fere ita terminum efficere. Qualitates rursus hi etiam corpora faciunt. Sed habent hæc magnam perplexitatem. Nam si essentiam qualitates peculiarem obtinent, ex qua dicuntur & sunt corpora: non quærunt essentiam aliam. Quippe habent suam. Quod si solum eis subiectum est hoc commune, quod essentiam hi & materiam nominant, liquet eas in communione esse corporis. Nam corpora non sunt. Quod autem est subiectum & recipit, id distinguatur necesse est ab eis, quæ recipit, & quibus est subiectum. At hi dimidium tantum cernunt. Siquidem materiam vocant ἄποιον, id est, qualitatis exortem: sed qualitates non item dicere volunt ἀΰλους id est, materiæ expertes. Atqui quomodo fieri potest, vt citra corpus qualitatem fingamus, cum sine corpore non concipiamus animo qualitates. Quippe quæ copulat cum omni qualitate corpus ratio, hæc non patitur cogitationem substruere sibi corpus sine vlla qualitatis notione. Vt igitur, qui qualitatem reiicit incorpoream, reiicere simul materiam qualitate vacantem videtur: aut alterum si ab altero abducit, etiam ambo à se inuicem abducit. Illa vero ratio, quam nonnulli eorum prætendunt, quod essentiam ἄποιον dicant: non quo omnis exors sit qualitatis, sed quod qualitates habeat omnes, id præcipue cum notione pugnat communi. Nullis enim ἄποιον concipit animo esse, quod nulla liberatum qualitate sit, neque impatibile, quod ad omnia patiendum semper sit factum: neque immobile: quod quoquo versum moueatur. Illud autem non præterit nos, etiamsi semper cum qualitate materia animo substituatur, aliam tamen eam concipi animo & differentem à qualitate.

PLVTARCHI

De facie, quæ in orbe Lunæ apparet, Commentarius.

EA fatus Sylla est, quæ ad fabulam meam pertinent, atque inde sunt deducta. Cæterum quorsum hæc mouenda sint ad peruagatas hasce & tritas de lunæ facie opiniones, ante omnia cupiam audire. Qui facere, inquam, potuimus, quin ex horum scrupulo illuc reiiceremur? Nam vt in morbis longinquis, si quando deplorata sunt cōmunia remedia & rationes victus vsitatæ ad sacrificia lustralia, amuleta

 & somnia

& somnia conuertunt se: ita in contortis & spinosis quæstionibus est necesse: vbi vulgares, celebratæ, & receptæ rationes nihil efficiunt, periculum faciendum magis absonarum: neq; eas contemnere, sed sedulo occinere nobis veterum opiniones, atq; vndequaque verum debemus eruere. Nec longe abieris. Vides, quam non ferendus sit is, qui elucentem in luna speciem, quam faciem dicimus, affectum esse prædicat aciei nostræ, quæ fulgori ex imbecillitate cedit, nec aduertit id in sole extitutum potius, qui acrem offert se præstringitque: vt etiam Empedocles vtriusque discrimen reddit non inscite,

Et Phœbus valde rutilans, & saxea luna:

qui blandam eius hilaritatem atq; innocuam ita exprimit. Inde rationem reddit, cur hebetes & inualidi oculi nullam cernant in luna formæ disparitatem, sed æquabilis eis & plenus huius circulus resplendeat. Quorum vero est acrius lumen & incitatum, hi exactius animaduertunt & internoscunt expressas faciei formas, & distinctionem dispiciunt dilucidius. Nam contrarium, ni fallor, oportebat, si superati affectus oculi eam imaginationem adferrent. Quando id quod afficitur, debilius est eo, quod ipsi apparet. Cæterum lunæ varietas hanc rationem plane coarguit. Neque enim in perpetua vmbra & confusa apparet eius vultus: sed eleganter eum adumbrat his verbis Agesianax:

Tota igne hæc circumfulget, media sed in ipsa
Virginis apparet cyano ceu oculus mage glaucus,
Frons etiam mollis visu, hacque rubere videtur.

Siquidem reuera partes superantes vmbrosæ lucidis conduntur, quas inuicem ab iisdem interruptæ, atque omnino interfusæ sunt mutuo, vt graphice delineatam vultus figurā repræsentet, quod contra Clearchum vestrum ab Aristotele dici videbatur non absurde. Vester enim est ille vir Aristoteles, qui veteris illius fuit familiaris, tametsi multa Peripateticorum decreta peruertit. Excipiente hic sermonem Apollonide, ac quænā esset Clearchi illa sententia, rogante; Neminem, inquam, minus quam te fallere oportet rationem illam, quæ ex Geometria vt firmo fundamento profluit. Docet namque ille faciem istam, quam appellant, lunæ imagines speculares esse ac dilucentia in ea Oceani simulacra. Acies enim nostra, dū multis ex partibus regeritur, contingere solet ea, quæ non directo conspiciuntur. Ac luna, quando pleno est orbe, omnium speculorum æquabilitate & splendore est liquidissimum. Sicut igitur arcum cœlestem existimatis vos resiliente in solem acie cerni in nube, quando læuorem parum liquidum & mollitudinem accepit: item ille percipi visu in luna Oceanum, non quo est loco, verum vnde dissultans acies illud regesto lumine attigit. Quod etiam alias Agesianax dixit:

Vastam aut contra vndam pelago voluente figura
Assimilis speculi fiagrantis redditur igne.

Hic assensus Apollonides: vt singulare, inquit, & nouum prorsus hoc sententiæ illius commentum est, authoris tamen confidens & doctum ingenium præ se fert. Sed qua ratione eam refellebat? Primum, inquit, si vna natura Oceani est, confluum & continuum est pelagus. At facies nigrorum lunarium non est vna, sed habet quasdam velut ceruices dispescente & dirimente splendido id, quod vmbrosum est. Hinc vnoquoque loco discreto & suis circumscripto terminis lucida caliginosis adiecta dum altitudinis & profunditatis speciē accipiunt, imagines, quæ apparent circa oculos & labia quam simillime effingunt. Ita vel plures Oceanos esse existimandum ceruicibus quibusdam & continentibus interclusos: quod quidem monstrosum est & falsum: vel vnus si sit, nō est effigiem ita distractā in luna existere verisimile. Sane illud interrogare est quā decernere te præsente securius: an cū orbis terræ latitudinem & longitudinē obtineat, fieri possit, vt omnis æque acies etiā illorū, qui in Oceano nauigant & incolunt, vt Britannorū à luna repercussa Oceanum attingat: idque cum nec terra, vti defendistis, ad lunæ globum pūcti portionem obtineat. Hoc, inquam, tui muneris est considerare: Aciei vero ad lunam resultum, neque tuarum partium neque Hipparchi est. Et quidem mi Lampria, inquit Apollonides, multi sunt, quibus Hipparchi physica de aspectu disputatio non probetur: quod veri sit similius eum æquabili temperatione & compage esse, quam impulsus habere & dissultus, quales finxit corpusculorum Epicurus. Nolet vero, ni fallor, lunam corpus vobis durum & solidum Clearchus ponere, sed sidus æthereum & lucens. Tali namque contenditis conuenire, vt aciē comminuat & auertat: vt iam actum sit de repercussu. Quod si insuper vrgeat nos, requiremus, qui fiat, sola vt in luna maris speculo nec vllo in alio eiuscemodi sidetū facies aspiciatur, quamuis probabilitatis ratio hoc postulet, vt in omnibus aut in nullo sic afficiatur acies nostra. Cæterum ego ad Lucium conuersus: Subiice tibi, inquam, quod primum à nostra parte allatum est. Ibi Lucius: At vide, ne suggillate, inquit, videamur Pharnacem, si ita non confutatam prætererimus opinionem Stoicam? Adfer igitur aliquid contra eum, qui omnino aëris mixtionem & mollis ignis lunam esse statuit, inde quasi in tranquillitate dicit, quando horror irruit, aëre nigrefaciente

grefaciente repræsentari vultus imaginem. Tum ego: Probe, inquam, rem absurdam Luci speciosis vestis vocabulis. Non si amicus noster: sed quod res ipsa erat, dixit suggillari ab iis lunam, dum maculis eam & nubeculis nigris suffundunt, & simul Dianam Mineruamque nuncupant, ac coagmentum faciunt massamque aeris caliginosi ignisque primam reddentis: quæ non accendatur vel luceat per se, sed corpus habeat cognitu difficile, semper fumans & ambustum fulminum more illorum, quæ cæca & fumosa à poëtis dicuntur. At ignem primæ germanum, qualem hi lunæ faciunt, non durare vel constare, nisi solidam materiam prorsus, quæ capiat eam & alat, apprehenderit, rectius existimo quam nonnullos philosophos intelligere illos, qui ioco aiunt Vulcanum dici claudum: quod ignis sine materia sicut claudi sine baculo non progrediatur. Proinde si luna ignis est, vnde accessit ei tantum aeris? Quippe supernus hicce & circulans non aeris est sed naturæ diuinioris, quæ omnia diducere atque inflammare secum vi sua valeat. Quod si est, qui fit, vt non pereat vertatque aliam in speciem redditus ab igneæthereus: sed incolumis contubernium tanto tempore habeat cum igne, sicut clauus iisdem perpetuò partibus aptatus & compactus. Nam si rarus est & confusus, non consistere sed labascere consentaneum est eum. Astringi vero non potest, qui admistum habet ignem, vacatq; humore & terra, quibus solis aer conglaciari potest. Impetus autem aera etiam eum, qui in saxis & in frigido continetur plumbo, succendit: nedum eum, qui in igne tam pernici cursu rotato est. Etenim Empedocli sunt infensi, qui lunam facit grandineam aeris concretionem ignis sphæræ inclusam: cum ipsi lunam sphæram esse ignis atq; aera aliū alio distractum complecti ferant: idque cum neq; hiatus in se habeat neq; profunditates vel sinus: quæ tamen relinquunt, qui eam terream faciunt: sed summo scilicet eius gibbo incumbentem. Atqui sit hoc, si cōsistere debet, absurdum: &, si oculis nostris credimus in pleniluniis, fieri nequeat. Neq; enim ditimi atrum & opacum oportebat, sed dilabi ex oculis atq; occultari aut collucere, cum occupatur à sole luna. Etenim aer, qui apud nos in imis locis & recessibus est terræ, quo non pertinent radii solares, opacus & tenebrosus manet. Ille, qui terræ corio circumfusus est, luce præditus est & colore rutilante. Prompte namq; cum omnem proprietatem & potentiam, vt est spongiosus, admittit: tum luce, si eam tantum attigerit, vt dicitur, & leuiter strinxerit, vniuersus varians illuminatur. Idem hoc illorum quoq;, qui in profunda & caua lunæ aerem cogunt, videtur sententiam fulcire: ac vos, qui ex aere & igne haud scio quo pacto miscetis & coagmentatis eius globum, refutar. Neq; enim fieri potest, vt superfit in fastigio eius vmbra, quando luce sua collustrat sol vniuersam lunæ partem illam, quam acie nostra desecamus. Nondum finieram sermonem, cum Pharnaces: Hoc illud, inquit, vulgatum iterum ad nos reuolutum est ex Academia: vt oppugnandis immorantes aliis semper non permittant discussioni ea, quæ ipsi adferunt: sed si interpellent, ita admittendi sint, vt purgent se, non vt infectentur. Me certe vt causam dicam eorum, quæ Stoicis obiicitis, non compelletis prius, quam ad calculos reuocauero vos, qui summa mundi ad ima redigitis. Tum Lucius arridens: Heus tu, inquit, noli impietatis nos arcessere sicut Aristarchus putauit impietatis iudicio prouocandum à Græcis Samium Cleanthem: qui mundi fundamenta mouerer, quod dum tueri laborat, ea quæ comparent in cœlo, id ponat cōsistere, ac terram circulo obliquo torqueri simul circa axem suum volutatam. Nos itaq; pro nobis ipsi dicimus. Qui vero mi Pharnace lunam esse statuunt terram, cur potius summa imis permutant, quam vos, qui sublimem in aere locatis terram, quæ luna lōge amplior est: vt in eclipticis lunæ laboribus mathematici & in traiectionibus per vmbram obstructionis magnitudinem dimetiuntur. Siquidem vmbra terræ quam sit ipsa minorā maiore illuminante protenditur: ac ne Homerum quidem fefellit terminum vmbræ superiorem tenuem esse & angustum: noctem vero θοὴν, id est, acutum ab vmbræ acumine appellauit. Ab hoc tamen defectionibus laborans luna triplici magnitudinis suæ spacio vix tandem expedit se. Vide igitur quorupla tellus lunæ sit: si vmbram mittit, qua ea est angustissima, lunæ triplam: attamen luna, ne cadat, veremini. Nam de terra Æschylus fortasse vobis persuasit, quod Atlas

Stat pila telluris torquens & ætheris
Humeris onus suis fulcita pergraue.

Si lunæ leuis aer, qui magnæ moli non sit ferendæ par, suffunditur: terram authore Pindaro columnæ sustinent adamantinæ. Quapropter Pharnaces ipse non casuram terram securus est. Miseret autem eum subiectorum lunæ traiectioni Æthiopum & Taprobanorum, ne pondus eos tantum obruat. Et quidem lunæ, ne ruat, motus suus atque conuersionis subuenit incitatio: quomodo quæ fundis sunt imposita, volutatione gyrata prohibentur defluere. Rapit enim quodque natiuus incitus, ni à re quapiam retorqueatur alia. Quocirca non trahit libramentum, cuius momentum à vertigine elidirur, lunam. Cæterum demirari æquius fortitan sit, quod ea prorsus sicut terra inflexibilis consistit. Nunc luna, multæ sunt causæ, cur huc non

 delaba-

delabatur. terram autem alterius exortem impulsus solo par erat prægrauante pondere *stare. Est vero hæc quam luna grauior, non tantum quo est maior: verum longe magis, quod ex calore luna & adustione volucris sit reddita. Breui apparet ex dictis tuis, lunam magis, si ignis sit, terra indigere materiaq; qua fulciatur, cui adhæreseat, atq; in qua conseruet & vegetet vim suam. Neque enim ignem est animo concipere absque fomite stante incolumem. At tellurem contenditis vos citra fulcimentum & radicem firmam manere. Certè, inquit Pharnaces, quando suam & natiuam tenet sedem, ceu ipsum vmbelicum. Hæc est enim circa quam omnia pondera momento suo gradum sustinent, & quo vergunt nutantque vndique. Enimuero regio superna omnis, etiam si acceperit terreum quid, quod vi in sublime tortum sit, id huc expellit confestim: imo dimittit, quo natiuo & suo ipsius nutu delabitur. Ad id ego, quia spacium dari Lucio cogitandi volebam, Theone appellato: Quisnam Theon, inquam, ait tragicorum: quod medici

Amaram amaris bilem purgent pharmacis.

Cum respondisset Theon: Sophocles. Id quidem, inquam permittamus necesse est illis. Philosophos vero quis audiat, si admirabilibus opugnare velint: & quando contendunt cum insuitatis dogmatibus, absurdiora & incredibiliora comminiscantur; sicuti hi momentum ad medium inuehunt, cui quid non inest stupendi? nonne terram globum esse, quæ tam multis est speeubus, montibus, & asperitatibus distincta? nonne antipodas habitare, qui vt teredines & feles conuersis sursum imis partibus terræ adhæreant? Nos ipsos non directo ingredientes, sed obliquos insistere atque ebriorum more nutare? nonne ferreas mille talentorum massas per altum terræ delatas, postquam ad vmbelicum peruenerunt: nulla re occurrente vel fulciente sisti? Quod si rei demissæ impetu medium superauerint, mox reuocati retro, atq; inde resilire. Nonne trabium segmenta ex vtraq; parte non ferri perpetuo deorsum, sed extra incidentia in terram impelli æqualiter atq; in meditullio recondi? Nonne fluxionem torrẽtem aquæ decurrentem, si medium attigerit signum, quod isti incorporeum dicunt, insistere ac circumfluere in orbem circa polum libramento suspensum perenni & irrequieto? Nemo enim adegerit seipsum, vt vel falso quædam horum euenire posse substituat animo. Hoc est enim summa ima fingere, omniaq; inuersa, vt quæ sint vsq; ad medium infra, & contra, quæ infra, intelligantur supra esse. Quare si quis naturali cum terra consensione meditullio eius occupato insistat vmbelico eius: idem hic simul & caput habiturus sit infra, & pedes supra, & si perfodiatur locus vlterior, pars eius existens vltra medium omnino supra foret, ac deorsum superne traheretur, qui effoderetur. Quod si iam huic quis aduersa vrgere vestigia fingatur, eueniet, vt vtriusq; pedes supra sint & esse dicantur. Huiusmodi tamen tot monstrosorum dictorum cũ non manticam hercle sed præstigiatoris cuiuspiam sarcinam & fartaginem partim dorso baiulent, partim protrahant: alios tamen aiũt lunam, cum terra sit sursum promouere, aliudq; quam media locare sede. Quamuis si omne corpus ponderosum eodem inclinat se atq; ad medium sui omnibus partibus suis hinc inde vergit, non magis, quia gremium terra vniuersitatis est, quã quod totum, vendicabit vt partes sui corpora grauia. Ac deorsum vergentium conglobatio argumentum erit, non quod terra medium mundi locum sit sortita, sed communionis cum terra & cognationis partibus ab ea reuulsis eademq; repetentibus. Nam vt sol partes, ex quibus est conflatus, in se conuertit, item lapidem terrã sicut cognatum, & qui propinquitate se contingat, excipit & fert: Hinc spacio vnitur ei quodq; eius generis coalescitq;. Sin est corpus aliquod quod telluri à primo non est contributum, neq; ab ea abruptum, sed alicubi seorsum peculiarem accepit cõstitutionem & indolem, cuius generis illi lunam esse fatebuntur, quid causæ est, quin abstractum sit & maneat apud se suis astrictum & alligatum partibus. Nam nec terra meditullium esse ostẽditur vniuersitatis, vt conglobatio corporum, quæ hic sunt, & concretio cum terra subiicit rationem: qua ea, quæ ad lunam sunt contracta, illic hærere queant. Qui vero terrena & ponderosa vnam in regionem cuncta cogit, portionesque efficit corporis vnius: haud video, cur minus vicissim eandem necessitatem leuibus tribuat: sed discretos esse sinat tot ignis globos interque se disiunctos, nec eodem stellas vniuersas decurians vnum existimet & commune corpus esse surgentium in sublime & flammantium omnium oportere. At solem inquam, optime Apollonide infinitis stadiorum millibus dicitis à summa cœli vertigine abesse, inde Veneris stellam, tum illam Mercurii, reliquasque vagas atque easdem citra affixas demissas atque grandibus inter se diuulsas interuallis versari: Grauibus vero & terreis nullum arbitramini in se orbem attribuere spacium laxum & intercapedinem. Reputate, quam sit ioculare, si lunam quia ab ima regione abscessit, esse negabimus terram, & sidus esse contendemus, cum abductam ab suprema conuersione tot stadiorum millibus cernatis, quasi in voragine profunda demersam. Ac sideribus quidem tanto est demissior interuallo, quantũ exprimat

nemo,

nemo,sed deficimini vos mathematici in subducenda ratione numero. Terram autem quodam modo contingit,lustransq; cursum suum prope tanquam currus vestigia ducens euoluit, vt ait Empedocles,terræ circum iuga summa. Neq; enim vmbram eius superat,cum frequenter paululum sustollitur:quod sol, qui eam illustrat, ingens sit. Verum ita videtur in corio ac propemodum in terrę vlnis circumuehi,vt ea obstruat lunæ solis radiis: dum opacam hanc terrestremq; & obscuram non superat regionem,quæ terræ sors est. Quare dicendum est audacter in telluris finibus lunam esse ab summis eius iugis obnubilatam. Considera autem cæteris præteritis inerrantibus & errantibus stellis,quæ ob oculos Aristarchus ponit in libro de magnitudinibus & interuallis,diuortium solis quam lunæ,quo recedit à nobis,plus octodecuplo sed vigecuplo minus esse. Atqui Lunam qui quam longissime in editum attollit, abesse dicit eam à nobis quinquagesecuplum,quam terræ punctum: quod est 40000. millium stadiorum: at eorum, qui medium modum ineunt calculo atque subducunt ab ea rationem, recedit à luna sol amplius quadringenties ter centenis millibus stadiorum. Adeo ab sole ponderis causa diuulsa est,atque vicina terræ.Itaque si locis essentiæ sunt dirimendæ, telluris sors & regio lunam asserit,quæ negociis & corporibus est terreni, propinquitatis & vicinitatis iure obnoxia. Hic nihil meo iudicio offendimus, si, cum sublimibus, vt appellant, tantam altitudinem & laxitatem largiamur, relinquamus etiam loco infero curriculum & campum, quantus à terra ad lunam est.Neque enim qui summum cœli fastigium solum supera, & reliqua nuncupat cuncta infera, æquus est: neque qui terra vel potius puncto eius inferum circumscribit,ferendus: cum hac parte mundi magnitudo interuallum & laxamentum conueniens admittat. Illi autem, qui asserit,quicquid excedit terram, id continuo esse omne superum & sublime, statim obstrepit è diuerso alius, inferum esse, quod gyro inerranti subiacet. Breui,qui dicitur, & cuius terra media est? Siquidem est vniuersitas infinita:Infinito autem, quod nec caput habet nec calcem,nec vmbelicum conuenit habere. Est vero aliquis terminus medium. Atqui terminorum, infinitas orbitas est. Enimuero qui non vniuersitatis sed mundi terram esse mediam astruit, is homo suauis est si non mundum quoque ipsum iisdem in difficultatibus hærere existimet. Quippe vniuersitas ne huic quidem medium reliquum fecit;sed is sine lare & sine pedibus in immenso inani voluitur nullam ad propriam regionem: verum si causam aliquam nactus hærendi substiterit,ea certe non est ex loci natura. Perinde coniicere de luna licet:vt alii cuipiam animo & naturæ potius illæ assignandæ sint cum terra diuersitates:quod hæc quiescat hic,illa etiam vertatur. Adhæc quid si res eos fefellit non mediocris. Si namque quantumcunque & quicquid extra punctum est terræ, id supera est, nulla est pars infera mundi: sed supra est & ipsa terra,& quicquid est in terra,omne denique corpus: quod cingitur & circumfusus est punctus,supra est. Infra est vnum modo incorporeum illud signum, quod vniuersæ mundi naturæ obiaceat necesse est. Siquidem infra & supra naturaliter inter se sunt pugnantia.Neq; hoc tantum absurdum,verum etiam causam pondera,cur huc deorsum tendant & ferantur,perimunt.Quandoquidem corpus nullum infra est,quo pellantur. Nam incorporeum illum punctum neque verisimile est,neque illi concedunt ea præditum potentia esse,omnia vt deuocet ad se,atque apud se contineat:attamen absonum esse inuenitur,& rebus ipsis repugnare,superum vniuersum mundum esse, nec quicquam inferum, nisi punctum corporis expertem & indiuiduum. Illud vero est consentaneum,quod nos dicimus,supero & infero amplam & spaciosam regionem determinatam esse. Verum enimuero fac, si libet, motus esse in cœlo contra naturam corporibus terreis:ac submisse, non tragice, sed placide reputemus,eo non probari lunam terram non esse,sed terram loco esse à natura sua alieno. Quando etiam Ætnæus ignis sub terra contra ingenium suum est attamen est ignis: & spiritus vtribus inclusus,est quidem leuis & ardua petit,sed in abhorrentem à natura sua redactus est locum. Cedo ipse animus,inquam,nonne corpori est cõtra naturam illigatus,lento celer,gelido igneus, vti vos perhibetis,& visum effugiens sensibus subiecto? Num ideo in corpore animum inesse,aut illum rem diuinam præ pondere & tumore, totum cœlum, tellurem, & mare ibidem peruagantẽ, diremptumque carnem,neruos,medullas subire, affectibusque sexcentis cum humore repleri inficias ibimus? Iam Iupiter hic nonne nobis natura vtens sua inest ingens ignis & continuus, ac nunc remittitur,inflectitur,& omnem induit formam,& mutationibus subiicitur. Quare etiam atque etiam considera,ne traiiciendo & abducendo,ad locum singula natiuum dissipationem aliquam mundi philosophere,litemque & contentionem rebus accersas Empedocleam: Imo priscos excites Titanas aduersus naturam & Gigantes,fabulosamq; illam & horrendã cõfusionem & commixtionem rerum aspicere elabores,vbi seorsum est,quicquid est graue,seorsum etiam quod leue:

Phœbi vbi terrorem minime frons splendida terræ,
Nec genus hirsutum effundit,tumida aut maris vnda.

vt est

vt est apud Empedoclem. Non terra teporis, non autæ erat particeps aqua, non supra quicquid ponderosum non infra quicquam leue: verum indilura, auersa à se mutuo, & solitaria vniuersitatis semina alterius cum altero non admittentia temperationem neque communionem, sed refugientia auersantiaque, & motu impulsa peculiari & præfracto habebant ita se, vt se habet vniuersitas, à qua abest deus iuxta Platonem, id est, vt se habent corpora mente & animo destituta: vsque dum in naturam venit ex prouidentia desiderium infusa amicitia, Venere, & Cupidine: vt Empedocles, Parmenides, & Hesiodus aiunt: quo locorum permutatione & dotium mutua communicatione facta, alia motus necessitatibus, alia quietis illigata & adacta ad conditionem meliorem ex naturali sua concedere & transmeare in concentum & consociationem coirent. Nam si nec vlla pars mundi alia præter naturam esset comparata, sed singulæ loco 10 positæ natiuo, neque traiici vel traduci quærerent vel ab exordio quæsierint: hæream, quæ partes sint prouidentiæ, aut eccuius conditor & pater, opifex Iupiter ille optimus artifex. Neque enim in exercitu opus sit ordinum ductoribus, si quisque miles ordinem, locum & tempus, vbi capiendum & tenendum sit, sciret: neque hortulanis, neq; architectis: si ipsa esset aqua ita facta, vt vltro superfunderet se sitientibus & irrigaret ea affluens: & lateres, tigna, & lapides spontenaturalibus conuersionibus & nutibus vtentia congruam accipere compaginem & sedem possent occupare. Quæ ratio si manifeste prouidentiam tollit, ad deum autem rerum digestio atque distinctio pertinet: quid habet miri ad eum modum descriptam & compositam naturam esse, hic vt ignis, illic sidera: hic tursus terra, in edito locata sit luna firmiore rationis quam naturæ astricta vinculo. Quando si cuncta momentis naturalibus suis vtantur oportet & voluantur, sicut eis est natura comparatum: nec sol iam in orbem rotetur, nec Venus, nec reliquarum 20 stellarum vlla. Sursum enim non in gyrum vt cieantur, leuium & igneorum natura fert. Quod si tale volumen à loco mutuata est natura, noster vt supera petat agitatus ignis: vbi vero in cœlum euasit, vt vnà cum mundi vertigine versetur: quid habet monstri, si grauibus quoq; & terrenis, quando extra locum suum posita sunt, perinde vsu venit, vt in aliam motionis formam à continente ea abripiantur. Nam si est mundo ingenitum, vt leuibus subuectionem in sublime extorqueat: non tamen ideo minus grauia & deorsum nutantia valet retinere: sed vi diuina, qua illa, eadem hæc transformauit eorum indolem, & applicuit ad melius. Verum enimuero si omissis motibus coactis atq; extraneis opinionibus nunc intrepide sententia nostra est expromenda: nullam apparet totius portionem ipsam per se, ordinem, vel sedem vel motum obtinere peculiarem, quam appellare secundum naturam possis: sed cum vnaquæq; cuius gratia est nata, & 30 quo destinata & condita, huic accommodet, & ad huius vsum conciliet motum, labores, & affectiones suas: vt illi ad incolumitatem vel decorem vel potentiam est conueniens, tunc genitiuam tenere videtur regionem, impulsum, & tenorem. Siquidem homo, qui si vlla res alia, maxime secundum naturam factus est, in vertice ponderosa & terrena præcipue circa caput habet, in meditullio calida & ignea. Dentes partim superne, inferne partim inserti sunt: neutri tamen contra naturam habent. Neq; si ignis, qui supra ex oculis micat, secundum naturam est: ille, qui in ventre & corde versatur, sit contra naturam: sed est vnumquodque proprie & vtiliter collocatum. Iam muricum, testudinum & ostreorum omnium naturam, vt ait Empedocles, si contemplere: 40

Hic corio in summo terram videas habitare.

nec tamen opertimentum lapideum eorum corpus pressat vel stringit: neque inuicem calor ex leuitate sua in regionem superiorem auolat: sed sunt iuxta cuiusque naturam inter se temperata & coagmentata. Pari modo mundum consentaneum est comparatum esse, si animans quidem est, multis locis vt terram habeat, multis ignem, aquam spiritum, nō necessitate compressum, sed ratione descriptum. Neque enim est oculus hac corporis parte ex leuitate expressus, neq; cor libramento labascens in pectus cecidit: sed quod ex re esset ita vtrumque digeri. Cur igitur ex mundi partibus vel tellurem hic iacere præ grauitate collapsam, vel solem putemus, vt Metrodorus opinabatur Chius, in plagam sublimem vteris modo ex leuitate elisum, vel stellas alias quasi in bilancis momento nutantes eo loci, vbi sunt, euasisse? Imo ratione imperante 50 earum aliæ sicut oculi lucentes vniuersitatis faciei illigatæ orbem lustrant suum. Sol vi præditus cordis sicut sanguinem & spiritum dispertit & diffundit ex se calorem & lucem. Tellure & æquore secundum naturam mundus vt ventre & vesica animal vtitur. Luna inter solem & terram vt inter cor & ventrem iecur vel aliud molle viscus interiecta teporem superne huc transmittit, & respirationes hinc ex coctione aliqua & purgatione attenuans circa se diffundit. An vero portio eius terrena & firma vsum aliquem præstet, id latet nos. Omni certe in re id, quod præstantius est, coacto dominatur. Quid enim ex his, quæ autumant illi, ita colligamus verisimile. Iactant enim ætheris radiantem & subtilem portionem ob raritatem cœlum factum esse: spissam & astrictam, sidera. Horum maxime segne & turbulentissimum esse lunam. At

lunam

lunam tamen ab æthere haud cernas abstractam, verum ingenti etiam copia eius circumfusam, quæ magnam quoq; subter se vim habeat ventorum, ibidem & cometas volutari. Ita non momentis ponderis & leuitatis librata singula corpora sunt, sed alia descripta ratione. His absolutis cum sermonis vices Lucio traderem, ac dogma hoc ad demonstrationes pergeret, arridens Aristoteles: Tu quidem, infit, omnem pugnam instituisti cōtra illos, qui lunam ponūt semiflāmam esse, & promiscue corpora parrim sursum, partim deorsum sua spōte afferūt repere. Quod si est, in orbem qui dicat cieri secundum naturam sidera, multumq; diuersa esse à quatuor principiis naturæ, id ne fortuito quidem nobis in mentem venit: Quare non est, quod mihi quisquā negocium facessat & molestus sit. Tum Lucius: Reliqua, inquit, mi Aristotele sidera fortassis
10 totumq; cœlum in naturam aliquam limpidam & liquidam omnisq; laborum vicissitudinis exortem ponentibus vobis, atq; in orbem pellentibus, vnde etiam gyrum nacta sunt interminatum, nullus hoc quidem loco repugnauerit: tametsi sexcenti hic existunt scrupuli. Cæterum quando præcipitans sol attigit lunam non vltra eam sartam tectam tuetur, neq; illius elegantiam corporis. Verum vt alias enormitates & disparitates missas faciamus: facies hæc, quæ comparet nobis, affectu aliquo naturæ lunę vel permixtione extitit alterius. Afficitur autem aliquatenus etiam id, cui quid miscetur. Amittit enim, quando violenter suffusum est deteriorē, puritatem suam Eius vero lentitudinem & celeritatis tarditatem, calorisq; imbecillitatem & tenuitatem. Qua nigra, vt est apud Iouem, non coquitur vindemia, cui nam nisi eius infirmitati & affectui, si tamen æternum corpus & cœleste vllo tenetur, assignabimus ? In summa enim chare
20 Aristotele, si illa terra est, sane quam speciosa & augusta res conspicitur esse atq; ordinata: si sidus, vel lux vel corpus aliquod diuinum & æthereum, vereor, ne deformis fœdaq; sit, dehonesterq; pulchræ cognomen: si vna quidem superest, quæ ex corporibus cœlestibus adeo numerosis lucis indiga sit alienæ, vt est apud Parmenidem:

Fulgida perpetuo respectans lumina solis.

At familiaris quidem noster in schola, cum hoc Anaxagoreum demonstraret, solem lunæ fulgorem accommodare, commendatus fuit. Ego vero, quæ à vobis vel vobiscum addidici, nō exequor: sed* vltro ad reliqua pergam. Collucere igitur lunam non vitri modo & glaciei sole illuminante & irradiante probabile est: sed nec collustratione & radiatione mutua vt faces augescenre lumine. Ita enim nihilo secius interluniis quam dimidia luna fuerit plenilunium nobis,
30 nisi contineat & obstructione repellat solis splendorem, sed ob fungositatem suam trāsmittat, vel per communionem illuceat coaccedatq; circa se lumen. Neq; enim queas eius defluxiones vel auersiones, sicut cum diuidua est, aut cauat cornua sua, aut est falcata, causari in coitu: sed ad perpendiculum, inquit Democritus, sub illuminante posita suscipit & admittit solem: vt & hanc apparere probabile esset & per eam translucere illum. Ea autem tantū abest, vt hoc faciat, vt & ipsa obscura tunc sit, & illum occultet, eiusq; obstruat luminibus subinde, & summoueat radios, vt ait Empedocles:

* Alii, *ea pro confessis habens.*

Desuper auertit solis radios, tegit atq;
Telluris tantum, quantum luna spacium extat:

quasi in noctem & tenebras non in sidus aliud lux incidisset. Quod vero refert Posidonius, ob
40 lunæ altitudinem non penetrare per eam ad nos solis lumen, aperte conuincitur. Quippe cum aër immensus sit, profunditatemque multis modis habeat quam luna ampliorem, illus tamen collustratur & micat radiis. Relinquitur igitur illud Empedoclis repulsu quodam radiorum solarium ad lunam existere eam, quę hic ab illa redditur, lucem. Hinc fit, vt nec calida nec frigida perueniat ad nos: quod oporteret, si accensio & mixtio luminum fieret: sed sicut voces regestæ magis fuscum reddunt sonum loquentis, ictusq; dissultantium telorum accidunt mollius: ita solis radius latum lunæ orbem feriens debilis ad nos & exilis refluit vi eius repercussu resoluta. Tum Sylla: Habent hæc sane, inquit, probabilitatem aliquam. Cæterum quod validissimum est ex iis, quæ ex aduerso occurrunt, est ne id aliquo modo mitigatum : an vero familiarem nostrum præteriit? Quidnam illud est, inquit Lucius: An qui nodus est in dimidia luna ? Id ipsum,
50 Sylla infit. Nam non caret ratione: quod, si omnis paribus angulis fiat repercussus, quando luna intermestris medium tenet cœlum, non feratur ab ea in terram lumen, sed vltra eam dissultet. Quippe sol, quando finientem, quem vocant horizontem Græci, tenet, attingit radio lunam. Ita in portiones fractus ęquales in alterum terminum excidet, neque hunc splendorem mittet, alioqui distortio ingens & variatio consequetur anguli: quod fieri nō potest. Imo hercle inquit Lucius, etiam hoc expositum est, coniectisque in differendo oculis in mathematicum Menelaum: Equidem erubesco, inquit, te mi Menelae præsente thesim euertere mathematicā, quæ fundamenti vice quæstionibus est specularibus subiecta. At hoc necessarium est, inquit: quod neque per se appareat, neque in confesso sit omnem ad angulos æquales repercussum tendere, sed refellitur id in speculis tepandis. Quoniam simulachra ad vnum aspectus signum

semel-

semetipsis grandiora repræsentant. In speculis item duplicibus reuincitur, quod quando inclinata in se mutuo sunt, constituto intus angulo geminas vtraq; planicies imagines reddat, quaternasq; effigies ab vna efficiat facie, binas, quæ ex aduerso exterioribus sinistris respondent, binas à dextra patêtes obscuras in speculorum alto. Idem in speculis concauis euertitur, in quib. variant alternantq; aspectus. Quæ cur fiant, Plato causam edit. Hic ostendit, vbi speculum hinc inde sese attollit, vertere aspectus resultum ab vno latere in alterum transilientem. Itaq; si aspectus alii confestim ad nos reciprocant, alii in speculorum partes alias dilabentes, inde rursus ad nos remigrant: nullo modo valeant in paribus angulis omnes fieri resultus. Quare pedem côferentes ipsis, quæ à luna in terram feruntur, fluxionibus angulorum æqualitatem subuertere intendunt, quod longe esse eximant quam illud probabilius. Cæterum si hoc charissimæ geometriæ donandum & concedendum est: primum id speculis est accidere verisimile exquisite politis. At multas luna salebras & asperdines habet, vt radii à vasto solis corpore applicantes altitudinib. non contemnendis, quæ lumina regerunt & transmittunt à se mutuo recepta, omnifariam refringantur, & implicentur: ipsaq; luminis resultum sicut à multis delatum ad nos speculis, secum committat. Deinde vt ad lunam ipsam fieri repercussus paribus angulis demus: nihil prohibet, quin tanto delati spacio radii reflexus habeant & offensiones, vt inde lux confundatur & fulgeat. Sunt qui demonstrent ductis lineis, lumina ab ea in terram ad lineam sub inclinatã protensam proiici. Verum ei inter differendum adornare diagramma idq; ad vulgus non licebat. Demiror, inquit, quemadmodum dimidiam lunam in nos concitent, cum côueniat cum curuata in cornua & falcata. Nam si lunæ corpus, quod illustrat sol, ęthereũ esset vel igneũ, non relinqueret dimidium eius globum perpetuo vmbrosum pro sensu nostro & opacũ. Sed etsi paulum modo lustrans eam attingeret: consentaneum foret, vt luce quoquouersus ꝑpter celeritatem suam progrediente tota colluceret atq; in totum variaret. Cum enim vinum, quod aquam in alto tangit, & sanguinis gutta in liquorem cadentis inficere totum solet & puniceum reddere: ipsum autem dicunt aera non effluuiis neque radiis mixtis, sed conuersione & mutatione per punctum à luce versari: quomodo sidus, quando attigit sidus & lucem cum lucẽ, non misceri neq; confusionem omni ex parte & vicissitudinem arbitrantur efficere, sed illa collustrare modo, quæ attingit in cute. Quem enim sol anfractum in circulando ait contorquetq; ad lunam, qui modo in finientem partis lunæ aspectabilis & non aspectabilis incurrit modo assurgit ad rectos angulos, vt & illã secet ab illaq; secetur aliis inclinationibus & tenoribus lucidi ad opacum, ac curuatas in cornua & falcatas in ea edit figuras: hi, inquã, circuli præ cæteris non commixtionem, sed appulsum: neq; collucentiam, sed collustrationem esse eius illuminationem ostendunt. Quia vero non ipsa tantum illustratur, verum etiam huc simulachrum remittit fulgoris sui: id etiam maiorem facultatem præstat cardinem causæ ponẽdi in ratione, quam de eius essentia tradidimus. Quippe repercussus ad rem nullam fiunt spongiosam vel subtilem: neq; est lucem à luce vel ignem ab igne dissilientem mente concipere expeditum: sed sit oportet id, quod resultum & repulsum effecturũ est solidum & spissum, vt pulsus ei inferatur resultetque ab eo. Siquidem ipsum quidem transmittit aer solem non refringendo neq; renitendo: cęterũ à lignis, à lapidibus, & vestibus luci expositis crebros luminis repulsus & illustrationes edit. Perinde terram cernimus à sole collucentem. Neq; enim in altum sicut aqua neq; omni ex parte sicut aer transmittit iubar: sed qualis lunam cingit spira eius, quantamque illius portionem præcidit: talis altera ambit tellurem: quæ tantam eius partem illustrat, & relinquit luce cassum tantundem. Quandoquidem vtriusque pars, quæ radiis accenditur, paulo videtur hemisphærio maior. Concedite agitedum mihi, vt geometrice dicam ex conuenientia. Si, cum tria sint, ad quæ appellit à sole lux, terra, luna, aer: videmus lunam non vt aerem potius, quam vt terram illustrari: eiusdem sint ne necesse est naturæ quibus est eodem modo ab eodem affici naturale. Hic cum omnes Lucium collaudarent: Probe sane, inquam, quod egregiæ disputationi egregiam attexueris comparationem. Neq; enim tuis defraudandus ornamentis es. Tum ille arridens. Ergo, inquit, iterum est vsurpanda conuenientia: vt non ex eo tantum, quod eodem modo ab eodem afficiantur: verum etiam ex eo, quod idem quoq; eadem agant: demonstremus affinitatem cum terra lunæ intercedere. Ac nihil eorum, quæ soli accidunt, perinde germanum esse alteri, vt solis defectionem eius obitui: id concedite mihi proximæ huius côiunctionis memores, quæ frequentia sidera passim per cœlum statim ex meridie exorsa aperuit, temperauitque aerem æque ac crepusculum solet. Quod si nolueritis, Theon vobis hic Mimnermum, Cydiam, & Archilochum adducet, ad hæc Stesichorum & Pindarum: qui in defectibus clarissimum sidus deflent conditum, ac meridie simul noctem factam, radiumque solis tenebrarum inire semitam prædicant: postremo Homerum, qui nocte & caligine ea mortalium incunabula obsideri prędicat, ac solem è cœlo apud lunam perisse. Quod quidem fieri natura comparatum est, vt eius verbis vtar:

Hic

Hic cum desierit mensis, cum & ceperit ille.

Reliqua subriliratibus mathematicis existimo ad claram & certam rationem peracta esse, noctem terræ vmbram esse, ac Solis defectionem vmbram lunæ, quando in eam est aspectus coniectus. Nam quando subit sub terram, à terra cum deficit, à luna aspectui nostro obstruitur & conditur. Est autem vtrumque occæcatio: verum occidua fit, cum terra: ecliprica, cum luna vmbra sua aspectum nostrum occupat. Hinc casus, de quo quærimus, perspectu expedirus est. Nam si par est labor, paria sunt eius efficientia. Siquidem eidem eadem inferantur necesse est ab iisdem. Quod vero non perinde in defectibus est caligo profunda, neque iuxta ac nox aerâ
10 premit, non est mirum. Natura enim eadem est eius, quod noctem producit & defectum, corporis: magnitudo non par. Sed Ægyptii, si recte memini, autumant lunam partem terræ septuagesimam alteram æquare, partem Anaxagoras Peloponneso. Aristarchus lunæ diametrû ea esse ostendit proportione, quæ minor sit quam sexaginta cum decem & nouem comparata, maior fere quam centum & octo cum quadraginta tribus. Quocirca magnitudine sua adimit in totum terra aspectui nostro Solem, Quippe est inumbratio ingens, arque ipsum noctis tempus occupat. Luna vero, vt totum aliquando inopacet solem, non est diuturna neque diffusa, defectio tamen solis, sed circum gyrum fulgoris aliquid elucet, qui obstat, quo minus profunda vmbra & immodica sit. Aristoteles ille vetus cauiam, cur frequentius deficere luna quam sol conspiciatur, præ cæteris hanc reddit: Solem, quando luna orbem eius subit, obscurari: lunam
20 vbi aut terrâ subit aut, à sole premitur. Ita definiit Posidonius. Huius defectionis labor, solis est coitus & lunæ, cuius vmbra aciei nostræ incidens producit defectionem. Etenim sol occultatur solis illis quorum oculos vmbra lunæ occupans solis luminibus obstruit. Qui cum vmbram fateatur lunæ ad nos ferri, haud scio, quam sibi allegationem reliquam fecerit. Vmbram certe non potest fieri vt sidus iaculetur. Nam quod lumine cassum est, id vmbra dicitur. Lumen autem non reddit vmbram, sed eam naturaliter tollit. At quid de hinc argumenti, inquit, adductum est? Tum ego: Eundem, inquam, patitur luna defectum. Probe, inquit, submonuisti. Cæterum vtrum quasi fingatis vos & statuatis lunam, quod ab vmbra occupetur, deficere, conuertam me ad disputationem: an vero vultis, vt declamationem instituamus vobis & demonstrationem singulis argumentis recensitis? Nempe in his, inquit Theon, iactato te. Equidem suada aliqua indigeo: vt qui hactenus solum audierim, quando tria hæc corpora, terra, sol, luna
30 vnam ad rectam lineam diriguntur, defectiones oriri. Nam terra lunam, vel vice versa luna terram spoliat sole. Siquidem deficit hic, quando luna: Luna, quando terra intercurrit, deficit: horum fit hoc dimidiû luna, illud in coitu. Tum Lucius: Hæc fere, inquit, præcipua capita sunt eorum, quæ telata fuerunt. Cæterum ante omnia tracta, nisi molestum est, ductum ab vmbræ figura argumentum. Est enim eius figura meta: vtpote quæ ingenti igne vel lumine globoso minus, globosum tamen complectitur corpus. Hinc in lunæ defectibus à splendentibus nigricantia circumscriptionibus distinguuntur orbiculatis. Siquidem quacunque parte rotundi corporis appulerint, siue qua id susceperit sectiones: siue qua effecerit, quia circumquaq; fundunt se propter similitudinem, fiunt circulares. Deinde arbitror scire te lunæ eas obscurari partes, quæ ad subsolanum spectant: Solis quæ ad occasum. Mouetur autem terræ vmbra ad hesperum
40 exortu, sol & luna contra ad orientem. Nam cum ea, quæ in cœlo conspiciuntur, hæc oculis subiiciunt, tum ex paucis addisci possunt. Hinc defectionis causa firmatur. Cum enim sol deficiat, quando occupatur: luna autem, quando defectus efficienti occurrit: verisimile, imo necessarium est solem à posteriore, lunam à parte anteriore deprehendi. Illinc enim incipit inumbrari, vnde ingruit id, quod inumbrat. Ingruit autem illi ab occidente luna, quæ ad illum contendit: Huic ille ab oriente vt in diuersum delabenti. Tertium, quod ex tempore & magnitudine lunæ defectionum dicitur. Quippe sublimis & longe à terra cum est euecta, non diu nitorem suum condit. Sin humilis fit demissa, quando ita laborat, magnopere deprimitur, & explicat se vmbra tarde. Quanquam, quando est humilis, ocyssimis, edita lentissimis cietur motibus. Cæterum tesider discriminis huius in vmbra causa. Nam cum in fundo instar metæ sit la-
50 rissima, & sensim in mucronem fastigio contrahatur, in terminum exit tenuem. Ita cum luna depressa incurrit, maximis orbibus ab seipsa cingitur, partemq; profundissimam penetrat & caliginosissimam. At quando sublimis est, sicut in lacuna ob spacii vmbrosi breuitatem oblita cito inde demigrat. Transeo ea, quæ separatim rationes habent peculiares. Cernimus enim ex loco ignem opaco collucere & refulgere excitatius: siue quod aer tenebrosus ob spissitudinem suam non recipiat diffluentem & diffusam, sed cohibeat eodem loco constringatq; ignis essentiam: siue quod hic labor sit sensus: vt sicut calida frigidis comparata calidiora, & voluptates doloribus flagrantiores: ita splendida appareant cum tenebrosis composita lucida: eum diuersis affectibus imaginationem ex aduerso intendût. Sed propius fidem prius est. Siquidem in sole natura ignea non solum fulgorem amittit, sed & cedendo obrorpescit & præstringitur. Quip-

pe discutit calor solis & diffundit eius vires. Si ergo ignem luna languidum obtineret & imbecillem vt sidus, sicut illi autumant, turbidum: nihil horum, quæ nunc cernimus, sed diuersa accidere ei omnia probabile esset: vt luceret, cum occultatur: & occultaretur, quãdo lucet: id est, occultaretur reliquo tempore tenebris æthere, qui est circumfusus, cam obruente: niteret autem & reluceret sexto mense, iterumque quinto, cum terræ vmbram subit. Nam ex CCCCLXV. ecliptieorum pleniluniorum orbibus quadringenti quatuor sexto, reliqui quinto fiunt mense. Oportebat igitur toties conspici in vmbra effulgentem lunam. Nunc vero in vmbra silet amittitque lumen: quod resumit, simul atque ex vmbra euasit. Apparet etiam subinde interdiu: vt quidlibet iam potius quam corpus igneum sit & sidereum. Ita fato Lucio procurrerunt vna impetum in dicta eius facturi Pharnaces & Apollonides. Mox Apollonide succũbente Pharnaces eo vel potissimum lunam demonstrari sidus vel ignem esse ostendit. Neq; enim prorsus in defectibus occultatur: sed præ se fert colorem quendam carbonis more rutilantem & horrendum, qui est peculiaris. Apollonides vero de vmbra repugnauit. Sic enim semper luce vacantem à physicis & mathematicis dixit appellari locum, neq; recipere cœlum vmbram. Ego vero hoc modo eos vocabulo demonstraui contentiose potius quam physice & mathematice rei obluctari & repugnare. Nam obstructum à terra locum si vocate recuses vmbram, sed viduam luce regionem: necesse est tamen, quando in eo versatur luna, vt hebetari concedas eam. Ac plane insulsum dixit esse terræ vmbram inficias ire illuc pertinere, vnde vmbra lunæ oculis occurrens delataque ad terram defectũ induxit solis. Iam ad te Pharnace me conuertam. Etenim prunæ similis ille & adustus color lunæ, quem esse eius ostendis natiuum, corporis est spissitudine & profunditate præditi. Quandoquidem nullæ reliquiæ, nullumq; vestigium vult flammæ in corporibus durare raris. Neque gignitur pruna, nisi corpus solidum in alto ignescat. Ac Solon sicut etiam Homerus ait:

Auolat at postquam flos ignis, flammaque cessat
Lignis in prunas stratis.

Nam pruna non ignis, sed corpus esse videtur ignitum affectumq; ab igne, qui solidæ radicem que habenti adhæret immoraturque moli. Flammæ vero rari sunt accensio & fluxiones alimẽti & materiæ, qui cito ex imbecillitate resoluitur. Ita argumentum terream esse & spissam lunam aliud adeo euidens sit nullum: si ceræ color eius proprius prunæ esset similis. Cæterum non est mi Pharnace. Siquidem multis modis colorem eam in defectibus dicunt mathematici variare: quem sic definite pro temporis & loci ratione distinguũt. Si ab occasu deficiat, repræsentat se mirum in modum atram vsque ad sesquiquartam horam. Si medio cœlo, tunc colorem hunc mittit puniceum igneumq; & flammeum. Hinc à septima hora & dimidia rubor existit. Ad aurotam deniq; quando occultat se, cœruleo tingitur & glauco, à quo sane potissimum Glaucopin eam poëtæ & Empedocles dicunt. Tot ergo colores cum lunam in vmbra videant induere, parum recte ad solum delabuntur carbonis modo rutilantem, quem lunæ dixeris alienissimum esse, potiusq; suffosionem & reliquias resplendentis per vmbram luminis: genuinum vero colorem eius atrum esse & terrestrem. Cum enim purpureis & puniceis lacubus & amnibus, qui solem recipiunt, opaci tractus vicini concolores fiant collustrenturq; repercussu multos & diuersos eiaculantes fulgores: quid habet miraculi, si fluxio copiosa vmbræ velut cœlesti incubans pelago, quæ nec stabilem nec quiescentem habet lucem, sed mille agitatã sideribus, mixturasque varias & vicissitudines admittentem alium alias colorem exprimat ex luna & hic reddat. Nam sidus vel ignis haudquaquam in vmbra videatur ater vel cœruleus. At montes, campi, & æquora multis à sole colorũ figuris distinguũtur ex vmbris & nebulis, quas tincturas medicamentis pictoriis temperatus splendor inducit. Ex his quæ maris sunt, molitus est aliquo modo Homerus exprimere, qui violaceum nuncupat & vini colorem imitans mare: item vndam purpuream, alias glaucum æquor, & albam tranquillitatem. Disparitates vero alias aliter elucentium in terra colorum, vt innumeras prætermisit. At lunæ haud est probabile maris modo vnam esse in summo speciem, sed assimilem huius indolem ei terræ, quã fabulatur Socrates ille vetus, siue hanc obscure innuit, siue aliam quampiam exposuit. Neque enim incredibile est vel mirabile, si luna, cum nihil corrupti in se, nihil cœnosi includat, sed lucem ex cœlo accipiat liquidam, calorisque non adurentis neque insanientis ignis, sed humifici: innocentis, & naturalis plena amœnitates locorum mirificas obtineat, montesque flammeos, cinctus purpureos aurum & argentum non in imo dispersa: sed in campis copiose enitentia vel æquabilibus montibus circumfusa. Quarum rerum si ad nos permanet per vmbram spectaculum, alia aliud vicissitudine & diuersitate quadam circumiecti aeris, præclaram dignitatem certe gloriæ & diuinitatem non proiicit luna: quando terra aliqua cœlestis & sacra ab hominibus æstimatur vel potius ignis turbidus, quod volunt Stoici, & fœculentus. Siquidẽ honores ignis apud Medos & Assyrios obtinet barbaricos: qui noxia præ bonis procurandi gratia colunt. Enimuero

Telluris

Telluris omnibus est Græcis venerabile nomen: quam ritu patrio vt alium aliquem deum veneramur. Longe vero abest, vt nos homines lunam, quæ terra est cœlestis, surdum, amens & expers arbitremur corpus eorum, quæ diis decet nos libare, quo de more ob collata beneficia remuneremus, atque ex naturæ præscripto, quod præcellentius est virtute & potentia, ac quod est honorabilius, reuereamur. Quare nihil offendere existimemus nos, si esse eā terrā statuerimus. Quod vero ad hanc eius faciem, quam videmus, attinet: sicut hæc nostra terra sinus habet luculentos: sic illam vastis apertam altitudinibus esse & hiaribus, quæ aquam vel aera tenebrosum contineant: intra quæ non demittitur neq; penetrat solis lux, sed expirat, diuulsumq; hic edit resultum: Tum Apollonides, Num nam quæso per ipsam, inquit, lunam posse fieri vobis
10 videtur, vt hiatuum vel specuum illæ vmbræ sint, atque illinc ad oculos nostros peruenient: an quod consequitur, reputatis? Tum ego: Quidnam, inquam, id est. Ibi ille: Et si non ignoretis, inquit, audiatis tamen. Diametres lunæ duodecim est digitorum, quando nobis per media interualla eius magnitudo apparet. Partes nigricantes & opacæ singulæ dimidio digito videntur ampliores: vt major sit quam diametri pars vigesima quarta. Iam si orbem ponamus lunæ stadiorum esse triginta millium, & diametrum pro hoc nostro instituto decem millium: haud sint minores quingentis stadiis partes eius singulæ vmbrosæ. Itaq; perpende primum, num fieri queat, adeo ingentes vt lunæ sint altitudines, atq; ideo ingentes salebræ, quæ tantam vmbram exciteent. Deinde qui fiat, vt tam magnæ à nobis non conspiciantur. Hic ego ei arridens: Præclare vero, inquam, tu Apollonide, tam egregium qui inuenisti argumentum: quo & me & te-
20 metipsum Aloadis illis ostendas esse grandiores: non quauis tamen diei hora, sed matutina potissimum & vespertina. Arbitrarisne vmbras nostras, quas reddit Sol immanes egregiam hanc sensui parare collectionem: vt si magnum est, quod obumbratur: immensum sit, quod obumbrat. Lemni nostrum neuter, sat scio, fuit: hunc tamen tritum versiculum sæpenumero audiuit vterque:

Athos bouis corpus velabit Lemnia.

Ingruit namque montis vmbra baculæ cuipiam æneæ, ac longitudinē producit trans mare septingentis stadiis non minorem: non quo corporis sit inumbrantis tanta altitudo, sed quia luminis interualla corporum vmbras intendunt. Age igitur solem considera interuallo à luna, quando plena est, atq; oris effigiem maxime reddit expressam vmbræ altitudine, maximo rece-
30 dere. Diuortium enim ipsum lucis grandem vmbram, nō magnitudo earum, quæ in luna sunt, inæqualitatem efficiunt. Nec vero solis collustrationes interdiu montium iuga conspici sinunt: cum tamen eorum loca profunda, caua, & vmbrosa procul se ostendant. Nihil ergo habet absurditatis, quod lunæ à sole perceptus splendor & collustratio ad vnguem non perspiciatur: commissiones autem cum splendidis vmbrosorum ob diuersitatem aciem nostram non fugiant. Cæterum illud citius, inquam, istum, quem dicunt à lunæ, resultum infirmare videtur: quod eueniat iis, qui in radiis consistunt tegestis, vt non modo corpus illustratum, verum etiam corpus cernant, quod illustrat. Nam quando resultante ab aqua ad parietem fulgore aspectus in loco, qui repercussu illustratur, fit: hæc lustrat tria, splendorem refractū, effectricem resultus aquam, & solem ipsum, à quo lux in aquam incursans est regesta. Quæ cum in confesso &
40 perspicua sint: iubent eis, qui repercussu terram à luna contendunt illuminari: vt repræsentaram noctu in luna solis imaginem ostendant, quomodo cernitur in aqua interdiu, quando sit ab eo repulsus. Quod quia non conspicitur, alia censent ratione non repercussu illuminationem eius fieri. Id si non fiat, nec lunam esse terram. Qui ergo eis cst, inquit, occurrendum Apollonides? Siquidem repercussus ratio communis etiam apud vos esse videtur. Sane aliquo modo, inquam, communis, alio non communis. Primum vide, quemadmodum similitudinem à currentibus sursum amnibus & vice versa retro sumant. Quippe in terra aqua est & in loco inferior, supra terram atque in sublimi luna. Vnde reflexi radii oppositas sibi angulorum figuras reddunt: vt alter supra ad lunam, alter infra ad terram verticem habeat. Ne igitur postulent, vt eandem speculum imaginem, vel ex quolibet interuallo similem efficiat resultum:
50 Pugnent enim cum euidentia. Erenim qui corpus non subtile neq; æquabile, vt est aqua, affirmant lunam esse, sed solidum & terrestre: non intelligo, quemadmodum solis imaginem in luna oculis nostris offerri postulent. Ne lac quidē eiusce modi imagines speculares reddit, neque ob partium inæqualitatem & scabritiem efficit visus repulsum. Nedum luna non valeat regerere à se aciem, vt planiora specula tegerunt. Et quidem vel hæc sane si crenula vel sordes vel agitatio occupauerit: signum illud, à quo visus repercussus figuram accipere solet, occœcatur conspiciturq; quidem, sed resultum non edit luminis. Qui vero postulat aciem nostram ad solem regeri, item postulet aciem nostram esse lumen, & hominem cœlum. Nam solis quidem ob incitatum fulgorem, quando lunæ applicat se, cum illisione repercussum fieri probabile est ad nos. At acies nostra, quæ imbecillis est exilisque, non est mirum si pulsum non edat resultan-

tem,neq; resultantis tenorem tueatur:sed infringatur fatisceatq; copia defecta luminis,quo minus in asperitatibus & inæqualitatibus disiiciatur. Ab aqua atque speculis aliis valens etiam nũ & exordio vicinus nihil obstat quin possit in oculum repercussus salire. Verum à luna vt fiant aliqui aciei lapsus,erunt tamen inualidi & exiles, atque ante ob intercapedinis longinquitatẽ expirabunt. Nam alioqui specula lacunata firmiorem efficiunt primo & antecedente regestum splendorem,vt identidem etiam flammas regerant: repanda & globosa,quod non omni ex parte renitantur,languidum & obscurum. Ac videtis profecto,si quãdo arcus duo cœlestes conspiciuntur nubem nube includente,obscuros edi & fuscos ab circumiiciente alterum colores. Etenim exterior nubes longius ab aspectu nostro remota non validum neq; firmum reflexum reddit. Quid multis? Quando enim solis lux ab luna regesta ardorem abiicit omnem, iubaris autem eius tenues ægre pertinent ad nos atque tantulæ reliquiæ: nũ visus nostri parem circum vel reciprocans stadium decurrentis portio valet quantulauis à luna ad solem aspirare. Equidem id non existimo. Sed & vos, inquam,id perpendite:num acies iuxta ab aqua atque à luna afficiatur: Vt plena luna terræ,stirpium,hominum,& siderũ repræsentet imagines,quales alia specula reddunt. Quod si acies nostra ad hanc ob eius infirmitatem vel asperitatem lunæ non reflectitur,nec ad solem postulemus. Ac nos quidem,quæ memoria non effluxerunt,retulimus. Nunc tempus est,Syllam vt rogemus vel potius exigamus narrationem illam,vt qui certa lege fuerit ad audiendum admissus. Itaque nisi aliud videtur,sistamus deambulationem, cõsidentesque in subselliis sedentariam ei faciamus audientiam. Quod vbi placuit,ac nos consedimus,Theon: Ego vero Lampria,inquit,vestrum concedo nemini,qui magis,quæ dicenda sunt audire aueat. Cæterum prius libenter audierim de illis,qui incolere in luna feruntur: non an insideant eam aliqui, sed an fieri possit,vt insideant. Quando si non potest non est lunam terram esse rationi consonum. Quippe videbitur nulla de re,sed incassum creata esse: quæ neque mortalibus vllis præbeat sedes vel natales vel victum: quorum gratia hanc quoque genitã esse dicimus iuxta Platonẽ altricem nostram,dieiq; ac noctis sedulam custodem & opificem. Intelligis autem multa loco de his & serio iactari. His enim,qui sub luna habitãt, vt Tantalis vertice impendere autumant eam:illos vice versa, qui eam habent,vt Ixionas illigatos concitata vertigine,ne excuriantur,periclitari. Nec vero motu cietur vno: sed quomodo etiam appellatur, est Triuia: vt quæ simul per longitudinem, latitudinem & profunditatem Zodiaci rapiatur. Quorum motuum vnum circumuectionem, alterum anfractum,tertium haud scio quo pacto dicunt inæqualitatem mathematici: quamuis ei nullum æquabilem atque digestum anno vertente in eodem signo orbis videant esse. Non igitur si leo quispiam impetu est rationis in Peloponnesum delapsus, pro miraculo habendum: sed quod non sexcentos virorum & bestiarum casus qui illinc velut in capita deiecti & impulsi sint,cernamus. Ridiculum namque est, quemadmodum permaneant illic,quærere:si neque oriri illic neque consistere valeant. Quando enim Ægyptii & Troglodytæ,quorum supra verticem vnius diei puncto per solstitia consistit, inde abscedit sol,tantum non aduruntur aeris squalore: profecto eos,qui lunam colunt, consentaneum est æstates quoque anno duodenas ferre, quod singulis mensibus sol eis quando plena est luna ad perpendiculum immineat & consistat. Ventos certe,nubes,imbres,citra quæ plantæ neque nascuntur neque durant natæ, nullo modo substituere animo queas illic existere. Vsque eo est illic torridus & subtilis aer. Neque enim hic iuga montium immites & aduersas hyemes admittunt. Sed neque æstuans & fluctuans aer ex lenitate sunt, vt hæc ita concrescant & constipentur:nisi sane dicamus, quomodo Achilli Minerua nectaris aliquantum & ambrosiæ,cum non reciperet cibum, instillauit: lunam item, quæ & dicitur & est Minerua, tolerare illos atque ambrosiam eis quotidie subministrare, vt pasci ipsos Pherecydes ille antiquus opinatur deos. Nam radicem quidem Indicam, quam perhibet Megasthenes quosdam, qui neque edunt neque bibunt,sed ore carent,adolere & suffire,vt eius odore alantur, vnde illic animo substituas editam, cum luna non irroretur. Ita fato Theone: Suauissime, inquam, & optime orationi tuæ isto ioco supercilium detraxisti. Itaque fiducia nobis respondendi accessit: quod neque acerbam neque austeram expectemus disquisitionem. Siquidem re uera dissident ab eis, qui fidem adiungunt talibus, illi, qui ea reiiciunt & ægre fidem eis adhibent,parumque placide id,quod fieri potest & est probabile, volunt perpendere. Ac primum quidem nisi incolant lunam mortales,vt continuo incassum & nequicquam condita sit, non necesse est. Quippe nec terram vbique coli & habitari videmus: sed exigua eius portio velut promontoria quædam & Chersonesi ex profundo existentia animantium est & stirpium ferax. Cætera partim vasta sunt atque infœcunda algoribus & æstibus, maiore ex parte Oceano submersa. Quin tu, Aristarchum qui semper in manibus habes, non attendis Crateticum legis,

Oceanus cunctis mortalibus extitit unde
Cœlitibusque ortus, lata tellure vagatur?

Cæterum sunt hæc nequaquam frustra orta: verum anhelitus mare molles expirat, & auras æstate media gratissimas ex plaga inhabitata & gelu rigente niues sensim tabescentes emittũt & diffundunt: dieique & noctis locata in medio est tellus, vt est Plato author, sedula custos & author. Quare nihil causæ est, quin etiam animantibus luna quoq; orba sit, præbeat tamen repercussus offusæ ei luci, confluxumq; stellarum radiis & temperaturam, quá maturat terræ respirationes solisque immodicum ac torrentem ignem remittit. Imo etiam, qui multum priscæ famæ tribuimus haberi eam dicemus Dianam vt virginem & sterilem, opiferam tamen & conducibilem. Nam horum quidem, quæ relata sunt, nihil euincit mi Theon illam, quæ vulgo iactatur, habitationem in ea esse non posse. Siquidem lunæ vertigo, quæ mirifice est placida & tranquilla aerem polit, diffundit, exornatque: vt nihil minus verendum sit, quam ne excidant, & delabantur ii, qui illic agunt, nisi simul ipsa delabatur. Ac varietas hæc cursus eius vagi non inæqualitati & confusioni est asscribenda, sed incredibilem esse ostendunt in his ordinem & meatum Astrologi circulis quibusdam, qui circa alios circulos volutantur, cooptantes eam, alii quiescentem, alii placide & æquabiliter eadem semper impulsus contrarii concitatione labentem. Nam hi circulorum meatus, circumuectiones & tenores inter se mutuo & ad nos illas, quas conspicimus, motus altitudines & depressiones atque in latum vicissitudines vna cum eius in longum gyris citissime conficiunt. Illum vero ingentem assidue à sole succensum æstum desines mirari, si primum comparaueris cum vndecim interluniis æstiuis plenilunia: Deinde enormitatibus illis, qui non durant diu, vt temperamentum suum inurant, perennem vicissitudinem, quæ quod vtrique adest enormitati nimium detrahit, quarum media, vt par est, tempestatem habent veri accommodatissimã. Mox ad nos demittit per aera turbidum incumbens calorem, qui euaporationibus alitur: illic vero aer subtilis & pellucidus radios omnis exortes fomenti & corporis spargit ac diffundit. Plantas autem & fructus ipsi vegetant imbres. Alibi vt in superioribus regionibus circa Thebas apud vos & Syenem non pluuia, sed terra natam aquam tellus sorbens fruensque ventis & roribus, nolit sane, qua est indole & temperie, conferri vbertate ei solo, quod plurimum perfunditur pluuiá. Stirpes porro eiusdem generis apud nos, si graue gelu pertulerint, fructum fundunt copiosum & egregium. In Africá atque apud vos in Ægypto facile rigore offenduntur extimescuntq; hyemem. Ac cum Gedrosia & Troglodytis, quæ ad Oceanũ pertinet, ob ariditatem ignaua sit & arboribus nuda prorsus in finitimo & circumiecto mari vastæ magnitudinis arbores proueniunt, atq; in alto pullulant: quarũ alias oliuas, alias lauros, alias vocant Isidis capillos. Hi vero, qui Anacampserotes appellantur, non tantum viuunt, quam diu velis, suspensi: verum etiam germinant. Quæ feruntur, alia vt centaurium, si in generosam & opimam humũ sparguntur, irrigentur, & adæquentur, ab ingenio suo desciscunt ac vim abiiciant genitiuam: gaudent autem squallore, atq; in genuinam indolem proficiunt. Sunt, qui ne rorem quidẽ sustineant, velut Arabica plæraq;: sed emarcescant, si humectentur, atque extinguantur. Quî ergo mirũ sit, si in luna radices, semina, & stirpes, quæ imbres nõ quærant vel gelu, sed lætificentur in aere æstiuo & tenui, crescant. Quî vero sit improbabile ventos lunæ tepore concitari, & conuersionis iactationi auras comitari tranquille, quæ rores & humores leues contineant, diffusæque sufficiant germinantibus: ipsam autem lunam temperatura non ignea & squallida, sed molli esse & humifica. Siquidem ariditatis ab ea ad nos effectus peruenit nullus, sed humiditatis multi & mollitudinis, incrementa stirpium, concoctiones carnium, vinorum in vappam mutationes, materiæ mollities, facilia mulierum puerperia. Vereor vero, ne Pharnacem iterum irritem, & commoueam, si Oceani æstus, vt ipsi dicunt, & fretorum auctus diffusorum & inflatorum à luna humectante attexam. Quare ad te potius mi Theon conuertam. Dicis enim, cum Alcmanis nobis hoc exponis:

Filia qua luna nutricat atque Iouis.

quod hic aera vocet Iouem, eumq; ipsum à luna humectatum in rores dicat conuerti. Videtur enim mi Theon repugnantem luna obtinere soli indolem: si non modo, quæ astringere & torrere ille, hæc mollire & fundere solet: sed etiam manantem ab illo calorem lauare & refrigerare, quando accedit & ei admiscetur. Qui vero lunam existimant ignitum corpus & ardens esse, errant: itemque illi, qui animantibus lunam in colentibus eadem, quæ hic agentibus ad ortum ad pastum, ad vitam tuendam postulant suppetere, imitantur eos, qui disparitates naturales nunquam sunt contemplati: in quibus maiores est & plures animantium inter se quam ab inanimis distantiis & dissociationes inuenire. At illi concretis labris homines, qui odoribus pascuntur, ne sint quidem, si viuere homines sine solido copiosoque cibo viuere nequeant. Quam

tamen naturæ vim & victus facultatem ipse nobis explicauit Ammonius, atque inuenit Hesiodus hisce verbis:

Nec quantum in malua latet asphodeloque leuamen.

Atq; Epimenides reipsa perspicuum fecit docens exiguo plane naturam fomento vegetare & tueri animantem, si vel oleæ tantum sumpserit: ita vt nullo præterea indigeat alimento. Qui vero in luna commorantur, siqui modo commorantur, eos corporibus agilibus esse & quauis re abunde tolerare se probabile est. Etenim ipsam lunam, vt solem, qui animans est ignea & tellure multis modis amplior, humoribus, qui in terra sunt, ali aiunt: cæteraq;, quarum est numerus infinitus, stellas. Vsque adeo leues & tenui contentas pastu ab loco sublimi arbitrantur animantes proferri. Cæterum neque hęc perspicimus, neque quod locus, natura, & temperatio eis congruat diuersa. Sicut ergo, si accedere ad æquor non valeremus neq; id attingere, tantū procul hoc spectaremus, acciperemusque impotabilē & salsam aquam esse, ac narraret aliquis frequentes animantes & vastas figurisq; diuersas id in alto alere, belluisq; scatere, quæ aquam vsurpent vt aerem nos: Fabulosa hic & monstrosa afferre videretur. Ita videmur & nos comparati esse, & hos docentes de luna reiicere, qui non credimus vllos illic incolere mortales. Equidem multo maiore teneri posse admiratione illos existimo, dum procul contemplantur terrā velut sedimentum & fecem vniuersitatis in humoribus, nebulis, & nubibus emicantem, lumine cassam, humilem & immobilem locum: quod animantes producat & nutriat, motione, spiratione, calore præditas: ac sicunde Homerica hæc forte audirent:

Horrenda atque situ squallentia diisque odiosa, &

Tam subtus terram, quam à cælo terra recessit.

Hæc vere affirmauerint de regione hac dici, Orcumq; hic & Tartarum sedes habere: vnam lunam terram esse, quæ pari interuallo ab superioribus illis atq; ab his inferioribus dirempta sit. Me pene adhuc loquente subiiciens Sylla: Inhibe, inquit, Lampria sermonem, atq; appelle eius nauigiumne imprudens fabulam quasi in littus impingas: quæ nunc aliam scenam & argumentum habet. Atque ego quidem actor sum: sed prius eius conditorem proferam vobis, nisi quid prohibeat, versu Homerico exorsus:

Ogygia quædam longe iacet insula ponto,

quæ distat à Britannia nauigantibus ad occasum quinque dierum cursu. Tres aliæ æquo spacio inter se mutuo & ab illa recedentes maxime ad occasum solis æstiuum prominent: quarum in vna vinctum teneri ab Ioue fabulantur barbari Saturnum. Iuxta eum collocatum esse Briareum: qui insularum harum & pelagi, quod Saturnium dicunt, est custos. Magnam continentem à qua Oceanus circumcirca coercetur, ab reliquis breuius, ab Ogygia circiter quinq; millibus stadiorum esse remotam. Ad eam actuariis vehi oportet. Nam pelagus illud, quod in id multa flumina se exonerent, retardat nauigia & cœno est oppletum. Flumina illa à magna terra effundi: quorum illuuie graue reddi illud mare & terreum, quod etiam glaciatum esse putauerunt. Oram continentis, quæ ad mare hoc vergit, circa suum Mæotide non minorem à Græcis habitari: cuius os Caspii maris ori obiacere. Appellare & habere se illos terræ continentis cultores incolas huius plagę insulares, quod eā mare circumfluat. Arbitrari etiam Saturni populis permixtos post fuisse illos, qui comitari eo Herculē, atque ibi ab hoc relicti fuerunt, exolescentemque iam ibidem nationem Græcam, linguaq; & institutis & moribus occupatā barbaricis tunc quasi reuixisse denuo inualuisseq; & frequentatā fuisse. Hinc primos honores habere Herculi, secundos Saturno. Vbi iam Saturni sidus, quod apud nos *φαίνων*, apud illos Nyctur um vocari memorauit, Taurum anno trigesimo attigerit, longo spacio quæ ad sacrificium & nauigationem pertinent paratis eos, qui continentem incolunt, emittere sorte ductos, qui pelagus adeo immensum remigio transmittant, diuq; peregre viuant. Eos in altum prouectos, vt fit, alios alia fortuna vti. Qui incolumes è mari euaserunt, eos primum prætentas insulas, quas Græci habent, tenere solemque videre minus vna hora triginta diebus abscondi, quod noctē vocari: quę tenebras habet tenues & crepusculum ab occasu circumlucens. Vbi postquam dies commorati sunt nonaginta, atque honorifice benigneque culti habitiq; & appellati sancti homines, vētis iam traiici in Saturni insulam: cuius nullos extra se atque eos, qui ante se fuerunt ablegati, alios incolas esse. Quippe integrum esse domum nauigio repetere, postquam triginta annos Saturno cum aliis seruierunt. Sed plærosque fere considere ibi malle, alios consuetudine ductos: alios, quod citra laborem & molestiam omnia cumulate suppeditent ad sacrificia & cultum: qui literis & philosophiæ perpetuo vacant. Indolem mirificam insulæ esse, ambientisque aeris clementiam. Nonnullis, qui abitum meditantur, obsistere numen: quod sicut familiaribus & amicis se repræsentet: ac non in somnis modo aut per signa, verum etiam multis clare offerri dæmonum visiones & voces. Nam ipsum quidem dormientem antro auri specie fulgente esse inclusum Saturnum. Machinatum enim ei pro vinculis Iouem somnum. In petræ vertice aues

ticeaues esse,quas aduolantes ambrosiam ei ministrare ; insulamq; odorib. quos petra vt fons afflat,fragrare totã. Dæmonas illos seruire Saturno, eumq; colere: qui amici eius quo tempore hominumq; deumq; erat rex,fuerant. Hos multa ariolandi peritos per se prædicere: grauissima ac de rebus grauissimis vt Saturni somnia,vbi ad eum descenderunt,enunciare. Siquidem quęcunq; Iupiter secum ante animo voluit,ea somniate Saturnum. Esse autem clades illas Titanicas exuscitationem,& somnum eius prorsus animi motiones. Quo dum tenetur regiam & diuinam maiestatem ipsam per se puram reddit & synceram. Eo delatus, vt narrabat, hospes ille, ac colens in ocio deum, Astrologiæ quidem, quatenus longissime progredi geometriæ studiosus valeat, peritiam comparauit. Cum autem ex reliqua philosophia physicam amplecteretur,
15 desiderio aliquo captus fuit, vt magnæ illius insulæ spectator fieret. Nam ita, ni fallor, hunc à nobis habitatum orbem dicunt. Vt triginta anni effluxerunt, & successores domo aduenerunt, salutatis amicis soluit cum rebus reliquis probe instructus, tum viatici affatim poculis aureis secum ferens. Eius casus, quotque gentes peragrauerit, dum literas sacras scrutatur, dum sacris initiatur omnibus, haud vnius est diei recensuisse labor: vt ille retulit nobis, qui exacte singula commemorauit. Sed quæ præsentis sunt commentationis propria, accipite. Diutissime Carthagine hæsit, vt cui magni honores apud nos fuerint habiti: quod excisa priore vrbe sacras pelles furtim exportatas, quæ diu in terra reconditæ & occultatę fuerant, eruisset. Hic ex diis, quos oculis conspiceremus, oportere docuit ac mihi consuluit, vt lunam tanquam vitæ principem nobisque semper adhærentem præcipue colerem. Quæ ego cum demirarer, atq; vt clarius ea
20 explicaret, rogarem: Multa, inquit, Sylla, non omnia tamen dicuntur apud Græcos recte. Exempli gratia Cererem & Proserpinam nominant recte, non recte simul & eodem ambas loco esse existimant. Illa enim in terra & rerum est terrestrium domina: Hæc in luna, dictaq; ab iis, qui lunam colunt, Core & Proserpina: Proserpina quasi φώσφορος, id est, lucifera: Core, quod oculi quoque partem eam, in qua effigies relucet spectantis, sicut solis fulgor in luna conspicitur, coren, id est, pupillam nuncupamus: atq; iis, quæ de errore & inuestigatione rerum memorantur, inest veritas. Nam distractæ altera alterius desiderio tenentur, aut complectuntur subinde sese in vmbra. Quod vero Proserpina nunc in cœlo & luce, nunc in tenebris & nocte sit, non est illud quidem falsum, sed temporis spacio errorem creanit. Neq; n. sex menses, sed sexto quoq; mense eam sub tellure, vt sub matre, cernimus vmbra occupatum: Raro autem hoc eam quinto
30 mense pati. Quippe relinquere nõ potest Plutonem, cum eius coniunx sit: sicut Homerus recte innuens hoc non male dixit:

E lysios verum campos atq; vltima terræ.

Vbi enim vmbra progredi desinit, ibi terminum terræ & fines constituit. Eo improbus nullus vel impurus ascendit: sed probi illuc à fato delati vitam agitant quidẽ commodam, nõ beatam tamen fortini neq; diuinam sunt vsq; ad mortem secundam. Hæc quæ sit, noli Sylla de me quærere. Ipse tibi rem exponam. Hominum vulgus recte compositum esse, sed ex duobus parum recte arbitratur constare. Siquidem portionẽ esse quodãmodo animi mentem putant: cum mens animo tanto quanto animus corpore, præstet & diuinior sit. Efficit autẽ animi cum mente cõiunctio rationem, quorum hæc virtutis & vitii, ille voluptatis & laboris est fons. Ex his tribus
40 compactis corpus terra, animum luna, mentem sol suppeditat ad ortũ homini, vt nimirũ lunæ splendorẽ. Mors autem, quam obimus, prima efficit, vt ex tribus fiat homo duo: altera, vt vnus ex duobus, atq; superior in Cereris est regione, quamobrem ei facere sacra solent, ac defunctos Athenienses Demetrios, quasi dicas Cereales, vocabãt quondã: altera in luna Proserpinæ regione Cõtubernalis quidẽ Cereris Mercurius terrestris, Proserpinæ cœlestis. Illa corpora animũ ocyus & violenter exoluit, lente Proserpina & longo tractu mentem animo. Hinc Soligena est dicta. Solus n. fit quando pars hominis præstantior ab ea secernitur. Ita vtrunq; simul contingit naturaliter. Nam in fatis est, vt animus, postquam corpore elapsus est, omnis amens & mente præditus regione, quæ terræ & lunæ media est, spacio vagetur impari. Consceleratì & proterui pœnas pendent noxarum. Probos, dum exuerint & expirauerint corporis vt vitiorum authoris
50 labes, in plaga aeris lenissima, quam Plutonis prata nuncupant, stato tempore versari oportet. Post velut ab exilio peregre reduces fruuntur gaudio, quale illi potissimũ, qui initiantur, tumultu & strepitu temperatum sua certa cum spe obtinent. Siquidem multos extrudit, & velut æstu quodam expellit gestientes iam lunam tenere. Nonnullos etiam habet in parte infera sese oblectantes, ac quasi in profundũ respectarent, vertentes. Qui vero loca supera tenent, & firmiter sunt fulti: hi primum vt victores euincti circũstant coronis, quæ cõstant ex pennis Eustathię, id est constantiæ & securitatis. Nam si dicuntur, quod partem animi brutam & perturbationibus patentẽ in vita rationi plane tractabilẽ & modestam præbuerint. Deinde arcem radio similem habent. Tertio animi, qui sursum attollũtur, vt hic, ita in ęthere lunati etiã robur ab eo & vim, quomodo fertum, quod in aciem solidatur, accipiunt. Siquidem quod animi rarũ adhuc & la-

xum est, firmatur stabiliturq;, & pellucidum euadit, vt quouis alatur vapore. Atq; ait Heraclitus recte animos in Plutonis regno odorari. Contemplantur n. ipsius lunę molem, speciem, atq; indolem: quæ non vniusmodi neq; mera, sed velut sideris coagmentum & terræ est. Nam quomodo terra aura & humore temperata mollis redditur, ac sanguis carni additus sensum ei præstat, lunam item ætheri ferunt funditus admixtam tum animantem & fœcundam esse, tum æquilibrem habere leuitatis cum pondere competentiam. Quippe ipsum mundum ex iis, quæ sursum & quæ deorsum sponte vergunt, concretum motu esse per loca prorsus solutum. Idem Xenocrates diuina quadam consideratione sensisse videtur Platonis motus authoritate. Quippe Plato est, qui stellam quamq; ex terra & igne compactam per intetiectas naturas conuenientia contributas dixit esse. Nullam n. sensui nostro obiici, cui non aliquid sit admixtum terræ & lucis. Xenocrates sidera & solem ex igne & primo denso constare, lunam ex secundo denso & suo peculiari aere, terram ex aqua, igne, & tertio densorum genere. In summa neq; ipsum per se densum neq; tarum esse animi capax. Hactenus de lunæ materia. Eius amplitudo & magnitudo non quantam perhibent geometræ, verum multis est modis maior. Dimetitur autem terræ vmbram paucis sui modis: non quod exigua sit, sed quia motum suum concitat feruidissime: quo locum opacum ocyus permeet; efferarq; bonorum animas properantes & vociferantes. Neq; n. iam, quando in vmbra sunt, concentum exaudiunt cœli: simulq; infernę eorũ, qui puniuntur, animis tunc per vmbram lamentantes atq; eiulantes se eis offerunt. Quapropter in defectibus ære concrepare plerique, strepitumq; & tinnitum solent ad excitandas animas edere. Exterret etiam eos illa, quæ dicitur, facies, cum prope eam est ventum, quod aspectu horrenda & terribilis esse, cum tamen non sit, videatur: cæterum sicut tellus nostras altos & vastos sinus habet: vnum hic, qui per columnas Herculis intro ad nos influit, extra Caspium & illum maris rubri: sic cauitates hæ & specus sunt lunæ, quorum appellant maximum Hecates recessum. Vbi ambigunt animi de iis, quæ hic cum essent, sustinuerunt vel egerunt. Duos alios longos. Per hos peruadunt animi, modo ad tractum lunæ cœlo, modo terræ obuersum. Vocatur tractus lunæ, qui cœlum spectat, campus Elisius: is, qui huc, Persephones, quæ non aduersa nobis premit vestigia. Porro non perpetuo in luna genii commorantur, sed ad oracula procuranda huc se demittunt, ac summis intersunt ceremoniis, easq; concelebrant, vindices sunt atq; obseruatores scelerum, salutaresq; in bellis & per æquor præsto. Quicquid secus in his egerint, & super terram ad iniquam gratiam vel inuidiam, eius exoluunt supplicium. Siquidem detruduntur iterum in terram compinguntur; in corpora humana. Ex illis probioribus, qui apud Saturnum sunt, esse narrabant se, atq; olim in Creta Idæos dactylos, in Phrygia Corybantas fuisse, in Lebadia Bœotiæ Trophoniadas, infinitosq; alios passim per orbem terræ, quotum templa, cultus & appellationes manent, sed nonnullorum expirauerunt potestates; qui aliam in plagam demigrationem optimam sortiti sunt. Assequunt eam alii maturius, serius alii, postquam ab animo mens est abstracta. Abstrahitur imaginis desiderio solaris: per quam illucet; quod desiderabile est, quod honestum, diuinum, beatum. cuius natura est omnis, sed alias alia sitiens. Nam ipsam quoq; lunam solis cupidine circumcursare assidue ac cum eo versari, quod appetat ab eo fœcundissimam fertilitatem. Deficit animi natura in lunam quasi vestigia quadam vitæ & somnia reseruans. De hoc illud recte dictum puta:

Instar somni animus volucris sese abripiebat.

Neq; enim hoc statim, vel quando est corpore solutus, ei accidit: cæterum post, vbi desolatus & solus est mente destitutus. Atq; Homerus omnium, quæ dixit, hoc præsertim de iis, qui in Orco sunt, dixisse diuinitus videtur:

Percepi vero post hunc mente Herculeam vim
Spectrum: perpetuis nam diis interfuit ipse.

Quippe vnusquisq; nostrum non est ira, non timor, non concupiscentia, quomodo nec carnes nec humores: cæterum id, quo intelligimus & sapimus. Atq; ipse animus formam accipiens à mente, & corpus informans amplectensq; vndiq; exprimit in forma speciem: vt quamuis diu discretus ab vtroq; fuerit, quia tamen similitudinem eorum & formam retinet, simulachrum recte nuncupatur. Horum est, vt diximus, luna elementum. Resoluuntur enim in hanc sicut in terram defunctorum corpora, temperantes quidem animi cito, qui in ocio quietam & studiosam vitam sunt sectati. Quandoquidem expediti mente, cum nullam ad rem turbulentis motibus vltra vtantur, exolescunt. Ambitiosorum & negociosorum, amentiumq; corpora & iracundorũ animi, alii quasi per somnium huius vitæ rerum recordantes huc illuc temere ferũtur, ceu Endymionis animus. Alios natura instabilis & perturbationibus patens de statu deiicit abstrahitq; de luna ad alios natales, nec finit eos ibi euanescere, sed reuocat atq; pellicit. Neq; n. mediocris vel facilis vel certi est negocii, vbi sine mente corporis patibilem partem occupant. Quorum animorum inanium rationis vel arrogantia & errante perturbatione prouectorum

ex numero Tityi, Typhones, & ille qui Delphos irrupit conturbauitq; oraculum Typhon fuerunt. Tandem aliquando illos etiam in se luna recipit atq; componit. Inde sole mentem denuo infundente vitali virtuti suscipiens animos efficit eos nouitios, ac terra tertium corpus subministrat. Nihil enim hæc post fata confert, sed accipit ad genituram. Sol mutuo capit nihil: sed quam dat recipit mentem. Luna accipit, dat, cõponit, & distrahit alia atq; alia potestate. Quarum ea, quæ componit, Lucina: quæ distrahit, Diana nuncupatur. Ac trium Parcarum Atropos in sole locata ortus fontem infundit: Cloto in luna versans colligat & commiscet, postrema circa terram promouet opus atq; adiuuat Lachesis, cui multum cum fortuna est commercii. Nam quod inanimum est, id est inualidum & aliorum iniuriis est patens. Mens nulli exposi-
10 ta iniuriæ etiam ius habet in cætera. Mixtum & medium animus, quomodo luna, naturæ superæ & inferæ coagmentum & magna commixtio est à deo effectus: ac luna ita est ad solem comparata, vt ad lunam terra. Hæc ego quidem, inquit Sylla, hospitem illum narrantem audiui, cui ea Saturni cubicularii & famuli, vt ipse dictitauit, enunciauerant. Vobis vero Lampria hanc narrationem in quamlibet partem accipere liberum est.

Quod nunc Pythia sortes non det versibus.

20 IN noctem vsq; Philine per dicata dona deduxistis hospitem. Ego vero vos expectando confectus sum. Nempe progredimur Basilocles lente, dum sermones serimus meumq; extemplo cum pugna acerbos & hostiles spartorum modo suppullulantes nobis & erumpentes inter eundum. Quid ergo, alium ne accersemus ex iis qui interfuerunt, an hoc dare vis nobis, vt exponas: qui illi fuerint sermones, & qui eos habuerint. Id nimirum mei Basilocles est muneris. Siquidem ex aliis neminem in vrbe facile adipiscare: quia plerosq; vidi iterum Corycium & Lycuriam cum hospite scandentes. Est enim spectandi hic hospes cupidus & mirifice comis, multoq; magis literarum cultor & discendi studiosus. Cæterũ non sunt hæc in eo præcipue admiranda: sed magna modestia cũ festiuitate cõiuncta, & acris disputandi ex prudentia vis, nulla aspersa amaritudine, vel peruicacia ad respon-
30 dendum suffusa, vt exiguo tempore cum eo versatus dixerim: Natus patris probi. Nosti enim optimum virum Diogenianum. Ipse eum Philine non noui. Sed multi sunt, qui paria his alia de hoc adolescente commemorant. At quo ex fonte alio atq; occasione ducta fuit disputatio. Pronunciabant deductores, quæ illic erant conscripta, nulla habita ratione, quod rogaremus eos, vt versus & epigrammata pleraq; contraherent. Hospitem autem species & manus statuarum satis inuitabant: qui nimirum multa & præclara opera spectasset. Æris vero stupebat nitorem vt quod non sordidum esset, nec æruginem contraxisset, sed colorem referret fulgentis cyani: vt etiam mouerent eum nonnihil Nearchi (Siquidem ab illis auspicatus erat spectare) qui velut tenera marini & pelagici stabant. Quid igitur, inquit, temperarunt aliqua ratione & interfecerunt prisci artifices æs. Nam Corinthium quidem non arte sed casu fama est coloris accepisse
40 elegantiam, cum depastus esset ignis domum, in qua aliquantum auri & argenti, plurimum tamen conditum æris erat. Quæ conflata & confusa nomen æris maiori portioni dederunt. Sub quem Theon: Alia fama, inquit, ad nos delata est magis arguta, ærarium quendam Corinthi, cum incidisset in thesaurum, in quo recondita erat magna auri vis: ac vereretur, ne res comperiretur, paulatim præcidisse aurum, & modice admiscuisse æri. Quod cum mirificam acciperet temperaturam, vendebat id, cum esset in magna dignatione coloris & nitoris gratia, care. Cæterum est vtrumq; fabulosum. Sed erat scilicet mixtura & conditio certa, vt nunc quoq; confundunt cum argento aurum, quæ temperatura singularem quendam & nouum, meo tamen quidem iudicio morbosum refert pallorem, & adulterata deformiter videtur. Quam ergo, inquit Diogenianus, arbitrare causam fuisse huiusce loci æris. Cui Theon: Si quando, inquit, ex illis
50 quæ prima & maxime naturalia elementa erunt & sunt, igne, terra, aere, & aqua nullum aliud extra vnum aera contigerit æs vel ei se admouerit: manifestum est affici id ab aere: & quia is perpetuo adhæret & applicatus est, ita adulterari. An vero hoc antiquum est, &, vt est apud Comicum, Prius quam esset Theognis natus. Sed qua præditus aer indole, quaue vi subnixus contagione sua æs inficiat, aues discere? Annuente Diogeniano: Certe ego quoq;, inquit, fili. Inuestigemus ergo vna, & ante, si videtur: cur præcipue ex liquorib. ærugine oleũ maculet. Quippe ẽri certe id, vt q; purum ad hoc accedit & defecatum, æruginem non imprimat. Minime, inquit adolescens Imo aliam apparet ei hanc esse causam. Nam dum applicat se ærugo huic, q; tenue, liquidum & translucens est, maxime conspicua est: reliquis in liquoribus exolescit. Ibi Theon: Recte sane, inquit, & Physice. At dispice etiam, si placet, eam, quam adfert Aristoteles causam.

sam. Verum exponam hanc. Ostendit æruginem, quando aliis succis admouet se, occulte eam diduci & dissipari: quod partibus consistat asperis neq; inter se cohærentibus: olei vero spissitudine astringi & consistere coactam. Si ergo nos quoq; simile quid ponere valeamus: non omnino incantamento ad leniendam nostram hesitationem deficeremur. Quod cum, vt hic faceret hortaremur & concederemus. Aera ostẽdit Delphis spissum, astrictum, & validum esse propter montium repercussum & reflexum: mordacem insuper, quod cibi arguit concoctio. Hunc igitur, quod penetret ex subtilitate & diffecet res, abradere multum æruginis ex eo & terrestris materiæ probabile est, atq; hanc rursus constringere & cogere, non largiente exitum densitate. Cũ autem iam æs acceperit densitatem, ob copiam efflorescere, atq; accipere in callo fulgorem & nitorem. Comprobantibus id nobis hospes ille ait, modo alterũ cõstituamus, id ad hanc quæstionem satis esse. Enimuero subtilitas, inquit, cum aduersari videbitur spissitudini, quæ iactatur, aeris: tum accersitur huc non necessario. Ipsum enim sua sponte veterascens æs ruginem efflat & exudat, quam densitas coercendo spissandoq; prodit ob copiam. Ibi occurrens Theon: Nunquid hospes, inquit, causæ est, quin idem & tenue esse & densum valeat pannorum modo sericorum & Byssinorum: de quibus Homerus:

Perq; ot honum densatum oleum distillat humescens,

ob oculos ponens argutam panni illius subtilitatem ex eo, quod non contineatur ab eo oleum, sed perfluat & exudetur percoleturq; per ita spissum. Nec vero ad abradendam æruginem modo accersatur aeris subtilitatem, sed & colorem ipsum reddere is videtur gratiorem & magis glaucum admiscenda cũ nigredine luce & splendore. Hinc insecuto silentio deductores denuo versus promebant. At cum esset recitatum oraculum metris comprehensum quod editum fuit de Ægonis, ni fallor, Argiui regno: Sæpenumero demonstrauit se versuum Diogenianus, quibus sortes continentur, obsoletam dictionem & abiectam demiratum esse: cum tamen Musarum Apollo antistes sit, atq; eloquentiæ, quam vocant, non secus quam carminum, cantilenarum, & vocalitatis laudem vendicet: ac Hesiodum longe suauitate in condendis versibus & Homerum superet. Atqui complura eius oracula in modis cernimus & dictionibus incondita & humilia. Ibi poëta Scrapion, qui Athenis aduenerat. Quid vos, inquit, hæccine carmina esse creditis Apollinis? Concedamus autem iam iam, quod dicitur, minime ea esse cum Homeri & Hesiodi versuum elegantia comparanda: Non vsurpabimus hæc vt optime & venustissime elaborata corrigentes eorum dictionem à praua consuetudine præoccupatam. Tunc Boethus geometres: Nempe, inquit, nosti illum ad castra iam transfugisse Epicuri. An non igitur, inquit, pictor quid egerit Pauson, intellexisti? Nõ sane, Serapion infit. Atqui operę precium est, inquit ille. Hic cum equum volutantem se pingendum conduxisset, pinxit currentem. Stomachãte locatore ridens Pauson tabulam inuertit. Cum hic quæ supra erant, infra cernerentur, nõ currere, sed volutari videbatur equus. Idem ait Boethus nonnullis orationibus vsuuenire, quando intorquentur. Itaq; oracula dicent aliqui non elegantia esse, quia Apollinis sunt: verum Apollinis non esse, quia sunt insulsa. Cæterum illud in obscuro est, hoc vero iacere & elanguisse oraculum vim certe vel tibi iudici optime Serapion planum est. Siquidem poemata scribis sententiis philosophice & austere: acumine, venustate, & dictionis apparatu Homeri & Hesiodi carminibus, quã à Pythia editis germaniora. Hic Serapion: Nempe laboramus, inquit, Boethe & auribus & oculis: qui, vt sumus delicati & effœminati, assuefacti sumus ea, quæ suauiora sunt, existimare & iudicare bona. Fortassis etiam Pythiam incusauerimus, quod Glauce fidicina non sonet dulcius, neq; madeat vnguentis, neq; sit purpura culta: & vero etiam, quod non adoleat casiã vel ladanũ vel thus, sed laurũ & farinam hordeaceam. Viden', inquit, modi sapphici quas Veneres habeant, & quantopere demulceant & titillent aures? At Sibyllæ vox ore furiente, vt Heracliti verbis vtar, austera, ab omni fuco & pigmento aliena fundens Apollinis gratia mille iam annos durat. Pindarus audisse ait Cadmum Apollinem cantantem nõ musicam orthiam, non blandam, non mollem, neq; modis inflexam. Siquidem illecebras non admittit rigida sanctitas: cæterum hic vna cum carmine friget omnis fere voluptas: atq;, vt apparet, in hominum aures confluxit. Ita fato Serapione arridens Theon: Serapion: inquit, obsecundatus est moribus suis, qui sermonem incidentem de ipsa voluptate arripuit. Nos vero Boethe, vt sint quam Homeri hæc carmina horridiora, ne eorum censeamus Apollinẽ conditorem esse: sed illo motionis initium subministrante pro suo quemq; vatem ingenio moueri. Nam si exarandæ, non ore promendæ sordes essent: haud sane dei esse scriptionẽ putaremus & obtrectaremus cã quod scripturis regiis de elegantia cederent. Neq; est dei illa vox, neq; sonus, neq; dictio neq; versus, sed mulieris. Solas ille visiones repræsentat, ac lumen in animo accendit ad conspicienda consequentia Quippe hic numinis est afflatus. Cæterum vt breuibus dicam, vobis Epicuri sacerdotibus (Nam videris teipse ex eo albo ostendere esse) non licet elabi. Quando etiam vitium priscis sacerdotibus obiicitis, quod vitiosis vtantur poematibus: itemque iis huius seculi, quæ

oratio-

oratione soluta & abiectis verbis vaticinia reddunt. Itaq; ne vos eis metra capite trunca, tenuia, & in fine mutila exprobretis. Cui Diogenianus: Noli quæso, inquit, iocari: sed scrupulum hūc qui vulgaris est, exime nobis. Siquidem nemo est omnium, qui non causam requirat & rationem: cur oraculum hoc versibus & oratione respondere desierit. Huic occurrens Theon: Atqui nunc quoque, inquit, videmur fili contumelia aliqua deductores exturbare suo munere: Quare sine peragi illorum partes prius, inde de quibus voles, per ocium disputabis. Iam in progrediendo ad tyranni statuam perueneramus Hieronis. At cum cætera omnia hospes spectaret præstabat simul pro modestia sua auditorem se. Audito autem columnam quādam in edito positā ex ære Hieronis sua sponte illo concidisse die, quo eum contigit Syracusis vita excedere, obstupuit. Simul ego paria exempla commemoraui, ceu Hieronis Spartiatæ, quod ante quam in acie Leuctrica decederet, statuæ eius excidissent oculi: & stellæ desideratæ fuerint, quas Lysander victoria ex pugna nauali apud Ægos flumen parta dicauerat. Ex ipsius statua Lysandri marmorea fruticata fuit syluestris materia atq; herba ita copiosa, vt faciem eius integeret. Per clades Atheniensium Siculas aureæ palmæ glandes defluxerunt, & Mineruæ clypeum corui attonderunt. Cnidiorum corona, qua saltatricem Pharsaliam donauit Philomelus Phocensium tyrannus, cum in Italiam ea ex Græcia migrauisset, Metapontii apud Apollinis templum ludentem perdidit. Prosilientes enim ad coronam iuuenes, depugnantesque inter se de auro discerpserunt illam. Atque Aristoteles quidem vnum perhibuit Homerum mobilia fingere vocabula, quod tam claræ res repræsentent. Ego vero contendam etiam ornamenta huic loco dicata præcipue vna moueri & prænunciare cum dei prouisione, neque hæc vlla ex parte inania vel stupida, sed plena omnia numinis esse. Tum Boethus: Vero, infit. Neq; enim deum sat est semel in mense in corpus includi mortale: verum etiam omni lapidi & æri eum inseremus: quasi idoneam non habeamus eiuscemodi casuum sortem & temeritatē opificem. An vero inquam ego, cum fortuna tibi videtur & temeritate istorū quoq; habere affinitatem, & corpuscula consentaneum est defluere, dirimi, & deflectere, neq; ante neq; post, sed momento illo, quo eorum quisq;, qui ea sacrauerat, deterius vel rectius erat habiturus. Ac tibi Epicurus consulit nunc scilicet illis, quæ ab hinc annos trecentos vel dixit vel scripsit: Apollo, nisi seipsum in omnibus illigatum ierit permiscueritq; omnib. non videtur tibi permotionis exordium & causam vlli rei præbiturus? Ad eum modum ego Boetho occurri. Pari de Sibyllinis modo. Vt enim constitimus, simul atque peruenimus ad rupem apud curiam illam: in qua consedisse, postquam ex Helicone huc se contulit, primam ferunt Sibyllam, quam aluerant Musæ: Alii autem Maleonem perhibent venisse, ac Lamiæ, cuius fuit Neptunus pater, fuisse filiam; commemorauit Serapion versus, quibus celebrauit seipsam, ne defunctam quidem destitutum iri se diuinatione, sed circumuagaturam in luna futuramque faciem illam appellatam, quam in luna cernimus: spiritum suum cum aere temperatum in deorum dictionibus & sortibus perpetuo agitatum iri: Ex corpore in terram conuerso natam herbam & frutices pastum futuras armentis: quorum in visceribus extituri essent varii colores, figuræ, & proprietates: ex quibus futura homines prænunciaturi essent. Hæc Boethus præ se ferebat longe magis irridere. Cum autem diceret Zous, vt hæc videantur fabulosa, vaticinia tamen multa comprobantur à Græcarum vrbium excidiis & transmigrationibus, multis exercituum barbaricorum aduentibus & imperiorum occasibus. Iam recentes hos & nouitios graues casus, qui apud Cymen & Dicearchiam acciderunt, nōne celebratos olim & decantatos per libros Sibyllinos tempus sicut debita reddidit, ignis ex montibus eruptiones, æstus marinos, saxorum & flammarum per ventum in sublime iactationes, vrbium strages vno tempore tot & tam magnarum: vt postridie superuenientibus obscurum & incertum esset, vbi loci constitissent, quod ita esset ager confusus. Hæc namque, quæ acciderunt, non facile fidem accipiunt, nedum difficile id est sine numine prædicere. Tum Boethus: Quem tandem casum, inquit, cedo non debet naturæ dies? Quid vero tam est monstrosum & inexpectatum terra vel mari vel circa vrbes vel homines, quod si prædixeris, non assequaris eius euentum? Quamuis hoc prope non est prædicere, sed dicere, imo iactare & serere sermones, qui principio careant, in infinitatem: quibus vagantibus respondet subinde fortuna & temere concurrit. Interest enim meo iudicio, extiterit quod dictum est: an dictum sit, quod est futurum. Quæ namque nunciauit ea, quæ non extant, oratio, cum contineat in se errorem, nullo iure expectat ex temeritate fidem, neque indicio prædicendi vero vtitur, cum futurum sciat, quod omnia infinitas adferat exempla. Est optimus quidem testis ille, qui coniicit recte quem optimum diuinum appellauit prouerbium. Hinc inuestigantem & indagantem per probabilia aduenies imitatur. Sibyllæ hæ & Bacchides sicut in æquor in tempus sine notis vel indiciis coniecerunt & sparserunt cæco impetu variorum nomina & verba casuum & laborum. Quibus si respondeant forte quædam, æque mendacium est, quod nunc dicitur, etiam si post fortuito extiterit. Quæ executo Boetho Serapion: Iustum pronunciatum, inquit, adfert

Boethus

Boethus de iis, quæ ita interminate & sine argumentis referuntur: si victoria prædicta imperatori fauerit, vicit: si vrbis excidium, euersa est. Enimuero vbi non exprimitur solum, quod fiet, verum etiam quemadmodum, quando, sub quæ, & quo cum: tunc non est hoc eorum, quæ fortassis euenient, sed eorum, quæ omnino fient, prænunciatio: cuiuscemodi sunt ea, quæ de Agesilai claudítate denunciata fuerunt:

Tu quamuis animo tumeas ô Sparta superbo,
Te validam pedibus prorsus circumspice claudum:
Ne lædat regnum, longi te namq; labores
Et subiti cingent, Martisq; agitaberis vndis.

Item illa, quæ de insula, quam edidit obiectum Theræ & Therasiæ mare, & de bello inter Philippum & Romanos:

Ast vbi Dardanidum superarint Marte nepotes
Pœnos, extemplo miranda exempla videbis.
Immensam effundet mare flammam, ex fulmine cœlo
Præsteres saxa elident vnaque procellas
Sanas, ostendet sese mox insula nullas
Cognita per gentes, populiq; simul meliorem.
Signis deuincent collatis deteriores.

Siquidem modico interuallo tam Romanos domituros Carthaginenses Annibale bello superato, quam Philippum signis cum Ætolis & Romanis collatis superatum iri, deniq; insulam ex alto emicaturam multo cum igne & ebulliente salo, nemo dixerit cessisse simul cuncta hæc & concurrisse fortuito & temere, sed rerum series præsensionem monstrat: & quod Romanis prædictum sit annis fere quingentis tempus, quo cunctæ simul gentes arma aduersus eos collaturi essent, id erat bellaturos esse cum seruis fugitiuis. In his enim, nihil incertum, nihil cœcum & apud fortunam quærit in infinitate oratio: verum pignora experientiæ multa dat, viamque, qua progreditur fatum, mõstrat. Nam non arbitror dicturum quemquam ex his, vt prænunciata fuerant, respondisse fortuito. Quando quid prohibet aliud, non vt scripsit composita maxime rara vobis Epicurus Boethe decreta, sed temere & casu concurrentibus ita inter se literis consummatum librum fuisse. Dum hæc differuntur, progrediebamur. In cella Corinthia spectantibus palmam nobis æneam, quæ ex donis adhuc superest, insculptæ ad radicem ranæ & hydri miraculo erant Diogeniano, & vero multis quoq;. Neq; n. palma cæterarum arborum modo palustris est & aquatica planta: neq; Corinthiis quicquam cum ranis intercedit, vt nota vel insigne illius sit ciuitatis: quomodo Selenuntii quondam aureum σέλινον, id est apium perhibentur huic templo dicasse, & securim Tenedii à cancris, qui nascuntur iuxta locum, quod Asterion apud eos dicitur. Quippe soli hi, vt creditur, notam habent in testa sua securim. Iam ipsi Apollini certe ceruos, cygnos, lupos, accipitres, & quasuis citius animantes, quam hasce esse existimamus acceptas. Cum vero dixisset Serapion alimentum ex humoribus solis, ortumq; & halitum ab opifice innui, siue quod Homerum audierit dicentem:

Irrupit ponto discedens Phœbus amœno.

siue Ægyptios viderit pro solis exortu infantem modo natum scribentes loto insidentem: effusus in risum ego: Nempe tu iterum, inquam, Stoam huc coniicis, suggerisq; submisse sermoni nostro conflagrationes & exhalationes? non quod vt Thessalæ lunam & solem deuoces quasi hinc ex terra & aquis pullulantes & orientes. Nam Plato quidem etiam homines appellauit cœlestem stirpem quasi ex capite superiore radice assurgentem. At vos Empedoclem irridetis qui solem dicat circa terram luminis repercussu ætherei genitum rursus lumen ad cœlum intrepidis frontibus regerere: cum ipsi terrenum animantem aut plantam palustrem solem faciatis, qui in ranarum regionem eum vel aquam relegatis. Cæterum hęc tragœdiæ Stoicę accepta referamus: Artificum autem opera accessoria expendamus obiter. Nam sunt in multis arguti: non vbique tamen, quin frigeant & nimium sint anxii, defugerunt. Igitur sicut ille, qui Gallum Gallinaceum Apollinis manui addidit, horam matutinam innuens & instantis exortus solis tempus: Perinde hic ranas tempestatis vernæ notam: qua temperare exorditur sol aërem & brumam discutere: modo ex sententia vestra Apollo & sol non duo dii, sed est vnus censendus. Ibi Serapion: An vero, inquit, tu secus sentis, ac solem alium esse existimas ac Apollinẽ? Nempe ego, inquit, sicut alium solem ac lunam. Cæterum hæc non crebro neque omnibus recondit solem. Sol vero efficit, vt pene omnes Apollinem non cognoscant, detorquens sensu animum ab eo, quod est ad id, quod apparet. Hinc deductores Serapion percunctatus est, quid nam cellam illam non Cypselli, qui dedicauit eam, sed Corinthiorum appellent. Cum silerent

rent illi, vt mihi quidem videbatur, imprudentia causæ, arridens ego: Quid vero, inquam, plus hos existimemus nosse vel meminisse, qui nugantibus vobis de rebus sublimibus obstupuere. Quandoquidem ante dicentes eos audiuimus, voluisse deleta tyrannide Corinthios illam, quę est Pissæ, auream statuam, & eum, qui hic est, thesaurum vrbi suæ inscribere. Quod Delphi eis merito dederunt & concesserunt. At Elios, qui id denegabant, summouerunt Isthmiorū ludicro. Hinc nullus vltra Isthmijs decertauit Elius. Molionidarum vero cędes ab Hercule apud Cleonas perpetrata non est vlla ex parte causa, vt quorundā fert opinio, cur Elij arceantur. Nā contra conueniebat eis arcere, si Corinthios ea de causa offendissent. Hæc ego attuli. Vt iam Acanthiorum & Brasidæ prętergressis nobis cellam ostendit ductor locū, vbi Rhodopidis meretricis olim positi fuerant obelisci ferrei: stomachatus Diogenianus: Nempe eiusdem, inquit, ciuitatis fuit, Rhodopidi locū præbere, quo quæstus sui decimas deferret & deponeret, & Æsopum conficere eius conseruū. Cui Serapion: Quid hæc quæso, inquit, offendunt te? Illuc suspice atque auream inter duces & reges specta Mnesareten: quam Crates ait Græcorum lasciuiæ dedicatum esse trophæum. Id contemplatus adolescēs: Hoccine, nquit, de Phryne retulit Crates? Vero, inquit Serapion. Nam Mnesaretæ nomen fuit, Phrynæ cognomen palloris causa. Multa nimirum nomina per cognomina supprimuntur. Atque Alexandri quidem matrem Polyxenam, inde Myrtalem Olympiadaque, & Stratonicen dictam fuisse ferunt. Corinthiam Eumetin in hanc vsque diem ex nomine paterno Cleobulen appellant. Erythræam Herophilen, quæ fatidica fuit, Sibyllam vocauere. Grammaticos audias Ledam quoque Mnesinoen, & Orestem Achæum vulgo nominatum fuisse perhibentes. At quemadmodum, inquit, intuitus Apollinem, Theonem intelligis hanc de Phryne querelam dilusisse. Cui ille subridens: Ita, inquit, vt te insuper, qui minutissima Græcorū insectaris delicta, incuset. Nam quomodo Socrates in Callia queribundus vnguentum oppugnat tantū, saltationes puerorum, aleas, oscula, & scurras aspicere sustinet: item mihi tu mulierem videris, quæ forma parum fuit vsa liberaliter, delubro pellere: homicidiorum, bellorum, prædarum primitijs & decimis qui deum conspicis vndique circumiectum, templumque spolijs & manubiis refertum Gręcis non offenderis, neq; miseraris Græcos, dum in pręclaris donis fœdissimas legis inscriptiones: Brasidas & Acantij de Atheniensibus. Athenienses de Corinthijs. Phocēses de Thessalis, Orneatæ de Sicyonijs: Amphyctiones de Phocensibus. Cæterū Praxiteles videlicet vnus, qui amicæ id hic beneficij confecit, stomachum fecit Crateti, quem laudibus extollere Crates debebat: quod aureis hisce regibus meretricem amicam associauerit: opulentiam, cui nihil præclari, nihil ad est honesti, eis improperans. Siquidem iustitiæ ornamenta temperantiæq;, & magnanimitatis decebat iuxta Apollinem, reges, & summos magistratus locare, non aureatum & delicatarum copia tum: quarum sunt etiam illi, qui turpissime vixerunt consortes. At illud inquit nō addis alter deductorum, quod Crœsus hic etiam pistricis suæ auream effigiem factam posuit religiose, nulla ille ex insolentia in templum, verum honesta de causa ac iusta. Nam Alyattem fama est Crœsi patrem alteram vxorem duxisse, liberosque tulisse alios. Igitur insidiantem Crœso nouercam venenū pistrici tradidisse, confectumque ex eo panem vt Crœso daret, iussisse. In indicasse clam Crœso pistricem, atque illius natis eum panem apposuisse. Cuius meriti regnantem Crœsum apud deum sicut testem recte atque ordine mulieri gratiam retulisse. Quare, inquit, merito si quod extat etiam ciuitatum eius generis donum, in honore est habendū & magnifaciendū, cuiuscemodi est Opuntiorum. Cum enim Phocensium tyranni vim magnam denariorum aureorum & argenteorum conflassent: ex quibus monetam signatam disseminarunt per ciuitates, collecto Opuntij aliquantulo argenti, vrnam huc miserunt ac deo consecrarunt. Equidem etiam Mytinas commēdo & Apolloniatas, qui messes aureas huc miserunt. Multo magis Eretrienses & Magnetas, hominum primitijs qui Apollinem honorauerunt, vt frugum largitorem, vt Patrium, Natalitium, & humanum. Improbo Megarenses, quod soli pene hic hastatum posuerunt Apollinem de prælio: quo Athenienses, qui secundum bellum Persicum vrbem suam tenebant, profligatos exegere. Hi tamen post plectrum Apollini aureum donarunt, attendentes scilicet Scythino, qui de lira dicit:

Quàm pulcher aptat filius Phœbus Iouis
Primordium quodnis finemq; promouens,
Plectrum hic habet fulgentem solis lampadem.

Instituente his aliquid exequi Serapione hospes: Iucundum quidem, inquit, foret mihi eos sermones audire: verum necesse habeo ego primam pollicitationē exigere de causa, quę efficit, ne amplius Pythia carminibus & versibus alis respōsa reddat. Quare, si placet, quæ restant spectanda intercalemus, atque hic considētes de his audiamus. Quippe hic est, qui maxime huius oraculi fidei refragatur locus: quod alterutrum sit necesse, vt aut vates ad locum, vbi vis diuina est, non accedat: aut aura semel extincta sit diuina & vis exoleuerit. Cum igitur circulassemus,

q con-

confedimus in ſcabellis meridionalibus fani iuxta Telluris cellam: atq; aquam ſpectantes eam ſumus admirati, vt extemplo diceret Boethus vel eum locum intendere hoſpitis ſcrupum. Siquidem Muſarum erat ſacrarium ibi ad riui fontem. Quapropter lympha hac ad libationes vtebantur, vt Simonides ait:

Illic Muſarum latex ſacer ſubtus reconditur
Ad manus lauandas.

Alio loco Simonides paulo curioſius, Clio appellans ſacram cuſtodem:

Ad pollubra pergratam tuetur, mollem, & puram aquam
Fragrantemq; munus ex finibus diuinis effluens.

Itaq; perperam Eudoxus fidem adiunxit illis, qui Stygis hanc aquã vocari contendunt. Muſas autem poſuerunt aſſeſſores diuinationis & cuſtodes illic iuxta riuulum iſtum & Telluris cellã: cuius ferunt hoc manteum fuiſſe, metriſq; & numeris illigatum vaticinium. Sunt qui primum hic carmen heroicum auditum fuiſſe autumant:

Confer auis pennas & apes fragrantia mella.

Poſt deſtitutam deo maieſtatẽ illam amiſiſſe. Tum Serapion: Sunt hæc, inquit, ciuiliora Boëthe & concinniora. Neq; enim eſt cum Theone pugnandum, neque ſuſtollenda ſimul cum diuinatione prouidentia & diuinitas: ſed quemadmodum contraria diluamus, inueſtigamus: religioſa vero & patria non proijcienda perſuaſio. Recte inquam ego, ais optime Serapion. Neque enim philoſophiam vt euerſam plane & labefactatam pro deplorata habemus: quod ante verſibus philoſophi præcepta & doctrinã ediderint: ceu Orpheus, Heſiodus, Parmenides, Xenophanes, Empedocles, & Thales. poſtea vero deſtiterint & deſierint adhibere præter te, metra. Per te autẽ in philoſophiã poëtica poſtliminio redit, elato & generoſo carmine incitans iuuẽtutem. Neq; aſtrologiam effecerũt contemptiorẽ Ariſtarchus, Timocharis, Ariſtyllus, & Hipparchus, qui pedeſtri dictione ſcripſerunt: cũ verſibus prius Eudoxus, Heſiodus, & Thales ſcripſerint, ſi modo eſt vere author Thales aſtrologiæ illius, quę ei attribuitur. Pindarus etiã de genere melodiæ ætate ſua neglecto ambigere fatetur ſe & demirari, q; ita exoleuerit. Nihil enim habet monſtroſi vel abſurdi iſtarũ varietatũ ſcrutari cauſas: ſed tollere artes & facultates continuo, ſi quid in iis motus ſit & verſatum, non eſt æquum. Ibi Theon: Atqui magnas, inquit, habuerunt hæc reuera viciſſitudines & nouitates. Dictiones vero, quæ hic ratæ fuerunt, multas tunc quoq; pedeſtri oratione conſtat redditas fuiſſe etiam de rebus non vulgaribus. Lacedæmoniis, vt eſt apud Thucydidem, de bello cum Athenienſibus ſuſcipiendo cõſulentibus victoriam & imperium Apollo oſtendit, opemque ſe laturum, ſiue imploraſſent ipſum, ſiue non: ac Pauſaniam niſi domum reuocaſſent, argentea *collecturum. Athenienſibus de expeditione in Siciliam ſciſcitantibus præcepit, vt ſacerdotem Erythris Athenas ducerent. Ea mulier Heſychia, id eſt, quies dicebatur. Siculo Dinomeni Apollinem de filiis conſulenti ſortem dedit tres tyrannide potituros. Cum hic ſubieciſſet Dinomenes: Nempe non impune laturos Domine Apollo: Et hoc, inquit, do tibi & inſuper reſpondeo. Ac ſcitis Gelonem aqua intercute laborantem, Hieronem calculo tyrannidem tenuiſſe: tertium Thraſibulum ſeditionibus & bellis non diu implicatum & regno fuiſſe eiectum. Iam Epidauri tyrannus Procles cum alios multos atrociter & ſcelerate trucidauit, tum Timarchum, quem Athenis cum pecunia ad ſe veniẽtem excepit comiter, interemit, corpuſque in ſportam coniectum demerſit in mare. Hæc clam cæteris adminiſtro Cleandro tranſegit Aeginete. Poſt rebus eius concuſſis fratrem miſit huc Cleotimum occulte de fuga & exilio percunctatum. Cui dictionem Apollo dedit, concedere ſe ei fugam & exilium, vbi ſportam iuſſerat hoſpiti Æginetæ deponere, vel vbi cornu abijcit ceruus. Vt igitur intellexit tyrannus iubere Apollinem, vt ſubmergeret ſe, aut in terra defoderet: Quandoquidem defodiunt cerui & terra recondunt decidua cornua: moratus eſt aliquantiſper. Mox rebus ſuis prorſus labefactis profugit. Quem Timarchi amici captum obtruncarunt, ac cadauer in pelagus proiecerunt. Quod vero primum eſt, rhetræ, quibus Lacedæmoniorum rempublicam ordinauit Lycurgus, editæ ei fuerunt oratione proſaica. Iam vero cum Alyrius, Herodotus, Philochorus, & Iſther, qui præcipue in vaticiniis contrahendis metricis elaborarunt, oracula ſine numeris memoriæ prodiderint: Theopompus ſi quis alius ſtudioſus huius oraculi acriter increpuit eos, qui illo æuo non credebant verſibus Pythiam reſponſa dediſſe. Quod probare cum vellet, perquam paucarum ſortium copiam habuit. quod alia etiam tunc oratione edita eſſent ſoluta. Nonnullæ autem nunc quoque numeris illigatæ effluunt. Quapropter res celebris facta. Siquidem Miſum fanũ eſt in Phocide Herculis: ac qui ſacerdotio ibi fungitur, abſtinet de more illo anno vxoris conſuetudine. Ideoq; ſacerdotes fere grandęuos creant: niſi quod non ita dudũ iuuenis nõ malus, ſed generoſus, qui puellæ deperibat amore, adeptus eſt ſacerdotium. Hic primum refrenauit ſe ac refugit illam. Qui eam, cũ quieſcenti aliquando poſt potum & ſaltationem obtuliſſet ſe, compreſſit, Metu ergo trepidus ad manteũ

con-

confugit,ac de delicto nullisne precibus vel luitione expiare id liceret,est Apollinẽ sciscitatus. Cui haec data est dictio:

Necesse quicquid est, id admittit deus.

Sed & si dederis nullum nostro seculo oraculũ sine versu reddi, plus ambiges de veteribus, quæ modo versibus, modo citra versus responsa reddidere. Est vero neutrum fili miraculum, modo rectas de Apolline & religiosas opiniones habeamus: neque illum ipsum existimemus esse, qui dudum carmina finxerit, & nunc Pythiæ subministret vaticinia quasi ex personis loquatur. Cæterum res tanti est, vt alias pluribus de his sermocinemur & audiamus. Nũc paucis, quæ accepimus, commemoremus: Corpus organis vti compluribus, sed ipso corpore animum corporisq; partibus, instrumentum esse dei animum: organi virtutem imitari eum, qui vtitur, qua comparata est facultate, & præstare opus sui consilij in seipsa valet, sed efficere opificẽ non posse purũ, impatibile, & omni vacans peccato : sed mixtum patibile & offensionib. patens. Per se namq; est nobis obscurum. Aliud enim & per aliud elucens contagione illius naturæ afficitur. Ac ceram quidem, aurum, argentum, reliquasque species materiæ quæ figurantur, omitto. Hæc recipiunt quidem formam expressæ similitudinis vnam: verum aliud aliam ex se mistura diuersitatem addit, & illas in speculis planis, cauis & lucidis visorum & imaginum specie ab vna sexcentas expressiones. Etenim sunt infinitæ. Nullum autem proferas, quod formam magis exprimat, neque quod vt instrumentum sequacius se naturæ ad vsum præbeat quam lunam. Hæc accipit à sole rutilantem splendorem, quem non parem demittit ad nos : sed simul atque cum ea est admixtus, & colorem vertit & virtutem obtinet aliam. Feruor vero exolescit semel desetitque ex imbecillitate lucem. Puto autem scire te id, quod apud Heraclitum dicitur: Principem illum, cuius est Delphis oraculum, neque eloqui, neque occultare, sed significare. Adde his, q̃ recte dicuntur, ac substitue animo tuo hunc deum adhibere Pytheã pro oculis & pro auribus, quomodo luna sol vtitur. Ostendit per corpus mortale & animum immortalem futura. Illa autem sua sponte quietem agit: sed quia non valet, cũ ex seipsa sit tranquilla, præbere se mouenti immotam: cæterũ velut in fluctu impellitur & implicatur agitationibus, quę in ipsa sunt, & motibus, perturbatur: vt enim corpora vertigines vnà rotata non retinent firmiter: sed dum in orbem illa voluuntur coacta, & delabuntur sponte naturę, existit quidam ex ambobus turbulẽtus & vitiosus gyrus. Ita afflatus numinis videtur ex duabus esse conflatus motionibus: cum vna, prout est impulsus: altera, prout comparatus est, mouetur animus. Quãdo enim corpora inanima & sua sponte quieta nequeas adhibita vi tractare contra quã nata sunt, neq; mouere globi modo vel cubi cylindrum, vel lyram tibiæ, vel tubam citharæ: sed non aliter ac par est, vt artẽ vnoquoque vtamur, atque vt ei est natura comparatum: num, quod est animatum & per se mouetur, appetitusq; & rationis consors est, aliter quam ex antegresso suo tenore vel vi vel natura tractes, ac musice moueas à Musis alienum, vel grammatice illiteratum, eloquenter dicendi rudem & imperitum? Minime certe. Astipulatur mihi Homerus, qui nullam pene causam sine numine statuit compleri: nõ omnibus tamen passim vti fingit deum, sed vnoquoq; pro arte & dote sua. An vero nõ vides mi Diogeniane Mineruam, quando inducere Achęos in animo habet Vlyssem accersentem: quando disturbare fœdera, Pandarum quærentem: vbi profligare Troianos, contendentem ad Diomedem. Hic enim robustus & bellax, alter iaculandi peritus & amens est, ille eloquens & prudens. Quippe non eandẽ Homerus habebat ac Pindarus mẽtem: si modo Pindarus fuit, qui hoc scripsit:

Deo secundo vel nauiges in vimine.

Verum intelligebat alias ad alia dotes & naturas natas: quarũ impellitur diuerso quæq; modo quamuis id quod cuncta moueat, sit vnum. Vt igitur quod mouet tardum, non valet perniciter, neque volubiliter balbum: neque eum, qui lingua est hæsitante, sonore. Sed & Battum meo iudicio ea de causa, cum Romam commeasset, in Africam ad coloniam deducẽdam miserunt: quod balbutiret quidem & linguæ hæsitantia laboraret, animo tamẽ esset regio, politico, & intelligente. Sic qui dicendi inops esset, hic fuit rectus & bonus, vixitq; honeste. Quæ vero in cõtubernio creuit pauperũ rusticorum, neq; ex arte quicquam vel alio ex vsu & facultate adsetẽs descendit in oraculi specum: sed vt Xenephon existimat sponsam paucissimis visis, paucissimis etiam auditis viri inire lectum debere: sic hæc ignara & insolens propemodum omniũ, virgoq; reuera animo cum deo versatur. Enimuero nos ardeolis arbitramur & regulis & coruis vti loquentibus, cum quid portendit, Apollinem: nec postulamus, si deorum sunt nuncij & præcones, vt intelligenter & sapienter exponant. Pythiæ vero vocem & sermonem sicut personam ex scena non illepidam vel humilem, sed numerose, elate, astuose, & cum verborum translationibus & tibia sonantem quærimus. Quid igitur de priscis dicemus ? Non vnum, sed plura profecto. Primum, sicut relatum est, plæraque illæ quoque prosa dabant responsa. Deinde etiam corporũ temperamenta & ingenia tulit tempus illud in poësim prona & procliuia: qui-

bus mox accedebant alacritates, impulsus, & comparationes animi promptitudinis efficiētes: quæ exiguum foris principium & impulsum imaginationis requirerent: vt extemplo ad id q ex ingenio esset suo, raperentur, non tantum, vt Philinus ait, astrologi & philosophi, sed & vino multo mersi & animi motu oppressi, obtepēre miseratione aliqua vel gaudio oblato delaberētur in vocem sonoram & numerosam modisque & cantilenis complerentur amatoriis conuiuia & libri scripris. Euripides autem, dum ait,

Poetam Amor docet licet rudem prius,

intellexit poëticam & musicam non ab amore infundi, sed ante insitam moueri excitatique latentem & oscitantem. Alioqui neminem hospes teneri nunc dicamus amore, sed euanidam fugere Cupidinem, quod metris nemo

Vel cantibus leuiter nec non facetiis 10

vt Pindarus ait,

Petit suaues hymnos.

Cæterum est id absurdum. Amorem enim hominem commouent multi, quando cum animis versantur ad musicam non natis vel propensis, citra tibiam quidem & lyram, garruli tamen nihilo minus sunt flagrantesq; quam veteres. Et vero nefas est & pudibundum dicere Academiā Socratisque & Platonis chorum quorum sermones amatorii præ manibus sunt, poëmata vero non reliquerunt ab amore abhorruisse. Quid enim nonne perinde faciunt, ac qui iactat, solam inter fœminas amantem Sappho fuisse, diuinas solas Sibyllam & Aristonicam, & si quæ aliæ metris sortes edidere. Siquidem vinum, vt air Charemon, motibus miscetur potantium. At afflatus numinis fatidicus sicut amatorius præsenti & parata vtitur facultate, afflatosque quosque, vt sunt comparati, mouet. Imo si dei spectemus & prouidentiæ institutum, inclinationem factā comperiemus in melius. Quippe imitatur monetæ vicissitudinem sermonis vsus: qui probatus est, si sit vsitatus & notus, accipitque aliam alio tempore vim Fuit igitur, cum pro orationis moneta vsurparent versus, modos, & cantus, in narratione omni & philosophia, breui omnem animi motum & rem, quæ grandiorem requireret vocem, in poëticam & musicam redigebant. Nā non solum nunc pauci ægre intelligunt cantus, & omnes tunc aures accommodabant & tenebantur eis 20

Aratoresq; & augures,

vt est apud Pindarum: verum etiam, vt erant ad poëticam prompti, plerīq; per lyram & cantū admonebant, castigabant, exhortabantur fabulis, & prouerbiis vtebantur. Adhæc deorū laudes, vota, pæanas metris & modis peragebāt, alij ex ingenij dexteritate, alij ex cōsuetudine. Igitur neq; diuinationi elegantiā & Veneres Apollo denegauit: neq; Musas, quæ in honore erant, hinc tripode arcuit, imo magis excitauit ingenia amplectens poëtica: atque imaginationes ipse infudit, vnaq; extimulauit elatum dicendi genus & doctum vt congruens & celebratum. Postquam vero vita ad conuersionem casibus simul & ingenijs est conuersa: submouens luxum vsus auteos detraxit corymbos, & delicatas Xystidas exuit, & vero comam etiam insolentiorem detondit, cothurnosque soluit, non perperam consuescentibus mortalib. venditare se & certare modico cultu cum luxu, simplicitatemq; & tenuitatē pro ornamento habere potius quam fastum & luxuriam: ita oratione simul vertente ponente cultū descendit, & ex metris sicut vehiculis historia, atq; oratione pedestri præcipue à fabula distincta est veritas. Philosophia, quę per spicuitatem & docendi rationem potius est amplexa quam verborū tonitrua, disquisitionem rerum per orationē solutam instituit Tum etiam repressit Pythiam Apollo, ne vltra ciues suos Pyricaos vocaret, Spartiatas Ophiouoros, viros Oreanas amnes orēpotas: dettahensq; vaticinijs carmina, linguarum diuersitatem, verborum ambages & nebulas, instruxit eam, sic consulentes vt affaretur. quomodo leges alloquuntur ciues, quomodo reges appellantes se populos, & magistros audiunt discipuli, comparans eam, vt intelligeretur & informaret. Nam hoc sane cognoscendum est, vt est apud Sophoclem, 30 40

Praedictionum cordatis ducem deum,
Tardis sed esse doctorem & breui malum. 50

Cum claritate fides quoque ita flexa est, atque vna cum aliis rebus conuertit se: vt olim quod vsitatum non esset nec promiscuum, sed admirandum plane & splendidum, in opinionem trahens sanctitatis obstupesceret, & veneraretur id vulgus. Postea cum clare & expedite singula, & citra phaleras & fucum discere cuperent, insectabantur vestientem oracula poesim, non modo obstrueret veritatis intelligentiam, caliginemq; & vmbram dictioni admisceret: sed & translationes iam, ænigmataque & ambiguitates velut condimenta & latibula diuinationis, quo abderet se & reciperet, impingenti struentia suspecta habebant. Multi audiebantur, qui dicerent esse nonnullos poëticos: qui voces excipientes & arripientes etiam nunc sedent apud oraculum, versibusque & numeris sicut vasibus sortes ex tempore complectantur. Præterea, quod

tragico

tragico & fastuoso ornatu oracula importune fucarint, nec admiserint varietates, Onomacriti illi proditoresque & Cinesones quam male audierint. Maximam tamen poëticæ infamiam aspersit natio illa præstigiatoria, circumforanea, atque illa, quæ matris deûm Serapisq; religionem pre se tulit, scurrilisque & vagabunda: cuius hi subito, illi sortito ex tabellis certis vaticinia reddebant seruis & mulierculis: qui versibus potissimum & numeris dictionis ducebantur. Hinc præcipue poëtice, quod vulgare videatur se impostoribus, circulatoribus, & falsis vatib9; excidit à veritate & cortina. Quare non mirer, si fuco aliquo, ambage, & obscuritate fortassis apud veteres opus fuerit. Neque enim hercle hic de comparando mancipio sciscitaturus descendebat, neque ille de agricultura, sed præpollentes ciuitates, regesq; & tyranni ambitiosi
10 deum de grauibus rebus: quos pungere & asperare, si multa contra animi sententiam audirent, non erat ex oraculi ministrorum vsu. Neque enim paret Apollo Euripidi sicut sancienti & dicenti:

Phœbum esse vatem tantum oportet hominibus.

Sed quia mortalibus vtitur famulis & vatibus, quorum eum agere decet curam atq; eis prospicere, ne ab hominibus scelestis perdantur qui deo seruiunt: opprimere quidē non vult verum: sed diuertens eius sententiam sicut lucem in poëtica crebro refractam, ac multis locis intersectam, rigorem eius & austeritatem abstergebat. Referebat porro, vt id & tyranni ignorarent & hostes non præsc-itiscerent. Oracula ergo inuoluebat allegoriis & ambiguitatibus: quæ apud alios tegebant dictorum mentem: non fallebant alios neque imponebant iis, quibus opus erat
20 & attendebant. Est itaque stultissimus, qui rebus commutatis, quod iam non eodem modo nobis, sed alio putat deus succurrendum, obtrectat & calumniatur. Iam vero nihil ex poëtica orationi suppetit commodius, quam quod numeris illigata dicta atq; contexta fidelius memoriæ infiguntur & retinentur. Atq; illius quidem temporis hominibus multa erant memoria complectenda. Siquidem multa edebantur locorum signa, rerum articuli, deorum templa transmarinorum, & heroum secreta conditoria: quæ erui ægre poterant procul Græcia enauigantibus. Nam in Chium, Creticum & Cyprium pelagus coniecerunt oracula Nesichū; Phalanthum, multosq; alios classiū duces: quos cōiecturis indagare oportebat datas cuiq; & assignatas sedes; à quibus nonnulli etiam aberrarunt, ceu Battus. Quippe data ei dictio fuerat, nisi eum, ad quē missus fuit, locum occupasset, exactum iri. Inde adiit iterum obsecrabundus deum. Igitur indi-
30 cauit ei Apollo:

Nosti vrbem fortem Melibœam vbi pascua læta,
Non visam tibi, si hanc adeas, fueris mihi prudens.

Ita eum denuo dimisit. Lysander autem, qui in totum ignorabat collem Archelidem & Alopocum, quem vocant & Hoplitem amnem;

Terrigenumq; dolo sequitur qui terga, draconem:

in prælio profligatus iis locis & cęsus fuit ab Inachione ciue Haliarto, cuius clype9 insigne habebat anguem. Alia eius generis multa ex antiquitate, q̄ non facile memoria comprehenduntur & conseruantur, percensere apud vos qui ea scitis, nihil attinet. At rerum statum, qui nunc obtinet, pacatum de quibus Apollinem consulunt amplector equidem & in eo acquiesco. Nā
40 alta pax est & ocium, bellum constitit, erroresque & seditiones non sunt neque tyrannides vel morbi alii & mala Græciæ, quæ magnam medicinam & exquisitam flagitent. Vbi autem nihil superest rei versutæ neque reconditæ vel periculosæ: sed de rebus tenuibus & vulgaribus rogatiunculæ, vt in schola propositiones tractatur: an nuptiæ contrahendæ, vel nauigandum, vel pecunia in vsuras collocanda: vrbes præcipue consulunt Apollinem de frugum prouentu, de pecoris fœtu, & corporum valetudine: ibi versus implicare, verborum flexus & linguarum diuersitates inducere interrogationibus, quæ simplex & concisum responsum quærunt id ambitiosi est sophistæ oraculum ad gloriam fucantis. Pythia vero cū sua sponte generosis est moribus, tum quando illuc descendit, & apud Apollinem agit, tunc maior ei veritatis cura est, quam gloriæ & laudationis vel vituperationis hominum. Itidem nos cōparatos esse oportebat. Nunc
50 vero quasi æstuantes & trepidantes, ne trium millium gloriam annorum hic locus effundat, atque oraculum velut sophistæ scholam relinquant contemptu, vindicamus, id causasq; confingimus & rationes de iis, quę neque scimus neq; nostrum est scire: vt leniamus & placemus obtrectantē non salutem ei dicamus. Nam illi ipsi primum qui eiuscemodi habet de deo opinionem, erit id molestissimum. Itaque hæc sapiērum præscripta, Nosce teipsum, & Nequid nimis, amplectimini, ac vel maxime in admiratione habete ob breuitatem, vt eam, quæ vberē & solidam exigua in mole comprehendat mentem: nec vaticinia ideo, quod strictim, simpliciter, & recta plerasque dictiones det, culpate. Ea autem compendiosa sapientum dicta fluminis imitantur, quæ in arctum sunt coacta. Neq; enim sensum perspicimus eorum, neq; statim assequimur. Cæterum si perpendas, quid scriptum de iis & dictum sit auentibus, quid quodque velit, intelli-

gere:non temere orationes his reperias alias prolixiores. Porro Pythiæ oratio, quomodo lineã mathematici breuissimam ex ijs, quæ easdem habent extremitates, rectam nuncupant: sic dũ non facit flexum, nec circuitionem, nec ambiguitatem, sed recta ad veritatem pergit, quamuis ad fidem sit anceps & hominum iudicijs obnoxia, nemini tamen hactenus sui coarguendi locum reliquit: ornamentis autem & donis fanum compleuit barbarorum & Græcorũ, ædificiorumq; elegantia & apparatibus Amphyctionicis. Videtis profectò ipsi multa, quæ prius nõ fuerant astructa, multa instaurata, quæ corruerunt & labefactata fuerunt. Vt autem iuxta arbores felices aliæ fruticantur: item cũ Delphis simul Pylæa pubescit, vegetaturq; ex ea, quæ hinc scatet, opulentia, speciemq; accepit & formam decoremq; sacrificiorũ, conuentuum, & voluptatum. vt annis mille superioribus non accepit. Atq; illi quidem, qui ad Galaxion Bœothij incolunt, dej præsentiam lactis copia & affluentia senserunt. Nam

Omnibus ex ouibus lac pingue effluxit vt haustus
Optimus ex venis, implebant dolia cuncti
Certatim, neq; vter vacuus siue amphora quaquã
Hisce domi mansit, facta omnia dolia mulctra.

Nobis illustriora, præstantiora, & clariora his signa dat, qui velut ex prioris vastitatis & penuriȩ squallore copiam, splendorem, & honorem effecit. Itaq; placeo mihi ipse, quod in hæc negocia præstiterim me cum Polycrate & Petræo promptum & vtilem. Placet etiam ille, qui author huius digestionis nobis fuit, atque horum plæraque excoluit, instruxit, ac descripsit. Cæterum non potuit alia ratione talis & tanta adeo breui humana industria fieri conuersio, nisi deo hic præsente atque oraculo huic diuinitatem sua ope conciliante. Verum vt illis seculis erant, qui fortium nodosam cæcitatem improbarent: ita nunc sunt, qui nimium earum tenuitatem cauillantur: quorum est perquam iniquus affectus & ineptus. Etenim pueri, quando arcus cœlestes, circulos qui ἅλωες dicuntur, id est, area, & cometas, quam cũ lunam & solem contemplantur delectantur & gestiunt magis: & hi ænigmata, allegorias, & translationes, qui diuinationis sunt refultus ad conditionem humanam & imaginationem, desiderant ac nisi causam satis assequãtur vicissitudinis, discedunt ita, vt deum improbent non nos neq; seipsos, qui ad dei consilium aspirare non valemus.

Quare expirauerint oracula.

AQVILAS quãsdam vel olores Terenti Prisce extremis terræ oris fabulantur ad mediterranea pergentes conuenisse ad delubrum Apollinis circa vmbelicum quẽ vocant. Postea loci Phæstium Epimenidem hanc telatam in illius dei honorem fabulam coarguentem, cum oraculum ei redditum esset obscurum & ambiguum, dixisse:

Haud erat vmblicus medius terraq; mariq;:
Si qui forte, patet superis, hominesq; refugit.

Optimo ergo iure vltus est deus eum, qui veterem fabulam, vt picturã pertentabat manibus. At paulo ante Pythia, quæ nostra memoria sub Callistrato acta sunt ex diuersis orbis terræ finibus forte viri duo sancti Delphos concurrerunt, Demetrius grãmaticus ex Britannia Tarsum recipiens se domum, & Lacedæmonius Cleombrotus diu in Ægypto & finibus Troglodyticis palatus, qui longe à mari rubro naui est reuectus non negociandi gratia: sed qui esset homo spectandi & discendi auidus, facultatesque haberet lautas, & plus quam satis esset, non magnifaceret possidere, ociũ ea in te posuit, composuitq; historiam velut syluam philosophiæ, quæ theologiam, vt ille appellauit, finem propositum haberet. Hic cum nuper Iouem Ammonem adisset cæterorum, quæ illic erant, ostendit non fuisse affectum se admiratione. Tantum de lucerna æterna mira narrauit, quę à sacerdotibus accepisset. Semper eam minus quoque anno absumere olei: quam notam habebant annorum imparitatis: quæ alterum præcurrente semper tempore breuiorẽ efficiat. Quippe probabile esse, vt angustiore tempore exhauriatur minus. Cum id, qui aderant demirarentur: Demetrius autem ridiculũ diceret esse rebus ex minutis de adeo grandibus facere iudicium, nec ex vnguibus, vt Alcæi verbis vtar, leonẽ pingere, sed ellychnio & lucerna cœlum pariter & vniuersitatem loco mouere, mathematicamque tollere funditus: Neutrum, inquit, horum Cleombrotus sacerdotes protelabit, verum mathematicis in exacta obseruatione non concedent: quasi illos citius prætereat in motionibus & conuersionibus tanto spacio remotis tempus, quam modus ipsos olei, qui intenti perpetuo essent propter rei mõstrum absurdo, idque seruarent. Nam si abnuas exilia Demetri ingentium rerum existere signa, multas artes interpellabis. Quando ita fiet, multorũ vt probationes & multorum sustollantur

prædi-

prediđiones,Et quidem non exigua tes demõſtratur nobis,poliuiſſe heroas corpus nouacula,
cum inueniamus Hometum nominantem nouaculam. Sed & fœnori dediſſe pecuniam con-
ijcitur ex eo,quod alicubi æs alienum dicit neque recens neque exiguũ: quaſi ὀφέλλεται, quod eſt
deberi,augeri ſignificet. Iam cum noctem dicit θοὴν,id eſt, vmbroſam,libenter huic dictioni in-
hæreris,atque ab ea dicitis ſignificari terræ vmbram reddi à globoſo corpore in metam faſtigia-
tam: Artem medicam peſtilentem æſtatem ex araneatum frequentia prænunciare atq; ex foliis
ficulnis, quando vere cotnicis pedem referunt,quis cõfitebitur,qui res puſillas ſtatuat veſtigia
non eſſe magnarum? Quis porro feret aquæ congio & hemina dimetientem ſolis magnitudi-
nem aut eum laterculum,qui hic eſt,cuius eſt angulus acutus ad planiciem flexus,modum eſſe
10 dici elationis illius,qua vertex,qui ſemper eſt conſpicuus ab horizonte eleuatur. Hæc enim au-
dites ex vatibus illis. Itaq; afferendum eſt aliud,ſi volumus patrio more ſolis vſitatum ordinem
fixum nec mutabilem facere. Hic Ammonius philoſophus,qui aderat: Non ſolis tantũ,excla-
mauit,ſed cœli vniuerſi. Contrahatur enim oportet à ſolſtitijs ad ſolſtitia meatus eius, neque
perſeueret horizontis portionem occupare tantam, quantam aiunt mathematici, verum de-
creſcere ſemper verſus Septentrionem Auſtrinis coactis, æſtatemque nobis anguſtiorem & ge-
lidiorem temperiem eſſe intro flectente ſe ſole, maioreſque parallelos punctis ſolſtitialibus at-
tingente. Adhæc Syene vmbelicos,quos gnomonas vocant,iã videri circa reuerſiones æſtiuas
vmbram iacere,multas ſtellas affixas ſubiſſe,nõnullas contingere & confuſas inter ſe detracto
eſſe interuallo. Quod ſi dixerint tenorem ſuum reliqua conſeruare,ſolũ curſib. ſuis exorbitare
20 ſolem: cũ non poterunt,quæ vnũ hũc ex tam multis inciter,adducere cauſam: tum multa,quæ
ſub oculos cadunt,permiſcebunt,ac rationem lunarem ſemel: vt olei modis ad imparitatẽ de-
tegendam non ſit opus futurum. Quandoquidem id defectiones oſtendent, cum & ſol in lunã
ſubinde incidat,& viciſſim in vmbram terræ luna,& reliqua in ſe mutuo. Neque ſane ad vanita-
tem orationis illius arguendam plura requiras. Atqui,inquit Cleombrotus, modum ipſe vidi.
Multos enim monſtrarunt,at eius anni modus multo fuit vetuſtiſſimis cõtractior. Reſpondens
denuo Ammonius: Itane vero alios mortales,inquit, hoc latuit,apud quos colitur ignis perpe-
tuus,ſeruaturque tractum temporis prope dixerim infinitum. Ergo ſi cõſtituat quis,quod com
memoratur,verum eſſe: nonne præſtet algores aliquos prætexere vel aëris humiditates, à quib.
ignem exoleſcentem conſentaneum ſit magnam non conſumere neq; requirere alimenti co-
30 piam: vel contra ſiccitates & calores. Iam enim ex nonnullis de igni audiui,ardere eum bru-
ma ob robur melius,dum contrahitur in ſe frigore ſpiſſaturque,in ſqualloribus langueſcere diſ-
ſipariq; & flacceſcere: qui ſi in ſole incendatur,deterius operari materiamq; attingere molliter
& abſumere tardius. Præcipue vero ad ipſum cauſam referas oleum. Neque eſt enim abſonum
non fuiſſe olim id alendo igni commodum, ſed aquoſum ex planta natum adoleſcentiore poſt
maturatum in dultis compactumque ex pari modo valentius eſſe & plus alere. Ita oportuit
apud Ammonios argumentum hoc quamuis monſtroſum & extraneum defendi. Sic fato Am-
monio: Quin tu, inquam ego de oraculo recenſe Cleombrote nobis. Quippe ingens eſt vt ve-
tuſta eius loci diuinitatis opinio,quam nunc apparet elangueſcere. Conticeſcente Cleombro-
to,oculoſque dejiciente Demetrius: Quid refert,inquit,iſthic quid agitatur,requirere: dũ hæ-
40 ſitas de noſtratium interitu oraculorum: præſertim cum præter vnum & alterum omnia cerna-
mus exoleuiſſe: ſed illud eſt,quam ob cauſam ita elanguerunt,cõſiderandum. Nam cætera quid
attinet cõmemorare: cum Bœotiam oraculis apud veteres celebrẽ nunc illa plane ſicut flumi-
na defecerint,magnuſq; obſideat diuinationis ſqualor hanc regionem. Nullo enim nunc alio
loco quam Lebadiæ Bœotia quærentibus haurire ſortes concedit. Reliqua partim ſilentium
partim ſolitudo occupat: tametſi bellis Medicis claruit non minus Amphiarai oraculum , &
apud Tegyras Apollinis. Nunc vtroque ſcilicet mutilata eſt. Ac quia mantei vates,quæ voce
vtebatur Æolica,editum barbarorum legatis oraculum enũciauit,vt nemo intelligeret ex præ-
ſentibus pueris illud: quod afflatus furoris non ſint barbari participes: capere vocem Græcam,
quæ ſuppeditaret,quod imperabatur,non fuit illis datum. Seruus,qui ad Amphiarai oraculum
fuit miſſus,ſecũdum quietem viſus eſt videre dei miniſtrum,qui ipſum voce reijceret primum,
50 quaſi non adeſſet deus: deinde impelleret manibus,ac reſtitantis correpto immani lapide ca-
put feriret. Hæc quaſi ſponſio fuit conſequentium. Siquidem ſuccubuit Mardonius: cum non
rex,ſed regis diſpenſator & miniſter Græcos duceret,ac lapide ictus cecidit: ſicut viſus eſt in ſo-
mnijs cædi Lydus. Eadem tempeſtate nobile illud apud Tegyras oraculũ fuit, vbi natale Apol-
linis ſcribunt eſſe, præfluentiumque riuorum Phœnicem alterum , alterum Oleam ad hanc
vſq; memoriam,vt nonnulli dicũt,appellati. Ac bello quidem Medico vate Echecrate promi-
ſit victoriam & palmam belli Græcis deus. Polopenneſiaco exactis inſula ſua Delijs ſortes Del-
phis autumant allatas,quæ præcipiebant , vt locum , vbi fuit natus Apollo, eruerent, ac certa
ſacra ibi factitarent. Mirantibus ac hæſitantibus, an non apud ipſos,ſed alio loco eſſet deus

natus, addidisse Pythiam cornicem ipsis locum indicaturā. Igitur eō cessisse eos illinc (Cheroneam) atq; cauponam audisse, quæ cum certis hospitibus Tegyram pergentib. de ista dictione loquerentur. Quam cum hospites in digressu salutarent, appellarentq; vt ei erat nomen, Cornicem: percepisse vaticinum, factaque apud Tegyras re diuina breui post patriæ redditos fuisse. Porro claruerunt recētiore quoq; memoria hæc oracula, quę nūc euanuere. Quare operæpretium sit huius cōuersionis apud Apollinem causam scrutari. Iam à delubro aliquantulum progressi ad fores veneramus Gnidiorum exedræ. Ingressi intro amicos, ad quos tendebamus, conspeximus considentes ac nos operientes. Atq; alij quidem ob temporis articulum conticescebant, quod vngerentur aut athletas spectarent. Demetrius vero arridens: Mētiar, inquit, an dicam verum? Videmini mihi nullam insignem commentationem in manibus habere. Cōtemplor enim vos in magna animi remissione sedentes ac frontem exporrigentes. Hinc subijciens Megarensis Heracleon: Nempe non quærimus, inquit, verbū βάλλω an duorum λ. alterum in futuro tempore deponat: neque à quibusnam simplicibus nominibus χεῖρον, βέλτιον, χείριστον, & βέλτιστον sint formata. Hæc enim fortassis & id genus alia adducunt & contrahunt frontem. Alia sine supercilio speculeris & perscruteris licet quiete & non vultuose, & sine stomacho aduersus præsentes: Excipite ergo Demetrius nos, inquit, & nobiscum disceptationē nobis oblatā, quæ huic congruit loco, atque Apollinis causa omnibus conuenit ac ne inter disputandum frontem cōtrahatis, cauete. Vt ergo permisti fuimus inter considendum, adduxitq; in medium Demetrius sermonem: extemplo Didymus Cynicus Planetiades cognomine exilijt, ac cū bis terue baculo pulsasset tellurem, exclamauit, Heu, heu, rem intricatam ac multæ inuestigationis nobis adduxistis. Stupendum scilicet est, si, cum tot vitia irrepserint, nō modo, vt præsagiuit Hesiodus, pudor & Nemesis rebus humanis excessere: verumetiam deorum prospicientiam vasis collectis oraculorum se subduxit. Contrarium vobis ego pono quærendum: quid ni vel tunc cessit, vel Hercules denuo, aut quis alius deus cortinam diuellit rogatiunculis oneratam adeo fœdis & impijs, quas Apollini proponunt: dum alij vt sophistam experiūtur, alij de thesauris aut hereditatibus, aut incestis nuptijs requirunt: vt plane coarguatur Pythagoras, qui mortales ait, quādo ad deos pergunt, solito effici meliores. Ita quos merito decebat homine præsente natu grandiore inficiari & recondere animi morbos & perturbationes, hoc detectos & apertos ad deum ferunt. Qui sermonem cum producere intenderet, prehendit Heracleon eius palliū, & ego, qui omnium prope eram ei familiarissimus: Noli, inquam chare Planetiade vltra deum inflammare. Est namq; præceps nec lenis;

Habetur esse autem nobis placidissimus,

vt verbis Pindari vtar. Et siue ille sol, siue solis est dominus & pater, exceditq; visibilia cūcta: haud est verisimile homines eum hoc tempore voce sua dedignari: quibus est author generationis, alimenti, vitæ & intellectus: neq; simul prouidentiam sicut benignam matrem & facilem, quæ omnia nobis subministrat & conseruat, vnā inuidere diuinationem: & quam à primo præbuit hanc eripere: quasi nec tunc extiterint maiore in frequētia homines flagitiosi, cum passim toto orbe oracula vigerent. Proinde huc ad sedendum confer te iterum: ac cum improbitate, quam perpetuo consueuisti oratione coercere, inducias pactus Pythicas aliam nobis causam indaga defectionis, vt dicitur, oraculorum: Deum autem propitium retine & placidum. Hisce ego dictis tantum effeci, vt Planetiades mutus foribus excederet. Facto aliquātisper silentio appellauit me Ammonius, ac: Vide quid agimus, inquit, Lampria, atque sermoni aduerte animum, ne deum hic excusemus. Nam aliunde qui, & nō dei huius cōsilio oracula censet silentia expirasse hic suspicionem nec extitisse nec esse per deum ea, verum alio quopiam modo arbitrandi affert. Neque enim alia maior aut potentior vis, quæ tollere & abolere opus dei valeat diuinationem, est vlla. Sane Planetiadis dicta non accipio cum ob alia, tum ob inconstantiam, quam deo tribuit: qui nunc auerseur & reijciat improbitatem, nunc cōtra admittat regis more vel tyranni: qui vna ianua excludit scelerosos, altera recipit & eis respondet. Cæterum cum opus, quod est amplissimum cōsummatum, & nusquam superfluum, atque cui deest nihi, deos deceat: hoc accepto capite si dicas communē hominum raritatē, quam superiores discordiæ & arma toto fere terrarum orbe peperit, maxima ex parte in Græciam redundasse: vt hoc tempore vix tria militum millia valeat vniuersa præbere, quot vna Megarensium ciuitas ad Martem Platęēsem misit: ac nihil esse aliud, cur multa oracula deus deseruerit, quā quod ostēdat Græciæ vastitatē: huic ego satis materiæ eo ad verba fundēda præbuero. Quid enim attulit Tegyræ boni, vbi ante oraculum fuit. aut apud Ptoon: vbi nō licebat interdiu pascētem hominem appellare. Etenim quod illic fuit antiquissimum tempore. & gloria celeberrimum, à dira bestia perdiu factum vastum fuisse & inaccessum dracone fœmina scribunt: qui parum recte efferatum terram, sed ex contraria accipiunt. Siquidem solitudo allexit potius beluam, quā solitudinem fecit. Quando vero, vbi ita visum fuit deo, & Græcia ciuitatibus amplificata est, & locus hominib. frequentatus

tus, duabus vsi sunt vatibus, quæ vicissim oracula reddiderunt. Etiã tertia designata subsidiaria fuit. Nunc vero vates est vna, nec querimur. Satisfacit enim hæc consulentibus. Non igitur etiam deo assignanda causa. Nam quæ obtinet diuinatio & durat, hæc omnibus sufficit, omnesq; remittit potiros ijs, quæ requirunt. Vt ergo nouem est vsus præconibus Agamemnon, atque concionem ægre ob frequentiam continuit: hic vero paucis diebus in theatro vocem vnam ad omnes peruolantem cernetis: ita plurib' tunc ad plures diuinatio vocibus vtebatur. Nunc vero contra demirari oporteret deum, si diuinationem fineret nequicquam atq; modo defluere, vel sicut rupes pastorum in solitudine & pecudum voces referre. Ita Ammonio fato ac me conticescente compellans me Cleombrotus: Iam hoc tu, inquit, largitus es, efficere hæc oracula &
10 tollere deum. Non sane inquam ego. Interisse enim nullum dei causa aio manteum vel oraculum: verum ex compluribus, quæ nobis ille parat & instruit, afferr nonnullis natura dissolutionem & interitum. Imo materia, cum sit priuatio & labes, refugit identidem & dissipat id, quod à natura efficitur potiore. Perinde vaticinandi facultatibus alias arbitror nebulas offundi, & interitus earum esse: quod quamuis multa hominibus deus præclara largiatur, nihil tamẽ immortale:

Moriantur vt diuinæ res, sed non deus:

vt ait Sophocles. Essentiam autem eorũ pollentiamq;, naturæ & materiæ peritos debere aiunt excutere, seruato deo, vt æquum est principio. Quando stultum est & puerile valde deũ ipsum putare, vt engastrimythos Eurycleas olim, nunc Pythonas appellatos corpora subire vatum &
20 responsa dare illorum ore & voce vtendo pro organis. Nam eum qui admiscet negociis humanis, hic non habet rationem eius authoritatis, neque maiestatem ei & amplitudinem virtutis retinet. Ibi Cleombrotus: Recte tu quidem, inquit. Ceterum quoniam capere & definire, quẽadmodum vtendum & quatenus prouidentia, arduum est: qui nullius omnino deum, & qui omnium statuunt esse authorem, mediocritatem & decorem non assequuntur. Quare recte dicunt, qui aiunt Platonem, cum qualitatum geniture subiectum inuenisset elementum, quod nunc materiam & naturam vocant: multis expedisse homines & magnis scrupulis. Plures vero mihi videntur illi exemisse æstus atque maiores, qui dæmonum gentem inter deos & homines, quæ quodammodo consortium inter nos in vnum conciliat & conglutinat, excogitauerũt, siue magi hæc Zoroastris est doctrina, siue Thracia ab Orpheo, siue Ægyptia, siue Phrygia:
30 vt ex mysterijs apud vtrosque auguramur, qui ceremonias & sacrificia eorum admixtum mortale quippiam & lugubre habere videmus. Ex Græcis quidem apparet Homerum vtrunq; nomen vsurpare, deosq; interim dæmonas nuncupare. Plane Hesiodus & distincte exposuit princeps ratione vtentium genera quatuor, deos, inde dæmonas multos & bonos, mox heroas, tum homines, semideis inter heroes repositis. Alij mutationẽ iuxta corporib. & animis faciunt: quomodo ex terra aqua, ex aqua aër, ex aëre ignis conspicitur generari sursum euolante materia: sic ex hominibus in heroas, in dæmonas ex heroibus præstantissimæ animæ accipiunt mutationẽ. Ex dæmonibus paucæ hactenus longo spacio per virtutem semel defecatæ diuinitatis sunt cõpotes factæ. Nonnullis contingit, vt nõ imperent sibi, sed flaccescentes & relabentes denuo in corpora caduca tenebricosam & obscuram vitam sicut exhalationem habeanr. Enimuero He-
40 siodus etiam certis anfractibus temporum offerri dæmonibus obitus existimat. Exequitur etiam sub Naidis persona tempus obscure:

Secla viri nouies pubentu garrula cornix
Vincit, cornicis ceruus quater, at tria cerui
Tempora coruus agit, quem deinceps Indica phœnix
Egreditur nouies, at vos nat a Iouis alit
Pulchricoma decies superatu secula nympha.

ANNOTATIVNCVLA.

Si pro [illegible], legamus, intelligamusq; vtraque quadraginta prius confecta in octogenarium coire numerum, eumque in triangulum redigamus: certissimum
50 erit nobis inde propositum numerum expeditissime procreatum iri, si tamen meminerimus ter eam trianguli summam in vnam colligere.

Addenda putaui Plutarchi loci descriptionem per notas numerorum figurasq;, quo facilius intelligantur omnia:

```
        1   1   1   1  |
        2   2   2   2  |
        3   3   3   3  |
        4   4   4   4  | 4  Vtriusque termini in seipsos ducta-
[illegible]  ------------------------
           10. 10. 10. 10. | 10
[illegible]  ------------------------
               40          | 40 id est, vtraq; quadraginta simul iuncta.
[illegible]  ------------------------
```

Hoc tẽpus mire multiplicant illi, qui non recte ætatẽ assequuntur. Est enim annus, vt si in summã colligas, sint nouẽ millia sexcenti viginti annĩ dæmonum vitæ tribuendi. Minus opinantur multi Mathematici, plus nõ Pindarus ait nymphas viuere

Aequale vt arbores sortitas seculum,

vnde dici eas Hamadryadas. Dum ille adhuc differit, excipiens



1	3240
2	3240
3	3240
	9720

cipiens Demetrius: Quid ais, inquit, Cleombrote, annũ dictum ætatem viri? Neq; enim pubentis vel grandæui, vt legunt nonnulli, spacium vitæ humanę tantum est. Sed qui pubentis legũt, ætatem faciunt ex Heracliti sententia annos triginta: quo tractu generantem reddit eum, qui genitus est, genitor. At grandæui qui scribunt, non pubentis, ætati annos octo & centum assignant. Siquidem quinquaginta quatuor mediatæ terminum humanæ vitæ esse, ex monade conflatum & primis duobus planis, & duobus quadris, & duobus cubis: quos numeros etiam Plato ad animæ procreationem sumpsit. Omnino eo in loco locutum Hesiodum apparet obscure de mundi conflagratione: quando interituras vna cum humorib. probabile est nymphas:

Quaque tenent lucosq; virentes
Et fontes fluuiorum & prata scatentia riuis.

Tum Cleombrotus: Audio hæc, inquit, ex multis: ac video Stoicam mundi conflagrationem vt Heracliti & Orphei depascentem carmina, ita Hesiodi simulq; in errorem trahentem. Nec vero mundi vulgatum interitum comprobo, nec quæ fieri non possunt, vel quæ voces ipsæ præsertim cornix & ceruus admonẽt, ad tantum annorum excessum euadere. Annus autem exordium in se & exitum simul omnium, quæ ferũt anni tempora, & tellus fundit, complectitur, neque abre hominum dictus est ætas. Vos namq; ætatem certe ab Hesiodo vitam dici humanam fatemini. Quid nonne sic se habet? Annuit Demetrius. Atqui illud quoq; liquet, inquit Cleombrotus, mensuram & ea, quorum est mensura, iisdem appellari vocabulis, heminam, chœnicẽ, amphorã, medimnũ. Quomodo igitur, quæ omnis est numeri modus minimus & principium, monadem numerum vocamus: ita annum, quo primo mensuram agimus vitæ humanæ, iuxta atque id, cuius agitur mensura, ætatem nuncupauit. Etenim quos illi faciunt numeros, hi nihil habent ex iis, quæ illustria & clara vt in numeris sunt habita. Ille vero nouem millium septingentorum viginti ottum habet, contextu ex numeris à monade quatuor consequentibus quatuor quadruplicatis. Nam efficiuntur* vtrobique quadraginta. Hæc quinquies* in trianguli modum redacta propositum numerum reddunt. Cæterum de his nihil est, quod cum Demetrio pugnemus. Quando siue longius spacium, siue breuius, siue ratum & certum, siue temerarium & indefinitum sit, quo cõuertit ille dæmonis animam & herois vitam: nihilo secius, quod intendit, demonstrauit illustri antiquorum testimonio naturas certas esse quasi in deorum & hominum positas confinio humanis laboribus & vicissitudinibus necessarijs obnoxias: quas dæmonas more institutoque maiorum censentes & nominantes venerari debemus: Exemplum dictis his Platonis sodalis adduxit Xenocrates triangulorum, qui deo assimulauit isopleurum, scalenum mortali, isosceles dæmonio. Primum enim vndique par est, secundum vndique impar, tertium partim par, partim impar: sicut dæmonũ natura, quæ affectu humano & vi prædita est diuina. Natura autem imagines repræsentauit, & simulachra, quæ sub sensum cadunt, deorum spectabilium vt solem & astra: mortalium iubar, cometas, traiectiones ignium, vt expressit hisce verbis Euripides:

Cui nunc viret corpus, delapsa e cœlitus
Expirat vt stella, atq; in cœlum spiritum
Mittit.

Ita lunam, quod huius generis cõcinat vertigini, cum diminutiones oculis subiectas & accretiones accipientem variationesq; contemplentur, alij astrum terrestre, alij terram cœlestem, nõnulli inferæ simul & cœlestis sortem Hecates appellauere. Sicut igitur si aera sustuleris, & submoueris eum, qui inter terram & lunam est interiectus, vnitatẽ retexueris vniuersitatis, in medio vacua relicta & laxata regione. Ita qui dæmonum nationem non relinquunt, commercium deorum hominumq; & consortium subducunt, dum interpretem, vt Plato ait, & administram tollunt naturam: aut omnia miscere pariter & turbare nos compellent, dum laboribus humanis & rebus implicant deum, deuocantq; ad negocia nostra, vt feruntur, lunam Thessalæ. At illarum in mulieribus versutia accepit fidem: quod Aglaonice* Agetoris filia, vt fama est, mulier astrologica in lunæ defectu incantare & deuocare eum simularet. Nos vero nec eos, qui diuinationes aliquas sine numinis afflatu esse prædicant, aut mysteria aut Liberi patris sacra postmitti ab dijs, audiamus: neque rursus deum in hisce volutari, iis interesse aut vna admouere

opinemur

[Margin notes: *Alii vtrinq; *triplicata. *Ἡγήτορος.]

opinemur manus: Verum quibus par est, deorum ministratoribus sicut statoribus & scribis hęc delegantes, dæmonas arbitramur sacrorum deorum mysteriorumq; arbitros, alios immanium & magnorum scelerum vltores palari. Nonnullos sanequam reuerende Hesiodus sanctos nuncupauit diuitiarum datores regiumque hoc munus obtinentes: quod sit benemereri regium. Sicut enim in hominibus, ira in dæmonibus virtutis disparitates, ac perturbationum & stultitię his debiles adhuc & obscuræ adhęrent reliquiæ, quasi retrimentū, illis copiosæ ac restingui morosæ: quarū vestigia notasq; passim sacrificia, mysteria, & fabulæ in ipsis proseminata seruant ac retinent. Atq; mystica quidem, in quib. maximas significationes & lumina capere est veritatis de dæmonibus, tacita & in arcano, vt Herodoti verbis vtar, maneant. Solennia vero & sacrificia sicut dies nefastos & atros, in quibus sunt crudæ epulæ, laniationes, ieiunia, plāctus, sæpenumero etiam verba in sacris obscœna ac furores alij commoti iactatione cum capitis, nulli deorum, sed malorum dæmonum causa auerruncandorum pro mulcimentis & blandimentis fieri dixerim: humanasque hostias, quæ olim immolabantur, neque appeti ab dijs neque esse ijs probabile sit gratas, neque temere reges & duces liberos suos dare & ipsi mactare & iugulare sustinebant, sed vt dirarum & importunarum amolirentur & explerent acerbitates furiarum: nonnullorum etiam insanas & tyrannicas libidines eorum, qui corporibus aut per corpora coniungi non valent aut nolunt: sed sicut Oechaliam Hercules virginis gratia obsedit: ita valētes & violenti dæmones, qui deposcunt vestitam corpore animam humanam, cum per corpora complecti eas non valent, pestilentias ciuitatibus vel agrorum sterilitates inuehunt, armaque & seditiones concitant, dum quod concupiscunt, ceperint & hauserint. Quidam diuersum: sicut in Creta diu versatus memini tosum cognoui festum celebrari, quo effigiem hominis capite trūcam ostendunt, memorantque Molum hunc fuisse Merionis patrem: qui virgini per vim oblato stupro repertus truncato est capite. Iam in fabulis & cantilenis quæ referūt & agunt, partim raptus, partim errores deorum, latibula, exilia, & obsequia: hæc non deorum, sed dæmonum sunt casus & fortunæ, quæ ob eorum virtutem & potentiam commemorantur. At neque Æschylus ait:

Apollinem castum exulem cælo deum:

neque Sophoclis Admetus:

Meus egit ad molam istum gallinaceus.

Plurimum vero deerrant à veritate Delphorū theologi, qui arbitrantur fuisse aliquando hic pugnam Apollini de oraculo cum dracone. Atque hæc poëtis ac fabularum scriptoribus in ludis theatralibus referre permittunt: quasi industria sanctissimis solennibus, quæ agunt, repugnēt. Hic cum esset stupore defixus Philippus (aderat enim historicus ille) ac requireret, quibus reclamare dijs censeat eos, qui in ludis concertāt: His, infit, qui ad hoc oraculum spectant: quib. modo cunctos, qui extra portas fuerunt, Græcos hæc ciuitas initians vsq; ad Tēpe est progressa. Nam tugurium, quod in area nono quoque anno erigitur, latibulum aut cubile non est draconis, sed tyrannici vel regij domicilij simulachrum, irruptioque tacita in id per Doloniam appellatam: Mox quod puerum patrimum & matrimum accensis facibus inducunt, atque vbi tugurio subiecerunt ignes mensamq; subuerterunt effusa fuga per templi ostia eiiciunt se: Postremo errores & cultus pueri, & quæ ad Tempe aguntur lustra immanis piaculi & facinoris suspicionem præbent. Quando ridiculum sit mi Philippe interempta Apollinem bestia ad vltimas Græciæ oras expiationis quęrendæ gratia fuisse: ibiq; libamina quædam fudisse atque egisse ea, quæ obeunt mortales, cum offensiones dæmonum expiant & procurant: quos alastoras & palamnæos, quasi dicas vltrices diras & pestes, vocant, tanquam perpetua & vetera piacula memoria recolentes. Quæ audiui modo referri de fuga hac & exilio, prodigiosa sunt oppido & noua. Quod si quid subest veritatis ne exiguum æstimemus & vulgare, quod illo æuo apud oraculum gestum est. Cæterum ne Empedocleum illud dicere videar, ac fastigia annectere alia aliis fabularum, neque adferre tramitem vnam, sinite me primis congruum imponere exitum. Modo enim eo perueneramus: atque audeamus post multos nos quoque exponere, dæmonas, qui manteis & oraculis appositi sunt, plane expirare, & cum his illa: atq; quando profugerunt vel migrauerunt, vim suam effundere: vbi redierunt post longinquum spacium, sonare sicut instrumenta, quod qui tractare ea & eis vti valent, præsto sint. Ita fato Cleōbroto Heracleon: Nemo, inquit profanorum & nec initiatorum atque eorum, qui à nobis dissonas de diis opiniones habēt, adest. Verum ipsi caueamus Philippe nobis, ne imprudentes absurda principia & immania sermoni nostro accommodemus. Recte ais, inquit Philippus. Sed quid te ex iis, quæ posuit Cleombrotus, offendit. Ibi Heracleon: Sortitos esse oracula, inquit, dæmonas deorum ministros, non deos quos cura exemptos esse rerū humanarum deceat, mihi non improbatur opinio. At dæmonibus his tantum non abrupte ex Empedoclis versibus, offensa, noxas, errores, diuinitus immissos impingere, & postremo etiam mortales sicut homines facere id esse arbitror,

audaciu-

audaciis & barbarius. Rogauit ergo Cleombrotus Philippum, qui esset & cuias ille adolescẽs Vt audiuit nomẽ eius & patriam: Nec nos ipsos, inquit, præterit Heracleon delapsos nos in sermones alienos esse Cæterum non potest fieri, vt grandibus de rebus, nisi vsurpes grandia exordia, ad id, quod probabile est, progrediare. Tu vero imprudens, quod dedisti, adimis. Fateris enim esse dæmonas. At dum hoc esse non vis peruersos vel mortales, non ultra dæmonas retines. Quo enim discedunt à dijs, si natura incorruptibiles, & virtute sunt ab animi perturbationibus & noxis liberi. Ad ea Heracleone submissum secum quid voluente: Atqui prauos, inquit, dæmonas nõ Empedocles tantum Heracleon reliquit: verumetiam Plato, Xenocrates Chrysippus. Adhæc Democritus auspicatas species precibus sibi optando, alias sæuas & improbas noscere se libera voluntate præditas & impulsib. ostendit, de quorum obitu historiam ex viro audiui nec stulto, nec vano. Æmiliani oratoris, quem etiam nonnulli vestrum audiuerunt, Epitherses fuit pater, ciuis meus & in grammaticis præceptor. Hic narrauit, cũ aliquando in Italiã nauigaret, conscendisse nauem se, quæ merces & frequentes vectores portabat. Sub vesperum apud Echinadas insulas cecidisse ventos, nauemq; huc illuc iactatam prope Paxas delatã fuisse: vigilasse autem plurimos, complures etiam adhuc è cœna compotasse. Ibi repente exauditam ex insula Paxis vocem cuiuspiam, qui Thamum quẽdam clamore cieret, vt obstupesceret. Thamus Ægyptius erat gubernator, ne eorum quidem qui in naui erant, multis de nomine notus. Eum bis appellatum tacuisse, tertio paruisse vocanti. Tunc illum contenta voce dixisse: Cum ad Palodes perueneris, magnum Pana nuncia interisse. Quod qui audiuerunt, attonitos ostendit Epitherses omnes fuisse ac rem secum perpendisse: facerene præstaret imperatum, an non scrutari de eo curiose, sed negligere. Thamũ cẽsuisse, si ventus flaret, vt præternauigarẽt tacite. Sin tranquillitas esset, silerentq; apud eum locum venti, vt pronunciaret, quod acceperat. Vt ad Palodes delati sunt, & cecidit ventus, nec fluctus fuit, prospectantem ad terram Thamũ retulisse, vt acceperat magnũ Pana obiisse. Vix conticuisse eum, cum extitit non vnius, sed multorum cum stupore confusus gemitus. Eum rumorem, quod multi præsentes essent, cito Romæ percrebuisse, accitumque à Tiberio Cæsare fuisse Thamum. Tantam autem à Tiberio sermoni adiunctam fidem, vt de Pane perquireret & indagaret: Coniecisse vero eruditos, qui circa eum erant frequẽtes, eum esse, qui fuit ex Mercurio & Penelope natus. Ac habuit ex præsentib. Philippus nonnullos testes, qui Æmilianum senem audiuerant. Demetrius ex insulis Britanniæ vicinis multas demonstrauit esse vastas & disiectas: quarum dicatas quasdam dæmonibus & heroibus esse. Nauigasse autem se contemplandi & visendi gratia accepto ab imperatore comitatu in proximã ex desertis, quæ paucos incolas sed sacrosanctos & inuiolatos à Britannis omnes habebat. Paulo ante, quam eo peruenisset, procellas in aëre ingentes & prodigia extitisse, & truces coortos ventos, præsteresque delatos fuisse. Postquam exsæuiit tempestas, dixisse insulares aliquem forte humana maiorem decessisse. Vt enim lucerna dixisse accensa nihil habet molesti extincta multis est grauis: perinde magnæ animæ accensiones placidas & lenes habent, extinctiones earum & interitus subinde vt nunc auras & procellas cient, subinde pestifera lue aërem inficiunt. Vnam quidem ibi insulam esse, in qua asseruari in vinculis à Briareo sopitum Saturnum. Pro vinculo enim ei somnum structum esse. Apud eum multos dæmonas esse famulos & ministros. Sub hunc Cleombrotus: Habeo, inquit, ego, quoque paria exponere. Sat est autem ad institutum, nihil pugnare nec prohibere, quum hæc ita sint. Quãquam Stoicos, inquit, nouimus non de dæmonibus modo hæc, quæ refero, probare, sed & inter deos adeo frequentes vnum numerare sempiternum & immortalem; cæteros & genitos & expiraturos arbitrari. Epicureorum autem irrisiones & cachinni nec extimescendi sunt, quos effundunt & in prouidentiam, quam fabulam appellant. Nos vero imperitiam esse dicimus fabulam, quæ tot in mundis nullum ratione diuina habeat temperatum, verum temere omnes existimat extitisse & consistere. Quod si ridẽdum est in philosophia species ridendæ sunt illæ surdæ, cœcæ, & inanimes: vbi maneant multis annorum gyris existentes & circumquaque palantes; quæ partim ab adhuc spirantibus, partim à iamdudum crematis aut putrefactis defluentes: quarum authores nugas & vmbras in naturæ rationem inuehũt. Qui tamen, si quis asserat dæmonas esse, qui non natura tantum, sed & fama incolumitatem & æuum diuturnum obtineant, indignãtur. His dictis Ammonius: Recte, inquit, mihi Theophrastus dixisse videtur. Quid enim causæ est, quin vocem accipiamus grauem & sapientissimam. Etenim si reijcitur, multa quæ valent fieri, nec tamen ratione demonstrari; tollit: si in probatur, multa secum trahit, quæ fieri vel existere non valent. Quod tamen vnum audio ex Epicureis aduersus ascitos ab Empedocle dæmonas demonstrantib. non posse fieri, si improbi sint & offensatores, vt beati & longæui sint: quod multa cœcitate suffusa prauitas sit, & in labefactãtia incurrat, hoc imperitiæ plenum est. Ita Epicurus Gorgia deterior sophista, & comico Alexide Metrodorus videbitur. Quippe bis tantũ spacij hic quam Metrodorus vixit, & quam Epicurus ille plus sesquitriplo. Temere namq; valida

virtus

virtus & vitium eſſe dicitur in firmũ ad corporis incolumitatem & interitum. Quando vel be-
ſtiæ multæ, quę torpidæ ſunt & ſtupidæ multæ laſciuę & impudicæ, æua viuant quam intelligẽ-
tes & ſolertes longiora. Proinde parum rectè Deo æternitatem ex cautione & ſummotione of-
fenſionum affingunt. Oporrebat enim, vt beatum quod eſt, natura non ſentiat mala & occa-
ſum, & ſolicitudine liberum ſit omni. Cæterum abſentes parum candidum videatur oppugna-
re. Par igitur eſt, vt Cleombrotus nobis, vnde declinauit, de dæmonum demigratione & fuga,
reuocet orationem. Ibi Cleombrotus: Enimuero mirer ego, inquit, niſi longe vobis quam ſu-
periora abſurdior videbitur: quantumuis ductam eſſe appareat ex ratione naturali, & profecta à
Platone ſit, qui licet non diſerte, ſed ex obſcura opinatione pronunciauit, & ſuſpicionem te-
10 ctam eius preſſe intulit, attamẽ eſt ipſe aliorum philoſophorum clamoribus multum iactatus.
Sed quandoquidem fabularum & ſermonũ crater inter ſe confuſorum in medio propoſitus eſt:
& fortaſſe quiſpiam, qui in auditores benigniores inciderit, vt nummos peregrinos hanc ora-
tionem probauerit: non grauabor hominis ſermonem barbari adferrę: quem multis erroribus
& magna indicij mercede ad mare rubrum cum hominibus ſemel quoq; anno congredientem,
cætera cum nymphis Nomadibus dæmonibusq;, vti narrabat, commorantem vix tandem re-
peri, habuiq; cum eo colloquium & familiaritatem. Inter omnes, quos equidem vidi, homines
fuit hic facie venuſtiſſima, omnisq; exors morbi perpetuo degebat. Fructu herbæ quodam me-
dicato & amaro ſemel menſe veſcebatur. Linguas callebat multas: apud me tamen Dorica fe-
re vtebatur non ſine modis canticis. Cum loqueretur, locum fragrantia occupabat quam os
20 eius efflabat gratiſſimam. Reliquum tempus alijs in ſtudijs & lectionibus omne ponebat. Ad di-
uinationem vero vnum diem quoq; anno inſpirabatur, reddebatq; ad mare deſcendens vati-
cinia. Conueniebant ad eum dynaſtæ & ſcribæ regum, inde recipiebant ſe. Ille igitur diuinatio-
nem ad dæmonas delegabat. Libentiſſime meminit Delphorum, nec cuiuſquam eorum, quæ
hic de Libero patre commemorantur, & de ſacris, que aguntur, hoſpes erat. Verũ cum illa ca
ſus eſſe ingentes dæmonum prædicat, tum hæc de Pythone. Nec vero, cum cædem perpetraſſet
nouẽ annos ad Tempe exulem fuiſſe, ſed huius orbis ſolum alio orbe mutaſſe, poſt illinc anno-
rum magnorum anfractibus nouem factum purũ Phœbumq; reuera, id eſt, mundum hoc ora-
culum accepiſſe, quod eo tempore à Themide ſeruabatur. Eodem modo ſe habent Typhonica
30 & Titanica, quę dæmonum fuerunt cum dæmonibus pugnæ, inde ſuperatorum fugę, & piacu-
la à deo exacta admiſſorum: vt Typhonis dicitur in Oſirim noxa, & in Cœlum Saturni: quorum
euaſerunt honores obſcuriores, vel etiam omnino hi in alium mundum deceſſerunt. Quando
Solymos accipio Lyciorum accolas præcipue Saturnum veneratos. Vt vero peremptis principi-
bus eorum Arſalo, Dryo, & Troſobio fugam fecit, conceſſitq; neſcio quo (id enim non habent
dicere) illos iacuiſſe, Arſalum vero aſperum deum appellaſſe, deuotioneſq; in eius nomen pu-
blice & priuatim concipere Lycios. His ſane multa germana ex theologorum commentariis
ſumas licet. Quod ſi ſolennibus deorum vocabulis dæmonas aliquos nuncupamus: non eſt, in-
quit hoſpes ille, mirum. Cui enim quiſq; deo contributus eſt, atque à quo poteſtatẽ eſt & hono-
rem conſecutus, ab hoc ſolet appellari. Namq; ex nobis alius eſt Iouius, alius Palladius, aut Dio-
40 nyſius, aut Mercurialis. Nonnulli tamen fortuito tectam appellationem habent, plerique vero
nihil ad ſe attinentia, ſed perperam deorum obtinent vocabula. Vt conticuit Cleombrotus,
omnibus viſa ſunt dicta eius ſtupenda: roganteq; Heracleone, num hæc Platoni conuenirent,
& quemadmodum primordium ille huic ſermoni præbuiſſet: Bene, inquit: ſuccurrit tibi infi-
nitatem eum à primo mundorum improbaſſe, de numero autem finito fluctuaſſe: qui vſque
ad quinque ponentibus pro ſingulis elementis mundos ſingulos conceſſit, quod conſentane-
um foret: ipſe tamẽ perſtitit in vno, quod eſſe Platonis videtur peculiare: cum alii magnopere
formidaſſent multitudinem, perinde quaſi eos, materiam qui vno mundo non definiant, ſed
excurrant, illico interminata & aſpera excipiat infinitas. Hoſpesne ille, inquam ego, de mũdo-
rum numero, vt Plato ſtatuit? an vero toto conſuetudinis tempore eum hac de re non appella-
50 ſti, neque quid ſentiret percunctatus es? Egone, inquit Cleombrotus? ſi nihil aliud, non acris
eſſem neque intentus auditor, cum præberet hic ſe & exhiberet facilem. Prędicabat non innu-
meros, neque vnum, neque quinque mundos, verum eſſe CLXXXIII. figura constructos tri-
quetra: cuius ſingula latera mundos complecti ſexagenos, trium reliquorum quemque affi-
xum angulo eſſe. Hos ordine inter ſe contingere leniter ſicut in chorea circulantes. Internam
trianguli planiciem penates eſſe omnium, quam veritatis campum vocari, vbi doctrinas, for-
mas, & exempla præteritorum & impendentium immota iacere: circa ea ſeculũ eſſe, cuius ve-
lut effluuium in tempora manare tempus. Horum aſpectum & ſpectaculum animis humanis
decies mille annis ſemel fieri, modo vixerint probe: ac myſteria noſtratia optima illarum ſom-
nium eſſe ceremoniarum & myſteriorum, retulitque propter præclara quæ illic ſunt, philoſo-
phi homines aut nequicquam de literis commentari. Hæc, inquit, ſine vlla arte fabular. tem

 ſicut

ficut in mysteriis & initiatione audiui, neque vllam probationem vel argumentum dictorum suorum afferebat. Ibi ego appellato Demetrio: Qui habent se procorum, qui tractantem arcū admirabantur Vlyssem, verba? Vbi ea suggessit Demetrius: Eadem mihi, inquam, venit in mentem de hospite illo vsurpare:

Nā ille quidem venator erat furaxque

præceptorum & disciplinarum variarum, in literisq; multiuagus, nec barbatus sed Græcus natione, multa Græca doctrina tinctus. Prodit autem eum mundorum numerus: qui non est Ægyptius vel Indicus, sed Doricus ex Sicilia, hominis himeræi Petronis nomine Illius ipsius quidem non legi librum, nec scio an extet. Rheginus vero Hippes, cuius meminit Phanias Eresfius, sententiam hanc esse & doctrinam Petronis scribit, mundos octoginta tres supra centum 10 esse serie contingentes se mutuo. Sed quid illud sit Serie contingere, non explanat, neque rationem vllam probabilem accommodat aliam. Tum excipiens Demetrius: Quæ vero, inquit, ratio sit huiuscemodi in rebus probabilis: cum Plato quoque nullo allato consentaneo aut verisimili ita opinionem illam euertat. Hic Heracleon: Atqui vos inquit, audimus grammaticos Homero id placitum attribuentes, vniuersitatem illum in mundos quinque dispertiri, cœlum, aquam, aera, terram, olympum. Quorum duo communia relinquit, terram, quæ vniuersitatis inferæ sit: Olympum, qui vniuersitatis superæ. Tres intermediū sunt tribus diis delegati. Platonem item appatet pulcherrimas & primas corporum formas & figuras attribuentem vniuersitatis dissimilibus naturis vocare eas mundos, mundū terræ, mundum aquæ, aeris, ignis: nouissimum, eum, hos qui complectitur illum duodecim signorum diffusum & volubilem, cui potissimum animalibus circumuectionibus & meatibus congruentem figuram & conuenientem 20 reddidit. Ibi Demetrius: Homerum, inquit, in præsentia ne moueamus. Satis enim fabularum est. Plato vero nihil minus, quam quinque mundi discrimina quinq; mundos vocat, pugnatq; cum illis, qui quinque mundos ponunt. Plane ait vnicum hunc esse vnigēamque & sufficientem, ex materia vniuersa corporea, integrum, absolutum, nihil extra se requirentem esse procreatum. Quare mireris, qui eum verum ipse dixerit, opinionis aliis improbabilis & absurdæ præbuerit semen. Nam vt vnum mundum non tueretur, argumentum quodammodo ex vniuersitatis infinitione capiebar. At limitate statuere tam multos, nec plures quam quinque vel pauciores, perquam est nouum atq; ab omni verisimilitudine remotum: nisi quid tu dicis, inquit, me intuens. Cui ego: Itane, inquam videtur, vt misso iam de oraculis sermone tanquā decurio ad alterū transeamus tā immensum. Non vt missum faciamus, inquit, illum: sed ne hunc, 30 qui nos retinet, prætereuehamur: verum quatenus fidem eius inquirere liceat, attingamus eum, mox ad institutum argumentū transituri. Primum igitur, inquam ego, quæ obstant, quo minus mundos constituamus innumeros, ea vno plures constituere nihil prohibent. Etenim quantum ad id, potest esse plurious in mundis diuinatio & prospicientia, & valde exiguus fortunæ intercursus, vt in plærisque tamen ordo, ortus, & varietas consistant, quorum in infinitate non valet vllum. Deinde huic rationi magis consequens est deo non vnigenitum neque desertum esse mundum. Siquidem plene cum bonus sit, nullius indigus est virtutis, eius præsertim, quæ in iustitia & amicitia posita est. Quippe pulcherrimæ sunt ei hæ & diis conuenientes. Frustra autem habere quicquam aut inutile a Deo est alienum. Snnt igitur foris dii alii & mundi, erga 40 quos virtutes sociabiles exercet: quando non aduersus seipsum aut partem sui iustitiæ, vel beneficentiæ vel humanitatis, sed erga alios est ei vsus. Itaque non est probabile exortem amicorum vel solitarium hunc, vel insocialem infinito in vacuo mundum iactari: cum etiam naturam cernamus singula generibus & formis velut conceptaculis & inuolucris seminis complectentem. Nihil enim in rerum numero est, cuius causa non extet communis, neque certam aliquam appellationem assequatur, quod non communiter certum quid priuatim sit. Atqui mundus negatur certum quid esse. Qui autem certum quid sit ex mutua cum aliis differentia, qui affinis sibi & vniformis fabrica tus est talis? Si namque neque homo vnus neque equus extitir, neque sidus, vel deus, vel dæmon: nunquid causæ est, quin nec mundum habeat natura vnum, sed plures? Quippe qui iactat ei etiam terram vnam & mare esse, is rem apertam non 50 videt, esse res, quæ partium sunt similium. Terram enim in eiusdem vocabuli portiones, mare item dissecamus. At mundi pars non vltra mundus, sed naturis conflata est ex diuersis. Iam eius potissimum metu materiam vniuersam quidam in hunc mundum effundunt: ne qua extra relicta obstaculis aut illisionibus conquassæt huius contextum: hi nequicquam metuunt. Nam plures si mundi sint, quorum cum sua essentia & materia quisque modum & terminum certum sit & limitatum nactus: nihil confusi vel indigesti vt superflui relinquetur, quod foris incurrat. Siquidem quæ in quoque causa est, eum sit contributæ materiæ porens: nihil quod erumpat aut vagetur, sinet in alium impingere, neque in se ex alio: propterea quod numerum natura non habeat interminatum & immensum, neque motum temerarium & inconditum.

Si vero

Si vero quod effluuium ab aliis ad alios rapiatur,id germanum blandumq; ſit oportet,& omnibus familiariter admiſceatur, ſicut ſtellarum fulgores & commiſtiones : ipſiq; oblectentur intuentes ſe mutuo placide,diiſq; multis & bonis, qui in quoque ſunt,conſortia præbeant & comitatem. Nihil eſt enim horum,quod fieri non poſſit, nihil fabuloſum vel abſonum : niſi ſane qui Ariſtotelis doctrinam vt naturæ conſonam formident. Nam cum corpus quodque obtineat,vt ille ait,locum proprium,terra vndiq; feratur neceſſe eſt in medium, in illam aqua propter pondus,ſubiiciens ſe leuioribus. Si ergo plures mundi ſint:eueniat vt terra frequenter ſupra ignem & aerem feratur,frequenter infra. Simili modo aer & aqua: vt modo in locis ſuis natiuis ſint,modo ſecus. Quæ cum fieri non poſſint,vt arbitratur,neq; duos neq; plures mundos eſſe:ſed vnum hunc ex omni eſſentia conflatum, collocatumq; ſecundum naturã. vt conuenit corporibus differentibus. Cæterum ſunt hæc artificioſius quam verius dicta. At ita, inquit, mi Demetri conſidera. Nam qui corpora quædam medium & infera dicit petere, quædam à medio ſupera, alia circa medium & in orbem verſari:ad quid ſumit medium ?Non ad inane ſcilicet. Neq; enim eſt de eius ſententia : vbi vero eſt non habet medium, vt nec primum nec extremum. Sunt enim hæc termini. Hoc vero eſt infinitum & interminatum. Si quis autem vrgeat eum ratione ,vt infinitum audeat inane fateri, quæ nam in eo motionum diuerſitas corporibus exiſtat ? Quippe neq; in inani vis eſt corporum, neque habent corpora voluntatem & impulſum, qui medium appetat eoque contendat vndique nec tamẽ fieri poteſt, vt ex corporibus inanimis aliquod ad incorporeum repat,& ad id,quod nullam in partem mouetur:aut vt cieri ea ex ſemetipſis aut trahi cogitemus ab illo. Reſtat ergo,vt medium non loci,ſed corporis ratione dicatur. Namque huius mundi, qui vnam habet pluribus ex corporibus & diſſimlibus vnitatem modulationemq;, diſſimilitudines motus edunt neceſſario alios atque alios. Iam liquet id ex eo, quod ſingula quæ eſſentiis variant, ſimul mutare & loca. Nam diſterminationes ab vmbelico materiam ſubuolantem vndiq; diſpertiunt, concretiones vero denſationesq; deprimunt peſſum, & ad medium compellunt : de quibus nihil eſt quod hoc loco prolixius agamus. Quamlibet enim conſtituas harum paſſionum & viciſſitudinũ cauſam opificem eſſe, hęc quemq; mundum in ſeipſo coercebit. Si quidem terram & mare ſinguli habẽt mundi. Habent etiam medium ſinguli peculiare; labores corporum, conuerſiones, naturam, & vim, ſeruantq; ſuo loco & tuentur vnumquodq;. Extra hunc ſiue nihil eſt, ſiue inane infinitum;non dat,ſicut dictum eſt,medium. Plures vero ſi mundi ſunt,ſuum cuiq; eſt medium. Itaque motus peculiaris eſt his ad hoc,illis ab hoc,aliis circa hoc,ſicut illi diſtribuunt. Qui vero vnum in * medium ex multis vergere vndiq; libramenta ſtatuit:hic nihil diſcedit ab eo, qui multorum hominum vult in vnam venam ſanguinem confluere vndequaque, vnaque membrana omnium cerebra contineri,abſurdum eſſe ducens,ſi corporum naturalium non vnum cuncta ſolida,& vnum rara locum obtineant. Hinc etenim ineptus fuerit,& ille quoque,qui indignatur,ſi tota partibus vtuntur ſuis ſitum ſuum natiuum ſigillatim ordinemque tenentibus. Quippe illud monſtroſum ſit, ſi quis mundum eſſe diceret eum,qui in ſe lunã ita contineat: ſicut ſi homo in calcibus cerebrum, & in temporibus cor ferret. Enimuero plures decernentem diſcretos eſſe inter ſe mundos,ſimul cum totis ſeiungere & ſegregare partes,haud eſt alienum. Quippe quæ in quoq; eſt terra,quod mare,& quod cœlum,locatũ erit naturaliter,vt par eſt:ac ſupra, infra,in orbem, & medium non ad alium,neque extra, ſed in ſemetipſo & ad ſemetipſum habet quiſq; mundus relatum. Nam quem extra mundum lapidem quidam ponunt:is neque quietis intelligentiam neq; motionis præbet. Qui enim aut ſubſiſtet pondere præditus, aut ad mundũ ſicut momenta reliqua mouebitur:qui neq; pars ſit eius,neque eius eſſentiæ contributus ? Eam vero terram, quæ alio in orbe continetur,& eſt aſtricta, non oportebat conturbari, ne huc ponderis cauſa à toto reuulſa tranſmeet:cum naturam conſpiciamus & firmitatem, qua continentur partes ſingulæ. Quando ſi non ad mundum,ſed extra eum infra & ſupra accipiemus,iiſdem cum Epicuro in æſtibus hærebimus:qui corpuſcula, quæ atomos vocant, cuncta in ſubiectas pedibus ſedes detrudit:quaſi aut pedes vacuum haberet,aut infinitas in ſe infra & ſupra intellectui ſubiiceret. Quocirca Chryſippum quoque mireris,imo hæſites omnino, qua re motus mundum in medio conſiſtere prædicet,eſſentiamq; eius loco medio ſempiterne occupato,maxime huic aſtrictam eſſe,vt perpetuo duret & quaſi ſit immortalis. Hæc enim in quarto περὶ δυνατῶν id eſt, de iis,quæ fieri poſſunt,tradit: medium infiniti locum parum recte ſomnians, abſurdiuſque permanſionis mundi ei,quod exiſtere non valet.medio cauſam aſſignans: idque cum ſæpius aliis locis dixerit motibus in ſui medium eſſentiam & à ſui medio regi atque adminiſtrari. Iam alia Stoicorum quis timeat quærentium,quemadmodum fatum vnum maneat & prouidentia, nec multi extituri ſint Ioues, plures ſi mundi ſint? Primum ſi multos eſſe Ioues monſtrum eſt, multo ſint profecto illorum monſtroſiora decreta. Etenim ſoles, & lunas, & Apollines, & Dianas,& Neptunos in circumuectionibus mundorum innumeris innumeros fingunt. Deinde quid cogit, ſi plures

*Alii, mũdum.

ſi plures ſint mundi, frequentes Ioues eſſe, & non in quoq; rectorem primum & ducem vniuerſitatis deum & mente & ratione prædirum, vt hic, qui apud nos dominus omnium & pater cognominatur: aut quid cauſæ erit, quin Iouis fato & prouidentiæ audientes omnes ſint: atq; hic luſtret viciſſim eos modereturq;, ſubminiſtrans omnibus primordia & ſemina, rerumq; rationes efficiendarum? Si enim hic vnum corpus crebro ex diſtractis corporibus coagmentatur, velut concio, exercitus, chorus: quorum ſingulis viuere, intelligere & diſcere contigit, vt arbitratur Chryſippus: vt mundi ſint in vniuerſitate decem vel quinquaginta vel centum, qui ratione vtantur vna, atq; ad vnum referantur principium, non eſt, quod fieri non poſſit: imo valde decet eiuſcemodi digeſtio deos. Neq; enim vt examinis ducibus, ſic diis, ne foras prodeāt, prohibendum, neq; tanquam in cuſtodia materiæ ſunt includendi vel potius conſtringendi: ſicut hi deos faciunt aeris habitus, aquarumq; & ignis poteſtates commiſtas putant in his, atque vna cum mundo gignunt eos, rurſuſq; concremant, non ſolutos nec liberos ſicut aurigas vel gubernatores: ſed qui ſicut ſigna affixa ſunt baſibus: applumbataq; cohæreſcunt: ſic concluſi corpori agglutinatique eius vſque ad interitum diſſolutionem, & mutationem conſortes ſint. Illa vero religioſior opinio atque magnificentior, nullius obnoxios imperio deos, ſed ipſos eſſe principes, ſicut Tyndaridæ tempeſtate vexatis opitulantur:

Præſentia & reddunt tranquillam vim ſua
Sæui maris, rapidoſque ventorum impetus.

cum ipſi non ſint vectores, neque in ſocietatem veniant periculi, verū ſuperne appareant ſalutares: perinde ſubire mundum aliâs alium ſpectaculi voluptate ductos, atque naturæ in regendis ſingulis ſocios. Nam Iupiter quidem Homericus non valde longe ad negocia Thracia à Troia & accolentes Danubium paſtores oculos deflexit. At verus ille pulchras habet, & decentes pluribus in mundis vices: non inane immenſum foris luſtrans: neque ſemetipſum, præterea nihil, vt nonnullis eſt viſum, conſideramus: verum actus deorum & hominum multos, motuſque & curſus aſtrorum in orbibus ſuis ex alto ſpectans. Haud enim ſunt conuerſiones tædio, ſed pergratæ numini, ſi ex eorum, quæ ſub conſpectum cadunt, capienda eſt coniectura viciſſitudinibus & vertiginibus cœleſtibus. Eſt igitur prorſus infinitio inepta & abſurda, quæ nequaquam admittit deum, ſed adhibet ad omnia fortunam & temeritatem. Quæ vero in definita mundorum multitudine & numero conſiſtit curatio & prouidentia: nihilo hanc ea, quæ vnum in corpus inſinuauit ſe, atque annexa eſt vni, idque infinitis modis transfigurat ac fingit, equidem cenſeo habere abiectius vel ærumnoſius. Hæc ego fatus continui me. Philippus non longo interuallo: Veritas, inquit, de his ita an aliter habeat, ego quidem non contendam. Quod ſi mundo deum vno emouemus, cur quinq; ſolorum facimus eum non plurium conditorem. Ac quæ nam ſit, cupiam potius diſcere, huiuſce ad multitudinem numeri ratio, quam quo conſilio dictio εἰ ſit hic conſecrata. Neq; enim triangularis vel quadrangularis eſt, neq; plenus vel cubicus, neq; elegantiam ſectantibus talia & admirantib aliam vllam præbere videtur. Nam ducta ab elementis ratio, quam ille tecte & quaſi per ænigma innuit, eſt intellectu plane difficilis: neque vllum præ ſe fert argumentum, quod illum induxerit, vt eſſe probabile diceret, cum corpora quinque angulis recta & æqualia lateribus, quæ planiciebus æquis contineantur, ingenerata materiæ ſint, totidem continuo eſſe ex iis effectos mundos. Atqui, inquā ego, apparet Theodorum Solenſem non inſcite, vbi exponit Platonis Mathematica, perſecutum eſſe eam rationem. Perſequitur autem ſic: Meta, octaedrum, icoſaedrum, & dodecaedrum, quæ prima ponit Plato, omnia proportionum competentiis & paritatibus pulchra ſunt: neque melius quicquam his vel ſimile aliud componere naturæ vel conglutinare relictum eſt: vnam tamen omnia concretionem non obtinent neque genituram parem. Cæterum ſubtiliſſima eſt & minutiſſima meta, maximū partibuſque numeroſiſſimum dodecaedrum. Reliquorum duorum octaedro eſt duplo triangularium numero icoſaedrum maius. Itaque vt ortū ſimul cuncta capiant, natura non fert, vna ex materia. Subtilia enim, & exigua, & conſtructione ſimpliciora prima mouenti & fingenti materiam ſequacia ſint neceſſe eſt, perficianturque, & ante illa, quæ plenioribus conſtant partibus, corporatioraq; ſunt, exiſtant: quorum è numero, quæ concretioné habent moroſiorem, dodecaedrum eſt. Huic conſequens eſt ſolum corpus primum eſſe pyramidem, neq; vllum aliorum, quorū eſt natura natalium tardior. Cæterum hanc quoque abſurditatem expedit materiæ in quinque mundos partitio & diſtractio. Alibi enim piramis extitit prima, alibi octoedrum, alibi icoſaedrum. Ex eo autem, quod primū prodiit in ſingulis ducent reliqua originem per partium concretionem, dum in omnia fiat omnibus conuerſio: vt ipſe oſtendit Plato, qui omnia fere explicat: nobis autem breuibus didiciſſe ſufficiet. Quando aer, dum extinguitur ignis, producitur: ac tenuatus rurſus, ex ſe ignem edit: in vtriſque ſeminibus labores & viciſſitudines ſunt ſpectandi. Semina ignis meta ex XXIIII. primis triquetris. Octoedrum aeris ex iiſdem XLVIII. efficitur. Fit igitur aeris vnum elementum ex duobus ignis cōmiſtis & coagmen-

tatis

tatis: aeris rursus elemētum in minuta frusta dissectum, in corpora ignis digeritur duo. Contrà constrictum in seipsum & compactum in aquæ speciem degenerat. Ita vbiq; id quod prius extitit, semper omnibus alijs ex mutatione expeditam reddit geniturain, neq; vnum solum est primum. Sed cum aliud in alio corpore motum conditorem & anticipantem habeat ad generationem, eiusdem omnibus appellationis seruatur societas. Hic Ammonius: Strenue hæc, inquit, Theodoto & magnanimiter elaborata sunt. Cæterum miror, ni subuertentibus se mutuò vsus sit sumptionibus. Pronunciant enim omnibus quinq; non extitisse vna concretionem: verum subtilissimum semper, & quod minori negocio fingitur, ante cætera ad productionem progredi. Deinde quasi huic consequens non repugnans ponit, non quamuis materiam efferre te-
10 nuissimum hoc & simplicissimum: sed interim spissa & composita maturare ex materia fœturæ suæ exortum. Ad hæc quinq; positis primis corporibus, quapropter totidem dicantur mundi, in solis quatuor probationem adhibet. Cubum vero vt in calculorum ludo subtraxit: qui in illa vt transeat, non sit comparatus, neque vt conuertendi in se illis præbeat copiam: quod nimirum non sint eiusdem generis trianguli. Illis enim subiacet cōmune in omnibus semitriangulum. In hoc vero est peculiare solo isosceles, quod propensionem ad illud vel confusionē vniẽtem non efficit. Quare si quinq; corporū & quinq; mundorum in singulis principatum habet genituræ, vbi extitit cubus primus: nullum prodibit aliorum. In nullum enim potest cubus verti illorum. Relinquo enim, quod dodecaedri appellati elementum aliud statuunt, non illud scalenum, ex quo metam, octaedrum, icosaedrū Plato compingit. Quare simul ridens ait Am-
20 monius: Aut hæc tibi sunt diluenda, aut quid adferendum de communi quæstione peculiare; Tum ego: Nihil, inquam; hoc quidem tempore probabilius, quod promam, habeo. Cæterum satius est fortassis suæ quam alienæ opinionis rationem reddere. Repeto igitur à capite: Cum naturæ duæ propositæ sint vna sensilis in ortu & interitu varia vagansq; alias, alio, altera in essentia intellectibilis, quę eodem in statu semper consistit, absurdum sit sane, cum intellectibilis dissecetur & disparitatem in se habeat, si corporea & passionibus mancipata non vna relinquatur, quæ cohæreat sibi ipsi & in se nutet, sed distrahatur & diuellatur, stomachari & offendi. Siquidem stabilia & diuina certe conuenit vt sibi ipsis cohęreant, defugiantq; quatenus fieri queat, diffectionem & diuulsionem omnem: sed & hæc alterius facultas attingens maiores im-
30 primit, quam sunt illa ex loco diuortia, intellectibilibus ex proportione & specie dissociationes; Hinc reclamans ijs, qui vniuersitatem prædicant vnum Plato: & id, quod est, dicit esse, & idem, & alterum, deniq; motum & statum. Itaq; cum hæc sint quinq;, non fuit mirum, si quinq; elementorum illorum corporeorū quodq; simulachrum naturæ & imago sit natum non incompositum neq; syncerum: sed quam maxime particeps quodq; cuiusq; potentiæ. Siquidem cubus propter planorum stabilitatem & firmitatem plane status peculiare est corpus. Metæ vim igneam & agitabilem in laterum subtilitate & angulorum acumine quiuis percipiat. Ac dodecaedri indoles figuras complectens alias, quæ est eius, quod est imago ad omne corporeum esse natum videtur. Reliquorum duorum icosaedrum alterius, octaedrum eiusdem speciei potissimum consors est. Quare hoc aera constringentem essentiam omnem vna in figura, alterum
40 aquam confusione in plurima qualitatum genera transeuntem edidit. Itaq; si poscit, æquabilitatem natura in omnibus, etiam mundos probabile est neq; plures editos esse neq; pauciores illis exemplis: quo quodq; in quoq; ordinem principatus & vim habeat sicut in corporum concretione habuit. Sed tamen hoc placemus admirantem, quod obnoxiam productioni & variationi naturam in tot genera discerpimus. Illud vero iam reputate in cōmuni animis intentis, supremorū principiorum, vnius inquam, & infinitæ dyadis, hanc, quæ informium est omnium elementū & confusorum, infinitatem dici: Vnius naturam, quę finit & complectitur infinitatis inanitatem & temeritatem interminatā informare eam; atq; vt in cadentib. sub sensum appellationem demonstrationi comitantem, aliquo modò sustineat & excipiat, efficere. At hæc pri-
50 mum principia in numero exoriuntur, imo plane non est illa multitudo numerus, nisi sicut formaquod materiæ est ex immensæ infinitate innatum, nunc plus, nunc minus resecetur. Tunc namq; euadit multitudo quæq; numerus, quando ab vno terminatur. Quod si sublatum sit vnum iterum infinita dyas omnia confundens in compositā, infinita, & immensa reddit. Quia vero non est forma interitus materiæ, sed figura & digestio eius subiectæ: simul numero insint oportet ambo principia: Vnde prima & maxima dissociatio & disparitas orta est. Est enim numeri paris infinitum principium machinator: melius alterū imparis. Est autem primum binarius primus, ternarius imparium: ex quibus numerus quinarius compositione communis amborū numerus est, cum potestate sit impar. Oportebat namq;, cum sensile & corporeum conglutinationis causa in portiones plures dissecetur alterius necessitate, vt nec primus par esset, nec primus impar, sed is, qui ex his conficitur, tertius: quò ab vtroq; principio edatur, tam ab eo qui parem condit, quam ab eo, qui imparem. Neque enim poterat fieri, alterum ab altero vt

discederet. Quippe vtrinsq; principij naturam obtinet & vim. Ambobus igitur copulatus præstantius superato interminato, quod dirimere solet, corporeum exortum est: & cum materia vtrobiq; discerperetur, interiectam in medio monadem sine vniuersitatis dissectione non reliquit: sed multitudo extitit mundorum ex interminati variatione & diuersitate: imparem vero multitudinem eiusdem & terminati vis effecit. Imparem autem eam, quod longius naturam, quam decebat, non siuerit procedere. Si enim incompositum & purum esset vnum nequaquam distractionem materia haberet. Cæterum quia diuisore temperatum est dyade, sectionem quidem accipit & segmentum, hic tamen subsistit per impar victo pari. Hine πεμπάζειν solenne fuit priscis, vt vocarẽt numerare deductum à numero quinario. Iam vniuersitas meo iudicio, quam Græce vocant τὸ πᾶν à quinario numero, quem πέντε dicunt, non ab re nominata est, quod scilicet numerus quinarius ex primis numeris constet. Etenim alii cum alijs multiplicati in alterum ex his numerum transeunt. At quinarius si pari numero sumatur, plenum parit denarium: sin impari, se ipsum denuo reddit. Præterea, quod ex primis duobus quadris conflatus sit monade & quaternario quinarius. Primus autem antecedentibus se æquiualens duobus pulcherrimum orthogoniorum triquetrorum conflat, primus creat proportionem sesquialteram. Neque enim hæc forsitan proposito argumento congruũt: sed illud citius, quod ea huius numeri naturalis vis sit, vt diuidat, & quod præ his plurimum naturam dispertiat. Siquidem in nobis ipsis sensus insunt & partes quinq; animæ, naturalis, sensilis, concupiscens, turbulẽta, rationalis, digitiq; vtriusq; manus totidem & fœcundissima genitura in partes quinq; scissa. Neq; enim plus quinq; peperisse fœminam memoria extat, quina eisdem puerperijs crebro. Rheam quoque fabulantur Ægyptij deos edidisse quinq; tecte significantes quinq; mundorum vna ex materia ortum. Iam in vniuersitate quinque Zonis terræ plaga, quinque circulis distinctum est cœlum, duobus Arcticis, duobus solstitialibus, & medio ęquinoctiali. Quinq; porro errantium stellarum sunt orbes, solis, luciferi, Mercurij eadem vestigine currentium. Harmonicus vero est mundi quoq; contextus: quomodo scilicet concentus apud nos in quinque tetrachordorum collocationibus cernitur, hypatarum, mesarum, connexarum, disiunctarum, superlatarum. Modulaminum item interualla quinque, diesis, hemitonium, tonus, sesquitonium, ditonum. Ita naturam apparet libentius quinis omnibus moliendis, quam globosa figura, vt tradidit Aristoteles, delectari. Quid tandem dicat quispiam, ad quinq; figuras retulit quinque mundorum Plato numerum, dum ait quinto corpore deum in vniuersitate abusum describenda: Inde obiecta de mũdorum numero quæstione, vnum quinque ne eos vere genitos dicendũ sit: demonstrat hinc dubitationem profectam putare. se, si modo ad illius sensum reducenda probabilitas est consideranti corporum & figurarum illarũ dissimilitudinibus necesse est protinus motuum quoque comitari dissimilitudines: sicut docet ipse, qui dissipationis & concretionis nomen essentiæ variatione etiam locum permutare pronunciat. Nam ex aere si natus sit ignis dissoluto octaedro & dissecto in metas: aut vice versa ex igne aer in octaedrum coacto & compresso, permanere in pristina sede non potest: verum fugit, regionemque rapitur ad aliam magna vi obsistentia & vrgentia perrumpens ac cum eis pugnans. Clarius autem id, quod tunc euenit, similitudine quadam ostendit: Perinde atque ea, quæ ventilabris & instrumentis ad purgandum frumentum cõparatis excutiuntur & euannuntur, simili modo elementa referens, quę materiam agitant & agitantur ab illa, accedere semper similibus similia, aliamque regionem alijs fuisse, priusquam ex ijs esset ordinata & composita vniuersitas. Ita ergo cum materia esset tunc comparata, vt fuisse vniuersitatem verisimile est comparatam: extemplo quinque primæ qualitates peculiaribus præditæ momentis raptæ fuerunt diuersæ, non in totum neque syncere secretæ: Quod cunctis confusis semper ea, quæ superantur, superantibus contra naturam comitentur. Quapropter sane cum alia alio raperentur: pares numero corporũ generibus particulas & dissociationes fecerunt: vnam ignis non puri, ignea tamen forma: alteram ætheris non liquidi, sed æetherea forma: aliam non solius seorsum terræ, sed terream. Maxime autem aeris & aquæ natura promiscua fuit: propterea quod multis generibus, vt est dictum, admixti alijs discesserit. Neque enim distraxit locis deus vel diduxit materiam: sed cum ea sua sponte distraheretur & in diuersum ferretur, quam in confusionibus acceperat tam multis, competentiæ & mediocritatis temperatione ordinauit & composuit. Inde cum singulis rationem velut moderatricem & custodem præfecisset, mundos effecit totidem, quot genera primorum corporum fuere. Atque hæc quidem Platoni sint in Ammonij gratiam tributa. Equidem de mundorum numero, tot esse nunquam asseuerem. Eam vero opinionem, quæ plures vno, non innumeros tamen, sed numero statuit certos, neutra illarum esse importuniorem reor, cum materiam natura dissipabilem & diuiduam intuear, neque in vno consistentem: cui tamen in infinitum non permittitur à ratione discedere. Quod si alio loco hic certe Academiæ memores immodicã fidem premamus, securitatemq; vt in loco lubrico in disputatione de infinitione retineamus. Me ita

fato De:

fato Demetrius: Recte, inquit, monet Lamptias. Multis enim formis diui non sophismatum, vt Euripides ait, sed rerum nos in errorem trahunt: quando velut ex certa scientia tantis de rebus statuere audemus. Verum reducenda est, vt ille ait ipse, ad institutum ab initio argumentum oratio. Nam cum relatum esset recedentibus & deserentibus oracula dæmonibus sicut organa artificib. ignaua ea iacere & muta, id aliam excitat de causa maiorem disputationem & de virtute, cuius ope implent diuino afflatu quasi furoris & visionib. diuinos & diuinas. Neq; n causam debemus oraculorum silentii assignare desertioni: nisi, quemadmodum vbi præsident & præsto his sunt, agentia & fatidica ea efficiant dæmones, sciamus. Tum excipiens Ammonius: Putasne aliud dęmonas, inquit, quam animas esse & circumuagari iuxta Hesiodum aere vestitos? Mihi quidem, vt homo distat ab homine, qui tragœdiam vel comœdiam agit: perinde apparet ab anima animam distare, quæ corpore indutam vitæ se præsenti exhibet. Quare non est absurdũ vel mirum, si animæ cum animis conuersantes species futuri obiiciunt: sicut nos inter nos non omnia voce, verum etiam literis & contactu solum atq; intuitu multa indicamus transacta, & venientia pręnunciamus, nisi tibi Lampria secus videtur. Etenim allatus est nuper nobis rumor multa re de his Lebadeæ apud hospites disseruisse: quorum nihil is, qui retulit, exacte commemorauit. Nihil miteris, inquam ego. Multæ enim actiones simul & negocia, quæ intercurrebant quod oracula redderentur & sacrificium fieret, orationis filum distraxerunt & diuulserunt. At nunc, inquit Ammonius, feriantes habes auditores & paratos partim ad quærendum, partim ad discendum semota rixa & contentione omni, venia q; est & omni & scientia, vti vides permissa. Aliis item eo simul me inuitantibus, vt paulisper conticui: Atqui casu nescio quo Ammoni, inquam illis sermonibus tu ipse primordium & ingressionem dedisti. Si enim disclusæ à corporibus vel eius semel exortes animæ dæmones sunt authore te & diuino Hesiodo:

Casti, custodes hominum terramq; colentes.

cur corporibus animas vestitas ista dispoliabimus virtute, qua impendentia præsagire queunt & prædicere dæmones? Neq; enim vim a'it partem vllam accedere probabile est animis, quando excesserunt corporibus, quam ante non habuerint: verum habere semper deteriores tamen dum corporibus immistæ sunt, ac partim prorsus cœcas & tectas, partim languidas & obscuras, & per nebulam videntium modo aut eorum qui in humore mouentur, inhabiles, segnes, magnæq; emendationis & restaurationis indigas suæ facultatis, amotionisq; & detractionis illius, quod fallit: quod anima vel corpori alligata præsentiendi habeat vim, sed propter corporis cũ terra misturam occœcetur. Nam quomodo sol non cum emerserit ex nubibus, efficitur rutilans, sed rutilat perpetuo, apparet autem nobis in nebula caliginosus & opacus: anima item diuinandi non quærit vim, quando corpore vt nube excessit: verum habet eam nunc quoq;: quæ tamen ob eius cum illo, quod est caducum, commistionem & confusionem obtunditur. Nihil autem est, quod obstupescamus, aut fidem his dictis abrogemus, cum contemplemur, si nihil aliud animæ æquipollentem diuinationi vim, quam memoriam appellamus, quam ingens opus edat conseruandis & tuendis præteritis, ac magis instantibus. Præteritorum enim nihil est vel existit: cætetum simul oriuntur cuncta & intereunt, facta, dicta, casus: quod tempus sicut vndæ impetus singula transuersa rapiat. At hæc animæ vis haud scio quo pacto ea, quæ præsentia non sunt, imaginatione quasi adsint, complectendo insinuat. Nam datæ Thessalis de Arna sortes præceperunt dicere:

Auditum surdi, cæci queq; visum.

Memoria vero & rerum auditus surdarum, cœcarumq; nobis aspectus est. Quare sicut dixi, nõ est mirandum, cum teneat ea, quæ non amplius existunt, si multa nondum ortorum anticipet. Hæc enim eius potius intersunt, atq; his illa consentit. Etenim insistit & adhęret consequentibus, ab anteactis autem & consummatis discessit, extra quam quod eorum meminit. Hanc igitur cum habeant facultatem animæ natiuam quidem, sed exilem & imagines obscure repræsentantem, tamen efflorescunt subinde & exuscitantur per insomnia & in mysteriis aliquæ defecato corpore, aut cum temperaturam conuenientem ad hoc acceperit: aut quando ratiocinatio & consideratio remissa & exoluta præsentibus partem, quæ ratione caret, & visorum est informatrix imaginatione in futura intendit. Neq; enim, vt ait Euripides:

Est optimus vates, qui coniicit bene:

verum hic cordatus vir est, qui mente pręditam animi partem ac decenter ducentem in itinere sequitur. Pars vero illa diuinatrix sicut tabula alba, temerariaq; & vaga sponte naturæ, capax, tamen imaginatiuis affectibus præsensionum citra ratiocinationem vllam, maxime cum recessit à repræsenti, attingit futurum. Recedit autem, cum temperatio & comparatio est corporis ea, vt immutetur, quem afflatum quasi furoris appellamus. Ipsum quidem corpus sua sponte in eiusmodi tenore est sæpe. Tellus vero multarum aliarum fontes virtutum hominibus edit,

natus,addidiſſe Pythiam cornicem ipſis locum indicaturã.Igitur cõceſſiſſe eos illinc (Chęroneam)atq; cauponam audiſſe,quæ cum certis hoſpitibus Tegyram pergentib. de iſta dictione loquerentur.Quam cum hoſpites in digreſſu ſalutarent,appellarentq; vt ei erat nomen,Cornicem: percepiſſe vaticinum, factaque apud Tegyras re diuina breui poſt patriæ redditos fuiſſe. Porro claruerunt recẽtiore quoq; memoria hæc oracula,quę nũc euanuere. Quare operæpretium ſit huius cõuerſionis apud Apollinem cauſam ſcrutari.Iam à delubro aliquantulum progreſſi ad fores veneramus Gnidiorum exedræ.Ingreſſi intro amicos,ad quos tendebamus,conſpeximus conſidentes ac nos operientes. Atq; alij quidem ob temporis articulum conticeſcebant,quod vngerentur aut athletas ſpectarent. Demetrius vero arridens: Mẽtiar,inquit,an dicam verùm? Videmni mihi nullam inſignem commentationem in manibus habere. Cõtemplor enim vos in magna animi remiſſione ſedentes ac frontem exporrigentes. Hinc ſubijciens Megarenſis Heracleon:Nempe non quærimus,inquit,verbũ βάλλω an duorum λ. alterum in futuro tempore deponat:neque à quibuſnam ſimplicibus nominibus χεῖρον, βέλτιον, χείριστον, & βέλτιστον ſint formata. Hæc enim fortaſſis & id genus alia adducunt & contrahunt frontem. Alia ſine ſupercilio ſpeculeris & perſcruteris licet quiete & non vultuoſe, & ſine ſtomacho aduerſus præſentes:Excipite ergo Demetrius nos,inquit,& nobiſcum diſceptationẽ nobis oblatã,quæ huic congruit loco,atque Apollinis cauſa omnibus conuenit ac ne inter diſputandum frontem cõtrahatis,cauete. Vt ergo permiſti fuimus inter conſidendum, adduxitq; in medium Demetrius ſermonem: extemplo Didymus Cynicus Planetiades cognomine exilijt, ac cũ bis terue baculo pulſaſſet tellurem,exclamauit,Heu,heu,rem intricatam ac multæ inueſtigationis nobis adduxiſtis. Stupendum ſcilicet eſt,ſi,cum tot vitia irrepſerint,nõ modo,vt præſagiuit Heſiodus, pudor & Nemeſis rebus humanis exceſſere:verumetiam deorum proſpicientiam vaſis collectis oraculorum ſe ſubduxit. Contrarium vobis ego pono quærendum: quid ni vel tunc ceſſit, vel Hercules denuo,aut quis alius deus cortinam diuellit rogatiunculis oneratam adeo fœdis & impijs,quas Apollini proponunt: dum alij vt ſophiſtam experiũtur,alij de theſauris aut hereditatibus,aut inceſtis nuptijs requirunt: vt plane coarguatur Pythagoras,qui mortales ait,quãdo ad deos pergunt,ſolito effici meliores. Ita quos merito decebat homine præſente natu grandiore inficiari & recondere animi morbos & perturbationes,hoc detectos & apertos ad deum deferunt.Qui ſermonem cum producere intenderet,prehendit Heracleon eius palliũ, & ego, qui omnium prope eram ei familiariſſimus:Noli, inquam chare Planetiade vltra deum inflammare.Eſt namq; præceps nec lenis,

Habetur eſſe autem nobis placidiſſimus.

vt verbis Pindari vtar.Et ſiue ille ſol,ſiue ſolis eſt dominus & pater,exceditq; viſibilia cũcta:haud eſt veriſimile homines eum hoc tempore voce ſua dedignari: quibus eſt author generationis, alimenti,vitæ & intellectus:neq; ſimul prouidentiam ſicut benignam matrem & facilem, quæ omnia nobis ſubminiſtrat & conſeruat, vnã inuidere diuinationem: & quam à primo præbuit hanc eripere:quaſi nec tunc extiterint maiore in frequẽtia homines flagitioſi,cum paſſim toto orbe oracula vigerent.Proinde huc ad ſedendum confer te iterum:ac cum improbitate,quam perpetuo conſueuiſti oratione coercere, inducias pactus Pythicas aliam nobis cauſam indaga defectionis, vt dicitur,oraculorum:Deum autem propitium retine & placidum. Hiſce ego dictis tantum effeci, vt Planetiades mutus foribus excederet. Facto aliquãtiſper ſilentio appellauit me Ammonius,ac: Vide quid agimus,inquit,Lampria, atque ſermoni aduerte animum, ne deum hic excuſemus. Nam aliunde qui,& nõ dei huius cõſilio oracula cenſet ſilentia expiraſſe hic ſuſpicionem nec extitiſſe nec eſſe per deum ea, verum alio quopiam modo arbitrandi affert. Neque enim alia maior aut potentior vis,quæ tollere & abolere opus dei valeat diuinationem,eſt vlla.Sane Planetiadis dicta non accipio cum ob alia,tum ob inconſtantiam,quam deo tribuit:qui nunc auerſetur & reijciat improbitatem,nunc cõtra admittat regis more vel tyranni: qui vna ianua excludit ſceleroſos,altera recipit & eis reſpondet. Cæterum cum opus, quod eſt ampliſſimum cõſummatum, & nuſquam ſuperfluum,atque cui deeſt nihi,deos deceat:hoc accepto capite ſi dicas communẽ hominum raritatẽ, quam ſuperiores diſcordiæ & arma toto fere terrarum orbe peperit, maxima ex parte in Græciam redundaſſe: vt hoc tempore vix tria militium millia valeat vniuerſa præbere,quot vna Megarenſium ciuitas ad Martem Platęẽſem miſit: ac nihil eſſe aliud,cur multa oracula deus deſeruerit,quã quod oſtẽdat Græciæ vaſtitatẽ: huic ego ſatis materiæ eo ad verba fundẽda præbuero.Quid enim attulit Tegyræ boni,vbi ante oraculum fuit. aut apud Ptoon:vbi nõ licebat interdiu paſcẽtem hominem appellare.Etenim quod illic fuit antiquiſſimum tempore, & gloria celeberrimum,à dira beſtia perdiu factum vaſtum fuiſſe & inacceſſum dracone fœmina ſcribunt: qui parum recte efferatum terram, ſed ex contraria accipiunt.Siquidem ſolitudo allexit potius beluam,quã ſolitudinem fecit. Quando vero,vbi ita viſum fuit deo, & Græcia ciuitatibus amplificata eſt, & locus hominib. frequentatus

tus, duabus vsi sunt varibus, quæ vicissim oracula reddiderunt. Etiã tertia designata subsidiaria fuit. Nunc vero vates est vna, nec querimur. Satisfacit enim hæc consulentibus. Non igitur etiam deo assignanda causa. Nam quæ obtinet diuinatio & durat, hæc omnibus sufficit, omnesq; remittit potiros ijs, quæ requirunt. Vt ergo nouem est vsus præconibus Agamemnon, atque concionem ægre ob frequentiam continuit: hic vero paucis diebus in theatro vocem vnam ad omnes peruolantem cerneris: ita plurib' tunc ad plures diuinatio vocibus vtebatur. Nunc vero contra demirari oporteret deum, si diuinationem fineret nequicquam atq; modo defluere, vel sicut rupes pastorum in solitudine & pecudum voces referre. Ita Ammonio fato ac me conticescente compellans me Cleombrotus: Iam hoc tu, inquit, largitus es, efficere hæc oracula & 10 tollere deum. Non sane inquam ego. Interisse enim nullum dei causa aio manteum vel oraculum: verum ex compluribus, quæ nobis ille parat & instruit, afferr nonnullis natura dissolutionem & interitum. Imo materia, cum sit priuatio & labes, refugit identidem & dissipat id, quod à natura efficitur potiore. Perinde vaticinandi facultatibus alias arbitror nebulas offundi, & interitus earum esse: quod quamuis multa hominibus deus præclara largiatur, nihil tamé immortale:

Moriantur vt diuinæ res, sed non deus:

vt ait Sophocles. Essentiam autem eorũ pollentiamq;, naturæ & materiæ peritos debere aiunt excutere, seruato deo, vt æquum est principio. Quando stultum est & puerile valde deũ ipsum putare vt engastrimythos Euryc leas olim, nunc Pythonas appellatos corpora subire vatum & 20 responsa dare illorum ore & voce vtendo pro organis. Nam eum qui admiscet negociis humanis, hic non haber rationem eius authoritatis, neque maiestatem ei & amplitudinem virtutis retinet. Ibi Cleombrotus: Recte tu quidem, inquit. Ceterum quoniam capere & definire, quéadmodum vtendum & quatenus prouidentia, arduum est: qui nullius omnino deum, & qui omnium statuunt esse authorem, mediocritatem & decorem non assequuntur. Quare recte dicunt, qui aiunt Platonem, cum qualitatum geniturae subiectum inuenisset elementum, quod nunc materiam & naturam vocant: multis expedisse homines & magnis scrupulis. Plures vero mihi videntur illi exemisse æstus atque maiores, qui dæmonum gentem inter deos & homines, quæ quodammodo consortium inter nos in vnum conciliat & conglutinat, excogitauerũt, siue magi hæc Zoroastris est doctrina, siue Thracia ab Orpheo, siue Ægyptia, siue Phrygia: 30 vt ex mysterijs apud vtrosque auguramur, qui cęremonias & sacrificia eorum admixtum mortale quippiam & lugubre habere videmus. Ex Græcis quidem apparet Homerum vtrunq; nomen vsurpare, deosq; interim dæmonas nuncupare. Plane Hesiodus & distincte exposuit principes ratione vtentium genera quatuor, deos, inde dæmonas multos & bonos, mox heroas, tum homines, semid js inter heroes repositis Alij mutationé iuxta corporib. & animis faciunt: quomodo ex terra aqua, ex aqua aër, ex aëre ignis conspicitur generari sursum euolante materia: sic ex hominibus in heroas, in dæmonas ex heroibus præstantissimæ animæ accipiunt mutationé. Ex dæmonibus paucæ hactenus longo spacio per virtutem semel defecatæ diuinitatis sunt cõpores factæ. Nonnullis contingit, vt nõ imperent sibi, sed flaccescentes & relabentes denuo in corpora caduca tenebricosam & obscuram vitam sicut exhalationem habeant. Enimuero He- 40 siodus etiam certis anfractibus temporum offerri dæmonibus obitus existimat. Exequitur etiam sub Naidis persona tempus obscure:

Secla viri nouies pubentu garrula cornix
Vincit, cornicis ceruus quater, at tria ceruí
Tempora coruus agit, quem deinceps Indica phœnix
Egreditur nouies, at vos natæ Iouis alti
Pulchricomæ decies superatis secula nymphæ.

ANNOTATIVNCVLA.

Si pro [illegible], legamus, intelligamusq; vtraque quadraginta prius confecta in octogenarium coire numerum, eumque in triangulum redigamus: certissimum 50 erit nobis inde propositum numerum expeditissime procreatum iri, si tamen meminerimus ter eam trianguli summam in vnam colligere.

Addendam putaui Plutarchi loci descriptionem per notas numerorum figurasq;, quo facilius intelligantur omnia:

1	1	1	1	
2	2	2	2	
3	3	3	3	
4	4	4	4	4 Vtriusque termini in seipsos ducti
10.	10.	10.	10.	10
	40			40 id est, vtraq; quadraginta simul iuncta.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Hoc tẽpus mire multiplicant illi, qui non recte ætaté assequuntur. Est enim annus, vt si in summã colligas, sint noué millia sexcenti viginti anni dæmonum vitæ tribuendi. Minus opinantur multi Mathematici, plus nõ Pindarus ait nymphas viuere

Aequale vt arbores sortitas seculum,

vnde dici eas Hamadryadas. Dum ille adhuc differit, exci-

piens

opinemur manus: Verum quibus par est, deorum ministratoribus sicut statoribus & scribis hęc delegantes, dæmonas arbitramur sacrorum deorum mysteriorumq; arbitros, alios immanium & magnorum scelerum vltores palari. Nonnullos sanequam reuerende Hesiodus sanctos nuncupauit diuitiarum datores regiumque hoc munus obtinentes: quod sit benemereri regium. Sicut enim in hominibus, ita in dæmonibus virtutis disparitates, ac perturbationum & stultitię his debiles adhuc & obscuræ adhęrent reliquiæ, quasi retrimentū, illis copiosæ ac restingui morosæ: quarū vestigia notasq; passim sacrificia, mysteria, & fabulæ in ipsis proseminata seruant ac retinent. Atq; mystica quidem, in quib. maximas significationes & lumina capere est veritatis de dæmonibus, tacita & in arcano, vt Herodoti verbis vtar, maneant. Solennia vero & sacrificia sicut dies nefastos & atros, in quibus sunt crudæ epulæ, laniationes, ieiunia, plāctus, sæpenumero etiam verba in sacris obscœna ac furores alij commoti iactatione cum capitis, nulli deorum, sed malorum dæmonum causa auertruncandorum pro mulcimentis & blandimentis fieri dixerim: humanasque hostias, quæ olim immolabantur, neque appeti ab dijs neque esse ijs probabile fit gratas, neque temere reges & duces liberos suos dare & ipsi mactare & iugulare sustinebant, sed vt diratum & importunarum amolirentur & explerent acerbitates furiarum: nonnullorum etiam insanas & tyrannicas libidines eorum, qui corporibus aut per corpora coniungi non valent aut nolunt: sed sicut Oechaliam Hercules virginis gratia obsedit: ita valētes & violenti dæmones, qui deposcunt vestitam corpore animam humanam, cum per corpora complecti eas non valent, pestilentias ciuitatibus vel agrorum sterilitates inuehunt, armaque & seditiones concitant, dum quod concupiscunt, ceperint & hauserint. Quidam diuersum: sicut in Creta diu versatus monstrosum cognoui festum celebrari, quo effigiem hominis capite trūcam ostendunt, memorantque Molum hunc fuisse Merionis patrem: qui virgini per vim oblato stupro repertus truncato est capite. Iam in fabulis & cantilenis quæ referūt & agunt, partim raptus, partim errores deorum, latibula, exilia, & obsequia: hæc non deorum, sed dæmonum sunt casus & fortunæ, quæ ob eorum virtutem & potentiam commemorantur. At neque Æschylus ait:

Apollinem castum exulem cælo deum:

neque Sophoclis Admetus:

Meus egit ad molam istum gallinaceus.

Plurimum vero decertant à veritate Delphorū theologi, qui arbitrantur fuisse aliquando hic pugnam Apollini de oraculo cum dracone. Atque hæc poëtis ac fabularum scriptoribus in ludis theatralibus referre permittunt: quasi industria sanctissimis solennibus, quæ agunt, repugnēt. Hic cum esset stupore defixus Philippus (aderat enim historicus ille) ac requireret, quibus reclamare dijs censeat eos, qui in ludis concertāt: His, infit, qui ad hoc oraculum spectant: quib. modo cunctos, qui extra portas fuerunt, Græcos hæc ciuitas initians vsq; ad Tēpe est progressa. Nam tugurium, quod in area nono quoque anno erigitur, latibulum aut cubile non est draconis, sed tyrannici vel regij domicilij simulachrum, irruptioque tacita in id per Doloniam appellatam: Mox quod puerum patrimum & matrimum accensis facibus inducunt, atque vbi tugurio subiecerunt ignes mensamq; subuerterunt effusa fuga per templi ostia eiiciunt se: Postremo errores & cultus pueri, & quæ ad Tempe aguntur lustra immanis piaculi & facinoris suspicionem præbent. Quando ridiculum sit mi Philippe interempta Apollinem bestia ad vltimas Græciæ oras expiationis quęrendæ gratia fuisse: ibiq; libamina quædam fudisse atque egisse ea, quæ obeunt mortales, cum offensiones dæmonum expiant & procurant: quos alastoras & palamnæos, quasi dicas vltrices diras & pestes, vocant, tanquam perpetua & vetera piacula memoria recolentes. Quæ audiui modo referri de fuga hac & exilio, prodigiosa sunt oppido & noua. Quod si quid subest veritatis ne exiguum æstimemus & vulgare, quod illo æuo apud oraculum gestum est. Cæterum ne Empedocleum illud dicere videar, ac fastigia annectere alia aliis fabularum, neque adferre transitem vnam, finite me primis congruum imponere exitum. Modo enim eo perueneramus: atque audeamus post multos nos quoque exponere, dæmonas, qui manteis & oraculis appositi sunt, plane expirare, & cum his illa: atq; quando profugerunt vel migrauerunt, vim suam effundere: vbi redierunt post longinquum spacium, sonare sicut instrumenta, quod qui tractare ea & eis vti valent, præsto sint. Ita fato Cleōbroto Heracleon: Nemo, inquit profanorum & nec initiatorum atque eorum, qui à nobis dissonas de diis opiniones habēt, adest. Verum ipsi caueamus Philippe nobis, ne imprudentes absurda principia & immania sermoni nostro accommodemus. Recte ais, inquit Philippus. Sed quid te ex iis, quæ posuit Cleombrotus, offendit. Ibi Heracleon: Sortitos esse oracula, inquit, dæmonas deorum ministros, non deos quos cura exemptos esse retū humanarum deceat, mihi non improbatur opinio. At dæmonibus his tantum non abrupte ex Empedoclis versibus, offensa, noxas, errores, diuinitus immissos impingere, & postremo etiam mortales sicut homines facere id esse arbitror,

audacius

virtus & vitium esse dicitur in firmũ ad corporis incolumitatem & interitum. Quando vel bestiæ multæ, quę torpidæ sunt & stupidæ multæ lasciuę & impudicæ, æua viuant quam intelligẽtes & solertes longiora. Proinde parum recte Deo æternitatem ex cautione & summotione offensionum affingunt. Oportebat enim, vt beatum quod est, natura non sentiat mala & occasum, & solicitudine liberum sit omni. Cæterum absentes parum candidum videatur oppugnare. Par igitur est, vt Cleombrotus nobis, vnde declinauit, de dæmonum demigratione & fuga, reuocet orationem. Ibi Cleombrotus: Enimuero mirer ego, inquit, nisi longe vobis quam superiora absurdior videbitur: quantumuis ductam esse appareat ex ratione naturali, & profecta à Platone sit, qui licet non diserte, sed ex obscura opinatione pronunciauit, & suspicionem te-
10 ctam eius presse intulit, attamẽ est ipse aliorum philosophorum clamoribus multum iactatus. Sed quandoquidem fabularum & sermonũ crater inter se confusorum in medio propositus est: & fortasse quispiam, qui in auditores benigniores inciderit, vt nummos peregrinos hanc orationem probauerit: non grauabor hominis sermonem barbari adferre: quem multis erroribus & magna indicij mercede ad mare rubrum cum hominibus semel quoq; anno congredientem, cætera cum nymphis Nomadibus dæmonibusq;, vti narrabat, commorantem vix tandem reperi, habuiq; cum eo colloquium & familiaritatem. Inter omnes, quos equidem vidi, homines fuit hic facie venustissima, omnisq; exors morbi perpetuo degebat. Fructu herbæ quodam medicato & amaro semel mense vescebatur. Linguas callebat multas: apud me tamen Dorica fere vtebatur non sine modis canticis. Cum loqueretur, locum fragrantia occupabat quam os
20 eius efflabat gratissimam. Reliquum tempus alijs in studijs & lectionibus omne ponebat. Ad diuinationem vero vnum diem quoq; anno inspirabatur, reddebatq; ad mare descendens vaticinia. Conueniebant ad eum dynastæ & scribæ regum, inde recipiebant se. Ille igitur diuinationem ad dæmonas delegabat. Libentissime meminit Delphorum, nec cuiusquam eorum, quæ hic de Libero patre commemorantur, & de sacris, quę aguntur, hospes erat. Verũ cum illa ea sus esse ingentes dæmonum prædicat, tum hæc de Pythone. Nec vero, eum cædem perpetrasset nouẽ annos ad Tempe exulem fuisse, sed huius orbis solum alio orbe mutasse, post illinc annorum magnorum anfractibus nouem factum purũ Phœbumq; reuera, id est, mundum hoc oraculum accepisse, quod eo tempore à Themide seruabatur. Eodem modo se habent Typhonica
30 & Titanica, quę dæmonum fuerunt cum dæmonibus pugnæ, inde superatorum fugę, & piacula à deo exacta admissorum: vt Typhonis dicitur in Osirim noxa, & in Cœlum Saturni: quorum euaserunt honores obscuriores, vel etiam omnino hi in alium mundum decesserunt. Quando Solymos accipio Lyciorum accolas præcipue Saturnum venerari. Vt vero peremptis principibus eorum Arsalo, Dryo, & Trosobio fugam fecit, concessitq; nescio quo (id enim non habent dicere) illos iacuisse, Arsalum vero asperum deum appellasse, deuotionesq; in eius nomen publice & priuatim concipere Lycios. His sane multa germana ex theologorum commentariis sumas licet. Quod si solennibus deorum vocabulis dæmonas aliquos nuncupamus: non est, inquit hospes ille, mirum. Cui enim quisq; deo contributus est, atque à quo potestatẽ est & honorem consecutus, ab hoc solet appellari. Namq; ex nobis alius est Iouius, alius Palladius, aut Dio-
40 nysius, aut Mercurialis. Nonnulli tamen fortuito rectam appellationem habent, plerique vero nihil ad se attinentia, sed perperam deorum obtinent vocabula. Vt conticuit Cleombrotus, omnibus visa sunt dicta eius stupenda: rogante q; Heracleone, num hæc Platoni conuenirent, & quemadmodum primordium ille huic sermoni præbuisset: Bene, inquit: succurrit tibi infinitatem eum à primo mundorum improbasse, de numero autem finito fluctuasse: qui vsque ad quinque ponentibus pro singulis elementis mundos singulos concessit, quod consentaneum foret: ipse tamẽ perstitit in vno, quod esse Platonis videtur peculiare: cum alii magnopere formidassent multitudinem, perinde quasi eos, materiam qui vno mundo non definiant, sed excurrant, illico interminata & aspera exciperet infinitas. Hospesne ille, inquam ego, de mũdo-
50 rum numero, vt Plato statuit? an vero toto consuetudinis tempore eum hac de re non appellasti, neque quid sentiret percunctatus es? Egone, inquit Cleombrotus? si nihil aliud, non actis essem neque intentus auditor, cum præberet hic se & exhiberet facilem. Prędicabat non innumeros, neque vnum, neque quinque mundos, verum esse CLXXXIII. figura constructos triquetra: cuius singula latera mundos complecti sexagenos, trium reliquorum quemque affixum angulo esse. Hos ordine inter se contingere leniter sicut in chorea circulantes. Internam trianguli planiciem penates esse omnium, quam veritatis campum vocari, vbi doctrinas, formas, & exempla præteritorum & impendentium immota iacere: circa ea seculũ esse, cuius velut effluuium in tempora manare tempus. Horum aspectum & spectaculum animis humanis decies mille annis semel fieri, modo vixerint probe: at mysteria nostratia optima illarum somnium esse ceremoniarum & mysteriorum, retulitque propter præclara quæ illic sint, philosophi homines aut nequicquam de literis commentari. Hæc, inquit, sine vlla arte fabulatorem

ſicut in myſteriis & initiatione audiui, neque vllam probationem vel argumentum dictorum ſuorum afferebat. Ibi ego appellato Demetrio: Qui habent ſe procorum, qui tractantem arcũ admirabantur Vlyſſem, verba? Vbi ea ſuggeſſit Demetrius: Eadem mihi, inquam, venit in mentem de hoſpite illo vſurpare:

Næ ille quidem venator erat furaxque

præceptorum & diſciplinarum variarum, in literiſq; multiuagus, nec barbarus ſed Græcus natione, multa Græca doctrina tinctus. Prodit autem eum mundorum numerus: qui non eſt Ægyptius vel Indicus, ſed Doricus ex Sicilia, hominis himeræi Petronis nomine Illius ipſius quidem non legi librum, nec ſcio an extet. Rheginus vero Hippes, cuius meminit Phanias Ereſſius, ſententiam hanc eſſe & doctrinam Petronis ſcribit, mundos octoginta tres ſupra centum eſſe ſerie contingentes ſe mutuo. Sed quid illud ſit Serie contingere, non explanat, neque rationem vllam probabilem accommodat aliam. Tum excipiens Demetrius: Quæ vero, inquit, ratio ſit huiuſcemodi in rebus probabilis: cum Plato quoque nullo allato conſentaneo aut veriſimili ita opinionem illam euertat. Hic Heracleon: Atqui vos inquit, audimus grammaticos Homero id placitum attribuentes, vniuerſitatem illum in mundos quinque diſpertiri, cœlum, aquam, aera, terram, olympum. Quorum duo communia relinquit, terram, quæ vniuerſitatis inferæ ſit: Olympum, qui vniuerſitatis ſuperæ. Tres intermedii ſunt tribus diis delegati. Platonem item apparet pulcherrimas & primas corporum formas & figuras atribuentem vniuerſitatis diſſimilibus naturis vocare eas mundos, mundũ terræ, mundum aquæ, aeris, ignis: nouiſſimum, eum, hos qui complectitur illum duodecim ſignorum diffuſum & volubilem, cui potiſſimum animalibus circumuectionibus & meatibus congruentem figuram & conuenientem reddidit. Ibi Demetrius: Homerum, inquit, in præſentia ne moueamus. Satis enim fabularum eſt. Plato vero nihil minus, quam quinque mundi diſcrimina quinq; mundos vocat, pugnatq; cum illis, qui quinque mundos ponunt. Plane ait vnicum hunc eſſe vnigeamque & ſufficientem, ex materia vniuerſa corporea, integrum, abſolutum, nihil extra ſe requirentem eſſe procreatum. Quare mireris, qui cum verum ipſe dixerit, opinionis aliis improbabilis & abſurdæ præbuerit ſemen. Nam vt vnum mundum non tueretur, argvemntum quodammodo ex vniuerſitatis infinitione capiebat. At limitate ſtatuere tam multos, nec plures quam quinque vel pauciores, perquam eſt nouum atq; ab omni veriſimilitudine remotum: niſi quid tu dicis, inquit, me intuens. Cui ego: Itane, inquam videtur, vt miſſo iam de oraculis ſermone tanquã decurio ad alterũ tranſeamus tã immenſum. Non vt miſſum faciamus, inquit, illum: ſed ne hunc, qui nos retinet, præteruehamur: verum quatenus fidem eius inquirere liceat, attingamus eum, mox ad inſtitutum argumentũ tranſituri. Primum igitur, inquam ego, quæ obſtant, quo minus mundos conſtituamus innumeros, ea vno plures conſtituere nihil prohibent. Etenim quantum ad id, poteſt eſſe pluribus in mundis diuinatio & proſpicientia, & valde exiguus fortunæ intercurſus, vt in plæriſque tamen ordo, ortus, & varietas conſiſtant, quorum in infinitate non valet vllum. Deinde huic rationi magis conſequens eſt deo non vnigenitum neque deſertum eſſe mundum. Siquidem plene cum bonus ſit, nullius indigus eſt virtutis, eius præſertim, quæ in iuſtitia & amicitia poſita eſt. Quippe pulcherrimæ ſunt ei hæ & diis conuenientes. Fruſtra autem habere quicquam aut inutile à Deo eſt alienum. Sunt igitur foris dii alii & mundi, erga quos virtutes ſociabiles exercet: quando non aduerſus ſeipſum aut partem ſui iuſtitiæ, vel beneficentiæ vel humanitatis, ſed erga alios eſt ei vſus. Itaque non eſt probabile exortem amicorum vel ſolitarium hunc, vel inſocialem infinito in vacuo mundum iactari: cum etiam naturam cernamus ſingula generibus & formis velut conceptaculis & inuolucris ſeminis complectentem. Nihil enim in rerum numero eſt, cuius cauſa non extet communis, neque certam aliquam appellationem aſſequatur, quod non communiter certum quid priuatim ſit. Atqui mundus negatur certum quid eſſe. Qui autem certum quid ſit ex mutua cum aliis differentia, qui affinis ſibi & vniformis fabrica tus eſt talis? Si namque neque homo vnus neque equus extitit, neque ſidus, vel deus, vel dæmon: nunquid cauſæ eſt, quin nec mundum habeat natura vnum, ſed plures? Quippe qui iactat ei etiam terram vnam & mare eſſe, is rem apertam non videt, eſſe res, quæ partium ſunt ſimilium. Terram enim in eiuſdem vocabuli portiones, mare item diſſecamus. At mundi pars non vltra mundus, ſed naturis conflata eſt ex diuerſis. Iam eius potiſſimum metu materiam vniuerſam quidam in hunc mundum effundunt: ne qua extra relicta obſtaculis aut illiſionibus conquaſſet huius contextum: hi nequicquam metuunt. Nam plures ſi mundi ſint, quorum cum ſua eſſentia & materia quiſque modum & terminum certum ſit & limitatum nactus: nihil confuſi vel indigeſti vt ſuperflui relinquetur, quod foris incurrat. Siquidem quæ in quoque cauſa eſt, cum ſit contributæ materiæ potens: nihil quod erumpat aut vagetur, ſinet in alium impingere, neque in ſe ex alio: propterea quod numerum natura non habeat interminatum & immenſum, neque motum temerarium & inconditum.

Si vero

Si vero quod effluuium ab aliis ad alios rapiatur, id germanum blandumq; ſit oportet, & omnibus familiariter admiſceatur, ſicut ſtellarum fulgores & commiſtiones: ipſiq; oblectentur intuentes ſe mutuo placide, diiſq; multis & bonis, qui in quoque ſunt, conſortia præbeant & comitatem. Nihil eſt enim horum, quod fieri non poſſit, nihil fabuloſum vel abſonum: niſi ſane qui Ariſtotelis doctrinam vt naturæ conſonam formident. Nam cum corpus quodque obtineat, vt ille ait, locum proprium, terra vndiq; feratur neceſſe eſt in medium, in illam aqua propter pondus, ſubiiciens ſe leuioribus. Si ergo plures mundi ſint: eueniat vt terra frequenter ſupra ignem & aerem feratur, frequenter infra. Simili modo aer & aqua: vt modo in locis ſuis natiuis ſint, modo ſecus. Quæ cum fieri non poſſint, vt arbitratur, neq; duos neq; plures mundos eſſe: ſed vnum hunc ex omni eſſentia conflatum, collocatumq; ſecundum naturã vt conuenit corporibus differentibus. Cæterum ſunt hæc artificioſius quam verius dicta. At ita, inquit, mi Demetri conſidera. Nam qui corpora quædam medium & infera dicit petere, quædam à medio ſupera, alia circa medium & in orbem verſari: ad quid ſumit medium? Non ad inane ſcilicet. Neq; enim eſt de eius ſententia: vbi vero eſt non habet medium, vt nec primum nec extremum. Sunt enim hæc termini. Hoc vero eſt infinitum & interminatum. Si quis autem vrgeat eum ratione, vt infinitum audeat inane fateri, quæ nam in eo motionum diuerſitas corporibus exiſtat? Quippe neq; in inani vis eſt corporum, neque habent corpora voluntatem & impulſum, qui medium appetat eoque contendat vndique nec tamẽ fieri poteſt, vt ex corporibus inanimis aliquod ad incorporeum repat, & ad id, quod nullam in partem mouetur: aut vt cieri ea ex ſemetipſis aut trahi cogitemus ab illo. Reſtat ergo, vt medium non loci, ſed corporis ratione dicatur. Namque huius mundi, qui vnam habet pluribus ex corporibus & diſſimlibus vnitatem modulationemq;, diſſimilitudines motus edunt neceſſario alios atque alios. Iam liquet id ex eo, quod ſingula quæ eſſentiis variant, ſimul mutare & loca. Nam diſterminationes ab vmbelico materiam ſubuolantem vndiq; diſpertiunt, concretiones vero denſationeſq; deprimunt peſſum, & ad medium compellunt: de quibus nihil eſt quod hoc loco prolixius agamus. Quamlibet enim conſtituas harum paſſionum & viciſſitudinũ cauſam opificem eſſe, hęc quemq; mundum in ſeipſo coercebit. Si quidem terram & mare ſinguli habẽt mundi. Habent etiam medium ſinguli peculiare, labores corporum, conuerſiones, naturam, & vim, ſeruantq; ſuo loco & tuentur vnumquodq;. Extra hunc ſiue nihil eſt, ſiue inane infinitum, non dat, ſicut dictum eſt, medium. Plures vero ſi mundi ſunt, ſuum cuiq; eſt medium. Itaque motus peculiaris eſt his ad hoc, illis ab hoc, aliis circa hoc, ſicut illi diſtribuunt. Qui vero vnum in * medium ex multis vergere vndiq; libramenta ſtatuit: hic nihil diſcedit ab eo, qui multorum hominum vult in vnam venam ſanguinem confluere vndequaque, vnaque membrana omnium cerebra contineri, abſurdum eſſe ducens, ſi corporum naturalium non vnum cuncta ſolida, & vnum rara locum obtineant. Hinc etenim ineptus fuerit, & ille quoque, qui indignatur, ſi tota partibus vtuntur ſuis ſitum ſuum natiuum ſigillatim ordinemque tenentibus. Quippe illud monſtroſum ſit, ſi quis mundum eſſe diceret eum, qui in ſe lunã ita contineat: ſicut ſi homo in calcibus cerebrum, & in temporibus cor ferret. Enimuero plures decernentem diſcretos eſſe inter ſe mundos, ſimul cum totis ſeiungere & ſegregare partes, haud eſt alienum. Quippe quæ in quoq; eſt terra, quod mare, & quod cœlum, locatũ erit naturaliter, vt par eſt: ac ſupra, infra, in orbem, & medium non ad alium, neque extra, ſed in ſemetipſo & ad ſemetipſum habet quiſq; mundus relatum. Nam quem extra mundum lapidem quidam ponunt: is neque quietis intelligentiam neq; motionis præbet. Quî enim aut ſubſiſtet pondere præditus, aut ad mundũ ſicut momenta reliqua mouebitur: qui neq; pars ſit eius, neque eius eſſentiæ contributus? Eam vero terram, quæ alio in orbe continetur, & eſt aſtricta, non oportebat conturbari, ne huc ponderis cauſa à toto reuulſa tranſmeet: cum naturam conſpiciamus & firmitatem, qua continentur partes ſingulæ. Quando ſi non ad mundum, ſed extra eum infra & ſupra accipiemus, iiſdem cum Epicuro in æſtibus hærebimus: qui corpuſcula, quæ atomos vocant, cuncta in ſubiectas pedibus ſedes detrudit: quaſi aut pedes vacuum haberet, aut infinitas in ſe infra & ſupra intellectui ſubiiceret. Quocirca Chryſippum quoque mireris, imo hæſites omnino, qua re motus mundum in medio conſiſtere prædicet, eſſentiamq; eius loco medio ſempiterne occupato, maxime huic aſtrictam eſſe, vt perpetuo duret & quaſi ſit immortalis. Hæc enim in quarto περὶ δυνατῶν id eſt, de iis, quæ fieri poſſunt, tradit: medium infiniti locum parum recte ſomnians, abſurdiuſque permanſionis mundi ei, quod exiſtere non valet, medio cauſam aſſignans: idque cum ſæpius aliis locis dixerit motibus in ſui medium eſſentiam & à ſui medio regi atque adminiſtrari. Iam alia Stoicorum quis timeat quærentium, quemadmodum fatum vnum maneat & prouidentia, nec multi exstituri ſint Ioues, plures ſi mundi ſint: Primum ſi multos eſſe Ioues monſtrum eſt, multo ſint profecto illorum monſtroſiora decreta. Etenim ſoles, & lunas, & Apollines, & Dianas, & Neptunos in circumuectionibus mundorum innumeris innumeros fingunt. Deinde quid cogit,

*Alii, mundum.

si plures sint mundi, frequentes Ioues esse, & non in quoq; rectorem primum & ducem vniuersitatis deum & mente & ratione præditum, vt hic, qui apud nos dominus omnium & pater cognominatur: aut quid causæ erit, quin Iouis fato & prouidentiæ audientes omnes sint: atq; hic lustret vicissim eos moderetur q; subministrans omnibus primordia & semina, rerumq; rationes efficiendarum? Si enim hic vnum corpus crebro ex distractis corporibus coagmentatur, velut concio, exercitus, chorus: quorum singulis viuere, intelligere & discere contigit, vt arbitratur Chrysippus: vt mundi sint in vniuersitate decem vel quinquaginta vel centum, qui ratione vtantur vna, atq; ad vnum referantur principium, non est, quod fieri non possit: imo valde decet eiuscemodi digestio deos. Neq; enim vt examinis ducibus, sic diis, ne foras prodeāt, prohibendum, neq; tanquam in custodia materiæ sunt includendi vel potius constringendi: sicut hi deos faciunt aeris habitus, aquarumq; & ignis potestates commistas putant in his, atque vna cum mundo gignunt eos, rursusq; concremant, non solutos nec liberos sicut aurigas vel gubernatores: sed qui sicut signa affixa sunt basibus: applumbataq; cohærescunt: sic conclusi corpori agglutinatique eius vsque ad interitum dissolutionem, & mutationem consortes sint. Illa vero religiosior opinio atque magnificentior, nullius obnoxios imperio deos, sed ipsos esse principes, sicut Tyndaridæ tempestate vexatis opitulantur:

Præsentia & reddunt tranquillam vim sua
Saui maris, rapidosque ventorum impetus.

cum ipsi non sint vectores, neque in societatem veniant periculi, verū superne appareant salutares: perinde subire mundum aliâs alium spectaculi voluptate ductos, atque naturæ in regendis singulis socios. Nam Iupiter quidem Homericus non valde longe ad negocia Thracia à Troia & accolentes Danubium pastores oculos deflexit. At verus ille pulchras habet, & decentes pluribus in mundis vices: non inane immensum foris lustrans: neque semetipsum, præterea nihil, vt nonnullis est visum, considerans: verum actus deorum & hominum mutos, motusque & cursus astrorum in orbibus suis ex alto spectans. Haud enim sunt conuersiones tædio, sed pergratæ numini, si ex eorum, quæ sub conspectum cadunt, capienda est coniectura vicissitudinibus & vertiginibus cœlestibus. Est igitur prorsus infinitio inepta & absurda, quæ nequaquam admittit deum, sed adhibet ad omnia fortunam & temeritatem. Quæ vero in definita mundorum multitudine & numero consistit curatio & prouidentia: nihilo hanc ea, quæ vnum in corpus insinuauit se, atque annexa est vni, idque infinitis modis transfigurat ac fingit, equidem censeo habere abiectius vel ærumnosius. Hæc ego fatus continui me. Philippus non longo interuallo: Veritas, inquit, de his ita an aliter habeat, ego quidem non contendam. Quod si mundo deum vno emouemus, cur quinq; solorum facimus eum non plurium conditorem. Ac quæ nam sit, cupiam porius discere, huiusce ad multitudinem numeri ratio, quam quo consilio dictio ei sit hic consecrata. Neq; enim triangularis vel quadrangularis est, neq; plenus vel cubicus, neq; elegantiam sectantibus talia & admirantib aliam vllam præbere videtur. Nam ducta ab elementis ratio, quam ille tecte & quasi per ænigma innuit, est intellectu plane difficilis: neque vllum præ se fert argumentum, quod illum induxerit, vt esse probabile diceret, cum corpora quinque angulis recta & æqualia lateribus, quæ planiciebus æquis contineantur, ingenerata materiæ sint, totidem continuo esse ex iis effectos mundos. Atqui, inquā ego, apparet Theodorum Solensem non inscite, vbi exponit Platonis Mathematica, persecutum esse eam rationem. Persequitur autem sic: Meta, octaedrum, icosaedrum, & dodecaedrum, quæ prima ponit Plato, omnia proportionum competentiis & paritatibus pulchra sunt: neque melius quicquam his vel simile aliud componere naturæ vel conglutinare relictum est: vnam tamen omnia concretionem non obtinent neque genituram parem. Cæterum subtilissima est & minutissima meta, maximū partibusque numerosissimum dodecaedrum. Reliquorum duorum octaedro est duplo triangularium numero icosaedrum maius. Itaque vt ortū simul cuncta capiant, natura non fert, vna ex materia. Subtilia enim, & exigua, & constructione simpliciora prima mouenti & fingenti materiam sequacia sint necesse est, perficianturque, & ante illa, quæ plenioribus constant partibus, corporatioraq; sunt, existant: quorum è numero, quæ concretionē habent mo rosiorem, dodecaedrum est. Huic consequens est solum corpus primum esse pyramidem, neq; vllum aliorum, quorū est natura natalium tardior. Cæterum hanc quoque absurditatem expedit materiæ in quinque mundos partitio & distractio. Alibi enim piramis extitit prima, alibi octoedrum, alibi icosaedrum. Ex eo autem, quod primū prodiit in singulis ducent reliqua originem per partium concretionem, dum in omnia fiat omnibus conuersio: vt ipse ostendit Plato, qui omnia fere explicat: nobis autem breuibus didicisse sufficiet. Quando aer, dum extinguitur ignis, producitur: ac tenuatus rursus, ex se ignem edit: in vtrisque seminibus labores & vicissitudines sunt spectandi. Semina ignis meta ex XXIIII. primis triquetris. Octoedrum aeris ex iisdem XLVIII. efficitur. Fit igitur aeris vnum elementum ex duobus ignis cōmistis & coagmentatis.

latis: aetis rursus elemẽtum in minuta frusta dissectum, in corpora ignis digeritur duo. Contra constrictum in seipsum & compactum in aquæ speciem degenerat. Ita vbiq; id quod prius exi- stit, semper omnibus alijs ex mutatione expeditam reddit genituram, neq; vnum solum est pri- mum. Sed cum aliud in alio corpore motum cõnditorem & anticipantem habeat ad genera- tionem, eiusdem omnibus appellationis seruatur societas. Hic Ammonius: Strenue hæc, in- quit, Theodoro & magnanimiter elaborata sunt. Cæterum mirer, ni subuertentibus se mutuo vsus sit sumptionibus. Pronunciant enim omnibus quinq; non extitisse vna concretionem: ve- rum subtilissimum semper, & quod minori negocio fingitur, ante cætera ad productionem pro- gredi. Deinde quasi huic consequens non repugnans ponit, non quamuis materiam efferre te- 10 nuissimum hoc & simplicissimum: sed interim spissa & composita maturare ex materia fœtu- ræ suæ exortum. Ad hæc quinq; positis primis corporibus, quapropter totidem dicantur mun- di, in solis quatuor probationem adhibet. Cubum vero vt in calculorum ludo subtraxit: qui in illa vt transeat, non sit comparatus, neque vt conuertenti in se illis præbeat copiam: quod ni- mirum non sint eiusdem generis trianguli. Illis enim subiacet cõmune in omnibus semitrian- gulum. In hoc vero est peculiare solo isosceles, quod propensionem ad illud vel confusioñẽ vni- entem non efficit. Quare si quinq; corporũ & quinq; mundorum in singulis principatum ha- bet genituræ, vbi extitit cubus primus: nullum prodibit aliorum. In nullum enim potest cubus verti illorum. Relinquo enim, quod dodecaedri appellati elementum aliud statuunt, non illud scalenum, ex quo metam, octaedrum, icosaedrũ Plato compingit. Quare simul ridens ait Am- 20 monius: Aut hæc tibi sunt diluenda, aut quid adferendum de communi quæstione peculiare. Tum ego: Nihil, inquam, hoc quidem tempore probabilius, quod promam, habeo. Cæte- rum satius est fortassis suæ quam alienæ opinionis rationem reddere. Repeto igitur à capite: Cum naturæ duæ propositæ sint vna sensilis in ortu & interitu varia vagansq; alias, alio, altera in essentia intellectibilis, quę eodem in statu semper consistit, absurdum sit sane, cum intelle- ctibilis dissecetur & disparitatem in se habeat, si corporea & passionibus mancipata non vna re- linquatur, quæ cohæreat sibi ipsi & in se nutet, sed distrahatur & diuellatur, stomachari & offen- di. Siquidem stabilia & diuina certe conuenit vt sibi ipsis cohęreant, defugiantq; quatenus fieri queat, dissectionem & diuulsionem omnem: sed & hæc alterius facultas attingens maiores im- 30 primit, quam sunt illa ex loco diuortia, intellectibilibus ex proportione & specie dissociationes. Hinc reclamans ijs, qui vniuersitatem prædicant vnum Plato: & id, quod est, dicit esse, & idem, & alterum, deniq; motum & statum. Itaq; cum hæc sint quinq;, non fuit mirum, si quinq; ele- mentorum illorum corporeorũ quodq; simulachrum naturæ & imago sit natum non incom- positum neq; syncerum: sed quam maxime particeps quodq; cuiusq; potentiæ: Siquidem cu- bus propter planorum stabilitatem & firmitatem plane status peculiare est corpus: Metæ vim igneam & agitabilem in laterum subtilitate & angulorum acumine quiuis percipiat. Ac dode- caedri indoles figuras complectens alias, quæ est eius, quod est imago ad omne corporeum esse natum videtur. Reliquorum duorum icosaedrum alterius, octaedrum eiusdem speciei potis- simum consors est. Quare hoc aera constringentem essentiam omnem vna in figura, alterum 40 aquam confusione in plurima qualitatum genera transeuntem edidit. Itaq; si poscit æquabili- tatem natura in omnibus, etiam mundos probabile est neq; plures editos esse neq; pauciores illis exemplis: quo quodq; in quoq; ordinem principatus & vim habeat sicut in corporum con- cretione habuit. Sed tamen hoc placemus admirantem, quod obnoxiam productioni & varia- tioni naturam in tot genera discerpimus. Illud vero iam reputare in cõmuni animis intentis, supremorũ principiorum, vnius inquam, & infinitæ dyadis, hanc, quæ informium est omnium elementũ & confusorum, infinitatem dici: Vnius naturam, quę finit & complectitur infinitatis inanitatem & temeritatem interminatã informare eam; atq; vt in cadentib. sub sensum appel- lationem demonstrationi comitantem, aliquo modo sustineat & excipiat, efficere. At hæc pri- 50 mum principia in numero exoriuntur, imo plane non est illa multitudo numerus, nisi sicut for- ma quod materiæ est ex immensæ infinitate innatum, nunc plus, nunc minus resecetur. Tunc namq; euadit multitudo quæq; numerus, quando ab vno terminatur. Quod si sublatum sit v- num iterum infinita dyas omnia confundens incomposita, infinita, & immensa reddit. Quia vero non est forma interitus materiæ, sed figura & digestio eius subiectæ: simul numero inesse oportet ambo principia: Vnde prima & maxima dissociatio & disparitas orta est. Est enim nu- meri paris infinitum principium machinator: melius alterũ imparis. Est autem primum bina- rius primus, ternarius imparium: ex quibus numerus quinarius compositione communis am- borũ numerus est, cum potestate sit impar. Oportebat namq;, cum sensile & corporeum con- glutinationis causa in portiones dissecetur plures alterius necessitate, vt nec primus par esset, nec primus impar, sed is, qui ex his conficitur, tertius: quo ab vtroq; principio edatur, tam ab eo qui parem condit, quam ab eo, qui imparem. Neque enim poterat fieri, alterum ab altero vt

discederet. Quippe vtriusq; principij naturam obtinet & vim. Ambobus igitur copulatus præstantius superato interminato, quod dirimere solet, corporeum exortum est: & cum materia vtrobiq; discerperetur, interiectam in medio monadem sine vniuersitatis dissectione non reliquit: sed multitudo exririt mundotom ex interminati variatione & diuersitate: imparem vero multitudinem eiusdem & terminati vis effecit. Imparem autem eam, quod longius naturam, quam decebar, non fiuerit procedere. Si enim incompositum & purum esset vnum nequaquam distractionem materia haberet. Cæterum quia diuisore temperatum est dyade, sectionem quidem accipit & segmentum, hic tamen subsistit per impar victo pari. Hinc πεμπάζειν solenne fuit priscis, vt vocarēt numerare deductum à numero quinario. Iam vniuersitas meo iudicio, quam Græce vocant τὰ πάντα à quinario numero, quem πέντε dicunt, non abre nominata est, quod scilicet numerus quinatius ex primis numeris constet. Etenim alii cum alijs multiplicati in alterum ex his numerum transeunt. At quinarius si pari numero sumatur, plenum parit denatium: sin impari, se ipsum denuo reddit. Prætereo, quod ex primis duobus quadris conflatus sit monade & quaternario quinatius. Primus autem antecedentibus se æquiualens duobus pulcherrimum orrhogoniorum triquetrorum conflat, primus creat proportionem sesquialteram. Neque enim hæc forsitan proposito argumento congruūt: sed illud citius, quod ea huius numeri naturalis vis sit, vt diuidat, & quod præ his plurimum naturam dispertiat. Siquidem in nobis ipsis sensus insunt & partes quinq; animæ, naturalis, sensilis, concupiscens, turbulēta, rationalis, digitiq; vtriusq; manus totidem & fœcundissima genitura in partes quinq; scissa. Neq; enim plus quinq; peperisse fœminam memoria extat, quina eisdem puerperijs crebro. Rheam quoque fabulantur Ægyptij deos edidisse quinq; recte significantes quinq; mundorum vna ex materia ortum. Iam in vniuersitate quinque Zonis terræ plaga, quinque circulis distinctum est cœlum, duobus Arcticis, duobus solstitialibus, & medio ęquinoctiali. Quinq; porro errantium stellarum sunt orbes, solis, Luciferi, Mercurij eadem vertigine curentium. Harmonicus vero est mundi quoq; contextus: quomodo scilicet concentus apud nos in quinque tetrachordorum collocationibus cernitur, hypatarum, mesarom, connexarum, disiunctarum, superlatarum. Modulaminum item interualla quinque, diesis, hemitonium, tonus, sesquitonium, ditonum: Ita naturam appatet libentius quinis omnibus moliendis, quam glosoba figura, vt tradidit Aristoteles, delectari. Quid tandem dicat quispiam, ad quinq; figuras retulit quinque mundorum Plato numerum, dum ait quinto corpore deum in vniuersitate abusom describenda: Inde obiecta de mūdorum numero quæstione, vnum quinque ne eos vere genitos dicendū sit: demonstrar hinc dubitationem profectam putare, se, si modo ad illius sensum reducenda probabilitas est consideranri corporum & figurarum illarū dissimilitudinibus necesse est protinus motuum quoque comitati dissimilitudines: sicur docet ipse, qui dissipationis & concretionis nomen essentiæ variatione etiam locum permutare pronunciat. Nam ex aere si natus sit ignis dissoluto octaedro & dissecto in metas: aut vice versa ex igne aer in octaedrum coacto & compresso, permanere in pristina sede non potest: verum fugit, regionemque rapitur ad aliam magna vi obsistentia & vrgentia perrumpens ac cum eis pugnans. Clarius autem id, quod tunc euenit, similitudine quadam ostendit: Perinde atque ea, quæ ventilabris & instrumentis ad purgandom frumentum cōparatis excutiuntur & euannuntur, simili modo elementa referens, quę materiam agitant & agitantur ab illa, accedere semper similibus similia, aliam que regionem alijs fuisse, priusquam ex ijs esset ordinata & composita vniuersitas. Ita ergo cum materia esset tunc comparata, vt fuisse vniuersitatem verisimile est comparatam: extemplo qoinque primæ qualitates peculiaribus præditæ momentis raptæ fuerunt diuersæ, non in totum neque syncere secretæ: Quod cunctis confusis semper ea, quæ superantur, superantibus contra naturam comitentur. Quapropter sane cum alia alio rapetentur: pares numero corporū generibus particulas & dissociationes fecerunt: vnam ignis non puri, ignea tamen forma: alteram ætheris non liquidi, sed ætherea forma: aliam non solius seorsum terræ, sed terream. Maxime autem aeris & aquæ natura promiscua fuit: propterea quod multis generibus, vt est dictum, admixti alijs discesserit. Neque enim distraxit locis deus vel diduxit materiam: sed cum ea sua sponte distraheretur & in diuersum ferretur, quam in confusionibus acceperat tam multis, competentiæ & mediocritatis temperatione ordinauit & composuit. Inde cum singulis rationem velut moderatricem & custodem præfecisset, mundos effecit totidem, quot genera primorum corporum fuere. Atque hæc quidem Platoni sint in Ammonij gratiam tributa. Equidem de mundorum numero, tot esse nunquam asseuerem. Eam vero opinionem, quæ plures vno, non innumeros tamen, sed numero statuit certos, neutra illarum esse importuniorem reor, cum materiam natura dissipabilem & diuiduam intuear, neque in vno consistentem: cui tamen in infinitum non permittitur à ratione discedere. Quod si alio loco hic certe Academiæ memores immodicā fidem premamus, securitatemq; vt in loco lubrico in disputatione de infinitione retineamus. Me ita

fato Dei

fato Demetrius. Recte, inquit, monet Lamprias. Multis enim formis diui non sophismatum, vt Euripides ait, sed rerum nos in errorem trahunt: quando velut ex certa scientia tantis de rebus statuere audemus. Verum reducenda est, vt ille ait ipse, ad institutum ab initio argumentum oratio. Nam cum relatum esset recedentibus & deserentibus oracula dæmonibus sicut organa artificib. ignaua ea iacere & muta, id aliam excitat de causa maiorem disputationem & de virtute, cuius ope implent diuino afflatu quasi furoris & visionib. diuinos & diuinas. Neq; n causam debemus oraculorum silentii assignare desertioni: nisi, quemadmodum vbi præsident & præsto his sunt, agentia & fatidica ea efficiant dæmones, sciamus. Tum excipiens Ammonius: Putasne aliud dæmonas, inquit, quam animas esse & circumuagari iuxta Hesiodum aere vestitos? Mihi quidem, vt homo distat ab homine, qui tragœdiam vel comœdiam agit: perinde apparet ab anima animam distare, quæ corpore indutam vitæ se præsenti exhibet. Quare non est absurdũ vel mirum, si animæ cum animis conuersantes species futuri obiiciunt: sicut nos inter nos non omnia voce, verum etiam literis & contactu solum atq; intuitu multa indicamus transacta, & venientia prænunciamus, nisi tibi Lampria secus videtur. Etenim allatus est nuper nobis rumor multa te de his Lebadeæ apud hospites disseruisse: quorum nihil is, qui retulit, exacte commemorauit. Nihil mireris, inquam ego. Multæ enim actiones simul & negocia, quæ intercurrebant quod oracula redderentur & sacrificium fieret, orationis filum distraxerunt & diuulserunt. At nunc, inquit Ammonius, feriantes habes auditores & paratos partim ad quærendum, partim ad discendum semota rixa & contentione omni, venia q; est & omni & scientia, vti vides permissa. Alii item eo simul me inuitantibus, vt paulisper conticui: Atqui casu nescio quo Ammoni, inquam illis sermonibus tu ipse primordium & ingressionem dedisti. Si enim disclusæ à corporibus vel eius semel exortes animæ dæmones sunt authore te & diuino Hesiodo:

Casti, custodes hominum terramq; colentes.

cur corporibus animas vestitas ista dispoliabimus virtute, qua impendentia præsagire queunt & prædicere dæmones? Neq; enim vim ait partem vllam accedere probabile est animis, quando excesserunt corporibus, quam ante non habuerint: verum habere semper deteriores tamen dum corporibus immistæ sunt, ac partim prorsus cæcas & tectas, partim languidas & obscuras, & per nebulam videntium modo aut eorum, qui in humore mouentur, inhabiles, segnes, magnæq; emendationis & restaurationis indigas suæ facultatis, amotionisq; & detractionis illius, quod fallit: quod anima vel corpori alligata præsentiendi habeat vim, sed ptopter corporis cũ terra misturam occæcetur. Nam quomodo sol non cum emerserit ex nubibus, efficitur rutilans, sed rutilat perpetuo, apparet autem nobis in nebula caliginosus & opacus: anima item diuinandi non quærit vim, quando corpore vt nube excessit: verum habet eam nunc quoq; : quæ tamen ob eius cum illo, quod est caducum, commistionem & confusionem obtunditur. Nihil autem est, quod obstupescamus, aut fidem his dictis abrogemus, cum contemplemur, si nihil aliud animæ æquipollentem diuinationi vim, quam memoriam appellamus, quam ingens opus edat conseruandis & tuendis præteritis, ac magis instantibus. Præteritorum enim nihil est vel existit: cæterum simul oriuntur cuncta & intereunt, facta, dicta, casus: quod tempus sicut vndæ impetus singula transuersa rapiat. At hæc animæ vis haud scio quo pacto ea, quæ præsentia non sunt, imaginatione quasi adsint, complectendo insinuat. Nam datæ Thessalis de Arna sortes præceperunt dicere:

Auditum surdi, cæci quoq; visum.

Memoria vero & rerum auditus surdarum, cæcarumq; nobis aspectus est. Quare sicut dixi, nõn est mirandum, cum teneat ea, quæ non amplius existunt, si multa nondum ortorum anticipet. Hæc enim eius potius intersunt, atq; his illa consentit. Etenim insistit & adhæret consequentibus, ab anteactis autem & consummatis discessit, extra quam quod eorum meminit. Hanc igitur cum habeant facultatem animæ natiuam quidem, sed exilem & imagines obscure repræsentantem, tamen efflorescunt subinde & exuscitantur per insomnia & in mysteriis aliquæ defecato corpore, aut cum temperaturam conuenientem ad hoc acceperit: aut quando ratiocinatio & consideratio remissa & exoluta præsentibus partem, quæ ratione caret, & visorum effinformatrix imaginatione in futura intendit. Neq; enim, vt ait Euripides:

Est optimus vates, qui coniicit bene:

verum hic cordatus vir est, qui mente præditam animi partem ac decenter ducentem in itinere sequitur. Pars vero illa diuinatrix sicut tabula alba, temerariaq; & vaga sponte naturæ, capax, tamen imaginatiuis affectibus præsensionum citra ratiocinationem vllam, maxime cum recessit à repræsenti, attingit futurum. Recedit autem, cum temperatio & comparatio est corporis ea, vt immutetur, quem afflatum quasi furoris appellamus. Ipsum quidem corpus sua sponte in eiusmodi tenore est sæpe. Tellus vero multarum aliarum fontes virturum hominibus edit, partim

partim mentem de ſtatu ſuo mouentes, inſalubres, & lethiferos: partim commodos, blandos, & ſalubres: vt percipiunt illi, qui periculum faciunt. At diuinationis ſcaturigo & halitus diuiniſſima res & ſanctiſſima eſt, ſiue ſolus per aerem, ſiue cum liquido latice hauriatur. Siquidem in corpus infuſus temperamentum conciliat animis inſolitum & extraneum, cuius proprietatem exponere ſit arduum clare: coniectura aſſequi ratio identidem concedit. Tepore enim & diffuſione meatus aliquos ab eo repræſentantes futuri pādi probabile eſt: ſicut vini halitus cum motus multos ciet alios, tum ſermones reconditos & occultos detegit. Quippe bacchatio & inſania diuinationis multum habet, vt eſt apud Euripidem: ſimul atq; incaleſcens animus & inflammatus pudorem excuſſit, quam humana prudentia adferens afflatum diuinum repellit ſæpenumero & extinguit. Simul nō incōgrue ſiccitatē quoq; dixeris cum feruore infuſam ſubtilem ſpiritum æthereumq; reddere & limpidum. Ipſe enim ſiccus eſt ſecundum Heraclitum animus. Humiditas vero non ſolum oculos præſtringit & aures, ſed & ſpeculorum nitorem contagione ſua & aeri offuſa ſplendorem & lumen aufert. Contra fieri poteſt, vt algente & ſpiſſato ſpiritu ſicut tinctura ferri animi pars, quæ præſagiendi virtute prædita eſt, eluceſcat & acuatur. Iam ſicut ſtannum, ſi cum ære, quod rarum eſt & ſpongioſum ſit confuſum, ſimul conſpiſſat illud & condenſat, ſimul fulgidius præſtat & nitidius: Ita nihil impedit, quin diuina euaporatio quæ congruens quiddam & affine animis habet, expleat rara comprimatq; cum illis apta. Alia enim aliis conuenientia & accommodata ſunt: ſicut purpuræ colorem faba, cocci infecturam nitrum, ſi admiſtum ſit, exhilarare videtur: byſſo glauci croci aliquantum additur, vt ait Empedocles. De Cydno & de ſacra Apollinis, qui Tharſi eſt ſeceſpita ex te mi Demetri, cum referres, intelleximus à Cydno ferrum illud extergi rectius neque alia ab aqua cultum illum quam ab illa: quomodo Olympiæ cinerem adcorporant aræ & affigunt, cui Alphei vndam affundunt: ex alio amne ſi tentent, nulla valent ſolidare vel agglutinare cinerem. Quare non eſt mirum, cum multas terra ſcaturigines ſurſum tranſmittat, ſi ſolæ animos hæ diuino quaſi furore afflent, & futuri imagines repræſentent. Cui orationi ſine controuerſia fama ſuffragatur. Etenim patefactam primum huius loci vim ſcribunt, cum paſtor quidam, qui forte in eum inciderat, pòſt voces fanaticas miſiſſet: quas primum, qui aderant, contemnebant: inde euentu fidem iis, quæ ille prædixerat, faciente obſtupuerunt. Delphorum doctiſſimi etiam hominis nomen memoria repetentes Coretā dicunt. Mihi quidem videtur potiſſimum talem cum præſago ſpiritu accipere temperaturam animus & contextionem, qualem cum lumine ei conſentiente oculus. Quippe oculus, qui vim cernendi habet, nihil ſine lumine agat: animi item vis diuina ſicut oculus id, quod familiare ſibi eſt, vt eum accendat exacuatq;, deſiderat. Hinc ex maiorib. complures vnum atq; eundem deum Apollinem & ſolem eſſe putauerunt. Qui vero pulchram ſcitamq; tenent atq; colunt conuenientiam, hi quod corpus ad animum, viſus ad mentem lumen eſt ad veritatem, id virtutem coniecerunt ſolis ad Apollinis indolem eſſe, ab hoc, qui ſemper eſt illum qui ſemper gignitur, generari & propagari. Accendit enim & extimulat concitatq; vim ſenſus viſus effectricem hic, animi præſagam ille. At qui vnum ſtatuerunt & eundem deum eſſe, merito Apollini & Telluri hoc oraculum in communi attribuerunt, halitum cenſentes & temperaturam terræ à ſole infundi, ex qua halitus diuinos producit. Ipſam igitur terram, ſicut Heſiodus, qui quam nonnulli philoſophi rectius ſentit, ſecuram omnium ſedem appellauit: ita nos æternam & incorruptam ducimus: ſed virtutes eius aliis locis interire, aliis oriri, alio demigrare & immigrare aliunde veriſimile eſt, in qua circulare eiuſcemodi per omne æuum ſubinde vertigines, vt ex iis, quæ ſub oculis ſunt, coniectes. Stagnorum & amnium extiterunt, & plures riuulorum calidorum hic defectus in totum & occaſus, illuc veluti fuga & receſſus: Inde rurſus ibi interpoſito temporis interuallo exoriuntur, iiſdemq; locis aut in vicino emanant. Ac metallorum partim plane apparet exoleuiſſe, vt in Attica terra argentifodinas, æris in Eubœa, ex quo procudebantur durati aquæ rigore gladii, vt ait Æſchylus:

Acie rigentem acuta enſem Euboicum capit.

Nec ita pridem deſtitit vena illa Cariſti glomos lapidum molles, qui in licia deducerentur, eructare. Nonnullos certe veſtrum vidiſſe arbitror mantilia, plagulas, & reticula ex ea materia ab ignis iniuria libera: quæ cum ſordida vſu facta ſunt, coniecta in ignem ſplendida & pellucida auferunt. Et nunc exoleuit, atq; vix quaſi fibræ vel capillamenta tenuia intercurrunt in iis metallis. Horum omnium Ariſtoteles effectorem terræ halitum eſſe dicit: quo cum exoleſcant vna & migrent, denuoque emanent eiuſcemodi indoles neceſſe eſt. Idem de ſpiritibus diuinis ſentiendum, vim non eſſe iis ſempiternam neq; immarceſſibilem, verum viciſſitudinibus expoſitam. Quippe immenſis imbribus probabile eſt eam extingui, diſcutiq; fulminum ictibus: præſertim quando tellus in tremore deſedit & concuſſa eſt in imo euaporationes diſcedere aut ſemel euaneſcere: ſicut hic ferunt magni illius terræ motus, qui etiam oppidum labefecit, veſtigia remāſiſſe. Orchomeni referunt in peſtilentia multos interiſſe mortales, ac Tireſii oraculū

in to-

in totum expirasse, quod ad hanc vsq; memoriam ociosum & mutum permanete. An Ciliciæ oraculis per casus euenerit, vt accepimus, nemo te id Demetri exponat nobis liquidius. Ibi Demetrius: Me quidem, inquit, quo nunc illa in statu sint, fugit. Nam per iam diu, vt nostis, peregrinor. Me certe præsente Mopsi & Amphilochi oracula adhuc florebant. De Mopsi oraculo, qui interfui rem habeo commemorare maxime stupendam. Præses Ciliciæ ipse quidem in rebus diuinis fluctuat: quod ex animi imbecillitate credo fidem eis deroget. Nam cætera improbus est & homo teter. Hic, cum in comitatu suo nonnullos Epicureos haberet, qui præclara scilicet illa naturæ ratione succincti rebus huiuscemodi, vt ipsi loquuntur, illudunt: misit in manteum tanquam in hosticum instructum exploratorem libertum. Is tabellam habebat consignatam: 10 in qua id, quod quæreret, nullo conscio scriptum erat. Cum iste de more pernoctasset in adyto, & sopitus esset, te nunciauit postridie eiuscemodi somnium. Visus ei est vir pulcher assistere, qui locutus est tantum, Nigrum, neq; quicquam prætera: verũ extemplo digredi. Hoc nobis monstrosum & perplexum valde videbatur. At præses obstupuit adorauitq; illud: ac resignata tabella monstrauit rogatiunculam inscriptam hanc: Candidum tibi an nigrum taurum immolabo: Vnde & Epicurei pudore perfusi fuerunt, & ille rem diuinam fecit, Mopsumq; per totam vitam est veneratus. Sic fatus Demetrius siluit. Ego autem, qui in summam aliquam colligere disputationem volebam, iterum me ad Philippum & Ammonium vna sedentes conuerti. Qui cum mihi aliquid velle viderentur dicere, denuo obticui. Atq; Ammonius: Habet, inquit, Phi-20 lippus quoq; Lampria de superioribus afferre aliquid. Arbitratur enim vt vulgus ipse haud alium Apollinem deum sed eundem & solem esse. Mea vero maior est & de maioribus hæsitatio. Modo namq; haud scio quo pacto orationi tuæ assentientes ab diis diuinationem prorsus ad dæmonas reiecimus. Nunc mihi videmur hos ipsos rursus exigere, & ex hoc oraculo & cortina summouere: qui in auras, anhelitus, & expirationes diuinitatis fontem, imo naturam ipsam & vim dissoluimus. Nam supradictæ temperaturæ, teporesq; hi, & consolidationes multo magis ab diis opinionem remouent, ac considerationem eiuscemodi aliquam obiiciunt causæ, quali fingit Cyclopem Euripides vtentem:

At tellus, est necessitas, nolit velit
Gramen pecus saginet effundens meum.

Nisi quod ille non dicat facere se diis sacra, sed sibi summóq; dæmonum ventri. Nos vero quo 30 consilio immolamus diis & adoramus eos propter oracula: si virtutem in seipsis animi diuinandi gerunt: & quæ ciet hanc, aeris temperatura quædam est & spiritus? Sacerdotum autem quid sibi volunt creationes, & quod dictio non datur, nisi victima tota ex imis pedum plantis subtremula fuerit concutiaturq;, dum libamina ei inspergunt? Neque enim sat est caput vibrasse, vt aliis in sacrificiis, sed omnia mẽbra iactatio simul & palpitatio occupet oportet cũ strepitu tremulo. Quod nisi fiat, negant ex oraculo sortes dari, neq; inducunt Pythiam. Et quidem eos, qui deo vel dæmoni causam potissimum tribuunt, hoc facere & dicere consentaneum vt tu ais, non est: Nam anhelitus terræ, siue victima hoc faciat, siue non faciat, præsens afferet afflatum fanaticum, & afficiet animum æque non Pythiæ modo, verum etiam si quodlibet corpus attigerit. Quare vnam mulierem stultum est oraculo adhibere, eamque fatigare, dum eam tota 40 vita castam & puram seruamus. Nam inter Coretam illum, quem Delphi dictitant primum, vbi in hunc locum incidit, eius virtutem indicasse, & reliquos caprarios nihil interfuisse arbitror: nisi sane hæc fabula est & vanũ commentum, vt equidem arbitror. Ac cum reputo mecũ, quanta bona hoc oraculum Græcis peperit tam in bellis quam in condendis vrbibus, adhæc in pestilentiis & fructuum sterilitatibus: absurdum reor esse, nõ deo & prouidentiæ, sed casui fortuito & temeritati eius inuentionem & exordium assignare. Contra hæc, inquit, velim Lamprias differat. Tu vero expectes quæso Ego vero, Philippus, inquit, omnesque hi. Omnes enim pepulit nos oratio hæc. Tum ego ei: Me quidem, inquam, non pepulit Philippe tantum, verum etiam confudit: qui in vestro tot tantorumque virorum consessu præter ætatem orationis probabilitate venditando me labefactare videor & cõuellere aliquid de iis, quæ homines de diuini-50 tate existimant vere & diuine. Verum satisfaciam vobis, testemq; simul & patronum Platonem adhibebo. Siquidem vir ille Anaxagoram culpauit veterem, quod causis naturalibus nimium illaqueatus, & effectus, qui ex corporũ laborib. existunt necessario, captans semper & sectans, finem & efficientem, quæ sunt præstantiores causæ, reliquerit. Ille autem princeps vel supra cæteros philosophos vtrasque est persecutus: ac deo primordium reddidit eorum, quæ in ratione consistunt, materiam tamen necessariis operi causis non denudauit: cæterum perspexit istam, vniuersitatis, quæ sub sensum cadit expolitionem non esse puram neq; incompositam, verum copulata cum ratione materia ortum accepisse. Ac vide primum in opificiis. Nec longe abiens. Nobilis hic adest crateris sedes & basis, quam Herodotus epicrateridion nominauit.

Hic

Hic causam habet quidem materialem ignem,ferrum,emollitionem per ignem & aquæ tinctu-ram:citra quæ opus hoc nullo modo effici potuisset: præstabilius tamen initium,quod hæc moueat,& per hæc operetur.ars & ratio operi præstitit: Et vero picturarum & imaginum harum opifex & machinator est inscriptus,

Patre Polygnotus pictura reddidit arcis
Excidium Troianæ Aglaophonte satus.

Pinxit illas sane vt videtis : sed absq; coloribus tritis & inter se permistis non poterat pictura eam imaginem & speciem accipere.Num igitur,qui principium materiale attingere vult ac scrutatur & discit affectus & mutationes, quos cum ochra temperata synopis habet, cum atramento melinum ; hic Polygnoti gloriæ detrahit ? Qui vero recenset, quemadmodum ferrum acuminatur & emollitur:quod igni liquescens succumbit & cedit procudentibus & tundentibus,atque vbi post in aquam demersum est putam,& frigore mollitudo & laxitas eius, quam ab igne accepit,constricta & spissata firmitatem parauit & soliditatem , quam ferri robur Homerus appellauit:minus artifici natalium operis causam seruat ? Mihi certe longe aliter videtur. Etenim medicamentorum virtutes quidam explorant , artem medicam non tollunt tamen: sicut Plato quoque : qui dum videre nos oculorum fulgore cum solis luce commisto, auditu aeris ictu dicit : non negat videndi & audiendi facultatem ex ratione & prouidentia accepisse. Breui, cum duas, vt dico, generatio habeat omnis causas, theologi & poëtæ valde vetusti soli præstantiori animum aduertere voluerunt , & hoc nimirum vulgare omnibus rebus accinuerunt:

Ab Ioue principium,medium Iouis,ex Ioue cuncta.

Ad necessarias & naturales causas non vltra attenderunt. His adolescentiores,qui physici dicti fuerunt,contra atque illi,à pulchro illo & diuino deflectentes exordio, vniuersa in corporibus, corporumq; laboribus,illisionibus,conuersionibus,& temperamentis ponunt. Ita vtriusq; sectæ claudicat ratio:quod hic causam cuius vi & à qua,illi causam ex quibus & per quæ ignorent vel prætermittant. Qui vero ambas causas clare attigit,ac rationi agenti ac mouenti copulauit necessario subiectam & patientem: hic diluit etiam nostra vice omnem suspicionem & querelam. Neq; enim detrahimus diuinationi diuinitatem & rationem, cum materiam ei animum humanum,pro instrumento autem & aculeo spiritum fanaticum & halitum tribuimus. Primum quæ genuit halitus,terra est. Qui vero omne temperamenti & mutationis infundit terræ vim,sol moribus patriis est deus. Deinde dum lares præsides,excubitores, & custodes huius temperaturæ quasi harmoniæ,qui partem remittant in tempore,partem intendant , furoremq; nimium fanaticū ac turbulentū detrahant:motum vero mollem & innocuum addant vtentibus, relinquimus:nihil absurde & quod fieri nequeat,agere videbimur. Neq; sane dum prælibamus, coronas victimis imponimus , & imolamus,huic orationi agimus diuersa. Sacerdotes enim & qui imolare se aiunt victimam & libaminibus conspergere , motumq; eius & modum obseruate,alterius rei causa nullius,quam vt responsa edat deus , hoc faciunt. Debet enim victima apta & corpore & animo pura esse,& integra,& incontaminata. Ac modum quidem corporis non est perspicere laboriosum. At animum explorant tauris polentam, porcis cicer offerendo. Quod enim non gustauerit,id esse non putant sanum. Capram arguit aqua. Neq; enim animi est secundum naturam comparati , si nihil, cum inspergguntur libamina, afficiatur vel permoueatur. Ego vero etiam si exploratum foret,signum esse redditurum oracula Apollinem, si litatum sit,aut contra non redditurum,si litatum non sit:haud perspicio, quid prædictis obstet. Omnis enim vis,quod solet pro tempore rectius vel secius edit. Quod articulus sit nobis elapsus, eius significationes dare consentaneum est deum. Porro existimo neque halitum pari modo se semper vndequaque habere:sed esse ei suas remissiones & concitationes. Argumentum, quo vtor,testes habet tum peregrinos multos,tum eos qui curam agunt fani omnes. Siquidem cella,in qua collocant eos,qui deum consulunt,neq; crebro, neq; statis vicibus,sed temere per interualla impletur fragrantia & aura, quali suauissima & exquisitissima vnguenta suffitu , adyto eam sicut ex fonte affundente : quam efflare ex calore vel qua alia infusa vi verisimile est. Quod si minus videtur probabile,ipsam certe Pythiam alias aliter motam habere partē animi illam,cui appellit spiritus,neq; temperaturam perpetuo vnam sicut concentum omni tempore immotum confiteamini retinere. Quippe multæ aperte , multę occulte inuadunt in corpus & irrepunt in animum asperitates & iactationes. Quibus inundatum præstat non accedere illuc,neque offerre se deo non vndequaque puram , sicut organum instructum & sonorum , sed ægram & commotam. Neq; enim perpetuo vinum pariter vinosum , neq; fanaticum tibia, vel eodem modo afficit:cæterum nunc minus iidem , nunc plus debacchantur & luxuriantur pro temperaturæ eorū variatione. Præcipue partem animi visorum informatricem apparet à corpore

pore opprimi alterato, vnaq; cum eo inuetti: sicut ex somniis liquet. Nam interim frequentes nobis & variæ visiones offeruntur insomniorũ, interim multa est à talibus tranquillitas & quies. Ac Cleonem nouimus ipsi illum Daulìensem, qui prædicat multis, quos vixit, annis nullam sibi in somniis vnquam speciem obuersatam. Ex antiquioribus hoc idem de Thrasymede Heræensi commemoratur. In causa fuit corporis temperatura: sicut viceuersa melancholicorum habet multa insomnia multasq; videt species temperamentum: quamuis somnia appareat eis veriora offerri. Dum enim alio alias eorum imaginatio conuertatur, sicut qui crebro iaculantur, sæpius collimant. Quando igitur congruit cum spiritus ceu organi temperie imaginandi & diuinandi vis in diuinantibus, afflatus quasi furoris existat oportet: Alioqui non existat, aut existat viriosus, non syncerus, & inquietus: sicut vidimus in Apollinis vate, quæ nuper decessit. Nam cum exteri legati ad petendum oraculum aduenissent, referunt hostiam primas libaminum infusiones immotam & interritam tulisse: Vrgentibus certatim & immodice sacerdotibus vix tandem latice obrutam & inundatam cessisse. Quid igitur vati factum est? Descendit quidem in manteum, vti memorant, inuite & grauate. Cæterum extemplo in primis responsis cognitum est ex vocis asperitate afflatui imparem fuisse instar properantis nauis bruti & maligni spiritus plenã. Deniq; penitus commota, ac cum horrendo clamore contendens ad exitum abiecit se, vt coniicerent se in fugam non legati modo, sed antistes etiam Nicander, & qui aderant sancti. Paulo post tamen ingressi sustulerunt eam * sanæ mentis: quæ paucos dies superuixit. Ideoq; à concubitu mundum corpus & vitam à peregrinorum commercio & contagione reductam Pythia seruat. & ante, quam consulant Deum, signa capiunt: quod notum deo esse putent, quando probe comparata & apta sit, vt numinis afflatum ferat citra noxam. Neq; enim omnes neq; eosdem semper pari modo spiritus vis permouet, sed facem ministrat & principium, vt est dictum, vt permoueantur & alterentur, recte comparatis. Est quidem diuina reuera & cœlestis, non æterna tamen aut immortalis, aut immarcessibilis & infinitum in æuum durans: cui succumbunt vt nostra vult disputatio, quæ inter terram & lunam sunt cuncta. Sunt, qui supra etiam non perennate, sed fatiscentia ad sempiternum & infinitum tempus pernices vicissitudines & renouationes accipere prædicent. Ad hæc, inquam inde ego versanda animo vos & meipsum hortor: vt quibus multa ob ici in contrarium valeant, & quæ valde sint ancipitia: quæ exequi omnia tempus non permittit. Itaque producantur hæc, simulque Philippi de sole & Apolline quæstiones.

* Alii amentem.

PLVTARCHI

Septem sapientum Conuiuium.

Nobili atque excellentissimo viro, Domino Gulielmo ab Orsbeck, domino in Winsberg, Illustrissimi ducis Iuliacensis Cancellario dicatum.

NÆ in sequens æuum Nearche magnas tenebras rebus atq; cæcitatem omnem offunder: quando nunc in recentibus atq; ita viridibus vani conflati sermones obtinent fidem. Neq; n. septem duntaxat, vti vos accepistis, illi istud conuiuium agitauerunt, sed plures quam bis toridem, in quibus & ipse eram, cum mihi cum Periandro conciliasset ars familiaritatem. & hospes essem Thalis: Nam apud me ille Periandri iussu diuertebatur: neque sermones habitos, quicunque ille fuit, vobis qui eos exposuit (Non fuit autem quisquam, vt videtur, ex illis, qui interfuerunt) recte commemorauit. Cæterum quoniam abunde ocii suppeditat, neque est ad præstandam prolationem sermonis senectus idonea: faciam vt cupientibus vobis à capite cuncta percenseam. Apparauerat non in vrbe Periander epulum, sed apud Lechæum in cœnatione ad delubrum Veneris, cui sacrum fiebat. Nam post illum matris suæ amorem, quæ vitam abruperat sponte, quia rem diuinam Veneri non fecerat: tum primum ex certis Melissæ insomniis, in animum induxit eam deam honorare & colere. Inuitatis autem singulis biga probe ornata oblata est. Etenim æstatis erat hora, viamque omnem ex vehiculorum & hominum multitudine ad mare vsque puluis ac turba occupauerat. Thales quidem, vbi rhedam ad fores conspexit, ridens eam missam fecit: Nos igitur diuertentes via lento gradu per arua ibamus, ac tertius nobiscum Naucratites Niloxenus homo ciuilis, qui in Ægypto cum Solone & Thale consuetudinem habuerat. Erat hic iterum ad Biantem legatus: qua autem de causa, nec ipse sciebat: nisi quod suspicaretur alteram se conscriptam in libello ferre ad illum quæstionem. Erat ei præceptum, si Bias reiiceret, vt Græcorum sapientissimis ostenderet libellum. Hic per, inquit, commodo cecidit, quod vos hic offenderim

derim omnes,ac feto libellum,vt vides,ad cœnam:simul eum nobis ostendit. Ibi Thales ridens: Si quid mali,inquit.fit iterum Prienem. Extricabit enim hoc,vt extricauit primum Bias. Quod nā illud,inquam primum ego. Victimam,inquit,ei misit, iussitq; vt optimam ac deterrimam carnem demeret remitteretq;. Hic vero noster recte atq; ordine linguam excisam misit,hinc passim clarum nomen & celebre est assecutus. Non huius causa inquit solum Niloxenus:verum non refugit etiam amicus esse sicut vos regum: quoniam tua cum alia admiratur:tum Pyramidis dimensionem mirifice commendauit:quod nullo negocio nulloq; requisito organo,tantū fixo baculo ad terminum vmbræ,quam pyramis reddebat,cum extitissent radii solaris cōtactu duo triquetra:ostendisti,quæ proportio esset ad vmbram vmbræ, eandem pyramidis ad baculum esse. Cæterum quod dixi,fama percrebuit odium te habere regum,& dicta quædam tua referebantur ad eum de tyrannis probrosa,rogatum à Molpagora Ione,quid maxime stupendū vidisses:Respondisse te tyrannum senem. Rursus in conuiuio quodam cum institutus de bestiis esset sermo,retulisse teterrimum inter feras tyrannum,inter placidas esse adulatorem. Hæc n. quanquam plane præ se ferant reges discedere à tyrannis se, haud benignis auribus tamen accipiunt. Enimuero hoc,inquit Thales,dictum à Pittaco ad Myrsilum est ioco. Ego vero mirarer,inquit,si viderem non tyrannum,sed gubernatorem senem. Cæterum ad hanc inuersionē idem mihi animus est,qui fuit adolescentis:qui cum telo canem petisset, & percussisset nouercam,ait:Ne sic quidem male.Quapropter Solonem quoq;, qui non suscepit tyrannidem,sapientissimum habui.Et Pittacus hic,nisi principatum admisisset,non dixisset: Quam est virum bonum esse arduum.Periander autem videtur tyrannide velut morbo paterno occupatus conualescere, qui colloquiis sanis vtitur hactenus,& virorum cordatorum cōgressus accersit:quas vero Thrasybulus summorum detruncationes meus ciuis præcipit,non admittit. Ab agricola enim qui locustas & aues pro tritico&hordeo colligere cupit,nihil distat tyrannus, qui mancipiis mauult quam viris imperare.Siquidem vnum multorum malorum vice bonum potestates honorem obtinent & gloriam:modo bonis vt præstantiores imperent, & magnis esse videantur maiores. At qui in securitate citra honestum acquiescunt,hos oportebat in ouium gregem, & in equorum boumq; armentum dominari,non in homines. Sed enim in sermones nos hospes hic,inquit,prorsus alienos coniecit:qui quæ ad cœnam pergentibus congruunt,postbabuit dicere & quærere. An vero non censes,sicut conuiuator debet aliquem facere apparatum,item eum,qui futurus est conuiua,debere? Nempe enim inuitationes faciunt Sibaritæ fœminarum,anno ante,quo per ocium cultis veste & mundo inite cœnam liceat. Ego autem maiore laxamento opus putem esse iusto recte cœnaturi apparatui:quo conuenientem moribus nitorem,quam luxuriosum & sterilem corpori inuenire est difficilius. Neq; enim vasis modo,quo expleat se,accedit vir cordatus ad conuiuium: sed vt aliquid serii agat, audiat, & dicat: quo initat tempus conuiuas,si conuiuri inter se iucunde sint. Namq; vt ferculum prauum reiicias licet,& si vinum sit malum,ad Nymphas confugere. At conuictor, qui caput tentat,qui molestus est & rusticus,omnem vini & epularum,omnem cantoris gratiam labefactat & peruertit, neq; est eum stomachum dimittere procliue: cæterum aliquibus per totam vitam adhærescit mutuum odium,quasi pridiana quædam contumeliæ vel fellis in cœna effusi temulentia. Vnde optime Chilo vocatus heri ad cœnam non ante condixit, quam vnumquemque inuitatorum intellexisset. Ait enim conuictorem & contubernalem, quibuscum nauigandi & militandi necessitudo imponitur,ferendum esse importunum. At conuiuis seipsum commiscere temere hominis esse amentis. Cadauer aridum, quod fere inferunt Ægyptii in conuiuia & proponunt,commonentque vt breui se tales futuros esse meminerint, licet ingratus & intempestiuus comessator veniret: habet tamen opportunitatem aliquam, si minus ad potandum & deliciis indulgendum, at amicitiam certe & mutuam acuit charitatem,exhortaturq;, ne vitam,quæ spacio exiguo est breuis,efficiamus prauis actibus longinquam. Hisce sermonibus confecto itinere adsumus ad ædes,ac lauare Thales noluit,quod vnctum se diceret. Iuit autem spectatum curricula,palæstras,& nemus, quod ad mare est probe exornatum: non ille quidem, quo ista stuperet, sed ne cōtemnere videretur Periandrum nec fastidire eius magnificentiam. Cæteros,qui vncti aut loti erant,introduxerunt ministri per porticum in andronem. Sedebat in port cu Anacharsis,ac puella pro vestibulo stabat,quæ comam eius manibus discriminabat. Hanc Thales,cum ad eum perquam comiter accurrisset, suauia ust est atq; arridens:Ita,inquit, redde pulchrum hospitem:vt qui est mitissimus,ne sit aspectu tetricus neq; ferox. Cum rogarem ego de puella, quænam esset: Sapientem,inquit, & nobilitatem non nosti Eumetim? Eo ipse enim nomine eam pater,populares ex patre Cleobulenen appellant. Ibi Niloxenus: Celebrasne,inquit, puellæ in ænigmatibus facultatem & sagacitatem? Etenim in Ægyptum vsque quædam ab ea polita perlata sunt. Minime vero,infit Thales. Nam his quasi talis,cum visum erit, vtitur & ludit hæc aduersus illos,qui in eam incidunt. Cæterum animo etiam mirifico & mente

ciuili

ciuili est prædita humanisq; moribus, atq; imperium parentis lenius ciuibus præstat & popularius. Sane, Niloxenus, inquit, & ira videtur, si tenuem & simplicem eius cultum respicias. At Anacharsim qua de causa tanta beneuolentia colit? Quod vir, inquit, frugalis sit atque multæ eruditionis, victusq; rationem ei & purgationem, quam adhibent laborantibus Scythæ, candide & liberaliter tradiderit, ac nunc arbitror colere eam illum & prensare addiscentem & cum eo sermocinantem. Vt iam ad triclinium ventum est, Milesius occurrit nobis Alexidemus (erat hic Thrasybuli tyranni filius non iustus) atque exrulit se commotus, fremensq; murmurabat secum aliquid, quod intelligere non valebamus. Qui postquam Thalem conspexit, paululumq ad se reuersus ac redditus tranquillus: Quanta contumelia, inquit, affecit nos Periander, qui soluere nō permisit molientem, sed vt operiret cœnam, orauit: Postquam veni, locum mihi attribuit parum honorificum. Æoles autem insularesque & quosuis Thrasybulo præfert. Thrasybulum enim in me eius legato manifeste suggillare eum contemnens & abiicere voluit. Itane vero, inquit, vereris, ne sicut Ægyptii stellas, prout vel sublimius elatæ vel deuectæ sunt in locis, quæ permeant, euadere aiunt quam pro natura sua meliores, vel deteriores: item ex loco tum obscurior euades vel depressior, ac Lacone fias vilior illo: qui in choro quodam ordine locatus nouissimo à præfecto: Recte, inquit, hoc commentus es, quo & hic honoratus reddatur. Haud, inquit, despiciendi causa loci secundum aliquos accumbimus: verum potius, quo simus discumbentibus comes, qui auspicium & ansam amicitiæ in nobisipsis ostendimus vel potius habemus: quod non stomachemur, sed gratum habeamus, quod apud tales accubuerimus. Quippe loco qui offenditur sedis, infensus assidenti est potius quam conuiuatori, atque est vtrique infestus. Verba hæc, inquit, tantum sunt Alexidemus: reipsa vos quoque contemplor sapienres honorem venari. Simul præteriit nos ac digressus est. Hic Thales nobis, qui hominis importunitatem demirabamur: Bardo, inquit, & procaci est ingenio, quandoquidem adolescens etiamnum vnguentum, quod allatum Thrasybulo erat, exquisitum in cupa ingenti, cum aqua mistum affuso mero exhausit, atque inimicitiam conciliauit pro amicitia. Hinc circulans minister: Iubet te Periander, infit, ascito hoc Thale, quod ei modo est allatum, considerare, casune extiterit, an prodigium aliqu od & portentum sit. Illum enim apparet apprime consternatum esse, impiamentumque & vitium ducere sacrificii. Simul abduxit nos in vnum ex rabernaculis, quæ horto erant adiecta. Ibi adolescens, vti videbatur, pastoritius imberbis etiamnum, de cætero vultu non illiberali cilicium quoddam aperiens, infantem ostendit nobis editum, vt ferebat, ab equa, qui partibus superioribus ad collum vsque & manus figura humana erat, cętera repręsentabat equū, voce sicut pueri recens nati vagiebat. Hic Niloxenus, Auerte monstrum Apollo, cum dixisset, id spectaculum auersatus est. Thales diu defixit in adolescentem oculos, mox arridens (solitus est enim iocari semper mecum de arte: Num procurationem Diocles, inquit, mouere cogitas, ac negocium auerroncanis, quasi res noua & magna cōtingerit, exhibere? Quid ni inquam. Seditionis enim Thale & discordiæ est significatio, vereorque, vt ad nuptias vsque & sobolem euadat, quod priusquam prima placata sit ira, alteram dea, vt vides, denunciet. Ad id nihil responsi Thales retulit, sed ridens digressus est. Periāder autem, cum ad fores se nobis obtulisset, essetque de ijs, quæ videramus, percunctatus, misso Thales me atque arrepta illius manu: Quæ præscribit Diocles, inquit, factitabis sacra per ocium: Ego vero author sim tibi, armentarijs equarum ne tam iuuenibus vtaris, nisi des eis vxores. Sane, hæc vbi audiuit, visus mihi Periander est gestire valde. Etenim effuse risit: complexusq; Thalem atque osculatus est. Tum ille. Iam mea sententia, inquit, est simul ostentum hoc Diocles explicatum. Cernis enim, quantum malum nobis, quod cœnare nobiscum recusauerit Alexidemus, oblatum sit. Vt ingressi sumus, altiore voce iam locutus Thales: Vbinam, inquit, cubuit ille, vnde offensus est? Monstrato loco, transiens collocauit se nosque ibi: addens vel emprurum se, vt in vnius consortium mensæ venire possit cum Ardalo. Erat Trœzenius tibicen Ardalus, & Ardaliarum Musarum, quas priscus Ardalus Trœzenius sacrauit, sacerdos, Aesopus (hic enim à Crœso recens ad Periandrum pariter & Apollinem Delphicum missus erat) & aderat tunc, sedebatque humili sella iuxta Solonem, qui supra eum cubabat: Mulus, inquit, Lydus, cum in amne suam ipsius imaginem despiceret, faceretque ei species & moles corporis admirationem, erectis iubis instituit more equi currere. Mox recordatus esse asini se filium, cursum illico inhibuit: atque exultantem ferocitarem deposuit. Hic Chilo voce Laconica: Tu quoque, inquit, Tardus es, ac curris muli more. Inde adfuit Melissa, accubuitque apud Periandrum. Eumeris vero assedit inter cœnandum. Ac Thales me, qui supra Biantem sedebam, affatus: Quin significasti, inquit, Diocles Bianti, Naucratitem hospitem cum quæstionibus regijs iterum eum petere, quo excipiat illius orationem sobrius & sibi attendens. Cui Bias: At hic, inquit, iam pridem terret qui hæc monet. Ego vero Liberum patrem cum alias noui potentem esse, tum à sapientia Lyæum nuncupatum. Quo minus vereor, cum huius dei

s plenus

plenus ero, ne decertem ignauius. Ea quidem inter se illi inter cœnandum ludebant. Mihi vero cœnam contemplanti frugaliorem solito reputare venit in mentem virorum receptionem & inuitationem sapientum & bonorum nullum sumptum adijcere, imo contrahere potius quod operosas epulas, vnguenta exotica, bellaria, atque exquisitorum diffusionem vinorum præcidat. Quibus cum vtatur quotidie fere Periander in dominatu, opibus, & rerum administratione, tunc apud illos simplicitatem ostentabat & sumptus tenuitatem. Siquidem non cæteris modo, sed coniugi etiam demsit & suppressit solitum ornatum, ac simpliciter & modice cultam ostendit. Postquam iam sublatæ mensæ fuerunt, coronisque à Melissa distributis libauimus: ac tibicina, vbi paulisper accinuit libaminibus, recessit: appellauit Ardalus Anacharsim, rogauitque, sintne apud Scythas tibicines. Hic subito. Ne vites quidem, inquit. Rursus instante Ardalo. At deos certe habent Scythæ. Sane vero, infit, linguæ humanæ intelligentes, non Græcorum more: qui cum elegantius se dicere quam Scythas putent, deos tamen ossa & ligna audire arbitrantur libentius. Hic Æsopus: Quid si videres, inquit, huius temporis tibiarum artifices, qui repudiatis hinnulorum ossis, vsurpant asinina, quæ resonare ferunt melius: Itaque

Cleobulum Phrygiam
Ad fistulam cornigeram aurem stimulat
Stupere tibiæ hinnuli procul sono.

vt asinum mireris rudissimum & à Musis cætera alienissimum subtilissimum os atque ad modulamen maxime concinnum suppeditare. Tum Niloxenus: Scilicet hæc, inquit, nobis Naucratis Busiritæ obijciunt. Vtimur enim iam ad tibiam asininis. At illis etiam tubam est audire nefas, quasi sonet quiddam, quod asinum referat. Asinum vero apud Ægyptios nostis sane Typhonis causa infamem esse. Hic facto silentio circumspiciens Periander cupientem quidem, dubitantem tamen ordiri Niloxenum sermonem: Equidem, inquit, laudo amici ciuitates earumque rectores, qui hospitibus primum, deinde ciuibus vacant. Ac mihi nunc rectum videtur, vt sermones nostri velut ciues & domestici subsistant paulisper, atque aditum sicut in concione Ægyptiis illis præbeant & regiis, quos optimus adfert Niloxenus Bianti, & Bias vult in communi eos nobiscum perpendere. Ibi Bias: Vbi enim, aut quibuscum, inquit, malis periculum subire, si ita res fert, in eiusmodi responsis: præsertim cum iusserit rex à me auspicari ac circulare ad omnes vos sermonem. Ita tradidit ei libellum Niloxenus, iussitque vt solueret, ac totum in medium recitaret. Scriptorum hæc erat sententia. Rex Ægypti Amasis significat Græcorum sapientissimo Bianti. Est regi Æthiopiæ mecum de sapientia concertatio. Cum autem cæteris vinceretur, præceptum struxit absurdum ac difficile. Pontum mihi iussit vt ebiberem. Præmium erit mihi, si id dissoluam vt multos eius vicos & oppida feram. Quod ni dissoluam, vrbibus ad Elephantinam iacentibus cedendum erit. Vbi hoc expenderis, remitte illico Niloxenum. Si quid amicis aut ciuibus tuis præstari voles, faciam, vt in eos constent officia mea. His recitatis, vt non longo interposito spacio paulisper secum Bias considerauit, ac nonnihil cum Cleobulo, qui prope cubabat, est sermocinatus: Quid ais, inquit, Naucratita Tam multorumne rex mortalium Amasis, qui regionem adeo felicem & amplam tenet, in animum inducet vicorum causa ignobilium & sterilium pelagus epotare? Arridens Niloxenus: Vt tibi visum est, inquit, considera Bia, quid fieri queat. Respondeat igitur, infit, Æthiopi: dum mare, quomodo nunc est, ipse ebibat, vt ille amnes, qui in maria effundunrur, inhibeat. De hoc enim præceptum conceptum est, non sicut postea erit. Vt hæc dicta Bias dedit, præ gaudio institit Niloxenus amplecti deosculari que eum. Postquam vero dictum collaudarunt & comprobarunt cæteri, ridens Chilo: Hospes Naucratita, inquit, prius quam epotatum aboleatur mare, remea domum, atque Amasidi renuncia: ne quærat, qui salum tam immensum sustollat, verum potius, quemadmodum porabile & dulce præstet imperium suum popularibus. In eo enim est Bias diuinus & doctor eius rei præstantissimus. Quod vbi perceperit Amasis, nihil iam requiret apud Ægyptios pollubrum aureum: sed colent omnes eum diligentque vtpote bonum virum, etiam si millies quam nunc extiterit infestior. Atqui, inquit Periander, decet huiuscemodi libamina regi inferre omnes viritim, vt ait Homerus. Nam & illi euadet quam negociatio hæc accessio maioris dignationis, & nobis præcipue lucrosa. Cum igitur dixisset Chilo, debere Solonem sermonem auspicari, non modo quod prouectior esset omnibus ætate, & cubaret primo loco, sed & quod magistratum summum obtineret & amplissimum, qui leges Atheniensibus tulisset: submissim ad me Niloxenus: Complura sane, inquit, Diocles creduntur falso: multique sermones ineptos de viris sapientibus & fingunt sibi ipsi libenter, & ad accipiendum prompti sunt ab aliis: cuiuscemodi etiam ad nos de Chilone in Ægyptum sunt allata, renunciasse Soloni eum amicitiam & hospitium, quod leges dixerit esse Solon commutabiles. Cui ego: Rem ridiculam, inquam, narras. Ita enim

enim renuncianda primum amicitia sit Lycurgo cum suis legibus, qui formam totius reip. Lacedæmoniorum conuertit. Tum medico interiecto Solon interuallo: Mihi quidem inquit, videtur potissimum clarum fore & regem & tyrannum, si dominationem ciuibus suis in formam reipub. redigat. Secundus Bias ait: Si legibus patrijs pareat primus. Mox Thales putarē ostendit se felicem esse eum, qui cum imperio est, si naturaliter senex defungatur. Quartus Anacharsis, si vnus sit prudens. Quintus Cleobulus, nemini si fidem habeat familiarium. Sextus Pittacus, si ille, qui imperium obtinet, efficiat, vt subditi non ipsum sed timeant pro ipso. Secundum hunc, in magistratu positum dixit Chilo nihil cogitare debere mortale, verum immortalia omnia. His dictis postulauimus nos, vt & ipse quoq; aliquid referret Periander. Ille fronte parum læta & contracta: Ego vero addo, inquit, dictas sententias pene omnes deterrere ab impetio capessendo eum, qui non sit vecors. Tum Aesopus refellentis more: Oportebat igitur inquit, vos id apud vos priuatim efficere, non autem qui consiliarios sertis vos esse & amicos, accusatores fieri eorum, qui imperium tenent. Hic contingens caput eius Solon arridensque ait: An non putas moderatiorem Principem redditurum & tyrannum mitiorem eum, qui persuadeat ei præstare non imperare quam imperare? Quis tibi, inquit, in eo potius credat quam Apollini, qui ait in reddito tibi oraculo:

Audit præconem quæ vnum, est vrbs illa beata.

Atqui, inquit Solon, Athenienses nunc vnum audiunt præconem & dominantem legem, qui remp. popularem obtinent. Tu vero coruorum artifex es intelligendi graculorumque ac tuam ipsius vocem non satis exaudis, qui ciuitatem existimas iuxta Apollinis sortes illam agere optime, quæ vnum audit: & conuiuij arbitratis virtutem, omnes si differant & de omnibus. Scilicet inquit tu Aesopus, non dum scripsisti legem, par esse; ne nō crapulentur serui, atque scripsisti Atheniensibus, ne serui ament vel vnctura sicca vtantur. Cum arrisisset Solon, medicus Cleodorus: Atqui simile est, inquit, ita vngi ac loqui vino delibutum. Est enim iucundissimum. Cui occurens Chilon ait: Hac de causa profecto magis est ab eo temperandum. Tum Aesopus: Atqui Thales, inquit, dicere est visus, breui fore vt consenescat. Ridens igitur Periander: In crimen Aesope, inquit, merito vocamur: quod cum ante instituerimus sermones inducere omnes Amasidis, in alios de lapsi simus. Quare reliqua vide Niloxene epistolæ, atque vtere in eo hisce præsentibus. Enimuero, inquit Niloxenus, Aethiopis iussum nihil aliud quam tristem scytalam, vt ait Archilochus, appelles. Tuus hospes placidior in istis quæstionibus & philosophicus magis est Amasis. Namque iussit ille edere, quid antiquissimum sit; quid pulcherrimum, quid optimum, quid sapientissimum; quid communissimum, & vero insuper quid vtilissimum & nocentissimum, quid valentissimum, quid facilimum, expromere. Quid ille, respondit ne & hæc singula explicauit? Ad hunc modum Niloxenus infit: vbi audieritis, existimate vos. Quippe magni ducit rex, ne calumniari videatur responsa: & si quid in responsis dandis titubauerit, id sine nota non prætermittatur. Legam vobis, quemadmodum responderit. Quid antiquissimum? Tempus. Quid maximum? Mundus. Quid sapientissimum? Veritas. Quid pulcherrimum? lux. Quid communissimum? Mors. Quid vtilissimum? Deus. Quid nocentissimum? Dæmon. Quid valentissimum? Fortuna. Quid facilimum? Suaue. His iam iterum lectis Nicarche ac facto silentio rogauit Niloxenum Thales, num eis solutionib. Amasis acquieuisset. Qui vbi ostendit, partim has eum accepisse partim eiecisse, Atqui, inquit Thales, nulla est earum, quæ reprehensione vacet: verum claudicant multis modis omnes, multumque sunt rudes: Verbi gratia primum, tempus quînam sit antiquissimum, si pars eius præterijt, pars instat, pars est futura. Quippe quod nos consequetur tempus, magis quā res præsentes & homines nouellum esse videtur. Nam veritatem existimare sapientiam, nihil mihi interesse, a ppatet, ac si lucem censeas esse oculum. Quod si lucem, vt est, pulchram iudicauit, qui solem ipsum præteriit? Ex cæteris responsio illa de diis & dęmonibus præceps est & anceps, hæc vero de Fortuna perquam est absurda. Neque enim, si valentissima esset & robustissima, ita prompte inuerteretur. Nec vero est mors * communis. Neque enim est cum spirantibus. Cæterum ne videamur aliorum responsa corrigere, nostras sententias cum illius contendamus: ac me offero primum, si placet Niloxeno sigillatim percunctari. Itaque vt facta tunc sunt, ita nunc percensebo responsa & quæstiones. Quid antiquissimum? Deus, inquit Thales Ingenitus est enim. Quid maximum? Locus. Nam reliqua mundus, mundum hic complectitur. Quid pulcherrimum? Mundus. Quicquid enim concinnam ordinationem obtinet, huius est portio. Quid sapientissimum? Tempus. Siquidem alia iam inuenit, alia inueniet. Quid communissimum? Spes. Quandoquidem, quibus nihil aliud suppetit, iis hæc suppetit. Quid vtilissimum? Virtus. Namque cætera vtendo recte vtilia efficit. Quid nocentissimum? Vitium. Fere enim noxam adfert eius contagio. Quid fortissimum? Necessitas. Est enim vna inuicta. Quid facilimum? Quod naturæ conueniens est. Quando voluptates quidem subinde auersantur homines. Com-

* Alii, communissima.

nes. Comprobato ab omnibus Thale Cleodemus: Hæc, inquit, percunctari & expedire regibus Niloxene conueniebat. At qui propinauit mare Amasidi barbarus, requirebat concisam Pittaci orationem, quam ad Alyaram vsurpauit, qui imperauit & scripsit quiddam Lesbiis superbe neque quicquam respondit Pittacus, tantum cepas & panem calidum esse iussit ei. Hic subiecit Periander: Quinetiam apud veteres Græcos Cleodeme quæstiones eiuscemodi inuicē ponere receptum erat. Accepimus enim ad Amphidamantis exequias sapientum eius seculi Chalcidem clarissimos poetas conuenisse. Fuerat vir politicus Amphidamas, vexatisq; multum Eretriensibus in conflictibus de Lilanto occubuit. Cum composita à poetis carmina spinosum & contortum propter æmulationem iudicium facerent, ac nomen certatorum Homeri & Hesiodi magnam perplexitatem iudicibus incuteret, deflexerunt ad huiusmodi quæstiones. Ac posuit, vt author est Lesches, Homerus: 10

Musa mihi memora, quænam nunquam ante fuerunt,
Postque futura haud sunt?

Respondit Hesiodus ex tempore:

Cum Iouis ad tumulum sonipes contriuit equorum
Par celeres currus palma causa properantum.

Hinc præcipue in admiratione habitus dicitur tripodem obtinuisse. Quid hæc, inquit Cleodemus, ab Eumetidis ænigmatibus absunt: quæ hanc quidem haud dedecet ludentem & complicantem, sicut meretrices cinctus & reticula proponere mulieribus: viros cordatos in iis elaborare est ridiculum. Ibi Eumetis libenter aliquid illi, vt videbatur, respondisset: cæterum verecundia cohibuit se ac perfusus rubore est vultus eius. Æsopus vero tanquam vindicās eam: An non magis, inquit, hæc soluere non posse ioculare? verbi gratia, quod paulo ante cœnam posuit nobis, 20

Igne virum copulare viro æs cen glutine vidi.

Hoc quid sit, queas tu explicare. Ego vero ne discere quidem id, inquit, quæro Cleobule. Atqui nemo, inquit, re hoc neque melius nouit, neque facit rectius. Testes habeo, si neges, Sycionias. Ibi effusus in risum est Cleodemus. Etenim vtebatur præ cæteris sui temporis medicis fœminis Sycioniis, fuitq; in dignatione potissimum illius gratia hoc remedium. Atheniensis autem Mnesiphilus sodalis & assecla Solonis: Ego vero, inquit, Periander postulo, vt sermo sicut vinum non per pecuniosos & optimates, sed ex æquo omnibus, vt in rep. populari dispertiatur & promiscuus sit. Quando modo de imperio & regno quæ relata sunt, eorum nobis popularibus nullum est consortium. Quare oportere arbitramur de integro vnumquenque nostrum de rep. libera sententiam aliquam conferre, exorsos denuo à Solone. Ita visum est facere. Mox princeps Solon: Enimuero didicisti, inquit, Menisiphile cum cunctis Atheniensibus, quæ mea sit de rep. sententia. Quam si nunc quoque audire queris: Videtur ea ciuitas mihi felicissima esse, ac tueri optime libertatem popularem, vbi violatorem nihilo minus non læsi quam læsus insectantur & piacula ab eo exigunt. Alter Bias ait esse remp. optimam, in qua legem vt tyrannum timent omnes. Inde Thales eam, cuius ciues neque nimium opulenti neque inopes sunt. Secundum hunc Anacharsis, in qua cæteris æquatis virtus optimum censetur & pessimum vitium. Quintus Cleobulus maxime sanum ait populum esse, vbi probrum populares magis quam legem formidant. Sextus Pittacus, vbi improbis ad magistratum aditus non patet, & patet probis. Re considerata Chilo statuit eam, quæ maxime legibus, minime audiens esset oratoribus, probatissimam remp. esse. Nouissimus rursus Periander sententiam suam explicans, videri sibi ait super omnia commendandam remp. popularem, quæ germanissima esset ei, quam principes tenent. Hoc quoque decurso sermone postulabam ego, vt etiā de domo, quatenus ea esset vtendum, nobis illi referrent. Siquidem regna & ciuitates rari gubernant, penates omnes nos ac domum habemus. Tum Æsopus cum risu. Minime modo inter omnes, inquit, recenseas Anacharsim. Huic enim domicilium non est. Imo vero gloriatur, quod domo sit expers, & plaustro vtatur: sicut solem in curru ferunt vagari, atq; alias aliam tenere cœli regionem. Hic Anacharsis: Idcirco, inquit, ant solus aut præcipue inter deos liber ac sui iuris est, dominaturq; omnibus, nemini autem in eum est ius: sed regnat atque aurigatur. At te quidem fugit currus eius quam mira specie & stupenda sit amplitudine. Alioqui ioco non contulisses nostris illa. Domum autem mihi Æsope videris lutea hæc & figulina tecta ducere: vt si cochleam arbitreris testam, non ipsum animal, vt merito vobis Solon risui fuerit: qui excultam magnifice Crœsi domum contemplatus non illico possessorem eius feliciter dixit & beate habitare. Nempe malebat bonorum eorum quæ in illo, quam quæ penes eum essent, fieri spectator. Te vero ne vulpis quidem ruæ apparet meminisse. Illa enim, cum in certamen eum pardale de variatione descendisset, petebat a iudice, vt interiora sua inrrospiceret. Nam fore, inde vt varia magis appareret, 30 40 50

reret. Tu vero fabrorum & lapicidarum opera perlustras, quæ domum esse existimas, non interiora cuiusq; & domestica, liberos, côiuges, amicos, ministros: quibus si quis vel in formicatum vel auis nido, modo mentem habeant & sapiant, participet facultates suas, hic domum habitat & beatam. Hæc ergo, inquit, pro responso refero Æsopo, & Diocli suffragor. Iam cæterorum quisq; sententiam suam exponere debet. Hic Solon optimam sibi ostendit videri domum, in qua neq; qui pecuniam quærunt, iniustitia: neq; qui seruant, diffidentia: neq; qui expendunt, pœnitentia contacti sunt. Bias, in qua is est dominus sua sponte, qui foris propter legem. Thales, in qua plurimum ocij est domino agere. Cleobulus, plures si habeat, qui eum ament quam qui metuāt, dominus. Pittacus ait, domum optimam esse, quę rem nullam superfluam vel ne-
10 cessariam desideret. Chilo demonstrauit debere potissimum æmulatricem domum ciuitatis esse, quæ regi paret. Mox addidit Lycurgum iubenti, vt principatum popularem in ciuitate constitueret: Prius respondisse constitue domi tuæ principatum popularem. Vbi hæc absoluta fuit disputatio, Eumetis exiuit cum Melissa. Tum Chiloni Periander propinauit ingentem calicem, Chilo Bianti. Mox Ardalus exurgens appellato Æsopo: Non tu, inquit, poculum huc transmittes ad nos? cum cernas hos quasi Bachyclis calicem inuicem transmittentes inter se, neq; alteri cuiquam impertientes. Cui Æsopus: Atqui nec hoc, inquit, est populare poculum. Nam iamdudum vni affixum est Soloni. Igitur Mnesiphilum appellauit rogauitq; Pittacus, cur non biberet Solon, sed refutaret testimonio suo poemata, in quibus scripsit:

Sunt Veneris Bacchiq; mihi nunc munera cordi,
20 *Musarumque viros quæ recreare solent.*

Hic occupans Anacharsis. Nempe te, inquit, Pittace tuamque rigidam illam extimescit legem, in qua sanxisti, si quis temulentus offenderit, duplam quam sobrio mulctam. Tum Pittacus: Tu quidem, inquit, hanc legem vsq; adeo contempsisti, vt & anno superiore & nunc vino mersus præmium & coronam postules. Quid ni, inquit Anacharsis, propositis ei, qui plurimum vini hausisset, præmijs primus ebrius victoriæ honorem postularem? aut docete vos me, qui sit multi meri sorbendi quam ebrium fieri finis. Hic cum Pittacus arrisisset, apologum Æsopus retulit hunc. Cum lupus pastores conspicatus esset in tabernaculo oue vescentes, admouit se prope, ac: Quantam, inquit, turbam exeitaretis vos, hoc si ego admitterem? Recte, inquit, Chilo, vindicauit se Æsopus, qui paulo ante redditus à nobis fuit elinguis, nunc autem vi-
30 det ab alijs Mnesiphilo sermonem ademptum. Nam rogatus Mnesiphilus fuit, vt pro Solone responderet, ac rationem Mnesiphilus adduxit, videri Soloni scire se artis & facultatis humanæ & diuinæ omnis opificium esse potius illud quod efficitur, quam id per quod efficitur: & finem, quam quæ faciunt ad finem. Quippe textor meo iudicio lacernam citius pro opere suo & pallium habebit, quam regulas collocare aut insilia erigere: ac faber ferrarius ferruminare & acuere securim potius: quam quid eorum, quæ huius causa facta necessario sunt, vt carbones succendere, vel ramenta lapidis comparare. Multo magis reprehendat architectus nos, si opificium eius non nauem aut domum, verum terebrare ligna & subigere lutum esse afferamus. Musę vero modis omnibus stomachentur, si earum statuamus esse opus citharam & tibias, non mores instituere & lenire animorum perturbationes in ijs, qui cantilenas & concentum adhi-
40 bent. Ita nec Veneris est concubitus & complexus opus, neq; ebrietas & vinū Liberi patris: verum quam affigunt per hæc nobis inter nos beneuolentiam, desiderium, consuetudinem, familiaritatem. Hæc enim nominat diuina opera Solon, hæcq; amare se & sectari inprimis iam senem ostendit. Est autem consensionis & amoris aduersus coniuges virorum opifex Venus, corporibus ex voluptate commiscendo pariter colliquefaciendoq; animos eorum: vulgo hominum nec ita familiaribus nec multum coniunctis. Liber pater in vino tanquam igni fundendo sensus liquefaciendoq; fores aliquas aperit mutui contubernij & amicitiæ. At vbi congressus est talium virorum, quales Periander vos inuitauit, nihil sane ibi opus calice est nec cyatho: verum Musæ sicut craterem sobrium proponunt sermonem, cui plurimum oblectamen-
50 ti simul & doctrinę & serij inest, eoq; incendunt, irrigant & diffundunt amicitiam, ac sinunt plerunq; quietum iacere cyathum super craterem: quod prohibet Hesiodus in ijs, qui magis strenui ad potandnm, quam ad differendum sunt:

Criniti quamuis reliqui sua pocula Græci
Siccarint, semper patera est tua plena relicta.

Siquidem propinationes ipsas, inquit, accipio à priscis dici, quando vnusquisque ad mensum, vt ait Homerus, & ad modum bibit, post vt Aiax partes proximo tradit. Ita fato Mnesiphilo Chersias poeta: Nam remissum ei crimen erat, redierat que nuper deprecante Chilone cum Periandro in gratiam. Vtrum igitur, inquit, etiam dijs Iupiter, quomodo proceribus Agamemnon, ad modum infudit potum, quem propinabant mutuo, qui epulabantur apud eum? Cui

Cleodemus: Quid Chersia, inquit, si ambrosiam Ioui columbæ Liuiæ afferunt, vt vos memoratis, symplegadas superuolitantes ægre & magno labore: an non putas etiam nectar ei non ita parabile esse, sed rarum, vt parce & sobrie cuiq; præbeat? Fortassis, inquit Chersia. Verum quando mentio denuo est facta œconomiæ, quisnam vestrûm residuum nobis expediet? Residuum autem credo est quærendæ pecuniæ capere modum, quæ satis sit & sufficiẽs futura. Tum Cleobulus: Nempe sapientibus, inquit, modum lex dedit. Quod ad malos attinet, commemorabo eam, quam mater mea fratri narrauit fabulam. Lunam ait precatam matrem suam, vt tunicam, quæ sibi quadraret, texeret. Eam occurrisse: Quinam quadrantem texam? Modo enim conspicio plenam te, modo cauam, modo gibbosam. Pari modo homini amenti mi Chersia & prauo nullus est facultatum modus. Alias enim aliis opus habet propter cupiditates & casus: sicut Æsopi canis: quem ferunt bruma contorquentem se & conglobantem rigoris causa instituere ad eum modum domum ædificare. Æstate contra cum extensus dormit, videri sibi cum magnum, ac non necessarium ducere, sed operosum circumiicere tam amplam domum. An vero non vides, inquit, Chersia etiam tenues nunc contrahere in perangusta se, vt arcte & Laconice victuros, nunc nisi opes possideant priuatorum simul & regum omnes, ex inopia perire se arbitrantes? Vt conticuit Chersias, subiiciens Cleodemus: Imo vos quoq;, inquit, cernimus sapientes modis possessiones inter vos imparibus distributas habere: Cui Cleobulus: Sane quidem lex, inquit, mi Cleodeme vt textor, quod quemque decet nostrum, quod iustum & congruens est, tribuit. Ac tu, qui ratione vt lege alis, victum præscribis, & medicinam facis laborantibus, non par omnibus, verum quod conueniens est, cuiq; assignas. Tum Ardalus: Num, inquit, etiam amico * nostro Solonis hospiti lex vlla præscribit Epimenidi, vt aliis cibariis réperet, medicamenti autem alimi, quas delicias ipse componit, cum tantulum ori indiderit, diem sine prandio & cœna transigat. Inhibito per disputationem conuiuio, sapere ait Epimenidem, qui enecare non velit se molendis cibariis & subigendo pane sibi quomodo Pittacus. Ego enim hospitam, inquit, audiui, cum essem Lesbi, ad molam cantantem, Mole mola mole. Etenim molit Pittacus, magnæ qui rex est Mitylenæ. Solon autem mirari se dixit Ardalum, si legem non legisset Epimenidis victus in versibus expressam Hesiodi. Ibi enim est, qui primus huius alimenti præbuit Epimenidi semina, atque inuestigare docuit:

Malua tibi quantum simul hastula regia prosit.

Quid censesne, infit Periander, tale quid in mentem Hesiodo venisse, & non potius eum, qui vbique parsimoniam commendat, ad tenuissimas dapes vt gratissimas, nos incitare? Est namque in cibo malua bona, dulcis hastula regia, At hæc quæ famem & sitim propulsant medicamenta magis quam cibaria, accipio mel & caseum certum barbaricum recipere, seminaque parabi ia complura. Ergo si tantus requirendus sit apparatus, nonne Hesiodo clauus in fumario fuerit collocandus

Dispereantq; bonum iam mulorumq; labores?

Demiror vero hospitem Solon tuum, si qui apud Delios modum magnum illud sacrificium lustrale fecit, non spectauit apud eos inferri in fanum primi monumenta & specimina alimenti vilia & sponte nascentia maluam & albucum quorum probabile sit etiam Hesiodum nobis tenuitatem & simplicitatem velle familiarem facere. Non ideo, inquit, tantum Anacharsis, verum etiam ad sanitatem præ cæteris holeribus vtrumq; laudatur. Recte ais, inquit Cleodemus. Liquet enim Hesiodum, qui non oscitanter neque imprudenter de victus ratione, de temperatione vini, virtute aquæ, balneo fœminis differat, item de concubitus hora, & de infantibus reponendis, non fuisse medicinæ rudem. Cæterum Hesiodi mihi quidem videtur verius se Æsopus quam Epimenides declarare auditorem. Huic enim caput præclarę huius varięque & multiplicibus distinctę linguis sapientię accipitris cum luscinia præbuit sermo. Verum ego id cupiam ex Solone audire. Consentaneum est enim intellexisse eum, qui longo tempore Athenis consuetudinem cum Epimenide habuit: qua re ductus, aut quid commentans ad hanc victus rationem decurrerit. Tum Solon: Quorsum, inquit, pertinebat hoc illum rogare. Liquebat enim maximo bono & summo quam parcissimo alimento indigere secundum esse: si certe summum iure videtur nullo prorsus alimento indigere. Minime vero Cleodemus mihi quidem, inquit, ita videtur, si ex animi sententia est loquendum, præsertim ad mensam: quam sustollunt erepto cibo, cum deorum amicitiæ & hospicij præsidum ara sit. Atq; vt Thales fert, amota terra in confusione totum mundum fore: sic domus ea dissolutio est. Tollitur enim simul ignis domus vindex, focus, crateres, conuiuia, hospitalitates, suauissimæ & primæ hominũ inter se consociationes, imo, vita tota: si certe hominis quædam est coniuncta cum negociorum decursu conuersatio: quorum alimenti vsus & paratus pleraque accersit. Iam atrox agriculturæ accideret calamitas. Huius enim interitu terra nobis relinquitur deformis & sterili obsita

* Alii, vestro.

obsita materia riuisq; cæco cursu labentibus vndiq; horrida. Simul artes & quæstus omnes euertanrur: quarum est dux illa, suppeditatq; sedem eis & materiam, ac sunt hac sublata inanes. Dissoluantur item cultus deorum: quod soli exiguam: minorem lunæ gratiam splendoris modo & teporis causa mortales habituri sint. Ioui vero imbrifero, Almæ Cereri, Statori Neptuno vbi ara erit? vbi sacrificia? Qui vero beneficus sit Liber pater, si rerum nulla earum, quæ confert opus habebimus? Quid porro immolabimus aut libabimus, quas primitias offeremus? Omnia enim trahunt secum maximarum dissipationem & perturbationem rerum. Porro voluptatem semel & vndiq; sectari brutale est, contra omnem & vndiq; insulsum desugere. Quare animo voluptatibus quibusdam aliis frui potioribus liceat. Corpus vero vt voluptatis capiat vsuram quam ex victu iustiorem, non inuenias, quod neminem præterit mortalium. Hanc enim in medio ponunt & communicant mutuo cœnarum & mensæ, illi Veneris noctem & magnas tenebras offundunt: quod huius communionem esse impudens & brutale, vt nullam illius arbitrentur. Cessanrem excipiens ego Cleodemum: Illud, inquam, non dicis vna cum alimento nos somnum expellere. Sublato somno nec deus somnus erit, sed perit nobis diuinationis genus vetustissimum. Erit autem vniusmodi vita, ac quasi nequicquam animum vestiet corpus, quando pleræq; eius & præcipuæ partes ad nutrimentum parata organa sunt, lingua, dentes, ventriculus, iecur. Ociosum est n. nullum, neq; in alium tamen concinnatum vsum. Vnde qui non eget pastu, nec corpore eget: quod tantundem est, ac si ipsum semetipso non indigeat. Siquidem cum corpore est nostrum quisq;. Atq; nos quidem, inquam ego, has ventri suppetias ferimus. Quod si Solon aut quis alius quid reprehendit, audiemus. Ego vero, inquit Solon: ne Ægyptiis esse videamur indiscretiores, qui mortuum exenteratum soli monstrant, hinc intestina in amnem abiiciunt ac reliquum corpus iam purum curant. Quippe reuera impiamentum hæc corporis sunt nostri & Tartarus, quasi apud inferos horrendis aliquibus fluentis auraq; simul & igni commisto & cadaueribus redundans. Siquidem cum viuat, ex nullo nutritur viuente: verum dum spitantia mactamus, & terra nata, quæ quia vegetantur & adolescunt, consortium habēt vitæ, perdimus, inique agimus. Perit enim, quod ex natura sua transit in alienam: ac prorsus corrumpitur, vt alterius euadat alimentum. Nam abstinere carnium esca, sicut de vetere Orpheo proditum est memoria, color potius quam declinatio est iniuriarum, quę circa victum admittuntur. Declinatio autem vna atq; expiatio ad iustitiam efficit consummatum, si quis seipso contentus sit, ac nihil ei absit. Quem vero ira condidit deus vt citra alterius iniuriam salutem suam tueri nequeat, huic naturam iniuriæ apposuit primordium. Itaq; an non æquum est ob scelo vna cum iniustitia exsecare aluum, stomachum, & iecur: quæ nullius quidem præbent honesti sensum vel appetitionem: verum partim instrumentis culinariis, vt sunt culti & lebetes, partim molitoriis, caminis, putea riis & pistoriis sunt similia? Plane autem vulgi cernas sicut in pristino animum in corpore inuolutum, ac circa corporis negocia circulantem, sicut nimirum nos quoq;, modo, non spectabamus nos mutuo neq; audiebamus, sed quisq; pronus seruiebat pastus necessitati. Nunc sublatis mensis manumissi, vt vides, & sertis redimiti disputationes tractamus, conuersamurq; inter nos, atq; ocium agimus, postquam eo deuenimus, vt cibum non requiramus. Nonne igitur, si ita comparati, vt nunc sumus, permaneamus per omnem vitam, perpetuo inter nos feriabimur, neq; timebimus inopiam, neq; opes noscemus? Siquidem rerum superuacanearum cupido confestim fit vsui necessariorum comes & contubernalis. Enimuero alimentum esse putat oportere Cleodemus, mensæ, & cratere vt sint, quibus Cereri & Proserpinæ etiamnum sacra faciunt. Alius postulet, vt conflictus & bellum sint, quo muros, nauelia, & armentaria habeamus, & centum victimas cædamus: vt lege esse aurumant cautum apud Messenios. Alium arbitror sanitati succensere. Durum fore, si nemine ægrotante nulli vsui iam futurum sit strarum molle, vel linum, non Æsculapio rem diuinam faciemus, non auertuncanis: ars vero medica cum organis & medicamentis iacebit inhonorata & abiecta. Aut quid hæc ab illis distant? Namq; famis medicina victus adhibetur: ac mederi sibi ipsis omnes dicuntur, qui cibum capessunt, victumq; non tanquam blandum & gratum: cæterum vt naturæ necessarium parant. Quando acerbitates licet quam oblectamenta, quæ à victu accidunt, plures recensere. Imo oblectamentum & locum obtinet in corpore arctum & tempus fugax. At in procuratione eius districtio & tormenta quid attinet commemorare, quam multis indignitatibus & cruciatibus nos onerent? Nam equidem censeo ad ista omnia respicientem hoc euidenti esse Homerum vsum argumento, non emori deos, quia non alantur:

Nam nec vescuntur, nec vina rubentia potant.
Hinc sunt exangues immortalesq; vocantur.

Quod non solum viuendi alimentum, verum etiam materia sit moriendi. Ex hoc enim fonte comitantes corporibus morbi non minus penuria malum habent affluentiam. Subinde porrò

non minoris est molis victum paratum consumere,& digerere tursus, postquam corpus subiit, quam quærere eum & contrahere. Cæterum sicut si ambigant Danaides, quemadmodum ætatem actura aut quid factura sint,si dolii implendi munere essent exolutæ: item ambigimus nos, si desierimus forte in corpus congerere inexplebile tam multa ex terra simul & ponto, quid moliemur. Ira honestorum imprudentia acquiescimus in eo, vt vitam in necessariis transigamus. Quare quomodo qui in seruitute fuerunt, qoando manumissi sunt, quæ pridem heris suis ministeria præstabant,hæc faciunt sibiipsis & suorum ipsorum causa: sic animus nunc multis sudoribus & negociis corpus alit. Qui si his operis exemptus fuerit,seipsum alet iam liberum,viuetq; seipsum contemplans & veritatem nemine interpellante vel auocante. Hactenus Nicarche de iis,quæ de victu sunt tractata. Porro differente adhuc Solone Periandri frater ingressus est Gorgias. Missus fuerat Tænarum ex certis oraculis ad Neptuno rem diuinam& ludos faciendos. Postquam eum nos salutauimus,excepitq;.& osculatus est Periander, considens iuxta eum in lecto, retulit illi vni quædam. Auscultabat ille multos animi sui motus ad eius orationem præ se ferens. Quippe apparebat eum partim angi, partim stomachari,identidem fidem non adhibere,mox obstupescere. Ad vltimum arridens nobis: Visum est, inquit, ad præsens quod annunciatum est, exponere: dubito tamen, quod Thalem audierim aliquando, cum diceret narranda,quæ probabilia sint,inaudita silentio premenda. Cui Bias occurrens: Atqui hoc quoq;, inquit,scitum est Thalis, inimicis etiam in verisimilibus abrogandam fidem amicis adiungendam vel in absurdis. Pro inimicis habeo ego improbos & fatuos,pro amicis probos & prudentes,vt ille vocauit. Igitur,inquit, narranda Gorgia propalam sunt,imo ducendus es ad nouos hosce dithyrambos,vt resones illa, quæ nobis adfers. Tum Gorgias sic exposuit: Com rem diuinam triduum fecisset,&nouissimo die esset peruilegium choreæque & lusus ad littus luna mare illum inante, nullo spirante vento, sed tranquillo & sopiro mari: procul perceptum est oculis horridum quid, quod succedebat iuxta promonrorium,spumamque ac fremitum æstu suo secum multum excitabat: vt omnes ad oram,quo id appulsurum videbatur,obstupefacti decurrerent. Priusquam coniicere propter pernicitatem,quidnam esset,quod appelleret, valeremus: delphinum cōspectum est agmen: quotū pars circumcirca circumcursitabat: pars præcedebat ad littus,qua mollissimum erat: à tergo alii quasi stipabant. In medio prominebat super pontum moles obscura & cæca vehentis corporis, dum globo facto vnaque impressione data exposuerunt in terram hominem spirantem & mouentem se. Mox illi ad promontorium referentes se, impensius quam ante exultabant præ lætitia quadam,ludebantque vt videbatur & tripudiabant. Ex nostris,inquit Gorgias,frequentes exanimati à mari refugerunt: Pauci mecum ausi accedere, agnouimus citharœdum Arionem,qui ipse nomen edebat suum,atque ex veste noscebatur. Quippe amictus cultu erat scenico,quo cithara canens vsus fuit. Vt igitur est in tabernaculum delatus, ac nihil incommodi acceperat: nisi quod ex celeritate & impetu cursus videretur languescere & fatiscere: rem ex eo intelleximus omnibus extra nos,qui finem spectauimus, incredibilem. Nam commemorabat Arion,cum pridem discedere ex Italia consilium ei fuisset, literis à Periandro,acceptis eo magis se ad id propensum fuisse. Itaque cum oblata forte nauis onetaria Corinthia esset, statim conscendisse atque vela fecisse. Cum benigno ventorum afflatu vterentur,odoratum se struentes nautas,vt ipsum interficerent. Inde etiam ex nauiculatore intellexisse,qui id clam indicauit ei, deliberatum eis esse proxima nocte hoc perpetrate. Cum igitur destitutus ope atque deprehensus esset diuinitus impulsum se fuisse, vt corpus adornaret, sumeretque funebrem sibi viuus adhuc amictum scenicum, atque exordium vitæ moriens caneret, neque cygnis se præberet in eo ignauiorem. Excultum iam ac præfatum cupidinem incessisse sibi, vt pro sua nauisque ac vectorum salute carmen Pythicum canetet, consistentemque ad latus nauis in puppi, cum quiddam ad deos pelagicos ciendos prælusisset, cecinisse illud carmen: ac mox,vt ad medium carminis ventum fuit, occidisse solem, fuisse autem in conspectu Peloponnesum. Cum vero non vltra expectarent nautæ noctem, sed accingerent se ad cædem, ac districtos cerneret gladios, & obnubentem iam se gubernatorem, capto cursu quantum potuisset, procul ex naui abiecisse se. Ante autem,quam totum demersum esset corpus, subiicientibus se delphinibus sublatum fuisse perplexitatis, fluctuationis, & stuporis primum plenum & exanimatum. Porro cum facilis vectura esset, frequentesque conspiceret circum se concurrentes placide excipientesque vt necessatii muneris & pertinentis ad omnes vicissim functionem, nauis autem à tergo longo interuallo relicta cursus sui pernicitatem ostenderet: haud ranrum narrauit mortis metum neq; affectationem vitæ quantum cepisse studii se salutis vt vir diis gratus videretur, opinionemq; caperet de diis firmam: simul lustrantem completum stellis cœlum,emergentemque magno & claro lunam lumine, tranquillo prorsus ac quieto mari, quasi cursui suo aperiret semitam, cogitauisse secum non esse oculum Iustitiæ vnum,

sed

sed omnibus his vndiq; deum, quæ terra mariq; geruntur, speculari. His quidem reputandis laſſitudinem oſtendit ſibi & laborem iam corporis remiſſum fuiſſe. Deniq; cum promontorium occurreret abruptum & excelſum, ac diligenter vitabundi flectenteſq; & oram litoris legentes velut in portum nauem ſaluam deferrent, plane animaduertiſſe deo gubernante vecturam peractam. Poſtquam hæc, inquit Gorgias, executus eſt Arion, requiſiui ex eo, quo nauem arbitraretur decurſutam. Ille omnino Corinthum quidem longo tamen ſpacio ſubſequi. Nam ſe, ad veſperum cum naui excidiſſet, exiſtimare non minus quingentorum ſtadiorum curſu raptum ac ſtatim vento deſtitutam fuiſſe nauem. Se tamen Gorgias ait, vt didicit nauiculatoris nomen & gubernatoris, nauiſq; inſigne, nauigia ſe & milites, qui obſeruarent eius appulſum, dimiſiſſe: Arionem adferre ſecum tectū, ne ſaluum præſentientes effugerent. Itaq; reuera hūc caſum imitari fortunam cœleſtem. Nam ſimul atq; ipſi huc venerint, ſe accepiſſe potitis militibus naue comprehenſos mercatores & nautas. Igitur præcepit Periander, vt ſurgeret confeſtim Gorgias, atq; homines iſtos in cuſtodiam conderet, vbi nullus adiret eos, nec incolumem quiſquam Arionem indicaret. At Æſopus: Enimuero vos, inquit, graculos meos & coruos, ſi ſermocinentur, rideretis, ea cum deſignent delphines. Aliud memoramus, infit, Æſope. Huc vero hiſtoriæ ſtatur, & eſt ea apud nos literis mandata amplius mille iam annos atq; vſq; ab Inus & Athamantis memoria. Tum Solon: At contingant hæc, inquit, Diocles deos atq; ſupra captum ſint noſtrum. Humanus & quem mens noſtra complectitur, caſus eſt Heſiodi. Nam rem forſitan audiuiſti. Minime vero, inquit, ego. Arqui operæprecium eſt audire. Mileſius quidam, qui eum ius hoſpitii & menſa quotidiana intercedebat Heſiodo, Locris clam hoſpitis filiæ intulit ſtuprum, atq; in flagitio deprehenſus fuit. Huius ſceleris in ſuſpicionem Heſiodus venit, quaſi ab initio conſcius & adiutor in ſupprimendo fuiſſet, cum eſſet inſons: ſed in ipſum flammæ articulum & calumniam immerito incurrit. Siquidem trucidarunt eum puellæ fratres inſidiis circa Nemeum Locricum exceptum, vnaq; cum eo miniſtrum, cui nomen Troilo erat. Proiectis in mare cadaueribus, Troili corpus in Daphnum amnem eiectum ad clauſum vndis ſcopulum, quod modicum ſupra mare prominet, ei adhæſit ac vocatur in hoc vſq; tempus hic ſcopulus Troilus Heſiodi cadauer ab ipſa vſq; terra grex excipiens delphinum ad promontoriū Rhion & Molycriā detulit. Erat forte per id tempus Locris ſacrificium & ſolennis conuentus Rhiorum, quem adhuc circa illum locum eximie celebrant. Vt corpus conſpexerunt aduehi, obſtupeſcentes non immerito ad littus decurrerunt: aduertenteſq; recens etiamnum cadauer nihil prius faciundum ſtatuerunt propter Heſiodi nomen, quam vt de cæde quærerent. Atque hoc quidē cito repertis homicidis ſunt executi. Namq; ipſos viuos profundo merſere, domumq; eorum diruēre. Humatus eſt apud Nemeum Heſiodus, tumulum pleriq; peregrini ignorant, quod reconditum fuit habitum inueſtigantibus Orchomeniis, vti ferunt, qui tollere ex oraculo illius reliquias atq; apud ſe funerare volebant. Si ergo tanta familiaritate atq; humanitate exanimatos proſequuntur, multo magis adeſſe eos viuis eſt conſentaneum maxime quādo demulſi tibiis ſunt vel modulis aliquibus. Hoc enim iam nobis conſtat omnibus, muſica hæc animalia duci & rapi, natateq; iuxta naues, quæ remulco trahuntur, cantu inuitata & fiſtula, quando ſereno nauigant. Gaudent etiam natantib. pueris, & cum vrinatorib. certant. Quapropter lege non ſcripta fides publica eis eſt data. Nemo enim ea venatur vel lædit, extra quam ſi retia ſubeuntes damnum dent in captura, puerorum more, qui offenderunt, plagis caſtigantur. Memini etiam me ab hominibus Lesbiis audire, cum ſeruaram ex mari à delphinibus puellam pro certo affirmarent. Cæterum Pittacus, qui hanc rem comperram habet, par eſt, vt eam exponat. Tum Pittacus rem oſtendit claram ac celebrem eſſe apud multos. Nam oraculo dato deducentibus coloniam Lesbum, cum in curſu nauis in ſcopulum nomine Meſogeum incurriſſent, tum ibidem Neptuno taurum, Amphitritæ & Nereidibus viuā virginē demittere nt. Cum eſſent autem principes ſeptem & reges, octauus Echelaus Apollinis oraculo coloniæ deducendæ dux pronunciatus (erat hic etiam tum celebs) ac ſeptem illi ſortes in vrnam miſiſſent eorum, * quibus innuptæ puellæ erant, exiit ſors * filiæ Sminthei: quam veſte & auro ornatam, vt in locum ipſum venerit, erant votis factis demiſſuri. Erat in nauigantium cœtu quidam, qui eam adamabat, non ignauus, vt apparet, adoleſcens, cuius etiam memorant nomē Enalum. Hic incredibili ſtudio ſuccurrendi ea in calamitate virgini incenſus ſubito impetum cepit, complexuſq; illam ſe vna cum ea in pontū abiecit. Mox fama quædam ſine certo authore, quæ tamen fidem fecit multis in exercitu, manauit, fuiſſe eos incolumes auectos, ac poſtea loci Enalum autumāt in Lesbo viſum narraſſe vectos delphinibus per æquor ac ſaluos ſe in continentem euaſiſſe. Licet porro alia diuiniora his, quæ obſtupefaciunt & incendunt vulgus, percenſere: cæterum omnibus fidem tribuere operoſum ſit: Mari altos ciente fluctus ad inſulā, atq; omnibus deterritis ſolum mari occurriſſe, eumq; ſecutos ad Neptuni delubrum polypos: lapidem,

Videtur hic quædam deſiderari.

Alii, quot.
Alii, maris.

Videtur aliquid hic deſiderari.

lapidem,quem maximus eorum ferebat, cepisse Enalem ac sacrasse, quem Enalem vocamus. In summa, inquit, si quisquam nouit, quid inter impossibile & inusitatum, absurdum & inopinatum intersit:is præcipue est Chilo, qui non temere fidem adhibet aut abrogat, sed illud, Nequid nimis,vt tu præcepisti obseruat. Sub hunc ait Anacharsis: quia Thales inter partes præcipuas mundi & maximas omnes recte censet animum esse, non esse mirum, si optima quæq; diuino consilio efficiantur,atq; esse animi corpus instrumentum,dei animum. Iam vt motus habet corpus ex seipso multos,plurimos tamen optimosq; ab animo: itidem animus alia incitu suo operatur,in aliis ancillatur, cum organum omnium habilissimum deo præbeat ad dirigendum se & vertendum pro libito. Absurdũ enim dictu sit,cum instrumenta dei sint,ignis,ventus, aqua,nubes,imbres,quibus multa tuetur & alit, multa perdit & perimit, animantibus eum ad plane nullam suorum operum vsquam vti. Cæterum prope fidem sit ea,quæ pendent ex dei nutu,subseruire ac consentiscere dei motibus magis,quam Scythis arcus lyræ Græcis & tibiæ cõsentiscant. Sub hæc poëta Chersias cum aliorum,qui insperato seruati fuissent, mentionem intulit,tum Cypseli patris Periandri: quem missi ad interficiendum admodum infantem, alludentem eis reliquerunt: ac rursus mutata voluntate quæsiuerunt, neq; inuenerunt: quod mater eum in cypselen,id est, cumeram, condidisset. Qua de causa cellam extruxit apud Delphos Cypselus: quasi eiulatum eo articulo deus,quo falleret inuestigatores, compressisset. Ibi Pittacus appellato Periandro: Commode sane,inquit, Chersias Periander fecit,qui cellæ illius mentionem agitauit. Sæpenumero enim deliberatum mihi fuit ex te sciscitari ranarum illarum causam,quidnam velint, quę ad radicem palmæ incisa sunt tam frequentes: aut quid deo vel ei,qui dedicauit,conueniant. Vbi Periander percunctari iussit Chersiam: Nam scire illum,& præsto fuisse conseeranti cellam Cypselo: arridens Chersias: Ego vero,inquit, non ante id expediam: quã audierim ex his,quid hæc ipsis significet, Nequid nimis: & Nosce teipsum: & hoc, quę multos cœlibes, multos infidos, nonnullos fecit mutos Sponde, sed præsto noxa est. Quid autẽ, inquit Pittacus, nostrã explicatione sit opus. Siquidem iam pridem Æsopi fabulam, quam nimirum in singula horum composuit, celebras. Ibi Æsopus: Scilicet iocatur,inquit,mecum Chersias. Nam serio vbi agit, Horum ostendit Homerum authorem: qui Hectorem demonstrat nosse seipsum: Nam qui alios aggreditur,

Vitat,ne pugnet secum Telamonius Aiax.

Vlyssem huius Nequid nimis,laudatorem, Diomedem monere,

Ne nimium celebres Tydide me neq; culpes.

Sponsionem alii detestari eum vt rem miseram arbitrantur ac vanam, qui dicat:

Sponsi enim misera est ad spondendum miserorum.

Chersias vero hic præcipitatam ait ab Ioue Aten, quod sponsioni, in qua facienda de Herculis natiuitate offendit Iupiter, interfuisset. Tum Solon: Igitur, inquit, etiam fides tribuenda sapientissimo est Homero:

Iam nox incumbit,nocti est æquum vt pareamus.

Quare vbi Musis, Neptuno, & Amphytritę libauerimus, conuiuium, si videtur, soluamus. Hunc habuit Nicarche ille cœtus exitum.

PLVTARCHI

Quæstionum conuiualium liber primus.

An inter pocula philosophandum. Quæstio I.

PROVERBIVM hoc *μισῶ μνάμονα συμπόταν*, id est, odi memorem compotorem, quidam Sossi Senecio in modiperatores dictum volunt: qui vero odiosi, & in bibendo sunt rusticani. Nam colentes Siciliam Dorii modiperatorem *μνάμονα* vocabant. Alii hoc prouerbio arbitrantur dictis & factis inter pocula obliuionem præscribi. Hinc fabulæ patriæ obliuionem & Ferulam Libero patri consecrant: quod eorum, quæ in vino sunt admissa nulla prorsus in re conseruanda sit memoria, vel castigationem mereantur puerilem. Quia vero tibi quoq; videtur

Obliuio sapiens reuera turpium

vt est apud Euripidem, esse: omnem tamen eorum, quæ dicta inter pocula sunt; eiicere memoriam, id non modo à conciliatrice amicitiæ abhorrere mensa, verum etiam philosophos habere re-

re refragantes celeberrimos, Platonem, Xenophontem, Aristotelem, Pseusippum, Epicurum, Prytanim, Hieronymum, & Academicum Dionem, quibus operæ precium est visum habitos inter pocula sermones literis consignare: ac censuisti nos etiam debere ex iis, quæ sparsim diuersis in Græcia locis bonis præsentibus & absentibus super mensam & inter pocula fuerunt disceptata contrahere frugifera: incubui in eam rem, ac tibi misi libros iam tres, quorum complectuntur singuli denas quæstiones. Reliquos mittam breui si cetie non inurbanas has neq; inanes esse existimaueris. Primum locum continet hæc, An philosophandum inter pocula sit. Venit enim mihi in mentem, cum instituta Athenis esset à cœna quæstio, tractandane in vino sint philosophica, & qui hic modus adhibendus: Aristonem, qui intererat, dixisse: Sunt hercle
1 qui locum in conuiuio philosophis negant. Quid ni sint, inquam, cedo? & vero magna grauitate cauillantes obmutescendum prædicant in vino sicut matrifamilias philosophiæ, recteq; atq; ordine facere Persas: qui non cum coniugibus suis, sed cum pellicibus vino & tripudiis indulgent. Idem à nobis postulant, in conuiuia vt musicam & mimos accersamus, philosophiam vero ne moueamus: quasi neq; sit ad iocos illa apposita, neq; nos tunc sumus ad seria comparati. Nam nec Isocratem rhetorem adduci ab instantibus potuisse, vt quicquam inter pocula diceret, nisi hoc: In quibus ego valeo, ea non sunt huius temporis, quæ huius temporis sunt, in his ego non valeo. Ibi Crato exclamans: Probe sane, inquit, ita me Liber amet, detrectauit adferre eos verborum ambitus, quibus exauctus esset conuiuio Gratias. Enimuero non perinde reor esse conuiuio summouere rhetoricum ac philosophicum sermonem: sed est alia ratio philoso-
2 phiæ: quam, cum ars sit, quæ circa vitam versatur, à nullo ludo, à nulla voluptate, quæ tædium discutiat, esse verisimile est debere remotam; sed præsto esse vbiq;, modum & tempus statuentem: nisi etiam temperantiæ & iustitiæ supercilium deludimus, vt locum non patere eis inter pocula statuamus. Quod si nobis vt faciunt illi, qui Orestem in Thesmothetarum curia inuitant, ex præscripto vescendum & bibendum esset: sit alleuatio hæc parum prospera inscitiæ. Sin vero Bachus Lysius & Lydius, id est, Liber dicitur: quod libertatem vndequaq; det, & præcipue detrahat frenum licentiamq; indulgeat linguæ maximam: ineptum esse & stolidum arbitror: vt effusa* importunitas optimorum sermonum fructum auferat: atq; vt in scholis de officiis conuiualibus quæramus, quod sit conuiuæ officium, & quemadmodum vino vtendum: at ex ipsis conuiuiis tollamus philosophiam: quasi re præstare, quæ verbis docet, non valeat. Hic
3 cum tu dixisses conflictari cum Cratone non operæ esse, verum terminum quendam quærendum & formam, quatenus inter pocula philosophandum sit: quo iocum hunc non inuenustum in altercantes & argute disputantes iaci solitum declinemus:

Alii, dum temporis optimis sermonibus defraudet.

Marte vt certemus vobis iam cœna paratur,

ac cum nos ad dicendum prouocares: Ostendi primum spectandum esse, qui sint conuiuæ. Nam plures si conuiuium habeat literarum cultores, quale Agathonis est: in quo sunt Socrates Phædrus, Pausanias Eriximachus: & Calliæ, in quo Charmidas, Antisthenes, Ermogenes, aliique his consimiles: largiemur eis, vt verbis philosophentur, nec minus Musis Liberum patrem, quam Nymphis consocient. Hæ namq; eum corporibus propitium & placidum, illæ animis blandum vere & benignum inducunt. Quippe si rudes adsint infrequentes, qui velut lite-
4 ras mutas vocalibus crebris interiectis viris eruditis complectantur, sonum aliquem non proptus inconditum & intellectum inter se miscebunt. Quod si grex fuerit talium hominum, qui quamuis auem, quemuis neruum & lignum citius quam vocem ferant philosophi, tum illud Pisistrati expediet. Ille enim, cum dissidium inter ipsum & filios extitisset, eoque lætari aduertisset inimicos, aduocata cōcione, cupuisse ait filios se in suam adducere sententiam: cæterum, quia contumaces sint, illis velle obsecundare & obtemperare. Ita vir philosophicus inter compotores ab ipsius sermonibus auersos inuertet se, illorumq; confabulationem, quatenus non excedet decorum, sequetur & amplectetur: sciens rhetoricari homines oratione philosophari & tacentes & ludentes, & vero etiam dicteriis lacessiti & lacessentes. Siquidem non modo summæ est iniustitiæ, vt ait Plato eum qui non sit, videri iustum, verum etiam primæ pru-
5 dentiæ, philosophantem non videri philosophari, & ludentem agere seria. Vt enim Bacchæ Euripideæ inermes nulloq; ferro accinctæ thyrsis cædunt sauciantq; eos, qui ipsas adoriuntur: haud aliter germanorum philosophorum dicta & risus mouent aliquatenus non prorsus rigidos flectuntque. Iam sermonum est mea quidem opinione certum genus conuiualium: quorum alios historia suppeditat, alios ex rebus præsentibus & obuiis desumere est: qui multa ad philosophiam, multa ad religionem continent rerum fortiter & alto animo gestarum exempla nonnulli ad bonorum & humanorum vitorum æmulationem inuitant. Quibus si candide vsurpandis tractes compotores, non minima mala absterseris crapulæ. Ac nonnulli quidem, buglosso qui temperant vinum, vel verbenacæ & adianti aspergine solum irrorant, quasi con-

conuiuiis ea lætitiam & hilaritatem concilient, Helenæ exemplo Homericæ, quæ vinum non nihil medicatum propinabat, non considerant etiam illam fabulam longo itinere ex Ægypto vsq; circumuagantem in sermones euasisse vrbanos & congruos. Namq; commemorat illis potantibus Helena de Vlysse:

Quæ tulerit, quid patrarit fortissimus ille
Heros, & se ipsum plagis affecerit aspris.

Id scilicet nepenthes mœrorem & dolorem discutiens medicamentum oratio erat tempestiua & accommodata præsentibus animorum motibus & negociis. At homines ciuiles, vt citra ambages & directo philosophentur, ibi tamen flectentibus potius quam cogentibus argumentis sermonem astruunt. Vides enim etiam Platonem in conuiuio, vbi de finibus & de summo bono disserit & plane de rebus diuinis, non intendentem probationem neq; acuentem se & quasi puluere conspergentem ad prehendendum more suo firmius, vt eluctari non valeat aduersarius, sed sumptionibus mollioribus & exemplis fabulisq; conuiuas pellicentem. Debent namq; esse quæstiones faciliores, propositiones claræ, & rogatiunculæ leues, non argutulæ, ne præstringant rudiores absterreantq;. Nam sicut compotantium per saltatus & choreas solenne est conuiuia excitare. Sin surgere, atq; sub armis dimicare eos & disco ludere compellamus, non modo insuaue, verum etiam noxium conuiuium erit: sic animos leues quæstiones scite & vtiliter mouent: rixosos authore Democrito & spinosos sermones missos faciemus: qui cum ipsos torquent in rebus nodosis & inuolutis, tum colloquentes obtundunt. Quippe decet quomodo vinum, sic sermonem, cuius in consortium venient omnes, esse communem. Siquidem propositiones qui eiuscemodi iaciunt, hi nihilo grue & vulpe Æsopica in communione videantur benigniores, quarum hæc effusa in latum lapidem faba pingui gruem ludificata eam propinauit deridendam. Etenim liquida fabata rostrum eius effugit. Vicissim grus inuitatæ ad cœnam vulpi in angusti & longi colli lagenula cibum apposuit: in quam demittere ipsa rostrum facile ac frui epulis, vulpes portionem suam æquam capere non posset. Haud aliter quando philosophi inter pocula in subtiles & dialecticas propositiones abdunt se, & homines vulgares, qui sequi non valent, fatigant: illi inuicem coniiciunt se in cantiones quasdam, fabulosa nugamenta, sermonesq; illiberales & putidos, iam de societatis conuiualis bono actum est, & contumelia afficitur Liber pater. Vt ergo in Phryni hi & Æschyli tragœdiam, qui ad fabulas & calamitates euadunt, hoc vsurpatum est prouerbium: Quid hæc ad Bacchum? item mihi sane sæpenumero in mentem venit dicere illis, qui inuehebant in conuiuia syllogismum, quem κυριεύοντα vocant: Quid hæc quæso ad Bacchum? Cantat fortasse quis carmina flexiloqua, quæ scolia appellantur, posito in medio cratere diuisisq; coronis, quas liberans ille nos deus imponit: neq; est tamen id honestum vel conuiuiis congruens. Alioqui scolia genus esse negant cantilenarum obscure conditarum: verum inde dicta, quod primum cantarent cantionem Libero vna in communi omnes voce modulantes. Deinde singulis ordine corolla myrtea tradita, quam *adarcam, ni fallor, vocabant: quod caneret, qui eam accepisset. Mox circumferebatur lyra: quam qui ea callebat canere, ea piebat, eaq; aptata canebat. Indoctis lyram repudiantibus scolion dictum est, quod in eo non commune esset neq; facile. Alii coronam myrteam non ordine autumant procedere, sed sigillatim ex lecto in lectum deferri solitam: atq; eum, qui primus cecinisset, primo secundi lecti mittere, hunc primo tertii: mox secundum similiter secundo: ac varietas illa & flexuosus anfractus scolion, id est, flexiloquum, vt mihi videtur, est vocitatum.

*Alii, æsaricon, alii, æsacon.

Conuiuatorne consessum assignare conuiuis, an illis ipsis id permittere debeat. II.

TIMON frater, cũ inuitasset plures, cuiq; iussit, vt quo placeret loco, interiiceret se atq; accũberet: quod inuitati partim peregrini, partim ciues, familiares, necessarii, breui cœtus esset miscellaneus. Cum igitur complures iam adessent, peregrinus quidam purpuratus ex comœdia amictu splendido & puerorum comitatu insolentior ad fores triclinii accessit, atq; in orbem accubantes oculis lustrans noluit ingredi, sed ilico subduxit se. Hic multis ad eum reuocandum accurrentib. locum negauit se dignum videre relictum. Atq; illum quidem, qui accumbebant, magno cum risu exultantes & plaudentes bono omine domo iusserunt dimitti. Erant n. nonnulli illius aduentu satis perculsi. Peracta cœna pater me, qui longius cubabam, affatus: Timon, inquit, & ego disceptantes te iudicem capimus. Iam dudum n. eum hospitis illius causa obiurgaui. Qui si a p̃rimo, quod ego consulebam, digessisset, quo quisq; loco accumberet, non incurrissemus in ordinis indiscreti probrum, apud virum

Instruere artificem & equites simul & clypeatos.

Etenim

Etenim Paulum Æmilium imperatorem perhibent, cum deuicto Perse magnifice apparatum præberet epulum & cętero ordine mirifice digestum, dixisse, eiusdem esse aciem quam horrendissimam instruere & conuiuium quam iucundissimum. Vtrumq; enim in ordine seruando cōsistere: etiam optimos quosq; & regno dignissimos instructores ab Homero populorum appellari. Deum etiam Opt. Max. vos quidem dicitis confusum chaos composito ordine re nulla detracta vel adiecta conuertisse in mundum: ac vnaquaq; re loco suo cōgruo collocanda pulcherrimam ex fœdissima figuram naturæ accommodasse. Cæterum grauiora hæc & altiora ex vobis didicimus. Ipsi vero quamuis sumptuosissimas cœnas videmus, si ordinem desiderent, nihil habere, quod oblectet vel liberale sit. Quare popinatores & structores ridiculū est magnopere, quid primum, quid secundum, vel medium, quid postremum sit inferendū, laborare: & vero vnguenti coronarumq; & psaltriæ, si forte adsit, locum & ordinē esse: vocatos ad hæc negligenter & temere locatos à conuiuatore pasci nullo vel ætati vel magistratui, vel alii simili conuenienti assignato ordine: quo præcellenti quidem honos habetur: docetur, qui minor est, exercetur, qui loca designat, ad id, quod decorum est, internoscendum & designandum. Etenim, si sedes est & statio sua viri præstantis, etiā accubitus certe est. Et si non præbibit alteri præ priore conuiuator, in locis quoq; accubitus attribuendis securus statim à principio non erit discriminum, ac conuiuium ad vnam hominum coeuntium rediget colluuiem. Ac patris quidē hæc fuit disceptatio. Frater non esse allegauit se Biante sapientiorem: vt cum ille arbiter esse inter duos amicos recusasset, ipse simul tam inter multos necessario, am multos etiam alios iudex fieret, non de pecunia, sed de primatu decreturus: quasi nō inuitasset ad comiter excipiendum: sed ad suggillandum amicos. Est igitur, inquit, iocularis Menelaus, vnde prouerbio etiam locū fecit, qui non rogatus dare voluisset consilium. Multo est ridiculus magis ille, qui pro conuiuatore iudicem se & arbitrum constituit inter eos, qui cognitionem ipsi non permisere, neq; ambigunt, qui quo melior vel deterior sit. Neque enim ad certamen descendunt, sed ad cœnam veniunt. Sed nec expeditum est existimare: cum hi ætate, necessitudine illi præstent: verū oportebit, quasi argumentum mediteris comparatorum, Aristotelis locos vel Theophrasti hyperballontas habere in promptu: non vt fructum aliquem adferas, nisi quod gloriam inanem ex foro & theatris in conuiuia traducas: & qui cætera vitia superate consuetudine cōtenderis, hoc pro fortunæ ratione farcire velis. Quanto præstiterit animo detergere fastum omnem, quam lutum pedibus abluere: vt facilem te simplicemque compotoribus præbeas. Nunc conceptam ex bile vel negociis inimicitiam inuitatis tentamus eximere, cum ambitione eam denuo excitemus & incendamus: dum hos deprimimus, illos tumentes facimus. Quanquam nisi, prout accubitū illis assignauerimus, præbibamus crebrius, fercula apponamus, sermocinemur & appellemus eos, erit nobis prorsus pro cōuiuio familiari satrapicum. Quod si in cæteris æqualitatem eis conseruamus, quin auspicamur primum eos, vt modeste & sine supercilio inter se iā inde à limine accumbant, consuefacere: cum Democritum videamus nulli ad cœnam inuitato locum eximium tribuisse, sed pari loco diuitem cum tenuissimis accubuisse. Quibus dictis cum peterent de eo fieri iudicium conuiuæ: Ego, inquam, arbiter sumptus non iudex media via ingrediar. Iuuenes sane debent conuiuatores & ciues & familiares assuefacere, quod dixit Timon vt citra fastum & arrogantiam accipiant, quemcunque sortiti fuerint locum. Qua ex re egregium ad amicitiam compendium relaturi sunt facilitatem. At quando inter hospites, magistratum gerentes, vel maiores natu res agitur: vereor, ne videamur, quem vestibulo excludimus, postico fastum cum multo discrimine intromittere. Qua quidem in re & consuetudini aliquid & ritibus est dandum: nisi velimus simul propinationes & appellationes sustollere: quibus cum apud alios, vt quemque fors obtulit, non temere, verum vt maxime decet, vtimur, honoramus eos:

Et sedes & dapibus meri & pateris plenioris.

vt rex ille Græcorum ait: qui locum primo in honoris gradu numerauit. Laudamus etiam Alcinoum, quod iuxta se hospitem locans,

Exciuit natum generosum Laomedontem:

Claudebat patris latus hic.

Quippe quod in chari sedem collocarit hospitem supplicem, id admodum est ciuiliter & comiter factum. Sunt & apud deos hæc discriminata. Quippe Neptunus, quantumuis ad concionem adfuisset nouissimus, medio tamen assedit loco, quod is ad eum pertineret. Mineruam cernis proximum Ioui locum tenere præcipuum, quod obiter declarat Homerus, dum de Thetide ait:

Asseditque Ioui patri cedente Minerua.

Dilucide autem Pindarus memorat:

Quæ proxima igniuomo assidebat fulmini.

At non esse ostendit Timon eripiendum cęteris, quod vni indulgeas Eripit, qui quod est peculiare, vulgat: Est autem cuiusq; peculiare, quod è dignitate est eius, tributq; currenti & properanti primarium locum: qui virtuti, qui propinquitati, magistratui, & id genus aliis debetur, ac dum videtur. ne incurrat in inuitatos, declinare, id magis ac magis in seipsum vertit. Mordet enim quemque is, qui sueto eum spoliat honore. Mihi vero non vsque adeo hæc difficilis videtur gradus distinctio. Primum comparati dignitate multi vnű ad epulum haud temere occurrunt. Deinde quia sedes sunt honoratæ plures, summa est cas dispertiendi facultas, si in diiudicando sis solers: huic primam, illi mediam, alii iuxta se, vel apud amicũ, vel familiarem, vel præceptorem. atq; ita cuique assignans vnam ex iis, quæ pręcellentiores dicuntur. Cæteris munera & comitatem lenimenta reliqui, quando minus honoris delatum est. Quod si dignitates sint pares, ingenio autem homines difficili: vide quo hic artificio vtar. Loco spectatissimo colloco patrem, si is adsit: alioquin vel auum vel socerum vel patruum vel collegam, vel eum, cui peculiatis est apud conuiuatorem præcellentia. Quod ego præceptum ex officiis Homeri sum mutuatus. Quippe apud se cum Menelaum Achilles & Antilochũ de certaminis equestris secundis cerneret ambigentes, veritus ne in maiorem flammam & contentionem prorumperent, alteri statuit præmium assignare: ac dum verbis * Menelaum miseratur celebratq;, reipsa causam eorum concertationis sustollit. Ita me differente Lamprias, qui loco obscuro cubabat, intonans suo more rogauit conuiuas, permitterẽt ne sibi, vt ineptientẽ castigaret iudicem. Cunctis, vt libere ageret & citra dissimulationem, hortantibus: Quis vero conniueat, inquit, philosopho: qui natalibus, opibus, & magistratibus in conuiuio sicut in theatro loca assignat, aut prima subsellia Amphyctionicorum scitorum tribuat: quo ne in vino quidem à fastu discedamus. Neque ad splendorem accommodãdi accubitus sed ad iucunditatem sunt: Neq; dignitas spectanda vniuscuiusque, sed alterius cum altero conuenientia & concinentia, sicut aliarum quarumpiam rerum, quæ vnam in consortionem sunt adhibitæ. Siquidem non lapidem ædificator Atticum vel Laconicum barbarico præfert, neq; pictor exquisitissimo colori locũ tribuit principem, neq; naupegus pinum Isthmicam vel Creticam cupressum in fronte nauis ponit: sed vt quęq; inter se coagmentata & compacta commune opificium sunt firmum, cõcinnum, & conducibile præstitura. ita ordine coaptant. Ac deum vides, quem summum nostri opificem Pindarus nuncupauit, vt non passim ignem in loco celso posuit, neq; in imo terram, verum vt vsus quærit corporum:

Aequorea hoc dictant oneroso tegmine concha
Squallentes, & picta operit quam saxeus vmbo
Buccina, & acclini testudo crepidine tecta,

vt ait Empedocles. Non quam assignauit natura sedem, cęterum quam ad cõmune munus desiderat contextus, eam obtinet. Ac cum vsquequaq; mala est confusio, tum homines eosque potantes si occupet, præcipue improbitatem suam contumelia & pestibus aliis innumerabilibus effundit: quæ præuidere ac deflectere viri est ordinis cõcinnitatisq; periti. Recte tu sane, inquã. Quin igitur concedis descriptionem nobis, quam proposuimus. Nõ equidem, infit, prohibeo: si animum inducere poteritis, vt cõuertenti mihi & versanti conuiuium vt phalangem Epaminondæ obsecundetis. Nos id ei permisimus omnes. Ibi ille summotis è medio pueris intuitus singulos: Audite. inquit, quemadmodum cõpositurus vos inter vos sim. Volo enim prædicere. Equidem existimo non iniuria Homerum quoq; perstringi à Pammene tanquam amorum rudem, gentiles qui gentilibus & tribules tribulibus in acie associauerit: cũ per ordines amans iũgendus amato esset, quo conspirans fit acies vndiq; vinculoq; colligata animante. Perinde hoc nobis certũ est concinnare conuiuium: neq; iuxta opulentum locabo opulentum, neq; adiungam iuueni iuuenem, non magistratum magistratui, vel amicum amico. Languet enim & torpet hic ad fœtificandam & propagandam ordo beneuolentiam. Cæterũ quod est cuiq; accommodatum, id ei applicans præcipio sub viro erudito locandum studiosum, sub moroso mitem, sub sene garrulo audiendi auidum adolescentẽ, sub vano & glorioso simulatorem, sub iracundo taciturnum. Quod sicubi locupletem animaduertam munificum, excitabo ex angulo quopiam egenum, qui frugi sit, quem illi adiungam: vt quasi ex redundanti poculo aliquid effluat in inane. Apud sophistem nolo sophistem accumbere, neque poëtam apud poëtam:

Inuidet & cantor cantori, & egenus egeno.

Quamuis Sosicles hic & Modestus conspirantes hoc carmen fulcinnt, qui ad fauillæ modum alunt flammam, sed periclitatur tamen pulchre. Dirimo item obstreperos, procaces, & cerebrosos, interque hos medium infero placidi aliquem ingenii & modesti, malagmatis modo quod illorum emolliat asperitatem. Viceuersa aliptas, venatores, agricolas consocio. Est enim paritas vna pugnax ceu gallinaceorum, mansueta altera ceu monedularum. Potores etiam & amatores socio, non modo

* Alii, Eumelum.

Cupidinis

Cupidinis quos morsu lancinat,

vt est apud Sophoclem: verumetiam quos amor stimulat vxoris vel virginis. Nam eadem quia fouentur flamma, nisi forte eundem vel eandem ament, arctius sese mutuo ferri ritu conglutinati complectentur.

Cur locus, qui dicitur consularis, in honore fuerit. III.

HInc de loco incidit quæstio. Alia enim loca apud alios sunt honorata: apud Persas medius, quo cubat rex, primus apud Græcos, apud Romanos medii lecti postremus, quem consularem dixere: apud accolas Pōti Græcos nonnullos sicut Heracleotas è diuerso medii lecti primus. Cæterum de consulari hoc, quem appellant, potissimum hæsitabamus. Hic enim præcellebat memoria nostra honore: neq; suberat causa huic vt primo neq; vt medio legitima. Iam quæ vsuueniunt ei, partim non sunt huius vnius propria, partim nullius videbantur momenti: nisi quod tria tantū ex iis, quæ allata fuerunt, nos mouerent. Primum, quod cum exegissent cōsules reges, & ad modum omnia vertissent populatē: cedentes loco medio & tegali ad infimū transibant, ne hæc imperii & summæ potestatis species esset cōuiuis odiosa. Alterum, quod cū attributi duo lecti essent conuiuis, tertius & huius primus locus conuiuatoris sit. Siquidem hic aurigæ vice vel gubernatoris ministeria lustrat cōmodissime: neq; quicquam distrahunt eum, quin conuiuis comitatem suam demōstrare & fabulari possit cum eis, proxima loca. Siquidem sub eo cubat vel coniūx vel liberi. Locus supra cū iure tributus est honoratissimo, quo hic prope conuiuatorem cubet. Tertium habere locus hic videbatur proprium commoditatem ad res agendas. Neque est enim Romanus consul, qualis Thebanorum Polemarchus fuit Archias: vt cum literæ ei vel nuncii super mensam oblati sint de rebus grauioribus, respōdeat: In crastinū feria: epistolamq; reiiciat, & pateram sumat, sed iis articulis præcipue est vigilans & circumspectus. Siquidem non tantum dolorem parit * sed & potionis omnis & * magistratui curanda sunt: quo si quid opus sit, audire, imperare, & præscribere valeat: hunc locū obtinet præcipuum: vbi, quia secundus lectus adhæret primo, angulus, qui anfractu efficit interuallū, scribæ, apparitori, lictori, & nuncio ex castris venienti aditum præbet, vt colloqui consul cum eo ac percūctari queat: nemine eum interpellante vel interpellato conuiuarum: sed & manum & vocem expeditam habeat ac solutam.

Qualem esse deceat conuiuii magistrum & modiperatorem. IIII.

GEner noster Crato & necessarius Theon, cum in conuiuio certo insolentia quædā exorta ac mox esset oppressa, sermonem de modiperatoris officio intulerunt, censuerūtq; sumere coronam me debere, nec permittere, vt mos vetus in totum exolesceret: sed referre ac constituere de integro solennem præfecturæ illius in conuiuiis administrationem & moderationem. Quę cum cęteris quoq; viderentur, vt omnium admurmuratio atq; exhortatio consequeretur: Quando igitur, inquam, omnibus ita cordi est, meipsum ego modiperatorem creo, edicoq; cæteri vt pro libito potent in præsentia. Crato autem & Theon huius authores & latores decreti succincte explicent formulam aliquam, qui esse debeat is, qui modiperator sit creandus: ac quo spectans, qui designatus sit, imperabit: ac quemadmodum aget cum conuiuis: quod argumentum liberum illis relinquebam distribuere & de eo disserere. Qui cum aliquantulum tergiuersari se simulassent, detrectassentq; hoc muneris: instantibus tamē omnibus, vt parerent præsidi, atque imperata facerent: prior Crato: Debet, inquit, vigilum præfectus vigilantissimus, vt Plato ait, esse: & combibonum ad bibendum optime factus. Erit eiusmodi, si neque temulentię opportunus sit, neque ad potandum ignauus: verum quomodo scribens Cyrus Lacedæmoniis fratre ostendit se ad regnum cum alias magis esse appositum, tum multum meri ferre commode. Nam solutus mero insolescit & turpem se præbet. Contra siccus odiosus est, magisq; ad corripiendum quam ad conuiuio moderandum accomodatus. Ac Pericles quidem, quoties prætor creatus chlamydem induebat, ante omnia seipsum solitus erat affari, quasi cōmonens: Attende tibi Pericle, liberis imperas, Græcis imperas, Atheniensibus imperas. Modiperator vero noster illa subiiciat sibi: Amicis imperas: ne quē sinat ineptum se præbere, neque eripiat voluptatem. Decet etiam præsidem & seria tractantibus consonum esse conuiuis, nec abhorrere ab ludicris: sed ad vtraque commode esse temperatus: aliquantulum tamen, sicut vinum probum, ad austerum ingenio propensiorem. Quippe vinum molliendo & cōdiendo ad mediocritatem ingenium reducet. Siquidem vt Clearchi dixit Xenophon toruitatem & asperitatem in conflictibus tamen hilare m atq; exporrectam cerni propter confidentem eius animum: ita qui natura non est amara, sed seuera & austera, in potando remissus iucundior fit & gratior. Insuper hoc habere debet, vt singulorum combibonum maxime sit conscius: quam inclinationem in vino capiat, atq; in quem animi motum pronus sit, ac vt vinum ferat. Si enim vinum cum aqua aliud

cum alia temperatur, quod pocillatores regii tenentes modo plus modo minus fundūt: est certe etiam hominis aliqua cum vino temperatura, quam habere debet modiperator exploratam, & si exploratam habeat, obseruare: quo harmonici more hunc intendendo poculis, illū laxando & ei nonnihil parcendo ad æqualitatem ac concentum ex dissonantia reducat ingenia: nō acetabulis & cyathis æquum, sed temporis modo quodam & pro corporis viribus, quod cuique congruit & accommodatum est, tribuatur. Quod si operosum sit, illa certe calleat oportet omnino modiperator communia naturarum ætatumq́; exempli gratia, crapula tentantur citius senes quā iuuenes, agitati quā quiescentes, mœsti & solliciti quā læti & hilares, large assueti potate quam insueti, modesti quam lasciui. Horum prudens qui est, rectius quam ignarus decorū & consensionem tuebitur conuiuii. Nam hoc quidem familiarem demonstrare se & propenso animo in omnes esse modiperatorē conuiuas, neq; alienum à quoquam vel infensum, id cuiuis liquet. Alioquin neq; cum imperabit, ferri poterit, neque in distribuendo æquus erit, neque in iocando æque inculpatus. Eum tibi, infit, præsidem Theon conuiuii ex oratione tanquam ex ceta informatum tibi trado. Hic Theon: Ego vero, inquit, magis amplector ita ad vnguem factum hominem & commodum combibonem. Cæterum an eo vsquequaque vti potero, nec dehonestaturus sim hoc opus, haud satis scio, proferam tamē, quod mihi videtur. Is, qui præfuturus conuiuio erit, nō admittet: vt id nunc concio popularis euadat, nūc sophistæ schola, mox aleatorum consessus, hinc scena vel pulpitum. An vero non videtis alios auram popularem super mensam captantes & deiure disceptantes, alios declamantes & scripta aliqua recitantes, alios mimis & saltatoribus certamina constituentes. Alcibiades & Theodorus Politionis conuiuio pro loco vsi sunt initiatorio, in quo tædiferos & hierophantas effingebant: quorum censeo præsidi nihil negligendum: sed orationibus, spectaculis, & ludis dabit locum illis duntaxat, quæ diriguntur ad conuiuii destinatum: id fuerit amicitiam conciliare & alere inter præsentes voluptate interprete. Est enim conuiuium oblectamentum, quod in vino ex ciuilitate in familiaritatem terminat. Quia vero quod temperatum non est, fastidium gignit vbique, & offensionem parit: mixtura autem, nisi in loco & certo modo adhibeatur negociis, tollit gratiam, voluptatem interpellat, & offendit commoditatem: etiam conuiuii præfectus delinimentum potantibus aliquod temperatum machinabitur. Ex multis accipio nauigationem propter litus ambulationem propter mare esse incundissimam. Perinde ludus est seriis accommodandus, quo & qui ludunt, aliquatenus sint intenti: vicecuersa qui seria tractant, diffundantur sicut nauseantes cum ad litora respiciunt. Siquidem est risum multis in frugiferis vsurpare, & res grauiores iucunditate condire:

> *Velut echinopodas in aspera via,*
> *Molles vbi violæ nascuntur lacteæ.*

Sin quæ ludicra temulente se conuiuio nulla cum re coniuncta seria ingesserint: ab his sedulo monebit conuiuas, vt caueant: ne imprudentes contumeliā ingerant, ac quasi Apollinari herba vinum temperantes imperatis suis, quæ vocant, procacitatem adiungant: cum balbos cantare iubēt, vel caluos caput pectere, vel vno pede saltare claudos: sicut Agamestori Academico, cui crus erat gracile &ematiatum, compotores omnes insultantes omnibus præceperūt: vt dextro pede insistentes poculum exhaurirent vel mulctam penderent. Vt vero vices imperandi ad illum delatæ fuerunt, omnibus iniunxit, ita biberent, vt ipsum viderent: ac pede imbecillo in amphoram, quæ in triclinium illata erat, demisso ebibit poculum. Quod vbi reliqui omnes, cum experirentur, facere animaduertunt se non posse, mulctā dependerunt. Ciuiliter Agamestor. Item faciundum, vt in vltiones insurgamus faciles & lætas. Quocirca consuefaciendi sunt conuiuæ, vt ad iussa vertant se, quæ oblectent & commodent, imperentq; ea, in quibus alii valent & quæ facere possunt commode, ac quæ honestant agentem, vt cantoribus canere, facundis dicere, philosophis enodare quæstionem aliquam, poetis carmina adferre. Cupide namq; eo quisq; & prompte, vbi plurimum excellit, ducitur. Assyriorum rex præmium per præconem pronunciauit ei, qui nouam voluptatem excogitasset. Conuiuii rex præmium ostendet ei, qui vacantis contumelia ioci & oblectamenti architectus compendiosi fuerit, risusq; nō felli & procacitati, sed festiuitati beneuolentiæq; comitantis. Quibus in rebus pleraq; conuiuia, quia non sunt instituta recte, naufragium faciunt. Est vero hominis moderati simultatem & bilem declinare in foro eam, quæ ex habendi cupiditate nascitur: in gymnasiis & palæstris eam, quæ ex concertatione: in magistratibus & honoribus petendis eam, quæ ex ambitione: super cœnam vero & inter pocula eam, quæ ex iocis.

Qui dictum sit, Amor docet musicam. V.

QVa ratione dictum sit,

> *Amor docet, quamuis rudis ante, musicam.*

apud

apud Sossium cantatis nonnullis sapphicis, quærebatur. Quandoquidem etiā Cyclopi Camænis vocab lis medicinam fecisse Cupidinem ait Philoxenus. Dictum fuit audaciam ad omnia ab amore & nouarum rerum studium mire infundi: sicut eundem Plato omnium molitorem vocauit. Siquidem reddit taciturnos linguaces pudentem blandum, supinum & ignauum actō & industrium: & quod inprimis miretis, homo parcus & sordidus, quando in amorem delapsus est, sicut quando in ignem ferrum remittitur & mollescit, ita soluitur, fluit, & hilarior redditur. Quapropter iocus hic non protsus redditur ridiculus, frōde porraceo religatam esse amorum crumenam. Dictum etiam fuit crapulæ amorem affinem esse. Quippe inflammat, exhilarat, & diffundit. Eo vbi iam deuentum est, tum ad epodos & verba numerose cadentia rapiuntur. Atq;
10 Æschylum aiunt tragœdias in vino scriptitasse, cum mero iam incaluisset. Fuit auus noster Lāprias inter pocula ād in inueniendū longe solito solertior & facundior. Dicere hic solebat, thuris modo se ex feruore odorem effundere. Iam tametsi amatos aspiciant cupidissime: nō minus cupide tamen celebrant eos quam vident. Et quamuis est vbiq; loquax amor, loquacissimus est in laudando tamen. Quippe cum ipsi sibi persuadent, tum proborum & honestorum se amore teneri omnes credere volunt. Hoc Lydum perpulit Candaulem, vt ad spectandum vxoris suæ formam in conclaue suum Gygem pertraheret. Voluntenim ab aliis testimonium adferri. Hinc si quando laudationes scribunt formosorū: modulis eas & metris & cantilenis distinguūt, quas velut simulachra auro exornant: quo & audiantur à compluribus & memorentur. Etenim si equum vel gallum gallinaceum, vel quid aliud donant amatis, id donum elegans & supra mo-
20 dum volunt esse splendidum. Præsertim quando orationem adhibent adulatricem, illam proferri suauem, alacrem, & excellentem, qualis poëtica est, volunt. Hic Sossius collaudatis illis nō secius peti ostendit posse argumentum ex Theophrasti dictis de musica. Cuius ego, inquit, librum de musica non ita dudum volui. Memorat Theophrastus radices musicæ tres esse, animi mœrorem, voluptatem, & afflatum quasi furoris: quorum vnumquodque de statu suo deflectat vocem & diuertat. Etenim mœstitiæ flebile & lamentabile genus delabescens in cantum habent. Hinc oratores in epilogis & histriones in lamentationibus delabentes videmus ad modulamina & vocem intendentes. Iam ingentes exultationes animi vel totum corpus eorum quidem, qui ingenio sunt agiliore, excitant: vt in motum numerosum exiliant plaudantque, si tripudiare nequeant: insaniasque edant alias, atque vt Pindari verbis vtar, insolenti cū iactatione
30 ouent: Modestiores vero hoc motu conciti solam vocem ad cantandum & vociferandum atq; ad modulandum conuertant. Supra cætera diuinus afflatus tam corpus quam vocem de statu suo & gradu dimouet ac deflectit. Hinc fit, vt numeris bacchātes vtantur, & metris oracula fundant numine afflati: fanaticorumq; quorumquemq; cernas citra metrum & cantum delirantes? Quæ cum ita habeant, si libet explicatum ad solem contemplari amorem, eumque explorate: perturbationem animi, quæ ægritudinibus obnoxia sit acrioribus vel gaudiis excitatioribus, vel maioribus animi emotionibus & dementiis haud vllam reperias: verum sicut Sophoclis ciuitatem, ita amantis animum:

Simul suffitibus refertam
Et cantilenis, & simul quoque fletibus.

40 Quid est igitur miri vel noui, si quotquot sunt musicæ fontes, hos complectatur & contineat in se amor omnes, mœstitiam, voluptatem, afflatum quasi furoris: cum cætera sit industrius & garrulus, tum ad pangendos numeros & versus supra motus animi reliquos procliuis & pronus.

De Alexandri vinolentia. VI.

Illatus sermo fuit Alexandrum non large bibisse, sed multum spacii in bibendo & fabulando cum amicis triuisse. Id vanum esse Philinus ex commentariis regis demonstrabat: in quibus frequentissime & passim relatum est, hunc diē ex crapula Alexander somno exegit, interim etiam sequentem. Qua de causa in Venerem fuit segnior: actis tamē & iracundus, quorum causa corporis fuit feruor. Summum quoque eius corpus suauem odorem memorant efflasse: hinc
50 eius tunicas vndiq; fragantiam aromaticam fudisse. Quod item acceptum ferendum videtur calori. Quapropter plagæ orbis aridissimæ & torrentissimæ casiam & thus edunt. Humorum enim concoctioni succedere fragantiam Theophrastus author est quando vitium, quod offēdit, humoris excoctū est à calore. Apparet Callisthenem etiam in calumniam apud Alexandrū incurrisse quod effusiorem vini in cœna vsum eius moleste ferre diceretur. Quippe calicem quoque Alexandri dictum, qui grandis erat, vt ad eum peruenit, reiecisse, nolle fatus Alexandri calice hausto Æsculapio opus habere. Hactenus de Alexandri in vino intemperantia Mithridatem, qui bella cum Romanis gessit, in muneribus, quæ edidit, voracitatis & vinolentiæ fama est præmia proposuisse, eumque victorem fuisse vtrobique, ac plane omnium coæuorum suorū bibisse plurimum, vnde fuisse Bacchū nuncupatum. Hoc, quatenus attinet ad cognominis ra-

tionem,nos ex iis esse diximus, quorum fides temere est recepta. Siquidem infantis etiamnum fulmen perstrinxit cunas corpore illæso: nisi quod ignis vestigium quoddam in fronte, quam capillus occupabat, vstulatus, fuit relictum. Iterum postquam in ætatem venit tactum de cœlo cubiculum eius ipso fuit dormiente, suspensamque pharetram traiecit afflatus iaculis. Vnde vires eius ex terentariis & leuis armaturæ copiis ingentes fore fulguratores ostenderunt. Pleriq; tamē Bacchum illum ab siderationibus illius vitii affinitate dixere. Hinc de bibacibus verba facta, inter quos pugilem Heraclidem numerauerunt: quem patrum nostrorum memoria Alexandrini Herculem blando nomine vocitarunt. Hic cum non reperiret constantem combibonem inuitabat hos ad ientaculum, illos ad prandium, alios ad cœnam, deniq; ad comessationem alios. Recipientibus se primis, succedebant secundi, mox tertii, hinc quarti. Ille sine intermissione vlla omnes sustinebat, quâtuorque illas compotationes perferebat. Ex Drusi Tyberii Cæsaris filii contubernalibus medicus, qui omnes lacessebat poculis, ne tentaretur crapula, semper quinas vel senas amygdalas amaras præsumebat. Verum detectus eum prohiberetur & assetuaretur, ne tantulum quidem vino resistebat. Ac nonnulli quidem amygdalas amaras vi præditas esse existimauerunt pungendi & abstergendi carnem vt etiā cutis in facie vitia tollat: Itaque si quando præsumptæ sint, amaritudine sua vellicare spiramenta & mordicare: vt ita ex capite detrahūt humorē, qui exhalatur. Nobis vero amaritudinis dos potius videbatur exiccare atq; exhaurire humorem. Qua de causa omniū est saporum amarus ingratissimus. Siquidem venulas linguæ, vt vult Plato, molles & spongiosas siccitate sua dissolutis humoribus intendit violenter: atque vlcera quoque medicamentis amaris astringit: quod Homerus demonstrat:

Contritam manibus radicem admouit amaram
Substitit hac sanguis, leniunt & illa dolorem.

Quod enim gustu amarum est, id exiccante potētia præditū esse recte admonuit. Pastillos etiā, quibus fœminæ sudorē cohercent, natura apparet amaros esse & astringentes acerbitatis, quæ in amaritudine consistit, virtute. Eadem ratione probabile est, inquam, amygdalarum amaritudinem proficere aduersus vinum, corpus interius exiccando, neq; sinendo oppleri venas: quarum ex distentione & conturbatione ebrietatem nasci autumant. Cuius argumentum est haud leue id, quod vulpibus accidit. Si quando enim amygdalas amaras gustauerunt, nisi superbiberint, humoribus subito exhaustis emoriuntur.

Quam ob causam impensius delectentur senes mero. VII.

QVæsitum de senibus est, cur potum meraciorem appètant. Erant, qui deferbuisse corporis eorum statum atq; ægre rati incalescere, idcirco huius temperamenti vim eis censuerunt congruere. Qui quidem nihil noui, sed quod obuium est, adferunt, non tamen ad causam sufficiens, nec verum. Quandoquidē idem in aliis sensibus contigit. Tardi namque sunt & torpidi ad rerum arripiendas proprietates, ni affatim & acriter feriant. In causa est remissa corporis eorum habitudo. Dissoluta enim & flaccescens pelli desiderat. Hinc est, quod gustu præcipue probent sapores mordaces. Par est olfactus eorum in nidoribus conditio. Permouetur enim ab halitibus incitatis gratius. Quid quod tactus propemodū ad vlcera occalleat. Nam vulnera inflicta non perinde grauem dolorem eis cient. Quin etiā stupor obsidet aures eorum. Hinc ingrauescentes ætate musici harmonias suas acutius temperant & rigidius, vt acri voce tanquam pulsu excitent auditum suum. Nam sicut ferri acies firmitate exacuitur, ita corporis sensus spiritu. Quo remisso & languescente sensus superest ignauus & terrestris, requiritque id, quod intentius pungat, sicut facit merum.

Cur scripta è longinquo senes rectius legant. VIII.

HAnc propositam quæstionem nobis fusius tractantibus visum repugnare apparebat. Siquidem natu grandiores longe scripturam ab oculis reductam legunt, ex propinquo non valent, quod innuens Æschylus ait,

Haud noueris tu illum, nam cæcutis prope
Sed scriba grandæuus fias citius probus.

Idem de senibus Sophocles liquidius:

Nam lentus appulsu sane in sermonibus,
Non expedite aures pertusas permeat.
Cernit procul, cæcus prope est omnis senex.

Si ergo intentionibus & violentioribus senum sensus obsecundant: qui fit, vt in legendo obiectum in vicino lumē non ferant, sed dimoto longius libro dissoluant fulgorem aere, quomodo

vinum aqua temperatum? Hic erant, qui respõderent amouere eos ab acie libros, nõ quo emolliant lumen, sed quo splendorem copiosiorem attipiant amplectanturq;, & cõpleant aere lucido interiectum inter oculos & scripturã spacium. Alii illis, qui oculorum radios committunt, assentiebantur. Quoniã n. ab vtroq; oculo prosilit meta, cuius est ad oculum vertex: sedes & basis, qua complectitur id, quod cernitur, aliquo vsq; prope fidem est vtramq; metam seorsum ferri, quæ longius progressæ coeuntesq; inter se vnum efficiunt lumen. Quapropter quodque eorum quæ conspiciuntur, quamuis ambobus oculis simul obuersetur, vnum non duo cernuntur esse. In causa metarum est in vnum concursus. quæ collucentes aspectum vnum efficiunt. Inde fit, vt maiores natu, qui prope scripturã applicant, radiis nondum confusis, sed vtroq; seorsum cõtingentes rem obiectam, languidius eam prehendant: Qui vero longius recesserunt, admixto, quod iam amplificatum est, lumine cernant liquidius, sicut illi, qui ambabus simul manib. aliquid occupant, quã nequeunt altera. Lamprias, qui Hieronymi scriptum non legerat, ex ingenii sui acumine aliam reddidit rationem: quando occurrunt à rebus quæ sub aspectum cadunt, species aciei, illa quæ conspiciuntur, primum euadunt grandia & crassa. Quapropter senes, quã tarda eis & rigida acies, ex propinquo præstringunt. Quando vero reducta sunt in aerem, & interuallum acceperunt, terrestria dissiliunt ac dilabuntur, subtilia ad oculos appellentia citra molestiam & asperitatem insinuant se oculorum meatibus, vt minus soliçitentur & comprehendant rectius. Quando & florum odores procul accidunt suauiores, quos si ex propinquo adigas, halitum non fundunt tam liquidum & syncerum. Causa est, quod terrestria & turbidæ obiiciantur vna odoratui, ac fragantiam in vicino labefactent: sin longe, turbida & terrestria defluant & decidant: quod vero eius liquidum & calidum est, id pro sua tenuitate integrum offeratur sensui. Nos autem huius rei fontem, qui indicatus est à Platone, nõ repudiamus, ac spiritum asserimus oculorum radiantem, quando eliditur, lumini, quod corpora ambit, admisceri eique contexi. vnum vt ex ambobus inter se ex toto congruens existat. Confundi vero cum altero alterum competentiæ & modi ratione. Neq; n. alterum ab altero victum tolli de medio debet: sed medium quiddam est inter vtrumq;, quod vna vis temperatorum compage & contagione efficitur. In grandæuis igitur, siue fluor appellandum, quã per pupillam meat, siue aura micans, siue radius: non fit inualidi & languidi cum externo temperatura vel confusio lumine, sed dissipatio & conflictus, nisi procul à luminibus scripturam abducant, itaq; effusum fulgorem resoluãt luminis, ne immodicum vel enorme sed consentiens & moderatum aciei occurrat. Idem in causa est, vt nonnullę animantes liquidius noctu cernant. Siquidem eorũ acies imbecillis interdiu à lumine inundatur & obruitur, quod non valeat cum copioso & valido infirmus & exiguus radius commisceri: ad debile & tenue. ceu stellæ lumen, radium effundit, qui satis sit & illi congruat: vt consociatio & conspiratio eius fiat cum sensu.

Cur aqua dulci potius quam pelagica vestimenta lauentur. IX.

THEON grammaticus epulantibus nobis apud Mettium Florum cum Stoico Themistocle disceptabat: Quid tandem Chrysippus cum inter multa mirabilia etiam mentionem intulisset aliquorum absurdorum, cuius generis est, salsamentum, si marina maceretur, reddi dulcius, vellera vi diuellentibus minus sequacia esse, quam sensim dissoluentibus, & ieiunos lẽtius vesci quam illos, qui cibum præsumpserunt: neq; vllius horũ tamen causam explicuit. Hic Themistocles, cum ea Chrysippum ostendisset obiter pro exemplo adduxisse, quod facile nos vel nulla addita causa eo, quod est verisimile, ducamur: & viceuersa fidem derogemus absonis: castigans eum: Te vero, inquit, quid malum mouet, vt de his disputes? Si n. causarum te nobis indagatorem & contemplatorem obtulisti: noli abducere tam procul te à familiaribus: sed expedi, quid in flumine Homerus lauantem non in mari quamuis vicino scripsit Nasicaam: cum tamen calidius hoc & dulcidius magisq; extergere sit probabile. Cui Theon: Atqui iamdudum illud, quã nobis ponis, Aristoteles enodauit. Siquidem multum habet æquor admixtum asperæ & terrestris materiæ, atq; id eius salsitudinem efficit. Hinc etiam magis mare narantes sustollit & pondera sustinet: cum aqua dulcis ex leuitate & infirmitate cedat oneri. Est n. liquida & pura. Quare propter subtilitatem subit, penetransq; magis quam marina eluit maculas: Quid suntne hæc probabilia Aristotelis? Probabilia sane, inquam, sed minus vera. Video enim cinere quoq; & lapidibus, qui si desint, puluere frequenter densantes aquam: quod terrestria asperitate sua extergere sordes valeant: cum aqua id per se ob tenuitatem & infirmitatem suam non perinde queat præstare Crassitudinem igitur maris parum recte dixit in causa esse: vt quod præterquam quia non est purum, etiam præditum est acore. Etenim hic meatus distingendo & recludendo illuuiem detrahit. Quandoquidem quicquid pingue est, idem morosum est elui, & labẽ inducit. Est autẽ oleosum mare: quæ causa fuerit potissima, cur minus probe mundet. Nam pingue hoc esse vel ipse testatur Aristoteles. Siquidem sal quoque vnguinosus est, & lucernas efficit melius

 arden-

ardentes. Marina etiam flammis aspersa vna inflammatur, nullaq; aqua perinde ac marina incenditur, Ideoq; mea quidem sententia est calidissima. Verum tamen alia quoq; ratione. Nam lotionis consummatio exiccatio est, atq; vt quodq; est siccissimum, ita purissimum apparet. Debet autem, quo quid lauatur, humor, cum sordib. profluere, sicut vna cum morbo veratrum excedit. Atq; aquam dulcem quidem sol propter leuitatem facile extrahit, salsa vero meatibus inhærescentia ob scabritiem ægre arescunt. Cui respondens Theon: Nihil ad rem, inquit, Quippe eodem in libro refert Aristoteles, qui in mari lauerunt, eos maturius, quam qui aqua dulci sunt vsi siccari, si in sole steterint. Nempe ita dicit, inquam. At arbitrabar Homero citius te diuersum astruenti statuturum. Quippe Vlysses secundum naufragium incidit in Nasicaam aspectu horrendus, quod vnda marina esset deformatus, atq; ita ancillas affatur: 10

State procul famulæ, capiti quoad æquoris vndam
Abluero.

Ac postquam descendit in amnem:

Ponti iam capiti spumam à traximus.

Vbi, quid contingere soleat, mire aduertit poëta. Quando enim, qui ex mari emerserunt, in sole apricantur, quod humoris tenuissimum & leuissimum est, id discutit æstus, ipsum vero salsum & asperum relinquitur incubans corporibus, eisq; adhæret salsa concretio, quoad aqua potabili & dulci eam abluerint.

20

Quamobrem tribus Aiantidis chorum nunquam Athenis pronunciauerint postremum. X.

EPulo victoriali Serapionis, cum tribui Leontidi chorum digessisset atq; victoriam retulisset, cœnantibus nobis, qui ciuitate donati tribules eius eramus, congruentes præsenti munificentiæ sermones oblati fuerunt. Habuerunt enim ludi illi acrem concertationem, curante ludos splendide & magnifice Philopappo, præbenteq; tribubus simul omnibus impensam imperatore. Philopappus etiam inuitatus fuerat, ac, vt erat non humanus minus quam discendi auidus, vetusta nunc commemorabat, nunc audiebat. Quæstio autem à Marco grammatico agitata fuit huiusmodi. Neanthem memorabat Cicycenum in fabulosis, quæ de quaq; vrbe prodita sunt, referre honorē tribui Aiantidi hunc esse delatum, vt chorus eius nunquam postremus pronunciaretur. * Quod si adulterinum est, proposita esto omnibus in medio causæ inuestigatio. Hic cum amicus noster Milo dixisset: Irane vero illud falsum sit, quod est relatum? Quid, inquit refert Philopappus, nobis si idem accidat, quod sapienti illi Democrito, dum sermones auide serimus. Quippe ille cum cucumere vesceretur, vt sensit liquorem eius melleum, rogauit ministram, vnde comparatus esset. Quę cum certum hortum nuncupasset, exurgens ducere eā iussit se & monstrare locum. Mirante muliere, & quid quæreret, percunctante: Dulcoris, inquit, mihi inuestiganda est causa, quam eruero, si spectauero locum. Accumbe age, inquit arridēs mulier. Imprudens ego cucumerem in vas condideram mellitum. Tum ille velut stomachans: Enecas me, inquit Ego æque incumbam rationi, quantumuis propria cucumeri & familiaris sit dulcedo. Quare nec nos leuitatem in quibusdam Neanthis prætexemus effugio. Exercebit enim nos vt nullum alium fructum adferat, disputatio. Ibi omnes pariter in tribus illius laudes proruperunt, ac si qua decora eius essent, collegerunt. Namq; adducebatur in medium Marathon, qui populus in ea est tribu. Harmodium etiam Aiantidem, qui populo fuit Aphidnæus, demōstrauerunt fuisse. Glaucias orator dextrum cornu in acie Marathonia fuisse Aiantidis attributum, *qui illo in prælio dimicauerunt fortiter, elegiis Æschyli confirmabat. Adhæc Callimachum docebat polemarchum illius tribus fuisse. Qui cum virum se inprimis strenuum præstitit, tum eius pugnæ author secundum Miltiadē, quod eius sententiæ suffragaretur, fuit præcipuus. Ego Glauciæ adieci, etiam legem, ex qua signa Athenis eduxit, tribu Aiantide Prytaniam obtinente rogatam fuisse, & in Platæensi pugna præclare se gessisse tribum illam. Hinc Nymphis Sphragitidibus sacrum victoriale ex Apollinis oraculo ad Cithæronem tribus Aiantis faciebat præbente ei victimam & reliqua ciuitate. Verum enimuero vides, inquam, multa, ornamenta & aliis quoque tribubus suppetere: ac primam meam certe nostis Leontidem nulli esse gloria secundam. Considerate igitur, an ne propius vero sit, id ei tributum fuisse ad solandum & leniendum eum, à quo traxit hæc tribus appellationem. Neque enim fuit is Telamonius Aiax, qui à quo animo vinci se passus esset, sed indignatione & peruicacia omnia in discrimen vocasset. Ne igitur infensus esset & implacabilis, placuit ademptæ victoriæ detrahere molestissimum: ne tribum hanc in nouissimum locum vnquam conicerent.

30

40

50

* Alii, elegiis Aeschyli, qui illo in prælio dimicauit fortiter, confirmabat.

PLVTARCHI

Quæstionum conuiualium, liber secundus.

Quænam sint illa, quæ Xenophon inter pocula requiri de se quisque, & quibusnam cauillis peti dicit malle, quam non.

Quæst. I.

10 COENARVM & conuiuiorum Sossi Senecio paratus partim necessaria constat ordine, ceu vinum, cibus, pulmenta, lecti & mensæ, partim accessoria sunt voluptatis causa, nulla cogente necessitate, velut actoamata, spectacula, scurra quispiam ex Callia Philippus, quibus, si adsint, retinentur, non admodum desidetant, si absint, neq; quæruntur vt de ieiuna cœna. Petinde etiam sermones, alios ex conuiuiorum vsu amplectuntur homines modesti, alios admittunt, quod commentationem habeant retinentem animorum, eiq; tempori tibia & barbito congruentiorem. Quorum primus liber noster miscellanea documenta habuit, atq; ex priore genere, An philosophandum inter pocula, & ipse ne accubitus locos assignabit an conuiuis permittet conuiuator. Hinc ex altero genere de eo quod amantes poëtici sint, & de tribu Aiantide, cur nunquam Athenis pronunciaretur nouissima. 20 Quorum altera compotoria, altera communi nomine appello cõuiualia. Collegi ea tumultuarie nec distributa, sed vt quodque in mentem venit. Nec est quod mirentur lectores, si collecta vel ab aliis vel abs te dicta tibi nuncupamus. Nam si disciplinæ recordationes efficiunt: fit subinde, vt recordari & discere coeant. Quia verò quæstiones in singulos libros denæ sunt dispensatæ: in hoc est prima illa, quam Socraticus Xenophon, quodam modo nobis posuit. Gobriam n. memorat, cum cœnaret apud Cyrum, tum cæteros ritus Persarum, tum hunc stupuisse, quod ea de se requirerent inuicẽ, quę cuperent potius requisita quam non: eaq; iacerent dicteria, quę nollent non coniecta. Si n. illi, qui laudant alios sæpenumero eos offendunt, quam est festiuitas & solertia admiranda illorum, quorum etiam dicta iis, in quos fuerunt missa, voluptati & oblectamento erant? Cum igitur exciperet nos epulo Patris: Cupiam, inquit, audire, rogatiunculæ 30 illæ cuius generis sint, & quæ earum figura. Neq; n. contemnenda pars est confabulationis scire & seruare in percunctando & iocando ciuilitatem. Magna vero, inquam ego. Cæterum vide, an ne ipse in Socratico Xenophon, & in Persicis subiiciat conuiuiis genus. Quibus si quid à me addi postulas: Primum interrogari libenter mihi videntur de iis: quæ expedite respondere valeãt. Ea sunt illa, quorum habent vsum. Nam quæ non callent: aut, si nihil de his adferant, anguntur: sicut à quibus petitur, quod dare non habent: aut, si adferunt argumenta obliqua & non solida, conturbantur & trepidant. Quod si non tantum prompta sit, verumetiam exquisita responsio, hoc est respondenti iucundior. Exquisitæ sunt: si quorum multitudes sunt, & quæ non audiuerint, ea ipsi teneant, ceu astrologica & dialectica, si in eis sint versati. Siquidem non modo cum agit quisq; vel tempus terit, vt est apud Euripidem: sed & cum differit de iis, in quib. plurimum 40 valet, gestit: gaudentq; homines rogari, quæ scire se in obscuro & clam esse nolunt. Itaq; de regione longinqua & mari peregrino, gentibusq; barbaris & eorum institutis, qui vagati sunt & nauigauerunt, libenter rogantur, & memorant alacriter: delineantq; sinus & oras: quod hunc fructum existiment ferre se & solamen laborum. Breui quæ nullo sciscitante expromere ipsi & narrare vitro solemus, hæc de nobis gestimus requiri: ac tem gratam facere nos putamus illis: quibus, ne stomachum faciamus, magni laboris est, vt nobis temperemus. Quo morbi genere laborant nautici potissimum. Vrbaniores hæc rogari volunt, quæ licet cupiant exponere, verecundia tamen parcunt præsentibus, vt sunt res ab se tectè & præclare gestæ. Rectè igitur Nestor, qui Vlyssis gloriam nosset,

Dic age præ cunctis mihi præstantissime Achiuûm,
50 *Qua cepisti equos ratione?*

Faciunt n. aliis stomachum, qui se ipsi celebrant, suasq; ipsorum res secundas peragunt, nisi quis ex præsentib. iusserit, vt quasi inuiti eas recenseant. Itaq; grate interrogantur de legationib. de repub. gesta, ac si quod magnificum & præclarum factum forte ediderint. Quare de his qui percunctantur, id minime facere videntur vt æmuli & maleuoli, qui talia excludunt & deflectunt, nec locum dant iis narrandis, noluntq; sermonis, qui dicentem exornet, suggerere materiam. Hæc ergo qui quærunt, gratiam faciunt respondentib. quæ inimicos & iniquos intelligunt nolle audire. Sane ad Alcinoum Vlysses:

Mens mihi suggessit nostras tibi promere acerbas
Curas, quo maiora gemens suspiria voluam.

atq; ad chorum Oedipus:

Quod iam quieuerat diu, dirum malum,
O mi hospes excitauit.

Euripides contra:

Quantum meminisse dolorum est delectabile:

quod leuamen aliquod etiamnum palantibus adfert. Cauendum igitur, ne de aduersis percunteris. Exponunt enim magno cum animi dolore damnationes suas, vel liberorum funera, vel negociationes terra mariue parum secundas. At quemadmodum in foro præclare egerint, aut appellati fuerint ab Imperatore: aut dum alii incurrerunt in tempestates vel latrones, ipsi discrimen deuitauerint, exultant cum subinde rogantur, & quasi dicendo illa re fruantur, non fatigantur eam exequi & memorare. Volupe etiam est, cum de rebus florentibus amicorum, liberorumq; in literis vel causarum defensionibus, vel regum amicitiis progressu rogantur. De inimicorum vero & osorum probris, dispendiisq; & damnationib. compertorum & lapsorum lætius interrogantur & exponunt promptius: quod, ne in opinionem incidant maleuolentiæ, vltro faciunt grauatim. Iucundum etiam est venatori, si eum sciscitetis de canibus: athletico studioso, si de certaminibus gymnicis: amatori, si de formosis. Religiosus & superstitiosus libenter prædicat somnia sua, ac quos ex oraculis, vel extis, vel superis propitiis habuerit successus, ac de his ex se quæri amat. Senibus, vt nihil ad eos res, quæ exponitur, pertineat omnino gratum feceris, si eos percunctetis, mouerisq; eos haud inuitos.

O Neleiade Nestor, tu dicito verum,
Atrides vbi mortuus armipotens Agamemnon,
Et Menelaus vbi fuit, Argis an in Achiuis.

Hic pariter multa sciscitatur, & multorũ segetem sermonum suppeditat: non quomodo multi, qui dũ cogunt eos & redigunt responsiones in angustum!, ex oratione senili, q iucundissimum est, tollunt In summa hilarare qui malunt, quã pungere, hi eas proferunt rogationes: quarũ responsa non infamia, sed laus: non inuidia, sed fauor consequatur auditorũ, Hactenus de rogationib. At cauillo, nisi caute noscas id & scite in loco tractare, prorsus est temperandũ: sicut illi, qui in loco lubrico aliquem vel leuiter attigerint, eum euertũt, ita in vino ad omnem dicti occasionem non congrue captatã in ancipiti versamur: Dicteriis vero aliquoties grauius quã conuitiis lacessimur: q hæc crebro fieri temere videamus ex bile: illa vt non necessaria, sed ex cõtumelia & maleuolentia nata execramur. Atq; omnino cum dicacib. quã cũ nugacib. infestiore animo congredimur. Patet n. omne mordere cauillum: cauillum autem maledictum contumeliosum esse feriq; ex destinato. Qui n. quempiam salsamentarium appellauit, is statim conuitium fecit. Qui vero ait, Meminimus brachio solitum te mungere, is cauillum iecit. Cicero Octauio, qui ex Africa oriundus putabatur, cum verba se Ciceronis negaret exaudire: Atqui aurem, inquit, habes perforatam. Melanthius, cum à comico perstringeretur: Mercedẽ, inquit, quã non debebas, mihi persoluis. Cauilla igitur telorum hamatorũ instar diutius inhærent, ac pungũt perstrictos: eos vero, qui audiunt, lepore suo deliniunt. Dum n. delectantur dicto, fidem obtrectanti adiungere putantur. Est n. dicterium iuxta Theophrastum dissimulata offensi improperatio. Vnde ex se attexit is, qui audiuit, quasi sciat & credat, quod deest. Qui n. arrisit & titillatus fuit, cum Theocritus ei, qui dicebatur grassator esse, & rogabat, ad cœnam ne pergeret, respõderet pergere vero se, sed illic noctẽ quieturum: hunc astruere apparet calumniã. Ita aspergit insuper assistentes, qui parum opportune cauillum iacit, maleuolentiæ opinione, tanquam insultantes alteri & inferendæ calumniæ socios. In reliqua disciplina habuit inclyta Lacedæmon, sine morsu cauillari, & cauillum illum, in quem dictũ erat, facile ferre. Sin quis dicterii esset impatiens, cõfestim cauillator quiescebat. Est igitur dictum, q ei, in quem est dictum, sit gratum, inprimis inuenire arduum. Quandoquidẽ ne torqueat dictum, artis est & dexteritatis non vulgaris. Verum enimuero illa prima censeo, quæ licet fatigẽt culpæ affines, remotos ab ea tamen voluptate quadã & suauitate perfundunt. Sicut Xenophon deformẽ supra modum & immodice crassum illũ inducit ioculariter, in quẽ vt Samsambaulæ delicias iactum cauillũ fuit: & Cyrus noster meministi cum in aduersa valetudine manus sibi algere diceret, Aufidiũ Modestum subiecisse: Atqui calidas ex prouincia eas retulisti: Id illi risum & lætitiam excitauit. Procõsuli prædoni cõuitiũ & probrũ fuisset. Ita Critobulum Socrates hominem formosissimũ ad cõtentionem formæ prouocans lusit, non derisit. Socrati item Alcibiades iocularitet offudit æmulationẽ de Agathone. Permulcentur etiã reges dictis in se vt inopes & plebeios: quomodo à Philippo perstrictus assentator respondit: Non ego te alo? Qui n. aliis vitia quib. carent, obiiciunt: hi eorum virtutes, quib. sunt prædiri, aperiunt. Oportet autem virtutem aliquam confessam & exploratã adesse: alioquin contrarium, quod est in quempiam dictum, ambiguam adfert suspitionem. Nam qui ad prædiuitem fœneratores dicit se ductutum: vel abstemium & temperantẽ

in se-

insolentem ex vinolentia & ebrietate profligatum: vel splendidum, magnificum, & munificum appellat sordidum & tenacem : vel in causis agendis & repub. gerenda præstanti denunciat in foro se damnaturum eum, is hilaritatem & risum ciet. Ita Cyrus, quibus rebus concedebat amicis, ad hæc cũ prouocaret eos, suauis his erat & iucũdus. Ismeniæ in sacrificio tibiis canẽti, postquam non litauit, ademit conductitius tibias, ac ridicule cecinit. Quem cum incusarent assistẽtes: Canere eleganter, inquit, tibia cœlitus datur. Ibi ridens Ismenias: At me, infit, tibia canente demulciti dii hic morati sunt, te canente facessere maturantes admiserunt sacrificium. Ad hæc qui res præclaras probrosis nominibus iocose nuncupant, si id faciant concinne, impensius diffundunt animos quam qui directo commendant. Nempe pungunt etiam, qui speciosis verbis conuitiantur, acerbius ceu qui improbum Aristidem & imbellem vocant Achillem. Quod Sophocleus Oedipus fecit, dum ait:

Eius Creon qui amicus à primo fuit
Fidus.

Atq; est nimirum genus, quod in laudibus versatur, cauillationi reciprocum, quo est vsus Socrates, qui Antisthenis industriam in amicitiis colligendis & concilianda hominum gratia lenocinium & factionis solicitationẽ & lactationem appellauit. Cratetem philosophum, qui omnium tecta ingrediebatur excipientib. eum honorifice & benigne hominibus dicebant admissionalem. Iam reddit dictum gratum præ se ferens beneuolentiam querimonia, quomodo de Antisthene prædicauit Diogenes:

Qui me induit lana, & mendicum reddidit;
Et exulem & meis quoq; profugum ædibus.

Neq; n. æque festinum fuisset, si dixisset: Qui sapientem me, contentum me ipso & beatum reddidit. Laco gymnasiarcham, qui acapna ligna præbuerat in speciem incusate dixit se : Cuius opera factum est, vt apud nos ne lachrymam quidem mittere licuerit. Et cum, qui ipsum quotidie ad cœnam inuitabat, plagiarium & tyrannũ nominãs: Per quem, inquit, tot annos mensam non aspexi meam: Et qui dixit appetitũ ab regis insidiis se, & ademptum sibi ocium & somnum, qui ex paupere diues euasisset. Itẽ si quis vice versa criminose obiiciat Æschyli Cabiris, cum domum ædificauerint, laboraturos aceto quod illi ioco minitati fuerãt. Hæc n. impendio magis rapiunt, quod gratia sint maiore prædita, vt stomachum non faciant illis, qui celebrantur, neq; eos offendant. Debet porro is, qui dicterio vti volet scire, morbi tenere à studio discrimen, auaritiæ, inquam, & ambitionis à Musarum amore & venatus. Obiici n. hæc gaudent sibi, illis oppositis stomachantur. Siquidem non illepide Demosthenes Mytelenæus, cum studiosi cuiuspiam canendi & citharæ fores pulsasset, atq; ille audito iussisset intrare: Si prius, inquit, citharã ligaueris. Illepide Lysimachi parasitus, cum ille scorpium ligneum in eius pallium iecisset, perculsus & exiliens, vt animaduertit ludum: Et ego quoq;, inquit, te rex exterrere volo: Da mihi talentum. Ex multis etiam sunt huiusmodi differentiæ in corporis partibus. Exempli gratia, si cauillum iaciatur in nasum aduncum vel simum, rident: sicut Cassandri amicus non fremuit, cum diceret ei Theophrastus: Miror oculos tuos non canere, cum insertus illis sit nasus. Cyrus præcepit grypo, vt simam duceret vxorem: Id enim congruum futurum. In nasi authoris graueolentiam grauiter ferunt ridiculum mitti. In caluitium leniter patiuntur: In lumen luscatum, iniquo animo. Etenim Antigonus licet oculi sui amissionem ipse rideret, ac cum accepisset aliquando supplicem libellum grandibus exaratum literis: Hæc, inquit, vel cæco clara sunt: Theocritum Chium tamen necauit, quod, cum dixisset quispiam, si oculis regis se obtulisset, incolumem fore. Deploraram, inquit, nam tu salutem meam. Leon Byzantius, cum ei diceret Pasides, Lucem eius oculorum perturbatam esse: Vitium, inquit, corporis mihi improperas, qui filium tuum non vides humeris ferentem Nemesim. Habebat autem filium Pasiades gibberum. Exarsit etiam Archippus concionator Atheniensis, cum eius gibbum Melanthius irrisisset. Dixit enim Melanthius non propugnasse pro ciuitate, sed procubuisse: *Melius id Græce.* Hæc nonnulli leniter & moderate ferunt, vt Antigoni amicus, cum petisset talentum, nec accepisset, postulauit dari sibi comites & custodes: ne, inquit, insidietur mihi, qui ferre iussit talentum in humero. Ita comparati sunt circa externã ob ingeniorum diuersitatem. Alii enim aliter in aliis afficiuntur. Epaminondas cũ collegis epulans superbibit acetum: sciscitãtibusq;, an id ad sanitatẽ referret: Haud scio, inquit, sed ad reminiscẽdum domestici victus salubre esse, id vero scio. Quare oportet ratione habitã ingeniorum & morum iocis vti, enitentem citra acerbitatẽ & iucunde agere cum vnoquoq;. Amantes autẽ varii sunt vt qui maxime: ac dicteriis alii punguntur & indignantur, alii gaudent. Noscendus vero est articulus. Nam vt ignem initio ventus extinguit, quod imbecillis sit, aucto alimentum præbet & vires: ita exoriens amor etiamnum & rectus indignatur ac succenset reuelantibus: Postquam vero eluxit & emicuit, gliscit & arridet, dum dicteriorum flatu excitatur. Iucundissimum eis est, quando in eorum ignes dicta mittuntur præsen-

tibus

tibus illis quos amant: contra, si in aliud. Quod si in amore probo forte effusi propriæ coniugis sint vel adolescentium honestorum, omnino sane lætantur, glorianturque, quod eorum causa perstringantur. Qua de causa Arcesilaus, cum in ludo id ei à quodam amatore esset obiectum: Videris mihi nullius forma pelli: Te ergo, inquit, huius forma pellat, mōstrans iuuenem quempiam ei assidentem honestum & speciosum. Iam circumspiciendum etiam, quod genus hominum adsit. Quæ enim in cœtu amicorum & familiarium audiunt cum risu, hæc anguntur si eis vxore præsente vel patre vel præceptore proponantur: præterquam si quid dicatur, quod illis sit gratum: velut si rideatur quis philosopho præsente, quod sine calceis incedat vel lucubret: vel audiente patre, quod sordidus sit: vel vxore, quod nullius amore teneatur, sed illi ancilletur, illam obseruet: quomodo à Cyro Tygranes: Quid si calonem esse vxor audiat te? Non audiet vero, inquit: sed ipsa spectabit præsens. Efficit autem vtriusq; dicta etiam minus acerba consociatio aliqua dicentium: cum ludit paupertatem pauper, generis nouitatem homo nouus, amantem amans: quod non contumelia id, sed ioco aliquo potius fiat à similibus. Aliter exacerbat & torquet Libertum Imperatoris arrogantem odiose ac superbe philosophis, qui vna cum eo in cœna erant, insultantē tandēq; interrogātem: qui ex fabis albis & nigris fiat fabata: inuicē cum rogasset Aridices qui ex albis & non albis loris vibices fierent rubeæ, exurgere magna cum acerbitate coegit. Tharsensis vero Amphias, quem fama erat ex horti custode ortum esse obiiciens ioculariter præsidis prouinciæ amico natalium obscuritatem, mox subiiciens: Sed nos eodem ex semine sumus sati, risum mouit. Festiue serotinum Philippi studium & curiositatem repressit fidicen. Nam cum coarguere eum Philippus in pulsandis fidibus & harmoniis existimaret: Dii meliora, inquit, rex, quam vt eo recidas, hæc vt me noscas rectius. Quippe dum sei pse deridere videbatur, illum sine offensa castigauit. Itaq; detrahere videntur nonnulli Comici illudendo sibi ipsis sel: quomodo Aristophanes caluitio & effusæ vinolentiæ Agathonis. Cratinus autem fabulam Pytinen docebat. Ante omnia vero attendendum, & etiam atq; etiam videndum, extemporaneum vt sit dicterium ad interrogationem vel iocum subito natum, non longe quasi ex præmeditato accersitum. Sicut enim iras & contentiones ex conuiuiis ortas animo æquiore ferunt: Sin quis interueniens foris conuitia ingerat & exagitet, hunc inimicum numerant & oderunt: Sic venia datur cauillo & libere dicto, si ex re præsenti emanet, ac simpliciter citraque fucum existat. Quod si non fit ex præsenti sermone natum, sed extraneum: tunc insidiarum & contumeliæ speciem habet: vt Timogenis illud in virum mulieris nauseabundæ: Nempe in multos improbos habes imperium, introducitque illam vomentem. Idem in Athenodorum philosophum: An * musica sit in natos indulgentia. Quod enim non locō fit neque congrue, contumeliam præ se fert & maleuolentiam. Id si qui faciant: hi, vt est à Platone dictum, verborum rei leuissimæ pœnam grauissimam persoluunt. Qui vero opportunitatem norunt & obseruant, illi ipsi Platoni suffragantur, recte instituti esse scite & vrbane iocari.

* Alii, physica.

Cur tempore autumnali edaciores simus. II.

ELEVSINE secundum sacra Cereris medio solenni epulabamur apud Glauciam oratorem. Cum peregissent cæteri cœnam, frater eius Xenocles more suo Lampriam fratrem nostrum cauillatus in voracitatem, Bœothium appellauit. Ego, vt illius vicem vlciscerer Xenoclem Epicuri verba vsurpans: Heus tu, non omnes, inquam, vacuitate doloris metiuntur & terminant voluptatem. Lampriæ vero etiam necesse est præferenti Epicuri hortis ambulationem facto astipulari Aristoteli: qui omnes mortales refert autumno longe quam alias esse voraciores: ac causam adiecit, cuius tamen mihi in mentem non venit. Id malo, inquit Glaucias. Nam nos, postquam cœnatum erit, eam indagare moliemur. Postquam igitur sublatæ mensæ fuerunt, causam Glaucias & Xenocles diuersis rationibus in poma contulerunt: Glaucias, quod aluum eliciant, inaniendoq; corpore appetitiones assidue recentes pariant, Xenocles attulit: quia confirmant nonnihil & mordicant plerique noui fructus, stomachum eos stimulare impensius quouis pulmento vel condimento. Siquidem valetudinariis, qui fastidiosi sunt, oblata poma appetentiam recreant. Lamprias narrauit calorem nostrum proprium & genitiuum, quo vegetamur, esse æstate diffusum, infirmioremque redditum, & solutum: qui tempore autumnante ob circumiectum frigus & conspissatum corpus intro retrusus cogitur denuo inualescitq;. Tum ego, ne immunis in partem venire disputationis viderer, æstate docui esse nos siticulosiores æstus ratione atque humorem copiosiorem adhibere. Nunc igitur natura, inquam temporum conuersione contrarium, vt assolet, quçrens famelicos plus quam alias facit, alimētumq; ad contemperandum corpus vice versa aridum offert. Nec vero ipsum cibum causæ in totum eximas: verum ex nouitiis & recentibus parata frugibus, non offam modo, legumina, panem,

panem, fruges, verum etiam carnes animantium, quæ horum pabulum pastæ sunt, cum sapor præstare dicas annosis, tum inuitate magis vtentes eis & fruentes.

Auisne prior an ouum extiterit. III.

Ex insomnio quodam ouis longo tempore temperaueramus, idq; eo magis fecetamus: quo in ouo sicut in corde, visionis, quæ mihi dilucide frequenter obuersata est, facetem periculum. At in suspicionem adduxi alios, cum apud Sossium Senecionem cœnarem, præceptis nos imbutos esse Orphicis & Pythagoricis, ouumq; quomodo nonnulli cor ac cerebrum, quod arbitrentur esse ea geniturae caput, id aduersari: pronunciauitq; Alexander Epicureus ad risum excitandum hunc versum:

An ne fabas comedas est par capita an ne parentum?

Quasi Epicurei fabarum nomine obscure significarent fœturæ causa oua, neque quicquam interesse putarent, ouis vesci an parientibus oua animantibus. Fuisset autem causæ allegatio causa ipsa, si somnium meum Epicureo exposuissem, alienior. Quare non abdicaui opinionem illam, simulq; allusi Alexandro. Fuit enim oppido lepidus & facetus. Inde perplexam illam, quæ indagantes multum fatigauit, in medium protraxit de ouo & aue quæstionem, vtrum eorum prius extiterit. Ibi sodalis noster Sylla, cum dixisset tenui quæstione eum sicut organo magnum illam de mundi ortu & spinosam quatere, denunciauit illi, vt ea abstineret. Cum Alexander eam quæstionem, quæ nihil adferret, quod conueniret, derideret: gener noster Firmus: Quin ergo vtimini, inquit, in præsenti, atomis. Nam si parua elementa sunt magnarum rerum ponenda principia, propius vero est ouum quam auem extitisse prius. Est enim simplex quantum ad sensum, varium magis & mixtum auis. In vniuersum principium est primum, semen autem principium: ouum vero semine plus & animante est minus. Nam vt progressio medium esse inter bonam indolem & virtutem videtur, item ouum est quædam progressio naturæ ad animantem ex semine pergentis. Iam sicut in animante nasci primas perhibent arterias & venas: sic rationes est ante animantem ouum substitisse, quomodo continens ante contentum. Et enim artes primum rudia & in formia fingunt: post singula membra & partes conformant: sicut Polycletus plastes dixit, tum difficilimũ opus esse, quando in vngue argilla est. Quapropter naturæ primum verisimile est sensim moueri lentius materiam parere, & figuras inchoatas & impolitas sicut oua edere: Dum autem hæ figurantur & modificantur, post affingi animantem. Vt eruca existit primum, hinc siccitate astricta ac dirupta aliam pennigeram alitem ex se fundit, quam nympham appellant. Haud aliter hic prius existit ouum sicut procreationis materia. Siquidem omni in mutatione prius sit necesse est eo, quod mutatur, id, ex quo mutatum est. Vide, vt culices dicti moliones in arbore, & in ligno nascuntur ex humiditatis putredine vel maturitate teredines: quibus nemo quisquam contenderit non prius substitere, & antiquius natura esse id, quod generat. Quippe materia est in nascentibus matris loco, vt est apud Platonem, & nutricis: Materia autem omne ex quo concretionem habet id, quod natum est. Restat iam inquit ridens, vt cantem intelligentibus Orphicam & sacram doctrinam: quæ non aue solum monstrat ouum esse vetustius: sed semel vniuersam ad id vniuersorum vetustiorem genituram delegat. Ac cætera quidem ne moueamus, vt verbis Herodoti vtar, sed lingua faueamus. Pertinent enim ad sacra magis reclusa. Enimuero cum includat in se animantium complures naturas orbis, nullum prope dixerim est, quin ex ouo ortum suum repetat: verum & volantia producit, & natantia innumera, & terrena lacertas, & generis aneipitis crocodilos, bipedem volucrem, pedum expertem serpentem, multis pedibus nixum attelabum. Hinc non ab re Liberi patris sacris velut omnia gignentis & in se complectentis simulacrum est consecratum. Quibus à Firmo expositis postremam similitudinem ait Senecio ipsi primam repugnare. Non animaduertisti, inquit, Firme mundum te sicut ianuam, vt est in prouerbio, in teipsum patefecisse. Siquidem mundus, qui est absolutissimus, ante omnia extitit, ac par est, vt imperfecto natura superius perfectum sit, claudicante integrum, parte totum. Absurdum est enim partem consistere, eo cuius pars sit nõ extante. Quare nemo est, qui dicat seminis esse hominem, neque oui gallinam: sed gallinæ ouum & semen esse hominis dicimus: quod hæc illorum postera sint & fœturam in illis accipiant, inde sicut æs alienum naturæ procreationem reddant. Indiga namque sunt eius quod ipsis est congruum. Vnde ita comparata sunt, vt aliud gliscant efficere tale, quale fuit, ex quo sunt producta: ac semen definiunt hoc modo, fœtum esse productionis indigentem. At indigens nihil est eius, quod non est natum neque extat. Oua autem plane cõspiciuntur naturam obtinere concretionis in animante aliquo & coagmenti: quæ organorum eiusce modi & conceptaculorum egeat. Itaq; nusquam relatum est terrigenum ouum. Sed & Tyndarium perhibent poetæ delapsum cœlitus fuisse. Animantes vero absolutas & completas in hanc vsque diem tellus edit, mures in Ægypto: passim angues, ranas, cicadas, primordio

foris alio & vi infusa. In Sicilia bello seruili cum copiosus sanguis & cadauera insepulta humi computruissent, attelaborum examina prouenerunt, ac sparsi per totam insulam fruges corrúperunt. Hæc igitur terra oriuntur aluntúrque, atque alimenti luxuria reddit fœtificam: qua appetunt consuetudinem inter se mutuam titillante voluptate, conuenientiaque coitu alia oua pariunt, integras alia animantes. Hinc potissimum liquet, ea postquam primam originem ex terra ceperunt, alio modo iam & mutua opera fœtificare. In summa illud perinde est, ac si dicas, ante mulierem vterus extitit. Vt enim se habet ad ouum vterus, ita rursus ouum ad pullum, qui in eo fœtificatur & editur: nihil vt intersit, ambigas, quemadmodum sint natæ non procreatis ouis aue..: an quæras, qui viri & fœminæ, antequam fuerunt virilia & vteri extiterint. Atqui membra vna cum toto pleraque existunt, sed potentiæ superueniunt membris, & potentiis functiones, functionibus affectus. Genitura autem & ouum genitales pudendorum potentiæ sunt. Ita posteriora sunt totorum natiuitate. Iam considera, an ne sicut fieri non potest, vt alimenti peractio natales præueniat animantis, perinde neque ouum neque genitura. Quandoquidem hæc confectionibus nutrimenti quibusdam & conuersionibus succedere videntur: nec potest prius, quam animans sit nata, animantis nutrimenti habere natura redundantiam. Atqui genitura principii certe alicuius locum vẽdicat. Ouum vero ne principii quidem habet vicem. Neque enim subsistit primum: neque totius naturam, quoniam mancum est. Quare sine principio extitisse animantem non dicimus: principium autem esse generandæ animantis, à quo potentia temperaturam & misturam infundente primum materia conuersa est. Ouum autem succidaneum esse quasi germen, sicut sanguinem & lac animantis secundum alimentum & eius confectionem. Nec visum ouum est, quod ex limo conflatum fuerit: verum sola in animante hoc contexitur & gignitur, cum animantes per se sexcentæ creentur. Quid enim alias commemorare refert? Quippe cum frequentes anguillæ capiantur, nemo vidit, quæ vel genitale semen vel ouum haberet, anguillam. Imo vt exhaurias aquam, & limum omnem, confluente eundem in locum aqua anguillæ proueniunt. Posterius igitur sit oportet natum, quod ad prouentum suum desiderat alterum: Quod vero nunc quoque potest naturaliter sine altero consistere id præcurrat ortus primordio. Nam de illo, quod prius est, hic agimus. At nunc etiam nidos ante, quam pariant oua volucres, construunt, & fascias parant mulieres: non dixeris tamẽ nidum ouo extitisse priorẽ & fascias infantibus. Neque tellus, vt ait Plato, mulierem, sed tellurem imitatur mulier & vnaquæque aliarum fœminarum. Quocirca priorem ortũ probabile est ex terra perfectione & tempore, eo quod non generat per se consummata, & absoluta fuisse eiuscemodi organorum, tegumentorum, conceptaculorum & vasorum non indigam: quæ nunc in parentibus natura ob imbecillitatem molitur & machinatur.

An certaminum lucta vetustissima. IV.

SOPHOCLI Coronæo, qui ludis Apollinaribus inter poetas palmam retulerat, epulum victoriale præbebamus. Appetentibus autem ludis gymnicis plurima verba fiebant de luctatoribus. Nam frequentes aderant & nobiles. Igitur Lysimachus, qui præsto erat, vnus Amphyctionum procurator nuper ostendit se grammaticum audiuisse, qui inter omnia certamina antiquissimam esse luctam asserebat: quod etiam appellationem testari. Nam fere res nouitias mutuari imposita vetérioribus vocabula: sicut uaulam aptatam dicunt, & pulsus fidium aulemata, id est, cantus ac tibiam, nomina à lyra petentes. Iam locum, vbi omnes se athletæ exercent, palæstram vocant à pale, id est, lucta: quæ nomen hoc primum obtinuit: quod deinde accommodauit post inuentis. Hoc ego testimonium negaui validum esse. Dictam enim à pale palæstram, non quia antiquior aliis sit, cæterum, quod ex certaminum generibus argillam, quæ πηλὸς Græce dicitur, puluerem, & ceroma requirat. Neque enim cursum vel pugilatum in palæstris excolunt, sed luctam & pancratium, quatenus in volutationibus consistunt. Nam temperatum pancratium ex pugillatu esse & lucta liquet. Imo qui consentaneum sit, inquam, luctam, quæ inter certamina est cuncta artificiosissima, & solertissima, simul vetustissimam esse? Siquidem simplex & inconditum, & quod vi potius quam arte efficitur, necessitates primum proferunt. Ita me fato Sosicles: Recte, inquit, ais, confirmoq; dictum tuũ nominis argumento: Videtur enim mihi πάλη, id est, lucta, ex παλεύειν, id est, astutia & dolo sternere esse dicta. Ac Philinus. Mihi vero, inquit, à paleste, id est, palma: quod hac parte manuum agant præcipue luctatores: vt pugiles vice versa pugno: quapropter hæc exercitatio πυγμὴ, illa appellata est πάλη. Sed & quia συμπάσαι & καταπάσαι παλῦναι, id est, luctari, dicunt poetæ: quod agere potissimum conspicimus luctatores, huic etiam accommodare nominis explicationem licebit. Considera præterea, inquit, an ne cursores laborent, vt plurimum à tergo relinquant, & quam longissime adsint: Pugiles, quamuis id maxime affectent, non sinunt curatores ludorũ manus conserere.

Solos

solos luctatores vlnis stringentes & complectentes videmus: ac pleræque eorum luctationes, ceu aggressiones, interiectæ inuasiones, congressiones, & applicationes contrahūt eos & committunt inter se. Hinc non est obscurum dictam πάλην ex πελαζειν & πλησιάζειν; id est, ex appropinquare & dropiore suggressu.

Quâ de causa inter certamina Homerus vbique primum ordine pugilatum, deindè luctam, cursum ponit nouissimum. V.

10 HIs dictis cum nos Philinum laudassemus, rursus Lysimachus: Quodnam, inquit, feres inter certamina primum fuisse, an stadium vt Olympiis? Hic vero apud nos singulis seorsum ludis certantes inducunt, secundum pueros luctatores viros luctatores, pugiles secundum pugiles, perinde pancratiastas: illic vbi pueri certamen peregerunt, tum viros vocant. At tu mihi vide, an potius, inquit, ordinē temporis Homerus designet. Quippe primus semper apud eum pugilatus, lucta secunda, cursus gymnicorum est ordine postremus. Hic obstupefactus Crates Thessalus: Quantæ res, inquit, ô dii boni prætereunt nos? Quod si quos istorum versuum in eam sententiam sub manum habes, ne graueris memorare. Hic Timon: Atqui in Patrocli exequiis hunc certaminum seruari ordinem, omnibus prope dixerim in recenti esse memoria.
20 Quem ordinem perpetuo obseruans poeta Achillem Nestori dicentem cecinit:

Dederim tibi præmia frustra.
Nam neq; tu pugil esse queas, certamina luctæ
Nec subeas, iaculiq; citi, cursusue volucris.

Senem respondendo ineptientem more senili:

Oenopiis ipse quidem natum pugil exuperaui;
Ancæum lucta Pleuronion, ac mihi cessit
Iphiclus cursu.

Alio loco Vlyssem Phæacas prouocantem:

Aut pugil aut lucta aut cursu.

30 Alcinoum autem causantem:

Haud pugiles sumus insignes, luctaue valemus
Sed cursu celeri.

vt qui non temere pro re nata ordinem vsurpet aliâs aliter, sed receptis tunc & vsitatis de more inhæreat. Is autem vsus erat, cum vetustum adhuc ordinem illi retinerent. Vt conticuit frater, cætera ostendi dicta esse recte. Cæterum ordinis nō potui excogitare rationem. Nec probabatur aliis quoque nonnullis pugilatum & luctam in certamine & contentione antecessisse cursum, postulabantq;, vt hoc altius reducerem. Dixi ex tempore, hæc mihi videri omnia rei militaris simulachra & meditationes esse. Etenim iustæ armaturæ miles citatur in omnia testis; hunc corporis subigendi finem esse & concertationis: & quod victoribus, cum in vrbem inue-
40 huntur, ius est murorum partem diruere & deiicere, hoc denotat, non magnum operæpretium esse muros vbi, quæ viros dimicandi & vincendi scientes habeat. Lacedæmone victores sacris certaminibus præcipuum locum in acie habebant, vt apud regem locati pugnarent, atq; ex animantibus vnus equus in consortium venit coronæ & certaminis: quod comparatus solus sit & exercitatus ad configentibus assistendum, & vna cum iis pugnam capessendam. Quod si hæc non improbatis, iam consideremus, inquam, præliantium primas partes esse ferire & cauere: secundum, vbi pugna iam commissa & ad manus ventū est, impellere se mutuo & sternere. Quare inprimis Spartiatas perhibent in Leuctris à nostris peritis luctatoribus fuisse stratos. Hinc apud Æschylum bellicosus quidam nominatur grauis in armis luctator. Iam Sophocles dixit nescio vbi de Troianis eos equorum domitores esse, & cornibus trahere, cum scuto autem tin-
50 niente esse luctatores. Post omnia tertium est, vt victi fugam consciscant, aut insectentur victores. Ita merito antegreditur pugilatus, secundum habet lucta ordinem, cursus extremum: quod imitamentum pugilatus sit ictus & cautionis, concursus & impulsus lucta: cursu fugere & consectari meditentur.

Cur larix, pinus & consimiles non inoculentur. VI.

SOCLARVS, qui in hortis nos inuitauerat Cephiso amne circumfluis: arbores monstrabat diuersis inoculationis, quamvocant, generibus distinctas. Nam ex lentiscis expullulātes oleas, & mala punica ex myrrho vidimus. Erant etiam quercus, quæ piros egregias efferrent: platanisq;, quibus malorum: & fici, quibus mororum insiti surculi erant, aliæque plantarum com-

plexus edomitarum ad fructus vſque fundendos. Ibi alii cum Soclaro ludebant, quaſi fabuloſis Sphingibus & Chimæris monſtroſiores beſtias & pecudes aleret. At Crato poſuit cauſam nobis inquirendam, cur plantæ ſolæ oleolæ huiuſmodi coitus repudient. Siquidem neq; coniferam pinum, neq; cupreſſum vel piceam vel laricem educare comperiri quicquam, quod diuerſi generis ſit. Cui occurrens Philo: Iactatur, inquit, Crato dictum apud ſapientes, atq; ab agricolis confirmatur, eſſe plantis oleum infeſtum, atq; quamuis plantam oleo illitam quam ocyſſime interire, ſicut apes. Quas autem memoraſti arbores, indolem habent vnguinoſam & mollem, vt picem exudent & reſinam. ac quando libro diffiſſo ſunt vulneratæ, cogunt velut domeſticam ſaniem: tædæq; earum oleaceam diſtillant lachrymam, reſplendentq; vndique pinguitudine. Quare recuſant ſicut oleum cum generibus aliis cõmiſceri. Conticeſcente Philone exiſtimauit Crato & corticis genus huc referre. Quippe quod exilis & aridus ſit, ſedem non præbete cũ ſtabilem, neque fomitem vitalem inſitis ſurculis vel oculis & concorporationem: vt nouellas delicataſq; illas partes corticoſas, hæ quæ ſub cortice eas excipiunt, non complectantur, vt ſecum conglutinentur. Hic ipſe Soclatus non male ait eum, qui hæc adferret, ſentire. Quoniam quod alienam naturam excepturum eſt, id ſequax ſit oportet: quo domitum in inſiti indolem tranſeat, conuertatq; ad illud, quod continet, nutrimentum. Siquidem etiam tellurem ante vertimus ſubigimuſq; quo proſciſſa & iam tractabilis, variet ineatq; cum ſatis conſuetudinem. Rigida enim & dura naturam ſuam non temere verſat. Arbores autem hæ, quæ ligno ſunt leui, quia non vincuntur neque immurantur, non temperantur cum illis. Ad hæc non eſt, inquit, obſcurum, debere reſpectu illius, quod inſeritur, vicem ſoli præſtare id, quod excepturum eſt. Solum vero natura præditum ſit oportet fœminea & fœcunda. Quare plantas deligunt feraciſſimas, adiunguntq; eis ſicut fœminis lactantibus ſociantq; alias quaſi infantes. Ac laricem, cupreſſum, & quæ eius generis ſunt, omnes malignes & ignaua cernimus eſſe ad fœtificandum. Nam ſicut corpulenti & obeſi ferè infœcundi ſunt: Quod, dum alimentum in corpus ſuum abſumunt, non gignant ex ſe ſemen genitale: Haud aliter arbores eiuſcemodi, quia alimoniam abſorbent omnem, inſurgunt quidem in magnitudinem adoleſcuntq;: ſed fructum partim non edunt, partim edunt exiguum ac ſerotinum. Proinde non eſt mirandum, ſi aduena in ea non propagetur, in qua maligne lateſcit ſoboles propria.

De echeneide, quæ remora dicitur. VII.

CHÆREMONIANVS Trallianus appoſitis aliquando variis piſciculis vnum oſtendit nobis capite acuminato oblongoque, cui aſſimilem eſſe echeneidem retulit. Eam ſe ſpectaſſe, cũ in mari Siculo nauigaret, ac vim obſtupuiſſe huius piſciculi, qui curſum nauis non parum retinuit & remoratus fuit: donec à proreta adhærens lateri nauis exteriori eſt captus. Atq; erant quidem tunc, qui Chæremonianum riderent, quaſi commentum fabuloſum & à fide abſonum accepiſſet. Erant, qui rerum repugnantiam, quam ἀντιπαθείας vocant, iactarent. Audires etiam multa alia ex iis, qui experti erant, elephantem furentem arietis conſpectu comprimi: viperam ſi admoueris frondem fagineam, eaq; ſi illam contigeris, ſiſti: ferum taurum leniri & miteſcere fico alligatum: moueri ab electro & allici omnia leuia præter ocimum & oleo imbuta: magnetem ferrum, ſi alii ſucco fuerit tinctum, non attrahere. Horum enim, quamuis manifeſto experimento nitantur, operoſum eſſe vel potius prorſus impoſſibile cauſam explorare. Ego vero ita potius illudi quæſtionem dixi, quã eius cauſam expediri. Quin potius illud perpendimus, multos caſus aſſeclas pro cauſis numerari parum recte: perinde ac ſi, quod floreat vitex, matureſcere credas vuas, quia vulgare dictum eſt: floret vitex, & vua matureſcit: vel emicãtibus in lucerna fungis turbari & obduci nubibus cœlum: vel vnguium aduncitatem cauſam non accidens eſſe exulcerari pulmonis. Quomodo igitur ſingula hæc ſunt laboribus iſtis conſequentia ex cauſis nata iiſdem: item, inquam ego, vna eſt cauſa, cur lẽto curſu progrediatur & alliciat echeneidem nauigium. Siquidem quando ſicca eſt, neq; admodum ponderoſa ex humiditate nauis: probabile eſt carinam ob leuitatem labilem æquor ſulcare, vndamq; facile cedentem, quã diu pura ab illuuie fuerit, ſecare. Enimuero quando madeſcens & irrigua multum algæ & muſcum conſtrictum attraxit, tunc impetus obtunditur ligni, & fluctus lentori occurrens haud prompte dilabitur. Quapropter tergunt nauis latera, deraduntq; muſcum & algam à tabulatis: quibus adhæreſcentem glutinoſam echeneidem cauſam ſegniciei habitam, non conſecutionem efficientis cauſæ ſegniciem conſentaneum eſt.

Cur Lycoſpadas equos eſſe dicunt feroces. VIII.

EQVOS Lycoſpadas alii à frenis lupatis, quæ Græci λύκους dicunt, nominatos ferunt: quorum ita ferocitas & contumacia refrenatur. Pater vero noſter, qui minime in equis alendis inconſultus

consultus est & perpetuo equos habuit præstantissimos, prædicauit eos, quos lupi essent adorti pullos, si euolassent, egregios euadere & pernices, hosq; lycospatas dici. In quo astipulantibus ei multis ambigi cœptum de causa, quamobrem is casus animosiores acrioresq; reddat equos. Ac plæriq; qui aderant, censebant formidinem infundi ab eo casu non animos equis: & quia fiant meticulosi, atq; ad omnem expauescant causam, citatiore impetu & velociore eos rapi, vt feræ, quæ cassibus obseptæ fuerunt. Ego vero videndum dixi, num contra se res atq; illi existimabant, habeat: non fieri celeriores, postquam se ex ferarum periculis expediuerunt, appetitos ab eis equos: sed effugere, nisi indole feroci & pernici essent, non potuisse. Neq; enim elapsum ex Cyclopis manibus factum fuisse prudentem Vlyssem: sed quia is erat elapsus.

10 *Cur ouium, quas lupi momorderunt, caro suauior quidem sit, sed lana pediculos producat. IX.*

HINC sermo de ouibus, quas lupi momorderunt, illatus est: quarum esse caro perhibetur dulcissima, sed pediculis lana scatere. Ac videbatur generi nostri non leue argumentum esse Patrocliæ, quod de dulcore attulit, bestiam illam morsu suo carnem tabefacere. Siquidem spiritum esse feruidum adeo & igneum lupi, vt ossium durissima in ventriculo fundat & liquet: ita etiam tabescere morsas à lupis quam alias ocyus. De lanis vero hæsitabamus, ne non gignant, sed excitet pediculos, asperitatis alicuius incidentis vel caloris proprietate dige-20 rentes carnem: Hanc lanis vim imprimi ex lupi dente, qui vertat eam, quæ iugulatur, vsque ad pilos. Faciebat huic dicto fidem exemplum. Nam venatores scimus & coquos alios vnico ictu sternere, vt vno momento cadant icta, alios vix & ægre multis ictibus interficere. Et quod eo est stupendum magis, hos ferro infundere vulneratis eam vim, vt confestim putredinem sentiant, neq; ad vnum durare valeant diem: illos occidere non quam superiores lentius: nihil tamen tale ingulatorum accidere carni, verum trahere diu. Pertendere autem vsq; ad tergora, pilos, & vngues animantium, cum iugulantur & mactantur, variationes, id declarare vel Homerum, qui de tergoribus & coriis solitus est dicere:

Vt bouis, inquit, extincti corium.

30 Quæ enim non morbo vel senio exanimantur, sed mactantur, harum tenacem & rigidam cutem fieri. Quæ vero morsu bestiarum interierunt, earum vngues quoq; nigrescere, pilos defluere, tergora rugas trahere & lacerari.

Rectius ne fecerint maiores, qui cœnabant ad portiones, an huius ætatis homines, qui ex communi cœnant. X.

CVM summo magistratu in patria fungerer, in plerisque cœnis dispertitæ erant portiones distributa singulis sua ex victimis parte: quod quibusdam mirifice placebat. Alii id vt parum ciuile & illiberale obterentes mensas rebantur, mox posita corona ad consuetam viuen-40 di rationem reducendas. Neque enim vescendi, inquit, gratia Agias vel bibendi: sed componendi conuescendiq; ni fallor, nos inter nos inuitamus. At in portiones visceratio hæc consociationem tollens multas facit cœnas, multosque cœnantes, nullum autem vllius conuiuam, vbi sicut à macellarii mensa ad libram capit quisq; portionem & sibi apponit. Quanquam quid interest calice singulis conuiuis apposito, quem congio vini conferceris, suaque cuique mensa: quomodo Oresti memorantur Demophontidæ iussisse, vt nihil morans alios biberet: an, qui mos nunc obtinet, carne posita & pane, velut ex peculiari præsepi vnusquisq; epuletur: extra quam quod silentii non incumbat nobis, vt apud illos, qui Orestem inuitauerant, necessitas. Sed & hoc forsitan ad omnium communionem vna epulantes excitet: quod promiscuo inter nos colloquio vtamur, & oblectantis cantu psaltriæ & tibicinæ iuxta consortes simus, po-50 culumque hoc nullis circumscriptum finibus propositum sit in medio affluens familiaritatis fons, cuius est fruendi appetitio modus: secus atque carnis & panis partitio iniquissima modû prætexit apud impares parem. Quippe idem ei, qui modicum quærit, amplius est: illi, qui plus, minus. Vt igitur, qui multis ægris paria medicamina exquisito modo & pondere dispensat, ridiculus sit: item conuiuator, qui homines non æque sitientes neque esurientes æque in vnum contractos pari omnes conditione accipere instituit, modum & iustum lege dirigens arithmetica non geometrica. Quippe ad cauponem pergimus, vbi mensuram vsurpamus omnes publicam. Ad cœnam cum suo quisque ventre concedimus: quem non vna mensura, sed quod satis est, explet. Enimuero conuiuia ista Homerica, in quibus sua cuique portio ponebatur, non sunt ex militaribus cœnis & castrensib' huc traiicienda, sed popularitas potius sectanda vete-

rum: vt non solum familiares & contubernales, sed & coepulones conuictoresque omnem societatem colendo ornemus. Valeant igitur cœnæ Homericæ: quæ famelicæ sunt & siticulosæ, tegesque habent Italicis importuniores cauponibus conuiuatores: vt in acie manum iam cum hostibus conferturi ad vnguem commemorent: quantum quisq; eorum, qui apud ipsos cœnauerunt, biberit. Laudatiores certe Pindariceæ, in quibus

Heros miscebat se illis mensam ad venerandam.

quod omnibus inter se promiscue vterentur. Siquidem hæc velut consortium erat germanorum amicorum & conglobatio: distractio illa & nota eorum, qui esse videntur amicissimi, quasi ne epulas quidem consociare valeant. Ob quæ dicta cum Agias celebraretur, concitauimus 10 ex nostris vnum, vt eum adoriretur. Hic nouo morbo ostendit Agiam affectum: qui vsque adeo esset ventricosus, vt portione æqua accepta stomacharetur tamen. Quippe ex helluonum eum numero esse. Nam communis piscis, vt est apud Democritum, spinis caret. Atqui, inquit, hinc potissimum τὴν μοῖραν pro fatali necessitate ob rerum partitionem recepimus. Siquidem æqualitatis erat,

Sociosq; cum sociis vrbesq; cum vrbibus,

vt anus Euripidea ait,

Constringere.

Neque vero quicquam est, quod perinde natura est & lege constrictum, ac mensæ communio, 20 quæ non nouum habet atque ex hominum opinionibus inuectum, sed necessarium vsum. Qui autem ex epulis communibus plus æquo vorat, huic infestus fit is, qui tardior est & moratur: sicut in vnda volueri cursu rapta triremis: Neque enim familiaris est vel conuiualis epuli auspicium surreptio, prędatio, manuum concertatio, cubitoq; occupare: cæterum sunt hæc indigna caninaque, ac subinde in conuitia & stomachationes non in ipsos inter se modo, verum etiam in structores & conuiuatores terminant. Quousque μοῖρα & λάχεσις, id est, portio & sortitio æquabilitatem in cœnis & conuiuiis dispensabant, nihil videres incompositum vel illiberale, sed & cœnas δαῖτας vocabant, conuiuas δαιτυμόνας, structores δαιτρὸς à δαίειν, id est, dispertiendo & distribuendo. Apud Lacedæmonios κρεοδαίτας, id est, carnium diuisores erant non vulgares, sed primarii viri: vt etiam Lysander ab rege Agesilao carnium diuisor in Asia creatus fuerit. At 30 tunc demum partitiones explosæ fuerunt, postquam irrepsit in cœnas luxus. Neque enim facile erat scilicet bellaria, mellita, lactaria, opera, quæ καρύκας dicunt, condimenta, diuersosq; alios cupediarum & esculentorum missus partiri: sed ex impotenti circa ista ingluuie & popinatione portionum æquabilitatem proiecerunt. Argumento est, quod sacrificia etiamnum & cœnę publicæ ob simplicitatem victus & synceritatem portionibus fiant. Ita partitionem qui refert, simul reuocat frugalitatem. At vbi priuatum est, ibi perit commune. Nempe vbi abest æqualitas. Neq; enim proprii possessio, sed deprædatio alieni & defraudatio in re communi iniuriæ & dissidii caput est: quod proprii limite & modo comprimentes leges, quæ Græce νόμοι dicuntur, ab imperio & potestate, quæ æquas portiones publice distribuit, nomē inuenere. Alioqui postulabis eadem opera, vt ne coronam quidem nostrûm singulis conuiuator dispertiat, neque sedem neq; locum. Imo si etiam amicam vel psaltriam quis secum adducat, & hæc quoque 40 amicorum erunt communes: quo etiam sint omnes fortunæ nostræ, vt voluit Anaxagoras. Quod si nihil horum ius priuatum communitatem interpellat: quod illa, quæ prima sunt & grauissima communia sint, colloquia, propinationes, inuitationes: partitionum distributiones insectati, atq; animi filiam, vt ait Euripides, despicere sortem desinamus: quæ neque opulentiæ primas neque claritati tribuit: sed forte alias aliter se offerens inopem & abiectum erigit, neq; vllum genus libertate viuendi orbatum relinquit, diuitem autem & excelsum consuefaciendo non ægre ferre æquabilitatem ad moderationem reuocat.

PLVTARCHI

Quæstionum conuiuialium liber tertius.

Proœmium.

SIMONIDES poeta Sossi Senecio in conuiuio quopiam cum hospitem recumbentem conspexisset tacitum, neque cū vllo fabulantem: Heus tu, inquit, si stolidus es, prudenter agis: sin prudens, stolide. Nam imperitiam præstat, vt Heraclitus ait, tegere quod in animi remissione & in vino labor est.

Quid

Quod cantare facit vel comprimit sapientem
Ad risumq; adigit mollem, latamq; choream,
Fundendas voces mox per iugulum redituras.

Vbi vinolentiæ & ebrietatis poëta, ni fallor, diuersitatem innuit. Etenim vino qui moderate indulsit, hic ad cantillandum, ridendum, & saltandū se conuertit. At verba temere fundere, & obtueri stolide vel tacere, ea ex temulentia & ebrietate oriuntur. Hinc Plato in vino vulgi motus animorum potissimum perspici existimat. Ac Homerum, qui dicit:

Nec vero in mensis alienam inquirito mentem,

10 liquet non præterisse, quam sit vinum loquax & verbositate fœtum. Siquidem non est vescentes & potantes silentio nosse. Cæterum quia ad dicacitatem potatio prouehit: dicacitas autem profert & detegit multa, quæ alias sunt occulta: efficit compotatio, vt inuicem alter alterius ingenium exploret, vt merito possis Æsopo exprobrare: Quid tu obsecro fenestras requitis illas, per quas alterius alter mentem contempletur? Patefacit enim vinum nos explicatq; , nec finit conquiescere, verum longissime remotis à lege sicut pædagogo fucum & personam detrahit. Atq; Æsopo quidem ac Platoni, & si quis alius exquirere aliorum mores instituit, conducit eo merum. Qui vero non quærunt se mutuo explorare & excutere, sed in rer se agere comiter, hi propositiones tractant eiuscemodi & sermones in congressibus, quibus reconduntur animi vitia: dotes excitantur eruditioq;, vt si in prata & pascua sua philologia duce expatientur. Itaq;
20 nos quoq; decadem hanc tertiam tibi quæstionum conuiualium conscripsimus, quæ de coronis continet primam.

An inter potandum coronis floreis vtendum. Quæst. I.

IN conuiuio Athenis, cum Eraton Harmonicus Musis factum fecisset, pluresq; inuitasset, illatus est aliquando de coronis sermo. Nam cum sub cœnam variæ coronæ circumferretur, subsannauit nonnihil Ammonius nos, qui pro laurea sertis rosaceis redimiti essemus. Omnino enim esse puellares coronas floreas, ludentibusque magis congruas virginibus & mulieribus, quam philosophorum & virorum cœtibus eruditorum. Equidem etiam Eratonem hunc demiror: quod qui in modulis canticis notauit pigmenta, insectatusque est bonum Agathonem, quem in tragœdiam principem autumant inseruisse intexuisseque, cum Mysos doceret, chro-
30 maticum & picturatum genus: diuersis ipse, vt videtis, picturis & floribus conuiuium hoc cumulauerit, auresque intercludat deliciis & titillationi: oculis vero & naribus quasi aliis foribus inducat eas in animum, coronam que voluptatis non religionis faciat. Et quidem hoc vnguentum certe quam florea ista & in manibus marcescens coronariorum exquisitiore vibrat fragrātia, non est tamen in philosophorum conuiuio locus in nullum contextæ visum voluptati, neque ex appetitione naturali scaturienti. Sicut illis, qui ab inuitatis ad cœnam amicis vmbræ adducuntur, ritu officioso idem honos haberut: quomodo Aristodemo, qui fuit à Socrate ad Agathonis cœnam ductus. Quod si quis se vltro obtulerit, huic fores par est occludi: ita voluptates in edendo & potando, quas inuitauit natura, appetentiis comitantes locum sortiuntur. Cæteræ, quæ inuitatæ non sunt, & nulla ratione ingesserunt se, illecebræ repudiandæ. His cum
40 attoniti, qui Ammonii insolentes erant, adolescentes diuellere cœpissent coronas: ego, quod scirem exercitii gratia illum & inquirendi sermonem istum in medium intulisse, appellaui Tryphonium medicum, ac: Dic sodes, inquam, num sustinebis elegantem hanc nobis, ac rosarum fragrantem floribus coronam deponere, an exponere perpetuo more tuo nobis, quam efficaces ad potandum coronæ ex floribus sint? Hic excipiens Eraton: Ita scilicet, inquit, visum est, nullam vt recipiamus immunem voluptatem, sed inter oblectandum facere illam nobis, nisi cum mercede aliqua eam sustineamus, stomachum. Num vero iure vnguentorum quidem suppudet nos purpuræque aduentitii luxus causa, sicut fucatarum vestium & * vnguinum, vt barbarus iste dixit: colores & odores natiui simplices sunt & synceri, neque absunt à pomis? Nonne ingentis stultitiæ sit fuecos colligere suppeditante natura, eisque frui: odores
50 vero & colores, quas temporum articuli ferunt, propter efflorescens ex his delinimentū & gratiam aspernari, nisi simul emolumentum foris aliud afferant. Nimirum hoc reclamare vnum videtur, si nihil natura, quod vos contenditis, nequicquam produxit, quomodo voluptatis gratia creata sint hæc, quæ nihil præterea conducentia, tantummodo exhilarare valent? Specta, quemadmodum plantis & germinibus folia tutandi fructus causa, & quo ab iis arbores tepefactæ & euentilatæ modice ferant cœli vicissitudines, prouenere. At flos, nihil refert an duret: nisi quatenus, dum vsurpamus eum, nares oblectet, & oculos retineat, mirificos odores efflans, varietatemque coloribus & tincturis, quæ nulla assequi ars queat, edens. Hinc reuulsis foliis stirpes anguntur & mordentur, noxaque eas occupat vlcerans & fœdum caluitium. Nec sane tantum, vt voluit Empedocles, debemus lauri frondes minime defringere: verum etiam cæteris par-

* *Alii, nitelam.*

ris parcere omnib. arboribus, nec per vim & inuita natura denudare illas foliis, quo nos illarum deformitate excolamus. Florum vero decerptiones vindemiarum instar sunt, nec quicquam eis læsionis adferunt. Imo nisi in articulo defregeris, defluunt marcida. Itaq; quomodo barbari pecorum tergoribus se panni loco vestiunt: perinde meo iudicio illi, qui contexere ex frondib. serta malunt quam ex floribus, non vt decet arboribus vtuntur. Hoc modo ego coronarum institricibus succurro. Neq; enim grammaticus sum, memorare vt queam poemata, in quibus veteres hieronicas legimus coronis ex floribus fuisse reuinctos: nisi quod corona ex rosis sacra Musis fuerit; meminisse mihi videor Sappho dicentem ad inertem quandam & indoctam fœminam:

> *Iacebis extincta, & non vlla memoria*
> *Erit tui, neq; enim ex Pieria rosas* 10
> *Habes.*

Cæterum audiamus, ecquod ex arte medica Tryphon sit elogium allaturus. Hinc excipiens sermonem Tryphon nihil ostendit priscos homines, quod in medicina plurimus vsus eis plantarum esset, præteriisse. Cuius rei extant etiamnum vestigia, Tyrii Agenoridæ, Magnetes Chironi, qui primi fuisse medici perhibentur, primos fructus ferunt. Radices enim sunt & herbæ, quibus opitulabantur affectis. Enimuero Liber pater non tantum quod vini inuentor fuisset præsentissimi & iucundissimi medicamenti, egregius est medicus habitus: sed & quod hederam virtute sua inprimis repugnantem vino, in honorem adduxisset, bacchantesque coronam sumere ex ea docuisset, vt minus à vino solicitarentur: quod crapulam frigore suo restinguat hedera. Quam porro anxie in his elaborauerint veteres, demonstrant etiam vocabula 20 quædam. Siquidem nucem Caryæ nomine dixerunt, quod auram grauem, quæ caput tentet, exhalet, ideoque recubantes sub ea infestet: & narcissum, quod neruos obtundat, grauedinesque gignat torpidas, quas dicunt ναρκώδεις. Quamobrem eum Sophocles vetustum magnorum deorum, id est, inferorum coronamentum nuncupauit. Ferunt etiam πήγανον, id est, rutam, ex virtute sua nominatam. Astringit enim, quod πήγνυσθαι Græci dicunt, siccitate sua ex nimio calore genituram, ac plane est prægnantibus inimica. Qui vero amethystum tam herbam quam cognominem ei gemmam nomen ex eo putant inuenisse; quod vinolentiæ obsistat, falluntur. Quippe inditum vtrique à calore nomen est: herbæ certe folium quidem indilutum est, sed vinum leue & aquosum temperatura sua repræsentat. Plura eius generis adducere possem, quibus dotes suæ appellationes reddidere. Cæterum satis illa antiquorum sedulitatem arguunt & 30 magnum rerum vsum: ex quo coronis inter potandum vtebantur. Vinum enim, si quando caput tentauit, eneruauitque vsque ad sensuum fontes corpora, hominem summopere obturbat: aduersus quod mire florum aura auxiliatur, capitiq; velut arcem aduersus crapulam munit. Siquidem flores calidi leniter laxant spiramenta, spiraculumque vino præstant. Leniter frigida modice stringendo repellunt inhibentque euaporationes: ceu viola & corona ex rosis. Nam vtraq; suffitu suo grauedines astringit sistitq;. Flos ligustri, crocus, & baccaris placido somno consoporant in potione sumpti. Afflant enim molliter & blande, existentesq; in corpore temulentorum turbationes & asperitates leniter diffundunt: vt oriente serenitate obtundatur & exhaletur crapula. Sunt flores, quorum nidore sursum ad cerebrum diffuso & spiramenta, quæ in sedibus sensuum sunt, defecantur: & humores leniter citra offensam & tædium discussi 40 calore attenuantur: ac cerebrum, quod sua sponte est gelidum, tepesit. Hinc potissimum coronas ex florib. quas collo suspendebant, suffitus vocabant, vnguentisq; eorum illinebant pectus. Quod Alcæus testatur præcipiens, vt in multis exercitum ærumnis caput & pectus canum suũ hoc vnguentum defundatur: Ita etiam hinc sublati odoratu odores per calorem suum cerebrũ feriunt. Neq; enim, quod castra locasse in corde animum, quem Græci θυμὸν dicunt, arbitrarentur, collaria coronaria hypotymidas dixere. Alioqui rectius ex eo potuissent hæc epithymidas appellare: verum vti ego censeo, ob eiaculatam fragrantiam & respirationem ita nuncupauerunt. Nec est, quod miremur, coronarum afflatum tanta vi præditum esse. Quando taxi vmbrã tradunt homini, si in ea somnum ceperit præsertim quando flos eius turget, lethalem esse: & aura efflatur ex papauere: à qua nisi cauerint, qui succum eius colligunt, protinus concidunt. Her 50 bam, quam alyssum nominant, qui vel manu tantum contrectauerunt, imo alii eam modo intuiti ab singultu liberantur. Eadem fertur ouiũ & caprarum gregibus vtilis esse, si seratur apud earũ stabula. Rosa vero nomen vbiq; inde mutuata est, quod excitatissimi odoris sit. Quamobrẽ etiam citissime marcescit. Obtinet refrigerandi potentiam, aspectu tamen ignis modo rutilat non ab re. Siquidem tenuis efflorescit in cute eius feruor, quem eiusdem elidit frigiditas.

De he-

De hedera, calidæ naturæ, an algidæ sit. II.

CVM Tryphonium nos collaudassemus, arridens Ammonius: Indignum fit, inquit, adeo pi-ctam & floridam orationem sicut coronam repugnando euertere, nisi quod hedera haud scio qua ratione attexta fuerit: cuius dicitur frigiditate efflare vinum. Est enim feruida & calidior, eiusq; fructus vino adiectus, quia inflammat vinum, inebriat, caputq; solicitat. Palmitem eius perhibent auulsum sicut ab igni ligna contorqueri. Nix, quę subinde complures dies inhęret reliquis stirpibus, ocyssime profugit hederam: imo ilico elanguescit prorsus, atq; circa hanc ocyssime ex eius calore interit. Quod vero maximum est & à Theophrasto relatum: cum Harpalo præcepisset Alexander, vt arbores Græcas Babylone depangeret, & præcipue, quod torrida ea regio & solis ardoribus sit ambusta: ramosas, frondosas & vmbrosas inter frutices instituerer: solam reiecit illa plaga hederam, licet multum elaboraret in eo omniaq; moueret Harpalus: verum elanguit exaruitq; , quod æstuans sit ipsa, ideoq; cum torrente misceri sociariq; solo nequeat, sed refugiat consortium. Enormitates enim virtutes enecant. Hinc appetunt potius repugnantia: ac frigidum caloris est sitiens, & frigoris calidum. Quamobrem tractus montosi, ventosi & niuosi plantas tædiferas & picem fundentes, larices prælertim & pinos gignunt. Adhæc alsiosæ mi Tryphn & frigidæ, quia calor penuria sua & imbecillitate contrahit se & destituit plantam, folia dimittunt. Oleæ vero, lauro, & cupresso sicut hederæ pinguitudo & calor vitorem perpetuo conseruant. Itaq; optimus Liber non pro amuleto aduersus crapulam, neq; vt vini inimicam inuexit hederam: vt qui metum μέθυ à vinolentia, ac seipsum Methymnæum clare appellauit. Cæterum mihi videtur, sicut vinosi, quando penuria laborant vitiginei, poculo vtūtur hordeaceo, ac vina ex pomis, nonnulli ex palmis cōficiunt: ita qui brumali tempore desiderat vitigineam coronam, postquam vitem conspicit nudam & foliis viduatam, hederæ amplexus esse affinitatem Quippe palmitum capreoli multiplici vagantes lapsu, frondiumq; mollitudo & liber amplexus, præcipue ipsi corymbi acinis vuæ acerbæ frequentibus & maturitate nigricantibus assimiles repræsentant vuæ mores. Sed etiam si succurrat aduersus ebrietatem hedera, calore hoc facere suo eam spiramentis reserandis vel conficiendo potius mero dicemus, vt tui gratia Tryphon maneat Liber pater medicus. Ad hæc obmutuit Tryphon, quomodo tefelleret, animo versans. Ibi Eraton singulos nos adolescentes appellans postulauit, vt pro coronis certanti opitularemur Tryphoni, aut coronas deponeremus. Ammonius vero potestatem se ait facere, nec dictis nostris reclamaturum. Igitur cum etiam Tryphon ad dicendum nos adhortaretur: Demonstrare frigidam esse hederam, inquam, non erat partium mearum, sed Tryphonis. Hic enim ea vt refrigerante & astringente multum vtitur. At ex supradictis cieri ab admista vino hedera temulentiam, id verum non est. Quam enim inuehit bibentib. noxam, eam haud crapulam dixeris sed turbationem deliriumq;, quale infundit* Apollinaris herba, multaque eius generis alia, quę de mentis statu emouent. Iam palmirum eius contorsio non habet rationem. Illæ enim contra naturam efficientiæ ex facultatibus naturalibus non proueniunt. Imo ligna etiam inflectuntur eliciente vi ex eis igne humorem: vnde curuitates & flexus proueniunt: cum calor genitiuus fermentare & alere soleat. Tu vero dispice, an ne infirmitas citius & frigiditas corporis eius, cur tortuosa & humilis nascatur, quod multa obstacula & offendicula inueniat, in causa sint, viatoris modo, qui ex languore crebro fessum it, inde progreditur denuo. Quare adminicula quærit & pedamenta: quia fulcire & ducere se ipsa non valet ob caloris, cuius vis in sublime tollit, angustias. Nix porro ob foliorum madorem dilabitur & colliquescit. Quippe liquor extinguit & incidit niuis fungositatem. Nam nix minutarum est & frequentium aceruus bullarum. Quapropter haud secus in gelidis & humentibus locis, quam in apricis nix fluit. Denique sempiterna eius viriditas, & quod, vt ait Empedocles, perpetno frondescat, non est asscribendum calori. Neque enim foliorum fluuium frigori expensum ferendum. Quandoquidem myrtus & adiantum, quæ non numerantur inter calida, sed inter frigida, semper sunt viridantia. Itaq; sunt, qui æquabili temperaturæ foliorum perpetuitatem attribuant. Empedocles insuper id delegat spiramentorum competentiæ ordine & æqualiter alimentum transmittentium, vt affatim affluat. Contra illa, quibus folia fluunt, habent hoc propter spiramentorum laxitatem superiorum & inferiorum angustias: quando neque hæc subministrant, neq; illa retinent. sed pauxillum accipiunt, quod confertim effundunt, sicut in hortorum inæqualibus incilibus. Nam quæ irrigantur assidue, nutrimentiq; satis habent & competentis, ea durans, nec sentiunt vnquam senectutem, sed virorem sempiternum tuentur. At consita Babylone hedera elanguit & emarcuit. Recte illa & ordine: quod quæ cliens foret & conuictrix dei Bœotii, noluerit ad barbaros demigrare: neque sit Alexandrum secuta

*Alii, faba.

secuta, qui in gentium illarum mores transiit: sed repudiauerit, omniq; vi demigrationem illam longinquam detrectauerit. In causa fuit non calor, sed potius frigiditas pugnantem secum non sufferens temperaturam. Neq; n enecat, quod familiare est, sed recipit & profert: sicut thymū quantumuis calidum solum aridum. In Babylonia cœlum fama est adeo torrens esse & graue, vt pleriq; diutum in impletis aqua vtribus captandi frigoris gratia cubent.

Cur fœminæ difficilime inebrientur, citißime senes. III.

MIRABATVR Florus Aristotelem, qui in libro de ebrietate maxime senes, & minimum opportunas crapulæ fœminas prodidit esse, causam tamen non esse persecutum, cum haud solitus esset vlla tali in re esse solutus. Eam quæstionem tandem præsentibus (Erant autem, qui cœnabant, familiares) proposuit in medio speculandam. Tum Sylla alterum per alterum prædicauit declarari: & si de mulieribus recte acceperimus causam, eam de senibus non multa verba desideraturam. Quippe naturas esse eorum, humiditate & siccitate, læuore & scabritie, mollitia & duritia diuersissimas Atq; hoc, inquit, primum tene in fœminis, esse tēperatione eas humida, quæ carnis quoq; teneritudinem adiunctam conciliat nitoremq; cum glabricia & purgationes menstruas. Itaq; quando in largum humorem vinum infusum est, fracto effluit virtus eius, extinguiturq; & redditur aquatum. Poteris etiam aliquid ab ipso Aristotele petere. Siquidem illos, qui affatim & vnico impetu potant, quod ἀμυστίζειν dictum est à veteribus, minime ait patere crapulę. Neq; enim trahere ipsum merum in corpore moram, sed impressione extrudi & permeare. Mulieres autem fere ita videmus bibentes. Iam corpus earum verisimile est ob perpetuum succorum deductionem ad purgationes menstruas fistulosum euasisse & cōcisum quasi incilibus & canalibus: in quos influens vinum cito delabi, neq; aspirare ad principes partes, quarum commotione ebrietas oritur. At senes, qui Græce γέροντες dicuntur, humoris esse natiui inopes, primum ipsum mihi videtur nomen clamare. Non enim sicut ῥέοντες id est, labiles in terram verum sicut γεώδεις & γηροὶ, id est, terrestres habitu iam facti, eo nomine nuncupantur. Indicat præterea eorum contumax rigor naturæ ariditatem. Quando igitur se vino ingurgitauerunt, sorberi hoc à corpore ex squalore spongioso probabile est, mox immorans caput tentare & grauedinem creare. Atq; vt fluenta leniter delabuntur per agros spissos, neq; lutulentos eos faciunt, punicosis magis permiscentur: ita vinum corporibus in senilibus immoratur à siccitate raptum. Præterea accessoria cernas meri senum naturæ sponte inesse. Sunt autem accessoria meri clarissima membrorum tremores balbuties linguæ, loquacitas immodica, iræ pręcipites, obliuiones, mentis emotio. Quorum cum magna pars senes teneat vel sobrios, paruo momento & impulsu leui fit crapula seni non ortus peculiariorum, sed communium intensio vitiorum. Id inde liquet, quod nihil seni, quam iuuenis temulentus sit germanius.

Frigidiorisne constitutionis fœminæ quam viri, an calidioris sint. IV.

HACTENVS Sylla. Ibi Apollonides is, qui aciei instruendæ erat peritus, probare ostendit se, quod relatum de senibus esset: in fœminis præteritam videri sibi frigoris causam, quo feruidissimum restinguatur, & amittat flammam, quæ caput solicitat. Quod cum veritati videretur consonum: Athryilatus Thasius medicus in disputationem quæstionem hanc trahens esse aliquos narrauit, qui fœminas non frigidas, sed viris existiment esse calidiores: adeoque alios, vinum qui frigidum non calidum ducant. Obstupescente Floro: Disputationem, inquit, de vino huic, me monstrans, relinquo. Disserueram enim ea de re non ita dudum. Enimuero fœminarum, inquit, feruorem primum ex eo, quod glabræ sint, putant arguere, exhauriente calore retrimentum, quod cum affluit, transit in pilos. Deinde ex copia sanguinis, quem caloris in corpore fontem esse apparet. Est autem tanta eius in fœminis luxuria: vt ni crebræ has & celeres occuparent purgationes flagrent & inflammentur. Tertio quod in funeribus contingit, euincit calidiores maribus fœminas esse. Quippe prædicant vespillones, quibus ea curæ sunt: si cum denis virorum cadaueribus componantur singula fœminarum, hæc illa vna secum inflammare: quod vnguinosum quid & oleosum earum caro, vt cæterorum sit fomentum, contineat. Adhæc si fœcundissimum quodque calidissimum est, puellæ autem priores catuliunt, atq; ad gignendum extimulantur: nec hoc argumentum caloris earum leue sit. Fortius vero & probabilius est, quod algoris hyemisque iniuriam facile ferant. Siquidem pleræ-

que

que minus quam viri rigent, atq; omnino paucioribus vestibus indigent. Atqui ex his ipsis, infit Florus, argumentis euertitur hoc dogma. Primum resistunt magis frigori: quod identidem simile à simili minus afficiatur. Deinde semẽ muliebre ante virile nõ est genitale caloris gratia, sed frigoris ratione materiam solum & vegetationem suppeditat virili. Insuper longe ante viros pariendi & gignendi finem capiunt. Cremantur ob adipem facilius: qui inter partes corporis frigidiores censetur. Quippe minime sunt adolescentes, & qui se exercent, pingues. Menstrua purgatio non ex affluente, sed ex infecto est & prauo sanguine. Quod n. eius crudum & fœculentũ est, quia non consistit neq; concrescit in corpore, ex imbecillitate elabitur, graue & turbidum caloris impotentia redditum. Certe quia rigor & horror menstruo cursui est coniunctus plerunq;: demonstratur quod agitatum est & effluit ex corpore, frigidum & crudum esse. Glabritiei vero vitium quis calori & nõ rectius frigiditati adscripserit? cum videat, vt quæq; pars est corporis calidissima, ita esse hirsutissimam. Siquidem omnia ista per calorem, qui corporis corium pertundit & aperit, expelluntur. Læuor densanti cutem frigori succedit. Nam cutem eis esse quam viris spissiorem, discis ex iis, qui cum fœminis cubant pigmento vel oleo delibutis. Complentur n. in ipso concubitu, quamuis non attigerint fœminas, neq; iis se applicuerint, vnguento: corporis id feruore & raritate alliciente. Enimuero quæstio inquam, quæ fœminas spectat, contrariis argumentis est fortiter astructa.

An vinum virtute sit frigidum. V.

IAM vinum aueo, sitne virtute frigidum, discere. Hic me Florus rogauit: vnde frigidum esse in suspicionem essem adductus. An putas, inquam, meam eam opinionem esse? Cuius ergo, inquit, alterius? Memini sane, inquam ego, incidere me non modo, sed iam pridem in Aristotelis de hac propositione disputationem. Disseruit etiam in sympofio multis verbis de ea Epicurus: quorum est, ni fallor, hæc summa. Negat vinum per se ipsum calidum esse, sed continere in se atomos aliquas caloris efficientes, alias item frigiditatis: quarum illas partim, vt in corpus penetrauit, abiicere, partim asciscere ex corpore: prout temperatio earum vel natura est nobis consentanea: vt alii incalescant, aliis diuersum accidat, quando vino sunt mersi. Hæc, inquit Florus, aperte per Protagoram in castra nos Pyrrhonis ducunt. Plane namq; perinde de oleo, lacte, melle, itemq; de aliis si prædicemus, effugium habebimus: ne cuiuscemodi cuiusq; rei natura sit declaremus: dum mixturis aliorum & temperationibus vnumquodq; tale fieri asserimus. Tu vero vinum esse contendis argumentis frigidum. Id feci, inquam, tunc ex tempore duabus adductus rationibus. Primum veniebat in mentem mihi id, quod medici agunt. Quibus ex imbecillitate languet vẽtriculus, habetq; opus, vt roboretur: his nihil offerunt calidi, sed vino propinato subueniunt. Pari modo alui profluuia, sudorisq; eruptiones compescunt vino, quod nihilo secius, imo vero efficacius quam nix cohibeat & confirmet refrigerando constringendoq; dilabentem corporis habitudinem. Quod si indole & potentia esset feruida, perinde sit cordi merum atq; ignem niui addere. Deinde somnum pleriq; perfrigerando conciliari affirmant: ac somnifica refrigerandi vi fere sunt omnia prædita medicamenta, ceu mandragora & papaueris succus. Cæterum incitate hæc & magna vi in somnum agunt & congelant. Vinum modice refrigerando inhibet cum voluptate & cõprimit motionem: vt magnitudine & quasi gradibus ab illis alienetur. Adhæc est calidum genitale. Vbertatem enim humiditas acquirit & spiritus robur ac vim à calore gliscentem. At qui multum meri hauriunt, ad Venerem sunt segniores, semenq; est eorum effœtum & inualidum, suntq; flaccidæ propter vitium & frigiditatem genituræ cum fœminis consuetudines. Iam quæ adfert mortalibus algor incõmoda: hæc contingunt ebriis, tremores, languores, pallores, spiritus in artub. saltus, linguæ hæsitantia, neruorum extremis in membris districtio & torpor. Plurimis eorum in neruorum resolutionem temulentiæ desinunt, si quando obstupefecit in totum & extinxit vinum calorem. Porro procurant eas, quæ ebriorũ & marcidorum corpori inflictæ sunt, noxas, extemplo quidem, vt creditur, operimentis iniectis & decubitu eos fouendo: postero die balneo & vnctione cibisque, qui non sollicitant corporis tumorem, sed dissipatum à vino & fugatum ex corpore calorem leniter reuocant. Veruntamen, inquam, in iis, qui oculis subiiciuntur, similitudines inuolutas & vires inuestigamus. Nec est de crapula ambigendum, quodnam illud sit, cui comparetur. Nam potissimum, sicut diximus, senibus vinolentos compares. Hinc fit, vt præmaturius consenescant vinosi: ac complures eorum caluitia immatura canitiesq; occupent præcoces. Quæ homines omnia caloris penuria inuadere videntur. Iam acetum indolem quodammodo & vim refert vini. Nihil est autem inter ea, quæ restringunt, igni acero inimicius. Cæterum supra omnia domat & reprimit frigiditatis enormitate flammam. Etenim ex aliis fructibus videmus medicos vinosis vt refrigerantibus vti, vt malis punicis & pomis hortensibus. Ipsum porro mellis ingenium nonne cum aqua pluuia & niue tempetant, vt in vinum redigant, frigore dulcorem

propter

propter affinitatem in austeritatem, quoties præpollet, deflectente? Quid vero prisci, nonne ideo inter serpentes draconem, ex stirpibus hederam Libero patri dedicauerunt & consecrauerunt: vt frigida nonnulla & gelida potentia prædita. Quod si, quia resistere videtur vinum cicutæ, si copiosum merum superbibatur, id iudicio esse existimant caloris eius: nos e contrario contradicemus confusum hoc cum cicuta venenum irremediabile esse, bibentesq́ necat omni sublata spe. Ita nihilo magis apparet id repugnando calidum, quam veneni præsentiam adiuuando esse frigidum. Quod si non frigore, nulla certe natura vel dote alia potius lethum repræsentare bibentibus valet cicuta.

De concubitus tempore. VI.

ADOLESCENTES quidam, qui non ita dudum vetera scripta gustauerant, mordebant Epicurum: quod parum honestam nec necessariam mentionem in conuiuium intulisset de concubitus tempore. Nam vt inferat sermonem de Venere prouecta vir ætate in cœna præsentibus adolescentibus, ac disputet: sub cœnam an ante cœnam huic se dandum sit, summæ lasciuiæ esse. Aduersus hæc aliqui Xenophontem adducebant: qui conuiuas à cœna abducit *in curribus vel equis ad coniugum complexum. Zopyrus vero medicus, qui diligenter in Epicuri libris erat versatus, parum attente dicebat eos Epicuri conuiuium voluisse. Neque enim sicut ex capite aliquo & instituto hanc propositionem illum iecisse, inde disputationem eam pertractasse: sed excitatis à cœna ad ambulationem iuuenibus, vt moderatos eos redderet, disseruisse atq; à libidinibus reuocasse: quod ea res cum semper lubrica sit, tum multo maxime illis, qui in vino & voluptate ei se dederint, incommodet. Quod si etiã præcipue & singulariter de eo quæreret: vtrum præstabat nihil prorsus de concubitus tempore & articulo speculatum esse philosophum an in tempore & cum consilio id agere? Iam tempus quidem an alias non est inutile considerare, sed in conuiuio & super mensam obscœnum? Equidem diuersum sentio, recte culpaturum quem philosophum, si die in schola multis & omnis generis hominibus assistentibus de eo sermocinetur. At inter pocula in familiarium & amicorum cœtu, vbi etiam variare expedit obtundentem in vino & frigidam orationem: qui turpe sit dixisse quid vel audiuisse, quod vtiliter ad concubitus vsum adfertur. Nam ego quidem medius fidius mauelim vel Zenonis partitiones in conuiuio aliquo & ludo quam in commentario de rep. adeo serio fuisse centuriatas. Ita obstupescentes adolescentes taciti recubuerunt. Cæterum postulantibus reliquis à Zopyro vt Epicuri hac de re dicta exprometet: ait singula commemorare non posse exacte, putare autẽ se Epicurum illos ex Venere pulsus propter corporum concussum in commotionem & fluctuationem per eum actum delabentium formidare. Breui sede sua corpora exigi à pellente membra & mouente turbationem mero. Quod si ita molem corporis nostri comparatam tranquillitas non excipiat & somnus, sed aliæ ex re Venerea agitationes: dum eliduntur & iactantur ea, quæ potissimũ compingere & conglutinare corpus solent, periculum fore ne distrahatur moles sicut ædificium ex fundamentis conuulsum. Neque enim recte tunc genitale profluere ex ingurgitatione constrictum, sed vi & commixtum euelli. Quare moliendum ille censet: vbi corpus in quiete fuerit & resederint nutrimenti transcurrentis & fugientis digestiones & cursus, vt ea agamus: quo iterum alterius alimenti fiat corpus indigum. Ad confirmanda Epicuri dicta adducere valeas vetus dictum. Tempus enim interdiu, cum iam iudicium sit penes oculos, imbecillius est. Insultus in Venerem à cœna non vacat periculo. Obscurum est enim, an nondum peracto alimento in succedentem cruditati strepitum & concussum incidet, vt duplex futura sit noxa. Hinc subiiciens Olympicus: Mihi, inquit, Pythagoriei Cliniæ respõsio mire placet. Qui dicitur interrogatus: Quando congrediendum cum fœminis esset: Quandocunque, respondit, maxime cupis lædi. Nam quod Zopyrus attulit modo, est aliquo modo probabile: atque alterum tempus alias intempestiuum esse ad eam rem & molestias alias video habere. Igitur quomodo Thales ille sapiens à matre fatigatus vrgente, vt vxorem duceret, declinauit eam ac frustratus verbis est, respondens initio: Nondum est mater tempus. Inde ætate vergente cum eadem instaret: Non est amplius tempus. Ita vt comparet se quisque aduersus Venerem, optimum est, dicatque cubitum concedens, Nondum tempus: exurgens, Non vltra est tempus. Athletica hæc inquit Olympi Zoclarus etiam num cottabissin prorsus & esus carnium illos parum in loco resipiunt. Nam cum iuuenes mariti adsint, qui lecto geniali debent operam dare: tum nos nondum Venus refugit: sed & vota ac supplicia ei reddentes dicimus in deorum hymnis:

Produc senectutem elegans longe Venus.

Videamus igitur, si tibi videtur, rectene & ordine Epicurus nocti Venerem adimat: quamuis eam præcipue inter deas illius habere consortium amorbus vit deditus prædicat Menander. Iniiciunt enim pulchrum sane integumentũ tenebræ iis, qui huic rei vacare statuerunt, ne luce con-

*Lectis lacunosis.

10 20 30 40 50

conueniant, repellentes ab oculis ruborem, animumque libidinosoaddentes & recordationes acres: quibus cum immoratur, excitantur appetitiones. Visus enim nos omnium corporis permotionum, vt est author Plato, ocyssime inuadit, ac valide propinquis visionibus ad voluptatis speciẽ nouam semper & recentem cupiditatem erigit. At nox, quæ plurima & tabidiora opera tollit, mulcet naturam sopitque, non impellens visus vi in flagitium. Præterea qui quadret, vt qui venit à cœna hilaris, si ita res ferat corona redimitus, vnguentoque delibutus abscedat, ac coopertus obdormiscat: luce vero mediisque actionibus ex gynæcio vxorem ad rem eiusce modi euocet, vel mane galli gallinacei more eam complectatur. Quando vesperum mi Olympi 10 à laboribus habemus requiem, diluculum eorum auspicium: atq; hoc ad Mineruam Opificem & Mercurium Circumforaneum surgit, illum respicit Liber pater cum Terpsichore & Thalia: quem propterea cantilenæ, tripudia, Hymeneus, comessationes, conuiuia, & canorus tenet tibiarum sonus: superius malleorum crepitus, ferrarum stridores, clamorum publicanorum excitationes matutinæ, edicta in ius vocantium, vel regum aliquorum magistratuumue obsequia: qui est articulus omni voluptate cassus,

Dormit Venus cœtusq. iuuenum.

Nec iam vllus est Thyrsus Bacchantium.

Quippe premunt curæ. Quid quod etiam Homerus heroum cum coniuge interdiu vel cũ pellice nullum concubare facit præter Paridem, quem ex prælio fugientem abdere se fingit in mulieris sinum, quasi rabidi adulteri diurna sit libido. Nec vero corp. à cœna, vt Epicuri opinio est, 20 ex complexu coniugis magis vulneretur: nisi sane onustus & grauis vino vel cibo te eo contuleris. Tunc profecto anceps ea res est & perniciosa. Quod si cõmoda valetudine mediocriter diffusus ipso temisso corpore, animoque præsenti interim consuetudinem cum vxore habeas: nõ grandem procellam suburræ causa concitauerit nocte insecuta refrigeratio vel sede dimotæ atomi, vt ait Epicurus: si tranquillum quodammodo reddideris te noui affluxus, qui vacuationibus succedit, expletione. Quin illud potius prouidendum, ne interdiu te Veneri dedas: vt ne intẽsum & commodum corpus animi curæ, negociorum distractiones & fatigationes excipientes protinus exasperent: cum non satis ad recreandum se interualli in medio acceperit natura. Neque enim omnes mi Olympi Epicuri ocium & vitæ tranquillitatem ex doctrina & philosophia plenam in perpetuum habent comparatam. Quandoquidem multæ cuiquẽ contentiones die 30 interueniunt, exercitia vero pene cunctis: quibus neque honestum neque conducibile est ita constitutum corpus rabioso coitui obiicere interdiu. Illi autem valeant fruanturque beatitate ea & immortalitate: vt de iis, quæ non pertinent ad se non laborent. Nobis vero legi publicæ recte atque ordine obsecundantibus religio sit, in æstum incurrere & sacris operari, si breui ante tale quid obierimus. Quare refert, vt nocte somnoque interiecto, atque abunde spacii & internalli interueniente puros denuo velut à primordio & noua in die intelligentes, vt vult Democritus, surgamus.

Cur mustum minime temulentos reddat. VII.

40 Vinum nouum Athenis vndecimo die mensis, quem vocant Pithœgiam, libant: atq; olim nimirum votis cõceptis prius, vt innoxius salutarisque ipsis foret huius potionis vsus, precabantur libantes, quam eam biberent. Apud nos mensis hic Prostaterius vocatur. Huius mensis die sexto solenne est, vt fausto genio sacrum faciamus, ac tunc vinum degustemus Fauonio iam silente. Siquidem hic ventus vinum vappam efficit mouetque. Eum, si quod effugit, huius iam duraturam censent bonitatem. His igitur sacris patet ex instituto suo operatus, à cœna cum vinum commendaretur, philosophantibus nobiscum adolescentibus rationem inuestigandam posuit, cur quam minime grauaret mustum ebrietate. Quod cum multis nouum atque à fide fuit visum absonum, Hagias vinum dulce ostendit vsque quaque offendere ac stomachum mouere. Hinc musti haud temere quenquam tantum sorbere, vt temulentum teddat. Appetitionem enim sedata siti illius odio flaccescere. Nam à dulci discrepare suaue etiam Ho- 50 merum nouisse, qui ait:

Et caseo, melle & dulci, vinoq. suaui.

Siquidem esse initio vinũ dulce, inde postquam coctum ætate in austeritatẽ transiit, reddi suaue. Aristenetus Nicensis meminisse narrauit legere se alicubi vino dulce affusũ discutere ebrietatem. Iam nonnullos medicos præscribere asseruit iis, qui largius bibissent, vt eubitum concessuri panem in melle mersum manderent. Itaq; si quid meri vim dulcia obtundunt, iure vinum inquam non ciet crapulam ante dulcedinis inclinationem. Hic mite adolescentium istorum ingenuis assentiebamur: quod rationibus, quæ paratæ & in medio sunt positæ, prætetitis noua de suo depromsissent argumenta. Quippe prompta & ad manum sunt illa, musti pondus, in-

quam: quod, vt vult Aristoteles, per aluum pertumpit. Iam flatulenti spiritus & materiæ aquosæ copiam mustum retinere: quorum ille vi extemplo euolat, hæc materia aquosa perstringit vini vires. Dies autem eo, quod aqueum est, expurgato robur vino conciliat, redditurque modo id augustius quidem, sed facultate valentius.

Cur ii, qui impense vinolenti sunt, minus è potestate exeunt, quam leuiter ebrii, qui apud Græcos ἀκροθώρακες dicuntur. VIII.

QVando igitur, inquit pater, solicitauimus Aristotelem, etiam aliquid de leuiter ebriis, qui ἀκροθώρακες dicuntur, noue afferamus. Neq; enim satis mihi exacte videtur, quantumuis eiuscemodi in quæstionibus sit argutissimus, causam explicasse. Ait enim, ni fallor, sicci mentem recte & vere iudicare, crapula pleni elanguescentem opprimi sensum: illius vero: qui leuiter vino indulsit, constare imaginationem quidem, sed de gradu esse iam deiectam ratiocinationem: hinc assentientem visis & iudicare & male iudicare. Sed quænā vestra est, inquit, de his sententia: Mihi vero, inquam, mecum reputanti satis hæc oratio causam expediuit. Cæterum si quid expromere mihi iubes de meo: vide primum, sit ne commemorata distinctio in corpus traiicienda. Nam minus potulentorum vna commota mens est, corpus impulsibus inseruire nondum mersum valet. Quod si quando conuulsum & oppressum sit, deserit impulsus labascitq;. Siquidem non progreditur vsq; ad agendum. At illi quia habent, quod vna titubet: non eo quod plus desipiant, sed quod plus polleant deprehenduntur. Iam alio ex capite, inquam, si vini potentiam expendamus: quid causæ est, quin varia sit & cum modo vertat, quomodo ignis testam, si moderatus sit, edurat & cogit: sin immodicus afflet, fundit & fluidam efficit. E diuerso veris ingressus febres excitat atq; incendit: quæ progressu eius mitescunt & exolescunt. Quid ergo obstat, quin mens quoque naturaliter à vino solicitata, quādo dimota loco est & exagitata, remittatur iterum eo affluente atq; in potestatem suam redeat. Siquidem veratrum purgandi auspicium capit à turbando corpore. Quod si datum intra modum fuerit: turbat quidem, sed nihil repurgat: & ex somnificis si qui minus iusto sumpserint, grauius solicitantur: alii, qui plus, dormiunt. Æque verisimile est fluctum hunc in minus poto, vbi ad somnum peruenit, elanguescere, eoq; conferre vinum. Quod si liberalius sit infusum, corpus inflammat, animique insaniam discutit: sicut nænia & tibia funebris mouet animum initio, cietq; lachrymas. Simul atque eum ad commiserationem deduxit, tunc ægritudinem pedetentim detrahit & reprimit, item vinum videas, postquam oppido exagitauit extimulauitque vigorem & ardorem animi, denuo residere homines & componere mentem: vt cum largo vino incaluerit, conquiescat.

De eo dicto, aut quinque bibe, aut tria, aut ne quatuor. IX.

QVæ cum dixissem, sublato Aristion more suo clamore: Patefactus est, inquit, iustissimo & summe populari modo, qui à tempore aliquo sobrio sicut tyranno multos iam annos exterminatus fuit, in conuiuia reditus. Nam vt illi, qui proportionē canonicam in lyra obseruant, gigni ferunt ab sescupla symphoniam diapente, ab duplari illam diapason: illam autem diatessaron, qui supra cæteros est fuscus, in sesquitertia consistere. Ita Liberi patris harmonici concinētias cum aqua vini tres animaduerterunt, diapente, diatrion, & diatessaron: dicuntq; & canunt hunc in modum: Quinque bibe, aut tria, aut ne quatuor. Siquidem quinque versantur in proportione sesquialtera, tribus partibus aquæ cum duabus vini confusis: tria in duplari, cum vna vini temperatis aquæ duabus: quatuor, tribus aquæ vna dilutæ vini: quæ proportio est sesquitertia archontum in Prytaneo mente præditorum vel dialecticorum supercilia adducentium: quando disputationum commutationes conuellunt abstemia & languida sententia. Reliquarum illarum altera duarum cum vna turbatorum hunc & leuiter temulentum crapulæ induceit tonum

Chordas mouentem immotas in præcordiis.

Neque enim sobrium esse vel abdere se amentem sinit vndequaq; in vinum: altera duarum cū tribus, qua est magis musica nulla, omnino est soporifera, curarū expultrix, & iuxta Hesiodiam illam auerruncanam, pueris quietem concilians, insolentium & inordinatatum perturbationum quæ in nobis sunt, efficit in præcordiis tranquillitatem & serenitatem. Hic cū Aristone, qui ludere videbatur, nemo luctatus est. Ego vero iussi, vt accepto poculo intenderet lyræ modo illam quam celebrabat, mixturam & harmoniā, accedensq; puer infundebat merum. Ille detre-
ctabat

stabat allegans cum risu, ad rationem musicam non organa pertinere. Pater tamen tantum adiecit dictis, videri à veteribus Ioui nutrices tributas fuisse duas, Iten & Adrastiam: vnam Iunoni Eubœam, & vero Apollini quoque duas Alethiam & Corythaliam, Libero patri plures: quod deus hic modis Nympharum pluribus quasi à nutricibus alitus & formatus mansuetior sit reddendus & sanior.

Cur sub luna citius carnes, quam sub sole putrescant. X.

EVTHYDEMVS Suniensis, qui inuitauerat nos, prægrandem aprum apposuit, admirantibus, qui aderat, molem, alium narrauit longe ampliorem inter portandum fuisse à luna tabefactum, ac maio rem in modum se de causa hæsitare. Neq; enim esse consentaneum minus solē, qui feruidior sit luna, carnes tabefacere. Ibi Satyrus: Haud est, inquit, hoc præcipue mirādum: sed magis illud, quod venatores faciunt. Hi, si quando vel aprum vel ceruum occiderunt, ac longe in vrbem mittunt, ad tabem depellendam ei clauum æreum defigunt. Itaque postquā cœnatū est, ac denuo refricuit Euthydemus quæstionem: medicus docuit Moschion, putredinem eliquationem esse & fusionem carnis, quæ in humidam tabem vertit: & omnino humescere ea, quæ putrescunt: calorem autem quemcunq; si lenis sit & clemens, humentia commouere & fundere: eundem si igneus sit, viceuersa attenuare carnes. Ex his liquidum esse, quod in discussionem venit. Quippe lunam moderato tepore lauare corpora, solem ardore suo succum corporum potius ad se rapere. Quo allusisse naturali ratione Archilochum:

Expecto, permultos quidem horum Sirius
Siccos faciet citus effulgens.

Clarius etiam Homerum dixisse de Hectore, cui opacam nubem iacenti Apollo circumfudit:

Ne vim per neruos moribundaq; membra coruscus
Exigeret Titan.

flaccidiores lunam radios spargere:

Illis enim vua non maturatur nigra:

vt est apud Ionem. Quibus relatis ego: Cætera, inquam, comprobo: in modo tamen & magnitudinis ratione pro caloris tempore cardo vertitur. Quid enim, an non solem videmus minus bruma calefacientem, æstate tamen maiorem putredine sententia corpora? cum contrarium oporteret, si teporis infirmitate putredo existeret. Nunc quo tempore magis ambutit, hoc citius carnibus putredinem inducit. Quare nec caloris inopia & imbecillitate tabefacit luna exanguia corpora: cæterum est id assignandum citius defluxus, quē eiaculatur, proprietati. Neq; enim vna omnis feruor est proprietate, quæ in magnitudine & imbecillitate consistat, prædītus. Imo permultæ sunt ignis nulla inter se affinitate coniunctæ vires: quod liquet ex rebus commu-nissimis. Quippe flamma aurifices paleacea aurum elaborant. Medici virginea potissimū, quæ coquunt medicamina tepefaciunt: ad fundendum & figurandū vitrum ignis myrrhicinus congruere videtur: oleaginus corporibus in sudatorib. proficit, inimicus est balneis, loricationemque & fundamenta labefacit succensus. Quapropter periti ædiles non permittunt balnearum redemptoribus lignis oleaginis vti, sicut nec lolium conicere in ignē, quo eas calfaciunt: quod horum nidores grauedinem capitis & vertigines lauantibus inuehant. Non est igitur mirum, si luna à sole alienetur: cum hic eorrentes, illa corporis soluentes humorum fluxiones immittat. Hinc est, quod magnopere caueut nutrices, ne lunæ infantes exponant. Quia enim redundant humoribus, sicut ligna viridia conuelluntur & distorquentur: ac sopitos in lunæ radiis ægre expergefieri velut stupidos sensibus & torpidos cernimus. Siquidem humores à luna diffusi degrauant corpora. Dicitur etiam ad puerperia referre dimidiata: quod resoluendis humoribus enixus præstat faciliores. Quare est meo iudicio Diana λοχία, id est, partus præses & Lucina vocata: quæ alia non est ac Luna nuncupata. Timotheus plane dicit:

Per cæruleiq; poliastra
Per Lucinamq; Dianam.

Elucet enim corporibus inanimis lunæ vis. Siquidem materiam plenilunio succisam fabri repudiant vt mollē atq; eam, quę cito ob madorem catiem trahat. Triticum rustici maturant senescente luna ex area tollere vt aceruus siccitate sua magis humiditati repugnet. Quod vero lunari plenitudine cōuchitur, quia ex madore mollescit magis, præcipue crepat. Et farinā quoq; fama est plena luna melius fermentescere. Quandoquidem fermentatio etiam minus plena, licet intra modum sit, pāriter tamen totam massam dissoluendo laxandoq; corrumpit. At computrescentibus carnibus nihil aliud accidit, nisi quod spiritu, qui eas tuetur, in vomicam transeunte, rarescant & fluitent. Idem vsuuenite aëri videmus. Is pleniluniis liquescens maxime rorat, vt Alcmam melicus quodam loco innuens rorem Aëris & Lunæ filium esse:

Ros Iouis & Lunæ soboles qui maxime alens est.

Ita omnium consensu lunæ lumen aquosum est, vimque habet putrefacientem & eliquantem. Clauus æreus, si in carnē depactus, vt autumant, à putredine vindicat carnes vi sua astrictoria id agere videtur. Quando ad medicamenta eiusce modi æruginem medici adhibent, atq; eorum, qui in æris metallis agunt, succurri proditum est memoriæ oculis: ac succrescere cilia iis, quibus defluxerunt. Nam ex chalcitide qui defluit puluis illapsus occulte palpebris inhibet fluores & lachrymas reprimit. Hinc aiunt ab Homero ἐνήνορα & νώροπα æs vocari, à visus instauratione. Vulnera etiam ostendit Aristoteles quam ferro cuspidibus æreis vel ensibus inflicta, minus esse dolorifica & faciliora curatu: quod medicamentosi quid æs contineat, idq; plagis illico imprimat. Neq; est illud obscurum, putrefacientibus adstringentia, corrumpentibus procurantia facultatem contrariam obtinere: nisi ictu dicas à clauo humorem allici, qui semper ad locum affectum confluit: ideoq; ibidem vibicem aliquam & maculam conspici ferunt, ac probabile esse reliquam carnem tabe illuc concurrente integram permanere.

PLVTARCHI

Quæstionum conuiualium, liber quartus.

COMMONVIT Scipionem Africanū Sossi Senecio Polybius, ne ante foro digrederetur, quam amicū aliquem, qui* contulisset se ad negocia ciuilia, parasset. Amicus autem accipiendus non Stoice & sophistice ille, qui immotus & stabilis sit, sed vulgari modo beneuolus: sicut Dicæarchus censuit beneuolentiam conciliare sibi quenque omnium, sed amicitiam bonorum virorum debere. Quippe amicitia longo tractu & virtute quæritur. Beneuolentia vero, vsu, colloquio & ludo hominum politicorum allicitur: quando opportunitatem est nacta comitem ad animum humanum & fauorem eliciendum. At hoc præceptum vide anne sit non modo ad forum, verum etiam ad conuiuium aptum? vt non prius inde discedendum sit, quam aliquē ex reliquis accumbentibus & præsentibus studiosum tui & amicum parauens. Forum enim petunt homines negociorū gratia & ratio num aliarum. Ad conuiuium pergunt, qui sapiunt, non minus comparandorum amicorum, quam eorum, quos compararunt, oblectandorum causa. Quocirca alia vt exportes ex conuiuio moliri tum illiberale tum improbum est. At pluribus adiunctis amicis recipere se & iucundum & honestum: ac viceuersa qui hoc negligit, is ingratam sibi & inanem concœnationem reddit, facessitq; sicut qui ventris conuiua non animi fuit. Conuiua enim non cibi, vini, & tragematum solum, sed & sermonum & doctrinæ comitatisq; consors venit in beneuolentiam terminantis. Namq; luctatorum aggressiones & tractus puluerem desiderāt. Amicitiæ noxibus temperatum sermone vinum præbet prehensionem. Sermo enim humanitatem ei & morum informationem in animū ex corpore deriuat & infundit. Alioqui vagans in corpore nihil saturitate melius suppeditat. Itaq; sicut marmor, dum candentis ferri refrigerando lentorem & fluorem detrahit firmum id efficit, quod liquatur & figuratur igne: haud aliter sermo conuiualis non sinit vndequaq; à st atu mentis dimoueri per metum bibentes: sed reprimit tacitq; remissione hilaritatem & humanitatem contemperatam & gratam, si tractes scite homines quasi amicitiæ sigillo ex vino ad informandum promptos & flexiles.

* *fortasse, qui reip. tractanda peritus esset*

An multiplex variusq; cibus simplici sit confectu facilior. Quæst. I.

EX quartæ decadis quæstionibus prima erit, quæ de multiplici cibo in disquisitionem venit. Nam mense Elaphibolione cum ad Dianæ festum, quod agitabatur, Hyampolim venissemus, inuitauit nos Philon medicus magnifico, vt videbatur apparatu. Hic vna cum Philino puerum paruulum pane conspicatus citra opsonium aliud vescentem: Pape, inquit, hoc illud est, quod dici solet:

Pugna erat in saxis neq; saxa leuare valebant:

exilitq; allaturus eis aliquid opipari. Aliquanto pōst rediit caricas aliquot eis & caseum ferens. Hic ego cum dixissem hoc vsu uenire, eis qui rara & exquisita parant, vt negligant & careant necessariis & vtilibus: Mihi quidem inquit haud venit in mentem Philo, referre nobis Philinum victus rationem Sosastri: quem fama est neq; poculēto alio neq; esculento vsum per totā vitam se tolerasse. Cæterum illum quidem ex sententia mutata eam vitam verisimile est instituisse. At nostrum hunc, quem diuerso modo quam Achilles fuit Chiron hic nutriens inde ab ipsis incunabulis educauit cibis inuentis & excarnibus, non subtili argumento aëre & rore cicadarum more dicunt pasci. Nos igitur, inquit Philinus, imprudentes centenis cæsis victimis epulatisumus* ceu rebus magnificis gestis. Etenim apud nos sunt, qui frugalib. & salubribus eduliis citra pulmen-

* *Alii, vt etate Aristoxenum.*

pulmentum muniant se velut amuletis aduersus operosas & turgidas mensas: idq; quamuis nō frequenter audierint vario simplicē cibū rectius peragi & esse parabiliorem. Ibi Philoni Marcion: Euertit apparatum tuum, inquit, Philinus: qui ab ea conuiuas reuocat & deterret. Cæterum si à me petieris, recipiam nomine tuo apud hos in me multiplicem cibum esse simpliciori faciliorem, ne frui dubitent appositis. Id vt faceret, rogauit Philo Marcionem. Vt iam cœnati Philinum prouocauimus, vt accusationē institueret varii cibi: Non sum ego, inquit, huius cōmēti author: verū hic nobis Philo occinit perpetuo bestias, quæ vno genere & simplici vtuntur pastus salubriores hominibus esse. Quas vero sagināt inclusas, has morbis esse opportunas, atq; quod confusam & inconditā escā capessant, cruditatibus implicari facile. Deinde nemo fuit in
10 nouando medicorum adeo proiectæ audaciæ & confidentiæ, vt cibū febricitantibus offerre sustinuerit multiplicem: verū simplicem sine omni conditura porrigunt vt concoctioni maxime obtemperantē. Quippe debent edulia pati, atq; ab iis, quæ in nobis sunt, facultatibus superata conuerti. Præualet etiam simplicium colorum tinctura, & pigmentariorum medicamentis oleum, quod nihil prorsus spirat, ocyssime versatur: item alimentū simplex & vniforme facilime à concoctione alteratur: cum multæ & diuersæ proprietates inter se pugnantes & ægre superabiles, dum inter se incurrunt, prius corrumpuntur, quomodo in ciuitate hominū miscellaneorum & collectitiorum colluuies non facile in vnum consentit: sed ad suos ritus quæq; natio nititur, atq; ægre sententiæ se alienæ accommodat. Argumentum clarum sumas ex vino. Varietas enim vinorum temulentos facit celerrime: Deinde cruditati ex vino est ebrietas similis. Quare
20 defugiunt potores vinum mixtum: & qui miscent, id clam esse vt insidiatores elaborant. Namque dimouet de statu animum, solicitatq; variatio. Hinc scilicet fit etiam, vt musici cum magna religione multarum chordarum organa tractent, nec quid aliud, quā mixturam & varietatem habent suspectum. Ego vero affirmauero pugnantes rationes citius fidem inuenturas & assensum, quam concoctionem discrepantes proprietates. Et ne videar ludere: missis his ad rationes recipiam me Philonis. Audimus enim subinde dicentem cibi proprietatem morosæ concoctionis causam esse. Multiplicem autem rerum commixtionem noxiam esse, & peruersarum fœcūdam qualitatum: ac debere nos, quæ congrua nobis sunt, vsu doctos desumere, in iisq; vsurpandis acquiescere. Quod si nihil sua spōte tristius conficitur: sed copia est, quæ interpellat & labefactat concoctionem: longe magis censeo multiplicia & varia refugienda: quibus Philini nos
30 coquus modo quasi sui ipsius æmulus fascinauit nouitate & diuersitate appetentiā versans non satiscentem, sed raptam ex aliis ad alia, quæ sectando varietatem id, quod naturæ est conueniēs & sufficiens, egreditur: sicut Hypsipyles alumnus:

Qui consedens in prato & decerpens tulit
Florum remisso animo spolia modo hæc, modo
Illa, insipientia actusq; inexplebili
Pratum fere totum nudauit floribus.

Hic simul est inferendum Socratis dictum: qui cauendum præcipit ab esculentis, quæ non esurientes ad vescendum pelliciunt: quasi nihil aliud moneat quam multiplicem vitādam & eximescendam varietatem epularū. Hæc namq; longius, quā vsus flagitat, euehit voluptatem, quæ
40 retinetur spectaculis, acroamatibus, Venere, ludis omnibus & sermonib. ex elegantia, cui multa sunt capita. At in iis, quæ simplicia & vniusmodi sunt, non egrediuntur naturam illecebræ. Omnino mea quidem sententia citius musicum feras, qui multarum fidiū sonū celebret, vel qui pigmentorum vsum aliptam, quam medicū, qui variā popinam. Diuerticula enim & deflexus à sanitatis tramite appetentiæ vim adferunt. Ita fato Philino, videri ait sibi Marciō Socratis deuotione teneri non solum hos, qui vtile seiungunt ab honesto: verumetiam illos, qui à sanitate voluptatem vt eius aduersariam & hostem, non potius sociam remouent. Raro enim, inquit, & inuiti vt violentissimum instrumentū adsciscimus dolorem: cum nemo quisquam volens quidem oblectamenta reiiciat. Imo hæc in cibis, in somno, balneis, vnctionibus & decubitu perpetuo sunt præsto, excipiuntq; & fouent affectū, multaq; proprietate familiari & naturali id, quod
50 alienum est, extergunt. Nam qui cruciatus, quæ penuria, quod deniq; medicamentum adeo expedite & minus operose morbum discutit, vt adhibitum in tempore balneum vinumque opus habentibus administratum, captusq; cum voluptate cibus aspera omnia extemplo dimouet, ac naturam in integrū quasi sereno & tranquillitate exorta restituit? Enimuero auxilia à molestiis perita ægre & sensim cum periculo id expediunt, ac magno molimine vim naturæ inferunt. Ne igitur sit nobis Philinus molestus, si minus velis vtraq; manu in altum datis voluptatem fugiamus: cæterum iucundum tentemus cum salubri consociare elegantius quam nonnulli philosophi cum honesto iucundum. Ac statim in limine argumentorū tuorū videris mihi Philine falsus esse, q bestias pastus capescere quā homines simpliciores, atq; idcirco valetudine integriore esse tibi sumpsisti: quorum est verum neutrum, sed refutant te testimonio suo Euripidis capræ,

ris parcere omnib. arboribus, nec per vim & inuita natura denudare illas foliis, quo nos illarum deformitate excolamus. Florum vero decerptiones vindemiarum instar sunt, nec quicquam eis læsionis adferunt. Imo nisi in articulo defregeris, defluunt marcida. Itaq; quomodo barbari pecorum tergoribus se panni loco vestiunt: perinde meo iudicio illi, qui contexere ex frondib. serta malunt quam ex floribus, non vt decet arboribus vtuntur. Hoc modo ego coronarum institricibus succurro. Neq; enim grammaticus sum, memorare vt queam poemata, in quibus veteres hietonicas legimus coronis ex floribus fuisse reuinctos: nisi quod corona ex rosis sacra Musis fuerit ; meminisse mihi videor Sappho dicentem ad inertem quandam & indoctam fœminam:

Iacebis extincta, & non vlla memoria
Erit tui, neq; enim ex Pieria rosas 10
Habes.

Cæterum audiamus, ecquod ex arte medica Tryphon sit elogium allaturus. Hinc excipiens sermonem Tryphon nihil ostendit priscos homines, quod in medicina plurimus vsus eis plantarum esset, præteriisse. Cuius rei extant etiamnum vestigia, Tyrii Agenoridæ, Magnetes Chironi, qui primi fuisse medici perhibentur, primos fructus ferunt. Radices enim sunt & herbæ, quibus opitulabantur affectis. Enimuero Liber pater non tantum quod vini inuentor fuisset præsentissimi & iucundissimi medicamenti, egregius est medicus habitus : sed & quod hederam virtute sua inprimis repugnantem vino, in honorem adduxisset, bacchantesque coronam sumere ex ea docuisset, vt minus à vino solicitarentur : quod crapulam frigore suo restinguat hedera. Quam porro anxie in his elaborauerint veteres, demonstrant etiam vocabula 20 quædam. Siquidem nucem Caryæ nomine dixerunt, quod auram grauem, quæ caput tentet, exhalet, ideoque recubantes sub ea infestet: & narcissum, quod neruos obtundat, grauedinesque gignat torpidas, quas dicunt ναρκώδεις. Quamobrem eum Sophocles vetustum magnorum deorum, id est, inferorum coronamentum nuncupauit. Ferunt etiam πήγανον, id est, rutam, ex virtute sua nominatam. Astringit enim, quod πήγνυσθαι Græci dicunt, siccitate sua ex nimio calore genituram, ac plane est prægnantibus inimica. Qui vero amethystum tam herbam quam cognominem ei gemmam nomen ex eo putant inuenisse, quod vinolentiæ obsistat, falluntur. Quippe inditum vtrique à calore nomen est: herbæ certe folium quidem indilutum est, sed vinum leue & aquosum temperatura sua repræsentat. Plura eius generis adducere possem, quibus dotes suæ appellationes reddidere. Cæterum satis illa antiquorum sedulitatem arguunt & 30 magnum rerum vsum : ex quo coronis inter potandum vtebantur. Vinum enim, si quando caput tentauit, eneruauitque vsque ad sensuum fontes corpora, hominem summopere obturbat: aduersus quod mire florum aura auxiliatur, capitiq; velut arcem aduersus crapulam munit. Siquidem flores calidi leniter laxant spiramenta, spiraculumque vino præstant. Leniter frigida modice stringendo repellunt inhibentque euaporationes: ceu viola & corona ex rosis. Nam vtraq; suffitu suo grauedines astringit sistitq;. Flos ligustri, crocus, & baccaris placido somno consopiant in potione sumpti. Afflant enim molliter & blande, existentesq; in corpore temulentorum turbationes & asperitates leniter diffundunt: vt oriente serenitate obtundatur & exhaletur crapula. Sunt flores, quorum nidore sursum ad cerebrum diffuso & spiramenta, quæ in sedibus sensuum sunt, defecantur : & humores leniter citra offensam & tædium discussi 40 calore attenuantur: ac cerebrum, quod sua sponte est gelidum, tepefit. Hinc potissimum coronas ex florib. quas collo suspendebant, suffitus vocabant, vnguentisq; eorum illinebant pectus. Quod Alcæus testatur præcipiens, vt in multis exercitum ærumnis caput & pectus canum suũ hoc vnguentum defundatur: Ita etiam hinc sublati odoratu odores per calorem suum cerebrũ feriunt. Neq; enim, quod castra locasse in corde animum, quem Græci θυμὸν dicunt, arbitrarentur, collaria coronaria hypotymidas dixere. Alioqui rectius ex eo potuissent hæc epithymidas appellare: verum vti ego censeo, ob eiaculatam fragrantiam & respirationem ita nuncupauerunt. Nec est, quod miremur, coronarum afflatum tanta vi præditum esse. Quando taxi vmbrã tradunt homini, si in ea somnum ceperit præsertim quando flos eius turget, lethalem esse: & aura efflatur ex papauere: à qua nisi cauerint, qui succum eius colligunt, protinus concidunt. Herbam, quam alyssum nominant, qui vel manu tantum contrectauerunt, imo alii eam modo intuiti ab singultu liberantur. Eadem fertur ouiũ & caprarum gregibus vtilis esse, si feratur apud earũ stabula. Rosa vero nomen vbiq; inde mutuata est, quod excitatissimi odoris sit. Quamobrẽ etiam citissime marcescit. Obtinet refrigerandi potentiam, aspectu tamen ignis modo rutilat non ab re. Siquidem tenuis efflorescit in cute eius feruor, quem eiusdem elidit frigiditas.

De he-

De hedera, calidæ naturæ, an algidæ sit. II.

CVM Tryphonium nos collaudassemus, arridens Ammonius: Indignum sit, inquit, adeo pi-ctam & floridam orationem sicut coronam repugnando euertere, nisi quod hedera haud scio qua ratione attexta fuerit: cuius dicitur frigiditate efflare vinum. Est enim feruida & calidior, eiusq; fructus vino adiectus, quia inflammat vinum, inebriat, caputq; sollicitat. Palmitem eius perhibent à uulsum sicut ab igni ligna contorqueri. Nix, quę subinde complures dies inhęret reliquis stirpibus, ocyssime profugit hederam: imo ilico elanguescit prorsus, atq; circa hanc ocyssime ex eius calore interit. Quod vero maximum est & à Theophrasto relatum: cum Harpalo præcepisset Alexander, vt arbores Græcas Babylone depangeret, & præcipue, quod torrida ea regio & solis ardoribus sit ambusta: ramosas, frondosas & vmbrosas inter frutices instituerat: solam reiecit illa plaga hederam, licet multum elaboraret in eo omniaq; moueret Harpalus: verum elanguit exaruitq; , quod æstuans sit ipsa, ideoq; cum torrente misceri sociariq; solo nequeat, sed refugiat consortium. Enormitates enim virtutes enecant. Hinc appetunt potius repugnantia: ac frigidum caloris est sitiens, & frigoris calidum. Quamobrem tractus montosi, ventosi & niuosi plantas tædiferas & picem fundentes, larices præsertim & pinos gignunt. Ad hæc alsiosæ mi Tryphn & frigidæ, quia calor penuria sua & imbecillitate contrahit se & destituit plantam, folia dimittunt. Oleæ vero, lauro. & cupresso sicut hederæ pinguitudo & calor virorem perpetuo conseruant. Itaq; optimus Liber non pro amuleto aduersus crapulam, neq; vt vini inimicam inuexit hederam: vt qui merum μέθυ à vinolentia, ac seipsum Methymnæum clare appellauit. Cæterum mihi videtur. sicut vinosi, quando penuria laborant vitiginei, poculo vtūtur hordeaceo, ac vina ex pomis, nonnulli ex palmis cōficiunt: ita qui brumali tempore desiderat vitigineam coronam, postquam vitem conspicit nudam & foliis viduatam, hederæ amplexus esse affinitatem. Quippe palmitum capreoli multiplici vagantes lapsu, frondiumq; mollitudo & liber amplexus, præcipue ipsi corymbi acinis vuæ acerbæ freqnentibus & maturitate nigricantibus assimiles repræsentant vuæ mores. Sed etiam si succurrat aduersus ebrietatem hedera, calore hoc facere suo eam spiramentis reserandis vel conficiendo potius mero dicemus, vt tui gratia Tryphon maneat Liber pater medicus. Ad hæc obmutuit Tryphon, quomodo refelleret, animo versans. Ibi Eraton singulos nos adolescentes appellans postulauit, vt pro coronis certanti opitularemur Tryphoni, aut coronas deponeremus. Ammonius vero potestatem se ait facere, nec dictis nostris reclamaturum. Igitur cum etiam Tryphon ad dicendum nos adhortaretur: Demonstrare frigidam esse hederam, inquam, non erat partium mearum, sed Tryphonis. Hic enim ea vt refrigerante & astringente multum vtitur. At ex supradictis cieri ab admista vino hedera temulentiam, id verum non est. Quam enim inuehit bibentib. noxam, eam haud crapulam dixeris sed turbationem deliriumq;, quale infundit* Apollinaris herba, multaque eius generis alia, quę de mentis statu emouent. Iam palmitum eius contorsio non habet rationem. Illæ enim contra naturam efficientiæ ex facultatibus naturalibus non proueniunt. Imo ligna etiam inflectuntur eliciente vi ex eis igne humorem: vnde curuitates & flexus proueniunt: cum calor genitiuus fermentare & alere soleat. Tu vero dispice, an ne infirmitas citius & frigiditas corporis eius, cur tortuosa & humilis nascatur, quod multa obstacula & offendicula inueniat, in causa sint, viatoris modo, qui ex languore crebro sessum it, inde progreditur denuo. Quare adminicula quærit & pedamenta: quia fulcire & ducere se ipsa non valet ob caloris, cuius vis in sublime tollit, angustias. Nix porro ob foliorum madorem dilabitur & colliquescit. Quippe liquor extinguit & incidit niuis fungositatem. Nam nix minutarum est & frequentium aceruus bullarum. Quapropter haud secus in gelidis & humentibus locis, quam in apricis nix fluit. Denique sempiterna eius viriditas, & quod, vt ait Empedocles, perpetuo frondescat, non est asscribendum calori. Neque enim foliorum fluuium frigori expensum ferendum. Quandoquidem myrtus & adiantum, quæ non numerantur inter calida, sed inter frigida, semper sunt viridantia. Itaq; sunt, qui æquabili temperaturæ foliorum perpetuitatem attribuant. Empedocles insuper id delegat spiramentorum competentiæ ordine & æqualiter alimentum transmittentium, vt affatim affluat. Contra illa, quibus folia fluunt, habent hoc propter spiramentorum laxitatem superiorum & inferiorum angustias: quando neque hæc subministrant, neq; illa retinent: sed pauxillum accipiunt, quod confertim effundunt, sicut in hortorum inæqualibus incilibus. Nam quæ irrigantur assidue, nutrimentiq; satis habent & competentis, ea durans, nec sentiunt vnquam senectutem, sed virorem sempiternum tuentur. At consita Babylone hedera elanguit & emarcuit. Recte illa & ordine: quod quæ cliens foret & conuictrix dei Bœotii, noluerit ad barbaros demigrare: neque sit Alexandrum secuta

* Alii, faba.

que minus quam viri rigent,atq; omnino paucioribus vestib. indigent. Atqui ex his ipsis,infit Florus,argumentis euertitur hoc dogma. Primum resistunt magis frigori: quod identidem simile à simili minus afficiatur. Deinde semẽ muliebre ante virile nõ est genitale caloris gratia,sed frigoris ratione materiam solum & vegetationem suppeditat virili. Insuper longe ante viros pariendi & gignendi finem capiunt. Cremantur ob adipem facilius: qui inter partes corporis frigidiores censetur. Quippe minime sunt adolescentes,& qui se exercent,pingues. Menstrua purgatio non ex affluente,sed ex infecto est & prauo sanguine. Quod n. eius crudum & fœculentũ est,quia non consistit neq; concrescit in corpore, ex imbecillitate elabitur, graue & turbidum caloris impotentia redditum. Certe quia rigor & horror menstruo cursui est coniunctus plerunq; demonstratur quod agitatum est & effluit ex corpore frigidum & crudum esse. Glabritiei vero vitium quis calori & nõ rectius frigiditati adscripserit: cum videat, vt quæq; pars est corporis calidissima, ita esse hirsutissimam. Siquidem omnia ista per calorem, qui corporis corium pertundit & aperit, expelluntur. Læuor densanti cutem frigori succedit. Nam cutem eis esse quam viris spissiorem, discis ex iis, qui cum fœminis cubant pigmento vel oleo delibutis. Complentur n. in ipso concubitu, quamuis non attigerint fœminas, neq; iis se applicuerint, vnguento: corporis id feruore & raritate alliciente. Enimuero quæstio inquam, quæ fœminas spectat, contrariis argumentis est fortiter astructa.

An vinum virtute sit frigidum. V.

IAM vinum aueo, sitne virtute frigidum, discere. Hic me Florus rogauit: vnde frigidum esse in suspicionem essem adductus. An putas, inquam, meam eam opinionem esse? Cuius ergo, inquit, alterius? Memini sane, inquam ego, incidere me non modo, sed iam pridem in Aristotelis de hac propositione disputationem. Disseruit etiam in symposio multis verbis de ea Epicurus: quorum est, ni fallor, hæc summa. Negat vinum per se ipsum calidum esse, sed contineri atomos aliquas caloris efficientes, alias item frigiditatis: quarum illas partim, vt in corpus penetrauit, abiicere, partim asciscere ex corpore: prout temperatio earum vel natura est nobis consentanea: vt alii incalescant, aliis diuersum accidat, quando vino sunt meri. Hæc, inquit Florus, aperte per Protagoram in castra nos Pyrrhonis ducunt. Plane namq; perinde de oleo, lacte, melle, itemq; de aliis si prædicemus, effugium habebimus: ne cuiuscemodi cuiusq; rei natura sit declaremus; dum misturis aliorum & temperationibus vnumquodq; tale fieri asserimus. Tu vero vinum esse contendis argumentis frigidum. Id feci, inquam, tunc ex tempore duabus adductus rationibus. Primum veniebat in mentem mihi id, quod medici agunt. Quibus ex imbecillitate languet vẽtriculus, habetq; opus, vt roboretur: his nihil offerunt calidi, sed vino propinato subueniunt. Pari modo alui profluuia, sudorisq; eruptiones compescunt vino, quod nihilo secius, imo vero efficacius quam nix cohibeat & confirmet refrig. rando constringendoq; dilabentem corporis habitudinem. Quod si indole & potentia esset feruida, perinde sit cordi merum atq; ignem niui addere. Deinde somnum pleriq; perfrigerando conciliari affirmant: ac somnifica refrigerandi vi fere sunt omnia prædita medicamenta, ceu mandragora & papaueris succus. Cæterum incitate hæc & magna vi in somnum agunt & congelant. Vinum modice refrigerando inhibet cum voluptate & cõprimit motionem: vt magnitudine & quasi gradibus ab illis alienetur. Adhæc est calidum genitale. Vbertatem enim humiditas acquirit & spiritus robur ac vim à calore gliscentem. At qui multum meri hauriunt, ad Venerem sunt segniores, semenq; est eorum effœtum & inualidum, suntq; flaccidæ propter vitium & frigiditatem genituræ cum fœminis consuetudines. Iam quæ adfert mortalibus algor incõmoda: hæc contingunt ebriis, tremores, languores, pallores, spiritus in artub. saltus, linguæ hæsitantia, neruorum extremis in membris districtio & torpor. Plurimis eorum in neruorum resolutionem temulentiæ desinunt, si quando obstupefecit in totum & extinxit vinum calorem. Porro procurant eas, quæ ebriorũ & marcidorum corpori inflictæ sunt, noxas, extemplo quidem, vt creditur, operimentis iniectis & decubitu eos fouendo: postero die balneo & vnctione cibisque, qui non solicitant corporis tumorem, sed dissipatum à vino & fugatum ex corpore calorem leniter reuocant. Veruntamen, inquam, in iis, qui oculis subiiciuntur, similitudines inuolutas & vires inuestigamus. Nec est de crapula ambigendum, quodnam illud sit, cui comparetur. Nam potissimum, sicut diximus, senibus vinolentos compares. Hinc fit, vt præmaturius consenescant vinosi: ac complures eorum caluitia immatura caniq; occupent præcoces. Quæ homines omnia caloris penuria inuadere videntur. Iam acetum indolem quodammodo & vim refert vini. Nihil est autem inter ea, quæ restringunt, igni aceto inimicius. Cæterum supra omnia domat & reprimit frigiditatis enormitate flammam. Etenim ex aliis fructibus videmus medicos vinosis vt refrigerantibus vti, vt malis punicis & pomis hortensibus. Ipsum porro mellis ingenium nomine cum aqua pluuia & niue temperant, vt in vinum redigant, frigore dulcorem

propter

propter affinitatem in austeritatem, quoties præpollet, deflectente? Quid vero prisci, nonne ideo inter serpentes draconem, ex stirpibus hederam Libero patri dedicauerunt & consecrauerunt: vt frigida nonnulla & gelida potentia prædita. Quod si, quia resistere videtur vinum cicutæ, si copiosum merum superbibatur, id iudicio esse existimant caloris eius: nos retorto eo contradicemus confusum hoc cum cicuta venenum irremediabile esse, bibentesq; necat omni sublata spe. Ita nihilo magis apparet id repugnando calidum, quam veneni præsentiam adiuuando esse frigidum. Quod si non frigore, nulla certe natura vel dote alia potius lethum repræsentate bibentibus valet cicuta.

De concubitus tempore. VI.

10

ADOLESCENTES quidam, qui non ita dudum vetera scripta gustauerant, mordebant Epicurum: quod parum honestam nec necessariam mentionem in conuiuium intulisset de concubitus tempore. Nam vt inferat sermonem de Venere prouecta vir ætate in cœna præsentibus adolescentibus, ac disputet: sub cœnam an ante cœnam huic se dandum sit, summæ lasciuiæ esse. Aduersus hæc aliqui Xenophontem adducebant: qui conuiuas à cœna abducit *in curribus vel equis ad coniugum complexum. Zopyrus vero medicus, qui diligenter in Epicuri libris erat versatus, parum attente dicebat eos Epicuri conuiuium voluisse. Neque enim sicut ex capite aliquo & instituto hanc propositionem illum iecisse, inde disputationem eam pertractasse: sed excitatis à cœna ad ambulationem iuuenibus, vt moderatos eos redderet, disseruisse atq; à libidinibus reuocasse: quod ea res cum semper lubrica sit, tum multo maxime illis, qui in vino & voluptate ei se dederint, incommodet. Quod si etiã præcipue & singulariter de eo quæreret: vtrum præstabat nihil prorsus de concubitus tempore & articulo speculatum esse philosophum an in tempore & cum consilio id agere? Iam tempus quidem an alias non est inutile considerare, sed in conuiuio & super mensam obscœnum? Equidem diuersum sentio, rectè culpaturum quem philosophum, si die in schola multis & omnis generis hominibus assistentibus de eo sermocinetur. At inter pocula in familiarium & amicorum cœtu, vbi etiam variare expedit obtundentem in vino & frigidam orationem: qui turpe sit dixisse quid vel audiuisse, quod vtiliter ad concubitus vsum adfertur. Nam ego quidem medius fidius mauelim vel Zenonis partitiones in conuiuio aliquo & ludo quam in commentario de rep. adeo serio fuisse centuriatas. Ita obstupescentes adolescentes taciti recubuerunt. Cæterum postulantibus reliquis à Zopyro vt Epicuri hac de re dicta expromeret: ait singula commemorare non posse exacte, putare autẽ se Epicurum illos ex Venere pulsus propter corporum concussum in commotionem & fluctuationem per eum actum delabentium formidare. Breui sede sua corpora exigi à pellente membra & mouente turbationem mero. Quod si ita molem corporis nostri comparatam tranquillitas non excipiat & somnus, sed aliæ ex re Venerea agitationes: dum eliduntur & iactantur ea, quæ potissimũ compingere & conglutinare corpus solent, periculum fore ne distrahatur moles sicut ædificium ex fundamentis conuulsum. Neque enim rectè tunc genitale profluere ex ingurgitatione constrictum, sed vi & commixtum euelli. Quare moliendum ille censet: vbi corpus in quiete fuerit & resederint nutrimenti transcurrentis & fugientis digestiones & cursus, vt ea agamus: quo iterum alterius alimenti fiat corpus indigum. Ad confirmanda Epicuri dicta adducere valeas vetus dictum. Tempus enim interdiu, cum iam iudicium sit penes oculos, imbecillius est. Insultus in Venerem à cœna non vacat periculo. Obscurum est enim, an nondum peracto alimento in succedentem cruditati strepitum & concussum incidet, vt duplex futura sit noxa. Hinc subiiciens Olympicus: Mihi, inquit, Pythagorici Cliniæ respõsio mire placet. Qui dicitur interrogatus: Quando congrediendum cum fœminis esset: Quandocunque, respondit, maxime cupis lædi. Nam quod Zopyrus attulit modo, est aliquo modo probabile: atque alterum tempus alias intempestiuum esse ad eam rem & molestias alias video habere. Igitur quomodo Thales ille sapiens à matre fatigatus vrgente vt vxorem duceret, declinauit eam ac frustratus verbis est, respondens initio: Nondum est mater tempus. Inde ætate vergente cum eadem instaret: Non est amplius tempus. Ita vt comparet se quisque aduersus Venerem, optimum est, dicatque cubitum concedens, Nondum tempus: exurgens, Non vltra est tempus. Athletica hæc inquit Olympi Zoclarus etiam num cottabisin prorsus & esus earnium illos parum in loco resipiunt. Nam cum iuuenes mariti adsint, qui lecto geniali debent operam dare: tum nos nondum Venus refugit: sed & vota ac supplicia ei reddentes dicimus in deorum hymnis:

Produc senectutem elegans longe Venus.

Videamus igitur, si tibi videtur, rectene & ordine Epicurus nocti Venerem adimat: quamuis eam præcipue inter deas illius habere consortium amoribus vir deditus prædicat Menander. Iniiciunt enim pulchrum sane integumentũ tenebræ iis, qui huic rei vacare statuerunt, ne luce con-

*Locus lacunosus.

20 30 40 50

conueniant, repellentes ab oculis ruborem, animumque libidinoso addentes & recordationes acres: quibus cum immoratur, exitantur appetitiones. Visus enim nos omnium corporis permotionum, vt est author Plato, ocyssime inuadit, ac valide propinquis visionibus ad voluptatis speciẽ nouam semper & recentem cupiditatem erigit. At nox, quæ plurima & tabidiora opera tollit, mulcet naturam sopitque, non impellens visus vi in flagitium. Præterea qui quadret, vt qui venit à cœna hilaris, si ita res ferat corona redimitus, vnguentoque delibutus abscedat, ac coopertus obdormiscat: luce vero mediisque actionibus ex gynæcio vxorem ad rem eiuscemodi euocet, vel mane galli gallinacei more eam complectatur. Quando vesperum mi Olympi à laboribus habemus requiem, diluculum eorum auspicium: atq; hoc ad Mineruam Opificem & Mercurium Circumforaneum surgit, illum respicit Liber pater cum Terpsichore & Thalia, quem propterea cautilenæ, tripudia, Hymeneus, comessationes, conuiuia, & canorus tenet tibiarum sonus: superius malleorum crepitus, serrarum stridores, clamorum publicanorum excitationes matutinæ, edicta in ius vocantium, vel regum aliquorum magistratuumue obsequia: qui est articulus omni voluptate cassus,

Dormit Venus cœtusq; iuuenum.
Nec iam vllus est Thyrsus Bacchantium.

Quippe premunt curæ. Quid quod etiam Homerus heroum cum coniuge interdiu vel cũ pellice nullum concubare facit præter Paridem, quem ex prælio fugientem abdere se fingit in mulieris sinum, quasi rabidi adulteri diutna sit libido. Nec vero corp. à cœna, vt Epicuri opinio est, ex complexu coniugis magis vulneretur: nisi sane onustus & grauis vino vel cibo te eo contuleris. Tunc profecto anceps ea res est & perniciosa. Quod si cõmoda valetudine mediocriter diffusus ipso temisso corpore, animoque præsenti interim consuetudinem cum vxore habeas: nõ grauem procellam suburræ causa concitauerit nocte insecuta refrigeratio vel sede dimotæ atomi, vt ait Epicurus: si tranquillum quodammodo reddideris te noui affluxus, quiy vacuationibus succedit, expletione. Quin illud potius prouidendum, ne interdiu te Veneri dedas: vt ne intẽsum & commodum corpus animi curæ, negociorum distractiones & fatigationes excipientes protinus exasperent: cum non satis ad recreandum se interualli in medio acceperit natura. Neque enim omnes mi Olympi Epicuri ocium & vitæ tranquillitatem ex doctrina & philosophia plenam in perpetuum habent comparatam. Quandoquidem multæ cuique contentiones die interueniunt, exercitia vero pene cunctis: quibus neque honestum neque conducibile est ita constitutum corpus rabioso coitui obiicere interdiu. Illi autem valeant fruanturque beatitate ea & immortalitate: vt de iis, quæ non pertinent ad se non laborent. Nobis vero legi publicæ recte atque ordine obsecundantibus religio sit, in æstum incurrere & sacris operari, si breui ante tale quid obierimus. Quare refert, vt nocte somnoque interiecto, atque abunde spacii & interualli intercueniente puros denuo velut à primordio & noua in die intelligentes, vt vult Democritus, surgamus.

Cur mustum minime temulentos reddat. VII.

Vinum nouum Athenis vndecimo die mensis, quem vocant Pithœgiam, libant: atq; olim nimirum votis cõceptis prius, vt innoxius salutarisque ipsis foret huius potionis vsus, precabantur libantes, quam eam biberent. Apud nos mensis hic Prostaterius vocatur. Huius mensis die sexto solenne est, vt fausto genio sacrum faciamus, ac tunc vinum degustemus Fauonio iam silente. Siquidem hic ventus vinum vappam efficit mouetque. Eum, si quod effugit, huius iam duraturam censent bonitatem. His igitur sacris patet ex instituto suo operatus, à cœna cum vinum commendaretur, philosophantibus nobiscum adolescentibus rationem inuestigandam posuit, cur quam minime grauaret mustum ebrietate. Quod cum multis nouum atque à fide fuit visum absonum, Hagias vinum dulce ostendit vsquequaque offendere ac stomachum mouere. Hinc musti haud temere quenquam tantum sorbere, vt temulentum reddat. Appetitionem enim sedata siti illius odio flaccescere. Nam à dulci discrepare suaue etiam Homerum nouisse, qui ait:

Et caseo, melle & dulci, vinoq; suaui.

Siquidem esse initio vinũ dulce, inde postquam coctum ætate in austeritatẽ transiit, reddi suaue. Aristenetus Nicensis meminisse narrauit legere se alicubi vino dulce affusũ discutere ebrietatem. Iam nonnullos medicos præscribere asseruit iis, qui largius bibissent, vt cubitum concessuri panem in melle mersum manderent. Itaq; si quid meri vim dulcia obtundunt, iure vinum nouum non ciet crapulam ante dulcedinis inclinationem. Hic mire adolescentium istorum inuentis assentiebamur: quod rationibus, quæ paratæ & in medio sunt positæ, præteritis noua de suo depromsissent argumenta. Quippe prompta & ad manum sunt illa, musti pondus, in-

quam: quod, vt vult Aristoteles, per aluum perrumpit. Iam flatulenti spiritus & materiæ aquosæ copiam mustum retinere: quorum ille vi exremplo euolat, hæc materia aquosa perstringit vini vires. Dies autem eo, quod aqueum est, expurgato robur vino conciliat, redditurque modo id augustius quidem, sed facultate valentius.

Cur ii, qui impense vinolenti sunt, minus è potestate exeunt, quam leuiter ebrii, qui apud Græcos ἀκροθώρακες dicuntur. VIII.

QVando igitur, inquit pater, sollicitauimus Aristotelem, etiam aliquid de leuiter ebriis, qui ἀκροθώρακες dicuntur, noue afferamus. Neq; enim satis mihi exactè videtur, quantumuis eiusce modi in quæstionibus sit argutissimus, causam explicasse. Ait enim, ni fallor, sicci mentem rectè & vere iudicare, crapula pleni elanguescentem opprimi sensum: illius vero: qui leuiter vino indulsit, constare imaginationem quidem, sed de gradu esse iam deiectam ratiocinationem: hinc assentientem visis & iudicare & male iudicare. Sed quænā vestra est, inquit, de his sententia: Mihi vero, inquam, mecum reputanti satis hæc oratio causam expediuit. Cæterum si quid expromere mihi iubes de meo: vide primum, sit ne commemorata distinctio in corpus traiicienda. Nam minus potulentorum vna commota mens est, corpus impulsibus inseruire nondum mersum valet. Quod si quando conuulsum & oppressum sit, deserit impulsus labascitq;. Siquidem non progreditur vsq; ad agendum. At illi qua habent, quod vna titubet: non eo quod plus desipiant, sed quod plus polleant deprehenduntur. Iam alio ex capite, inquam, si vini potentiam expendamus: quid causæ est, quin varia sit & cum modo verrat, quomodo ignis testam, si moderatus sit, edurat & cogit: sin immodicus afflet, fundit & fluidam efficit. E diuerso veris ingressus febres excitat atq; incendit: quæ progressu eius mitescunt & exolescunt. Quid ergo obstat, quin mens quoque naturaliter à vino sollicitata, quādo dimota loco est & exagitata, remittatur iterum eo affluente atq; in potestatem suam redeat. Siquidem veratrum purgandi auspicium capit à turbando corpore. Quod si datum intra modum fuerit: turbat quidem, sed nihil repurgat: & ex somnificis si qui minus iusto sumpserint, grauius sollicitantur: alii, qui plus, dormiunt. Æque verisimile est fluctum hunc in minus poto, vbi ad somnum peruenit, elanguescere, eoq; conferre vinum. Quod si liberalius sit infusum, corpus inflammat, animique insaniam discutit: sicut nænia & tibia funebris mouet animum initio, cietq; lachrymas. Simul atque eum ad commiserationem deduxit, tunc ęgritudinem pedetentim detrahit & reprimit, item vinum videas, postquam oppido exagitauit extimulauitque vigorem & ardorem animi, denuo residere homines & componere mentem: vt cum largo vino incaluerit, conquiescat.

De eo dicto, aut quinque bibe, aut tria, aut ne quatuor. IX.

QVæ cum dixissem, sublato Aristion more suo clamore: Patefactus est, inquit, iustissimo & summe populari modo, qui à tempore aliquo sobrio sicut tyranno multos iam annos exterminatus fuit, in conuiuia reditus. Nam vt illi, qui proportionē canonicam in lyra obseruant, gigni ferunt ab secupla symphoniam diapente, ab duplari illam diapason: illam autem diatessaron, qui supra cæteros est fuscus, in sesquitertia consistere. Ita Liberi patris harmonici concinētias cum aqua vini tres animaduerterunt, diapente, diatrion, & diatessaron: dicuntq; & canunt hunc in modum: Quinque bibe, aut tria, aut ne quatuor. Siquidem quinque versantur in proportione sesquialtera, tribus partibus aquæ cum duabus vini confusis: tria in duplari, cum vna vini temperatis aquæ duabus: quatuor, tribus aquæ vna dilutæ vini: quæ proportio est sesquitertia archontum in Prytaneo mente præditorum vel dialecticorum supercilia adducentium: quando disputationum commutationes conuellunt abstemia & languida sententia. Reliquarum illatum altera duarum cum vna turbatorum hunc & leuiter temulentum crapulæ inducit tonum

Chordas mouentem immotas in præcordiis.

Neque enim sobrium esse vel abdere se amentem sinit vndequaq; in vinum: altera duarum cū tribus, qua est magis musica nulla, omnino est soporifera, curarū expultrix, & iuxta Hesiodiam illam auerruncanam, pueris quietem concilians, insolentium & inordinatarum perturbationum quæ in nobis sunt, efficit in præcordiis tranquillitatem & serenitatem. Hic cū Aristone, qui ludere videbatur, nemo luctatus est. Ego vero iussi, vt accepto poculo intenderet lyrę modo illam quam celebrabat, mixturam & harmoniā, accedensq; puer infundebat merum. Ille detre-

ctabat

ftabat allegans cum risu, ad rationem musicam non organa pertinere. Paret tamen tantum adiecit dictis, videri à veteribus Ioui nutrices tributas fuisse duas, Iten & Adrastiam: vnam Iunoni Eubœam, & vero Apollini quoque duas Alethiam & Corythaliam, Libero patri plures: quod deus hic modis Nympharum pluribus quasi à nutricibus alitus & formatus mansuetiot sit reddendus & sanior.

Cur sub luna citius carnes, quam sub sole putrescant. X.

EVTHYDEMVS Suniensis, qui inuitauerat nos, prægrandem aprum apposuit, admirantibus, qui aderat, molem, alium narrauit longe ampliorem inter portandum fuisse à luna tabefactum, ac maio rem in modum se de causa hæsitare. Neq; enim esse consentaneum minus solẽ, qui feruidior sit luna, carnes tabefacere. Ibi Satyrus: Haud est, inquit, hoc præcipue mirãdum: sed magis illud, quod venatores faciunt. Hi, si quando vel aptum vel ceruum occiderunt, ac longe in vrbem mittunt, ad tabem depellendam ei clauum æteum defigunt. Itaque postquã cœnatũ est, ac denuo refricuit Euthydemus quæstionem: medicus docuit Moschion, putredinem eliquationem esse & fusionem carnis, quæ in humidam tabem vertit: & omnino humescere ea, quæ putrescunt: calorem autem quemcunq;, si lenis sit & clemens, humentia commouere & fundere: eundem si igneus sit, viceuetsa attenuare carnes. Ex his liquidum esse, quod in discussionem venit. Quippe lunam moderato tepore lauare corpora, solem ardore suo succum corporum potius ad se rapere. Quo allusisse naturali ratione Archilochum:

> *Expecto, permultos quidem horum Sirius*
> *Siccos faciet citus effulgens.*

Clarius etiam Homerum dixisse de Hectore, cui opacam nubem iacenti Apollo circumfudit:

> *Ne vim per neruos moribundaq; membra coruscus*
> *Exigeret Titan.*

flaccidiores lunam radios spargere:

> *Illis enim vua non maturatur nigra:*

vt est apud Ionem. Quibus relatis ego: Cætera, inquam, comprobo: in modo tamen & magnitudinis ratione pro caloris tempore cardo vertitur. Quid enim, an non solem videmus minus bruma calefacientem, æstate tamen maiorem putredinem sententia corpora? cum contrarium oporteret, si teporis infirmitate putredo existeret. Nunc quo tempore magis ambutit, hoc citius carnibus putredinem inducit. Quare nec caloris inopia & imbecillitate tabefacit luna exanguia corpora: cæterum est id assignandum citius defluxus, quẽ eiaculatur, proprietati. Neq; enim vna omnis feruor est proprietate, quæ in magnitudine & imbecillitate consistat, præditus. Imo permultæ sunt ignis nulla inter se affinitate coniunctæ vires: quod liquet ex rebus communissimis. Quippe flamma aurifices paleacea aurum elaborant. Medici vitiginea potissimũ, quæ coquunt, medicamina tepefaciunt: ad fundendum & figurandũ vitrum ignis myrrhicinus congruere videtur: oleaginus corporibus in sudatorib. proficit, inimicus est balneis, loricationemque & fundamenta labefacit succensus. Quapropter periti ædiles non permittunt balnearum redemptoribus lignis oleaginis vti, sicut nec lolium conijcere in ignẽ, quo eas calfaciunt: quod horum nidores grauedinem capitis & vertigines lauantibus inuehant. Non est igitur mirum, si luna à sole alienerut: cum hic torrentes, illa corporis soluentes humorum fluxiones immittat. Hinc est, quod magnopere cauent nutrices, ne lunæ infantes exponant. Quia enim redundant humoribus, sicut ligna viridia conuelluntur & distorquentur: ac sopitos in lunæ radiis ægre expergefieri velut stupidos sensibus & torpidos cernimus. Siquidem humores à luna diffusi degrauant corpora. Dicitur etiam ad puerperia referre dimidiata: quod resoluendis humoribus enixus præstat faciliores. Quare est meo iudicio Diana λοχεία, id est, partus præses & Lucina vocata: quæ alia non est ac Luna nuncupata. Timotheus plane dicit:

> *Per cæruleiq; poliastra*
> *Per Lucinamq; Dianam.*

Elucet enim corporibus inanimis lunæ vis. Siquidem materiam plenilunio succisam fabri repudiant vt mollẽ atq; eam, quę cito ob madorem cariem trahat. Triticum rustici maturant senescente luna ex area tollere vt aceruus siccitate sua magis humiditati repugnet. Quod vero lunari plenitudine cõuehitur, quia ex madore mollescit magis, præcipue crepat. Et farinã quoq; fama est plena luna melius fermentescere. Quandoquidem fermentatio etiam minus plena, licet intra modum sit, pariter tamen totam massam dissoluendo laxandoq; corrumpit. At computrescentibus carnibus nihil aliud accidit, nisi quod spiritu, qui eas tuetur, in vomicam transeunte, tarescant & fluitent. Idem vsuuenire aëri videmus. Is pleniluniis liquescens maxime rorat, vt Alcman melicus quodam loco innuens rorem Aëris & Lunæ filium esse:

> *Ros Iouis & Lunæ soboles qui maxime alens est.*

Ita omnium consensu lunæ lumen aquosum est, vimque habet putrefacientem & eliquantem. Clauus æreus, si in carne depactus, vt autumant, à putredine vindicat carnes vi sua astrictoria id agere videtur. Quandoad medicamenta eiuscemodi æruginem medici adhibent, atque eorum, qui in æris metallis agunt, succurri proditum est memoriæ oculis: ac succrescere cilia iis, quibus defluxerunt. Nam ex chalcitide qui defluit puluis illapsus occulte palpebris inhibet fluores & lachrymas reprimit. Hinc aiunt ab Homero ἠνόρεα & νώροπα æs vocari, à visus instauratione. Vulnera etiam ostendit Aristoteles quam ferro cuspidibus æreis vel ensibus inflicta, minus esse dolorifica & faciliora curatu: quod medicamentosi quid æs contineat, idque plagis illico imprimat. Neque est illud obscurum, putrefacientibus adstringentia, corrumpentibus procurantia facultatem contrariam obtinere: nisi ictu dicas à clauo humorem allici, qui semper ad locum affectum confluit: ideoque ibidem vibicem aliquam & maculam conspici ferunt, ac probabile esse reliquam carnem tabe illuc concurrente integram permanere. 10

PLVTARCHI

Quæstionum conuiualium, liber quartus.

COMMONVIT Scipionem Africanū Sossi Senecio Polybius, ne ante foro digrederetur, quam amicū aliquem, qui* contulisset se ad negocia ciuilia, parasset. Amicus autem accipiendus non Stoice & sophisticee ille, qui immotus & stabilis sit, sed vulgari modo beneuolus: sicut Dicæarchus censuit beneuolentiam conciliare sibi quenque omnium, sed amicitiam bonorum virorum debere. Quippe amicitia longo tractu & virtute quæritur. Beneuolentia vero, vsu, colloquio & ludo hominum politicorum allicitur: quando opportunitatem est nacta comitem ad animum humanum & fauorem eliciendum. At hoc præceptum vide anne sit non modo ad forum, verum etiam ad conuiuium aptum? vt non prius inde discedendum sit, quam aliquē ex reliquis accumbentibus & præsentibus studiosum tui & amicum parauerıs. Forum enim petunt homines negociorū gratia & rationum aliarum. Ad conuiuium pergunt, qui sapiunt, non minus comparandorum amicorum, quam eorum, quos compararunt, oblectandorum causa. Quocirca alia vt exportes ex conuiuio moliri tum illiberale tum improbum est. At pluribus adiunctis amicis recipere se & iucundum & honestum: ac vice versa qui hoc negligit, is ingratam sibi & inanem concœnationem reddit, facessitque sicut qui ventris conuiua non animi fuit. Conuiua enim non cibi, vini, & tragematum solum, sed & sermonum & doctrinæ comitatisque consors venit in beneuolentiam terminantis. Namque luctatorum aggressiones & tractus puluerem desiderāt. Amicitiæ nexibus temperatum sermone vinum præbet prehensionem. Sermo enim humanitatem ei & morum informationem in animū ex corpore deriuat & infundit. Alioqui vagans in corpore nihil saturitate melius suppeditat. Itaque sicut marmor, dum candentis ferri refrigerando lentorem & fluorem detrahit firmum id efficit, quod liquatur & figuratur igne: haud aliter sermo conuiualis non sinit vndequaque à statu mentis dimoueri per merum bibentes: sed reprimit taciteque remissione hilaritatem & humanitatem contemperatam & gratam, si tractes scite homines quasi amicitiæ sigillo ex vino ad informandum promptos & flexiles. 20 30 40

* fortasse, qui remp. tractande peritus esset

An multiplex variusque cibus simplici sit confectu facilior. Quæst. I.

EX quartæ decadis quæstionibus prima erit, quæ de multiplici cibo in disquisitionem venit. Nam mense Elaphibolione cum ad Dianæ festum, quod agitabatur, Hyampolim venissemus, inuitauit nos Philon medicus magnifico, vt videbatur apparatu. Hic vna cum Philino puerum paruulum pane conspicatus citra opsonium aliud vescentem: Pape, inquit, hoc illud est, quod dici solet:

Pugna erat in saxis neque saxa leuare valebant:

exilitque allaturus eis aliquid opipari. Aliquanto pōst rediit caricas aliquot eis & caseum ferens. Hic ego cum dixissem hoc vsuuenire, eis qui rara & exquisita parant, vt negligant & careant necessariis & vtilibus: Mihi quidem inquit haud venit in mentem Philo, referre nobis Philinum victus rationem Sosastri: quem fama est neque poculēto alio neque esculento vsum per totā vitam se tolerasse. Cæterum illum quidem ex sententia mutata eam vitam verisimile est instituisse. At nostrum hunc, quem diuerso modo quam Achilles fuit Chiron hic nutriens inde ab ipsis incunabulis educauit cibis incruentis & exeambus, non subtili argumento aëre & rore cicadarum more dicunt pasci. Nos igitur, inquit Philinus, imprudentes centenis exsis victimis epulatisumus* ceu rebus magnificis gestis. Etenim apud nos sunt, qui frugalib. & salubribus edulis citra pulmen- 50

* Alii, vt etate ari- stonum.

pulmentum muniant se velut amuletis aduersus operosas & turgidas mensas: idq; quamuis nō frequenter audierint vario simplicē cibū rectius peragi & esse parabiliorem. Ibi Philoni Marcion: Euertit apparatum tuum, inquit, Philinus: qui ab ea conuiuas reuocat & deterret. Cæterum si à me petietis, recipiam nomine tuo apud hos in me multiplicem cibum esse simplicem faciliorem, ne frui dubitent appositis. Id vt faceret, rogauit Philo Marcionem. Vtiam cœnati Philinum prouocauimus, vt accusationē institueret varii cibi: Non sum ego, inquit, huius cōmēti author: verū hic nobis Philo occinit perpetuo bestias, quæ vno genere & simplici vtuntur pastus salubriores hominibus esse. Quas vero saginātinclusas, has morbis esse opportunas, atq; quod confusam & incondità escā capessant, cruditatibus implicari facile. Deinde nemo fuit in
10 nouando medicorum adeo proiectæ audaciæ & confidentiæ, vt cibū febricitantibus offerre sustinuerit multiplicem: verū simplicem sine omni conditura porrigunt vt concoctioni maximē obtemperantē. Quippe debent edulia pati, atq; ab iis, quæ in nobis sunt, facultatibus superata conuerti. Præualet etiam simplicium colorum tinctura, & pigmentariorum medicamentis oleum, quod nihil prorsus spirat, ocyssime versatur: item alimentū simplex & vniforme facilime à concoctione alteratur: cum multæ & diuersæ proprietates inter se pugnantes & ægrē superabiles, dum inter se incurrunt, prius corrumpuntur, quomodo in ciuitate hominū miscellaneorum & collectitiorum colluuies non facile in vnum consentit: sed ad suos ritus quæq; natio nititur, atq; ægre sententiæ se alienæ accommodat. Argumentum elatum sumas ex vino. Varietas enim vinorum temulentos facit celerrime: Deinde cruditati ex vino est ebrietas similis. Quare
20 defugiunt potores vinum mixtum: & qui miscent, id clam esse vt insidiatores elaborant. Namque dimouet de statu animum, solicitatq; variatio. Hinc scilicet fit etiam, vt musici cum magna religione multarum chordarum organa tractent, nec quid aliud, quā mixturam & varietatem habent suspectum. Ego vero affirmaueto pugnantes rationes citius fidem inuenturas & assensum, quam concoctionem discrepantes proprietates. Et ne videar ludere: missis his ad rationes recipiam me Philonis. Audimus enim subinde dicentem cibi proprietatem morosę concoctionis causam esse. Multiplicem autem rerum commixtionem noxiam esse, & peruersarum fœcūdam qualitatum: ac debere nos, quæ congrua nobis sunt, vsu doctos desumere, in iisq; vsurpandis acquiescere. Quod si nihil sua spōte tristius conficitur: sed copia est, quæ interpellat & labefactat concoctionem: longe magis censeo multiplicia & varia refugienda: quibus Philini nos
30 coquus modo quasi sui ipsius æmulus fascinauit nouitate & diuersitate appetentiā versans non satiscentem, sed raptam ex aliis ad alia, quæ sectando varietatem id, quod naturæ est conueniēs & sufficiens, egreditur: sicut Hypsipyles alumnus:

Qui considens in prato & decerpens tulit
Florum remisso animo spolia modo hæc, modo
Illa, insipientia actusq; inexplebili
Pratum fere totum nudauit floribus.

Hic simul est inferendum Socratis dictum: qui cauendum præcipit ab esculentis, quæ non esurientes ad vescendum pelliciunt: quasi nihil aliud moneat quam multiplicem vitādam & extimescendam varietatem epularū. Hæc namq; longius, quā vsus flagitat, euehit voluptatem, quæ
40 retinetur spectaculis, acroamatibus, Venere, ludis omnibus & sermonib. ex elegantia, cui multa sunt capita. At in iis, quæ simplicia & vniusmodi sunt, non egrediuntur naturam illecebræ. Omnino mea quidem sententia citius musicum feras, qui multarum fidiū sonū celebret, vel qui pigmentorum vsum aliptam, quam medicū, qui variā popinam. Diuerticula enim & deflexus à sanitatis tramite appetentiæ vim adferunt. Ita fato Philino, videri ait sibi Marciō Socratis deuotione teneri non solum hos, qui vtile seiungunt ab honesto: verumetiam illos, qui à sanitate voluptatem vt eius aduersatiam & hostem, non potius sociam remouent. Raro enim, inquit, & inuiti vt violentissimum instrumentū adhibemus dolorem: cum nemo quisquam volens quidem oblectamenta reiiciat. Imo hæc in cibis, in somno, balneis, vnctionibus & decubitu perpetuo sunt præsto, excipiuntq; & fouent affectū, multaq; proprietate familiari & naturali id, quod
50 alienum est, extergunt. Nam qui cruciatus, quæ penuria, quod deniq; medicamentum adeo expedite & minus operose morbum discutit, vt adhibitum in tempore balneum vinumque opus habentibus administratum, captusq; cum voluptate cibus aspera omnia extemplo dimouet, ac naturam in integrū quasi sereno & tranquillitate exorta restituit? Enimuero auxilia à molestiis petita ægre & sensim cum periculo id expediunt, ac magno molimine vim naturæ inferunt. Ne igitur sit nobis Philinus molestus, si minus velis vtraq; manu in altum datis voluptatem fugiamus: cæterum iucundum teneamus cum salubri consociare elegantius quam nonnulli philosophi cum honesto iucundum. Ac statim in limine argumentorū tuorū videris mihi Philine falsus esse, q. bestias pastus capescere quā homines simpliciores, atq; idcirco valetudine integriore esse tibi sumpsisti: quorum est verum neutrum, sed refutant te testimonio suo Euripidis capræ,

quæ pastus suos multiplices & varios decantant, atq; ita dicunt: Pabuli abunde nobis multifariꝫ est. Depascimur elaten, ilices, teneraque arbuti germina. Insuper etiam alia, cytisum, odorum pharicum, frōtosam similacem, oleastrum, lentiscum, fraxinum, quercum, hederam, myricam, viricem, rhamnū, verbascum, hastulam regiam, cisthon, fagum, rhymum tymbram. Hæc enim, quæ enumerauimus, sexcentas disparitates habent saporum, odorum, & virium: licet pluta quamdicta sunt, prætermiserimus. Alterum reprobat Homerus, qui ex magno rerum vsu docet bruta animantia pestifera lue prima occupari. Iam vitæ breuitas, quam caduca morbisq; sint subiecta, arguit. Quippe eorū pene est nullum longæuum, si coruum aut cornicem exceperis: quos omniuoras esse neq; ab vllo adhorrentes cibatu videmus. Adde his, quod recte atq; ordine ex ægrorum victu, quæ operosi cibi & quæ facilis sint, coniecturam cepisti. Siquidem labor, exercitia & incidere cibum conferunt ei conficiendo, febricitantibus tamen parum conueniunt. Pugnam vero & discrepantiam multiplicium epularum absurde exhortuisti. Quandoquidem siue ex similibus petit, quod sibi est congruum, natura: pastus varius, qui multas ex se proprietates in totam corporis molem offundit, vnicuique parti, quod ei est cōsentaneum, sufficit. Itaque fit, quod dictum ab Empedocle est:

Dulce quidem dulci se adiunxit amaraq; amaris,
Acre perinde acria accessit, salsum quoq; salso.

& si quid aliud est vtile, eius mistura, quæ caloris beneficio in spiritu hæret, distracta, familiaria se ad sibi germana aggregant. Quippe corpus ita miscellaneum atque vndique coagmentatum, vt nostrum ex diuersa materia magis consentaneum est quam ex vniformi contrahere complereque temperamentum suum. Siue hoc non est, sed illa, concoctio quæ dicitur, alterandi & conuertendi vim habet alimenti: in varietate id citius & rectius consequetur. Neque enim afficitur à simili simile. Pugna vero & distantia promptius confusione cum contrario exolescentes qualitates inuertit. Quod si semel, mixtum quod est & multiplex, Philine abdicas: noli Philonem hunc tantum conuiuatorem & epulas apparantem conuitio proscindere: sed longe magis, quoties regia illa & salutifera medicamenta, quæ nunc apabat deorum manus, miscet. * Erasistrati importunitatem reprehende & curiositatem: qui in vnum metalla, herbas, theriaca, è terraque & mari petita confundit. Nempe præstat his repudiatis ad ptisanam, cucurbitam, & hydrolæū medicinam redigere. At hercle diuersitas titillat & inescat non compotem sui appetentiam: Etenim munditia, mollitudo, odoris fragrantia, breui deliciæ alliciunt nos redduntq; voraciores & bibaciores. Quin igitur furfures pro pulte subigimus, loco asparagi allium apparamus & carduos, reiectoque fragranti hoc & delicato vino immitius è dolio potamus, culicum quod choro circumsonet. Neq; est quod aliter dicas, quin salubris victus ratio nō sit voluptatis fuga & declinatio, sed mediocritas in voluptatibus, & modus temperatus vtens appetitione, quę vtilitati seruit. Vt autem ventum procellosum summa ope gubernatores defugere satagunt: quem vt cedidit & sopitus est, nemo excitare denuo atque elicere valet: perinde appetitui repugnare & reprimere effusum non est magnæ molis: sed flaccidum immature languescentemq; & munus suum relinquentem roborare atq; erigere, hoc opus mi Philine hic labor est. Quare cibus varius tanto præstat simplici & eo, qui est vniusmodi: quanto sistere excurrentem naturam, quā concitare pigram est procliuius. Iam vero quod iactant nonnulli saturitatem magis quā inediā declinandam, verum non est, sed contrarium. Siquidem saturitas quando pestem aliquam vel morbum conciliauit, tum deniq; noxia est. At inedia, vt nihil aliud mali infligat, ipsa sua sponte contra naturam est. Atq; hæc quidem opposita sint atq; obiecta istis, quæ abs re sunt disputata. Illud vero vos, qui salem & * cyminum sectamini, aliquatenus fugit, varium, quia suauius est, appetitui esse gratius, si superfluum in condiendo detraxeris. Adhærescit enim gliscenti corpori præmuniente viam visu. Quod vero fastidio est, vt fluctuet & circumagatur, id aut in totum respuit natura, aut ægre exprimente inopia amplectitur. Illud modo dici à me varium obserua & memoriæ manda, non quod in eduliis illis est barbaricis, quæ abyrtacas dicunt, & in illis, quæ candylos & carycas: verum sunt odiosa hæc & vana. Plato quoq; varietatem egregiis illis & generosis ciuibus administrat, ponitque eis bulbos, oleas, olusc ula, caseum, omnifariamque * pulmentaria. At hæc neque bellariis cœnantes defraudat.

* Alii, Erasistratum reprehendis curiositatem eorum, qui confundunt, &c.

* Alii, sesamum.

* Alii, defruta.

Cur tubera dicantur Ioue tonante gigni, cur etiam dormientes fulmine non percuti existiment. II.

TVbera visendæ magnitudinis cœnantibus nobis posuit Elide Agemachus. Stupentibus omnibus ait quispiam subridens: Respondent nimirum tonitruis nuperinis, quasi rideret eos, qui ortum habere tubera ex tonitruis asseuerant. Erant ibi, qui tellurem iactarent à tonitru dehiscere aëris pro clauo opera, Inde fissuratum notis vti illos, qui tubera inuestigant. Hinc in eam

eam opinionem venisse vulgus, gigni à tonitruis tubera, non monstrari: perinde ac si cochleas ab imbribus edi, non in medium proferri ac prodi putes. Agemachus receptæ famæ innitebatur, neq; hoc miraculi contendebat à fide absonum esse. Etenim multa à tonitruo & fulmine alia designari inusitata & prodigiosa: quorum non facile fit aut prorsus impossibile eruere causas. Siquidem hic in risum qui abiit & prouerbium bulbus, non quia exilis, tutus est à fulmine: verum quod vi præditus sit repugnante, quomodo ficus & phocæ, vti aiunt, corium & hyenæ: quibus summos malos nancleri vestiunt. Nimbos autem fulgurales vocant habentq; rustici vegetes. Ac plane stultum est hæc mirari: cum quod omnium est in huiusmodi affectibus maxime nouum, contemplemur, ex humidis flammas, mollibus ex imbribus fragores edi duros. Hæc ego, inquit, iacio, quo vos ad causam indagandam incitem, ne vobis asper essem, qui tuberum exigam symbola. Hic ego: Ipse quidem, inquam rationem quodammodo Agemachus digito mōstrat. Siquidem nihil hoc tempore in mentem venit probabilius: quam quod vna cum tonitruo identidem pluuia excutitur fœtifica. In causa est caloris admistio. Quandoquidem quod in igni est pernix & purum, id fulgur factum euanescit. Quod vero solidum & flatuosum, id inuolutum nubi, vnaq; conuersum eximit frigus atq; humorem sorbet. Itaq; maxime penetrat in germinantia, id quod inest blandi succi, celeriterq; alit. Insuper temperaturarum proprietate & succi discrimine ea imbuunt irrigata: sicut ros dulciorem pecori reddit herbam: ac nubes, quæ arcum cœlestem edunt, quibuscunq; insederint lignis ea reddunt odorata. Ideoq; quia cognoscunt ea sacerdotes nostri, cient Irim, quam arbitrantur eis incumbere. Multo propius fidem est, per tonitrua & fulgura effusis imbribus, flatibus feruoribus, qui in altum impelluntur, terram versari ac germinare eiusce modi nodis & fungis: quomodo in corporibus tubercula strumosa & glandulosa calores quidam & humores sanguinei pariunt. Quippe non refert plantam tuber, neq; absq; pluuia nascitur: sed caret radice & germine, estq; dissolutum, concretionemq; habet ex tellure affecta & vertente. Quod si leuia vobis, quæ retulimus, videantur: eiuscemodi sane plerique ex tonitribus & fulguribus eueniunt. Quapropter tribuitur hisce effectibus diuinitatis opinio. Hic orator Dorotheus, qui aderat, Recte, inquit, ais. Neq; enim vulgus & populares solum in ea sunt sententia, sed & philosophorum nonnulli. Mihi certe constat fulmen in domum apud nos delapsum multa miracula edidisse. Vinum ex doliis exhausit vase illæso, hominemq; somno stratum transuolans neq; illum offendit neq; vestem attigit: sed eius cinctum, in quo succinxerat nummos æreos, liquefecit & fudit totum. Hic philosophum Pythagoricum, qui hic aduena erat cum accessisset, multum interrogauit eum. Illum narrauit rem abominatum iussisse, vt secum eam perpenderet, ac deos obsecraret. Accepi etiam militis, qui Romæ ædem sacram custodiebat, fulmen, quod prope delapsum fuit, ambussisse calceamentorum corrigias: neq; aliud quicquam incommodi attulisse, ac pyxidicularum argentearum, quæ ligneis inclusæ capsulis erant, argentum quidem colliquatum & conflatum fuisse, lignum intactum & integrum inuentum. Atq; hæc quidem credas vel non credas licet. Omnium autem miracula superat, quod cunctis fere nobis est notum, fulmine ictorum non sentire corpora putredinem. Siquidem multi eos neq; cremant neq; humo tegunt, sed relinquunt circumsepta: vt conspiciantur cadauera perpetuo à putredine sarta tecta, itaq; Euripides Clymenen text fellentia, quæ de Phaetonte dicit:

Amicus est mihi,
Putrescit ast hic in conualle mortuus.

Vnde τὸ θεῖον, id est, sulphur, dictum apud Græcos reor ex germanitate nidoris, quem è cœlo ictæ efflant, quasi ex lapide attrito igneum & acrem: quo deterritos apparet canes & aues temperare fulmine afflatis cadaueribus. Hactenus causam ego sicut laurum persecutus sum. Ad reliqua attexenda hunc, inquit, inuitemus: ne idem nobis quod Andocydi accidat. Ille enim cum inter opera sua luculentissime & pulcherrime pisces, qui apud Scyllam reperiuntur, pinxisset, animi motum potius quam artē visus est adhibuisse. Fuit enim natura eius piscium cupidus: item nos dixerit aliquis impellente voluptate de tuberibus, quorū sunt, vt vides, controuersi natales, philosophari. In his cum disputationis iucundum esset argumētum, ideo etiam facilius accepta est causa. Cum autem ego hortaret diceremq; tempus esse, vt sicut in comœdia sublatis manibus, ita illatis tonitruis inter pocula dissereremus de fulminibus, de reliquis quidem facile assentiebantur: sed de iis, qui inter dormiendum non fulminantur, magnopere cupiebant aliquid audire. Equidem quanquam nihil laudis consequi poteram causa tractanda, quæ in communi ratione consistit, dicebam tamen fulminis ignem tenuitate & subtilitate admirandā esse: quod à primordio ex materia ortū habeat pura & liquida, & si quid cū ea cōfusum sit humidi vel terrestris, id vniuersū motus eius pernicitas excutiat & detergat. Nihil de cœlo tāgitur, vt est apud

Democritum, quod fulgorem æthereum queat retinere. Itaq; spissa & densa corpora, ceu ferrũ, æs, argentum, aurum, quia fulmen sustinent, dissipantur & funduntur repugnando & remittendo affecta: rara, spongiosa, fluida sicut vestes & materiam aridam traiiciens non violat. Viridaria adurit resistente ei humore atq; ita accenso. Si ergo dormientes à fulmine nõn necari verum est, hic vestiganda sit non alibi causa. Nam firmiora sunt & compactiora vigilantium corpora, occurruntq; validius: quod membra sint cuncta refecta spiritu: à quo & sensus circumagente velut in organo & constringente validum redditur secumq; cohærens & spissum animal. In summo diffluit, fitq; pumicosum, inæquale, infirmũ, diffunditur, ac spiramenta obtinet multa flaccescente & fatiscente spiritu: qua & voces & odores penetrant, nullumq; sui sensum præbent. Quod n. non renititur, & renitendo accipit plagam, id non occurrit incutientib. ac mini me iis quæ ex subtilitate & incitatione tali, vt fulmen, distrahuntur. Quandoquidem illa, quæ minus sunt robusta, munit natura viribus, quæ ægre patiantur, his prætexens eis duritias & densitates. Quorum vero est inuicta vis, ab his ea quæ cedunt, quam quæ reluctantur, iniuriam minorem accipiunt. Adde his inquam, rem non contemnendam consternationem, timorem, tremorem, ex quibus nõnulli citra vllum aliud incommodũ eo ipso, quod mortem horrerent, expirauere. Etenim pecudes docent pastores, quando tonat, sese conglobare & contrahere in vnum. Quæ enim dispersæ sunt, elidunt fœtum pauore. Ac innumeros iam à tonitru videre est peremptos, quorum in corporibus nullum vel plagæ vel ignis vestigium appareat: sed ex metu, anima nimirum auis modo ex corpore auolante. Multos namq;, vt ait Euripides, leuis tonitrui afflatus perdidit. Atq; alias inter sensus præcipue est auditus patibilis, maximasq; metus & perturbationes ex strepitu procellas in animo excitant: aduersus quæ dormienti propugnaculi vice est sensus priuatio: cum vigilantes & animi perturbationibus ante, quam vulnerentur, conficiantur, & metu corpus constringente reuera & cogente & constipante ictum renitendo efficiant validum.

Cur plurimos in nuptiis ad cœnam inuitent. III.

AVTOBVLI filii nuptias celebrabat nobiscum, qui Chæronea aduenerat, Sossius Senecio. Is cum multorum aliorum, quæ illud epulum mirifice cohonestabant, materiam intulit, tum de causa, quamobrem frequentiores ad cœnas nuptiales quam ad alias vocarentur, disputauit. Quippe legumlatores illos, qui summa ope luxum impugnauerunt, definisse potissimum eorũ, qui ad nuptias vocandi essent numerum. Nam qui, inquit, ex priscis philosophis de causa egit, nihil, quod mihi certe iudici probetur, attulit Hecatæus Abderites. Memorat eos, qui vxores ducunt, ad solenne conuiuium complures inuitare: quo ingenuos se esse & ingenuorum parentum filiam ducere vxorem multi sciant & testes sint. Contra comici illos, qui grandi & superbo splendore cœnarum & apparatu nuptias agunt non stabili neq; fideli connubio iungunt: velut Menander ei, qui palmis iubebat rhorum genialem sepiri, dixit scite: non spectat ad sponsam, quod prædicas. Verumtamen ne id, quod facilimum est, dum nihil pronunciemus ipsi, alios culpare videamur: primum ostendi ego nullam epuli præbendi adeo illustrem & celebrem materiam esse, vt eorum, qui nuptiis coeunt. Siquidem & ii, qui diis sacra faciunt, & qui amicum prosequuntur vel hospitio accipiunt, facere id multis necessariis possunt insciis. At mensa nuptialis delatorem habet hymeneum magna voce intonantem, facemq; & tibiam: quæ perhibet Homerus vel fœminas, quæ foribus assistunt, suspensas tenere & spectari ab eis. Quocirca, quia neminem latet conuiuium & sponsalia, dum erubescunt quenquam præterire, omnes familiares & necessarios & illos qui quoquo modo eos contingunt propinquitate, inuitant. Hæc cum nos accepissemus, excipiens Theon: Sunt ea ita, inquit. Neq; enim à fide abhorrent. Hoc etiam adde, si videtur, eas inuitationes nõ modo ad amicos, verumetiam ad cognatos spectare, alia ascita in familiam propinquitate: quodq; hoc maius est, cum familiæ inter se copulentur binæ: quia tam qui duxit vxorem, elocantis necessarios & amicos: quam qui elocat, ducentis existimant comiter debere se accipere, geminant conuiuium: & quando multa vel potius pleraque, quæ ad sponsalia pertinent, transiguntur per fœminas: profecto vbi mulieres, simul viri necesse est adhibeantur.

An mare quam tellus meliores dapes suppeditet. IV.

GAlypsus Eubœæ, vbi thermæ natiuæ sunt, locus, qui multa habet ad voluptates ingenuas parata, multis exornatis ædificiis & diætis, communne domicilium habetur Græciæ. Ibi cum multus venatus est & aucupium, tum non minus pelagus forum reddit lætum: quod locis liquidis & altis propelitus genetosorum piscium vim magnam alat. Nitet præcipue medio vere: qua

qua tempestate frequentes eo se conferunt, conuiuiaq; inter se celebrant omni affluente rerum copia: ac fere de literis præ ocio aguntr. Cum autem adesset Callistratus sophistes, magni laboris erat alibi cœnare. Quippe erat eius inexpugnabilis comitas: Erat hoc apud eũ iucundissimum, quod omnes pene doctos contraheret in vnum. Crebro namq; ex vetustate Cimonem multis & diuersi generis hominib. hilariter inuitandis imitabatur: semper vero prope dixerim Celeũ, quem proditum est principem conuentum quotidianum, quem faciebat probatorum & bonorum virorum, nominasse Prytaneum. Sermones mouebantur tali congrui cœtui: *In præsentia autem suggessit mensa exquisitissima de dapib. quæstionem, terrestres pelagicæq; ne commodiores forent. Ac celebrantibus aliis terrestres pene omnibus, quæ effusæ, variæ, generibusq; & differentiis innumeræ sunt: appellato Polycrates Symmacho: Quid tu, inquit, qui animal es marinum, atq; in tot educatus pontis, qui sacræ vestræ Nicopoli circumfusi sunt, nõ propugnas pro Neptuno? Volo Hercle, inquit Symmachus, teque, qui oram colis maris Achaici amœnissimam, aduocatum accerso & adhibeo. Igitur, inquit primum Polycrates, ad consuetudinem cõferamus nos. Vt enim ex multis poëtis vnum præstantissimum extra ordinem poetam appellamus: ita inter multa opsonia solus, vel potissimum vt opsonium diceretur, quod lõge omnibus virtute præcellat, obtinuit piscis. Siquidem ὀψοφάγους & φιλόψους, id est, obsoniorum voratores & amantes vocamus, non eos, qui ducuntur carne bouilla sicut Hercules: qui cum haberet ficos recentes, carnib. vescebatur: neq; ficorum auidum qualis fuit Plato: nõ vuarum, qualis Arcesilaus: sed eos, qui assidue in piscaria versantur, tintinabulumq; citò exaudiunt. Ac Philocratem Demosthenes auro aut proditorio scorta & pisces mercari, opsoniorum voracitatem & libidinem homini exprobrans. Non inurbane Ctesiphon, cum opsoniorum helluo quidam in curia diruptum iri se clamaret: Heus tu, nequaquam, inquit, facias helluones nos piscium. Quid autem voluit, hunc qui versiculum fecit?

Ad capparum viuis, vales qui ad Actiam.

Quid deniq; per deos immortales vulgus vult, cum inter se ad indulgendum genio inuitantes dicunt. Hodie litoremus, nonne ad littus cœnam lautissimam statuunt, sicut est? non vndarum & calculorum causa. Quid enim, in littore quis legumen vel capparim opsonatur? verum quod affluentia recentium piscium mensa redũdet litorea. Quid quod venit nulla ratione opsonium pelagicum præter cætera immenso precio. Hinc Cato non traiiciens veritaté, sed vere inuectus in concione in ciuitatis delicias & luxum pluris venundari Romæ ostendit piscẽ quam bouem. Amphoram n. piscium tanti distrahunt, quanti centum boues verubus tosti non veneant. Et quidem de medicaminum virtute peritissimus medicus iudex est optimus de moduiorũ virtuté musicæ studiosissimus. Haud aliter etiam de opsoniorum præstantia, opsoniorum studiosissimus. Neque enim Pythagoras horum vel Xenocrates sumendus est arbiter, sed poeta Antagoras, Philoxenus Eryxidis, & Androcydes pictor: quem perhibent, cum pingeret Scyllam, pisces, qui ad eam nascuntur, maximo animi motu pene viuos ex opsoniorum auiditate expressisse. Antagoræ rex Antigonus in castris patinam congrorum coquenti præcincto assistens: Censen tu Homerum, infit, cum Agamemnonis res gestas scripto mandaret, congros elixasse? Cui ille apposite: Tu vero, inquit, Agamemnonem censes, cum res illas gereret, ecquis in stariuis elixaret congrum, anxie indagasse. Hæc Polycrates, inquit, piscariis firmamenta à testibus & cõsuetudine adfero: Tum Symmachus: Ego vero, inquit, hanc causam sedulo & magis dialectice defendam. Nam si opsonium est, quod cibum condit: optimum sit opsonium, quod in pastu maxime appetentiam retinere valet. Quomodo igitur philosophi, qui Elpistici sunt appellati, vitam potissimum spe contineri affirmant. quod abscissa omni spe, quæ oblectet homines, non posse ostendant vitam tolerari: sic conseruari statuendum ad cibum appetitum eo, citra cuius præsentiam ingratũ est esculentum omnino omne, fastiditurq;. Atqui ex terra natis nihil quod sit eiusmodi, inuenias. Eorum, quæ mare subministrat, primus sal est: citra quem nihil prope dixerim est edendo. Imo panem quoq; hic lætificat additus. Hinc Neptunus in eodẽ templo, quo Ceres colitur: atq; aliorum opsoniorum iucundissimum opsoninm sal est. Quippe heroes simplici & frugali assueti vt pugiles victui, qui cibo omnes illecebras accitas & superuacaneas detrahebant, adeo vt ne piscib. quidem vterentur: cum statiua ad Hellespontum haberent, non sustinuerunt absq; sale carnes gustare: quare salem solum testati sunt pulmentum, quod reiici nequeat, esse. Vt enim colores ad mouendum lucem, ita sapores sales ad pellendum desiderãt sensum. Aliter interueniunt gustatui graues concitantq; fastidium. Cadauera enim quam stercora magis sunt iuxta Heraclitum eiicienda. Est enim omnis cadauer & cadaueris pars. At salis vis, sicut anima, quando accessit, gratiam & titillationem ei conciliat. Qua de causa præsumunt ante alium cibum acria, salsa, breui quæcunq; salis vim obtinent. Sunt namque hæc appetentiæ ad reliqua pulmentaria stimulus: quo illecta ad alia pergit recens & alacris. Quod si ab illis auspicata sit, extemplo elanguescit. Iam non solum ad cibum, verumetiam ad potionem

est sal

* alii, alia quando.

est sal condimentum. Nam Homericum illud, potus cepa condimentum, nautis potius & remigib. quam regib. congruebat. Quęcunq; autem esculenta modice salsa sunt, quia ori sunt grata, cuiusuis generis vinum suaue gustui & lene offerunt: omnem etiam aquam reddunt salsa iucundam. Molestia autem & odio quæ infligit cepa, prorsus expertia sunt: imo digerunt etiam cibum alium, præstantq; facilem & molliorem ad conficiendum: sumptusq; sal corpori delicias condimenti & potentiam præbet medicamenti. Sed & cætera maris pulmentaria iuxta suauissima & iucundissima sunt. Nam etsi carnosa sint, non perinde grauant tamē: verum peraguntur & deducuntur in corpus prompte. Confirmauerit id Zeno hic & vero Crato, qui ægros prę alus ad pisces vt leuissimum pulmentarium deducunt. Ac consentaneum est, vt salubria æquor & subacta corporibus alat. Siquidem auram etiam nobis tenuitate & puritate accommodam expirat. Recte inquit ais Lamprias. Verum tamen amplius huic argumento immoremur. Auus tibi meus assidue dicere solebat Iudæos ridens non vesci eos carne iustissima. Nos dicemus iustissimum esse ex mari pulmentum. Siquidē cum terrestrib. hisce vt nulla nobis necessitudo intercedat alia, aluntur certe iisdem, fruunturq; eodem quo nos aëre, iisdem lauacris & potione. Quæ etiam qui mactarent, verecundabantur: quod vocem mitterent flebilem, atq; quod ea pleraq; familiaria fecissent & enutrissent. At marinorum genus extrarium plane & distractum à nobis est, sicut quæ alio quo in mundo nata sunt & degunt: neq; aspectus vel vox vel ministeriū qui in occidamus ea, deprecatur. Nullum enim eis vtitur animal, quæ nequaquam apud nos viuunt: neq; opus est, vt vllo erga ista moueamur amore: sed est eis Orci viee hæc nostra habitatio: ad quam si quando peruenerunt, actutum expirant.

Vtrum Iudæi, quod venerentur suem, an quod ab eo abhorreant, abstinent se eius carne. V.

POstquam hæc dicta fuerunt, instituentib. nonnullis diuersa yrgere, alteram disputationem Callistratus reiiciens ait: Quî illud in Iudæos carne eos nō vesci iustissima, tortum videtur? Elegantissime, inquit Polycrates. Ego vero insuper hæsito, honorene illi suum an detestatione huius animantis temperent ab ea. Nam quæ apud illos referuntur, fabulosa videntur: nisi sane rationes habeant, quas nō vulgant, serias. Ego vero inquit arbitror Callistratus coli capud illos hoc animal. Quod si defotmis sus est & lutulentus, non scarabeo* tamen vel crocodilo vel fele, quos vt sanctissimos Ægyptiorum sacerdotes alios alii venerantur, fœdior aspectu vel ingenio est inurbanior. Suem refugi & coli memorant: quod primus primore rostro tellurem proscindens exemplum prodidit arationis, & vomeris monstrauit vtilitatem: hinc nomen quæsitum apud Græcos instrumento, vt ὕνις vomer dicatur ἀπὸ τῆς ὑὸς, id est, ab sue. Ægyptii autem, qui regionem suam, qua mollis & caua est, colunt, nullarenus indigent aratro: sed quando Nilus recipit se aruis rigatis, insequuntur ac porcos eo agunt: qui conculcando & rostro fodiendo cito tellurem ex imo vertunt sementemq; contegunt. Nec nouum est, si porcos ideo nonnulli non edisent: cum animantibus apud barbaros aliis leues ob causas, aliquibus etiam ob plane ridiculas magni sint honores. Siquidē murem araneū aiunt animal cœcum, quod lumine tenebras existisse arbitrentur priores, ab Ægyptiis consecratum fuisse. Edi eum à muribus quinto puerperio, noua luna, etiam occultata luna iecur eorum imminui. Leonem soli sacrant: quod quadrupedum vncunguium pariat solus catulos, qui cernant. Dormit momentū temporis, sublucentque oculi dormientis. Fontes & hiatus Leontiorum fundunt laticem, quando inuehit nouitiā aquam Nilus Ægyptiorū aruis permeante Leonem sole. Ibim aiunt, simul atq; est exclusa, pendere binas drachmas, quantum modo nati infantis cor. Efficit porrectis inter se pedibus altero ad alterum & ad rostrum trianguli æqualium laterum figuram. Quanquam quid Ægyptiis obiicias tantam istam absurditatem? quando vel Pythagoreos proditū memoriæ est gallinaceum album colere, & marinorum piscium mullo & vrtica abstinere: Magos illos à Zoroastre in præcipuo honore habere terrestrem echinum, abhorrere vero ab aquaticis muribus, eumque, qui quamplurimos interemit, diis eharum à plerisq; ac beatum numerari. Reor autē Iudæos item, si eis execrabilis porcus esset, confecturos, quomodo mures magi, eum. Nūc iuxta esse & interficere nefas eis est. Nec caret res fortassis ratione: quod sicut asinum, qui eis aquæ fontē ostendit, colunt, sic porcum venerētur sementis & arationis doctorem. Nempe, dicat quis abstinere illos à lepore quoq;, quod abhorreant ab eo animante vt abominabili & immundo. Nec iniuria, inquit Lamprias occurrens. Cæterum à lepore temperant: quod asini, quem maxima & occulta religione colunt, sit hoc animal simillimum. Lepus enim mirifica esse videtur corporis mole & pernicitate. Nā color aures, oculi supplices tristesq; mire asinum referunt: vt nullū ne paruum quidem magno specie vsque adeo sit germanum. Nisi sane similitudines Ægyptiorum sectantur, celeritatemq; huius animantis & sensuum excellentiam putant diuinam. Oculus enim est eius

* Desunt hic pauca verba.

tius indefatigabilis,& vt patentibus dormiant luminibus. Sed & auditus actimonia præcellere videtur: quam Ægyptii admirantes in sacris literis,cum auditum significare volunt,lepores pingunt. Carnem vero suillam abominari & defugere Iudæi videntur: quod omnium maxime barbari vitiligines albas & lepras odere: ac contagione huiusmodi morbos depasci existimant homines. Porcum autem sub ventre lepra scatentem & scabiei pustulis videmus: quæ quidem vitiosfo corporis habitu exorto ac rabe infestare videntur hasce animantes. Quin etiam huius pecudis in victu spurcities cum prauitate quadam est coniuncta. Quando nullã aliam ita capi luto 10 ac locis sordidis & impuris cernimus: si discesserimus ab illis,quæ originem & indolem ex his ipsis trahunt. Oculorum etiam prædicant porcorum ita reflexã aciem esse atq; deiectam, vt rem nunquam vllam supernam percipiant, neq; suspiciant cœlum, nisi resupinatorum inuersæ pupillæ fuerint. Hinc quamuis maxime sit hoc animal clamosum, conquiescere tamen ita locatũ ac silere trepidatione ex insolentia cœlestium, metuq; maiore repressum à clamore. Quod si etiam allegandæ sunt fabulæ, à sue Adonim fama est exanimatum fuisse Adonim autem non aliũ quam Liberum patrem iudicant esse: quod multæ ceremoniæ, quæ in sacris vtriusq; adhibentur, confirmant. Sunt qui amores & delicias Adonim Liberi fuisse adferunt, ac Phanocles, qui amator fuit insignis, hos condidit versus:

Montiuagus diuum cognoscens Bacchus Adonim,
Narratur Venerem vi rapuisse deam.

20 Miratus id, quod postremo dictum fuit, Symmachus: Num tu, inquit, patrium deum Lampriã
Qui concitat mulieres, splendidum Euium
Honoribus fanaticis

Bacchum professionem facis Hebræorum arcanis mancipatum esse. An fabula vere est, quæ hunc & illum esse eundem asserit? Hic occurrens Mœragenes: Mitte hanc, inquit, respondeo tibi aioq; nullum alium esse. Cuius rei argumenta magna ex parte nisi solis iis, qui sunt initiati triennalibus mysteriis, enunciare & tradere nefas est. Quæ vero exponere fas apud amicos, maxime iuter pocula inuitantibus dei donis, si iubeant hi, paratus sum explanare. Hortantibus & orantibus omnibus: Primum, infit, solennis, quod apud illos maximũ est & sanctissimum, tempus & modus Libero patri congruit. Namq; ieiunium q; vocant mediis vindemiis agunt, men-30 sasq; proponunt variorum pomorum, rabetnaculaq; subeunt pampinis præcipue & hedera cõtexta: & diem, qui antecedit festum, tabernaculum dicunt. Paucis dieb. post aliud festum apud eos, quod non obscure sed manifeste Bacchi dicitur, agitant. Est etiam apud istos certum festũ ramorum & frondium, qui feruntur: quo frondes tenentes in templum succedunt. Quid agant ingressi, latet nos. Verisimile est Bacchanalia agere. Etenim tubis minutis sicut Argiui Bacchanalib. Liberum patrem cientes vtuntur. Alii accedunt cithara canentes, quos hi vocant Leuitas, appellatione siue à Lysiô, siue potius ab Euio, quæ nomina sunt Bacchi, deducta. Nec Sabbatorum solenne alienum esse reor à Baccho. Sabbos enim vel nunc Bacchos vulgus dicere, atque hanc cum Orgia celebrant, mittere vocem ex Demosthene certe & Menandro intelligere possumus. Nec est absurdum dictum festum esse ab agitatione, qua detinentur Bacchantes. Illi etiam ipsi dicto nostro suffragantur Sabbatum se colere: quod inuitent se mutuo ad potandum 40 & crapulæ indulgendum. Sin quid rei grauioris impediat, degustandum omnino certe arbitrãtur vinum. Atq; hæc quidem dicat aliquis omnino probabilia esse apud eos: quod primum arguit pontifex, qui festis prodit in publicum mitra redimitus, pelleq; ceruina auro intertexta indutus & tunica talari cum cothurnis. Ex veste tintinabula dependent: quæ inter eundum resonant, sicut apud nos. Personant etiam in primis sacris, & Dei nutrices, Chalcodryras nominãt. Prætetea thyrsus, qui è regione ostenditur cœli impressus & tympana. Hæc nimirum nulli extra Liberum patrem deo conueniunt. Adhæc non adhibent sacrificiis suis mel, quod appareat ab eo assulo vinum deprauari. Etiam hoc libamina suppeditabat & ebrietatem ante natam vitem. Et hac quoq; memoria barbari, qui à vini vsu abstinent, potionem bibunt mellitam, dulcemq; vinosis radicibus & austeris interpolant. Ea Græci agitant festa, quæ Nephalia & Melis-50 sponda vocant: quia pugnantis est mel cum vino naturæ. Hunc porro haberi apud eos deum illud quoq; non paruo indicio fuerit: quod inter multas, quæ apud eos sunt, pœnas, vna sit eximia: quæ iis, qui mulctantur, interdicit vino, quam diu statuerit, cui ius est plectendi. Eos autem qui ita puniuntur,

Reliqua libri quarti desiderantur, in quibus hæ quæstiones:

Quid apud Iudæos deus sit. VI.

Cur planetis dies cognomines non illorum ordine sed commutato numerent. Ibidem de clauorum ordine. VII.

Quare

PLVTARCHI

Quæstionum conuiualium, liber quintus. 10

De animi & corporis voluptatibus, quid hoc tempore Sossi Senecio sentias, mihi quidem incertum est:

Tam quando frequentes
Vmbrosi montes, resonansq; interuenit aquor.

Quondam certe non vsq; adeo assentiri videbare neq; probare illos, qui nihil animo proprium esse, quod ei sit iucundum vel suaue, vel optabile prorsus astruunt: verum plane vitam eius ex corpore pendere existimant, atq; eius adhinnire motibus, vnaq; cum eis contrahi, recipientem sigilli vel speculi modo existentium in corpore sensuum imagines & simulacra. Nam cum aliis deprehenditur ruinis multis huius insulsitas dogmatis, tum in conuiuiis vrbani & lepidi homines, qui mox sub cœnam confestim ad fabulandum velut ad secundas mensas cōuolant sermonibusq; exhilarant se mutuo, quorum corpus in consortium nullum aut plane exiguum venit, peculiare hoc animo deliciarum penuarium testantur paratum esse voluptatesq; esse has solas animi, illas peregrinas allini corpori. Vt autem nutrices, quę commansis cibis infantes pascunt aliquatenus in partem veniunt voluptatis: postquam vero illi satiati & sopiti sedato ploratu fuerunt, tunc per se & solæ cibaria & potiones accommodata sibi sumunt percipiuntq;: Ita animus in sortem venit potionis & cibarii delinimentorum corporis appetitionibus ancillans instar nutricis indulgensq; eius necessitatibus & placans cupidines. Cui postquam factum est satis, idq; acquieuit, negociis explicatus & obsequiis, tunc ad suā oblectamenta conuertit se, epulisq; reficit disciplinarum, historiarum, quærendiq; & audiendi alicuius, quod singulare sit. Sed quid loquar de his, cum homines illepidos & horridos videamus à cœna ad voluptates alias lōgissime a corpore mentem abducentes, & gryphos, laqueos, & quæstiones de vocabulis sub numeris & argutias proponentes. Hinc mimis, ethologis, Menandro, & Menandrum agentibus locum conuiuia dedere: non quia vllum dolorem oculis eximant, vel mollem in carne & blandem excitent motionem: verum quod contemplandi in vnoquoq; & cognoscendi studium animi oblectationem quandam priuatam & blandimentum quærat, quando officiis & occupationibus circa corpus expediti sumus.

Cur illos, qui iratos & tristes simulant, cupide audiamus: ipsos autem, qui perturbationibus hisce tenentur, grauatim. Quæst. I.

De quibus verba facta fuerunt, cum tu Athenis apud nos esses; & Strato comœdus floreret, cuius tunc celebre erat nomen, epulantibus apud Boethum Epicureum nobis (Cœnabant autem vna eius sectæ non pauci) Inde vt studiosis mentio comœdię deflexit sermonem ad indagandam causam, cur irascentium, vel tristium, vel timentium audimus cum tædio & stomacho voces: illi vero, qui hos animi motus repræsentant & reddunt voces eorum & mores, oblectant nos. Atqui fuit quidem illorum omnium fere ratio vna. Dixerunt enim: quia præstaret ille, qui imitatur eum, qui vere afficitur: ideo, quia intelligimus non affici illum delectamur & lætamur. Ego vero quamuis alienam in possessionem pedem ponerem, ostendi: quia ingenio præditi & artium sumus amantes, si quid ingeniose & artificiose fiat, id amplectimur & stupemus, si successum habeat. Nam quomodo apes, quia ducitur dulcedine, omnem materiam, quæ melleo aliquo est tempetata, captat & sectatur: item homo, qui natura est artis & elegantiæ studiosus, manum & opus solerter & argute effectum amplecti & probare solet. Quando & pusillo puero si simul obtuleris paruum panem & fictum ex farina catellum vel buculam, huius cernas eum appetentem: simili modo si alius argentum infectum, alius bestiolam vel poculū argenteum proponat & det: hoc sumat potius, cui videt adiunctum artificium & industriam. Quocirca sermonibus ista ætate capiuntur citius inuolutis, iocisque implicatioribus & contortioribus. Allicit enim

20 30 40 50

enim sua sponte naturam vt familiare, quod politum est & fabrefactum. Quando igitur is, qui non vere irascitur vel mœret, in perturbationibus aliquibus communibus & effictionibus cōspicitur: atq; in imitando solertia quædam elucet & gratia felix, his solemus incendi, illis offendimur. Etenim in iis, quæ spectamus, pariter afficimur. Homines emorientes & morbis laborantes cum molestia aspicimus. At pictum Philoctetem & fictam Iocasten, cuius perhibent in facie admiscuisse aliquid artificem argenti: quo expirantis hominis & animam exhalantis speciem repræsentaret æs: demulcemur miramurque. Hoc, inquam, Epicurei nō vulgare documentum est Cyrenaicis apud nos non in visu, non in auditu, sed in mente nostra versari oblectamentum, dum audimus & spectamus. Gallina enim, quæ assidue clamat & cornix, fatigat & obtundit aures. Qui vero gallinam exprimit cantantem & cornicem clamantem, retinet nos. Phthisicorum triste spectaculum est, statuas & picturas phthisicorum cum voluptate contemplamur, quod mens à simulachris ducatur conuenienter sibi. Nam qua re moti, aut quo extrinsecus oblato motu vsque adeo Parmenontis suem obstupuerunt, vt in prouerbium cesserit. Tametsi fama est, cum clarus foret minus Parmenon, æmulos alios specimen ex aduerso sui dedisse. Se d cum præoccupati homines essent, dicerentque: Præclare quidem sed nihil ad Parmenontis suem, attulisse vnum sub ala sua porcellum. Cum autem illi, qui vocem audiebant germanam suis, succlamarent: Quid hic ad Parmenontis suem? dimisisse hunc in medium porcellum ostendisseque ex opinione eos non ex veritate iudicasse. Hinc potissimum liquet permotionem sensus eandem non æque pellere animum, si quando abest opinione non solerter & artificiose actum.

Poetica vetus certamen fuisse. II.

PYTHIIS sermo habebatur de accersitis ludis, tollendos esse. Cum enim præter tres antiquitus vsitatos tibicinem Pythicum, citharistam, & citharœdum recepissent tragœdum, tanquam patefactis portis non voluerunt obsistere gregatim simul influentibus & inferentibus se omnis generis acroamatibus: à quibus varietatem quidem ludi non insuauem & speciem acceperunt, grauitatem Musis dignam non retinuerunt. Sed & negocium præbuit ea res iudicibus, & multas, vt fit, quod multi vincantur, simultates conciliauit. Præ cæteris eorum, qui orationes scribebant, & poetarum existimant summouendam ludis nationem, non literarum odio: sed quod essent longe omnium, qui in certamen descenderunt, nobilissimi, verecundiam habebant eorum dolebantque, cum haberent pro doctis omnes, nec palmam ferre omnes tamen possent. Nos igitur in concilio leniuimus eos, qui morem veterem obtinere volebant, ludisque vt organo frequentiam fidium & vocum obiiciebant: ac super cœnam, cum inuitati essemus à Petræo agonotheta priorum mentione relata musicam defendimus. Musicam demonstrauimus non seram neque nouitiam inter sacra certamina fuisse relatam, sed iam diu laureas obtinuisse. Hic suspicionem præbuimus nonnullis obsoleta adducturos nos exempla Oeolyci Thessali exequias Chalcidensisque Amphidamantis: in quibus Homerum & Hesiodum versibus certasse scribunt. Cum autem abiecissem hæc, quod diulgata omnia à grammaticis essent, illos, quæ in Achillis exequiis recitantur, non ἀπόλλων χήμονας. sed ἰήμονας: vbi appareret etiam orationum præmia fuisse ab Achille proposita. Missum facio, inquam, etiam, quod Peliam Acastus filius funerans certamen poeticū commisit: in quo victrix fuit Sibylla. Hic exorientibus multis atque astipularorem aliquem quasi incredibilis & nouæ historiæ flagitantibus forte fortuna recordatus demonstraui apud Acesandrum in libro de Lybia esse hæc prodita. Sed illud scriptum, inquam, non est omnibus obuium. Polemonis vero Atheniensis de thesauris Delphicis multos vestrum arbitror scripta legenda duxisse, viri certe eruditi neque in Græciæ rebus oscitantis. Ibi relatum reperietis in thesauro Sycionio librum fuisse dedicatum Aristomaches donum Erythrææ poetriæ, quæ ludis Isthmiis victrix fuit. Nec vero Olympia, inquam, est quod vt immobile fatum & immutabile in certaminibus stupeatis. Siquidem Pythia musicorum agonas, tres vel quatuor habuerunt ascititios. Gymnicus a primo fere in eo tenore constitit. At ludicro Olympico præter cursum omnia accessoria fuerunt. Multa enim ante instituta antiquarunt, vt calpes & rhedæ certamina. Abrogata etiam pentathlis, quæ pueris proposita erat corona. Breui complura illo in conuentu sunt innouata. Cur autem, inquam, etiam olim munus gladiatorium Pisæ datum fuerit vsque ad cædem & exitium eorum, qui victi erant & supplices, nolite ex me denuo requirere historiæ auctorem, ne si fefellerit me in vino memoria, ridiculus fiam.

Quamobrem picea Neptuno & Libero patri sacra sit habita, ac primum victores Isthmiis coronatos picea corona fuisse, deinde ex apio, nunc iterum picea. III.

PICEA quærebatur qua de causa coronarentur Isthmiorum ludicro. Nam Corinthi cœnabamus apud Leucanium antistitem. Ibi Praxiteles historicus fabulam adduxit, dici corpus inuotum Melicerti à maris vnda piceæ illisum. Siquidem non procul Megara locum esse, qui Cales dromos est nuncupatus: qua memorare Megarenses Ino puerum tenentem ad mare cucurrisse. Vulgo autem ferri Neptuno piceam coronamentum dicatum esse. Cum autem attexeret Leucanius hanc arborem, quæ sacra sit Libero patri, non absurde Melicertæ honoribus desponsam: id ipsum dubitationem mouit, quamobrem Neptuno prisci & Libero piceam cõsecrauerint. Mihi vero nihil id habere absurdi videbatur. Quando vterq; Deus humidi & fœtifici principii præsides habentur. Ac Neptuno Phytalmio, Libero patri Deodritæ omnes propemodum Græci sacra faciunt. Veruntamen ad Neptunum peculiariter dicas piceam pertinere, non vt Apollodotus putat, quia arbor maritima sit, aut quod vento gaudeat, sicut mare: quod nonnulli asseruot: sed ob nauium fabricam potissimum. Hæc enim & germanæ ei arbores Laryces & pini cum materiam subministrant nauigiis aptissimam, tum picis & resinæ vnguem: quo sine nihil eorum, quæ compacta sunt, in salo valent. Ar Libero patri piceam dicauerunt, quod condiat vinum. Nam locis, quæ piceis consita sunt, aiunt vitem dulce vinum edere: quod telluris feruori Theophrastus assignat. In vniuersum enim locis argillosis nasci piceam. Esse autem calidam argillam. Hinc proficere eam ad maturandum vinum: sicut laticem quoq; leuissimum & dulcissimum fundit argilla. Iam admista frumento cumulum efficit largum, quod fermentet & inflet tepore suo triticum. Sed & vsui piceam ipsi vineæ probabile est esse, quod vindicet vinum & feruet in longum. Quippe vasa omnes picant, atque aliquantum resinæ adiiciunt multi vino, ceu ex Græcis Euboenses, atq; ex Italicis Circumpadani. Vienna Galliæ vinum picatum mittit, quod in magna est dignatione apud Romanos. Neq; enim ea fragrantiam modo adiiciunt, verum etiam vinum reddunt generosum: quod ciro calore suo nouitatem vino & quod inest aquei detrahant. Quibus commemoratis orator, qui plurimum versatus in literarum lectione ingenuarum videbatur: An non ô dii immortales, inquit, non ita pridem coronamentum picea Isthmiorum euasit? Ante apio coronabantur: quod quidem in comœdia auarum quendam audire est dicentem:

Ego Isthmia ista libenter tanti venderem.
Quanti apii corona distrahi queat.

Proditum etiam à Timæo est historico, in Corinthios, com pergerent ad dimicandum pro Sicilia cum Pœnis, incurrisse nonnullos, qui apium portabant. Quod vbi abominabatur vulgus militum vt infaustum omen: quia habetur incommodum apium: atq; illos, quorum deplorata est valetudo, opus habere dicimus apio: confirmasse Timoleontem eos, ac commonuisse apii, quo Corinthii victores coronant. Ad hæc quod ex Antigoni naui prætoria circa proram sponte sua enatum esset apium, est appellata Isthmia. Iam hoc epigramma scolium notum est. Figulum adducit apio redimitum. Habet autem ad hunc modum:

Tellus propinqua igni hac redacta in cinerem
Fortis nigrum Bacchi cruorem contegit
Frondet in ore deportans suo Isthmicos.

An hæc non legistis vos, qui piceam vt non ascititium neque nouum, sed patrium & vetus Isthmiorum coronamentum celebratis? Permouit ille iuuenes vt magnæ vir eruditionis & multæ lectionis. At Leucanius simul intuitus me & arridens: Pro sancte Neptune, inquit, quam multæ literæ. Alii ex nobis illius inscitiæ, vti videbatur, & imprudentiæ obstiterunt, probaruntq; diuersum, fuisse piceam patrium certaminum coronamentum: Ex Nemea autem studio quodam coronam ex Apio, quæ peregrina erat, Herculis causa irrepsisse, præclaramq; tenebras offudisse illi, vt sacram & conuenientem. Inde tamen longo interuallo vendicato iterum piceam patrio decore præfulsisse honore. Ego igitur his accessi, animumque ita accommodaui, vt multas auctoritates ediscerem & memoriæ mandarem, Euphorionem, qui de Melicerta vel Portumno ita ait:

Plorantes iuuenem sub pulchris deposuere
Pinetis, vbi sertorum portantur honore.
Quippe haud dum manibus genitrix apprenderat ossibus
Filium ab Æsopo Nemes præmæsta Charonem.
Ex quo iactarunt apium per tempora frequens.

Iam

iam Callimachum, qui rem clarius explicuit. Narrat Hercules ei de apio:

Atq; id Aletidæ longe terrestrius isto
Palma Ægaeonem deum apud ludos celebrantes
Isthmiadæ signum statuent Zelo Nemeorum
Pinumque explodent, victores qua alta Corinthus
Ornabat.

Insuper lectitasse existimo vos * Periclis commentarium, qui de Isthmiorum ludicro memoriæ tradidit, primum certamen fuisse de corona picea propositum. Post cum factum certamen sacrum esset, ex celebritate Nemeaca coronam ex apio huc translatam. Pericles hic vnus fuit ex iis, qui in Academia Xenocratis studiosus audiendi fuit.

* Alii, Proclis.

10

De eo dicto ζωρότερον κέραιρε. IIII.

Ridicvlvs videbatur nonnullis, qui vna cœnabant, Achilles, qui vt meracius diffunderet, Patroclo iussit, inde adiecit causam

Namq; meas venere viri charissimi ad ædes.

Hic familiaris noster Niceratus Macedo plane contendebat non merum, sed calidum dictum esse τὸ ζωρὸν, ἀπὸ τοῦ ζωτικοῦ καὶ τοῦ ζέοντος, id est, à vitali & feruore: idq; conuenire, amicis præsentib. recentem ex integro dilui cratera. Namq; nos, si quando libaturi sumus diis, crateras instaurare, quos νεοκρᾶτας Græci vocant. At Sosicles poeta, qui dicere meminisset Empedoclem in vniuersitatis commutatione, quæ prius indiluta fuisset, ea facta ζωρότερα, potius ostendit temperatum ab illo dictū fuisse ζωρὸν: nec quid causæ esse, quin imperaret Patroclo Achilles, vt vinum potui temperatum pararet. Quod si pro ζωρὸν ζωρότερον dixerit, vt dexterius pro dextro, & effœminatus pro effœminato, non esse alienum. Fere namq; vsurpari ab eo pro simplicibus comparatiua. Familiaris noster Antipater annos docebat apud veteres ὥρας dici, τὸ ζὰ significate magnitudinem solere. Hinc vinum annosum & vetus appellatum ab Achille ζωρὸν. Ego subieci eis ζωρότερον nonnullos calidum denotare velle, calidius, ocyus: quomodo nos admonemus idētidem ministros, vt calidius munus suum exequantur. Cæterum concertationem eorum esse ostendebam puerilem, qui fateri dubitarent τὸ ζωρότερον dictum meracius: quasi non esset Achilli conuenturum, quod Amphipolitanus opinabatur* Zoilus. Qui non considerabat primum, cum cognosceret Phœnicem & Vlyssem Achilles ætate viros grauiores non delectari vino diluto, sed vt cæteros senes meraciore, intendi eum iussisse vinum, quod diffunderetur. Deinde qui discipulus esset Chironis, nec rationis victus rudis, reputaret nimirum desidentibus & feriantibus præter morem corporibus laxiorem & molliorem victum conuenire. Siquidem equis cum reliquo pabulo obiicit apium, non temere: sed quoniam ociantium præter consuetudinem equorum pedes vitium contrahunt, cui incommodo potissimum occurrit apium. Aliis certe equis haud inuenias in Iliade apium vel alium eius generis pastum obiicientem. Verum Achilles, qui medicus esset, cum equorum pro temporis ratione conuenientem curam agebat, tum corpori rationem victus leuissimam vt in ocio saluberrimam parabat. Enimuero quod viros, qui totum diem in prælio & certamine fuerant, nō pari existimaret accipiendos victu, plus dilui iussit vinum. Quin nec auidum apparet vini Achillem fuisse: sed immitem:

20

30

* Alii, Zenon.

40

Haud etenim lenis fuit ingenio placidoq;,
Sed magis incensis.

Ac defendens aliquando seipsum multas iactat se noctes duxisse insomnes. Contractus autem somnus non satisfacit vinosis. Iam Agamemnonem increpans, primum vocauit eum vinolentum, quasi pre cæteris vitiis temulentiam exprobrans. Quamobrem omnibus modis decebat, vt expenderet superuenientibus illis: an non vinum, vt sibi solidum erat diffundi, illis laxius & parum conueniens esset.

50

De iis, qui multos ad cœnam inuitant. V.

Qvod in accubando videbatur ineptum, multum sermonibus fuit agitatum in conuiuiis, quæ exhibuit quisque amicorum, cœnam dans nobis Alexandria redeuntibus. Vocabantur enim vbiq; frequentes, qui aliquatenus contingere putabantur nos propinquitate, ac conuiuia compotationes habebant turbulentiores, & soluebantur celerius. Vt vero Onesicrates medicus non multos, sed perquam familiares & maxime necessarios ad cœnam inuitauit: visum mihi, quod dictum à Platone est, amplificatæ ciuitati ciuitatem conuiuium non darum. Quippe conuiuii magnitudo apposita est, quatenus manere, cōuiuium velit. Quod si adeo immensa eius frequentia sit, vt non iam appellare seipsum possit, neque consentiens sit comitate

sibi ipsi neq; familare: nec conuiuium sit. Neque enim vtendum velut in castris internunciis, vel sicut in tritemi hortatoribus: sed debent ipsi inter se conuenire conuiuæ, habereque conuiuium sicut chorus e raspeditem præsultori auscultantem. Ita me fato tum auus noster Lamprias in medium locutus: Nempe, inquit, non in cœnis modo nobis, verum etiam in vocandis cõuiuis est moderatio adhibenda. Nam est sane aliqua & comitatis intemperantia, quæ neminem compototum prætereat, sed omnes trahat quasi ad spectaculum & audientiam. Mihi vero nec panis nec vini penuria ita reddere conuiuatorem videtur ridiculum, vt sedis & loci: quorum vel non inuitatis, sed superuenientibus vltro hospitibus & alienis paratam suppetere copiam decet. Præterea si deficiat panis vel vinũ, in seruos id reiicias licet, suffutari eos. Loci vero inopia exhausti in multitudinem, oscitantiæ eius, qui vocauit, asseribitur: Commendatur mire Hesiodus, qui ait: 10

Reuera primum chaos extitit.

Sedes enim & locus rebus nascentibus suppeteret oportebat: non vt heri filius meus illud, inquit Anaxagoreum: Erant simul omnes res: concœnationem fecit. Imo vero quo locus suppeditet & paratus: ipsa vitanda est multitudo, vt quæ ex conuiuio societatẽ & colloquium tollat. Siquidem vini minus vitiosum est subducere ex conuiuio quam sermonis consortionem. Hinc tonstrinas Theophrastus propter confidentium illic loquacitatem sicca conuiuia appellauit. Sermonum commercium intercludunt qui multos vna conglobant. Imo hoc efficiunt, vt rari inter se conuersentur. Etenim bini vel terni seorsum confabulanrur, & sermones inter se serũt. Procul cubantes nec cognoscunt nec aspiciunt, cum inter eos equi cursus intersit: 20

Ad sedes siue Aiacis genitiTelamone
Siue & ad Æacida.

Quare non recte diuites insolescunt, qui ædes triginta lectorum & ampliores ædificant. Cœnarum enim ille instructus insocialium & alienarum est, quæ panegyriarcham potius quam symposiarchum quærant. Sed danda illis, vt id faciant, venia. Siquidem diuitias non esse diuitias, & reuera existimant cœcas atq; obseptas, nisi sicut tragœdia spectatores testes habeant. Nos vero simultos in vnum non contrahamus: id crebro exiguis globis aliquos excipiendo compensauerimus. Nam qui raro & per euntum, quod aiunt, conuiuium habent, coguntur quoeunq; modo necessarium vel familiarem centuriare. Qui vero crebrius ternos vel quaternos diuersos inuitant, hi conuiuia sicut pontones leuia faciunt. Facit autem aliquam magni amicorum agminis delectum etiam assidua causæ reputatio. Quomodo enim ad vsus nostros non quosuis sed accommodatos cuiq; accimus: si deliberemus, prudentes: si litigemus, facundos: si peregrinemur, in victu quam maxime faciles & in ocio agentes. Sic ad conuiuia inuitandi semper accõmodati sunt, quando præsidem prouinciæ inuitas: conuiuæ magistratus, si amici sint, & ciuitatis primores: in nuptiis vel natalibus genere coniuncti, & qui communem habent Iouem gentilitium. Ad epulas autem huiuscemodi, quibus excipimus aliquem vel prosequimur, illi potissimum, qui his sunt grati, vocandi. Neq; enim cum deo sacrum facimus, diis omnibus aliis obsecrationem facimus, ac templa & aras vouemus: sed tribus vino impletis crateris ex primo his, illis ex secundo, aliis libamus ex nouissimo. Explosa namq; ex eorum choro est inuidia. Diuinus est etiam amicorum chorus, si candide sit in conuiuibus dispensatus. 30 40

Qua de causa angustius initio mensæ sedeant, inde laxius conuiuæ. VI.

QVIBVS dictis extemplo quæsitum est, cur arctius principio cubaretur, inde laxius: cum cõtrarium oporteret impletis cibo conuiuis. Nonnulli ex nobis accubitus figuræ id tribuebant. Siquidem in latum vt plurimum discumbentes cœnare: qui dextrã ad mensas porrigant: vt cœnatum est retorquere se magis in latus ac figuram efficere corporis acutam: nec iam fere in obliquum sed ad amussim sedem occupantes. Vt igitur locum tali capiunt, recte si cadant, quam si proni minorem ita quemq; nostrum primo in os vergere conficientes in mensam oculos, post conuertere in profundum ex lato accubitum. Plerique lectum allegebant explicari. Compressum enim in accumbendo extendi diducique, quomodo calciamenta, quæ premuntur, remittentia se sensim ac laxata meatibus spacium pedi, vt circumagere se valeat, præstant. Tum senex ludens binos ostendit vni conuiuio præsides & præfectos esse, initio famem, quæ ab omni est ordine aliena: post Bacchum, quem omnes ducem belli fuisse fatentur præstantissimum. Sicut igitur Epaminondas, eum duces ex impetitia in locum impeditum agmen conieciffent, vt in semetipsum incurreret, secumq; collideretur, admouit se, copiasq; inde eduxit, atque in ordinem restituit. Perinde nos in exordio à fame conglobatos canum more mox accipiens Deus Lyæus & Choreus in hilarem ordinem & facilem redigit. 50

Deiis,

De iis, qui fascinare dicuntur. VII.

DE iis, qui fascinare perhibentur & oculũ habere veneficum illato super cœnam sermone, cum cæteri rem semel exibilarent & riderent: Mertius Florus, apud quẽ cœnabamus, casus ostendit mire suffragari famę: nec si deficiamur causa, iure fidẽ exemplis abrogari. Quando infinita euidenter existunt, quorum nos tamen causa præterit. Omnino autem inquit, qui in singulis causam inuestigat consentaneam, is ex omnibus detrahit miraculum: Vbi enim causæ ratio claudicat, illinc orditur dubitatio, id est, Philosophia. Ita Philosophiã quodam modo tollunt, qui stupendis fidẽ derogant. Atqui oportet cur quidq; fiat, ratione persequi, ccipere vero, quod id fiat à nostro visu. Siquidem perspicimus homines aspectu maximum infantibus momentum adferre, statu corporis eorum ob humiditatem & imbecillitatem ab ab illis in deterius conuerso & inflexo, quod solidis & duratis iam corporibus non accidit. Tãetsi sane * Thybios, id genti nomen est, Ponti quondam accolas Philarchus scriptũ reliquit non pueris modo, verum etiam adultis pestiferos esse. Etenim visum animam, & alloquium eorum tabem contactis corporibus & morbum afferre. Quod mali sensisse arbitror mercatores aduenas, qui mancipia & venalia exportabant. Licet hoc in istis minorem facit admirationem. Contactus enim & corporum coniunctio adfert euidentem aliquam mali originẽ. Ac quomodo reliquarum volucrium pennæ si sint cum aquilinis coniunctæ, non marcescunt torrefactæ, permanentq; illæsæ plumis putrescentibus: pari modo nihil impedit: quin hominis contactus alius salutaris, alius infestus & perniciosus sit. Illud vero aspectu aliquos offendi, est in exemplis: sed quia causam habet implicatam, fide caret. Atqui, inquam ego vestigium aliquod ipsius causæ & callem inuenisti, qui ad corporum peruenisti effluuia. Quando odor, vox & spiritus fluxio quædam animãtium sunt portiones emanantes ex eis mouentesq; sensus: quando ab eorum occursu afficiuntur. Longe vero est probabilius efflari ea & effluere ex animantibus caloris & motionis causa, quando obtinet quasi pulsum aliquem & concussionem spiritus: Hinc conquassatũ assidue effluuia quædam reddit corpus: quod præsertim per oculos accidere verisimile est. Visus namq; vt est inquietus, cum spiritu lumen elidente igneum vim quandam mirificam diffundit: vt multa patiantur homines & agant eius opera: voluptatibusque & molestiis impotentibus impulsus à rebus, quæ sub aspectum cadunt, corripitur: atq; amorum qui maximæ & vehementissimæ animi sunt perturbationes, originem visus præbet, vt fluat, & fundatur amator, quando intuetur formosas, quasi in eas penetret. Quare mireris profecto vt maxime illos, qui patere homiuem arbitrantur per visum in iniuriis & nocumentis, nec agere, quicquam vel lædere. Obtutus enim eorum, qui in ætatis sunt flore, mutuus & quod emicat ex eorum oculis, siue id lumen, siue fluor sit eliquat amantes & perdit cum voluptate dolore coniuncta, quam illi γλυκύπικρον quasi dulcem amaram vocant. Neque enim contactu vel auditu perinde vulnerantur & afficiuntur vt cum aspiciuntur & aspiciunt. Namque adeo penetrat & inflammat contuitus: vt semel rudes amorum sint censendi illi, qui Medicum naphtham, quod ex interuallo ab igne incendatur, admirantur. Quippe speciosorum lumina, etiamsi ex spacio multum remoto mutuo amantes aspiciant, flammam tamen in amantium animis accendunt. Atqui ictericorum remedium subinde videmus: qui si rupicem inspectent, curantur. Ea enim vis esse & temperatura videtur huius auis, vt allicere & recipere morbum illum per oculos sicut scaturiginem exilientem queat. Hinc non intuentur rupices aurugine laborantem nec sustinent, sed auersantur occlusaque tenent lumina: non quod inuideant, vt nonnullorum est sententia, auxilium suum: cæterum quia sicut ab ictu sauciantur. Præ cæteris morbis maxime & celerrime lucis oculorum perturbationes recipiunt illi, qui cum eo vitio affectis versantur. Vsque adeo valet oculus cito affricare alteri & infligere mali contagionem. Sane quam inquit ais recte Patrocleas, vt in malis corporis. At affectus animi, ex quibus inuidia est, quo pacto & qua ratione per aspectum noxam iis qui aspiciuntur, infundat? Nescis, inquam, ab animo quando laborat, corpus affici? Veneris cogitatio pudenda arrigit, canum bilis in concertando cum feris extinguit sæpe numero & occæcat eorum lumina: tristitiæ, auaritia, obtrectatio colorem mutant, habitumque corporis atterunt. Nihilo sunt vires inferiores inuidiæ, quæ subiens animum simul corpus implet prauitate. Quam scite exprimere tentant pictores delineantes inuidiæ faciem. Quos igitur ita inuidia moti aciem aliquo defixerint, atque lumina maxime vicina illud animi ad se rapuerint virus, ac sicut telum venenatum infligantur: nihil mea sententia miraculi est, neque abhorret à fide illos, qui aspiciuntur, virus concipere atque offendi. Quippe morsus canum cum flamma mordentium sunt infestiores: ac genituram humanam in concubitu amantium esse efficaciorem ferunt. Breui motiones animi firmiores præstant & feruidiores corporis vires. Quocirca genus eorum qui amoliuntur fascinum προβασκάνια dicunt auxiliari aduersus inuidiam creduntur, retracto visu dum

* Alii, Thybiis.

malum nondum valide inhæsit, vt affectis languidius infigatur. Hæc tibi, inquam, flore conuiuii symbola habe annumerata. Tum Soclarus: Nempe, inquit, si ea probauerimus. Patet enim orationem tuam aliquatenus esse adulterinam. Nam si ea, quæ multi de fascinatis referunt, esse statuerimus vera, non est certe obscurum tibi multos etiam amicis & necessariis, nonnullos etiam genitoribus oculum esse fascinantem existimare: vt nec vxores pueros eis monstrent, neq; diu ab istis aspici permittant. Qui ergo iam ex inuidia oriri hoc mali appareat. Quid porro per deos immortales de iis dices, qui seipsi fascinare perhibentur? Etenim audisti hoc: sin minus, legisti certe hæc:

Nam fuit Eutelidas forma quondam speciosa:
At miser in rapido dum spectat flumine vultum,
Sese fascinat ipse, lues illum occupat atrox.

Fama est enim Eutelidam, cum formam suam spectasset & vidisset formosam: ex eo, quod se spectasset, vulneratum in morbum incidisse, corpusq; cum forma amisisse. Cedo iam, quid ad tam absurda adferes commenti? Ego vero, inquit, cum alias prolixe occurrere potero, tum bibens, vt vides, ex tam grandi poculo confidenter aio: Perturbationes animi omnes, si diutius inhæserint, statum corporis efficiunt prauum. Qui si vim naturæ induerit: à quauis agitatus occasione sæpe & inuitos ad familiaria & vsitata vitia deducit. Age timidos specta, videbis etiam salutaria formidantes: Iracundos, spectabis vel in charissima indignantes pignora: proteruos, ne à sanctissimis quidẽ temperare corporibus valentes. Quippe consuetudo mire potest ad familiare vitium trahere affectum, atq; qui præceps est in vitiũ, hic incurrat necesse est in omnia, quæ occurrant. Itaq; non est mirandum, si illi, qui inuidentiæ, & fascinationis asciuerunt habitum, etiam in familiares ex vitii proprietate concitentur. Qui cum ita concitantur, quod soliti sunt, non quod volunt, agunt. Nam vt globus moueri orbiculatim, & cylindrus proprio cylindri motu, vt exigit figuræ diuersitas, voluitur: sic eum, qui ita est liuidus, affectio liuide aduersus omnia extimulat. Quin etiam noxam eos par est inferre magis familiaribus sibi atq; adamatis. Atque bonus ille Eutelidas, & quotquot fascinare creduntur semetipsos, non immerito ita videntur affici. Lubricus est enim, vt est apud Hippocratem, qui ad summum aspirauit, bonus habitus: corporaq;, verticem quę attigerunt vigoris, non consistunt: sed vergunt perpendentq; in contrarium. Si quando igitur incrementum grande fecerunt, & habere se, quam expectabant, contemplati sunt melius: vt, cum inspiciunt se, admiratione capiantur, tunc corpus proxime ad inclinationem accessit, prolabentesq; ad statum deteriorem seipsos effascinant. Hoc efficitur potius ab effluuiis, quæ ad aquas vel alia specula obiiciuntur. Respirant enim in seipsos, qui se contemplantur: vt, quo incommodauerunt aliis, eo ipsi perstringantur. Quod cum etiã in pueris forsitan fiat, sæpenumero causam falso attribuit illos inspicientibus. Hic cum finẽ dicendi fecissem, gener Floti Caius: Imagines, inquit Democriteæ sicut Æginetæ vel Megarenses pro nihilo sunt ducendæ & nullo numero habendæ: quas inuidentes ille docet emittere neque sensus ex toto exortes neq; impulsus, refertas autem elidentium peruersitate & inuidentia: cũ qua illitas, adhærentes, & familiares factas fascinaris corpus eorum & mentem solicitare & vulnerare. Id enim ille, ni fallor, innuere & verbis diuine magnificeq; exprimere videtur. Sane quidem, inquam. At miror, quo pacto præterierit vos nihil illum aliud ex illis fluxionibus, quam quod animatum sit & vim voluntariam delibasse: ne me putetis, quia multa iam nox est, inuehendis spectris & simulachris sapientia & intellectu præditis vos territare & percellere. Quare crastino mane, si libebit, de his disseramus.

Cur malum arborem Homerus ἀγλαόκαρπον, id est, splendidi fructus feracem dixit, Empedocles ὑπέρφλοια, id est, virentia & florentia mala. VIII.

EPVLANTIBVS aliquando Cheroneæ nobis, cum apposita essent omnis generis poma, subiit cuidam ex conuiuis versum illum pronunciare.

συκέαι τε γλυκεραὶ καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι. Id est.
Et dulces ficus fructu & mali speciosæ
Atq; virescentes oleæ.

Quæsitum ergo est, quid malus poeta ἀγλαόκαρπον præcipue dixerit. Ibi medicus Tryphon hoc dictum ex arboris huius cum reliquis comparatione ostendit: quod perquam pusilla atque aspectu abiecta fructum tamen pariat pulchrum & grandem. Alius memorauit, cum pulchrum vndique in vnum collegisset, huic ex arborum baccis vni id suppeditare vidisse poetam. Siquidem

dem contactu instar est lilii: vt non inquinet, sed fragrantia impleat attingentem: & gustatu suauis olfactuq; & aspectu iucundissimus. Hinc quia omnes sensus delinit, iure eum celebrari. Hæc nobis satis diximus probari. Enimuero quod Empedocles ait:

οὕνεκεν ὀψίγονοί τε σίδαι καὶ ὑπέρφλοια μῆλα. Id est,

Hinc tardaq; sida crescens, & mala venusta.

Sidarum quidem epitheton intelligere se: quoniam autumno exeunte iam æstuq; exolescente fructū suum maturant. Nam succum eius, qui imbecillis est & exiguus, nō sinit sol in corpus ire, nisi cœperit in frigus aer transire. Hinc, solam hanc arborem docet Theophrastus rectius in vmbra coquere fructum & celerius. Mala vero, quid velit sapiens ille, cur ὑπέρφλοια dixerit, hærere 10 me præsertim quod vir ille non ornandæ gratia dictionis suæ speciosissimis epithetis, sicut floridis coloribus res illustrare sit solitus: sed vnoquoq; indolem alicuius aut potentiam significet, ceu ἀμφιβρότην χθόνα, circumiectum animū corpore, νεφεληγερέτην aera, πολυαίματον iecur. Quæ cum ego attulissem, Grammatici quidam asseruerunt ὑπέρφλοια mala vigoris causa dicta. Nam impense vigere & florere à poetis φλοιέειν dici: eoq; modo Antimachum φλοιέουσαν pomis Cadmeorum vrbem appellasse. Aratum item cum de canicula loquitur,

Καὶ τὰ μὲν ἔρρωσεν, τῶν δὲ φλόον ὤλεσε πάντα.

Cætera firmarunt, verum amisere virorem

Cuncta

Viriditatem & florem fructuum φλόον dicere. Esse etiam Græcos, qui Baccho Phlœo sacra faciunt. Itaq; quod supra cæteros fructus viriditas & τὸ τεθηλὸς in malo durat, hinc ὑπέρφλοιον fuisse ab hoc philosopho nuncupatam. Auus autem noster Lamprias vocem ὑπὲρ ait non modo valde & vehementer, verum etiam extrinsecus & superne denotare. Ita enim ὑπέρθυρον id est, limen superius, & ὑπερῷον, id est, cœnaculum nos vocare. Homerum etiam ὑπέρτερα carnes quæ extra vi. ctimam sunt, sicut ἔγκατα, quæ in ea sunt. Quare vide, inquit, ne eo respexerit citius Empedocles cum hoc epitheton fecerit: quod cum fructus cæteri foris obducantur cortice, qui φλοιὸς Græce dicitur, habeantq; in cotio illa, quæ λοπίσματα dicuntur, putamina, folliculos, & siliquas: mali cortex intus sit membrana glutinosa & mollis, quæ amplectitur semen: Quod autem est edendo, extra illam circumfundat, iure dictum sit ὑπέρφλοιον.

Quid causæ sit, cur ficus, quæ arbor est summa acritudinis, fructum edat dulcissimum. IX.

HInc in discussionem venit: qui tandem vsq; adeo pinguis & suauis fructus ex arbore nascatur amarissima. Ficin. n. etiā folium scabredinis causa θρῖον est Græce dictum Lignum eius est succosum, vt vstum fumum edat acerrimum, lixiuiumq; ex cinere exusti ligni vim abstergendi summam propter acritatem habeat. Quod vero inprimis stupendum est, quod cum arbores, quæ germinant & fœtificant, omnes florescant, vna florę vidua sit fici planta. Iam si, vt fama tenet, non tangitur de cœlo, & id quoq; acritudini & asperitati trunci acceptum feras. Creduntur namq; arbores eiusce modi fulmine non afflari, vt neq; vituli marini vel hyænæ corium. Hic 40 senex excipiens sermonem ostendit expresso, in succum quicquid inerat arbori, dulci, merito quicquid superest, immodice amarum euadere. Nam vt iecur vnum in locum omni reiecto felle ipsum fit dulcissimum: sic ficum, quæ in fructum suum, quicquid est pinguedinis & maturi succi absumit, ipsam expertem manere dulcedinis. Siquidem lignum eius non prorsus vtili suo coorbum esse, inde, inquam, coniecturam capio: quod aiūt rutam, quæ sub fico crescit aut propenascitur, suauiorem esse, liquorisq; mollioris: quod dulcedinis à ficu vsuram aliquam accipiat: qua sapor ille immodice grauis & odiosus extinguitur: nisi sane contra retrahens alimentum ficus, quicquid est acredinis, elicit.

Qui dicantur amici sale tenus & cymino, & cur salem Homerus diuinum dixerit. X.

QVÆSIVIT, cum apud eum cœnaremus, Florus, qui prouerbio dicerentur sale & cymino tenus amici. Id explicuit expedite Apollophanes Grammaticus. Amici, inquit, qui tanta familiaritate sunt coniuncti, vt etiam sale contenti solo & cymino cœnitent, illo prouerbio notantur. Sali vero vnde is honos accessisset, ambigebamus: cum Homerus diserte dicat,

Diuinumq; salem comedit.

Et Plato corpus salis sanctionibus humanis esse sacratissimum memoret. Maior scrupulus inijcebatur ex eo: quod sacerdotes Ægyptii, qui casti sunt, abstineant in totum à sale, adeo vt etiam pane vescantur insulso. Qui ergo, si res sal religiosa & diuina est, sunt eum detestati? Hic Florus missos faciendos Ægyptios censebat: adferrent autem more Græco aliquid ad præsens argumentum. Ego vero nihil demonstraui à Græcis dissidere Ægyptios. Quippe castitas liberorum procreationem, risum vinum, multaq; alia alioquin grauia tollit. Enimuero salem, quod ad Venerem stimulet ob calorem, vt aliqui volunt, deuitant, qui castitatem seruant. Quid si etiam vt opsonium delicatissimum repudiant? Est enim sal reliquorum opsoniorum propemodum opsonium & condimentum. Proinde Venerem sunt qui eum vocent, quod cibum necessarium opiparum efficiat. Haccine, inquit Florus, de causa dictum esse salem diuinum dicemus? Imo est id quoq; non minimo documento: quod mortales communia & quæ vsibus nostris seruiunt, fere consecrent, velut aquam, velut lucem, temporum articulos. Tellurem vero non diuinam tantum, verum etiam deam censent: quorum nulli cedit vsu sal: quod corporis alimento pro lotricatione est, adaptatq; id appetentiæ. Iam etiam specta an ne illud quoq; diuini ei accesserit, quod mortuorum corpora à putredine vindicans & conseruans diu morti reluctetur, nec patiatur id, quod mortale est, extingui & dissipari: verum sicut anima, quæ rerum est nostrarum diuinissima, animantia continet, nec diffluere sinit corporis molem: sic salis indoles cadaueribus adiuncta atq; animæ munus imitans delabentia in tabem retinet, cohibetq;, & sustinet, concinentiam partibus inter se atq; coniunctionem conciliando. Qua de causa nonnulli Stoici dicuntur τὴν νῦν σάρκα, id est, carnem nunc mortuam fuisse ψυχὰς, id est, carnem animatam, dum anima instar salis ad durandum fuit aspersa. Vides fulguris ignem nos sacrum ducere & diuinum: quod corpora fulmine ictorum resistere in longum tempus cernamus putredini. Quid est ergo noui, si salem eadem ac ignis cœlestis præditum vi veteres diuinum credidere? Postquam conticui, excipiens Philinus: Quid tibi, inquit, an ne quod fœtificum est, diuinũ esse videtur. Siquidem author deus omnium est? Annuente me: Atqui salem, inquit, haud mediocriter conferre existimant ad genituram, in qua esse sententia ipse meministi Ægyptios. Hinc igitur in canib. alendis qui studium ponunt, quoties segniores canes sunt ad initum, eum alio pastu salso tum carnibus sale conditis cient & extimulant genitalis eorum socordiam. Nauigia, quibus subuehitur sal, immensum numerum murium producunt: quod fœminæ mures vel citra coitum, vt nonnulli volunt, vbi lixerunt salem, impleantur. Quamuis propius vero sit salsuginem muribus pruritum excitare, accendereq; ad coniunctionem animantia. Quapropter fortassis etiam formam mulieris non ignauam nec illiberalem cum venustate coniunctam & mouentem oculorum, salsam & acrem vocant. Quin & Venerem meo iudicio Saligenam appellant poëtæ, fabulamq; de ea confictam ceu mari orta prodidere, salis fœcunditatem innuentes. Imo deos pelagicos cunctos fœcundos & numerosam habere prolem tradunt. Nullum deniq; inter terrestria animalia & volatilia proferas vsq; adeo fœtum, vt marina omnia: quo allusit hoc versu Empedocles:

Multiplices fundens genus in Musis rude pisces.

PLVTARCHI

Quæstionum conuiualium Liber VI.

Proœmium.

TIMOTHEVM Cononis filium Sossi Senecio velut ex splendidis & Imperatoriis epulis Plato cœna excepit in Academia philosophico & frugali, non tumido, vt Ion ait, apparatu: cui somni liquidi nec frequentibus interpellati visionibus sunt comites cum corporis coniuncti serenitate & tranquillitate. Itaque postero die Timotheus discrimen percipiens, Platonis ait conuiuas postridie etiam oblectationem sentire. Magnum est enim teueta ad læte viuendum corporis non oppressi agilisque & ad omnem functionem sine vlla mali expectatione parati bona temperatura compendium. Quin & alterum supperebat non leuius iis, qui apud Platonem cœnauerunt, sermonum inter pocula habitorum reputatio. Nam hiantium cupiditatum voluptates recordationem habent illiberalem atque alioquin euanidam tanquam nidorem rancidum & fumum, quæ in iis remansit. At quæstionum & sermonum argumenta doctorum illos, qui eorum reminiscuntur, exhilarant: quod semper offerant se recentia: nec minus illos, qui non interfuerunt quam eos qui au-

qui audiuerunt, participes sui faciant. Quandoquidem nunc quoque conuiuiorum Socraticorum in consortium veniunt, hisque fruuntur literarum cultores nō secus atque illi, qui tunc vna cœnabant. Et quidem si ferculorum apparatus voluptatem peperissent, oportuisset Xenophontem & Platonem non dictorum sed appositorum in Calliæ & Agathonis mensis pulmentorum, cupediarum, & bellariorum annotationem relinquere. Atqui istorum nusquam, quamuis simile veri sit splendida & sumptuosa fuisse, habuerunt mentionem: cæterum quæ disputata fuerunt erudite, ea sedulo literis mandauerunt, prodideruntque posteritati exempla: quomodo non tantum serenda inter pocula mutuo sint colloquia, verum etiam dictorum memoria conseruanda.

10

Qua de causa qui ieiunant, sitiant quam esuriant magis. Quæst. I.

HVIVS igitur sextum mitto tibi quæstionum conuiualium librum: in quo est prima de eo, quod sitiant magis quam fameant, qui ieiunant. Siquidem sitiri plus quam esuriri absonum videbatur post inediam: quod alimenti defectum sicci instaurationem naturaliter requirere familiarem appareret. Tum ego illis, qui aderant, ostendi eorum, ex quibus conflati sumus, solum vel præcipue alimentum flagitari à calore: id sane liquere ex eo, quod neque aer, neque aqua, neque terra quærant escam: neque absumant id, quod ipsis sit admotum, sed solus ignis. Hinc etiam pueri ex feruore quam senes sunt voraciores: contra facilime tolerant senes inediam. Est enim eorum calor retusus iam & exiguus: quomodo in sanguine carentibus animantibus: quæ quidem caloris penuria nutrimentum quam minimum postulant, atque vnumquemque nostrum exercitia clamores, & quæcunque mouendo augent calorem, solito cupidiorem cibi & ad edendum reddunt promptiorem. Nutrimentum autem calori, quod primum eius naturæ conuenit, humorem esse potissimum arbitror. Quod flammæ, quæ oleo grandescunt, docent, & quod omnium sit cinis aridissimum. Quicquid enim inerat liquoris, id exustum est, ac pars eius terrestris superest succo vidua. Iam diducit & distrahit ignis corpora humorem extrahendo conglutinantem & colligantē. Itaque quādo ieiunamus, ex alimento, quod in corpore est reliquum, rapit primum calor ad se humidum: mox petit ipsum natiuum carnis succum, sectans quod liquidum est adustio. Vbi ergo extitit sicut in luto ariditas, potum corpus desiderat potius, dum potu refectus & inualescens calor alimenti appetentiam solidi effecerit.

20

30

Penuria ne famem & sitim, an meatuum transfiguratio efficiat. II.

SVB hæc Philo medicus primam quæstionem mouit: penuria non videri sitim oriri, sed certorum traiectione meatuum. Quod partim ostendunt illi, qui noctu sitiunt. Hic superueniente somno, quamuis non biberint, liberantur siti: partim febricitantes qui remissa vel conquiescente febre simul siti leuantur. Multis lotis & vero à vomitu aliis resoluitur sitis: quorum tamen auget humorem nullum: sed spiramenta modo, quæ traducta aliam rationem & statum parauerunt. Id magis elucescit in fame. Siquidem multi ægri pariter fame laborant & cibi fastidio. Nonnullis cibo expletis nihilo est remissior appetitus, sed intenditur & permanet. Complures, qui cibi tædio laborarunt, olea sumpta, quę muria sit condita vel cappari gustata confestim recrearunt & restituerunt appetitionem. Quare vel maxime liquet ex labore aliquo meatuum, non ex inedia occupari nos fame. Siquidem eiuscemodi edulia muria condita penuriam minuunt illis, qui oblato cibo esuriunt, atque salgama, quia ori grata sunt, & acritudine prædita, corrigendo & roborando ventriculum aut vicissim laxando & remittendo conuenientiam quandam cibi recepticem in eo gignunt, quam appetentiam dicimus. Videbatur ista mihi disputatio probabilis quidem, sed pugnare tamen cum præcipuo naturæ fine, quo omnia animantia ducit, appetentia expleri desideriū auens & inopiā necessarii sarcire quærens. Illud enim, quo distat potissimum ab inanimi animatum, id inficiari ad tutelam & conseruationem nobis suppetere, sicut subsidium oculorum, qui familiares corpori sunt, aliorumque, quæ ei sunt ingenita: sed vitium esse illud existimare & conuersionem aliquam meatuum, quæ pro mole & exilitate accidat, hominum est plane nullam rationem naturæ habentium. Iam rigere peculiaris caloris penuria corpus, nec etiam sitire neque famere humiditatis inopia natiui & alimenti monstri simile est. Lōge eo est mōstrosius euacuationem quæri expleto corpore à natura, expletionem inanito non quæri, sed propter affectum aliquem alium, quo imbuta sit. Atqui angustiæ istæ & instaurationes nihil discrepant ab iis, quæ in agricultura fiunt. Multis enim paribus modis afficitur & iuuatur. Squalentia enim rigando adaquare, adulta refri-

40

50

getare modice: Sin rigeant, tepefacere studemus & munire multiplici operimento. Quæ autē præstare non possumus, ea à deo precibus poscimus, molles rores, æstus moderatos cum ventis: quo perpetuo defectus instaurationem natura habeat temperaturam suam seruans. Ex ea ratione appellatum puto τροφὴν, id est, alimentum, τὸ τηροῦν, id est, id quod tuetur naturam. Conseruatur autem plantis citra sensum vllum ex aere circumfuso, vt Empedocles ait, conuenienti modo irrigatis. Nos appetitio, quod abest temperamento, inuestigare docet & persequi. Cæterum singula, quæ allegata sunt, consideremus, quam à virtute discedant. Grata palato & acria fortasse non apperentiam conciliant receptricibus alimenti partibus, sed fodicant ea: quomodo pruritus titillationem, dum fodicatur cutis. Quod si etiam hic labor appetitionem procreat, propius fidem est, ab iis esculentis conueniens alimentum concisum dissipari ac penuriam effice- te, non traductis spiramentis, sed exinanitis & repurgatis. Quippe acetosa, acria, & salsa com- minuendo escam digerunt & discutiunt: vt recentem moliantur appetitionē excussis prioribus. Itaq; non transposita soluunt spiramenta sitim, sed quando reficiunt carnis humorem, & vaporeriguo sunt impleta. Vomitus, quod alienum est, reiiciens, fruendum naturæ id, quod ei est conueniens, præbet. Neq; enim redundantis est humoris: sed eius, quod secundum naturam est & familiare, sitis. Quapropter etiam si peregrino affluat, laborat inopia homo. Insistit namq; humori naturali, cuius est appetentia, neq; permistionem admittit vel temperaturā, quoad excesserit hic & emigrauerit: tunc recipiunt meatus, quod cognatum est. Febres in altum repellunt humorem, qui illuc interioribus flagrantibus omnis abscedit, oppressusquè ibi coercetur. Hinc accidit simul, vt multi vomitu reiiciant partium densitate interanearum astrictarum humores: atq; ex penuria & squalore reliqui corporis sitiant. Postquam vero remisit se febris, feruorq; ex visceribus recessit, diffusus denuo redit, penetransq;, vt solet, quoquo versus humor cū mediis requiem præbet, tum carnem æquabilem & duram pro aspera & squalida redditam emollit. Subinde etiam sudores inuehit. Ita quæ sitim excitauit, discutitur & conticescit penuria humore in debitum & desiderantem remigrante locum, relicto qui grauabatur & ægre emergebat. Nam quomodo hortus, cuius quamuis habeat puteus copiosam aquam, nisi hausta irriges eum, sitiat, & alimentum non sentiat necesse est: sic corpus succo in vnum reuulso locum non mirū est penuria premi circa partes cæteras & torreri: quoad influat & diffundatur humor. Idem accidit febricitantibus in remissione, atq; in dormiscentibus siti. Etenim his somnus ex corporis vmbelico reducens humores, eosq; quoquo versum dispensans, æqualitatem membris & sagiriam addit. Nam traiectio hæc quæ dicitur spiramentorum, ex qua fames & sitis oriatur, qualis tandem est? Ego quidem in hisce meatibus discrepantias nullas video alias, quam ex abundantia, vel quod conueniant vel pandant se. Quæ quando conniuent, neq; potum neq; cibum accipere valent: cum dehiscunt, vacuum spacium præbent: quæ indigentia est eius, quod familiare est & naturæ conueniens. Nam constrictio optime Philo pannorum, qui tinguntur, locum habet, inquam, in acri & abstergente: cuius ope superfluis excretis & consumptis meatus ob defectum & vacuitatem excipiunt citius tincturam & imbibunt.

Cur, qui esuriunt, si potauerint, liberantur fame: contra qui sitiunt, si comederint, sitis increscit. III.

HIs dictis ille, qui conuiuio nos exceperat, satis commode ait ea disputata esse: simul aliam ad quæstionem ad istas meatuum exinanitiones & expletiones in præsentia reuocauit. Cur famem restinguere potus possit: sitientibus è diuerso, si cibum sumpserint, intendatur sitis. Hunc casum illi, qui meatuum effectum vrgent, facilime & probabiliter inter cætera reddere videntur pro causa: quamuis alioqui non multa probabiliter allegare mihi videantur. Nam cum meatibus dotata sint omnia, competentiam autem meatus habeant alia aliam: laxiora pariter aridum & humidum alimentum recipiunt, potum strictiora admittunt, cibum nō admittunt. Efficit vero horum vacuitas sitim, illorū famem. Quocirca si comederint, qui sitiūt: nullum hi leuamen percipiunt, meatibus propter angustias escam siccā excludentibus: atq; ita in egestate eius, quod ipsis conueniat, persistentibus. At qui esuriunt, si biberint, penetrans in meatus humor patentiores, inaniaq; eorū spacia inundans, remittit incitatam vim famis. Mihi quidem etsi certum esset rem ita se habere, cardini tamē causæ adductæ non assentiebar. Namque si meatibus hisce, inquam, quos nonnulli amplectuntur, & quibus inhærent, aperuerit quis carnem: flaccidam, tremulam, & marcidam reddiderit: quod scilicet hæ corporis partes potum & cibum non recipiant: sed velut per cribra perfluant & exhauriantur: quod quidem monstri simile & absurdum fuerit. Hęc enim cum humido temperatura pastum comminuens asciscensque interni caloris societatem ac spiritum exactius quam vllum instrumentum omni genere incisio-

incisionum & sectionum atterit cibum: vt quoduis eius fragmen associetur & familiare reddatur cuilibet corporis parti: non quod sicut vasibus & cauernis congruat, sed quia vnitur & concorporatur. Alioquin non sit expeditum huius caput quæstionis. Quippe qui cibum sumpserunt, nisi biberint, non tantum non discutiunt, sed insuper fermentant sitim. Qua quidem de re nihil dum dictum est. Iam specta, inquam, à parte nostra an rationes dilucidas sumamus: Primum sumimus humidum à sicco absumi atq; ita labefactari, humido autem rem aridam rigatã & liquefactam diffundi & respirare. Deinde statuimus prorsus non esse elisionem vel pastus aridi famem, vel humidi sitim, sed moderati eiusq; quod satis est penuriam. Quando quos ex tôto deficiat alterutrum, hi neq; esuriunt neq; sitiunt, cæterum confestim expirant. His iactis ceu fundamentis, non est iam causam perspicere arduum. Sitis iis, qui comederunt, intenditur ob cibi ariditatem: qui diffusum humorem & relictum in corpore debilem & exiguum colligit atque insuper exugit: quomodo in rebus externis tellurem videmus & puluerem citius admistum humorem sorbere & absumere. Contra famem necessario relaxat potus. Humor enim præmissos cibos duros & exuccos irrigat & diffundit: ex quibus existentem succum & halitum subuehit in corpus, applicatq; iis, quæ opus habent, partibus. Quare non absurde cibi vehiculum Erasistratus humorem appellauit. Quæ enim ex siccitate vel vitio tarda sunt & grauia, his affusus subuehit ea & extollit. Multi vero quamuis non biberint, sed loti fuerint tantum, vehementi & acri fame fuerunt liberati. Siquidem subiens extrinsecus humor succulentiora & habitiora reddit corpora: quod relaxet interiora, vt famis incitatus & ferinus amaror remittatur atq; mitescat. Quapropter diu extrahunt vitam multi ex iis, qui eam abrumpere inedia statuerunt, si solam aquam sumant: quoad quicquid alere corpus eiq; agglutinari valet, vniuersum non sit exhaustum.

Qua de causa puteana aqua deprompta, si ipso in putei aere pernoctauerit, gelidior euadat. IV.

HOSPITI frigidæ potori parauerant famuli puteanam aquam frigidiorem. Eam hanstam in vase, quod suspenderant in puteo, vt fontem non attingeret: reliquerantq;, vt ibi pernoctaret. Hanc attulerunt ad cœnam recenti gelidiorem. Fuit is hospes doctus satis, idq; petisse ostendit se ex Aristotelis libris, cui adiuncta erat ratio. Eam hanc esse: Quæuis aqua si prius calefacta fuerit, riget magis: quomodo eam, quæ concinnatur Imperatoribus, postquam ad ebullitionem vsq; elixauerunt: magno cumulo niuis circumiiciunt vas, frigescitq; impensius: non aliter ac corpora nostra, quando lauimus, refrigerantur magis. Nam laxando æstus corpus, pumicosum reddit & rarum, vt copiosum aerem foris admittat: vnde vicissitudo existit violentior. Si quando igitur commota ab aeris percussu fuerit, quæ ante fuit calefacta, celerius refrigeratur. Hic hospite collaudato vt viro egregio & fideli memoria prædito disceptauimus de ratione. Si namq; aer in quo lagena suspenditur, gelidus est, quo pacto calefacit aquam: sin calidus, qui rursus perstigerat? Absonum est enim, idem vt ab eodem nulla re intercedente dispari, in pugnantia agatur. Obmutescente illo & hærente: Nihil, inquam, ambigendũ de aere. Quippe frigidum esse ipse demonstrat sensus, præsertim eum, qui in imo est puteorum. Itaq; fieri non potest, vt gelido ab aere aqua ferueſiat. Imo frigidus hic aer fontem ob aquæ copiam non valet conuertere: sed si hauseris paulatim, præualescens perfrigerabit.

Cur calculi & lamina plumbea in aquam coniectæ, gelidiorem eam efficiant. V.

ENIMVERO de calculis silicibusq;, inquam ego, & cotibus, quæ cum coniiciunt in aquam, frigidam eam reddere se putant & constringere, meministi ab Aristotele relatum esse. Ita fieri, inquit, solum commemorauit in problematibus. Nos vero causam excutiamus, quæ est in primis intricata. Hercle vero, inquã, ac mirũ, ni ratio nos prætereat: cõsiderate tamẽ: Primũ videtur ne tibi ab incurrẽte foris aere aquã refrigerari? Aer autẽ plus pollet in lapides & cotes inflictus: q; non permittant eum sicut vasa ærea & figlina prorumpere: sed spissitudine sua cõstrictũ reflectunt ab se in aquã, vt omni ex parte valde algescat. Qua de causa amnes fiũt bruma quã æquor gelidiores. Vim n. obtinet in eis aer algidus regestus. At in mari propter eius altitudinẽ ab re nulla refractus dissipatur. Iam alia ratione aquas tenuiores grauius ab aere frigido est consentaneũ affici. Domantur n. ob imbecillitatẽ. Cotes autẽ & calculi aquã diducunt: quia: q; feculenti & terrei est ei permistũ, id cogũt retrahuntq; ab ea. Ita tenuis magis & inualidior reddita a frigo-

à frigore magis superatur. Sed & plumbum frigidum natura est. Quippe tritum ex aceto gelidissimum inter medicamenta lethalia reddit cerussam. Et calculi quoq; densitate sua frigus in imo creant. Siquidem est lapis omnis perfrigeratæ & astrictæ à gelu terræ coagmentum, eoque magis, quo quisq; plus spissatus est. Itaq; non est alienum, quod aquæ algorem repercussu suo tam lapis quam plumbum dilatet.

Quænam sit ratio, cur palea & vestimentis niuem conseruent. VI.

IBi interposito aliquanto interualli hospes ille: Amantes, inquit, maxime cum amoribus & delicijs suis: sin minus, de iis prægestiũt sermonem habere. Idem mihi in niue accidit. Quæ quãdo non est ad manũ, neq; suppetit, quænam causa sit, quamobrem à rebus conseruetur calidissimis, aueo intelligere. Namq; palea illam sicut fasciis inuoluunt, pannisq; rudib. obtegunt, quo integram in longum spacium tueantur. Est autem res portentosa vindicari à calidissimis gelidissima. Plane vero, inquam, si verum est. Sed secus se habet, imponimusq; nos ipsi, qui id, quod calefacit, continuo esse putamus calidum, idq; cum vestem eandem videamus hyeme calefacere, & æstu refrigerare, tamen calefacere dicimus, velut nutrix illa tragica prolem Niobes educat, aduersus paruas molestias detritis obsoletæ lænæ, inuolucris fouens eam & refrigerans. Ac Germani quidem munimentum aduersus gelu tantum adhibent vestem, aduersus æstum tantum Æthiopes, nos contra vtrumq;. Cur ergo potius, quod calefaciat, calidam, quam frigidam, quod refrigeret dicimus? Quod si sensum sequamur iudicem, citius frigida fit. Etenim tunica primo occursu frigida occurrit nobis, cum eam induimus, & stragulum, cum thoro decumbimus. Inde tamen occupata ab emisso ex nobis feruore ad calorem nostrum propagandum iuuant, pariter circumfundendo & comprimendo calore & algore exterorq; aere à corpore arcẽdo. Itaq; qui febricitant vel æstuant, vestimenta assidue mutant: quod amictus, cum inijcitur, algidus fit. Qui postquam est iniectus corpori, fit ab eo confestim calidus. Vt igitur nos calefactũ calefacit vestimentum: ita niuem refrigeratum inuicem refrigerat. Refrigeratur ab ea auram respirante subtilem. Vestis enim tuetur, dum inhæret, eius coagmentum. Auolante autem spiritu ipsa, quæ aqua fit, fluit & resoluitur, deflorescitq; eius candor: quem spiritus cum humore confusio, quando est reddita spumosa, edidit. Frigus igitur simul intus retinetur vestimento circumseptum, aerq; externus summotus non incidit congelatam neq; fundit. Pannis vtuntur ad hoc rudibus, quod villosi aridiq; flocci obstent, ne vestimentum incidat ponderosum, neq; laxitatem collidat niuis. Pari modo palea ob leuitatem mollitet occurrens non frangit concretam. Est prætetea spissa & densa, vt & aeris repellere teporem, & frigus, ne excedat ex niue, valeat impedire. Nam spiritus dissipatione niuem resolui ad sensum dilucet. Quippe dum fundit, flatum gigit nix.

Sitne percolandum vinum. VII.

NIGER ciuis noster è ludo literario domum reuerterat, philosophi consuetudine vsus clari non longo spacio, sed tantisper dum illo non animaduertente hauriret ab eo odiosa, æmulans eius libertatem increpandi, carpensq; quauis in re versantes cum ipso. Cœnantibus autem nobis apud Aristonem, cum reliquum apparatum vt profusum & luxuriosum perstringebat, tum vinum negabat debere percolatum diffundi, sed esse id ex Hesiodi præscripto à dolio hauriendum, dum genitiuum robur adhuc & vires retinet. Quippe primum incidit ista defæcatio eius neruos, & feruorem restinguit. Exolescit enim & euanescit, dum tam crebro diffunditur. Deinde affectationem, fucum, & luxum refert in delicias exhauriens emolumentum. Sicut enim gallinaceos castrare & porcos, quo delicata reddatur contra naturam, & effœminata eorum caro, hominum est non sanorum, sed gula perditorum: sic, vt metaphora vtar, eiurant merum & effœminant, qui id colant: dum neque ferre id ex imbecillitate, neque potare moderate ex intemperantia queunt: sed fucus hic eis est & ad bibacitatem commentum. Detrahunt namque vino firmitatem relicto blandimento, sicut illi, qui affectis, cum impotenter frigidam cupiunt. decoctam propinant. Siquidem quæ acies & robur est vini, id in percolando auferunt & expellunt. Documentum magnum viciari ita vinum est, quod non consistat, sed desciscat, & cariem trahat, quando à fece sicut à radice est excisum. Prisci haud obscure vinum etiam fecem nuncupabant, quomodo hominem nos animam & caput à præcipuis partibus solemus blandis vocabulis nominare, & fructum vitigineum metentes τρυγᾶν dicimus, deducto à τρύξ, quod fecem significat, verbo, Homerus etiam vitiferum solum, διατρέγον dixit, vinum ipsum αἴθοπα, id est, nigricans & rubrum nominare solenne habet: non quomodo Aristion luridum & pallens

10 20 30 40 50

pallens ex magna defecatione nobis propinat. Ibi renidens Aristion: Heus tu, non pallens, inquit, neq; exangue, sed gratum & placidum vel primo statim aspectu. Tu vero atro & nigricante ingurgitate te postulas, ac reprehẽdis defecatũ: quod bile reiecta, & omni, quod grauare & crapulã inducere valet & insalubre est, deposito, leue & citra vel nobis permiscetur: cuius generis vinum bibere ait Homerus heroas. Nam αἴθοπα non vocat atrum, sed pellucidum & limpidum. Quippe cum ante ἤνοπα & νώροπα χαλκόν, id est, splendidum & fulgens diceret æs, non id tamen αἴθοπα appellauit. Sicut ergo sapiens ille Anacharsis, qui notabat quædam Græcorum, prunam commendabat: quod foris relicto fumo domum ignem deferrent: perinde nos aliis de causis reprehendatis potius vos sapientes. Quid autem peccamus, si vi illa, quæ mentẽ solicitat & infestat, eiecta & exclusa: ipsum vero iucundum redditum non fucatum: neq; sicut à ferro acie & acumine decusso, sed potius velut rubigine & sordibus detersis potamus? Nempe si diis placet, plus vitium habet non percolatum. Nimirum etiam homo niger phreneticus & insaniens. Cæterum quando veratro vsus vel victus ratione ad animum rediit, vis illa & vehementia flaccescit atq; exolescit, germana vero virtus & intellectus corpori accedit. Defecatio itẽ vini vim illam, quæ caput tentat & est furiosa, detrahens ad statum redigit illud mitem & salubrem. Luxuriam autem plurimum abesse arbitror à munditie. Etenim fœminæ, quæ fuco tinctæ, vnguẽtis delibutæ, auro excultæ sunt & purpura, luxuriosæ habentur: balneum, vnctionem, & comæ comptum carpit nemo. Eleganter Homerus discrimen in Iunonis cultu ostendit:

Ambrosia primum florentis Iuno coloris,
Detersit sordes, vdoque perunxit oliuo.

Hactenus cura & mundities est. At vbi iam aureas fibulas addit atque elaboratas arte inaures, ac deniq; ad præstigias se conuertit cesti: ibi luxus est & abhorrens à matrefamiliâs lenocinium. Pari modo qui aloe tingunt vel cinnamomo, & croco condiunt vinum: hi non aliter ac mulierem id fucant & prostituunt lenocinio in conuiuiis. Qui vero sordes ei demunt & inutilẽ materiam, hi procurant id & purgant. Alioquin omnia dixeris luxum exorsus ab ædibus. Cur ita tectorio sunt inductæ? Cur apertæ aëri ea parte, vnde potissimum liquidam auram recipiant, lumenque admittant ad occasum tendens? Quid poculum quodq; extersum sit & elutum vndique, vt niteat & reluceat? Si poculum non oportebat sordes & illuuiem recipere: num id, quod ex eo potatur, carie & putore redundare? Quid reliqua commemorem? Ipsum triticum, cum in panẽ elaboratur, quod quid aliud quam purgatio est? considera, quanto cum labore peragatur. Non solũ enim aceris excussio, cribratio, euannatio & secretio est frumẽti & farinæ: sed & subactio, quæ fermenti asperitatem elidit & emundat, massamq; redigit eo, vt edendo sit. Quid ergo habet monstri, si æque vino, quod fœculenti inest furfuris modo vel aceris percolatio extrahat: cum ea purgatio nullius sumptus, nullius sit negocii.

Quæ causa sit bulimi, quem nos appetitum caninum vocamus. VIII.

SAcra quædam sunt patria, quibus Archon in ara publica operatur; alius quisque domi suæ. Appellantur bulimi exterminatio, vnumque ex seruis virgis cædunt viticeis, inde expellunt domo his verbis: foras bulimum, intro opes & sanitatem. Igitur me Archõte frequentes intererant rei diuinę, peractisque solennibus cum denuo accubuissemus: quęrebatur primum de ipso nomine, deinde de voce, qua persequuntur eum, quem pellunt, præcipue de illo vitio, deq; iis, quæ in eo accidere solent. Ac bulimum quidem videbatur magnum vel publicum significare, maxime apud nos Æoles, qui pro b literam p vsurpamus. Neque enim bulimũ, sed polylimum quasi polymum denuo efferimus. Apparebat autem Bubrostim discrepare ab eo. Cuius rei documentũ ex Metrodori libris de rebus Ionicis petebamus. Hic Smyrnæos tradit, qui quondã Æoles fuere, Bubrosti taurum nigrum immolare, concisumque in frusta totum non excoriatum adolent. Quia vero germen esse morbi videtur fames, præsertim canina hæc, affecto cõtra naturam corpore, scite opponunt illi vt inopię diuitias, & vt morbo sanitatem. Quomodo autẽ nausea nomen inuenit in hominibus, quorum in naui & cursu ventriculus languet: post inualuit consuetudo, vt in quouis, qui pariter laboraret, nomen hoc vitii obtineret: sic sane bulimi nomen quoq; inde exortũ huc vsq; est progressum. Hæc igitur dicta velut collatitiam cœnã ex omnibus communem implebant. Cæterum vt huius vitii causam attigimus: primo loco dubitationem attulit, quod fame canina potissimũ tententur, qui per altam niuem iter faciunt, ceu Brutus, qui Dyrrachio Apolloniam contendens in magnum discrimen ex hac affectione venit. Nix alta erat: & qui commeatus portabant, nemo sequebatur. Cum igitur ille animo deficeret, & animam ageret, necessario milites ad muros accurerunt panem pollulatum ab hostibus, qui illic stationem agebant. Quo statim accepto Brutũ refecerunt. Qua de causa vrbe potitus cle-

 menter

menter habuit omnes. Implicantur eo vitio etiam equi & asini, præsertim si caricas aut mala portent. Et quod summe mirandum, non homines modo, sed & iumēta præ cætero pastu panis recreat: adeo vt si vel admodum parū eius gustauerint, leuentur & ire pergant. Hic facto silentio ego aduertens natu maiorum argumenta ignauos & inertes quasi reficere & exatiare generosis aurem & studiosis ansam commodam & audaciam subministrare ad indagandam & inuestigandam veritatem, Aristotelis sententiam adduxi: qui ait, algore circumfuso foris magno efferuescere oppido interanea, ac magnam tabem efficere. Id si in crura deriuetur, lassitudines & grauitatem creare: Sin vero in motus & spirationis fontes animi defectum, sicq; virium debilitatem. Quod igitur par erat: ea dictum est consecutum, impugnantibus nonnullis hoc dogma, contra sustinentibus aliis. Soclarus vero initium demonstrauit dictorum mirifice sibi probari. Nam magnopere corpora perfrigerari cōstipariq; per niuē euntium. Tabem à calore excitari, eamque quasi sanguinis globum occupare respirationis primordia: Potius tamen existimare se contractum calorem & exuberantem intus exhaurire alimentum: mox succedēte eius penuria ignis in modum extabescere. Hinc fit, vt flagrante corripiantur fame: atque vbi pauxillum cibi sumpserunt, confestim colligant se. Præbet namq; vicē fomitis cibus calori. Cleomenes medicus temere ostendit in cōponendo hoc nomine additum λιμὸν, id est, famem, re nō interueniēte, sicut dictioni καταπίνειν, id est, deglutire & deuorare, τὸ πίνειν, quod significat bibere. dictioni ἀνακύπτειν, id est, emergere, τὸ κύπτειν, quod est inclinare. Neque enim esse famē, vt apparet, bulimiam, sed vitium ventriculi, quod concursu famis animi deliquiū efficiat. Quare sicut odorata defectis succurrunt, panē item recreare fame canina laborantes: non quia cibum desiderent. Quippe tantulo sumpto recipiunt animum: sed quod spiritum & vires reuocet collabascentes. Nā animi illam defectionem non famē esse ostenditur eo, quod iumentis vsuuenit ex earicarum & pomorum odore. Siquidem alimenti desiderium non creat, sed oris ventriculi potius vellicationem quandā & agitationem. Nobis quidē hæc satis visa probabiliter dici ex cōtrario capite, ac posse nos, si non constrictionem, sed fluorem corporis ponamus, tueri probabilitatem. Quādo aura, quā nix afflat, est velut eius concrementi aër & scobs subtilissima. Prædita est autem vi quadam incidendi & diuidendi non carnis tantum, verumetiā vasorum argenteorum & æreorum. Cernimus namq; non coerceri ab his niuem. Siquidem resoluta in flarum dissipatur, & faciem vasis exteriorē saliua oblinit tenui & glaciali, quam relinquit per spiramenta latenter permeans spiritus. Hic ergo, quia per niuem ingredienribus acris & flammeus occurrit, extremos artus amburere videtur incidenda & penetranda carne ignescentium modo. Soluitur itaq; maiorem in modum caro, effluitq; foras calor, qui auræ algore coriū corporis obsidente expirans, sudorum exhalat roscidum & tenuem, vt contabescant dissipenturque vires. Si ergo quiescas, non emittit copiosum corpus calorem. Si quando vero alimentum motio corporis ocyus in calorem conuerterit, calor autem dilabatur districta carne: vitiū defectio ingens sequatur necesse est. Algorem autem non congelare solum, sed & fundere corpora in confesso est. Nam ingentibus frigoribus laminæ plumbeæ nonnunquam colliquescunt per exudationem: & quod multos nec esurientes corripiat fames canina, arguit potius corpus digeri quam constipari. Fistulatur autem hyeme, vt est dictum, subtilitate: præsertim cum fatigatio & motus corporis calorem abraserint. Diductus enim & fatigatus fluit copiosus & per corpus dispergitur. Mala & caricas probabile est eiusce modi quid exhalare, quod iumentorum calorem tenuet & atterat. Alia enim * aliis vt instaurari, ita tabefieri solent.

*Alii, alitur.

Cur Homerus aliis liquoribus peculiaria epitheta tribuat, solum oleum vocet liquidum. IX.

QVæsitum est aliquando, cur ex multis liquoribus cæteros suis propriis epithetis ornare Homerus soleat, ac lac candidum, mel luteum, vinum rubeum vocare: oleum vnum accidente omnibus communi fere liquidum appellet. Ad quod responsum fuit, hoc dulcissimum esse, quod vndequaq; est dulce, & candidissimum, quod vndequaq; candidum. Tale est vndequaq;, cui cōtrariæ naturæ admistum est nihil. Ita liquidum potissimum dicendū, cuius est pars nulla arida. Id oleum habet Primum eius læuor partium æqualitatem demonstrat. In totū enim sibi ipsi consentit aduersus * mixturam. Deinde oculis præbet lucidissimi speculi vicem. Nulla enim ei asperitudo inest, quæ diuellere valeat lucis resultum, sed omni ex parte, vt est liquidū oleū, resilit vel minimum in aciem lumen: sicut vicissim lac inter liquores omnes vnū, quod multum secum terrestris materiæ confusum habeat, non regerit imaginem. Adhæc quam minimū sonitum ex omnibus liquoribus, si motiretur, edit. Quippe liquidum est in totum: cum reliquorum, dū fluunt & labuntur, partes rigidæ & terrestres, quia offensiones accipiūt & collisiones ex pōdere suo, strepant. Adhæc solum permanet syncerum, omnemque mixtionē respuit. Est enim

*Aliā, figu-

spiritili-

spissiſſimum. Quandoquidem non interueniunt hic ficcis & terreſtribus partibus vacua ſpacia & meatus, quib. recipiat quicquam, quod ſe interſetere queat. Simul quia tãta eſt eius partium germanitas, aptum ſecum eſt & continens. Iam cum ſpumat, non admittit ob tenuitatem & continuationem ventum. Idem in cauſa eſt, quod alatur ab eo ignis. Alimentum enim niſi riguum nullum habet: quod vnum cremari poteſt. Siquidem lignis aër euolat, qui in fumum tranſit. Quod eius eſt terreſtre, id in cinerem verſum ſupereſt. Vnũ ab igne conſumitur vuidũ. Hæc enim eius eſca eſt. Aqua quidem & vinum & reliqua, quia multum habent fecis & terræ, quando incurrunt flammã diſtrahunt ſcabritia ſua, pondereq; opprimũt & extinguunt. Oleũ vero, quia præ cæteris eſt ſyncere liquidum, ptopter ſubtilitatem conuertitur, deuictũque inflammatur. Maxima liquidũ eſſe, nota eſt, quod quantumuis exigua eius guttula latiſſime diſtrahitur & diffunditur. Neq; enim vel mellis vel aquę vel ſucci vllius alius adeo exilis lachryma tantum capit incrementi, verum ob ſquallotem ſuum extemplo expirat & exhauritur. Oleum ductile omnem in partem & lentum trahitur per corpus, ſi id vngas: diffluitque longiſſime ob partium ſuarum madorem cum mouetur, vt etiam contumax ſit eluenti. Aqua quidem imbuta veſtis, facile deſiccatur. Olei maculas non vulgaris eſt negocii extergere. Quippe quod ſummæ ſit tenuitatis & ſumme humidum, intime penetrat. Etenim vinum permixtum triſtius, è veſtibus educunt, vt Ariſtoteles eſt author: quia ſubtilius eſt, altiuſque in meatus ſe inſinuat.

Quamobrem ſuſpenſa ex ficu victimæ tenereſcant. X.

COmmendabatur à conuiuis Ariſtionis coquus, quod cum alia eleganter concinnaſſet, tum quod immolatum paulo ante Herculi gallum gallinaceum appoſuiſſet tenerum, quaſi heri mactatus, non modo eſſet & recens. Hic cum Ariſtion ſignificaſſet hoc fieri propere: ſi mox vt iugulatus eſt, ex ficu ſuſpendatur: cauſam inueſtigabamus. Nam quod auram expiret ficus validam acremq;, & oculi teſtantur, & illud, quod de tauris narratur: ſi ficui alligatus ſit ſæuiſſimus, præbere ſe placidũ, ac contrectari ſuſtinere, planeque iras ſicut deferueſcentes deponere. Potiſſima cauſa & vis eius acremento delegabatur. Arbor enim hæc omnium eſt ſucculentiſſima: vt & ficus, & lignum, & rami ſaturi ſint. Quapropter dum crematur, mordicat grauiſſime fumus eius, & cinis concrematæ lixiuium abſtergendi maxima vi præditũ præſtat. Quæ caloris munere proueniunt cuncta. Quid quod coagulum lacti eſſe lachrymam eiuſdem nonnulli cenſent: non quo vncinatis corpuſculis amplectatur, & compingat partes lactis eliſis in ſummum planis & globoſis: ſed quod feruore ſuo eliquet liquorem non coeuntem & aquoſum. Argumento eſt inutilitas: quod ſuccus eius quantumuis dulcis ſit quidem, ſed potio tamen deterrima. Neque enim quod læue eſt, ab hamaris illis, ſed quod frigidum & crudum cogitur à calore. Quo etiam proficit ſal, quia eſt calidus. Cõplexui vero, qui dicitur, & colligationi reſiſtit: quod inprimis vim habeat liquandi & diffundendi. Itaque feruentem ſpiritum actemq; ficus & incidentem eructat. Is friat & maturat volucris carnem. Idem ei vſuuenit, ſi aceruo tritici obruta ſit & nitro aſperſa agente id calore. Nam præditum calote triticum eſſe ſubiiciunt amphoræ: quibus in frumenti aceruum conditis, ſtatim exhauritur vinum.

PLVTARCHI

Quæſtionum conuiualium liber ſeptimus.

Præfatio.

DICTVM apud Romanos eſt Soſſi Senecio hominis lepidi & popularis, quiſquis is author fuit, tritum: quo die ſolus cœnauerat, ediſſe ſe, non cœnaſſe: quaſi colloquium cœna & feſtiuitatem ſemper poſtulet oblectantem. Nam Euenus quidem ignem dictitauit cõdimentum ſuauiſſimum, ſalem Homerus diuinum, vulgus vero Gratias vel Veneres appellat, quod pleroſq; cibos eius miſtura palato commendet iucundoſque & gratos faciat. At cœnæ & menſæ condimentum vere diuiniſſimum eſt amici, ſodalis, & familiaris præſentia, non ex conuictu & comporatione: ſed quod ſermonis fiat particeps & praticipet: modo conducibilia dicta, idonea, & appoſita ſint. Quando vulgus hominum garrulitas nugantium impellit ad animi ſui motus: atq; inſuper deprauat. Quocirca non minus opus eſt, vt æque ſermones atq; amicos adhibeamus cœnis probatos: contraq; ac Lacedæmonii ſentiamus & loquamur. Illi enim ſi quando iuuenem vel hoſpitem ad phiditium admitterent mõſtrata ianua, Hac, inquiunt, non egrediuntur dicta. Nos vero conſuefacimus nos ſermones tractare: quibus

pateat omnibus & ad omnes exitus: propterea quod argumenta habeant nulla suffusa lasciuia vel obtrectatione, vel prauitate vel rusticitate. De quo existimes licet ex exemplis, quorum septimam decadem hic liber continet.

Aduersus eos, qui Platonem calumniantur, quod potum permeare pulmonem dixerit. Quæst. I.

VNi ex conuiuiis tempore æstiuo venit in mentem peruagatum omnibus hunc versum pronunciare:

Æstuat igne astrum, jam pulmo rigandus Iaccho.

Ibi Nicias Nicopolitanus medicus: Quid miri, inquit, Alcæum poëtam ignorasse, quod Platonem fefellit philosophum? Et quidem Alcæo alioqui ex facili subueniatur. Siquidem pulmonẽ nonnihil accipere ex vicino ventriculo liquoris, ac proinde rigari veri est simile. At philosophus hic, qui diserte, inquit, scriptum reliquit, per pulmonẽ magna ex parte potionẽ percolari, ne promptissimis quidem defensoribus suis probabilem materiam sui protegendi reliquit. Lapsus enim intolerabilis est. Primum cum alimentum liquidum necessario confundatur cũ arido, sinũ probabile est ambobus seruire eundem ventriculum, qui subactum & irriguũ in imũ ventrem cibum dimittit? Deinde per pulmonem, qui politus est atq; plane astrictus, qui fiat, vt hausta miscella sorbitiuncula farina permeet, neq; inhærescat. Hoc enim ei recte atque ordine obiecit Erasistratus. Atqui cũ plærisq; in corporis partibus, cuius gratia, & quẽ in vsum quodq; natura sit molita fuerit persecutus, velletq; quod decebat philosophum, non vulgaria adferre ligulæ, epiglossis dicitur, munus esse ea gratia assignatũ ostendit: quo in deglutiendo cibo asperam arteriam comprimens impediat, ne quid in pulmonem intercidat. Siquidẽ grauibus à tussi torquetur asperitatibus & punctis, quãdo elata anima est delapsus cibus. Hæc autem sequestra in vtramq; nutans partem, cum loquimur, occludit gulam: cum vescimur & potamus, arteriam quo curriculum seruet animæ & spirationem liberam & puram. Adhæc, inquit, sensim bibentium exploratum est nobis ventres esse magis riguas quam illorũ, qui affatim liquorem ingurgitant. Rapitur enim hic confestim impetu perfluens in vesicam, cum ille longius cibo immoretur, subigatq; eum, vt temperetur cum eo & ab eo non discedat. Quæ profecto non fierent: si mox in degludiendo humor secerneretur. Cæterum humorem adhibemus, qui complectatur, & sicut vehiculum deducat, vt dixit Erasistratus, cibum. Quæ cũ disseruisset Nicias, grammaticus Protogenes Homerum demonstrauit animaduertisse principem cibi ventriculum conceptaculum esse, spiritus gurgulionem, qui ἀσφάραγον, id est, guttur veteribus Græcis dicebatur. Vnde vocales ἐρισφαράγους, nuncupare solebant. Nam cũ dixisset, quod Hectori Achilles telum

In stomachum infregit, qua mors subit ocyus atrox,

Nec vero insecuit guttur.

quod peculiaris est vocis & spiritus canalis: verum gulam siue stomachũ insecuit. Sub hæc dicta insecuto silentio Florus subiecit: Itane Platonem patiemur indicta damnari causa? Minime vero, inquam ego, nos. Ita enim prodiderimus vna cum Platone Homerum: qui etiam cibum ex arteria reiici tradidit, tantum abest, vt inde potum auertat & deriuet. Ait enim:

De gutture vinum

Frustaq; proiectat tetro fluitantia tabo.

Nisi Cyclopem dicas, vt oculum habet vnum, ita riuum habere cibi & vocis eundẽ: aut guttur contendas stomachum dictum, non gurgulionem: quomodo ab omnibus & olim & nunc est nominatum. Hæc ego non testium inopia, sed veritate impulsus in medium adduxi. Quandoquidem testes Platoni frequentes & locupletes præsto sunt. Nam Eup olim quidem, si libet, missum fac: qui in fabula, quæ Colaces dicitur, ait:

Potare namque iusserat Protagoras,

Pulmone vt eluto canem præuerteret.

Transmitte etiam festiuum Eratosthenem, qui ait:

Pulmonis latebras ille rigare mero.

Euripides certe haud obscure hisce verbis:

Vias means per pulmonis merum.

ostendit Erasistrato se esse oculatiorem. Quippe perspectũ habuit cauernosum & fistulosum esse pulmonẽ: vt transmittere queat humorem. Neq; enim desiderabat anima quibus educeretur, tubulos: sed liquorũ gratia, & eorũ, quæ vna cum liquoribus eo delabuntur, factus est spongiosus & pumicosus pulmo. Nec minus mi Nicia incongruum est pulmoni quam stomacho communicare farinam & polentam. Neq; enim gula nostra leuis, vt quidã dicũt, vel lubrica est: sed habet salebras, in quas verisimile est exiles ciborũ micas impingere, iisq; hęrẽtes defugere

deglutitio-

deglutitionem. Cæterum neq; illud recte dicitur. Quippe ex primi dicendo non poteſt naturæ in actionibus ſuis artificium: neq; quiſquam valet organorum eius, quibus vtitur, ſpiritum dico & calorem, ſatis pro merito exequi verbis exactum opificium. Inſuper ex teſtibus Platonis laudo Locrum Philiſtionem virum ſane quam antiquum, clarumq; in arte veſtra & Hippocratem qui non alium tramitem, niſi quem Plato, ab ore monſtrant. Porro decantatæ illius ligulæ non fuit Dioxippus imprudens: ſed propter hanc docet humorem in deuotando diduci atque in arteriam decurrere, cibum vero in ſtomachum deuolui, in arteriam nihil delabi eſculenti, gulam vna cum paſtu arido admixtam liquoris portionem accipere. Probabile eſt enim arteriæ ligulam obiectam eſſe inter ſeptum & penuatium: quo ſenſim & minutatim percoletur potio, non tepente neque fuſim irrumpens ſpiritum elidat & interpellet. Hinc volucribus non affinxit natura neque dedit ligulam. Neque enim trahendo vel lambendo: ſed immerſo roſtro paulatim tranſmittendo potum irrigant ſenſim & diluūt arteriam. Sed ſatis iam teſtium eſt. Ratio vero Platoni primum ex ſenſu fidem facit. Nam ſauciata arteria non deglutitur liquor: cæterū velut ex inciſo canale foras emanare & proſilire cernitur, quantūuis illæſa & integra gula cōſtet. Quippe neminem latet morbis peripneumonicis ſitim comitati ardentiſſimam ex ſqualore vel æſtu vel qua alia cauſa, quæ cum inflammatione appetentiam ciet. Et quod clarius eſt documentum: quæcunq; animantium exortes ſunt pulmonis, vel per habent exiguum, ea penitus non indigent potu, neq; appetunt eum: eo quod membris ſingulis humoris auiditas inoleuerit. Quibus deſunt pudenda, his neque vſus neque propenſio eorum munere eſt fungendi. Ac nimirum ſemel inutiliter appatebit veſicam iis qui eam habent, datam eſſe. Nam ſi vna cum cibo potum recipit, eumqne ventriculo tradit: quorſum flagitet peculiarem canalem liquidi tecrementum alimenti, cum vnus ſatis ſit & communis: ſicut fiſtula, qua eiicitur ſentina ambobus eodem eadem via inferendis. Nunc ſeorſum veſica addita, ſeorſum inteſtina ſunt, quod alterum ex pulmone pergat, ex gula alterum diſcretum ſtatim in deglutiendo. Hinc non apparet in liquido aridi recrementi vllum omnino veſtigium, quod vel colorem vel odorem eius reptæſentet. Tametſi naturæ conſonum erat: vt, quod confuſum in ventriculo & ſubactum fuit, imbiberet illius proprietates, nec ita defecatum & limpidum expelleretur. Sed nec calculus in ventriculo vnquam concreuit: cum tamen conſentaneum eſſet, vtæque hic atque in veſica coiret & lapideſceret humor: ſi quicquid bibitur, in ventriculum per gulam vniuerſum peteret. Cæterum apparet gulam ex arteria illico, quod ſatis eſt & modicam portionem ex prætertuecto liquore accipere, eoque abuti ad emolliendam & inſuccandam eſcam, vnde liquoris nullum efficere excrementum: At pulmonem quomodo ſpiritum, ſic humorem membris diſpenſans deſiderantibus, reſiduum in veſicam effundere. Hæc multo quam illa propiora fidei ſunt. Cæterum veritas fortaſſis hic in obſcuro eſt, nec decebat in philoſophum nomine & doctrina principem adeo inſolenter inuehi de re cæca, & quæ tantum defenſionis campum in euolnendis ſcriptis Platonis aperiat.

Qui dicatur apud Platonem κεράσβολος, & qua de cauſa ſemina, quæ incidunt in boum cornua, effœta & indomita fiant. II.

CONtrouerſum vſque fuit, non qui eſſet, quem κεράσβολον & ἀτεράμονα appellant. In confeſſo erat, quia ex ſeminibus, quæ in cornua boum incidunt, indomitam & contumacē naſci frugem exiſtimabant, ita hominem præfractū & durum κεράσβολον & ἀτεράμονα appellaſſe: ſed hæſitabatur de cauſa quamobrem hoc accideret incurrentibus in boum cornua ſeminibus. Equidem dubitaui de ea vel amicis inſtantibus diſceptare. Cū autem innuat obſcure Theophraſtus cauſam eo loco, vbi multa contraxit & prodidit ſcripto, quorum nos eruere cauſam non valemus: cuiuſcemodi ſunt iſta. Gallinæ à partu feſtuca ſe luſtrant. Vitulus marinus cū pinam conſumit, non deglutit eam tamen Cerui decidua cornua defodiunt. Eryngium ſi vna capra ore teneat, vniuerſum ſiſtit gregem. In his enim recenſet & ſemen, quod incidit in cornua boum, rem quæ obtinet fidem ita ficti, ſed cauſam deſperatam aut ſpinoſam certe. At Delphis ſuper cœnam contenderunt à nobis nonnulli familiares, quando non modo

Rectior à Saturno eſt prudentia conſiliumque.

verumetiam quæſtiones longe promptiores & reſponſa efficit vinum audaciora: poſtulaŕuntq; vt hoc de problemate aliquid diſſereremus. Ego vero cum id detrectarem, aduocatos habebā non contemnendos, Euthydemum in ſacerdotio collegā & Patroclem generū, qui non pauca eius generis in agricultura & venatu obſeruata in mediū protulit: quale eſſe videbatur, quod illi, qui grandinem procurant, factitant: quam talpæ ſanguine, vel fœminatum pannis obſoletis

amoliuntur. Caprifici grossus ficui vrbanæ appensus fructus eius non patitur defluere: sed cohibet & perficit. Cerui salsas fundunt lachrymas, apri contra dulces cum capiuntur. At hoc, inquit, si quæras, protinus postulabit Euthydemus etiam de apio & cymino reddi rationem: quorum illud protritum in fruticando & procul catum rectius putant adolescere, hoc cũ deuotionibus & conuitiis serunt. Quod Florus cum pro ludo & deliramẽto haberet: illorum vero nullius causæ inuestigationem vt deploratam proiiciendam duceret: Inueni, inquam, remedium, quo ad differendum contra nos hunc adduces. Vt etiam tu nonnulla ex iis, quæ proposita sunt, extrices. Igitur frigus meo iudicio frugibus & leguminibus contumaciam illam inducit, corpus eorum comprimendo atque ad duritiam cogendo. Calor autem fluidus est & laxus. Quare illi, qui aiunt: 10

Non tellus, sed germinat annus,

non ex Homeri sententia dicunt. Siquidem arua, quæ natura feruent, temperiem aëre placidam largiente fruges edunt mitiores. Quæ ergo confestim, vt manu est emissa, sementis in terram prolabitur: hæc subigens humum, eaque tecta maiorem vsuram capit eius caloris & humiditatis. Quæ vero incurrit in boum cornua, hæc optimam, vt Hesiodi verbis vtar, positionem non assequitur: sed deerrans & impingens potius accedit ad eam, quæ proiicitur, quã quæ seritur. Hinc fit, vt algor eam vel semel labefactet, vel rigidã exuccamq; nudis incumbens eius tunicis reddat. Vides enim & lapidum partes, quæ terra tectæ sunt gliscuntq;, teneriores, quã quę extãt, à tepore seruari. Quapropter quadratarii lapides operi destinatos, quo quasi à calore coquantur, defodiunt. Subdiales & nudi ex rigore rebelles, refractarii, & cõtumaces sunt manui. 20 Iam frumentum si in area durius sub dio manserit, obrigescere perhibent magis, quam quod est sublatum statim. Interim ventus quoque, dum ventilatur, superueniens propter frigus id indurat: quod Philippis Macedoniæ fieri traditur. Reconditis autem iniecta prodest palea. Nec mirabimur, si ex rusticis audiamus sulcorum duorum coniunctorum alterum rigidam messem fundere, alterum minime: Et quod multo maximum est, fabarum folliculos alias huius generis, alias alterius: prout nimirum plus vel minus vento gelido vel aqua pluuia infestati fuerint.

Cur vini media, olei summa, mellis ima præstantiora sint. III.

Ridebat gener meus Alexion præscribentem Hesiodum, vt incipiente cado & eum definit, 30 satiemus nos, medio vt temperemus: vbi vinum est excellentissimum. Quis est enim, inquit, qui nesciat media vini esse optima, oleum in summo, & ima mellis. Iste vero relinquenda præcipit vini media, & præstolari, dũ degeneret subsidente cado. Quibus iactatis salutem dixerunt Hesiodo: atque ad causæ disparitatem perrexerunt eruendam. Ac mellis quidem non adeo multum torsit nos ratio: quod neminem fere falleret, vt quidque rarissimum est, ita leuissimum esse. Quod vero spissum est & coactum, ponderis causa residere sub reliqua mole. Quod si vas inuerteris, breui locum suum vtrunque proprium repetet: atq; hoc ad inferiora, illud tendet ad summa. Sed nec vinum deficitur probabilibus rationibus. Primum quia vis eius in calore omnis consistit. Ea vmbelicum insidere præcipue iure videtur, eumq; conseruare optimum: deinde ima eius propter fecem esse praua: porro cutis ob aëris vicinitatem vappa fieri. Nã detrahi ab aëre vino suam bonitatem quod inclinationem facile recipiat, scimus. Qua de causa 40 defodiunt dolia ac tegmine muniunt, quo quam minime attingat ea aër. Præcipue vero non deprauatur pleno vase ita facile vinum, vt subsidente. Spiritus enim in id, quod exhauritur, infundens se copiosus, citius reddit vappam. In plenis vinum à seipso vindicatur, nullam labem foris non admittens. Enimuero oleum non leuem concertationem exhibuit. Erat, qui diceret infimum oleum deterius fieri ab amurca, à qua conturbetur, non præstantius esse tamen summum: sed quia longe sit ab noxia discretum, ita videri. Alius prætendebat partium eius densitatem, cuius beneficio insociale est præ omnibus, nec liquorem in se alium, nisi vi & percussu verberatum, admittit vllum. Hinc neque aëris consortium recipit, imo submouet eum propter partium subtilitatem & globum. Quo fit vt inuictum ab eo minus vertatur. Huic rationi refragari Aristoteles videbatur, qui notasse demonstrat se, odoratius euadere & nobilius omnino illud oleum, quod in decapulatis est vasibus: Mox aëri profectus causam assctibit. Affluentior 50 enim est, polletque plus, quando in depletum descendit vas. Haud scio igitur, inquam, an eadem aër potentia oleo proficiat & officiat vino. Siquidem vino commodat, contra oleo inimica est vetustas. Vtrique autem allabens detrahit eã aër. Hoc enim recens postquam deferbuit, excellit: illud, quia difflatu caret propter spissitudinem, cito senescit & inueterascit. Dictum igitur est probabiliter, quod curem contingens aër olei, iuuentutem ei conciliet. Inde fit, vt vinum in summo vilissimum, oleum sit præstantissimum. Ætas enim illi optimum, huic deterrimum statum conciliat.

Cur

Cur apud priscos Romanos solenne fuerit non pati, vt mensa tolleretur inanis, vel lucerna extingueretur. IV.

STudiosus antiquitatis Florus tolli vacuam mensam non patiebatur, sed semper in ea aliquid edulii relinquebat. Neq; hoc modo, inquit, patrem & auum meum scio religiose obseruasse, sed neq; lucernam passus à cœna extingui, ne oleum in cassum prodigerent. Tum Eustrophus Atheniensis, qui aderat: Quid tandem ea re profecerunt, nisi Polycharmi nostri commentum habuerunt notum: qui post longam deliberationem vix deniq; rationem, ne oleum pueri suffurarentur, se dicit inuenisse. Nam ilico restinctas explere lucernas, inde postridie rursus, ecquid adhuc essent plenæ, inspicere solitum. Ibi arridens Florus: Quando igitur, inquit, hæc est explicata quæstio, quin dispicimus rationem probabilem, cur veteres vsq; adeo in lucernis & mensis religiosi fuerint. Ibi priore loco agitata fuit de lucernis quæstio. Ac gener eius Cæsernius ex germanitate harum cum perpetuo ac sacro igni, quicunq; extinctus ignis esset, id ominosum arbitrabatur apud maiores fuisse. Nam est eius, vti reor, sicut hominis geminus interitus vnus violentus extincti, alter quasi naturalis extabescentis: Ac sacro quidem aduersus vtrunque illos subuenisse perpetuo eum alendo & seruando: alterum non laborasse quin sua sponte contabesceret. (Neq; enim vim ei intulisse vel peremisse velut pecudi vitam extorquentes) ne nequicquam aleretur. Lucius Flori gener: Placent, infit, mihi cætera. Ac sacrum ignem, non quo statuerent reliquo igni hunc præstare vel esse augustiorem, tam sancte coluerunt & seruarunt: verum vt ex Ægyptiis alios canum genus veneratos omne, luporum alios vel crocodilorum, vnũ alere tamen, hos canem, illos crocodilum, alios lupum. Neq; enim poterant omnes. Perinde hic illius cultum & custodiam ignis reuerentiæ, quam habemus omni, specimen esse. Res namq; nulla est alia, quæ animanti magis assimilis sit, quam ignis: qui mouetur & vegetatur per se, splendoreq; suo instar animæ illustrat & manifestat cuncta. Præsertim dum extinguitur & suffocatur, elucescit vis eius seminis vitalis non exors. Vociferatur enim & loquitur, resistitq; iniuriæ, sicut anima præditum, quod expirat & vitam morte violenta ponit. Num quid tu, inquit, oculis in me coniectis habes melius? Nihil, inquam, ex dictis damno. Tantum attexam, etiam humanitatis eum morem magistrum esse. Nefas enim sit penu perdere, cum ipsi expleti sumus: & exatiati latice, fontem obstruere & tegere: & cursus marini vel viæ insignia delere, quibus ipsi sumus vsi: sed relinquendus eorum vsus, quibus est iis opus. Quare neq; lucernæ lumen quamuis id non requiras, perdere ex sordibus rectum est, sed seruare & relinquere: si quis forte eo adhuc præsente & lucente habeat opus. Quando & visum, si fieri queat, & auditum accommodare officiosum sit alteri, & vero prudentiam quoq; & fortitudinem, vbi ad somnum & quietem capiendum concessuri sumus. Quid autem, si etiam vt meditandi causa beneficentię materias eiuscemodi præberent, non absurde prisci vel quercus venerabantur frugiferas, & ficum quandam vocitauerunt sacram Athenienses, & morum interdixerunt detruncare. Hæc namq; non faciunt in superstitionem præcipites, vt ferunt nonnulli, sed consuefaciunt in rebus sensu carentibus & surdis beneficentiam nostram & benignitatem in nos mutuo. Proinde recte Hesiodus ne ex ollis quidem, ex quibus non fuerint ante libamina oblata, vult apponi cibum vel pulmentum, sed prius primitias igni mercedemque ministerii reddi. Ordine etiam Romani, postquam lucernis fuerunt vsi, quam tribuerant, non eripuerunt escam: sed frui ea permiserunt, quo viuerent & lucerent. Sic me fato Eustrophus: Næ hoc, inquit, congruum aditum præbet quæstioni de mensa. Censent enim semper aliquid famulis de cœna eorumq; proli relinquendum. Quippe non est tam eis quod sumunt, quam quod domini eis impertiuntur, gratum. Hinc Persarum reges perhibent non solum amicis, ducibus, & satellitibus ex mensa sua semper portiones mittere solitos: verum etiam seruorum & canum quotidie cœnam in illorum mensa apponi: quo facerent, quatenus possent, omnes, quibus vtebantur, mensæ suæ & Vestæ consortes. Etenim mitescunt pastus communione vel immanissimæ feræ. Hic ego arridens: Cedo, inquam, quin illum ex prouerbio piscem conditum trahimus in medium cum chœnice Pythagorica, cui vetat Pythagoras insidere, monens nos, vt semper ex copiis præsentibus quid in posterum relinquamus, dieiq; crastini hodie simus memores. Nobis quidem Bœothis hoc dictum, Relinque Medis aliquid, in ore est ex ea die qua Phocidẽ Medi & fines Bœothiæ igne & ferro vastarunt. Vsq; vero & vbiq; sub manum illud esse debet: Relinquito aliquid superuenturis hospitibus. Nam equidem vacuam Achillis semper & famelicam deprehensam vitupero mensam. Nam cum superuenissent ei Aiax & Vlysses legati, nec quicquã ei esset parati, mactare necesse habuit de integro & coquere. Et Priamum, cum benigne vellet excipere, rursus

Surgens mactat ouem niueam,

dissecat, & assat: qua in re magnam partem noctis consumit. At Eumæo, vt qui alumnus esset

sapientis sapiens nihil intetueniens Telemachus exhibuit negocii : sed confestim considere iussum inuitat, lances carnium apponens assarum,

Qua nocte ex hesterna superessent.

Hoc si tibi exigui momenti videtur: illud certe non est vulgare astringere & refrenare appetitionem, dum adsunt adhuc gulæ illecebræ. Qui n. temperare assueti sunt paratis, minus absentib. inhiant. Ibi excipiens Lucius ex auia sua meminisse narrauit se audire sacrificium mensam esse: Oportere autem nullum esse ieiunum sacrificium. Mihi vero, inquit, telluris esse mensa videtur simulachrum. Nam præterquam quod alat nos, etiam rotunda est & stabilis, ac recte à quibusdam Vesta dicitur. Vt n. terram vsquequaq; habere & proferre aliquid nobis frugiferi censemus debere, nec mensam item putamus inanem oportere aspici & cassam relictam. 10

Fugiendas esse inprimis voluptates, quæ ex inepta musica offeruntur, & quemadmodum sint fugiendæ. V.

CAllistratus Pythiis Amphyctionum curator aulœdum quēdā ciuem & amicum, qui serius ad prouidendum nomen suum venisset, lege à ludis eiecit. Eundem ad cōuiuium, quo nos inuitauerat, adduxit, amictu & cōronis sicut in ludicro cum choro eximie exornatum. Erat hercle acroama initio festiuum. Inde pertentato & explorato conuiuio, vt complures præcipites & ex voluptate se eius voluntati permittentes animaduertit, vt lasciuis tibiæ cantibus & motibus ipsos oppleret: detexit se protsus ostenditq; musicam maiorem quam vinum vim habere ad inebriandum illos, qui ea temere & largius ingurgitant se. Neq; n. satis iam erat, vt recumbentes personarent & plauderent, sed complures deniq; exilierunt, vnaq; cum eo motus indecoros illos quidem dederunt, sed istis tamen modulaminib. & modis congruos. Post vbi ab eo destiterunt, & pacari denuo conuiuium tanquam ex insania cœpit, cupiebat aliquid Lamprias dicere & corripere adolescentes, at veritus tamen, ne nimium molestus foret, offenderetq; eos : ipse quasi ansam Callistratus præbuit hisce dictis. Impotentiæ quidem, inquit, ego quoq; gratiam facio gliscentib. aurib. & oculis: non assentior tamen Aristoxeni, qui illecebris hisce refert solis succlamari, Eleganter. Quippe & dapes elegantes & vnguenta elegantia vocant, & parata dicunt eleganter, cum opipare & splendide cœnauerint. Nec vero Aristotelem existimo iure spectaculum & acroamatum oblectamentis veniam dare impotentiæ, quasi hæc homini sola conueniant. Cetera etiam ad bestias pertinere autumant eaq; in horum venire consortium. Quando complura bruta etiam video musica demulceri, ceu ceruos fistulis, Equabus, quando ineuntur, carmen tibia accinitur, quod hippothoron appellant. Pindarus author est ad cantilenæ modos delphinum marinum saltasse cum gestu, 30

Quem mouit in maris tranquilli concinens
Suaue carmen profundo,

Saltantium autem lumina attollunt oblectati spectaculo, ac gesticulatione simul huc illuc atmos ad sonum iactant. Nihil igitur huiuscemodi voluptatib. esse video peculiare, quamobrem solæ animi sint, ceteræ corporis atq; in corpore expirēt. At modi, numeri, saltatio & cātus trauciūt sensum, dum delinitur animus, infunduntq; blādimentum & titillationē. Vnde nulla ex iis voluptatib. se recōdit & tenebras quærit ac circumiectos parietes, vt mulieres dicunt: sed & curricula his & theatra parantur, estq; cum multis spectare & audire iucundius & honestius, non vt impotentiæ profecto & animi effœminati, sed studii & occupationis liberalis testes nos quam plurimos adhibeamus. Quæ cum Callistratus memorasset, aduertens Lamprias multo magis illos acroamatum designatores ferocire: Non hoc in causa est, inquit, Callistrate: verum parum mihi recte videtur filiū veteres Lethes Liberum appellasse, cum oporteret patrem, qui te quoque immemorem videtur fecisse offensionum, quæ admittuntur in voluptatib. partim impotētiam, partim inscitiā & halluciationum authorem esse. Vbi n. noxa est perspicua, hic impotentia oppresso consilio offendunt. Quæ vero non illico neq; è vestigio lasciuiæ mercedem infligunt, hæc ex nocumenti ignoratione approbant & designant. Quapropter qui in cibo, in Venere, & potu claudicant: quos & morbi frequentes & census ruinæ comitantur & infamia: hos impotentes vocamus, vt Theodectem illum, qui dixit, Salue charum lumen, cum oculos adduceret supeuenienti animæ: aut Abderitem Anaxarchum: 40 50

Qui fuit & prudens miser, vt fert fama per aures:
Attamen abripuit natura hunc illecebrosa,
Quam pleriq; solent subformidare sophistæ.

At quæ voluptates illorum, qui sibi ipsi in gulæ, penis, palati, & narium deliciis repugnāt, ne capiantur, & attendunt sibi: clam circumfundunt se oculis & auribus dissimulanter & ex insidiis, his capti quamuis non minus quam illi sint commoti & libidinosi, non item tamen eos impo-

tentes

tentes vocamus. Neq; n. prudentes, sed ex imperitia labascunt, existimantq; voluptatum se potentes esse, si in theatris ieiuni & sicci transegerint diem: tanquam si amphora sibi placeat: quod non ventre prehendatur vel fundo, cum aurib. facile transferatur. Hinc Arcesilaus nihil interesse dixit, quib. membris quis cinædus sit, posteriorib. an anteriorib. Extimescenda autem est etiam illa, quæ in oculis & in aurib. titillat, mollitia & luxus. Neq; vrbs existimāda inexpugnabilis ea, quæ portas alias seris, repagulis, & catarractis habet munitas, si vna admiserit hostes neq; inuictum à voluptatib. se, si non à gynæceio, sed à musęo vel theatro expugnatus sit. Iuxta n. deflexit & tradidit voluptatib. agendum ferendum animum suum. Hæ vero dum acriora & magis picturata veneficia, quam quisquam possit coquus aut pigmentarius, modorum & numerorum offundunt, iis illiciunt nos peruertuntq; nostro ipsorum iugulatos testimonio.* Horum enim, quæ in mensis modo sunt apposita, à pulchra tellure, vt ait Pindarus, & à ponti iactibus producta, nihil est reprehendendum, nihilq; expirat. Sed neq; dapes, neq; cibus, neq; optimum hoc vinum, quod bibimus, ita concitauit ex voluptate vocem, vt modo tibiarum & fidium cantus domum hanc, si non etiam vrbem totam compleuit æstu, plausibus, & clamoribus. Quare sunt hæ inprimis declinandæ voluptates. Sunt enim præualentissimæ. Quippe non sicut illæ, quæ palatum, tactum, & nares deliniunt, in parte animæ bruta & naturali terminantur: sed eam, quę sedes est iudicii & intellectus solicitant. Iam reliquis deliciis, vt ratio nos destituat, quæ eis reluctetur, certe ægritudines animi quædam sæpe se obiiciunt. Etenim in foro piscario sordes digitum popinatoris retrahunt, atq; à sumptuosa meretrice reflectit auaritia & ambitio : vt nimirum apud Menandrum quisq; compotorum insidiis petitus à lenone, qui inflatam puellam eis adducebat,

Capite nutans arrodebat bellaria.

Durum n. est intemperantiæ supplicium versura ac soluere loculos non admodum est expeditū. Hisce vero liberalib. quæ dicuntur, aures & oculos musicis & tibialib. insaniis gratis demulcemus & sine pręmio. Quas quidē voluptates haurire passim licet & percipere, in ludis, in theatris, in cōuiuiis, alieno sumptu. Itaq; prompte corrumpuntur illi, qui auxilium & disciplinā non habent à cōsilio. Hic cū secutum esse silentium: Quid igitur, inquit, postulamus, vt faciat cōsilium vel dicat ad ferendā opem? Neq; n. aurium obices illas Xenocraticas accōmodabit nobis: neq; cœnātes, quando lyrā sentimus aptari, vel moueri tibiam, excitabit. Minime gentium, inquit Lamprias. Sed quoties in supradictas inciderimus, appellandæ sunt Musæ, & in illum veterum Heliconem recurrendum. Amanti n. sumptuosam nequicquam commendes Penelopem vel iungas coniugio Pantheam. At eum, qui ducitur histrionib. modis, & cantilenis malis & ineptis traducas licet ad Euripidem, Pindarum, & Menandrum, vt oratione dulci salsam auditionem, vt ait Plato, abluat. Etenim sicut magi iubent eos, qui à dæmonib. vexantur, literas Ephesias recēsere apud se & nuncupare: itē si nos in istiusmodi lasciuis cantionib. & saltationib. insaniisq; & strepitib. commoti, contumaci cum iactatione reuocemus ad memoriam sacras illas & graues literas, contendamusq; eum iis cantilenas, poëmata, & orationes inanes : non seducemur ab iis, neq; permittemus, vt velut vnda lenis transuersos nos rapiant. Menelaum cecinit Homerus ad epulum, quod optimatibus præbebat Agamemnon, vltro accessisse,

Namq; premi mentem fraternam angore sciebat.

nec inscitia eius sustinuit vt in proparulum veniret, neq; perstrinxit eum nō veniendo, quomodo queruli & morosi amicorum huiusmodi erroribus atq; amentiis imminent: qui quo materiam habeant expostulandi, negligi se quam honorari malunt.

Locus valde corruptus.

De vmbris appellatis, & an ei, qui inuitatus est ab altero, eundum sit ad alterius cœnam, & quando, & apud quos. VI.

MOris allectorum, quos nunc vmbras vocant, qui inuitati ipsi non sunt, sed ab inuitatis ad cœnam ducuntur, quę essent incunabula, quærebatur. Videbantur autem ab Socrate esse orta, qui Aristodemum induxit non vocatū, vt iret secum ad Agathonem, cui iocularium quiddam accidit. Imprudens ille reliquit in via post se Socratem, ac ingressus prior est, plane vmbra antecedens corpus, quod à tergo lumen habet. Post tamen in præbendo hospitibus conuiuio maxime principibus viris necessarium fuit, vt cum ignorarent comites, qui in honore apud eos erant, hospiti permitterent inuitandi arbitrium, sed definirēt numerum, ne accideret eis idem casus, qui accipienti epulo ruri regem Philippum. Is multos secum traxit, cum veniret, & cœna instructa paucis erat. Conspicatus ergo perculsum hospitem, significauit per internunciū amicis, vt placentę locum relinquerent. Quam dum expectabant, parcius attingebant apposita. Ita affatim cœnę omnib. fuit. Quæ cum ego apud præsentes effunderem, placuit Floro, vt accurate aliquid agitaremus de vmbris, vt appellātur: deceatne vocatos ita venire, & illos ita comitari.

Ac

Ac gener eius quidem Cæsernius prorsus id damnauit, atq; inprimis ex authoritate ostendit Hesiodi, debere nos

Inuitare ad conuiuia amicum.

Alioqui familiares inuitare & necessarios nostros ad libaminum & mensæ, ad sermonum in vino habendorum & comitatis commercium. Nunc quomodo, inquit, qui naues meritorias habent, quod quisq; velit oneris, id vt imponat, permittunt: Perinde conuiuia nos tradimus aliis, facimusq; potestatem illud quibusuis probis an improbis complédi. Mirer autem, si vir probus accessitus sit allectus vel potius inuocatus. quem quidem subinde omnino non cognouit conuiuator: & si nouerit, vsusq; ei cū illo intercedat, nec vocauit, multo iam est ire ad hunc turpius: quasi exprobret participem se viri illius rerum vi quodammodo & ipso inuito. Præterea præuerrere vel venire post eum, qui apud alium inuitauit, magnum facit pudorem, atq; est inurbanum testibus egenrem ad coniuatoré pergere, dicereq; non inuitarum se sed vmbram cuiuspiam ad conuiuium adesse. Rursus affectari & obseruare vngentem & lauantem alterum vel commoditatem morantis aut properantis, oppido illiberale est & Gnathonium. Siquidé fuit Gnatho homo, qui supra omnes in eo callebat cœnis vt frueretur alienis. Quippe tunc si vnquam alias vel maxime ius est hominibus dicere,

Si lingua quid iactare modice velis,

Promas licet.

Ac libertas est multa cū in vino dictis admixta & factis. Hic ergo qui geras te, si iustus nō es neq; vocatus, sed quodammodo nothus & asscriptitius conuiua? Nam siue libere loquaris, siue non loquaris, obtrectationi inter conuiuas valde pateas. Porro non leue malum est vel appellationem licentia & vernilitas iis, qui non iniquo animo sed facile ferunt vmbras se vocari & audire. Consuescit n. qui facile à verbis ducitur, ad turpia facta. Quare cum inuitarem alios, permisi eis nonnunquam vmbras. Validus est n. ciuitatis mos & importunus. Ipse vocatus ad alterum ab altero in hunc vsq; diem, ne parerem, me obfirmaui. Sub hæc dicta silentio facto Florus: Hoc inquit, secundum implicatius est. Nam vocare ad eum modum, cum hospites excipimus conuiuio, vt est ante dictum, necessitas exprimit. Neq; est n. absq; amicis inuitare ciuile: neq; expeditum, quos secum adduxit, cognoscere. Cui ego: Vide, inquam, an ne, qui vt ita vocarent, dederunt inuitaris etiam vt parerent & irent, dederunt aduocatis. Nam non est rectum vel dare vel petere, quod non conuenit, neq; plane rogare, quæ roganda non sunt, neq; condicere, neq; agere Nam quod ad prouinciarum rectores & hospites attinet, non habet id inuitationem neque delectum, sed sunt comites eorum excipiendi. Alioqui, si quando amicum inuitas, amicius est, vt eum ita voces, quasi non fugiat te, qui eius familiares, chari, & necessarii sint. Maior namque honor & beneuolentia ei exhibebitur, si hos obscurum non sit ab eo potissimum diligi, libentissimeq; eum cum his esse, & gratum sibi fieri, quod pariter honorentur & vocentur. Interim est tamen eius arbitrio hoc permittendum. Ac sicut illi, qui deo rem diuinam faciunt, aræ eius & delubri socios in communi venerantur, etiam si illos sigillatim non appellent. Neq; n. dapes vel vinum vel vnguentum ita vt conuiua beneuolus & suauis exhilarat. Cæterum quibus pulmentis & duleiariis potissimum delectetur, qui inuitatur, ac de vinorum & vnguentorum diuersitate rogare & sciscitari, hominis importuni est & arrogantis. Cui vero amici, familiares, & necessarii multi sunt: ex iis rogare eum, vt quorum maxime capiatur consuetudine, & in quorum sententia acquiescat, hos secum adducat: id neq; molestum neq; ineptum est. Nam nauigare, cohabitare, causam disceptare vna cum iis, à quibus abhorret quis, non est ita tædiosum, vt est vna conuiuium inire, & vice versa iucundum. Est n. communio serii, ioci, dictorum & factorum conuiuium. Ita non quiuis, sed chari & familiares sint inter se oportet, si libenter vna victitabunt. In patando dapes coqui ex discrepantibus saporibus, austera, lenia, dulcia, & acria inter se temperant. At conuiuium non fit commodum & lætum, si homines inter se alieni nec consentientes sint in vnum confusi. Quia vero vt dictitant Peripatetici quidam est, quod primum natura mouens sit, nec moueatur tamen: aliud nouissimum, quod moueatur, nec moueat tamen quicquam: aliud interiectum vtrisq;, quod & moueat alia & ab aliis moueatur. Eadem ratio sermonis est, cum tres sint: vnus, qui inuitat tantum: alter, qui inuitatur: tertius, qui inuitat & inuitatur. Quia expeditum est de inuitante, iam non incongruum sit, inquam etiam de reliquis, quæ mihi videntur, persequi. Atq; ille quidem, qui inuitatus ab alio inuitat alios, primum meo iudicio multitudini parcere debet, ne sicut ex hosticovniuersis suis frumententur: neue vt, qui regiones occupant, in effusa frequentia semper amicis suis omnes amicos eius, qui ipsum vocauit, expellat & summoneat: atq; ita id vsu veniat conuiuatoribus: quod illis, qui Hecatæ & Auerruncanis cœnas offerunt, vt nihil vel ipsi vel familia ipsorum gustent, nisi quod in parte veniant fumi & turbæ. Imo vero illudunt nos illi, qui dicunt:

Ipse opsonatur carnes Delphis immolans.

Quod

Quod vere contingit iis, qui hospites vel amicos rudes excipiunt, qui multis cum vmbris sicut harpyis deprædantur & diripiunt cœnas. Deinde cauebit, ne cum quibuslibet ad alios cœnatū pergat, verum conuiuatoris potissimum vocabit coniunctos & familiares, certans cum eo ac præueniens vocationib. Alioquin ex amicis suis, quos cupisset ipse deligere conuiuator, si ciuilis sit, ciuiles: si eruditus, eruditos, vel potentes, si ille præpollens, & quoquo modo eos conuenire & colloqui cum eis desideret. Ei namq;, qui ita est animatus, præbere & suppeditare consuetudinis & amicitiæ aditum magnæ dexteritatis est & vrbanitatis. Qui vero homines, quorū abhorreant & dissoni sunt mores à conuiuatore, inducit: verbi gratia, sobrio bibaces, frugali in victu luxuriosos & sumptuosos, aut è diuerso biboso iuueni & festiuo senes tristes, superciliosos ex barba sophistas: hic importunus est tædio remunerans comitatem. Decet n. non minus gratum conuiuatori esse eum, qui est inuitatus, quam inuitato inuitantem. Erit gratus, si non se tātum, sed & eos, qui secum & sui gratia veniunt, vrbanos præstet & suaues. Porro qui superest tertius, qui ab alio ad alium vocatur, si repudiet abdicetq; vmbræ nomen, vere videbitur vmbram horrere. Multam hæc res desiderat cautionem. Neq; n. quibusuis prompte se comitē præbere honestum, vel temere: sed reputandum, primum qui sit, qui vocat. Hic si non valde familiaris, sed diues aliquis vel potens, qui sicut in scena, splendidum satellitium quærit, aut magnū beneficium præstare inuitatione sua & honorem habere sibi persuadet, asciscat te, statim reiiciendus est. Sin amicus & familiaris: non est ei obsequendum, nisi requirere appateat eum necessarium colloquium & congressum, qui opportunitatem non admittit aliam, aut longo interuallo peregre veniens, aut discessurus demonstret ex beneuolentia contubernium tuū prægestire & sitire. nec frequentes vel alienos, sed te solum vel cum paucis sodalib. adiungat, vel deniq; consuetudinem laboret & amicitiæ rudimentum sua opera efficere inuitato cum inuitatore, qui vir bonus & amicitia sit dignus. Nam improbi sane quo magis comprehendunt & complectuntur, sicut rubi eo magis elidendi & calcādi sunt. Quod si probi sint, qui ducunt: nec sint ad quos ducunt, probi: non debemus hos comitari, neq; sustinere, vt velut per mel venenum paremus peruersum bono sequestro amicum. Est autem ineptum etiam ad ignotum neq; vlla coniunctum consuetudine ire: nisi ille virtute, sicut diximus, præcellat atq; hinc facturus amicitiæ sis & charitatis auspicium, quod prompte & candide ad ipsum venias cum altero. Iam inter familiares ad illos eundum est ei, qui vocatus est ab altero, quibus etiam ipsis conceditur itē cum aliis ad nos venire. Nam Philippo quidem videbatur scurræ, ipsum ire vltro ad cœnā deridiculum magis esse, quam vocatum. Cæterum viris bonis & amicis apud amicos & bonos honestius est & iucundius: si non inuitati neq; expectati in loco aliis cum amicis accedant, vt lætitia afficiant pariter conuiuatores & ductores suos honorent. Minime vero ad prouinciarū præsides vel pecuniosos vel dynastas, si non vocatus ab eis sis sed ab aliis decet ire: quo impudentiæ, ignorantiæ, & ambitionis intempestiuæ non iniustam declines.

Adhibendæne inter pocula sint tibicinæ. VII.

DE acroamatibus Cheroneæ verba inter pocula facta fuerunt Pergameno præsente Diogeniano: nec parum nobis negocii in refellendo erat sophista ex Stoa barbato: qui Platonem citabat carpentem illos, qui tibicinas inter pocula adhiberent neq; oblectare sermonibus inter se valerent. Quamuis eadē ex palæstra aderat Philippus Prusiensis, qui missos faciendos dixit Agathonis conuiuas: quorum voces quauis tibia & fidibus essent dulciores. Neq; enim tibicinam explosam fuisse illis viris mirandum est præsentibus: verum quod non etiam potus & cibi obliuio conuiuium ex voluptate & delinimento subisset. Et quidem non puduit Xenophontem in Socratis, Antisthenis, & aliorum talium virorum præsentia scurram introducere Philippum, eumq; sicut Homerus cepam potus condimentum adferre illis viris. Plato vero Aristophanis orationem de amoribus vt comœdiam inuexit in conuiuium, ac postremo patefacto stabulo inducit fabulam inprimis variam temulentum & procaciter comessatum venientem coronatum Alcibiadem. Inde Socratis pro Agathone luctationes & Socratis laudatio sequuntur ô Charites bonæ. Est igitur, inquit, sanctum, quod Apolline in conuiuio apparente cum aptata lyra supplicauerint cōuiuæ deo, vt dū absolueretur & perageretur sermo sustineret? Itane vero illi viri, inquit, tanto in differendo lepore instructi vsurpauerunt tamē accersita, distinxeruntq; eiusecmodi ludicris conuiuia. Nos cum vrbanis & forensibus confusi hominibus: cum multis etiam, si ita casus tulerit, plebeis & agrestioribus talem festiuitatem & oblectamentum ex conuiuiis exigamus? vel subducemus nos, vt si interuenientes Sirenas fugiamus? Atqui si Clitomachus athleta, qui surgebat & abscedebat, si quis sermones iniecisset amatorios, celebratur: philosophus, qui tibiam refugit, & instruente se fidicina calceos sumit cōfestim, clamitans vt facula accēdatur, nōne ridiculus est, innocētissimas qui voluptates, sicuti vnguēta scarabei, fastidiat?

fastidiat? Nam si vnquam alias, in vino cum his est ludendum, accommodandusq; in hæc Deo est animus. Nam quamuis cætera placeat mihi Euripides, illius tamen non probo de musica scita, ad luctus eam & animi ægritudines relegandam. Illic enim sicut medicus præsto esse sermo debet serius & sobrius: istæ vero illecebræ cum Libero patre coniungendæ ac ludicri vice sunt habendæ. Sane scitum est illud Laconis: qui, cum Athenis ludi fierent nouorum tragœdorum, choragorum apparatum, curam magistrorum & contentionem cernens, parum sanam esse dixit ciuitatem, quæ tanto studio luderet. Siquidem reuera ludentem oportet ludere, neq; multa impensa neq; articulis in alia conducibilibus socordiam liceti, verum in vino & animi remissione ea degustare, atq; expendere, nunquid simul cum oblectatione aliquem ex iis fructum capere valeamus. 10

Quæ potissimum acroamata inter cœnandum accersenda. VIII.

QVibus dictis reclamare de integro sophistam parantem ego summouens: Illud potius, inquam, dispiciendum Diogeniane sit, ex multis acroamatibus quod potissimum genus cõgruat, referamusq; id ad huiusce sapientis iudicium. Nam cum re nulla moueatur vel deliniatur, haud titubauerit, vt pro meliore optet iucundius. Vt igitur & Diogenianus hortatus est & nos sophistam, nihil ille cunctatus: Cætera, inquit, ad scenam & orchestram reiicio: Introduco morem Romæ nuper in conuiuia admissum, qui nondum est apud quosuis vulgatus. Nostis n. inquit, in Platonis dialogis alios esse, qui rem gestam exponant, alios, qui fictam ac fabulosam. Ex his, qui rem fictam tractant facilimos ediscunt pueri, vt memoriter eos recitare possint. Adiuncta est actio personarum argumenti moribus congruens, vocis conformatio, gestus, & affectiones verbis consentaneæ. Hæc viri graues & probi mirum in modum probauerunt. Effœminati, & quibus aures sunt delicatæ ex inscitia & rusticitate, quos dicit Aristoxenus bilem vomitione reiicere, vbi audiunt harmonicum, exigunt eum. Neque mirarer, si ex toto exploderent. Quandoquidem inualuit mollities. Ibi videns quosdam Philippus nõnihil stomachantes: Abstine sodes, inquit, & ingerere in nos probra desiste. Nam nos primi sumus, qui hanc rem Romę inuehi moleste tulimus, increpauimusq; eos, qui Platonẽ pro ludicro inducũt in cõuiuia, Platonisq; dialogos inter bellaria & vnguenta audire student. Vbi etiam cum recipiuntur Sapphus & Anacreontis scripta, videor mihi deponere eorum reuerentia pocula. Multa autem, quæ mihi in mentem veniunt, vereor expromere, ne studiose ita tecum disceptare videar. Itaq; vt vides, sermone dulci imbutas salsedine auditiones amico cum hoc poculo trado abluẽdos. Quo accepto Diogenianus: Atqui hos etiam, inquit, audio sobrios sermones, vt videatur vinum vobis non sapere neq; vos afficere. Quare ne ipse quoq; pœnas luam, extimesco. Cæterum multa resecanda acroamata sunt. Prima tragœdia, quod clamor eius abhorrens à conuiuio grauiorque sit, & rerum moliatur actiones motibus & miserationibus suffusarum. Reiicio etiam ex saltationibus Pyladeam, quæ inflata, affectib. plena, & multarum est personarum, tumetq; laudationibus illis, quas Socrates de saltatione peregit. Recipio Bathylleam, quæ ex seipsa est pedestris, & cordacem resonat nõnihil, vel Panem aliquem, vel Satyrum cum Cupidine lasciue saltantem, si cum illo comparetur. Ex comœdiis vetus propter asperitatem non est hominibus accommodata potantibus. Quippe seria libertas in eorum parabasibus, quas vocant, immodica & rigida est, & licentia in dictis & vernilitate plus satis insolens laxaq; & verbis scatens incomptis & nominibus lasciuis. Adhæc vt in præsidum cœnis cuiq; assistit conuiuæ pincerna, ita necesse erit, vt grammaticus singulis singula explicet, qui Lespodias sit apud Eupolidem, qui Sinesias apud Platonem, Lampon apud Cratinum: & quisq; qui perstringitur: vt conuiuium sit futurum nobis ludus literarius, alioqui surda & inuoluta cauilla iactentur De noua comœdia quid dicã? Ita contexta est cum conuiuiis, vt citius citra vinum, quam citra Menandrum dispenses compotationem. Nam & dictio amœna & summissa aspersa rebus est: vt neque fastidiatur à sobriis, neque vinolentos fatiget. Scatet bonis sententiis & syncetis, quæ in vino velut igne emolliunt reflectuntq; ad summam ciuilitatem asperitatem morum. Iam grauitas cum ioco temperata nulla alia de causa videatur quam ad vino incalescẽtium & lætitia perfusorum voluptatem pariter & profectum esse ficta. Amores etiam tractat tempestiue apud homines, qui vino indulserunt, & cubitum breui ad vxores sunt concessuri, neque pueri tam multis in fabulis amor extat, & virginum compressiones fere in nuptias exeunt. Consuetudines cum meretricibus, si hæ improbæ & elatæ sint, dirimuntur castigationibus nonnullis vel pœnitentiis adolescentum. Probis & redamantibus aut pater aliquis reperitur iustus, aut tempus adiicitur amori, q̃ conuersationem habeat humanam & verecundam. Hæc ab hominibus aliud quid tractantibus fortassis contemnuntur. At inter pocula non miret, si suauitas eorum & lepores expolitionem simul & mode-

moderationem adferunt, quæ in mores proborum & humanorum forment homines. Hic Diogenianus, vel quod finem dicendi fecisset, vel quod interquiesceret, obticuit. Quem cum adoriretur iterum sophista, & dicta destinaret nonnulla ex Aristophane recitare: Philippus me appellans: Hic, inquit, desiderio suo satisfecit qui obiter suauissimum commendauit Menandrum. De reliquis nihil vltra eum laborare apparet. Reliqua sunt autem multa nobis nondum discussa acroamata, de quibus te cupiam audire. Nam sculptorum certamen, si placet hospiti huic & Diogeniano proponemus cras sobrii. Igitur, inquit, mimi sunt: quorum partim hypotheses partim ludicra appellant: quorum profecto genus conuiuio congruit neutrũ, hypotheses propter fabularum prolixitatem & ingentem sumptum: ludicra multa referta scurrili-
10 tate & dicacitate ne pueris quidem, qui calceamenta portant, qui quidem dominorum sunt sanorum, conuenit spectare. Complures autem concubantium mulierum & puerorum impuberum simulachra repræsentant, rerum nimirum & dictorum quæ plus quam vlla crapula tumultuari faciunt animos. Enimuero cithara olim Homeri etiam seculo nota fuit illius temporis, conuiuiis. Hanc tam diuturnam familiaritatem & consuetudinem nõ conuenit abrumpere. Tantum orandi citharœdi sunt, vt nimiam istam eximant cantibus lugubrem lamentationem, canantque læta & hominibus congrua conuiuantibus. Tibiam vero etiamsi cupias, non possis à mensa repellere. Siquidem libamina eam vna cum corona flagitant assonatq; numen pæani. Deinde personat penetratq; aures affundens vocem suauem, quæ vsq; ad animum serenitatem adferat: vt si quid superet austeri vel soliciti, quod non discussit merum neq; rela-
20 xauit id festiuitate & comitate modorum inundatum & obrutum conticescat, modo hęc quoque modum seruet, nec mentem liquidam ex vino, & lubricam permoueat vel conturbet, vel de statu dimoueat tinnitibus & sonorum diuersitate. Nam quomodo pecudes orationem, quæ sententia constet, non intelligunt, sed signis & popysmis inconditis, fistulis, & siphonibus excitant, & placant eas iterum pastores: sic quod bruti, beluini, rationem aspernantis, nec obediẽtis ei inest animo, hoc modis & numeris cantus & tibiæ demulcendo componunt & propitiant. Cæterum (vt id, quod mihi videtur, dicam) nunquam tibiæ per se neq; lyræ modi absq; oratione & cantu oblectent cõuiuium, sed fluctu auferre arbitror. Nam ita assuefacere nos etiam in rebus seriis oportet, vt & voluptates ex sermone petamus, & tempus in sermone traducamus: modulos & numeros condimenti vice in sermone, nec per se solos gustemus vel deglutiamus.
30 Vt enim oblectamentum vini & condimenti vna cum cibi vsu os ingrediens nemo repellit, illi vero vnguentorum non necessario & superuacaneo Socrates colaphum infregit atq; eiecit: Ita psalterii vocem & tibiæ quæ aures per se feriat, ne exaudiamus. Sed si comitans orationi & cantui, innitet nos & oblectet, introducamus eam. Equidem censeam Marsyã ab Apolline fuisse male mulctatum: quod phorbia & tibiis obturans os suum non dubitanit nudis modis cum cantu & cithara contendere. Hoc tantum, inquit, agamus: vt ne conuiuis, qui oratione & philosophia se mutuo exhilarare valent, quicquam accersamus foris tale, quod delinimenti interpellatio potius quam delinimentum sit. Quippe non solum illi qui salutem domi atq; à seipsis habent

Si aliam velint sibi foris asciscere,

vt est apud Euripidem, stulti sint: sed & illi, qui cum multum in se habeant mulcimenti & blãdimenti, extra elaborant, quæ ipsos deliniant, inducere. Etenim regis magni erga Antalcidam Laconem magnificentia sane quam putida & rustica visa est: cum coronam ex rosis & croco
40 commixtis mersans in vnguentum illi misit interim genitiuam & ptopriam dotem erripuit & conspurcauit florum. Par est, si conuiuium, quod festiuitatem in se & humanitatem habet peculiarem tibiis vel cantibus extraneis obruas, auferens re peregrina domesticã. Tum demũ locus sit acroamatibus, si conuiuium fluctuet, & impellatur in rixam & concertationem, vt conuitia restinguant: & quando in contentionem disputatio odiosam & certamen sophisticum euehitur: ea vt comprimant atq; certamina concionalia & forensia sedent, dum conuiuium fiat denuo pacatum & tranquillum.

Consilium capere inter pocula non minus Græci, quam Persici moris fuisse. IX.

50 COENANTIBVS nobis apud Nicostratum sermo super cœnam fuit de iis, quæ tractaturi Athenienses in concione erant. Vbi cum diceret quidam: Morem Persicum inducitis vos, qui inter pocula deliberatis. Cui respondens Glaucias: Cur Persicum, inquit, magis quã Græcum. Quippe Græcus fuit qui ait:

Rectior à saturo est prudentia consiliumq;.

Græci etiam, qui duce Agamemnone Troiam obsidebant, quibus vescentibus & potantibus senex

Texere sermones ante omnia cæpit:

fuitque hic & inuitationis & optimorum consiliariorum regi author,

Senibus conuiuia præbe.

Multorum enim, inquit, *in cætu capies sic, qui optima profert*
Consilia.

Quapropter pleræque nationes Græciæ quæ bonam disciplinam habuerunt, & instituta retinuerunt prisca, in vino magistratus continebant. Nam andria apud Cretes appellata, & apud Spartiatas phiditia curiarum arcanarum & conciliorum optimatum instar fuere: sicut ni fallor, quod hic est Prytaneum & Thesmothesium. Nec procul ab his nocturnus concessus apud Platonem optimorum & prudentissimorum virorum est, ad quem reiiciuntur res maximę & grauissimæ. Qui Mercurio vltimo libant, quando somnum appetunt, nonne vino hi sermonem sociant? Quippe quasi præsenti & contemplanti prudentissimo deo primum, vt dimissi sunt, supplicant. At prisci velut non egentem Mercurii Liberum patrem ipsum Consultum, noctemque illius gratia εὐφρονιῶ quasi sapientem appellabant.

Rectene fecerint, quod consilia inter pocula caperent. X.

HIs à Glaucia peractis apparuit nobis satis resedisse sermones illos turbulentos: ac quo magis etiam eorum mentio obrueretur, quæstionem Nicostratus aliam inferens: Ante hac, inquit, rem istam, quam arbitrabar Persicam, non admodum morabar. Sed quando nunc est compertа Græca, orationem flagitat, quæ ei aduersus absurditatem, quam adferre videtur secum, succurrat. Quandoquidem ratio oculi modo in humore turbato ægre mouetur à nobis atq; inhabilis ad munus suum est: & acerbitates quæ omni ex parte sicut ad solem serpētes agitantur ad vinum atq; emicant, mentem fluxam reddūt & instabilem. Quapropter vt lectus potantibus quam sedes est conuenientior: quod corpus detineat, atq; ab omni auocet motione: ita requiescere optimum est animum. Sin minus id liceat: danda est sicut pueris, qui quiescere nequeunt, non lancea, non gladius, sed crepitaculum & globus: quomodo Liber ferulam solutis mero tradidit leuissimum telum & mollissima arma: vt quia ad feriendum sunt promptissimi, quam minime offendant. Id est enim curandum, vt offensa sint temulentorum iocularia, non luctuosa, tragica, & valde calamitosa. Iam quod in deliberando de rebus summis summum est, vt consilii inops & rerum imperitus pareat consultis, & experientibus sit audiens, id marcidis adimit vinum: vt etiam nomen ex eo reperisse dicat οἶνον id est vinum, Plato, quo οἴεσθ' νοῦν ἔχειν, id est, putare se mentem habere faciat potantes. Neque enim ita eloquentē, vel formosum, vel opulentum habet se, quamuis id omnes arbitrentur potantes, vt intelligentem. Hinc fit, vt clamosum sit vinum, loquacitateq; intempestiua, animisque expleat homines imperatoria: quasi non audire, sed potius audiri à nobis, ac ducere non sequi conueniat eis. Sed enim inquit, quæ huc faciunt, facilia sunt collectu. Sunt enim ante oculos posita. Verum contraria sunt audiēda: si quis sit iuuenis vel maior, qui ea attexere velit. Hic frater noster dolo & sophistarum more agens: Putas scilicet, inquit, aliquem hoc loco quæstioni isti inuenire posse argumenta congruentia? Cum respondeiet Nicostratus: Quid ni putem tam multis eruditis & vinosis præsentibus: Attidens ille: Itane vero putas te dicere apud nos cōmode de his posse, ad forensem vero & ciuilem deliberationem esse ob vinum inhabilem? An hoc perinde sit, ac si existimes, quia parum recte oculis perspicit, qui potat, nec recte etiam percipit auribus appellantes se vel disputantes, cantum vel tibiam eum exacte assecuturum. Vt enim hic propius fidem est, ea, quæ ex vsu sunt, quam quæ elegantia, sensum flexura esse & attentum reddituraita animū quoq;. Non mirer equidem, si quid ex philosophia depromptum arguti temulentum fugiat. Sed si ad negocia dispicienda applicet, mox cordatiorem fieri atq; ad prudentiā mentem eum conuertere verisimile est, sicut Philippus: qui Cheroneæ multum ineptiebat ex crapula, præbebatq; se ridiculum, simul atque verba apud eum facta sunt de fœdere & pace, vultum composuit, supercilia contraxit, vertigineque & impotentia expulsa prouidum & sobrium dedit Atheniensibus responsum. Quanquam interest, potes an vino metus sis. Ac ebriis ita, vt delirent, cubitum eundum esse putamus. At viri, qui vsi vino sunt largius, atq; incaluerunt mero, si aliqui sint intelligentes, non est verendum, ne iudicio titubent, & rerum peritia destituantur: cum saltatores & citharistas videamus nihilo deteriores se in conuiuiis quam in theatris præstantes. Nam rerum vsus assistens corporis actiones dirigit & securi id impellit. Compluribus autem confidentiam audaciæ adiutricem temerum non insolentem neque impotentem, sed gratam & blandam

dam adiungit. Quomodo Æschylum proditum est memoriæ tragœdias vino indulgentem scripitasse: non sicut Gorgias dixit hanc Septem in Thebas, quæ est vna eius fabularum maxima, Martis esse, sed sunt Liberi patris omnes. Siquidem vinum, quod, vt est apud Platonẽ vim habet animi cum corpore incendendi, corpus reddit expeditum, meatusque rumpit visionum elicientium cum audenti animo orationem. Quippe nonnulli quorum indoles inueniendi facultate est dotata, sed timidior, quando sicci sunt, & frigida: postquam poculis se dediderunt, thuris modo per calorem vaporem exhalant. Insuper timorem, qui si quid aliud deliberantib. est obstaculo, expellit: multosq; alios motus ignauos & inertes opprimit, prauitatemq; & peruersitatem vt diploidas aliquas euoluit animi: mores etiam omnes & ægritudines in oratione
10 denudat: Adhæc profert præcipue liberam linguam, & per eam etiam veritatem. Quæ si absit, nihil rerum vsus, nihil sagacitas prodest: verum multi, qui eo, quod in mentem venit, vtuntur, maiorem successum habent: quam si id, quod se offert, insidiose & astute premant. Non igitur metuendum, quod animi motus ciet, vinum. Quippe nõ ciet deterrimos, nisi in peruersissimis: quorum est sobrium nunquam consilium. Cæterũ sicut tonstrinas sicca conuiuia Theophrastus appellare solet: sic in animis indoctorũ sicca semper ebrietas inhabitat & tetrica: quæ exagitatur ab ira aliqua vel simultate, vel æmulatione, vel illiberalitate: quorum vinum pleraque perstringens potius quam inflammans, non amentes neque vesanos, sed candidos: non astutos neque vtilitatis securos, sed honesti sectatores reddit. Qui vero astutiam, solertiam, consilia fallacia & impudentiam esse putant prudentiam: hi iure stolidos dicunt esse illos, qui simpliciter & bona fide sententiam suam promunt. Contra veteres Bacchum Liberum patrem & Ly-
20 sium nuncupabant, munusque habere magnæ diuinationis arbitrabantur, non bacchationis causa, vt Euripides voluit, neque infamiæ, sed quia ignauiam, trepidationem, & diffidentiam euellens & eiiciens ex animo veritatem & liberam vocem inter se mutuo mortalibus vsurpare concedit.

PLVTARCHI

Quæstionum conuiualium liber
30 octauus.

De quorundam virorum illustrium natalibus: Ibidem de genitura, quæ dicitur deorum. Quæst. I.

QVi philosophiam Sossi Senecio summouent conuiuiis, hi non æque offendunt, ac qui lumen tollunt, sed grauius: quatenus lucerna sublata viri modesti & tẽperantes nihilo erunt deteriores, qui verentur inter se potius quam contuentur. Ruditas autem & inscitia si cum vino coniuncta adsit, nec Mineruæ lucerna illa aurea delectabilem compotationem & modestam præstet. Quippe silentes ingurgitare inter se plane
40 porcorum est, & fortasse res, quæ fieri non possit. At qui sermonem relinquit conuiuio, non admittit autem, vt composite vtamur & frugifere sermone: hic longe magis derididiculus est illo, qui bibendum putat & comedendum cœnantibus: vinum vero propinat, dapesque apponit non conditas atque immundas. Non est enim poculentum vel esculentum vllum æque odiosum vel noxium, quod non est recte paratum, ac iactatus intempestiue & inconsulte in conuiuio sermo. Siquidem crapulam, qui eam sunt insectati conuitus philosophi nugacitatem temulentam dicunt. Nugari autem nihil est quam sermonem vsurpare vanum & futilem. Loquacitatis vero inconditæ & futilitatis, quando in vinum incidit, contumelia & petulantia finis est à Musis & Gratiis alienissimus. Non inscite igitur apud nos in festis Agroniis mulieres Bacchum vt fugitiuum requirunt. Inde desistunt, dicuntque eum ad Mu-
50 sas refugisse, ac delitescere apud illas: breui post cœna peracta scirpos & gryphos inuicem proponunt. Quo mysterio significatur, ferendum inter pocula sermonem, qui aliquam commentationem & literatam disputationem habeat. Eiuscemodi sermo si additus crapulæ sit, tegi ferociam & furorem à Musis esse placide detentum. Quæ igitur pridem Platonis natalibus forte audiuimus & retulimus, primo loco hic liber, qui est conuiualium octauus, complectitur. Sexto die mensis Thargelionis Socratis diem natalem celebraueramus: inde Platonis die septimo agitauimus: quod primum sermones nobis casui appositos subministrauit quos Diogenianus exorsus est Pergamenus. Ostendit hic non absurde Iouem de Fortuna prædicasse, eam quamuis multum à sapientia sit aliena, hanc tamen in plurimis æmulari: atque hoc teme-

rariam illam docte & scite egisse, vt non solum eorum ortus tam propinqui temporibus essent, verum etiam nominis gloria praecelleret natu maior & doctior. Mihi autem referre subiit iis, qui aderant, complura, quae in idem tempus congruerant: ceu id, quod de Euripidis ortu & interitu proditum est: natum fuisse, quo die nauali praelio dimicauerunt cum Medo Graeci: extinctum eodem, quo Dionysius maior Siciliae tyrannus in lucem prodiit: simul fortuna, vt Timaeus ait effictorem aerumnarum tragicarum educente & histrionem introducente. Mentio etiam illata fuit Alexandri regis & Diogenis Cynici obitus, qui in eundē incurrit diem. Regem quoq; Attalum conuenit inter omnes die suo natali vita excessisse. Pompeium Magnum alii natali suo, alii pridie eius diei in Aegypto perhibuerunt occubuisse. Occurrit item memoriae Pindarus, qui Apollinaribus genitus multos & elegantes hymnos Apollini exhibuit. Florus nec Carneadem ait indignum esse, cuius fieret in Platonis natalibus mentio, virum, qui sacerdos Academiae celeberrimus fuit. Vtrumq; enim Apollinis solenni natum: vnum Thargeliis Athenis, alterum quo die Cyrenaei Carnea celebrant. Septimo die vtrasq; ferias agitant: atq; Apollinem vt hoc editum vos, inquit, prophetae & sacerdotes Septimanigenam nominatis. Quare nō arbitror quenquam fore, qui dicat eos, qui Platonis Apollini productionem attribuerunt, hūc deum suggillare: qui ad maiores aegritudines & morbos hūc nobis Socrate administro velut altero Chirone medicum praeparauit. Simul mentionem fecit speciei & vocis Platonis patri, vt fama est, Aristoni secundum quietem oblatae: quae ne decem menses coniugem suam attingeret: interdixit. Ibi excipiens Lacedaemonius Tyndares: Par est, inquit, de Platone hoc canere & praedicare:

Quandoquidem haud hominis sed filius esse videtur
Diui.

Numinis enim vereor immortalitati ne tam generare quam generari repugnare videatur. Siquidem est genitura conuersio quaedam & affectio: quod quidem etiam Alexander animaduertit, cum ait, mortalem & caducum se esse potissimum se ex mulieris complexu & somno deprehendere: quod somnus ex languore existat ob imbecillitatem: generatio qualibet fit, quando proprium quiddam in alterum effunditur atque dissoluitur. Rursus confirmor, cum ipsum audio Platonem, qui parentem & conditorem mundi aliorumq; genitorum ingenitum & aeternum deum nominat: non quod geniturae ope gignat deus, sed quod vi alia materiae principium à quo moueatur & vertatur, foetificum infundat. Quanquam & ventorum afflatus implent aues foeminas, verum id quando foetandi hora instat. Nec monstrosum esse arbitror, si non humano more deus congrediatur, sed certis aliis contagionibus per alia & contrectationibus vertat & impleat diuiniore genitali corpus mortale. Neq; est mea, inquit, haec fabula: sed Aegyptii Apim hoc modo Lunae contactu autumant gignere, imo prorsus deo cum mortali foemina consuetudinem relinquunt. Vice versa non admittunt virum mortalem deae puerperii & foeturae exordium praebere: quod deorum essentiam in aere, spiritibus, & teporibus quibusdam & humiditatibus consistere statuant.

Quomodo Plato deum perpetuo dixerit geometrem agere. II.

HINC subsecuto silentio, de integro exorsus Diogenianus: Placetne vobis, inquit, quando verba sunt de diis habita, ipsum Platonem in Platonis natalibus consortem asciscamus disceptantes, in quam sententiam deum dixerit geometrem agere: si tamen hoc dictum est Platoni ascribendum. Hic cum ego respondissem, id nullo in illius commentario relatum esse sed tamen multum receptū, & characterem referre Platonicum: repente excipiens Tyndares: Censetes vero, infit, tu id dictum Diogeniane quid excellentius & inuolutius innuere? non quod ipse professus est & scriptum reliquit geometriam celebrans, quod affixos sensibus retrahat, conuertatque ad intellectibilem & sempiternam naturam, cuius aspectus philosophiae est finis, velut initiationis inspectio. Quandoquidem voluptatis & doloris clauus, quo corpori animum affigit, summum malum habere hoc videtur: quod ea, quae sensibus sunt subiecta: intellectibilibus faciat illustriora, cogatque mentem, vt ex turbulento motu potius quam ex ratione iudicium faciat. Quia enim consuescit ex immenso cruciatu vel delinimentis corporis errori & volumini se dedere, vt si fit ex eo, quod reuera est, occaecatur: organumq; sexcentis rependendum corporibus animi ac lumen, quo contemplamur diuinitatem, amittit: Atq; in disciplinis quidem, quas dicunt mathematicas, omnibus sicut in speculis nō distortis & politis elucent veritatis intellectibilium vestigia & simulachra. Geometria vero potissimum, quae caput est & author iuxta Platonem reliquarum, mentem reuocat & reflectit quasi defaecatam & à sensu

sensu paulatim discedentem. Hinc Plato ipse corripuit Eudoxum, Archytam, & Menechmũ: qui ad molitiones organicas & machinales solidi duplicandi rationem traducere instituebant: quod tentantibus ratione duas medias lineas proportione non licet sumere. Ita enim euerti & corruere geometriæ bonum: cum ea ad sensibus subiecta reuoluatur neque in sublime tendat, vel æternas & corporibus immunes effigies apprehendat. Quibus quia intentus est deus perpetuo, deus est. Secundum Tydarem Florus, qui eius familiaris erat, assimilabatq; & profitebatur ioco esse amatorem: Multum vidisti, inquit, qui orationem eam non tuam sed communem fecisti. Refellendi enim locum dedisti eius, qui demonstrat non esse diis geometricam sed nobis necessariam. Nam profecto scientia non eget deus mathematica velut machina, quæ à ge-
10 nitis retorqueat ac circumagat ad ea quæ sunt reuera. Siquidem illo in ipso, cum illo, & circa illum est ea. Sed potius vide, ecquid, quod tui sit officii & ad te pertineat, voluit significare Plato obscure, quod non animaduertis sicut certe Socrati applicans Lycurgum non minus quam Pythagoram existimauit Dicæarchus. Quippe Lycurgus quod procul dubio nosti, proportionem arithmeticam vt popularem & plebeiam exterminauit Lacedæmone, induxit autem geometricam sane paucorum ditioni moderatæ & regno legitimo consentaneam: Illa enim numero æquabilitatem, hæc proportione & merito iustum tribuit, neque vniuersa in vnum confundit: cæterum est proborũ & improborum illustre in ea discrimen non bilancibus neque sortibus, sed virtutis & vitii disparitatibus sortes iustas accipientium. Hanc comparationem deus rebus accommodat, quæ iustitia & Nemesis mi Tyndare dicitur, docetque nos iu-
20 stum æquum non æquum iustum faciendum. Quam enim vulgus hominum sectatur æquabilitatem, cum sit omnium iniquitatum summa deus de medio tollit, & quoad eius fieri potest, quod cuique conueniens sit, seruat proportione legitime definiens. Hæc nos laudauimus. Tyndares autem inuidere dixit se hortatusque est Autobulum, vt Florum increparet & orationem eius corrigeret, id ille recusauit: sed singularem quandam sententiam obiecit. Demõstrauit non in locorum geometriam, imo nec in cuiusquam eorum casuum, qui accidunt terminis, versari commentatione, neq; ratione deum vlla alia mundum esse architectatum quam materiam terminando interminatam non mole & copia, sed propter eius confusionem atque inæqualitatem. Solebant autem veteres immensum & interminatissimum infinitum vocare. Etenim forma & figura cuiusque rei, cui forma & figura imprimitur, terminus est: quibus spo-
30 liata per se informis erat & rudis. Vbi vero numeri ei & proportiones accesserunt, quasi vincta & cincta lineis est. Ex lineis formas primas & distinctiones corporum sicut fundamentorum præbuit planis & profundis ad productionem aeris, aquæ, terræ, & ignis. Nam octaedrorum & icosaedrorum, adhæc metarum & cuborum æqualitates in lateribus, & similitudines angulis & concinentias ex materia indigesta & vaga sine circumscribente & digerente singula ratione geometrica spinosum erat & difficile producere, itaque postquam additus infinito terminus est vniuersitas aptata & temperata optime atque terminata facta est & fit, materia quidem vsque vi tendente ad infinitum recipere se & refugiente, ne limitetur geometrice: proportione vero occupante eam & circumscribente dispensanteque in species & differentias, ex quibus cuncta nascentia ortum suum & constitutionem accepere. Sub hęc postulauit à me, vt etiam
40 sententiam meam ad hanc quæstionem ipsis adferrem. Ego vero sententias relatas vt iustas & peculiares illis ipsis commendaui, & satis ostendi probabiles esse. Cæterum ne vosmet ipsos in quam fastidiatis, neq; omnino foras spectetis, audite rationem, quæ de hoc imprimis probabatur doctoribus nostris. Est enim ex summis geometricis præceptis vel potius quæstionibus, formis positis duabus tertiam aliam comparare, vni æqualem, alteri similem cuius inuenti gratia Pythagoram ferunt diis sacrum fecisse. Quippe est hoc longe elegantius & doctius illo præcepto, quod hypotinusam demonstrauit parem vim ac rectam lineam obtinere. Probe, inquit Diogenianus. Sed hoc quid ad præsentem quæstionem? id facile cognoscetis, inquam, si refricetis illam in Timæo distributionem, qua trifariam distinxit prima, à quibus traxit mundus originem: quorum vnum iustissima appellatione deum, alterum materiam, tertium, formam
50 dixit. Ac materia quidem existentium est omnium maxime incompositum, forma exemplorum pulcherrimum, deus causarum optima. Hic nihil, quatenus posset, relinquere infinitum voluit & inexterminatum: sed exornare proportione, modo & numero naturam, vnum efficiens ex vniuersis, quæ extant quod simile esset formæ, & par materiæ. itaq; ex hoc præcepto daris ei duobus, quæ existunt, tertium fecit & facit, conseruatq; in æternum, quod par materię sit & simile formæ, mundum. Nam cum perpetuo sit ex genitiua corporis necessitate in productione, vicissitudine, & laboribus varijs, succurrit ei parens & fabricator proportione ad exemplum essentiam finiens, vel elegantius ambitum vniuersitatis competentia.

Cur die nox sonorior sit. III.

DOMVS Ammonii, apud quem Athenis epulabamur, tumultu circumsonabat foris prætorem inclamantium. Erat Ammonius tertium prætor. Vt vero missis nonnullis de suis motum repressit, ac dimissi homines fuerunt, quæsiuimus nos: cur qui intus sunt, illos, qui foris stant, exaudiunt: qui foris, eos, qui intus sunt, non item. Hoc Ammonius expeditum ostendit ab Aristotele. Nam vocem eorum, qui intus sunt, in plenum delatam aerem & laxum confestim occœcari & dissipari. Externæ intro penetranti nihil tale accidere, sed concludi manereq; claram. Illud potius disputandum, quid noctu plus sint voces sonoræ: neque solum magnæ, sed & perspicuæ maneant. Ac mihi quidem, inquit, prouidentia videtur, quando vsus nullus aut per est exiguus vsus, auditui perspicuitatem esse machinata. Nam cum caliginosus, si Empedocli credimus, si aer

Solinaga noctis claraque

quantum oculis detrahit prouisionis, id pensat per aures. Sed quoniam causæ rerum, quæ etiam necessitate aliqua à natura eduntur, eruēdæ sunt, quæ partes sunt physici, qui in principiorum versatur materialium & organicorum commentatione: quis, inquit, inter nos princeps rationem aliquam adferet probabilem? Hic conticentibus omnibus, Boethus narrauit, cum adolescens adhuc esset & sophistes, postulara, ita αἰτήματα interpretor, ex geometria petita vsurpare solitum, & sumere se nulla munitas demonstratione consultationes, quas Græci hypotheses dicunt: nunc vsurum se quibusdam ante ab Epicuro demonstratis. Voluitur vniuersitas in eo, quod non extat. Siquidem multum vacui confusum est & commistum aeris atomis. Qui si quando diffusus est, laxusque, & vagus ex raritate, exigua & tenuia relinquuntur intermedia inania spacia, atque ingentem occupant atomi consitam regionem. Quando vero contrahuntur & in angustum coguntur, atque incurrunt in se mutuo: vi compulsæ vastam laxitatem foris & distractiones efficiunt magnas: quod noctu fit à frigore. Calor enim laxat, dirimit, resoluitque densata. Quapropter spaciosiorem locum ebullientia, fusa & liquescentia corpora occupant. Contra concreta & perfrigerata coeunt inter se & conglobantur, relinquuntque spatia vacua in vasis, quibus includuntur, atque in locis, quibus excesserunt. Vox autem appellens & occurrens frequentibus corporibus & confertis vel occæcatur semel, vel interualla capit grandia, crebroque incurrit, & moras trahit. At in tractu inani & corporibus vacante curriculum nacta planum, continentem, nec interpellatum permanat ad aures, ac celeritate sua simul orationis tuetur claritatem. Vides enim vasa cassa, quando pulsantur, magis obsecundare ictibus, strepitumque longe porrigere: subinde etiam in orbem circumuolantem frequentem diffundi. Quod si impletum sit solido corpore vel liquore vas, plane obsurdescit & obmutescit, quod destituta via & spacio, qua permeet, fit vox. Ex ipsis autem corporibus aurum & lapis, quia plena sunt, etiam voce fusca sunt & obtusa, citoq; in seipsis extinguunt tinnitum. Sonorum contra & loquax æs: quia spongiosum est, & mole corporis leui & tenui, non crebris constrictum aliis in alia corporibus, sed loquacem habet, quæ nihil paritur nec contingitur, admixtam quandam essentiam: quæ cum aliis motibus facilem morsum præstat, tum vocem placide excipiens deducit: dum apprehendens quis sicut in via occupauerit & occæcauerit inane. Ibi subsistit, definitque propter obstaculum porro pergere. Hæc mihi, infit, noctē videntur reddere vocalem, & diem minus: quod repore & fluore aëris non longa interualla atomorum ēfficiat. Tantum, inquit, nemo primis reclamet consultationibus. Ibi ego, cum iuberet Ammonius, vt aliquid ad eum refutandum adferrem: Primæ tuæ, inquam, optime Boethe consultationes, quæ magnopere versantur in inani, permaneant. Ad vocem vero conseruandam, & vt moueatur: non recte inane posuisti. Silentii namque est proprium & quietis non attrectari, non pati, non pulsari. At vox pulsus personantis est corporis. Personat autem, quod sibi ipsi consentiens est & consertum, agile tamen, leue, æquabile, & cedens ei, quod firmum & continuum est: cuius generis est apud nos aer, aqua, terra, ignis: quæ quidem per se muta sunt, sonum autem aeris appulsu omnia stridoremque & crepitum edunt. Æs vero nihil habet inane: verum æquabiliter leui applicante se ad id aura pulsum facile recipit & sonorum est. Quod si oculorum fides sequenda, apparet ferrum potius cariosum aliquatenus & fistulosum esse & stridulum. Cæterum est oppido absonum & metallorum summe elingue. Non erat igitur, quod nocti esseris molesti cogendo eius aere & astringendo: alibi contra spaciis & inanitatibus relinquendis, quasi vocem præcludat aer & eius sententiam perimat, cuius ipse sit essentia, figura, & vis. Quod ni esset, opotteret profecto noctes turbidas ceu nebulosas & procellosas magis esse, quam serenas & æqualiter tempetatas sonoras: quod huc impellant atomos: illic, vnde discesserc, locum relinquant inanem corporum: Et quod expeditissimum est gelidum diem nocte esse tepida & æstiua vocaliorem, quorum est verum neutrum. Quare hac repudiata ratione

subiicio

sublicio illam Anaxagoræ, qui à sole docet cieri aera motu tremulo & palpitante: quod liquet ex rtaiectionib. per lucem scobum & micarum minutarum, quas nonnulli τίλας dicunt. Hæc quidem air ille ad calorem stridentia inrerdiu & obstrepentia obtusas ex crepitu voces reddere, quorum noctu fluctum & murmur conticescere. Ita me fato Ammonius: Ridiculi fortasse, inquit, videamur: qui coarguere Democritum nos putamus, & corrigere volumus Anaxagotam. Attamen nudanda Anaxagoræ cotpora sibilo. Neq; enim est hic probabilis vel necessarius: sed sufficit corporum tremor & incitus in luce vibranrium ad voces discrepandas & dissipandas sæpenumero. Aer enim qui, vt est relatum, corpus se & essentiam præbet vocis, si placidus sit planusq;, & continens, strepituum portiones & cursus longe diffundit. Est enim tranquillitas & serenitas canora, & contra, vt est apud Simonidem:

Non enim, quæ folia concutit, procella tunc infremuit,
Quæ suaues solueret cantus, sonarent ne auribus
Congruenter humanis.

Subinde nec vocis figuram permittit aeris fluctus plenam & informatam ad sensum aspirare: aliquid tamen semper ex frequenti & grandi adfert voce. Nihil ergo habet nox per se sola quicquam quod aera contorqueat: dies tem ingentem solem, quod iste restatur Anaxagoras. Excipiens ibi Ammonii filius Thrasyllus: Qua tandem, inquit, mente per deos immortales aeris motionibus, quæ intellectu percipiuntur, huius rei causam tribuimus, interim perspicuam eius volutationem & iactationem prærerimus? Nam magnus dux in cœlo Iupiter hic non clam neq; submisse subtilissimas aeris partes, verum confestim clare omnes res excitat & impellit,

Prospera significans operas hominum simul excit:

hi obsecundant velut ex alteris natalibus noua quotidie sentientes, vt ait Democtitus, non mutis neq; languidis actibus. Qua ratione diluculum non ineleganrer κλυτὸν Ibicus appellauit: in quo κλύειν, id est, audire & loqui iam liceat. Nocte vero tranquillus fere & placidus aer quiescentibus cunctis meriro vocem integram ad nos transmittit & synceram. Hic Aristodemus, qui aderat, Cyprius nobis: At vide, inquit, Thrasylle, ne hoc pugnæ & expeditiones nocturnæ magnorum exercituum refellant: in quibus nihilominus sonoræ sunt voces, quantumuis turbato & fluctuante aere. Aliquid etiam nobis hæret causæ. Ipsi enim, quæ noctu loquimur, pleraq; turbate & vrgente cum motu iubemus aliquibus, aut interrogantes vehementer luculentas edimus voces. Nam quo maxime tempore quietem agere solemus, excitari nos ad negocia & colloquia non parua res nec sedata est, sed magna & valde magno vrgente vsu maturanda. Quapropter voces mittuntur commotiores.

Quare sacra certamina aliud aliam habent coronam, palmam tamen omnia. Ibidem, cur grandes palmæ fructus Nicolaos vocent. IV.

ISTHMIORVM celebritate cum iterum ludos Sospis faceret, cæteras epulas refugimus, ad quas frequentes simul hospites & vniuersos subinde ciues ille inuitauerat. Semel cum intimos amicos & eruditos domi exciperet conuiuio, nos quoque interfuimus. Ibi sublatis primis mensis adfuit quispiam Herodi oratori à familiari quodam, qui vicerat laudatione, palmam & coronam floribus contextam ferens. Ille has comiter excepit & remisit. Ostendit autem hæsitare se: quînam certamina coronam aliud aliam habeant, palmam autem promiscue omnia. Neque enim accedo illis, inquit, qui foliorum paritatem ex aduerso inter se exurgentium & vna produntium imitari certamen & contentionem dicunt, ipsamque victoriam παρὰ τὸ μὴ εἴκειν, id est, à non cedendo Græce νίκην vocitatam. Etenim alia permulta tantum non modis quibusdam & ponderibus ad vnguem alimentum dispensantia aduersis frondibus mirificam edunt paritatem & ordinem. Probabiliora sane adferunt quam hi illis: qui huius arboris decore & fœcunditate delectatos fuisse veteres, vt Homerum, qui cum germine palmæ formam contendit Phæacidis, arbitrantur. Siquidem non præterit vos vtique rosis eos & flammeis, nonnullos pomis & malis punicis victores, quo eos semper eximie honorarent, petisse. Cæterum nihil clare habet aliis palma præstantius: vt quæ ne fructum quidem ferat in Græcia, qui edendo fit, sed inchoatum & crudum. Quod si hic vt in Syria & Ægypto efferret palmam oculis spectaculorum & dulcedine bellariorum suauissimam, nulla planta esset cum ea conferenda. Itaq; cum Imperator, vti ferunt, maiorem in modum charum haberet Peripateticum philosophum Nicolaum,

qui motibus blandissimis, sed gracili corporis procerirate erat, ac punicei ruboris facie plena: maximas & pulcherrimas palmas Nicolaos appellauit, atq; in hunc vsq; diem ita dicitur. Hinc verbis Herodes non iniucundiorem sermonem ipsa quæstione agitasse de Nicolao visus est. Itaq; multo magis, inquit, Sospis studere quisq; debet: vt, quod persuasum habet, id ad quæstionem adferat. Ego adfero princeps, gloriam permanere victorum immortalem, quoad eius fieri queat, atq; à senectute inuiolatam debere. Palma autem plantæ vitæ diuturnitate cedit nulli: quod certe Orphica hæc testata sunt:

Ramis animam palmarum aequalis editis.

Iam huic prope vni adest, quod de multis parum vere dicitur. Quidnam hoc est? Quod firma & sempiterna fronde vireat. Neq; enim laurum vel oleam, vel myrthum, vel plantam vllam aliam quæ foliis negantur nudari, conspicimus perpetuo eadem tueri: sed primis defluentibus frondescunt nouis: atq; ita ciuitatum modo quælibet perpetuo viua manet duratq;. Palma nihil, quod effudit, vltro dimittens constanter sempiterna viret coma. Atq; hoc quidem robur eius præcipue victoriæ firmitati dicant. Vt finem dicendi Sospis fecit, Protogenes Grammaticus nomine compellans Praxitelem historicum: Itane oratores hos, inquit, permittemus peragere sua, vt argumentis ea verisimilibus & probabilibus demonstrent: nos ex historia nihil habebimus, quod ad præsentem quæstionem depromamus? Atqui videor meminisse nuper in commentariis Articis legere, Thesea, cum in Delo primus ludos ederet, à sacra palma, quæ etiam spadix dicta fuit, defregisse ramum. Tum Praxiteles hæc retulit. Sed dicent, ex ipso querendum Theseo, quamobrem palmæ non lauri vel oleæ frōdem in ludorum curatione deuulserit. Quid igitur, si Pythicum hoc sit victoriæ præmium, vt Amphyctionis? Vbi primum in Apollinis honorem laurea & palmea victores corona ornarunt: quod Apollini non lauros vel oleas, sed palmas consecrarent: quomodo in Delo Atheniensium Nicias choragus; Delphis Athenienses, & ante Corinthius Cypselus. Quando alias etiam ipse hic deus certaminibus est & ambitioni victoriæ deditus: qui cithara, cantu discorum iactu, & vt nonnulli dictitant, cestibus decertauit, hominibus etiam opem fert certantibus: vt est Homerus testis, qui Achillem induxit dicentem:

Cestibus edico super his pugnent duo præstet
Horum qui, huic palmam Phœbus det.

Ex sagittariis vnum, qui preces Apollini adhibuerat, successum habuisse, eumq; obtinuisse primas: ferocem alterum, qui votis deum non aduocauerat, à scopo aberrasse. Sed nec Athenienses credibile est Apollini sine causa & fortuito gymnasium dedicasse: verum cui deo sanitatem acceptam ferimus, eundem valetudinem corporis & robur ad certamen tribuere existimarunt. Quia vero leuia sunt & grauia certamina, Apollini Pugili Delphos, Cursori Cretas tradunt & Lacedæmonios sacra facere. Quid autem manubiarum in Apollonis fano Delphis exuuiarumque hostibus detractarum & trophæorum dedicationes, nonne communiter testantur plurimum posse hunc deum ad vincendum & superandum conferre? Dicentem adhuc interpellans Caphisus Theonis filius: Enimuero non olent hæc, inquit, historiam aut libros Cosmographicos, sed ex mediis eruta Peripateticorum locis probabiliter ad inducendos tractata sunt animos: & dum insuper tragice atrollitis machinam, videmini percellere deo reclamantes. Cæterum est Apollo quidem, vt par est, æquus & propitius. Nos vero Sospidem sequentes (Nam recte præit) redeamus ad palmam, quæ vberem disputandi materiam suggerit. Nam prædicant & decantant Babylonii sexaginta supra trecenta commoditatum genera ipsis ab hac arbore subministrari. Nobis ea est Græcis minime frugifera: philosophiæ vero athleticæ etiam eius infœcunditas similis est. Siquidem hæc quæ pulcherrima est & grandissima ob lasciuiam non est apud nos genitalis, verum alimentum athletarum more in corpus luxuria prodigente, exiguum & tenue ei superest in semen. Præter omnia hæc, quod dicturus sum, habet peculiare, quod alteri datum est nulli. Lignum palmæ si pondere imposito id degraues, non deprimitur, neq; cedit deorsum, sed aduersus onus fornicatur, velut vim inferenti reluctans: Idem in certaminibus athleticis vsuuenit. Quippe eos, qui ipsis ex imbecillitate & mollitia cedunt, premunt & intorquent. Qui vero valide exercitationem sustinent, hi non modo corporibus, verum etiam animis eriguntur & gliscunt.

Cur ante lucem ex Nilo nauigantes aquentur. V.

CAVSAM quidam requirebant, cur aquentur naniculatores nocte non luce ex Nilo. Videbantur nonnullis solem metuere, qui maturando humores excalefaceret, putredini eos reddit opportunos. Quicquid enim calefactum est & redditum tepidum, semper conuersioni

ßioni magis patet, ac remissione proprietatis anregressa offenditur. Algorem vero constringendo retinere & tueri singula apparet in statu suo naturali præsertim aquam. Siquidem aquam gelu natura compingit Documento nro est, quæ carnes à putredine vindicat diu. Contra calor cum aliarum mel à sua bonitate degenerare facit. Decoctum enim corrumpitur. Sin crudum relinquatur, etiam alia integra conseruat. Huic causę maximam fidem astruunt aquæ lacustres. Horum nihil haustus ab aliorum discedens hyeme, æstate eu adit prauus & insalubris. Itaq; quādo respondere hyemi nox videtur, & dies æstati: aquam arbitranrur, si hausta nocte sit, immotā manere & integram. His, quæ satis probabilia videbantur, adiecta est ratio sicut firma & certa probatio, quæ experientiam nauticam confirmet. Noctu dixerunt eos aquam petere amne adhuc pacato & quiete: Interdiu multis mortalib. aquantibus nauigantibusq;, multis etiam per eam vagantibus bestiis conturbatam reddi crassam & terrestrem. Quæ autem eiuscemodi est, eam facile computrescere. Siquidem mixta omnia quam non mixta sunt in putredinem propensiora. Excitat autem mixtura pugnam, pugna mutationem. Putredo vero est quædam mutatio. Hinc est, quod colorum misturas pictores φθοράς appellent, & tingere Homerus vocauerit: & vsus communis id, quod commixtum non est, purum, incorruptum, & syncerum. Inprimis confusa cum aqua terra inuertit & deprauat aquæ ingenium, ne potabilis sit. Quocirca quietæ & cauæ, quæ multa complentur terra, facilius putredinem sentiunt. Profluentes fugiunt & tepellunt terram iuuectam. Ac recte laudauit Hesiodus

Amnem perpetuum, fluidum, limiq; carentem.

Est namq; incorrupta salutaris. Quæ autem mixturam nescit & puta, incorrupta est. Potissimum autem terræ discrepantiæ dicta confirmant. Nam quæ per montanum & petrosum solum decurrunt, hæ palustribus sunt & campestribus solidiores. Siquidem non multum terræ auellunt. Nilus vero mollibus circumfusus campis, vel potius sicut sanguis cum carne temperatus, dulcedine præditus est, liquoribusq; completur solidam vim & pinguem sortitis: sed confusus manat & turbidus. Quod si turbetur, multo magis. Siquidem agitatio humori affundit terram. Cum vero conquiescit, repens lente ob pondus defertur. Quare aquantur nocte, simul vt solem anteuertant: à quo id, quod subtilissimum est & leuissimum ex humoribus semper subuectum corrumpitur.

De tarde ad cœnam venientibus. Ibidem, vnde ientaculum, prandium, & cœna nomina traxerint. VI.

ADOLESCENTIORES ex filiis meis, quod in theatro intenti acroamatibus diutius constitissent, ac tardius venissent ad cœnam, κωλυσιδείπνους & ζοφοδορπίδας, quasi remoricœnos & nocticœnos & aliis cauillis iocosis appellabant Theonis filii. Illi inuicem repungentes hos τρεχεδείπνους, quasi curriccœnos vocabant. Hic ex maioribus ætate quispiam τρεχέδειπνον esse ostendit eum, qui tardius ad cœnam veniret. Maturius enim quam gressu properare, cum cunctatus est, videri: ac Batti Cæsaris scurræ lepidum dictum commemorant. Ille cœnipetas appellabat eos, qui sero ad cœnam pergerent. Hos etsi destineantur negociis, tamen quia cœnis inhient, non reiicere inuitationes. Ego adduxi Polychermum concionatorem Atheniensem, cum vitæ rationem ad populum redderet ita fatum: Præter cætera, quæ commemoraui Athenienses, si quando vocatus ad cœnam fui, nunquam adfui nouissimus. Nā videbatur id oppido populare: atq; è diuerso eos, qui accedunt serius, quia operiri homines coguntur eos, vt odiosos & factiosos grauantur. Tum Zoclarus purgans adolescentes: Enimuero nec Pittacum, inquit, Alcæus, quod tarde cœnaret, vocasse ζοφοδορπίδας dicitur: sed quod obscuris fere & abiectis compororibus gauderet. Atque olim ante capere cibum probrosum erat, & ἀκράτισμα, id est, ientaculum, ita ait, dictum ex intemperantia, quæ Græce ἀκρασία vocatur. Cui occurrens Theon minime, inquit, illis, qui priscorum hominum viuendi rationem refricant, est adiungenda fides. Nam perhibent illos, qui essent operosi & continentes, mane panem ex vino gustare solitos, nec quicquam prætereà. Ideo dictum ἀκράτισμα ἀκράτου, id est, meri causa: & opsonium id, quod in cœnam eis parabatur ab ὀψὲ, quod est sero: quia sero, cum ab negociis discessissent, cœnabant. Hinc etiam τὸ δεῖπνον & τὸ ἄριστον, id est, cœna & prandium, vnde appellationem inuenissent, in quæstionem venit. Atq; ἄριστον quidem & ἀκράτισμα idem esse videbatur, testante Homero, Eumæum:

Ornantem prandia statim
Illucente die.

Ac pro-

Ac probabile videbatur à tēpore matutino ἄριστον esse dictum, sicut ἦρι, id est, mane: δεῖπνον, quod διαναπαύει, id est, recreet à laboribus. Quippe executi aliquid negocii, aut interim dum exequuntur, cœnant: quod æque ab Homero discas licet, qui ait:

Quando per lignum cadentem est cœna parata.

Nisi sane inde, quia prandium subito citra apparatum sumebant & expedite ex obuiis quibusq;: δεῖπνον vero, id est, cœnam iam instructam: hanc quasi πεπονημένον, id est, elaboratam, illud ῥᾷον, id est, facilimum vocabant. Frater autem meus, qui natura est luxurians & iocosus, Lamprias appellationes infinitis modis Romanas quam Græcas magis proprias esse ostendit, cum tanta licentia aperta sit nugandi. Cœnam enim ex communione quasi κοινὴν dictam. Soli enim veteres Romani fere prandebant, cœnabant in cœtu amicorum. Prandium vocatum est ex tempore. Meridianum enim endium vocant, & quietem pomeridianam ἐνδιάζειν, aut cum matutinum aliquem significant pastum vel escam, qua vtuntur ante, quam ἐνδεεῖς, id est, famelici fiant. Iam vt præteream stragula, inquit, vinum, mel, oleum, gustare, propinare, aliaq; complura, quæ à Græcis mutuati nihil immutatis nominibus dilucide vsurpant: quis negauerit ἐπὶ κῶμον ἰέναι Græce comessatum ire dici, & κεράσαι miscere, quod est apud Homerum:

Hæc iterum in pateris miscebat dulcia vina.

Et mensam eo, quod in medio quasi ἐν μέσῳ ponatur: panem quasi placantem πεῖναν, id est, famem. Coronam à capite: sicut Homerus quodam loco cassidem dixit coronam: κέσι, cæde: ὀδόντας dentes: labra, quod his cibus prehendatur, ἀπὸ τοῦ λαμβάνειν τὴν βορὰν. Hæc autem accipienda vt serio dicta: aut nec illis ita facile aditus dabimus, vt vocabula sicut muros partim excindant, partim diminuant.

De symbolis Pythagoricis, quibus hirundinem interdicebant domo recipere, ac stragula, simul atque surrexerint, præcipiebant dissipare. VII.

* Alii, Chalcedonius.

SYLLA * Carthaginensis cum longo interuallo Romam commeassem, aduentitiam, vt Romani vocant, cœnam denunciauit, aliosque adiunxit non multos ac Moderati Pythagorici auditorem Lucium Tuscum. Hic cum Philinum nostrum videret animantibus abstinentem, vt par erat, ad Pythagoræ præcepta deuolutus est; cumque Tuscum affirmauit fuisse, non origine, vt nonnullos, sed in Hetruria natum, ibique eductum & institutum Pythagoram, nitens potissimum eius symbolis: ceu dissipanda esse, vbi surrexeris ex lecto, stragula: ollæ ablatæ non relinquendum in cinere vestigium, sed confundendum: Hirundines tecto non recipiendas, non transgrediendas scopas neq; aduncum vnguibus domi alendum. Hæc demonstrabat, quæ dictis Pythagoricis & scriptis continentur, à solis caueri & deuitari Tuscis. Quibus à Lucio relatis, illud potissimum de hirundinibus videbatur alienum, animantem innoxiam atque humanam æque atque aduncas vnguibus arceri sæuissimas & truculentissimas. Etenim quo vno nonnulli antiqui explicare existimabant hoc symbolum, vt obtrectatores & susurrones familiares obscure notans, id nec ipse recipiebat Lucius. Susurro enim nequaquam tenentur hirundines, loquacitate & garrulitate non plus quam picæ, perdices, & gallinæ. Quid igitur, inquit Sylla, an ob fabulam de filio trucidato detestantur hirundines, procul notantes infamia apud nos casus illos: ex quibus Terea & mulieres illas partim intulisse, partim perpessos esse nefanda & indigna referunt: atque aues illas hac quoque memoria Daulidas vocant. Gorgias autem sophista hirundine in matrinam dimissa, respectans eam: Non sunt hæc, inquit, honesta philomela: An vero hoc commune est? Lusciniam enim, quæ iisdem est tragœdiis implicata, non arcent tecto neque eiiciunt. Fortassis, inquam, ego, sint hæc Sylla consentanea. Cæterum vide primum, an ne qua ratione vncunguem non admittunt, eadem infamis apud eos hirundo sit. Siquidem est carniuora: ac præsertim cicadas, quæ sacræ sunt & musicæ, perimit & pascit, volatusque est eius humilis atq; minutas bestiolas venatur, vt tradit Aristoteles. Deinde ex contubernalibus sola immunis ædibus fruitur, ibiq; incolit gratis. Et quidem ciconia, quæ neque in tecti neq; in foci venit consortium, neq; societatem à nobis vel opem habet vllam, mercedem tamen soli pendit. Siquidem insidiatores & hostes mortalium rubetas & angues circumuagans perimit. Hæc vero, cui ea deferuntur omnia, postquam eduxit & peregit fœtus suos auolat ingrata & diffidens. Iam quod grauissimum est, solæ ex domesticis musca & hirundo non mansuescunt erga hominem, nec contrectari sustinent, nec consuetudine vel commercio operæ vllius vel ludi cum eo tenentur: musca timida, quod male accipiatur & abigatur subinde. At hirundo, quod natura abhorreat ab homine atque ex diffidentia indomita semper & suspicio-

ciosa fit. Si ergo ista non sunt directo, sed ex obliquo, sicut simulachra in aliis aliorum speculanda, pro exemplo hirundines ponens infidi & ingrati, verat, ne eos, qui adiungunt se & insinuant temporis causa, faciamus nobis familiares, nec diu lares, focum, & omnia sacra eis participemus. Ita fatus licentiam dedisse videbar dicendi. Quippe audacter iam ad reliqua symbola accedebant atq; ethice enodabant. Atq; ollæ vestigium docebat Philinus extinguere eos, vt doceant non esse illustre relinquendum iræ vestigium: verum postquam deferbuit & resedit, perpetuæ obruendam obliuione. Stragulorum dissipatione censebant nonnulli nihil contineri arcani, sed per se liquere indecorum esse viro, si coniugis, quæ concubauit cum eo, locus & vestigium quasi expressa effigies conspiciatur. Syllæ coniectura erat, reuocationem hoc symbolum esse à somno diurno, sustollendo somni iam mane paratu ad quietem, tanquam nocte quiescendum sit: interdiu, postquam surreximus, operi incumbendum, nec relinquendum corporis vestigium. Nullus est enim viri somno strati vt nec mortui vsus. Hic astipulari videbatur id, quod etiam monent sodales Pythagorici, ne quem onere leuent, sed insuper degrauent & onus adiiciant: quod nullum ocium vel laborum leuamentum amplectantur. Quia vero Lucius, hæc dum exponerentur, neq; improbabat neq; approbabat, sed quietem agens tacite & oculis demissis auscultabat: nomine compellans Syllam Empedocles:

Quamobrem Pythagorici ex animantibus maxime pisces respuant. VIII.

LVCIVS, inquit, amicus noster, si angitur sermonibus nostris, tempus est, vt nos quoq; finem dicendi faciamus. Sin hæc ex iis sunt, quæ sub silentium cadunt Pythagoricum: hoc certe non puro reticendum neq; celandum apud alios, quamobrem piscibus potissimum temperarent, quod de veteribus proditum Pythagoricis est, & cum æqualis nostri discipulis Alexicratis consuetudinem habui: qui vescebantur interim aliis animantibus, & vero etiam in sacrificiis eas adhibebant, sed gustare nullo modo sustinebant piscem. Quam vero Lacedæmonius Tyndares causã adferebat, hæc est. Demonstrauit id honoris silentio haberi, vocatiq; ab illis pisces ἔλλοπας, quasi ἰλλομένην, id est, coercitam & astrictam vocem habentes, & cognominem mihi, qui absolute dogmata destiti Pythagorice,

Quod minus est animo retinentes.

Atque in summa silentium haberi à Pythagoricis deum: quod etiam dii factis & rebus citra vocem, quæ illis visum est, ostendant intelligentibus. Cum autem placide Lucius & candide dixisset, veram rationem abstrusam fortasse & reconditam esse, probabilem tamen & verisimilem, nihil obstare, quo minus vestigaremus: primus Theon Grammaticus disseruit, Pythagoram probare Tuscum fuisse, rem magnam esse & difficilem: Ægyptiorum certe sapientibus vsum longe tempore fuisse, id esse in confesso: Laudasse etiam multa & probauisse, præsertim ex sacris ceremoniis, ceu illud de fabis. Neque serere vel pro cibo sumere fabam Ægyptios, imo ne aspicere quidem ait eos sustinere Herodotus. A piscibus vero etiamnum abstinere scimus sacerdotes. Quando autem castimoniam colunt, etiam salem reiiciunt: vt ne pulmentum quidem gustent vllum sale marino conditum. Atq; alii quidem alias adducunt causas: cæterum vna est vera, odium in mare vt alienum nobis & extraneum, vel potius prorsus hostile naturæ humanæ elementum. Namq; nõ ali ex eo, vt Stoici existimant sidera, deos: imo contra in hoc absumi illius parentem & conseruatorem regionis, quem Ositidis effluuium dicunt, lamentantesq; in partibus læuis genitum atq; in dextris intereuntem, Nili innuunt obitum & occasum, qui in mari existit. Hinc neq; potabilem eius haustum neq; quicquam eorum, quæ alit producitq;, mundum ducunt & commodum: quæ neq; communis habent aeris vel consentientis nobiscum pastus consortium. Verum qui omnia vegetat alia nutritque, est illis exitialis, aer, velut inuita natura & in nullum vsum ortis & viuentibus. Nec mirandum, si eas animantes maris causa alienas neque vt coalescant sanguini & spiritui suo arbitrantur idoneas: qui neq; naucleros appellare in occursu, quod vitam petant ex pelago, dignentur. His Sylla approbatis attexuit Pythagoreos omnino carnes victimatum gustare solitos, cum immolarent diis, piscem vero immolari nullum vel in sacrificio adhiberi. Quibus conticescentibus ego: Ægyptii, inquam, pro mari frequentes & philosophi illiteratiq; propugnaturi sunt, quã multis commodis vitam nostram reddiderit affluentiorem, & lætiorem reputantes. Enimuero Pythagoricorum cum pisce induciæ propter eorum peregrinitatẽ absurdæ sunt & ridiculæ, imo feræ prorsus, quæ Cyclopicum aliis honorem habent ob propinquitatem & necessitudinem, quæ in escam vertatur & absumatur ab eis. Et quidem iactum emisse aliquando piscium ferunt Pythagoram, inde laxari iussisse retriculum: non quod contempserit, sicut alienigenas & hostes pisces, sed quasi

pro

pro amicis & familiaribus bello captis precium dependerit. Itaq; diuersum, inquam, suspicari cogit me illorum virorum humanitas & placiditas: an ne meditandæ gratia iustitiæ & mansuetudinis temperarint potissimum à marinis: quasi causam aliā, cur lędantur, vtcunq; homini prębeant: pisces vero nihil male de nobis mereantur: nec vt eo sint nati, valeant. Licet etiam ex verbis & sacris veteres coniectare non solum escam, verum etiam animantis cędem innoxii pro facto execrabili habuisse & nefario. Effusa vero multitudine cum subacti essent & oraculo quodā, vt aiunt, Delphico moniri, vt fructibus subuenirent, qui labefiebant, adorti sunt ea immolare. Attamen perculsi adhuc & formidantes sacrificare vocabant facere & ῥέζειν: quasi magni quid agerent, cum, quod animatum esset, immolarent. Obseruant autem in hanc vsq; diem diligenter, ne mactent nisi quod, cum immolatur, annuat: vsq; eo religiosi ad omnem iniuriam erant. Atqui vt alia missa faciamus, si à gallinis tantum omnes abstinuissent vel à cuniculis: haud licuisset modico tempore per illorum numerum vel vrbem colere vel fructibus frui. Quocirca inuectum primum ab necessitate iam propter voluptatem est compescere carnium esum arduū. Genus vero marinorum, quod neq; aerem eundem neq; aquam haurit, neq; accedit ad fruges: sed quasi alio cinctum est mundo atq; nos, ac suis est terminis circumscriptum: quos transcendentibus mulcta imminet lethum: neq; paruum neq; magnum gulæ prætextum aduersus se prębet: sed est cuiusuis piscis venatio & euerriculatio helluationis & popinationis, quæ nullo iure maria solicitat & profunda scrutatur: aperte molimen. Neq; enim mullum queas segetis vastatorem, vel scarum frumenti voratorem, vel mugiles vllos labracesue loquaces appellare, vt terrestria crimino se vocamus. Imo nec quæ mustellæ & sorici, qui domo nunquam excedunt, sordide obiicimus, queas maximo pisci inurere. Itaq; quo coercerent se ipsi non lege modo ab hominibus, verum etiam natura ab omnibus, quæ damnum non inferrent, violandis, minime omnium pulmentorum piscibus vel omnino non vtebantur. Etenim præter iniuriam intemperantiam quandam significare videtur & ingluuiem sedulitas circa hæc, quæ sumptuosa est & anxia. Hinc non Græcos modo Homerus à piscibus abstinentes finxit in statiuis ad Hellespontum: sed nec delicatis Phæacibus, nec luxuriosis procis, quorum vtriq; erant insulares, marinas posuit dapes. Socii autem Vlyssis, qui tantum emetiebantur pelagus, nusquam, quando ad manum erat panis, hamum demiserunt, vel nassam, vel verriculum. Cæterum postquam naui defecerunt viatica cuncta, aliquanto ante quam Solis bobus manus admouerent, pisces venabantur non ad pulmentum sed ad necessarium alimentum

Incuruis hamis, ventremq; fames agitabat.

cum ab eadem expugnati necessitate piscibus vterentur, & boues Solis vorarent. Quare non apud Ægyptios tantum vel Syros, sed & apud Græcos pars fuit castimoniæ piscium abstinentia cum iustitia simul lautitiam, ni fallor, pastus eius abdicantes. Hic subiiciens Nestor: Ciues, inquit, mei sicut Megarenses nullo numero sunt. Quamuis crebro ex me audisti referente, semper Neptuni sacerdotes, quos hieromnemonas vocitamus, piscibus temperare. Siquidem hic deus φυτάλμιος dicitur, id est, fruticationis præses. Ac posteri Hellenis illius prisci Neptuno Patrogenio immolāt, ex humida essentia natum opinati hominem, vt Syri. Quapropter venerantur vt cognatum & collectaneum piscem. Qui quidem philosophantur quam Anaximander ciuilius. Neq; enim in iisdem pisces ille & homines, sed in piscibus primum editos homines affirmat: ac cum educti essent vt prisci, valerentq; semetipsi tueri, tunc eiectos fuisse ac terram cepisse. Ergo sicut ignis materiam, ex qua accensus est, quæ eius est mater & pater, deuorat: vt ille, qui Cyecis nuptias interiecit Hesiodi scriptis, ait: sic hominum Anaximander parentem & genitricem esse communem statuens piscem, eius pastum damnauit.

An oriri noui morbi ex esculentis queant. IX.

ELEPHANTIASIM, quam vocant, Philo medicus non ita pridem innotuisse asseuerabat. Neminem enim veterum medicorum mali huius fecisse mentionem: cum aliis exiguis, sterilibus, & spinosis apud vulgus intenti essent. Huic ego testem ex philosophia commodabam Athenodorum, qui libro primo morborum vulgatorum prodit, primum Asclepiadis seculo non elephantiasim modo, sed & aquæ metū, quem hydrophobiam vocant Græci, visum fuisse. Cum præsentes admirarentur, si noui morbi tunc primum in natura orti essent & extitissent: non minus arbitrabantur stupendum tam ingentia vitia tam se fefellisse diu. Sed defluxerunt plures ad secundum vt humanius, minime naturam in his certe nouatricem esse & rerum nouarum in corpore sicut in ciuitate molitricem censentes. Diogenianus autem etiam animi ostendit morbos & ægritudines communi quadam & patria via progredi. Quanquam autem varia est, inquit, prauitas & mire audax, pollens vero animus & valens sua sponte variare & conuerti prompte: habet tamen ordinem aliquem eius confusio, modumq; seruat in moti-

bus

bus suis, vt in effusionibus mare: neque nouum vllum, quod incognitum vetustati fuerit efflo-
ruit vitii genus. Cæterum multiplicia cupidinum discrimina, sexcetas timoris motiones, an-
goris figuras, & formas voluptaris, ingentis laboris sit non fatiscere enumerantem, quæ non
tune tamen & heri, sed ex omni æternitate viguerunt: neque est, eui eonstet, vllus, quando &
vnde extitit in corpore morbus nouellus, vel affectus setotinus: quoniam motionis sicut ani-
mus peeuliare caput ex se non habet, sed ex naturæ communibus aptũ est causis, eaque prædi-
tum temperatura, cuius intus cernens infinitatem vagatur, quomodo iactatum in vago cursu
nauigium. Neque enim causa vacat morbi coagmentum eorporis, quod generationem ex nihi-
lo & potentiam rebus peruerse inuehir. Causam autem non est eruere nouam expeditum, nisi
aëra nouum, peregrinam aquam, & cibos maioribus inexploratos ex aliis nescio quibus mun-
dis vel huius eonuersionibus statueris huic nune primum irrepentes. Ex iisdem enim ægrota-
mus, ex quibus viuimus. Semina veto non extant peculiaria morborum: verum horum noxæ
aduersus nos, & nostræ in eis offensæ naturam perturbant. Petturbationes autem ęternas obti-
nent differentias, quæ vocabula subinde noua accipiunt. Quippe sunt consuetudinis nomina,
affectus naturæ. Itaque extra limites suos his emotis illa variata & distincta fucum fecere. Vt au-
tem orationis partibus harumque inter se contextibus nouus repente barbarismus vel solœcis-
mus accedere potest: ita corpotis temperationes certos habent lapsus & offensiones, quod in-
cludantur quodammodo naturæ etiam illa, quæ à natuta sunt aliena. Hoe modo arguti & fabu-
larum scriptotes prodigiosa ptorsus & monstrosa in Gygantum pugna extitisse memotant, cũ
deflecteret de via luna, neq; vnde solet, emergeret. Isti veto & morbos à natuta vt monstra vo-
lunt produci, cum neq; probabilem neq; improbabilem vicissitudinis causam fingant. Inten-
tionem enim & augmenrum quorundam affectuum nouitatem & differentiam censet esse,
parum bone Philo recte. Intensio enim atque accessio magnitudinem & frequeutiã addit, ge-
nere subiectum non exturbat: sicut nec elephantiasim existimo vehementem scabiem esse, ne-
que aquæ metum stomachi vitium aut atræ bilis. Quanquam mirum hoc sit Homerum huius
fuisse non imprudentem nos fefellisse: qui eanem rabiosum dilucide eodẽ ex vitio, ex quo ho-
mines rabie teneri dicuntut, appellauit. Quæ cum Diogenianus disseruisset, Philo cũ ipse egre-
gie eius otationi respondit, tũ me ad veteres medicos, qui in socordiæ vel imprudentiæ rerum
maximarum crimen vocabantur, si affectus hosce non esse appareat illorum ætate infetiores,
subleuandos adhortatus est. Ac primum Diogenianus non recte censere est nobis visus inten-
siones ac remissiones nõ efficete differentias neq; genere summouere. Ita enim neque vappam
ab aeetoso distare dicemus, neq; amarorem ab acerbitate, neq; à tritieo lolium, neque à menta
mentastrum: quamuis clate hæc degenerent & varient proprietatibus, sintq; hæ partim remis-
siones languescentium, partim intentiones incitatorum. Alioquin ne flammam quidem can-
dida aura, neq; flamma fulgorem, neq; pruinam rote, neq; grandinem imbre alienari dicemus,
sed intensiones esse hæe omnia atq; exaggetationes. Eadem ratione cæcitatem nihil discedere
contendemus ab luminum hebetudine, neq; à nausea vomitum, sed enormitate & imminutio-
ne variare: tametsi ad rem præsentem hæc nihil faciunt. Si enim intentionem ipsam & exagge-
rationem, quam probant, nunc ortam dieunt, ptimum quia existit in modo non in proprietate
nouitas, æque manet hoe admirabile. Deinde cum Sophocles de illis, quæ, quia ante non fue-
runt fidem non accipiunt nune existete, non male dixerit,

Nullum est genus, quod non aliâs ante extitit,

videbatut eonsentaneum esse, nõ currieulo velut catcere vno effusos excurrere affectus ad na-
tales suos, sed aliis assidue à tergo alios excipientibus singula aliquo in tempore exorta esse. Cõ-
iicias autem, inquam, natis ex penuria, & illis, quoscunq; æstus vel algoris occursus cõciliat, pri-
mũ correpta corpora fuisse: helluationes vero & delicias popinationesq; superuenisse ex ne-
eessariorũ affluentia, quæ multum excrementi gignunt praui: in quo varias morborum formas,
multiplicesq; eorum inter se nexus & mixturas vsque aliquid nouare. Quod enim naturale, id
eerto & limitato eonstat ordine. Siquidem natura ordo est vel ordinis opus Confusio, vt arena
Pindariea, numerum nescit. At quod eontra naturam est, id eontinuo interminatum est & in-
finitum. Siquidem verum dicere vno modo, falsum infinitis per res licet. Numeri etiam & har-
moniæ proportionibus eonstant, claudicationes hominũ in lyra, cantu, saltatione nemo per-
censeat. Et quidem tragœdiarum seriptor etiam de seipso Phrynichus ait,

Tot mihi figuras chorea ex se exhibet,
Quot facit fluctus hyeme in mari tota nox.

Chrysippus decem duntaxat pronunciatorum, quæ ἀξιώματα dicunt, concutsus nartat numero
decies centena millia excedere. Cæterum hoc quidem refellit Hipparchus: qui demonstraui
affirmatiuum complecti connexorum centum millia supraq; mille quadringenta nouem, eius
negatiuum trecenta decem millia & extra hæe nongenta quinquaginta duo. Syllabarum Xe-

nocrates numerum,quem elementa mutua commixtione explenti esse retulit ducenties& decies millies decem millium myriadum. Quid igitur mirandum, cum adeo multas in se corpus virtutes contineat,adeo multas præterea perpetuo hauriat ex esculentis &poculentis proprietates:adhibeat etiam motiones & conuersiones, quæ neque idem tempus neque ordinem seruant vsquequaque eundem,si harum inter se commissuræ omnium nonnunquam nouos & insolitos afferant morbos. Sicut luem Thucydides Athenis exortam describit: quam insitatam ex eo coniicit fuisse,quod animantia carniuora non gustarent cadauera. Maris rubri accolæ ex morbo,vt Agatharchidas scriptum reliquit,cum aliis incommodis afflictati fuerũt nouis & inauditis,tum dracones exiles,qui suras eorum depascerentur & brachia,emicuerunt:ac si attingeret quis,refugiebant rursus intro,inflammationesque in volutando se in partibus musculosis intolerandas creabant. Quam pestẽ neque viderat vllus ante,neque post alios nisi illos solos, quomodo multa alia tentauit. Namque cum vrinæ difficultate quidam fuisset perdiu tentatus.culmum reddidit hordeaceum geniculatum. Hospitem nostrum Athenis scimus Ephebum copiosa cum genitura bestiolam villosam frequentibusque pedibus currentem eiecisse. Timonis in Cilicia * auiam tradidit memoriæ Aristoteles delitescere solitam quoquo anno spacium bimestre: quam nulla re alia quam spiratione viuere deprehenderunt. Insuper in Meloneis relata est vitii hepatici nota,si mures domestici sedulo obseruent & sectentur:quod nunc fieri nusquam comperitur. Proinde non habeamus pro monstro, si quid euenerit,quod visum prius non est,& postea euanuerit.In causa est corporum indoles,quæ aliam alias sortitur temperaturam.Porro aërem asciscere nouitium vel externam aquam,si est Diogeniano cordi supersedeamus. Licet Democriteos sciamus & dicere & scribere mundis etiam extra concurrentibus & corporibus ex infinitate huc irrepentibus exteris semina subinde irrumpere pestilentiarum & vitiorum inusitatorum. Missas faciamus item contagiones singulares,quæ apud nos ex terræmotibus,squalloribus,& imbribus oriuntur:à quibus ventos & flumina,quæ terræ ingenium referunt,afficiantur & alterentur necesse est. Illud vero volumen,quod ex esulentis dapibus,& reliquo corporis victu diuerso,quantũ existat,non est prætermittendum. Cõplura enim,quæ nemo vnquam ante gustauit & vorauit,nunc lautissima sunt facta ceu mulsum & vulua. Ferunt etiam ne cerebellum quidem priscos esitasse,sed proiecisse ac detestatos fuisse illos qui in cibo id sumpsissent. Cucurbitam vero & peponem, malum Medicum, & piper multos etiam nunc nouimus ex senioribus, qui gustare non sustineant. Ab horum insolentia offendi verisimile est corpora & variare temperaturis,quod sensim proprietatem & excrementum efficiant peculiare. Ordinem etiam esculentorum & variationem non mediocre continere discrimen. Quippe mensæ,quæ appellabantur frigidæ prius,ostreorum,echinorum,& crudorũ olerum, vt dixit Plato, ab vltimo agmine ad frontem traductæ ordinem obtinent loco nouissimi primum. Magnam etiam vim propomata,quæ vocantur,habent. Veteres enim ante cibum ne aquam quidem hauriebant. Nunc ieiuni prius onerant se vino, tum gustant cibum,inebriato & ebullienti corpori attenuantia, incidentia, & acetosa offerentes appetitioni stimulum, inde aliis se ingurgitant. Nihilo minorem ad mutationem & ad morbos excitãdos nouos potentiam habet immodica curiositas circa balnea corporis,quod ferri modo liquescit & fluit mox à frigida tingitur & solidatur:

Igni illud Acheron sese infundit Phlegethonq́.

Hoc enim quispiam ex priore seculo porta patefacta balnei dicere videtur potuisse. Illi enim vsq; adeo in eorum vsu remissi & molles erant, vt rex Alexander in balneo febricitans quiesceret: Galatarum coniuges in balnea pultis ollas deferrent & cũ liberis vna lauantibus vescerentur. Nunc vero rabidos,latrantes,& iactantes se balnea imitantur. Aër,qui in eis ducitur,humidus simul & igneus nullam partem corporis patitur quiescere: verum omnem atomum vibrat, exagitat,& sede mouet: quo ad incensos & feruidos eos restinxerimus. Nihil ergo,inquã, Diogeniane requirimus accersitas foris causas vel transfigurationes: sed sua sponte viuendi vices alios efferre,alios abolere possunt morbos.

* Alii, nutricem.

Cur insomniis autumnalibus minimam fidem adhibeamus. X.

CVm problemata Aristotelis physica ad Thermophylas allata legeret Florus,tum ipse multis hæsitationibus,quod fere accidere ingeniis philosophicis solet,occupabatur, tum aliis participabat suffragans Aristoteli, qui docet multarum rerũ cognitionẽ multa principia facere. Atque cætera quidem postridie non illepidam in spaciis ambulationum disputationem subministrarunt. Illud vero quod perhibent infida esse & falsa insomnia,potissimum iis mensibus quibus decidunt folia,haud scio quomodo alia tractante Fauorino,à cœna emerserit. Ac sociis quidem

quidem tuis, meis autem natis ſcrupulum eum ſuſtuliſſe Ariſtoteles videbatur: neque quicquam quærendum aut dicendum aliud exiſtimabant, quam in fructibus hætere ſicut ille dixit cauſam. Nam nouitii etiamnum & ſucco ferventes copioſum in corpore & turbulentum ventum excitant. Neque enim vinum modo ptobabile eſt efferueſcere & intumeſcere, vel olei tyrocinium in lucernis ſtrepitum edere iactante halitum calore: verumetiam eſculenta recentia & poma omnia videmus inflata & tutgentia, donec exhalauerint, quod in iis eſt, flatuoſum & crudum. Eſſe autem eibos nonnullos, qui grauia ſomnia edant & viſa in ſomnis fluctuantia, teſtimonium adduxit fabarum & capitis polypi: quibus vt abſtineant, præcipiunt quærentibus præſagitionem ex ſomniis. Fauotinus autem quamuis ipſe cum alias mirus Ariſtotelis amator eſt, tum nationi Peripateticæ plurimum probabilitatis tribuit: in præſentia tamen dictum quoddam Democriti vetus quaſi ex fumo extrahens offuſcatũ ſedulo deterſit & illuſtrauit, atque peruulgatum, quod adfert Democritus, poſuit, ſubire imagines per ſpiramenta corpora efficereque ſomniorum viſa, cum ſubuehuntur, & accedere has vndequaque defluentes à vaſis veſtibus, plantis, præcipue ab animantibus ex multo fluctu & feruore, quæ non ſolum formales habent corporis ſimilitudines, vt Epicuri eſt opinio, qui hactenus Democrito aſſentitur hic autem cauſam prodit: verumetiam motuum animi, conſiliorum cuiuſque, morum, & perturbationum repræſentationes excipiunt & ſecum rapiunt, occurrenteſque eum his animantium more ſubiiciunt atque aperiunt eorũ, qui ipſas emittunt, ſententias, cogitationes, & impulſus, ſi quando abſoluta & ſyncera applicent ſimulachra. Hoc potiſſimum efficiunt, quando per aërem leuem impetus eſt eorum expeditus & pernix. At aër autumnalis, in quo folia deperdunt arbores: qui quod magnam habeat varietatem & aſperitatem, contorquet & deflectit paſſim ſimulachra lucemque reddit eorum exilem & imbecillam curſus tarditate infuſcatam: ſicut è diuerſo à gliſcentibus atque inflammatis exilientia frequentia velociterque volãtia repræſentationes recentes & dilucidas edunt. Tum coniectis in Autobulum oculis ſubridens: Ego vero vos, inquit, adumbratili pugna cum ſimulachris digladiandum paratos video: atque dum opinioni vetuſtæ ſicut picturæ manus adfertis, putantes aliquid efficere. Ibi Autobulus: Deſine inquit, fucum nobis facere. Neque enim fallit nos, dum Ariſtotelis ſententiam vis celebrem eſſe, velut vmbram te ei illam Democriti adiunxiſſe. Illuc igitur conuertemus nos, illamque oppugnabimus. Incuſant nouos fructus & optima poma nullo iure. Siquidem æſtas eis ſuffragatur & autumnus: cum maxime viridia iam & florentia, vt ait Antimachus, modoque nata guſtamus poma & fructus, minus vanis & fallacibus inſomniis nos teneri. Menſes vero, quibus folia decidunt, iam brumæ finitimi in maturitate frumentum & arborum ſuperantes baccas exiles & rugoſas atque ab omni defecatas compunctione & acerbitate habent. Iam vinum nouũ qui præmature bibunt, Anthiſterione bibunt menſe poſt hyemem, ac diem illũ nos boni genii, Athenienſes Pithœgia, quod relinant tunc dolia, appellant. Ex muſto autem, cum feruet, ne mens titubet, etiam opifices extimeſcentes cernimus. Superſedeamus itaque deorum damnare munera, atque alia ingrediamur via quam monſtrat nomen illius tempeſtatis, friuolorumq; & falſorum ſomniorum. φυλλοχόος dicitur, quod tunc ob gelu & ſiccitatem folia defluant: niſi qua arbor calida aut pinguis ſit, ceu oleæ lauri, & palmæ: vel madeſcẽs, vt myrtus & hedera. His enim ſua ſubuenit temperies, reliquis non. Neque enim retinent gluten & vinculum foliorum: quod vel ſpiſſetur rigore ſuccus, vel exareſcat penuria aut imbecillitate. Ergo vireſcunt adoleſcuntque madore & calore plantæ, magiſque animantes. E diuerſo eſt eis frigus & ſquallor perniciosus. Hinc eleganter ſolet mortales humidos Homerus nuncupare, & gaudere ἰαίνεσθαι quaſi diffundi: acerbum & horrendum ῥιγεδανὸν & κρυερὸν· ἀλίβας & σκελετὸς, id eſt, exuccus & oſſeus mortuis ex infami ariditate vocabula ſunt tributa. Inſuper ſanguis, qui ex iis, quæ corpori inſunt, præcipuam vim habet, ſimul calidus & humidus eſt: quorum vtriuſque inopia ſenectus laborat. Videtur autem anni circulantis quaſi ſenectus eſſe autumnus. Nondum enim accedit humiditas, nec vltra viget tepor. Itaque vt germanum ſpecimen ſiccitatis & frigoris opportuna reddit morbis corpora. Corporibus porro animi neceſſe eſt conſentiant, ac præcipue denſato ſpiritu præſtringatur diuinatio, ſicut ſpeculum nebula obrutum. Ita nihil perſpicue, nihil plene, nihil dilucide viſionibus offert: quam diu aſper, caliginoſus, & contractus eſt.

* * *

PLVTARCHI

Quæstionum conuiualium liber nonus.

De versibus in loco vel contra pronunciatis.
Quæst. I.

LIBER quæstionum conuiualium nonus complectitur Sossi Senecio sermones, qui habiti Athenis Musarum solenni fuere: quando præcipue hic numerus est Musis peculiaris. Quod si numerus vsitaram quæstionũ decadem transiliat, non est, quod mirere. Omnia enim quæ Musarum sunt, erant Musis reddenda, neque quicquam velut à sacris subtrahendum: quandoquidem plura & elegantiora quam hæc eis debemus. Ammonius, qui prætor Atheniensis erat, documentum Diogenio capiebat adolescentium, qui literis, geometriæ, rhetoricæ, & musicæ operam dabant, præceptoresq; celebres ad cœnam inuitauit. Alii etiam eruditi aderant frequentes, omnesq; propemodum eius familiares. Atq; Achilles quidem solos ad cœnam vocauerat illos, qui ex prouocatione depugnauerant: quo, vt aiunt si qua in armis indignatio inter ipsos & offensio esset contracta, hanc abiicerent & deponerent conuiuii communis & mensæ consortes: Longe aliter Ammonio euenit. Efflagrauit enim longe acrius conflictatio & concertatio inter pocula præceptorum. Iam quæstiones & denunciationes erant effusæ & inconditæ. Quare præcepit primum canere Eratoni ad lyram. Qui eum exordium Operum cecinisset:

Haud sane vnam habuit solam contentio formam.

laudaui eum, quod id tempori decenter accommodasset. Inde sermonem mouit de versuũ opportunitate, eam non tantum gratiam, verumetiam vtilitatem nonnunquam continere. Ac mox omnibus in ore erat rhapsodus ille, qui in Ptolemæi nuptiis, cum sororem duceret vxorem, ac rem existimaretur designare absurdam & nefariam, auspicatus est à carminibus illis,

Iuppiter affatur Iunonem, quæ fuit illi
Et soror & coniunx.

Idem apud regem Demetrium paratus et at à cœna canere. Quare filium suum puerum etiamnum misit Philippum, adiiciens statim, filium hunc meum, vt Hercule nobisque est dignum educ. Anaxarchus, cum ab Alexandro super cœnam peteretur malis, exurgens dixit,

Te hominis petet deorum quispiam manu.

Omnium commodissime puer Corinthius captiuus, cum vrbs illa excisa esset, & Mommius ex ingenuis pueros, qui literas nossent, iussissent se inspectante scribere, versum scripsit,

Ter Danai atq; quater, qui tum periere, beati.

Namq; ita commotum fuisse, vt lachrymas profunderet, perhibent Mommium, omnibusque qui puerum genere contingebant, libertatem concederet. Commemorabatur etiam Theodori tragœdi vxor, quæ concubitum eius in stantibus ludis non admiserat, Vt vero palmam consecutus ad eam est ingressus, complexa illum ait,

Agamemnonis proles tibi illa nunc licent.

Hinc multa etiam intempestiua subiit nonnullis commemorare, quæ non ab re esset scire & caueri. Verbi gratia: Pompeio Magno fama est à magna illa reduci expeditione magistrum eius filiæ specimen dantem, cum allatus liber esset, puellæ huiuscemodi exordium præbuisse:

Es iam ex Marte redux, vtinam tu illic periisses.

Ad Cassium Longinum cum rumor incerto authore filium eius peregre decessisse allatus esset, neq; verum posset dicere neq; eximere suspicionem: vir senatorius adiens eum natu iam grandior: Non contemnes, inquit, Longine incertam futilitatem & improbam famam: quasi nescias, neque legeris hoc,

Fama semel non vnquam extinguitur vlla?

Ille, qui Rhodi versum poscenti grammatico, cum in theatro ederet sui specimen, obtulit,

Abscede hinc hominum celeri deterrime cursu.

Incertum iocone insultauerit ei, an inuitus errauerit. Atque hæc quidem turbam compresserunt vrbane.

Cur inter elementa Alpha primum ordinem teneat. II. Et, Quanam conuenientia vocalium & semiuocalium ordinatus numerus sit. III.

CVm moris esset, vt Musarum feriis sortes circumferrentur: & qui sorte comparati essent, quæstiones doctas inuicem ponerent: verens Ammonius, ne earundem artium professores aliqui inter se committerentur, præscripsit: vt extra sortem geometres Grammatico poneret, & rhetorico musicus, inde rursus vices ad alteros redirent. Ibi posuit Hermias geometres Protogeni Grammatico princeps, vt causam redderet, quamobrem anteponatur literis omnibus Alpha. Ille in scholis iactatam attulit. Vocales omnes mutis iure præferri & semiuocalibus. Quia vero sunt in his longæ aliæ, aliæ breues, nonnulli communes & ancipites, has merito virtute antecellere. Iam inter eas principem locum obtinere illam, quæ duabus reliquis præiacere neutri autem valet subiungi, eam Alpha esse. Hæc enim siue literæ ι siue υ subtexatur: non vult cum eis quadrare aut comes esse, neque valet syllaba ex ambabus vna effici: verum sicut stomachans & resiliens principium suum vsque quærit: illarum vero vtriuis præiacẽs assecla vtitur ea & consonante, syllabasque dictionum edit: vt αὔριον id est, cras; αὐλεῖν id est, tibia canere, αἴαντος, id est, Aiacis, αἰδεῖσθαι, id est vereri, & sexcentarũ aliarum. Itaque tribus modis sicut pentathli superat & vincit: multitudinem, quod vocalis sit: iam vocales, quod & breuis sit & longa: & consortes suas, quod ductrix sit, secundaria nunquam vel assecla. Postquam finem dicendi Protogenes fecit, appellato me Ammonius: Nullasne, infit, tu qui Bœotius es, suppetias feres Cadmo: quem perhibent; quod Phœnices ita bouem vocent, omnibus Alpha anteposuisse, non secundum neq; tertium, vt Hesiodus, sed omnium primum posuisse necessariorum. Nullas, inquam ego. Quippe auo meo, si quid queam, iure subueniam potius, quã Liberi patris auo. Nam auus meus dixit Lamprias primam natura vocem ex iis, quæ absolutæ sunt, vi literæ Alpha proferri. Spiritum enim oris labiorum præcipue motionibus formari: quæ cum primum dehiscentia sursum diducuntur, effundi sonum hunc simplicem admodum citra vllum negocium: neque aduocare linguam vel eam respicere, sed quiescente emitti illa. Hinc infantes primam eã edere vocem. Nomen autem inuenisse ex eo, quod ἀεὶ, id semper, in voce sentiatur: multaque eiusdem generis, vt ᾄδειν, id est, canere, αὐλεῖν, id est, tibia canere: & ἀλαλάζειν, id est, clamare. Mea vero sentẽtia etiam αἴρειν, id est, eleuare, & ἀνοίγειν, id est, aperire, non ab re ex labiorum apertione & sublatione, qua hic ore excidit sonus, appellationem sortita sunt. Hinc literarũ mutarum vocabula extra vnã omnia Alpha asciscunt quasi cœcitatis suæ lucem. Literæ πι duntaxat abest hæc vis Nam φι & χι, hæc literæ cappa, illa literæ πι aspirata est. Hic cũ Hermias vtramq; orationẽ ostendisset sibi probari: Quin tu ergo, inquam, quænam ratio elementorum numeri sit, recensuisti? Nam esse mihi quidem videtur. Indicium capio ex eo, quod non fortuito mutarũ & semiuocalium inter se & cum vocalibus comparatarũ, extiterit numerus: sed iuxta primã proportionem quæ à nobis arithmetica dicitur. Siquidem cum nouẽ sint & octo, medius numerus neq; excedit neq; exceditur. Et si conferantur extremi, maximus ad minimũ proportionem habet, quam ad Apollinis numerum ille Musarum. Quippe nouenarius Musis, septenarius Musarum duci obuenit. Quod si inter se coniungantur, merito medium duplicant. Quando semiuocales quoq; vtrarumq; potentiæ & caloris sunt consortes. Mercurius, inquit, ex diis literas in Æpypto princeps inuenit. Quapropter literarum Ægyptii primam Ibim scribunt quasi Mercurio peculiarẽ: cæterum parum, ni fallor, recte muto & elingui primũ inter literas subsellium assignauere. Mercurio autem pręcipue quaternarius dicatus est. Multi etiam quarto die mensis natum scribunt. Quæ porro primum inuentæ fuerunt & Phœniceæ Cadmi gratia sunt dictæ, eas quater quaternio ductus expleuit. Istarũ, quæ post repertæ fuerũt, Palamedes prior quatuor: Simonides inde totidem alias adiecit. Adde his, quod in confesso sit numerum primũ perfectum omnium esse ternarium: quod principium, medium & finem habeat: senarium, quia paribus constat partibus. Horum senarius quaternario multiplicatus primum cubũ primus plenus numerum effecit quatuor & viginti. Dicentem adhuc Grammaticus Zopyrion nõ dissimulauit se ridere, obstrepuitq;. Vt vero finẽ dicendi fecit, non temperauit sibi, sed ea aniles fabulas vocauit. Nulla enim ratione, sed forte quadam tam numerum extitisse literarum tantum, quam ordinem ita fuisse comparatum: quomodo, inquit, Iliadis versus primus pares habet atq; Odysseæ syllabas, rursusque postremo postremus fortuito & casu respondet.

Vtram Veneris Diomedes manum sauciauerit. IV.

DEinceps molientem Hermiam aliquid Zopyrioni ponere repressimus. At maximus orator procul requisiuit de eo ex Homeri carminibus, vtram manũ vulnerasset Veneris Dio-

medes. Rogante vicissim Zopyrione, vtro crure Philippus claudus fuisset. Non est inquit simile Maximus. Nullum enim Demosthenes huius argumentum dedit. Tu vero si nescire fateare te, alii ostendent: vbi sauciatam manum intelligentibus demonstret Homerus. Ac nobis quidem Zopyrionem apparebat hærere, Maximumque obticente illo, vt id explicaret, orauimus. Tum Maximus: cum ad hunc modum se habeant versus:

Illic magnanimus Tydides progrediendo,
Summæ transiliens manui hasta vulnus acuta
Inflixit.

Liquet, si ferire statuisset sinistram, nihil opus fuisse, vt transiliret: quando aduersam habuit sinistræ dextram, qui fronte cum ea cogrediebatur. Etenim consentaneum erat vt manum robustiorem, & magis Æneam, qui vi rapiebatur, amplectentem ille percusserit, sauciaq; demiserit illa corpus. Deinde cum in cœlum esset regressa, cachinnans ait Pallas: 10

Cypria cupiam Achaidum sane dare Trois
Oscula concedens, præsentes oppido amauit,
Atq; dum Achaidum vestem stringit fluitantem,
Fibula concidit Veneris palmam aurea mollem.

Equidem vel te arbitror optime præceptor, si quando discipulum quempiã comiter excipiens contrectans blande & demulces eum, non facere id te læua, sed dextra: sicut veri est simile, & Venerem deam vrbanissimam ita complexam esse Heroidas. 20

Cur vigesimam dixerit Aiacis animam Plato ad sortem venisse. V.

HÆc reliquorum animos diffuderunt. Solum Grammaticum Hylam orator Sospis conspiciens tacitum & exacerbatum (Neque enim successum habuerat & commendationem in documentis illis dandis) exclamauit:

Quales Aiacis manes Telamoniadai.

Cætera voce iam altiore ad illum recitauit:

Ast ades huc ô rex, & nostra capessito dicta,
Comprimasq; animum simul implacabile pectus.

Hylas autem adhuc ira flagrans respondit ferociter atq; Aiacis ostendit animam vigesimam apud inferos sorte mutauisse ex Platonis sententia suam leonis natura: Sibi vero venire crebro in mentem illud senis comici: 30

Præstare nasci asinum certe, quam cernere
Deteriores plus quam se inclarescere.

Ibi arridens Sospis: Verum dum clitellas induimus, si quam tu Platonis rationem ducis, expedi nobis: quanam ratione Aiacis Telamonii animam finxit sorte pergentem vigesimam ad optandum. Quod cum Hylas reiecisset: Existimabat enim, quia res sibi sinistre cesserat, haberi se ludibrio: excipiens frater noster: Quidnam, infit, minus secundas Aiax formæ proceritatis, & virtutis fert clarum sub Achillem? Efficit autem numerus x x. alterum denarium. Denarius porro est ex numeris præcellentissimus vt inter Achæos Achilles. Ridentibus nobis: Hæc, Ammonius inquit, Lampria luseris cum Hyla. Nobis age citra ludum & serio, quando orationem vltro excepisti, causam expone. Ibi ictus Lamprias, mox non longo spacio interposito, Platonem ostẽdit passim iocari nobiscum nominibus: Sicubi vero fabulam aliquam disputationi de anima aspergit, tum mentem maxime adhibere. Etenim intellectibilem cœli indolem curtum enim vocare volantem, id est, harmonicam mundi circumuectionem: & hic eum, qui ipse res inferorum enunciat: Pamphylum Harmonii sobolem patris & matris Iunonis nominare, obscure innuentem generari animas concinentia, conglutinarique corporibus: quib. exolutus vna euolare vndiq; in aëra, inde ad secundos denuo natales se conuertere. Quid ergo causæ sit, quin etiam εἰκοστὸν, id est, vigesimum directum sit ad non verum, sed εἰκὸς τὸν λόγον, id est, probabile dictum & factum, vel vt ad defunctũ temere & fortuito prolatum. Nam vbique genera causarum tria attingit: quod videlicet primus vel præ cæteris percepisset: quando fatale cum fortuito, rursusq; quod arbitrii est nostri vtriq; vel ambob. simul confundi & cõnecti possit. Hic vero mirifice, q̃d polleat nostris in negociis quodq;, denunciauit: delectum vitæ arbitrio nostro tribuens: (Nam virtus & vitium libera sunt): quod vero pietatem colant illi, qui recte elegerunt, contra ii, qui secus, id fati necessitati assignans. Sortium promiscue dispensatarum casus fortunam inuehunt, educationibusque & rerum actionibus, quas quisque sortitur, multas res nostras occupant. Quare vide, an ne fortuitorũ causam stultum sit scrutari. Quippe si qua est ratione sors delatã, non est iam fortuita neque temeraria, verum ex fato aliquo & prouidentia. Differente adhuc 40 50

Lampria

Lampria Grammaticus Marcus iam videbatur reputare nescio quid & subducere secum: Inde illo conticescente omnes, quos in νεκυίᾳ Homerus recensuit, atq; Elpenoris anima nondum infetis addita, quod nondum corpus eius esset humatum, quasi in confinibus palatur. Animam Tiresiæ nihil referebat recensere:

Cui dedit ex animo quoq; mentem Persephonia,
Qua prudens esset.

& differere & comprehendere res viuentium, ante quam sanguinem potasset. Si ergo his exceptis Lampria reliquos enumeres, fiet, vt Aiacis anima Vlyssi se vigesima obtulerit, quo allusisse apparet subsequentem νεκυίᾳ Homericam Platonem.

10

Quid significet de victo Neptuno fabula. Ibidem, cur diem secundum Athenienses mensi Boedromioni eximant. VI.

FRementibus cunctis Menephyllus Peripateticus Hyla appellato: Videtis, inquit, rogatiunculam nihil habuisse ludibrii vel contumeliæ. Cæterum missum fac quæso:

Inauspicatum Aiacem hunc atq; tetricum,

vt est apud Sophoclem, & aggrega te Neptuno, quem hic describere solet nobis subinde succumbentem, hic Mineruæ, Delphis Apollini, Argis Iunoni, Æginæ Ioui, Naxi Libero patri, lenem tamen vbiq; in durioribus casibus & sedarum. Atq; hic etiam fanum habet cum Minerua commune, in quo ara est obliuionis erecta. Ibi Hylas vt hilarior factus: At illud, infit, Menephylle præterit te exemisse nos secundum Boedromionis diem non lunæ habita ratione, cæterum quod eo de hoc solo illi dii disceptauerint. At quando, inquit Lamprias, extitisset Thrasybulo Neptunus ad remp. tractandam intelligentior, si minus vt ille victor, sed victus

Desiderantur huius quæstionis reliqua, & cæterarum quæstionum explicationes vsq; ad partem duodecimæ. Quæstiones, quæ desiderantur, hæ sunt:

30

Quæ causa sit, cur in numerum ternarium modi distribuantur. VII.

Quid distent interualla modulata à concentibus. VIII.

Quæ concinentiæ causa sit. Ibidem cur cum concertus vna sonant, grauioris efficiatur modus. IX.

Cur, cum orbes eclíptici solis & lunæ numero sint pares: luna longe crebrius quam sol cernatur deficere. X.

40

De eo, quod essentia fluente non permaneamus iidem. XI.

Vtrum probabilius, parem esse omnium stellarum numerum, an imparem. XII.

Ex qua quæstione hæc tantum supersunt:

Iureiurando viros circumueniendos. Tum Glaucias: Equidem, inquit, in Polycratem accepi tyrannum dictum hoc memorari, sed dici verisimile est in alios. At tu quo hoc quæris? Nempe, inquit Sospes, quia pueros video talos, Academicos verba captantes. Nihil enim inter hos stomachos interest & eos, qui sciscitantur, vtrum paria manu continentes an imparia contendāt. Hic exurgens Protogenes, ac nomine me compellans. Quam ob causam, inquit, oratores hosce ludere sinimus atque alios irridere, nec quicquam interrogari, nec symbola dare sermonum nisi sane allegabunt non venire se in societatem colloquii inter pocula Demosthenis laudatores & æmulos viri, qui per omnem vitam nunquam vinum bibit. Id non est, inquam ego, in causa, sed nos nihil sumus ex eis sciscitati. Quod nisi tu quid habes commodius, ego ponere statui eis ex quæstionibus Homeri rhetoricis vnam secum pugnantem.

50

De quæstione ex tertia Iliadis rapsodia, quæ in pactorum pugnantia consistit. XIII.

QVamnam, inquit? Dicam tibi, inquam, simulque his ponam, quare animum nunc aduectant. Paris certis legibus prouocationem fecit in hunc modum:

Me vero in medio fortem simul & Menelaum
Vt pro Helena atq; opibus pugna committite cunctis
Decernamus vter victoria cesserit ista,
Hic Helenam simul & fortunas auferat omnes.

Iterumq; Hector omnibus eius prouocationem pronuncians & proponens, pene iisdem verbis vtitur:

Troiani reliqui cunctiq; edicite Achiui
Arma sua vt terra panant in luxuriosa:
Hic vero in medio fortis simul & Menelaus
De cunctis pugnent opibus.
Victorem mulier simul & bona cuncta sequantur.

Cõprobata à Menelao cõditione pactũ iuramento firmant, & author intercedit Agamemnon:

Si Paris afficiat fortem letho Menelaum,
Ille extemplo Helenam ducat secum & bona cuncta:
Si vero occidat flauus Paridem Menelaus:
Vxorem simul & fortunas auferat omnes.

Cum igitur superasset, non tamen occidisset Paridem Menelaus, repetita vtriq; alterius partis postulatione vrgebant verba hostium: atq; hi vt victo Paride repetebant, illi vt non occiso non reddebant. Quomodo igitur, inquit, rectissime de hac causa pronuncies, & legum harum diuersitatem discepteś: id non ad philosophos neq; grammaticos, sed ad oratores & ad literarum vt vos estis, & facundiæ studiosos pertinet. Ac Sospis quidem prouocati ostendit orationem velut legem firmiorem & magis ratam esse. Illi enim, quibus legibus essent dimicaturi, denunciauerunt: hi cum eas accepissent & comprobassent, non vltra habebant authoritatem adiiciendi. Prouocatio autem non de cæde & interitu facta erat, sed de victoria obtenta & de ea concessa, idq; optimo iure: Debebat enim sequi præstantiorem mulier. Præstantior erat, qui vincebat. Occumbere vero sæpe contingit etiam præclaris viris ignauorum manu: vt postea periit ictus sagitta à Paride Achilles. Neq; sane letho Achillem duxerimus superatum fuisse: neq; vicisse, sed iniusta prosperitate vsum fuisse illum, qui eum telo percussit: sed victus fuit ante etiam, quã caderet, Paris: qui non substitit, sed ignauiter profugit irruentem Achillem. Qui namq; elanguit, & terga dedit: hic nihil prætexere potest, quin succubuerit, & præstantior sit aduersarius. Itaq; primum Iris rem Helenæ nuncians ait:

Pralongis de te gladiis certamen inibunt,
Tu queq; victoris coniunx nominabere chara.

Inde Menelao Iupiter pugnæ palmam tribuit hisce verbis:

Esse quidem fortis Menelai palma videtur.

Etenim ridiculum fit, si Achillem vicerit, qui eminus telo pedem fixit nec expectantis nec cauentis: Paride autem elanguescente in fugam effuso, atque in sinum abdente se coniugis, cui de tracta spolia viuenti fuerunt, indignus esset Menelaus, qui victoriæ præmium ferret: cum præstantior illo & victor ex ipsius extitisset prouocatione. Cui occurrens Glaucias ita verba fecit: Primum in decretis, legibus, fœderibus, & pactis conuentis validiora posteriora habentur & firmiora prioribus. Pacta autem per Agamemnonem interposita secunda fuerunt, quæ nece definiebantur non profligatione superati. Deinde illa verbis, hæc iureiurando & deuotionibus non stantium sancita fuere, non vno ab homine, sed ab omnibus comprobata & contracta. Itaq; fuerunt hæc proprie pacta conuenta, illę duntaxat prouocationes. Testatur id Priamus, qui postquam in fœdus iuratum fuit, digressus est:

Iuppiter hoc nouit, diui reliquiq; beati
Viri horum lethi finem fato statuere.

Quippe his conditionibus pactum sciebat. Quare Hector paulo post ait:

Iuppiter altitonans iurata haud pacta peregit.

Siquidem claudicabat certamen, nec finem acceperat neutro sublato non cõtrouersum. Hinc mihi quidem videtur in pactorum pugnantia quæstionem non versari, prima pacta secundis complectentibus. Quippe ille, qui occidit, victoriam obtinuit: non tamen occidit, qui obtinuit victoriam. Possumus etiam hoc allegare. Non sustulit Hectoris Agamemnon prouocationem, sed explanauit: neq; immutauit, sed attexuit, quod caput erat, in cæde collocans victoriam. Hęc est

est enim consummata. Aliæ velamenta habent & controuersias: sicut hæc Menelai, qui neque vulnerauit neque insecutus est. Quomodo igitur in veris legum repugnantiis iudices pronunciant pro ea, quæ nullam habet ambiguitatem præterita obscuriore: perinde hic pactum, quod confesso & explorato fine nititur, firmius & magis ratum ducendum. Quod vero maximum est, ille ipse, qui victor videtur, non relinquit fugientem, neque quiescit, sed in omnem partem se vertit:

Sicubi formosum in cœtu Paridem reperiret.

Qua re cassam ostendit & inchoatam palmam esse. Cum igitur ille effugisset, suorum ipsius verborum immemor fuit:

10 *Ex nobis utri lethum est & fata parata,*
Is animam amittat, reliqui discedite statim.

Quare requirendus ei Paris erat, vt interfecto illo certamen conficeret. Non cæso neque capto victoriæ mercedem nullo iure poscebat. Neque enim victoria penes eum erat, si coniectura ex ipsius verbis est capienda Iouem incusantis & elusum se lamentantis:

Iuppiter haud diuum est te perniciosior alter:
Ire ego iactabam fœdum Paridis scelus vltum,
Nunc est in manibus gladius mihi segnis, & hastam
Emisi vanam, mansit Paris integer à me.

Haud enim obscure fert ipse nullius momenti esse, quod illius clypeum traiecisset, & cœpisset
20 prolapsam cassidem, nisi hostem percussisset & trucidasset. Hinc libamenta Musis dedimus: ac postquam Musarum ducem Apollinem pæane celebrauimus, accinimus ad lyram Eratoni ex Hesiodo Musarum natales. Secundum cantilenam Herodes orator: Audite, inquit, vos qui Calliopen à nobis retrahitis. Eam cum regibus ferunt versari, non iis, qui enodant syllogismos, vel interrogant eos, qui magnifica sonant: verum qui hæc agunt, quæ oratorum sunt & politicorum. Opificum aliorum Clio laudationem adiungit. Laudes enim κλέα dicebant: Polymnia historiam. Quippe multorum est memoria. Imo non ita pridem vt in Chio Musas Mneias, id est, memorias perhibent nuncupatas fuisse. Ego vero vendico etiam aliqua ex parte * Euterpen: si, vt est author Chrysippus, aliquam ea ad cœtus hominum retinendos gratiam & leporem est sortita. Affabilis enim non secus est quam forensis orator & consiliorum dator. Habet enim fa-
30 cultas hæc etiam comitates, patrocinia, & defensiones. Plurimum autem versamur in celebrãdo & vituperando: assequimurque non leuia neque vulgaria, si hoc agamus perite, præmia: sin imperite & inscite, defraudamur iis. Hoc enim,

** Alij, Terpsichoren.*

Pape quam charus cunctis est & venerandus,

hominibus potius, vt qui eam, quæ posita est in congressibus, habent comitatem, leporem, & Veneres, conuenire puto. Tum Ammonius: Non est, inquit, quod tibi Herode succenseamus, idque multa manu Musis continentibus. Nam communia amicorum omnia. Qua de causa multas genuit Iupiter Musas: quo omnibus liceat haurire affatim ea, quæ elegantia sunt. Neque enim venatione omnes, vel militia vel nauigatione vel vulgari opificio, sed eruditione, sed literis indigemus omnes,

40 *Capimus qui commoda terræ.*

Quare Mineruam vnam & Dianam, Vulcanumque vnum, Musas procreauit numerosas.

De Musarum numero, quæ vulgo non feruntur. XIV.

Ergo cur nouem, non plures nec rariores sint, explicabis nobis. Id enim commentatum arbitror te hominem adeo Musarum studiosum, & multis Musis insignitum. Quid hoc habet inquit singulare Herodes? Siquidem omnibus in ore est omnibusque decantatus numerus nouenarius, vt qui primus ex primo impare quadratus sit, atque impariter impar. Quippe in tres æquales dissecatur impares. Ibi Ammonius arridens: fortiter hæc, inquit, commemorasti.
50 Quin adiicis etiam illud, eum numerum ex primis esse concinnatum, monade & octonario: tum susque alio contextu ex triquetris duobus ternario & senario, quorum etiã est vterque plenus. Sed quid Musis hæc præ diis congruunt aliis: quod Musas habeamus nouenas: Ceteres, Mineruas, Dianas non habeamus? Neque enim hoc vel tibi sit verisimile, quod nomen earum genitricis totidem literis constet. Cum arrisisset Herodes, esseque insecutum silentium, exhortabatur Ammonius nos, vt rationes adferremus. Ibi frater meus treis retulit cognitas fuisse antiquitati Musas: quod demonstrare velle hominis rudis esse & inepti apud tot talesque viros. Causam esse non quam adferunt nonnulli, modulationum genera, diatonon, chromaticon & enharmonion: neque terminos qui interualla præstant, neten, mesen, & hypaten. Quanquam Delphi quidẽ parum recte in disciplina mathematica vel potius portione disciplinæ mathematicæ vnius musicæ

harmo-

prete & cantu largitur. Ea Suadam in vrbanitatis ciuilis& socialis subsidium adducit: quæ quod in nobis est turbulentum, lenit & mulcet, errantesq; nos quasi ex loco inuio reuocat leniter & componit.

Quæ non amauit Iuppiter,
Hæc obstupescunt grauius,
Cum Pieridum audiunt vocem.

vt ait Pindarus. His cum Ammonius more suo succlamasset Xenophanis illud,

Hæc vero sancire affinia veris,

10 & ad proferendam & explicandam sententiam suam quemq; hortaretur: Ego postquam aliquandiu per conticuissem: Plato, inquam, illis nominibus quasi vestigiis deorum eruere potentias studet. Nos item cœlo locemus & circa cœlestia Musarum vnam quæ Vrania dicitur. Nec videntur illa magnam & variam tractationem, cum vnam habeant & planam authorem naturam, postulare. Vbi vero multa offensa, multæ enormitates, & decessiones existunt ab officio: eo octo sunt illæ traducendæ: quarum alia aliam vitii & inconcinnitatis formam corrigat. Quia vero vita partim serio, partim ioco continetur, quæritq; concentum & modum: actiones nostras serias Calliope, Clio, & Thalia, scientiæ de diis ac deabus dux videbuntur restituere & emendare. Cæteræ, id quod in voluptatem deflectit ex imbecillitate & in ludum, id non relinquere, vt luxu & beluino modo diffluat: sed saltatione, cantu & chorea, quæ sit numeroso concentu & proportione temperata, decore & modeste repellere & coercere. Ego autem, cum Plato in vnoquoq; duo principia reliquerit actionum, vnum natiuam voluptatum cupidinem, alterum aduentitium opinionem optimi sitientem, atq; hoc rationem, illud perturbationem interdum appellet: præterea alias horum vtrumq; differentias habeat, vnumquodq; video accurato & diuino reuera egere tyrocinio. Exempli gratia. Ratio partim politica& regia est, cui præsidere Hesiodus perhibet Calliopen: partim gloriæ auida, hæc præcipue ornanda & excitanda euenit Clio. Polymniæ pars animi, in qua discendi cupiditas& memoria inest, attribuitur. Hinc Sicyonii vnam ex tribus his Musis Polymathiam, id est multiiugam cognitionem nuncupant. Euterpe omnem veritatis naturalis speculationem assignes, neq; puriores vel speciosiores alii generi relinquas delicias & oblectationes. Cupiditatis partem illam, quæ circa esculenta & poculenta versatur, Thalia ex inhumana & ferina socialem & conuiualem reddit. Quocirca eos,
30 qui comiter & hilariter inter se agunt, θαλιάζειν, id est, conuiuari dicimus, non illos, qui insolescunt & debacchantur. Fœderibus nuptialibus Erato assistens cum lepore, quam ratio& opportunitas comitantur, extrahit & extinguit molliriam voluptatis & ardorem: vt in amicitiam & fidem, non in petulantiam neq; in luxuriam terminet. Oculorum voluptatem, siue ea pars ad rationem magis, siue ad perturbationem pertinet, siue ambabus est promiscua, reliquæ duæ Melpomene & Terpsichore accipiunt cohonestantq;: quo hæc non præstigiæ, sed oblectatio illa lætitia, non delinimentum fit.

Partes choreæ tres esse, φορὰν σχῆμα & δεῖξιν: quæ sit earum quæque, &
40 *quæ artis poëticæ & saltandi sint communia.* XV.

Hinc placenta omnib. posita fuit, qui superior in saltando fuisset, præmium. Iudex designatus fuit cum Menisco pædotriba Lamprias frater noster. Saltauit enim Pyrrichen eleganter, gesticulationibusq; in palæstris præcellere reliquis pueris videbatur. Tripudiantibus autem multis alacrius quam concinnius, duos qui probabantur & studebant motus decoros tueri, orabant nonnulli, vt phoram paraphoram saltarent. Itaq; requisiuit ex Ammonio Thrasybulus, quid phoræ appellatio sibi vellet, præbuitq; Ammonio de saltationis partibus laxiorem disserendi materiam. Ostendit ille partes eius tres esse, phoram schema & dixim. Siquidem constat
50 saltatio ex motionibus & habitibus, vt ex sonis & interuallis modi cantici. Hac autem in re motionum stationes sunt termini. Ac motiones quidem phoras dicunt habitus & actiones schemata in quibus motionum impetus finem capit: quando Apollinis vel Panis vel Bacchæ cuiuspiam gestu expresso in corpore exacte illis inhærent formis. Tertia pars dixis non imitatur, sed demonstrat vere. Vt enim poetæ nominibus propriis rei declarandæ gratia vtuntur: cum Achillem, Vlyssem terram, cœlum nominant, sicut vulgo dicuntur: ad rem vero repræsentandam & exprimendam nominum fictiones & translationes vsurpant, dicuntq; κελαρύζειν & καχλάζειν, id est, resonare & strepere vndas & tela volare,

Petere affectantia corpus,

ἰσόῤῥοπον, id est, æquam pugnam.

Hac æqualia pugna habuit capita:

Multas etiam nominum compositiones in cantilenis exprimendæ rei gratia figurant: ceu Euripides,

Sacrum volans per æthera Gorgophonus Iouis.

De equo item Pindarus:

Cum corpus hoc dant iuxta Alphæum in cursibus
Sine stimulis.

Iam de ludo equestri Homerus:

Compactis flanno currus atq; ære caballis
Acribus incurrunt.

Haud aliter in saltatione schema figuras & simulachra adumbrat. Phora motum aliquem animi vel actionem vel facultatem exprimit. Dixibus proprie ipsas ostendunt res, terram, cœlum, ipsos assistentes: quod ordine quodam & numero efficitur, atq; affine est appellationib. in arte poëtica proprie cum elegantia quadam & nitore prolatis. Cuiuscemodi hæc sunt: 10

Formosamq; oculis Venerem Thetidemq; verendam,
Iunonemq; caput cultam pulchramq; Dionem. Et,
Iuris patroni Hellenes ex sanguine reges
Iam Dorus, Xuthus quoq; equorumq; AEolus altor.

Alioquin nimium humilib. & obsoletis: cuius generis ea sunt:

Sunt hercule hi quidem exorti, illi at Iphito.
Huic pater & natus virq; & fratres quoq; reges
Atq; at aui, celebrat Græcia Olympiadem. * 20

Pares offensiones incidunt circa saltationem in dixibus, nisi concinne, & venuste, decoreq;, & citra affectationem fiant. Breui ait Simonidis dictum à pictura ad saltationem traducendum, tacitam eam poësim esse, contra poësim loquentem saltationem. Quare inquit, nihil habet cum poësi pictura germanitatis, neq; poësis cum pictura, neq; habent quicquam inter se cōmercii. At inter artem saltandi & poëticam omnis societas & communio intercedit. Ac præsertim effingens in hypotchematibus genus actuosum vtraq; simulachrum edit illud, quod per schemata & nomina fit. Demonstrat autem sicut in pictura lineis, quibus finiuntur imagines, ita pedibus poëmata effici. Ostendit vero, qui censeatur præclarissime egisse hyporchematibus ac venustissime, alteram alterius ope indigere. Hoc enim, 30

Ferocem equum canemue Amyclæam horreo,
Dum torqueo pede flexibile carmen sequens
Mimo. * Vel hoc,

*Locum mēdosum.

οἷος ἀν' ἀδώτιον ἀνθεμόεντα πεδίον πέταται
θάνατον κεροέσσᾳ εὑρέμεν ματεῖον ἐλάφῳ
τᾶ δ' ἐπ' αὐχένι στρέφοισαν ἕτερον κάρα πάντα ἐτοῖμον.

& quæ sequuntur: tantum non imprudentia saltationis actionem accersiuerunt poëmata: manusq; & pedes, imo totum onodis quasi funibus quibusdam traxerunt corpus & intenderunt. Hæc cum recitantur & cantantur, non potest conquiescere. Ipse certe sui verecundiam non habet, quod in saltando nō secus atq; in poësi quasi fanaticus fiat. Postquā vero cōsenuit, tunc saltationem pedum scio eum leuem adhibuisse, quem modum Creta dicunt. Cæterum nihil nunc quidem tantum habet in musica inconcinnitatis, quantum saltatio. Itaq; accidit ei, quod veritus Ibycus egit: 40

Vereor, ne apud deos frustratus gloriam,
Ego inter humanos commutem.

Etenim hæc asscita vulgari quapiam poetica, delapsa autem ab illa ætherea stolida & amentia retinet theatra, postquam sicut tyrannus parentem sibi reddidit pauculam quandam musicam omnem vero apud cordatos & diuinos viros reuera honorem effudit. Hæc fere Sossi Senecio nouissima sunt ex iis, quæ tunc in Musarum festo apud Ammonium sermonibus agitata fuere.

PLVTARCHI 50

De Fato Commentarius.

QVID de fato sentiamus, quam clarissime & succinctissime potero, tentabo tibi charissime Piso conscribere: quando id flagitasti non ignarus, quam ad scribendum sim religiosus. Primum non fugit te, bifariam & dici & intelligi fatum. Vnum enim actione censetur, alterum natura. Primo loco actionem summatim Plato adumbrauit tum in Phædro, vbi ait: Lex Adrastiæ hæc est. Quæcunque anima dei fuerit

comes:

comes: tum in Timæo: Leges, quas secundum vniuersitatis naturam deus animis immortalibus sanxit. In republ. Puellæ Lachesis Necessitatis filiæ fatum rationem esse ostendit, nō tragice sed theologice sententiam suam declarans. Quod si quis hæc vulgatiore modo velit, aliis mutata verbis delineabo: vt in Phædro dictum sit fatum ratio diuina ineuitabilis propter causam, cui obsisti non potest. Vt in Timæo, consequens vniuersitatis naturæ lex, ex cuius præscripto dispensantur, quæ fiunt, omnia. Hoc enim efficit Lachesis, quæ vere filia est necessitatis, sicut & iam ante accepimus, & cognoscemus post liquidiùs, vbi per ocium de iis differemus. Atque fatum quidem, quod in actione est positum, hoc est. Fatum vero pro sua essentia vniuersus esse videtur mundi animus tripertito dissectum: in Parcam perennem, in eam quæ vagari putatur, tertiam, quæ sub cœlo circa terram versatur: quarum summa Clotho, proxima huic Atropos, infima dicitur Lachesis: quæ quidem cœlestes sororum suarum actiones recipit connectitque has atque inserit subiectis sibi terrenis. Fere igitur retulimus, quicquid de fato, quod natura censetur, dicendum est. Nam quæ sit, quotuplex & qualis, quemadmodum ordinata, quemadmodum aduersus seipsam comparata & vero aduersus nos, quasi per compendium explicatum est. De his membratim alia fabula in republ. satis innuit, nosque quantum valuimus, tibi ea enixi sumus explanare. Iam quod in actione versatur, fatum repetamus ac declaremus. Siquidem circa hæc pleræque quæstiones, physicæ, morales, & dialecticæ vertuntur. Ac quid sit, abunde est definitum. Quale autem sit, etsi multis absurdum videtur, deinceps persequamur. Quod enim infinita ex infinito in infinitum orientia omnia ambitu comprehendit, fatum non infinitum sed terminatum est. Neque enim vel lex vel ratio vel res diuina esse infinita vlla queat. Iam intelligas, quod dico, si consideres totam conuersionem atque vniuersum tempus, quo octo sphæræ, vt ait Timæus, confectis suis cursibus ad eosdem carceres redierunt, cumque eos permensus est idem semperque sui similis orbis. In hac enim definita & rara ratione, quęcunque in cœlo, quęcunque in terra ex necessitate superne formantur, eodem rursus relabuntur: atque denuo quæcunq; consistunt, eodem similiter reuoluentur. Solus itaque cœli habitus cum erga semetipsum tum erga terram terrenaque omnia fixus ratusque manet: qui longis anfractibus redibit aliquando, & deinceps alius quisque proximus continensque alternam rerum seriem mutuo nexu repræsentat suum quisque necessarium munus absoluens. Fac autem, quo res clarior euadat, ea quæ nobis nunc eueniunt, accidere cœlestium efficacia vt prorsus authorum: ceu quod hæc nunc scribam, atque tu ita agas, quæ & quemadmodum agis. Ergo vbi eadem redierit causa, eadem ac similiter iidem facti agemus. Pari modo omnes mortales consequentiaque ex continenti causa exorientur & gerentur: atque vniuersa, quæ consistunt, vno vniuerso ambitu & singulis vniuersorum pari modo recurrent. Planum est igitur, quod diximus, fatum, quod quodammodo est infinitum, non esse infinitum: ac quod diximus, ambitum & circulum id esse, satis perspicuum est. Vt enim circuli meatus, & quod hunc permetitur tempus circulus est: item eorum, quæ orbe aliquo eueniunt, ratio circulus dici potest. Atque hoc quidem etiam fere qualenam sit fatum, non tamen quale particulatim & singulatim, declarat. Quale est igitur hoc, quod hic tractamus? Nempe, vt adumbremus, qualis lex ciuilis. Primum pleraque, si non omnia, ex consecutione præscribit. Deinde tamen in vniuersum, quæ ciuitatis referunt, quatenus potest, complectitur. Quod vtrunque etiam quale sit, considerandum venit. Consequenter lex ciuilis de forti & desertore loquitur, parique de aliis modo. Verumtamen de hoc aut de illo non agit ius ciuile: sed de generalibus: de illis, quæ his sunt subiecta, consequenter. Nam vt honos habeatur cuipiam, qui strenue se gessit: & vindicetur in illum, qui desertor fuit, id legitimum dixerimus: quasi vis legis & hoc præscripserit. Quomodo lex medica & gymnastica, vt eo exemplo vtar, vi sua in vniuersis singula complectitur: sic lex naturæ vniuersa præcipue, singula ex consequenti: suntque illa quadammodo fatalia, & hæc omnia iis confatalia. Cæterum fortassis eorum aliquis, qui hæc anxie scrutantur, diuersum censeas, præcipua esse singula ordinata, atque horum causa vniuersum. Id autem cuius causa, id est, finis, præpositum est huic, cui causa. Sed de his alio loco agendum. Non omnia autem absolute & diserte continere fatum, sed vniuersa tantum, id hic declaratum consequenti orationi & paulo superiori congruit. Quippe decretum diuinæ prouidétiæ peculiare in vniuerso potius consideratur, atque ea est lex diuina: verum politica infinitum in singulis consideratur: inde quale sit, ex consecutione. Quod autem tale, illud & fatum est censendum. Ex consecutione diximus esse, quod non per se atque ex natura sua positum est, sed respectu alterius cuiuspiam vi verum est fictum, cuiusmodi sunt, quæ consecutionem significant: atque est sanctio hæc Adrastiæ. Quæcunque anima dei comes fuerit, peruideritque aliquid veri vsque ad alterum ambitum, hanc inoffensam illæsamque esse: quod si facere valeat perpetuo, esse innocuam. Tale est, quod ex consecutione & vniuersum dicitur. Fatum eiusmodi esse, tum ex essentia eius, tum ex vocabulo liquet. Siquidem Græce εἱμαρμένη, id est, fatū appellatur, quasi εἱρομένη τις, [illegible]

Cc velut

velut nexũ quid: Sanctio & lex est quod consequentia eorũ, quæ existũt ratione ciuili sint digesta. Hinc discutiamus ea quæ per relationẽ dicuntur, quomodo cum prouidẽtia fatum conueniat quomodo etiam cum fortuna, quomodo cum eo quod in potestate nostr dicitur, & cum contingenti & si quæ eius generis sunt. Ad hæc explicandum, quatenus verum, quatenus falsum sit hoc: Omnia fato euenire. Si ergo cuncta fato denotat contineri, recipiendum est pro vero: siue humanos siue terrenos siue cœlestes casus assignãte omnes fato velis, hoc quoque vt in præsenti largiamur. Sin, quod magis apparet, fatale non omnia, sed tantum quod ei est consequens, significat: non omnia etiam si fato constent omnia, fatendum esse fatalia. Neque enim legitima sunt neq; ex lege omnia quæ complexa lex est. Siquidem proditionem, desertionem, stuprũ, multaq; id genus alia includit: quorũ legitimum dixeris nullũ, quãdo neq; strenue se gerere & tyrannos occidere, vel quid aliud recte agere equidem appellem legitimum. Quippe quod legitimum est, id iussum est legis. Hoc autem si lex iubet, nonne contumaces sunt & legem violant, qui non se fortiter gerunt, neque tyrannos occidunt, & quicunque similiter res rectas non agunt? Aut si legem violant hi, nonne eos iustum est punire? Sin ista ratione carent, sola censenda legitima illa sunt & ex lege: quæ lege de rebus quæ quoquo modo geruntur, sũt definita: sola item fatalia atque ex fato illa quæ præpositis in diuina digestiõe consequentia sũt. Itaque omnia, quæ fiunt, fatum comprehendit. Pleraque fatalia tamen & fere omnia producta non recte dixeris ex fato esse. Quæ cum ita se habeant, modo exequendum id quod in nostra est potestate, fortunam, possibile, contingens, & reliqua his confinia, si in productis censeantur, cum ipsa salua esse, tum conseruare fatum. Siquidem fatum cuncta, vt apparet complectitur. Illa vero non euenient necessario, sed pro sua quodque natura. Natura est eius, quod possibile dicitur, vt ante id quod contingit, sicut genus existat: natura eius, quod contingit, vt sicut materia præcedat ea, quæ in nostra potestate sunt: eius, quod in nostra est potestate dominantis modo vt contingenti vtatur: fortunæ ob contigentis in vtramque partem nutum ei, quod in potestate est nostra, intercurrat. Quod dicimus, liquido perspicies, si reputes, quicquid gignitur, geniturãmque ipsam haud esse sine potentia. Verbi gratia: hominis siue genitura siue quod genitum sit, non fit sine potentia. Hæc circa hominem est: at homo essentia. Ex potentia interdicente essentia pollet & potentiam habet: genitura vero & quod gignitur ambo possibilia. Cum igitur tria hæc sint, potentia quod potest vel potentiam habet & possibile: prius quam potentia, in naturam cadit vt essentia id quod pollet vel potestatem habet, potentia antegreditur possibile. Dilucidũ itaque hoc modo est possibile. Hæc crassius ita digerantur. Communius est, quod potentia fieri solet: proprium tamen magis id ipsum, cum id fieri nihil extrinsecus interpellat. Possibilia partim sunt, vt nullus casus eis obstare vnquam possit: vt in cœlo ortus & occasus, & quæ his sunt germana: partim impediri valent, ceu multa humana, multa & quæ in sublimi sub astris fiunt. Priora vt quæ necessario fiunt, necessaria dicuntur. Quæ in diuersum cadere possunt, contingentia. Dirimantur & hæc quoque. Aliud est necessarium possibile, quod est impossibili oppositum: aliud contingens possibile, quo cum etiam impossibile impugnat. Siquidem immergi solem iuxta necessarium & possibile est: cui aduersatur impossibile non immergi eum. At merso sole succedere imbres vel non succedere, vtrunque possibile & contingens est. Iam contigentium aliud plerunque, aliud rarius, aliud æquo & vtroque modo accidit: quod quidem liquet ipsum secum pugnare: illud, quod plerunque & quod raro, inter se. Atque hæc quidem in natura consistunt: in nostro arbitrio illud, quod ex æquo contingit. Nam æstus sub canicula vel gelu, alterum plerunque, alterum rarius fit, & sunt naturæ ambo subiecta. At deambulare & non deambulare & id genus alia ex æquo contingunt: quorum paret vtrunque appetitioni nostræ, idque in arbitrio nostro esse & delectu dicitur: sed est, quod nostri est arbitrii generalius. Sunt enim eius partes duæ: vna ex motu turbulento & iracundia vel concupiscentia: altera ex iudicio & consilio, quod nunc ex delectu dicas. Non habet eandem rationem possibile & contingens hoc, quod ex appetitione & in potestate nostra esse docuimus, neque eodem nomine diuerso respectu dicitur. Nam ad futurum, possibile & contingens: ad præsens in arbitrio nostro atque ex appetitione. Quæ ita distinguas. Contingens dicitur, quod tam ipsum quam eius contrarium fieri possit. Quod arbitrii nostri est: id altera pars est contingentis, quæ ex nostra appetitione iam fit. Quod igitur possibile natura contingente prius sit: & contingens ante id, quod in potestate nostra est, existat, quale horum quodque sit, vnde sint nominata, ac quæ eis adiuncta, propemodum expediuimus. Nunc de fortuna & temeritate, & si quid præterea commentandum venit, differemus. Igitur est in numero fortuna causarum reponenda. Causæ autem aliæ per se, aliæ ex euentu censentur: ceu ædificii vel nauis causa per se est ædificator, ex euentu musicus vel geometres, & quicquid ædificatoris corpori vel animo vel foris acciderit. Hinc constat illud, quod per se censetur, terminatum esse & vnum: quod ex

euentu,non vnum & interminatum. Multa enim & innumera vni inter se distracta suppetunt. Quod tamen in euentu positum est,quando non tantum in iis fit,quæ alicuius gratia fiunt, verum etiam in iis,in quibus est delectus,tunc fortuitum nominatur: velut aurum inueniti ab eo, qui serendi causa pastinat vel fubire, vel facere insueti quid, dum fugis vel insectaris vel alias pergis aliquo: vel dum te tantum conuertis non huius, quod accidit, sed alterius gratia. Quamobrem improuisam causam & obscuram consilio humano fortunam esse ex veteribus aliqui declarauere. Platonis asseclæ, qui propius definitione ad fortunam accedunt, ad hunc modum eam definierunt: vt causa sit ex euentu eorum, quæ alicuius causa fiunt in his in quæ cadit delectus. Post iam improuisum & humanæ rationi obscurum attexuerunt.
10 Quanquam eadem ratione rarum & inopinatum in eo, quod dicitur ex euentu, perspicitur. Quod quale sit si non ex adductis in contrarium,ex iis certe, quæ in Phædone tractata sunt,liquidissime se offert. Vbi sic relatum est? Quid an ne iudicio quæ acta sint, audierūt? Prorsus. Nam nobis illa nescio quis nuntiauit, & vero obstupuimus: quod ea iam transacto tanto post appareat mortuum. Quid igitur istud Phædo fuit? Fortuna ei quædā Echecrate accidit. Nam pridie quam iudicium ageretur fuerat forte puppis nauigii, quod Delum mittunt Athenienses, coronata. Hic dictio Accidit, non intelligenda est pro Extitit: verum multo potius ex quodam causarum concursu euenit alio aliud respiciente. Quippe coronauerat nauem alterius causa non Socratis sacerdos. Illi alia ex causa eum damnauerunt. Euentus vero fuit admirandus atq; eiuscemodi, vt si ex industria id factū esset vel ab homine, vel ab homine maioribus.
20 Atque de fortuna quidem hactenus satis. Porro id quod possit & potentiā habet, vna in rerum natura existere oportere dictum est, cū illo quod ab eo cognominatum est, & antecedere id quod in nostra potestate est. Temeritas vero latius, quam fortuna patet. Nam cū hanc comprehendit, tum multa, quæ alias aliter cadere possunt. Significatur autem *αὐτομάτῳ*, id est, temeritatis nomine id, quod alterius causa extitit: cum id, cuius gratia extitit, non adest: quo ex genere est frigus sub canicula. Interdum enim incessit frigus non temere neque * In summa quomodo id, quod in nostra est potestate, pars est contingentis, sic temeritatis fortuna. Est autem vtrumque vtriusque accidens, temeritas contingentis, fortuna eorum, quæ in arbitrio nostro sunt, non omnium tamen, sed eorum, quæ in delectu sunt posita, vt est supra dictum. Quapropter est tam animatorum quam inanimorum temeritas communis: fortuna peculia-
30 ris hominis, qui iam agere valeat. Id ex eo liquet, quod fortunatum esse & felicem esse pro eodem habeantur. Felicitas autem in actionibus quædam prosperitas est. Prosperitas in actionibus in vnum & adultum hominem cadit. Hactenus de iis, quæ fato continentur, de contingenti, de possibili, de delectu, de eo quod est in nostra potestate, deque fortuna, temeritate, & si qua eis adiuncta sunt: in quibus etiam sunt forsan & fortassis: quæ quidem complectitur omnia fatum, nec est tamen eorum fatale quicquam. Superest, vt prouidentia fatum contineri exponamus. Est autem prouidentia summa illa & princeps principis Dei siue consilium siue voluntas in omnia benefica: qua primo omnia diuina per omne æuum optime & elegantissime sunt descripta. Secunda deorum est secundorum cœlum permeantium, qua mortalia recte atque ordine dispensantur, eaque, quæ ad generis cuiusque pertinent diuturnitatem
40 & conseruationem. Tertia censebitur merito prouidentia & prospicientia geniorum, qui terræ assignati actionum humanarum custodes sunt & arbitri. Cum ergo triplex prouidentia conspiciatur, proprie tamen inprimis ac potissimum vsurpetur prima: haud dubitauerim affirmare, vt cum philosophis pugnare videamur, omnia fato & prouidentia, non tantum natura geri: verum res quasdam prouidentia, & quidem alias alia: quasdam fato: fato autem omnino prouidentiā, prouidentiam minime fato. Agimus enim hoc loco de prima & summa. Quod autem posterius est, id illo de quo dicitur, est posterius: ceu legitimum lege, naturale natura fatale item fato adolescentius sit. Omnium porro prouidentia antiquissima, extra eum, cuius hæc est siue voluntas siue consilium siue vtrunque. Ea est, vt superius demonstrauimus, omnium parentis & conditoris. Dicamus igitur, inquit Timæus, qua de causa conditor originem rerum & vniuersitatem mundi hanc condiderit, qui bonus est. Bonus autem ne-
50 mo cuiquam vnquam inuidet. Hoc vitio cum liber esset, omnia voluit quam maxime sibi consimilia fieri. Hunc ergo genituræ rerum & mundi qui fontem potissimum à viris prudentibus receperit, rectissime receperit. Nam cum voluisset omnia bona Deus esse, malum autem, quo ad eius fieri posset, nihil: ita cum accepisset, quicquid esset aspectabile, non quietum sed motu agitatum incondito & confuso, id ex confusione in ordinem redegit, quod illo longe in omnem partem præstare existimabat. Neque enim fas erat, neque est, vt optimus quicquam, nisi quod optimum sit, agat. Hæc itaque ac quæ ex his pendent, ad animas vsque humanas à prouidentia censendum prima esse composita. Quæ autem deinceps sequuntur * ita dicta. Creata iam vniuersitate, sideribus animas ordinauit pares, quas singulas singulis assigna-

uit, atque quasi in currum in vniuersitatem imposuit, commonstrauitque, leges fatales. * His igitur num quis non dilucide significari fatum existimet, sicut basim aliquam & politicam legum sanctionem animis humanis congruentem: Cuius etiam mox subiicit causam. Secundam prouidentiam in hunc modum innuit, cum air: Quæ cum eis omnia præscripsisset: quo si quid postea fraudis vel vitii esset ab vllo conceptum, omni ipse culpa vacaret, sparsit quasi semen alios in terram, alios in lunam, alios in reliqua temporis organa. Sub hanc sementem diis permisit nouitiis mortalia corpora fingere: ac quod reliquum esset, quod claudicaret anima humana, hoc vt absoluerent: ac postquam omnia, quæ illis essent sequentia perpoliuissent, regere, & quantum eniti valerent, gubernare quam rectissime & optime mortales animantes, ne malorum sibi ipsi authores existerent. Hic ea verba (Quo si quid postea fraudis & vitii esset conceptum, omni ipse culpa vacarer) clarissimam causam cuius ostendunt fati. Deorum nouitiorum ordo & molitio secundam prouidentiam denotat & vero tertiam quoque perstringere videntur. Siquidem huius causa formulas sanciuit: quo si quid postea fraudis & vitii esset ab vllo conceptum, omni ipse culpa vacaret. Deus autem, qui vitii est expers, neque leges neque fatum requirat: verum genitoris prouidentia quisque eorum raptus res suas agit. Hæc vera atque hanc sententiam esse Platonis apertissime mihi testari videntur verba, quæ à legislatore in Legibus proferuntur. Hæc si quis aliquando mortalium ad eam felicitate diuina sorte natus accipere queat: hic nihil leges, quarum imperio regatur, requirat: quod neque lex neque scitum sit scientia vllum præcellentius: neque fas est vlli vt pareat aut seruiat, sed imperet omnibus, modo integer & natura vere sit liber. Ego igitur priora Platonis hoc dicto capio. Nam cum sit prouidentia triplex: Vna, quæ quia procreauit fatum, id quodammodo continet: altera vna cum fato edita omnino vna cum eo comprehenditur: tertiam post fatum ortam eodem illud complectitur modo, quo de eo, quod in arbitrio nostro est & de fortuna disseruimus. Quibus enim cumque essentiæ genii vis opitulatur (vt ait Socrates, qui tantum non legem quandam & sanctionem spectatori Adrastiæ recenset) hi sunt, quos tu quoque sensisti. Propere namque & subito hi proficiunt. Proinde quod hic dicitur, opitulari nonnullis genium, delegandum ad tertiam prouidentiam est: illud, propere & subito proficere, ad fatum. Breui non est obscurum, id ipsum fatum quoddam esse, ac longe fortassis ita videatur probabilius, vt & secunda prouidentia fato contineatur, & omnia prorsus, quæ fiunt: si certe fatum, quod natura sua censetur, in tres Parcas distributum est recte, & id, quod de cathena fertur, cœlestes vertigines iis, quæ ex consecutione eueniunt, accenset. Cæterum de his equidem haud pugnem pluribus, ex consecutione ne dicantur, an potius cum fato, cum ipsius fati sit fatale antecedens. Nostro igitur, vt summatim dicam, ea sententia est. Diuersa ab hac non tantum in fato, sed & ex fato omnia statuit esse. At omnia consona alteri sunt: quæ vero alteri concinunt, eadem etiam alteri consentiunt. Hac itaque sententia contingens & quod in nostra est potestate, secundum dictum est, tertium fortuna & temeritas, & quæ eodem spectant, laus & vituperium & horum germana, quartum: quintum denique preces & cultus deorum dicantur. Ignauæ enim & metentes rationes, & quæ præter fatum vocatur, reuera cauillationes sint. Iuxta aduersatium rationem præcipuum & primum esse videatur, nihil sine causa fieri, sed ex antegressis causis omnia: alterum dispensari natura hunc mundum, cumque sibi ipsum esse concinentem & constantem. Tertium, quæ his accedunt, testimonia potius esse censeas: diuinatio omnibus probata mortalibus, vt quæ vere deo competat. Animus sapientium omnibus in casibus placidus cuncta fieri diuina sorte censentium secundus: Tertium tritum hoc pronunciatum, omne vel verum vel falsum esse. Atque hæc quidem hactenus tractauimus, vt quasi per compendium fatum cognosci possit, quæ discutienda sunt acri vtriusque rationis indagine: quæ singulatim alias exequemur.

Contra Colotem Commentarius.

Colotes, quem Epicurus Saturnine solebat blande Colotaram & Colotarium appellare, emisit librum, cui titulum fecit, Ne viui quidem ex aliorum philosophorum placitis posse: qui liber regi Ptolemæo nuncupatus est. Quæ vero nobis in Colotem disputare in mentē venit, hæc literis mandata te virum elegantem & antiquitatis studiosum, qui meminisse in manibusq; habere, quoad fieri potest, veterum præcepta in exercitio ponis maxime regio, existimo libentur lecturum. Nuper igitur cum recitaretur familiarium nostrorū vnus Aristodemus Ægiensis, (Nostis enim hominem intr Academicos non ferulam ferentem, sed Platonis cultorem maxime lymphatum) haud scio qua ratione præter morem magna patientia silentium tenuit, præbuitque auditorem se ad vltimum modestum. Vt finita est lectio: Age, inquir, quemnam, qui cum hoc pugnet pro philosophis, excitamus? Neque enim Nestorem laudo magnopere: qui, cum deligendus de nouem esset optimus, fortunæ hoc commisit & ad sortem reuocauit. At vides, inquam, quemadmodum etiam ille in eam sortem se dederit, vt prudentissimo dispensante fieret ille delectus.

Sors galea exiuit, quam illi Aiacis cupiebant.

Veruntamen si tu iubes legere:

Qui nam ego diuini post obliuiscar Vlyssis?

Itaque etiam atque etiam cogita, quomodo illi repugnes. Ibi Aristodemus: Nosti sane, inquit, quid fecerit Plato, qui cum in puerum esset inflammatus, nō ipse inflixerit plagas, sed Pseusippum iusserit, addens irasci se. Quare sodes tu hominem accipe: eumq;, vt visum est, tracta. Ego enim irascor. Itaq; aliis pari modo instantibus: Nempe dicendum, inquir, est. Cæterum vereor, ne videar ipse quoque propter rusticitatem, vernilitatem, & procacitatem istius, qui fœnum pro hordeo Socrati obiicit: & quemadmodum ori inserat non auri cibum quærit: plus satis esse in eum librum inflammatus. Cæterum moueant fortasse hæc cuipiam Socratis recordatio placiditatis & festiuitatis risum. Cæterum pro vniuerso Græcorū exercitu aliorū philosophorum: inter quos Democritus, Plato, Empedocles, Parmenides, Melissus sunt, qui sunt fœde verbis lacerati, non solum tacete est turpe, verum etiam nefas temittere quicquam vel subtrahere de acerrima defensione illorum, qui ad hanc gloriam philosophiam prouexere. Et quidem vitam parentibus cum diis acceptam ferimus, à philosophis quia iustitiæ & legis doctrinam adiutricem & cupiditatum refrenatricem accepimus, recte viuere nos arbitramur posse. Est autem recte viuere, sociabiliter viuere, comiter, frugaliter, & iuste viuere, quorum, qui alligatum ventri esse summum bonum clamant, relinquunt nihil, virtutes cunctas citra omnem voluptatem vndique exterminatam vno asse non licitaturi. Illigant his de diis & de anima doctrinam, quod hæc intereat dissoluta, illis res humanæ nihil sint curæ. Siquidem aliis philosophis obiiciunt per sapientiam suam, quod vitam tollant: cum illi his, quod ignauiter & bestiarum more viuere doceant. Atqui hæc intexta sunt Epicuri scriptis & percrebuerunt in eius philosophia. Colotes vero, quod voces nonnullas rerum inanes reuellat, & partes dictorū fragmentaque mutila ab eo, quod confirmat & iuuat ad intellectum & fidem trahat, ac sic velut congeriem rerum venalium vel tabulam monstrorum componat librum suum, constat profecto præ omnibus inquam, vobis, qui veterum lucubrationes in manibus habetis. Mihi vero videtur sicut Lydus in seipsum patefacere non vnam ianuam, sed plurimis Epicurum ac summis difficultatibus implicare. Siquidem ab Democrito auspicatur, cui egregiam & dignam vt docto ti mercedem persoluit: diuq; semetipse Democritum Epicurus prædicauit: quod cum alii testantur, tum Leonteus vnus ex Epicuri discipulis, qui in verticem ascenderunt, ad Lycophronem scribens, atque in honore ab Epicuro haberi ostendit Democritum, quod prior rectam cognitionem attigisset: atque in summa eam commentationem, quod ille inuenisset prior naturæ principia, vocari Democritiam. Metrodorus aperte de philosophia ait, nisi dux fuisset Democritus, nunquam peruenturum ad sapientiam Epicurum fuisse. Atqui si ex Democriti decretis non potest, quæ Colotis est opinio, viui: deridiculus fuit Epicurus, qui ducentem ad doctrinam, ex qua viui nō potest, sit Democritum secutus. Vellicat autem eum primum, quod singulas res dicendo non magis tales quam tales esse, misceuerit vitam: sed tantum abest, vt quamq; rem non potius talem esse quam talem statuat: vt etiam sophistem Protagoram, qui hoc dixerat, oppugnauerit, compluraque in eum scripserit & elegantia. Quæ cum ne per som-

 nium

nium quidem Colotes viderit, errauit in Democriti verbis: vbi explicat non magis τὸ δὲν quam τὸ μηδὲν esse: δὲν corpus nominans, μηδὲν, id est, nihil, inane: quasi huic quoque sua sit peculiaris natura & substantia. Qui ergo decernit, nihil magis esse tale quam tale, hic decretum sequitur Epicureũ, omnia, quæ sensu apprehendimus visa, vera esse. Si enim prædicarẽt duo alter austerum vinum esse, dulce alter, neuter autem falleretur sensu, cur magis vinum austerum quam dulce sit? Atqui balneo certe eodem alios vt calido, alios vt frigido videas vtentes. Hi namque calidam, illi affundi iubent frigidam. Ad Beronicen Deiotari ferunt venisse fœminã quandam Lacedæmoniam. Eas, vt inter se propius suggressæ sunt, statim discessisse, alteram scilicet vnguento, alteram butyro offensam. Si ergo non magis est alter quam alter verus sensus, consentaneum est etiam aquam non magis esse frigidam quam calidam, vnguentumque & butyrum nõ magis odoratum quam putidũ. Quod si quid videri aliud alii dicas, imprudens bonã eisse dixeris. Celebres autẽ illæ proportiones & concinnentiæ spiramentorum in sensuum sedibus & confusiones seminum, quæ quidem in liquoribus, odoribus & coloribus alium aliarum proprietatum sensum mouere autumant: nonne manifeste cum eis res in non magis coniiciunt? Qui enim placant ratos offendere sensum, quod motus contrarios offerri vtentibus ab iisdem cernant: hi docent, implicatis & commistis ferme omnibus, alio autem alii per naturam cõueniente, non esse eiusdem proprietatis contrectationem & apprehensionem, neq; omnibus partibus simul omnes mouere subiectum: sed cum obiectis solis illis quisq; occurrat, quibus sensum habeat congruentem: parum recte digladiatur de eo, quod bona, candida, vel non candida res sit, dum interimendis aliorum sensibus stabilire existimat suos. At non sunt reiiciendi sensus. Contingunt enim aliquid omnes: cum ex ingenti commixtione sicut fonte capiat quilibet; quod sibi accommodatum est & familiare: sed non arguemus, dum partim attingimus, vniuersum: neq; iuxta moueri omnes censebimus alios, alia eius proprietate & vi motos. Iam considerandum, qui nam homines potius illud non magis rebus inuehant: an qui, quicquid subiectum est sensibus, colluuionem omnis generis proprietatum asserunt esse confusam velut mustum * tibicinatorium, sed intercidere normas sibi fatentur, atq; dilabi prorsus iudicium: si syncerum quodcunq; sensui subiectum, nec esse multa quodq; relinquerent. Vide igitur, quid de vini calore in conuiuio Polydinum secum differentem induxit Epicurus. Nam interroganti Negas esse, quos infert Epicure vinum calores? Respondit quispiam, non in vniuersum dicere se calefacere vinum: Ac mox. Nam apparet quidem in vniuersum non habere vim calefaciendi vinum, sed tantum vini dici posse nonnullũ calefacere. Rursus causam subiiciens, constrictionibusq; & disputationibus atomorum, aliarumq; confusionib. ac copulationibus id delegans in vini cum corpore commixtione, addit. Quare non dicendum certe in vniuersum vim obtinere vinum calefaciendi: sed certe huius esse naturæ atq; ita comparatæ cum vini modum calefaciendæ aut illius naturæ illum modum esse refrigerandæ. Insunt enim eiuscemodi tali in congestu naturæ, ex quibus frigidum consistat: si modo commode aliis coniugatæ frigiditatis naturam effecerint. Inde falsi alii refrigerare in vniuersum credũt vinum, alii calefacere. Quare qui errare dicit vulgus hominum, id quod calefacit, vim habere calefaciendi: vel quod refrigerat, refrigerandi vim censens: nisi existimet, vt magis tale sit quam tale vnumquodque, esse consequens iis, quæ dixit ipse errat. Subiungit etiam frequenter non penetrare in corpus, quod calefaciendi infundat vel refrigerandi vim vinum: sed mota mole, & loco dimotis corporibus efficientes caloris atomos modo concurrere atq; præbere ob aceruum suum calorem & ardorem corpori, modo dilabentes refrigerare. Insuper quod etiam voluit ita vsurpari illud, quod vocãt & existimant, amarum, dulce, catharticũ, soporiferum, lucidum: quasi nulli sit absoluta agendi potius quam patiendi proprietas & virtus, vbi subierit corpora, sed aliã in aliis diuersitatem accipiat & temperaturam, non dissimulat. Nam ipse quidem in secundo contra Theophrastũ libro Epicurus, dum colores negat corporibus natiuos esse, sed existere ex certis quibusdã structuris & locationibus ad adspectũ: non magis prædicat iuxta hanc rationem carere corpus colore quam esse coloratum. Superius ad verbum hæc scripsit: Sed & citra hanc partem, haud scio quo pacto hæc, quando in tenebris sunt dicenda sint esse colore prædita. Et quidem aere æque obscuro circumfuso alii percipiunt colorum discrimina, alii ex acie obtusa non percipiunt. Ad hæc quando domum sumus ingressi caliginosam, nullius aspectus offertur oculis nostris coloris postquam aliquantisper illic hæsimus, offertur. Itaque non magis habere prædicabitur quã nõ habere corpus quodq; colorem. Quod si aliquo color refertur, etiam referetur album aliquo & nigrum. Iam si hæc, dulce item & amarum: vt omni in proprietate non magis prædicetur esse quam non esse. Nam his, ita qui sunt affecti, erit tale: non erit aliis ita non affectis. Quocirca luto & cœno eodem, in quo hærere ait eos, qui nihil magis tale quam tale adiungunt rebus, respergit semetipsum & præceptorem suum Colotes. Num igitur hic solum egregius iste aliorum medicus vlceribus scatere seipsum ostendit? Minime vero: sed longe magis secundo in-

crepa-

* Alii. solutorium.

10 20 30 40 50

crepationum imprudens vna cum Democrito Epicurum vita eiicit. Nam more colorem esse, more dulce, more commixtionem, id offerre minuta corpuscula sensibus dictum ostendit à Democrito: atq; eum, qui huic rationi inhæret, eamq; vsurpat, eum ipsum an homo sit vel viuat, non animaduertere. Hisce dictis quid reclamem, nihil habeo, sed dicere, non magis posse hæc ab Democriti dogmatibus dirimi, quam figuram & pondus ipsi ab atomo iactant. Nam quid ait Democritus? Essentias innumeras, insecabilesq; & diuersas, insuper à qualitate immunes & impatibiles in inani iactari effusas. Vbi vero pro prius inter se admotæ sunt, vel concurrerunt, vel sunt connexæ: tunc videri ex iis coaceruatis aliud aquam esse, aliud ignem, aliud plantam, aliud hominem. Esse autem minuta hæc corpuscula cuncta, quæ ipse vocat, ideas, nec aliud quicquam. Neq; n. ex eo, quod non est, posse quicquam gigni: neq; ex iis, quæ existũt, gigni quicquam: quod ex soliditate sua corpuscula nihil patiantur, neq; immutentur: ita neq; colorem ex colore vacantibus, neq; naturam vel animum ex qualitatis exortibus & impatibilibus existere. Reprehendendus igitur Democritus, qui non fatetur ea, quæ principiis accidunt: verum sumit principia, quibus hæc accidant. Neq; enim inuariabilia ponere elementa oportebat: atq;, cum posuit, non intelligere qualitatis euanescere omnis ortum: negare autem cum intelligeret absurditatem. Atqui impudentissime ait Epicurus eadem ponere se elementa, sed non dicere de more colorem, dulce, album, ac reliquas proprietates. Si ergo id negare huiusmodi est, non confitetur ex vsitatis, quid faciat. Etenim dum prouidentiam tollit, religionem ait se non mouere: & dum voluptatis causa amicitiã expetit, amicorum causa summos cruciatus sufferre, & vniuersitatem esse ponere infinitam, nec tamen superius & inferius sustollere. In cõuiuio autem, vbi calicem acceperis, quantum libeat, libas licet: tum reddas, quod superest. At hac in disputatione illius sapientis dicti meminisse oportet. Quorum non sint necessaria exordia, eorum esse exitus necessarios. Itaq; constituere necessarium est vel potius extorquere Democrito corpuscula ista vniuersitatis esse principia: vbi vero posuit hoc dogma, & primas ostenrauit eius probabilitates, etiam ebibendum quod molestum est: aut demonstrandum, quemadmodum defecta proprietatibus corpora proprietates omnis generis solo concursu suo edant. Verbi gratia, primum calor, quem vocamus vnde accessit & qui accrescit corpusculis: si neq; aduenerunt calore prædita, neq; sunt coitu reddita calida? Superius enim præditi est proprietate, alterum ad patiendum comparati, quorum prædicatis neutrum corpusculis istis suppetere conueniens esse propterea, quod incorrupta sint. Quid ergo, nonne Plato quoq; & Aristoteles & Xenocrates aurum ex non auro, lapidem ex non lapide, ac reliqua produxerunt ex quatuor primis omnium elementis? Prorsus: sed illis à primo congrediuntur principia, quæ ad cuiusq; genituram grandia momenta insitas sibi proprietates adferunt, atq; cum confluxerunt in vnum & concurrerunt cum aridis humẽtia, frigida cum calidis, solida cum mollibus: corpora patibilia à se mutuo agitata modo atq; in totum immutata simul aliam alia ex temperatura efferunt fœturam. Atqui corpusculum hoc cum sua sponte expers & nudatum est facultatis omnis genitalis, ac impingens in aliud concussum ex duritia & resultum, alium affectum obtinet vel efficit nullum: sed pulsant & pulsantur perpetuo: tantumq; abest, vt animantem vel animum vel naturam, vt nec globum ex se ipsis communem, neque aceruum vnum, quod saliant assidue & dissiliant, valeant præbere. Enimuero Colotes, quasi cum rege agat illiterato, assectatur Empedoclem spirantem,

Ast aliud referam, non est natura alicuius
Vsquam hominum, aut etiam feralis semina mortis
Mixtio, sed tantum simul & permixtio natis,
Natura hæc inter mortales est vocitata.

Hæc ego non video, quemadmodum ad vitam repugnent iis, qui censent neque ortum esse vllius, quod non existit: neque eius, quod existit, interitum: sed coeuntibus aliquibus inter se ortum, distractione secuta mutua mortem nuncupat. Nam quod pro ortu dixerit naturam, posita ex aduerso morte, ipse ostendit Empedocles. Quod si, qui mixtura genituras constituit & interitus diuulsione, non viuunt neq; possunt viuere, quid agunt hi aliud? Quanquam elementa Empedocles, cum conglutinat & coaptat ea calore, mollitia, & humiditate, misceri & coalescere facit in vnitatem quodammodo. Qui immutabiles & rigidas atomos in vnum contrahunt, cum ex eis nihil, tum frequentes earum impulsus & perpetuos efficiunt. Siquidem commissuta, quæ ne diffluant, prohibet, magis intendit collisionem: vt neq; commisceantur neq; conglutinentur: sed iactatio & pugna, quam isti generationem dicunt, existat. At corpuscula insecabilia momento temporis vna sunt: cum tamen, quia nunc propter repercussum recedũt, nunc assultant remisso pulsu, bis tanto tempore seiuncta inter se sint non contingentes neque appropinquantes: nihil vt effici ex eis queat, neq; quod inanimum quidem sit: sensus vero, animus, mens, & prudentia ne cupientibus quidem cogitationem offerunt, posse ipsas in vacuo

& istis corpusculis existere: quorum per se nulla est proprietas, neq; congressorum affectio vel variatio, imo nec coitus vel mutua confusio, quæ mixturam & conglutinationem efficiat, sed pulsus & summotiones. Itaq; istorum dogmatibus, dum manca, rigida, immota, præterea talia, quæ commisceri vel confundi nequeant, principia ponunt, vita & animantis natura sustollitur. Quomodo igitur relinquunt naturam, animum, & animantem? Vt iuramentum, vt votum, vt sacrificium, vt adorationem verbis & dictis, atq; hactenus, quod dicant, quod simulent, & appellent ea, quæ elementis suis & placitis subuertunt. Sic ergo id ipsum, quod natum est, naturam: & quod genitum, dicunt generationem, sicut qui ligna contignationem, & concinentia concentum vocant, pronunciandi modo. Vnde venit ei in mentem vt huiusmodi verba obiiciat Empedocli? Quid fatigamus, inquit, nos ipsi satagendo pro nobis ipsis, & appetendo res aliquas, & aliquas declinando. Neq; enim nos sumus, neq; aliorum vsu viuimus. Cæterum, Age vero, respondeat quis optime Colotarium. Non est, qui interpellet te, quin satagas pro temet ipso, docens Colotem ipsum esse Colotis naturam, neq; quicquam aliud, neq; rebus vti. Res vobis voluptates sunt: ostendisq; non esse placentarum naturam, neq; odorum, neq; concubitus: sed placentas, vnguenta, & fœminas. Neq; enim Grammaticus, qui vitam Herculeam ipsum dicit esse Herculem, negat homines esse: neq; qui concentus & opinationes pronunciationes tantum esse autumant, inficiantur simul sonos & opiniones esse. Quando etiam nonnulli, qui animam & prudentiam sustollunt, neq; viuere sustollunt neq; sapere. At cum Epicurus ait: Existentium natura corpora & *forma est: vtrum sic intelligimus id, quasi naturam aliud atq; existentia dicere intendat: an quod existentia indicent existentium naturam, nec quicquam aliud: sicut etiam vacui naturam ipsum vacuum, & vero etiam vniuersitatem vniuersitatis naturam nuncupare solet. Quod si dicas: Quid ais Epicure, hocne vacuum esse, illud vacui naturam? Bona verba dicet: sed consuetus est is vocabulorum vsus. De more autem dici & consuetudine etiam ego aio. Quid igitur aliud admisit Empedocles, qui naturam docet præter nascens nihil esse, neque præter moriens mortem: verum quomodo poetæ subinde quando res repræsentant, aiunt:

*Alii, locus

Est lis, & est fatum ferale, est turba tumultus.

sic generationem aliquam & interitum appellat vulgus in iis, quæ conflantur & dissoluuntur: tantum abest, vt existentia moueat & pugnet cum rerum euidentia: vt nec vocem ex consuetudine eiecerit: sed quatenus captionem in rebus crearet officientem, eam detrahens reddiderit eas denuo vocabulis, quod in iis est receptum.

Illi, cum mixta est vel lux luci æthere summo
Aut fruticum generi aut volucrum quoq;, siue ferarum,
Tunc quorumq; ortum: sed si distracta fuerunt,
Iam infelix fatum vocitant: mihi & hoc placet ipsi.

Quo in medium adducto à se Colotes non est assecutus, lumina, feras, frutices, aues non sustulisse Empedoclem: quæ quidem absolui commixtis dicit elementis: sed illi, qui cōcretioni huic & secretioni naturam aliquam & sortem infelicem mortemque tristem attribuunt, docens quomodo hallucinentur, non ademit receptum in iis vocum vsum. Mihi tamen videtur nō hoc, quod ad loquendi ritum pertinet, Empedocles mouere: sed vt ante est relatum, perite disceptare de existentium genitura, quam aliqui naturam vocant, quod maxime hisce versibus ostendit:

O stultos: neq; enim est illis multum sapiens mens:
Qui nasci sperant res, quæ non ante fuerunt.
Vel semel interitum post sentire exitiumq;.

Siquidem hi versus intonantis aures habentibus non perimere eum demonstrant generationem, sed illam ex nihilo: neque interitum, sed illum, qui semel, id est, qui in nihilum resoluit. Quandoquidem si voles non ita ferociter neq; adeo stupide, sed lenius calumniari, quod consequitur, in diuersum trahendi occasionem dabit, dum dicat Empedocles:

Non etenim sapiens exoptet talia mente
Vt viuant, ipsis quamuis vita hæc nominetur.
Ergo tantisper sunt, quos bonaq; & mala tangunt.
Ante ortum vero & post occasum nihil hi sunt.

Quæ non sunt natos & viuentes inficiantis esse: imo potius esse existimantis tam eos, qui nondum nati sunt, quam qui iam fato sunt functi. Verum hoc prorsus Colotes non obiecit illi: cæterum dicit ex eius sententia neq; ægrotaturos nos neq; vulneratum iri. Atqui quo pacto ille, qui & ante vitam & à vita cuique prædicat comitari grauia & bona, viuos affici non concedat? Quibus ergo est Colote non sauciari neque ægrotare vere consequens? Nempe vobis, qui ex atomo

atomo & vacuo eos compegistis: quorum est compos sensus neutrum. Neq; est hoc indignum: sed quod nec voluptatis efficientia in vobis sint, cum nõ recipiat efficientia corpusculum, nec inane ab eis afficiatur. Porro quia deinceps vna cum Democrito instituit Colotes Parmenidẽ obruere: ego vero præteritis illius dictis ea, quæ retulit Empedocles, subleuare: quod magis consonent primis illius criminibus, resumamus Parmenidem. Ac quas quidem illum adferre falsas conclusiones iactat, his Parmenides non amicitiam magis infamem, non ferociorem voluptatem effecit, non honesto ademit, quin alliciat ad se nos, & propter semetipsum expetendum sit, non opiniones de diis confudit: nec quod vniuersitatem vnũ esse afferat, video quemadmodum viuere nos prohibuit. Etenim cum docet vniuersitatem Epicurus infinitam esse, nec originem habere vel occasuram, nec grandescere vel imminui, quasi de re vna differit de vniuersitate. Initio commentarij cum ante dixisset, rerum naturam corpora esse & inane, velut rem vnam in duas partes carpsit: quarum altera reuera nihil est, nuncupatur tamen à vobis intractabile, inane, & incorporeum. Quare vobis quoq; vnum est vniuersitas: nisi sane voces vsurpare de inani inanes intenditis vmbratili certamine cum veteribus pugnantes. At enim innumera sunt corpora ex Epicuri sententia: atque oriuntur, quæ visuntur, singula ex illis. Vide autem, quæ semina ponitis generationis, infinitatem & inane: quorum est hoc ignauum, impatibile, sine corpore vllo: illa incondita, temeraria, incomprehensibilia, se ipsa dissipans & conuellens, quod nullis comprehendatur & circumscribatur ob multitudinem finibus. Parmenides vero neq; ignem, neq; aquam, neq; rupes, neq; vrbes, vt vult Colotes, deleuit in Europa & Asia habitatas: cũ & digestionem fecerit, & elementa inter se temperans lucidum & obscurũ, ex his omnia, quæ sub aspectum cadunt, & per hæc absoluerit. Namq; de terra multis egit, ac de cœlo, sole, luna, sideribus, neq; ortum hominum abrogauit, neq; quicquã tacitum vt antiquus in naturæ commentatione præteriit: qui scriptum peculiare composuit, & placitorum pugnã transmisit: Quia vero præ omnibus etiam præ Socrate animaduertit inesse quiddam naturæ opinabile, quiddam etiam intellectibile: esse autem opinabile instabile & *patibile in laboribus multis & variationibus, dum atteritur & increscit, aliterq; aduersus alium habeat, neq; aduersus eundem pariter sensu: intellectibilis formam aliam. Est enim

*Alii, vagũ

Et solida & simul immota atq; etiam ingenerata,

vt ille ait, similisq; sibiipsi & stabilis sui natura. Hæc cauillans ex voce Colotes, verbisq; non re vellicans eius dicta, semel dictitat eum conuellere vniuersitatem: quod ens esse Parmenides vnum constituat. Hic vero neutram euertit naturam, verum vtriq;, quod ei conuenit, tribuens, vnius & entis speciei assignat intellectibile: qui ens vt æternum & immortale, vnum similitudine secum, & quia non admittit differentiam, appellat: incinditæ & vagæ sensibile: quarum etiam videre est arbitrum,

Hæc verum retinet, syncerum, morigerumq;,

Intellectibile & eodem in statu permanens similiter attingens,

Decreta illa hominum, non certa fides quibus hæret,

quod cum excipientibus omnis generis vicissitudines, affectus, & disparitates versentur rebus. Et quidem, qui reliquisset sensum & opinionem, qui sensibile non reliquerit neq; opinabile, dicere nequeas, sed ei, quod reuera existit, conuenit perpetuo esse. Hæc autem nunc sunt, nunc non sunt: sed variant inflectuntq; naturam suam assidue, vt aliam citius quam illius entis quærant appellationem. Habitus ergo de ente vnum id esse sermo ille fuit non opinabilium & sensibilium dissolutio, sed eorum ab intellectibili dissociationis indicatio. Quam dum etiam dilucidius in commentario de speciebus Plato ostendit, materiam obstrepẽdi sibi dedit Coloti. Quare quæ contra hunc sunt dicta, visum mihi est deinceps tractare. Ac primum industriam & insignem eruditionem huius philosophi contemplemur: quod dogmata hæc Platonis comprobauerint Aristoteles, Xenocrates, Theophrastus, omnes denique Peripatetici. Vbi de terra inhabitabili librum scripsit? vt tu his congerendis criminibus non voluas illorum commentarios, neque sumas in manus Aristotelis librum de cœlo & de anima: Theophrasti contra physicos scripta, Heracliti Zoroastrem, librum de inferis, & illum de quæstionibus naturalibus, Dicæarchi scripta de anima: in quibus de primis & maximis decretis naturalibus cum Platone concertant perpetuo & pugnant. Iam reliquorum Peripateticorum longe princeps Strato neque Aristoteli in multis assentitur, & diuersa ac Plato de motu, de mente, de anima, de generatione sensit. Ipsum deniq; mundum esse negat animantem, ac naturale comitans esse ait fortuito. Quippe principium præberi à temeritate, post effici quemque affectum naturalem. Species quidem certe, quarum causa insectatur Platonem, dum passim exagitat, omnibusque inuoluit nodis Aristoteles in commentariis ethicis & physicis, illis populariter scriptis dialogis, quos ἐξωτερικὰς dicunt, disputare quibusdam videtur ambitiosius quam pro Philosopho

ex his se

ex hisce decretis: quasi hoc ageret, vt Platonis philosophiam conuelleret, tantum aberat, vt eum sequeretur. Cuius ergo licentiæ est, cum illorum virorum non cognouisset placita, falso eis affingere ea, quæ nunquam probauerunt, & cum sibi persuasisset alios se reprehendere, quasi tabulis à se consignatis inertiam suam prodere & audaciam, dum concinere iactat diffidentes & repugnantes suffragari. Esto, ait Plato, equos à nobis vane equos haberi & homines. Vbinam hoc in Platonis scriptis inuenit occultatum Colotes? Nam nos quidem hominem hominem, equum equum, ignem ignem ab eo opinatum vbiq; legimus, sicut opinabile horum quodq; vocat. Iste vero quasi tantulum absit à sapientia, pro vno & eodem accepit non esse hominem ac esse non existens, cum tamen maiorem in modum inter esse Plato inter non esse & non existés esse existimauerit. Quippe superiore omnis essentiæ euersionem, hoc diuersitatem significari participati & participis, quam isti in generis, formæ & communium certarum ac peculiarium proprietatum differentiam redegerunt tantum, sed altius non subuolauerunt in difficultates spinosiores delapsi. Siquidem ratio est participati cum participe eadem, quam habet causa cum materia, * & exemplum cum imagine, & potentia cum affectu. Qua quidem certe maxime quod per seipsum est & idem, semper distat ab altero, & eo quod nunquam eodem est in statu. Quandoquidem illud neq; erit vnquam, quin existat, neq; fuit, atq; idcirco omnino & reuera existens est, hoc neq; quatenus ab alio forte particeps factum est. vt sit, stabile est, sed degenerat ex imbecillitate, quod circa formam materia labatur, affectusq; multos & vices in essentiæ figuram, vt moueatur & agitetur, accipiat. Quomodo igitur Platonem, qui dicit Platonis non esse imaginem, non tollit in eis vt imaginis sensum & substantiam, sed ostendit cuiuspiam, quod per se existit, & alterius, quod ad illud est factum, discrimen, sic neq; naturam neq; vsum neque sensum euertunt hominum illi qui communis cuiusdam communione peculiari fieri nostrum quemq; imaginem eius, quod conciliauit generationi affinitatem, dicunt? Neq; enim qui negat esse ferrum ignitum ignem vel lunam solem, sed vt verbis Parmenidis vtar,

*alij, non.

Noctē per errantem tellurem lucem alienam:

perimit ferri vsum vel naturam lunæ, verum si reclamet corpus esse & collustratum, iam sensibus repugnet, sicut qui corpus, animantem, generationem & sensum infirmat. Qui vero hæc in consortium venire essentiæ, & quantum cedant ei, quod existit semper, & vt existant, præbet eis, opinatur, hic cœcutit in sensibili, sed intellectibili neque sustollit, qui nobis existunt & apparent, affectus: verum esse firmiora his alia & stabiliora ad essentiam, quod non nascantur neque intereant, neque patiantur quicquam, ostendit docilibus, docetq; clarius discrimen designando ipsis nominibus: vt alia existentia, alia nascentia siue orientia appellemus. Hoc iunioribus quoque vsuuenit. Siquidem multas res & magnas existentis spoliant vocabulo, inane, tempus, locum, breui eligendorum genus: in quo vera sunt omnia. Hæc enim, cum sint: non esse, & quædam esse aiunt: quibus vt subsistentibus & existentibus in vita & philosophando vtuntur perpetuo. Cæterum ipsum accusatorem libenter rogem: in suisne ipsorum rebus hanc animaduerterint distinctionem, iuxta quam alia sunt stabili & immutabili essentia: sicut etiam atomos rigiditate & soliditate in æternum eodem manere statu perhibent: coagmenta autem omnia fluida sint, varient, nascantur, & intereant infinitis abscedentibus & diffluentibus speciebus, infinitis viceuersa aliis, vt est consentaneum, ex aere affluentibus & aceruum explentibus, qui variatur ab hac conuersione & transfunditur: quod nimirum atomi, quæ in coagmenti sunt alto nunquam motum desinere, vt ipsi prædicant, vel concussum inter se valeant. Cæterum est in rebus quidem ea essentiæ disparitas. Enimuero intelligentior Platone Epicurus, quatenus omnia pariter existentia appellat, quod intractabile est vacuum: quod renititur, corpus: coagmenta principia, qui ne in communis quidem consortium essentiæ venire existimat æternum cum nascente, immortale cum corruptibili: impatibiles, durantes, immutabiles, & eas naturas: quæ nunquam amittere, quin sint, possunt: cum his, quorum in patiendo & vertendo se consistit essentia, quæ nullo tempore pari modo se habent. Quod si vere, quam maxime fieri potest, titubauit in his Plato, improperari debuerat ei vocabulorum confusio ab his accuratius Græce loquentibus, & liquidius differentibus: non quasi res nobis & vitam eripiat, in crimen vocari: quod nascentia & non existentia sicut hi appellauerit. Cæterum quia Socratem post Parmenidem transiliuimus, est hic quoque vindicandus. Mox autem sermonem à sacra mouit anchora Colotes, ac postquam iactauit sortes, quas nouimus omnes, retulisse Delphis de Socrate Chærephontem, sic ait. Ac Chærephontis quidem dissertationem, quando plane est captiosa & importuna, relinquemus. Importunus ergo, qui id literis mandauit oraculum, vt alios taceam, Plato. Importuniores Lacedæmonii, qui sortes de Lycurgo in vetustissimis habent actis. Captiosa Themistoclis dissertatio, qua Atheniensibus. vt vrbem desererent, impulsis prælio nauali barbarum superauit. Importuni Græciæ legumlatores, qui plera-

que

quę sacra ex Apollinis responsis instituere. Itaq; si de Socrate viro ad virtutem lymphato relata vt de sapiente dictio importuna fuit & captiosa: quo nomine merito appellabimus vestros strepitus, vlulatus, mixtos cum plausu fremitus, & iactantias: quibus in cœlum fertis, consecratis, & laudibus celebratis ad voluptates inuitantem perpetuas & crebras? qui in epistola ad Anaxarchum hæc scripsit: Ego autem ad voluptates assiduas cohortor, non ad inanes & futiles virtutes, quæ spem fruitionis habent turbidam. Attamen Timarchum Metrodorus prouocans ait: Faciamus aliquid honesti honestorum causa, pene demersi similibus motibus; ac salute dicta vitæ abiectæ concedentes in Epicuri vere diuina Orgia. Colotes autem ipse de natura disserentem audiens Epicurum propere genibus eius accidit: atq; hæc glorians ipse scribit Epicurus. Postquam venerantem te ea, quæ tunc à nobis memorabantur, cœpit mirificum desiderium: vt amplectereris nos genua nostra attingens & omnem solitum gustares in deferendis honoribus & supplicationib. stuporem. Efficiebas ergo, inquit, vt nos quoq; te vicissim cōsecraremus & veneraremur. Ignoscendum herclé hæc dicentibus. Nam omnes optent illius spectaculi pictam imaginem contemplari: qua alter genibus aduoluitur & amplectitur, alter inuicem veneratur adoratq;: haud accepit tamen cultus hic quantumuis belle à Colote concinnatus meritum fructum. Neq; enim renunciatus est sapiens: verum immortalis mihi, inquit, obambula ac nos immortales habe. Atqui cum huiusmodi dictorum, motionum, & studiorum inter se sint conscii, alios importunos vocant. Et vero etiam cū suggereret subtilia hæc & præclara de sensibus Colotes: cibum esse nos, non fœnum: flumina, si magna sint, transmittere nauigiis: si vado transiri possunt, pedibus: exclamauit, At enim sermones Socrate vanos affectasti: atq; alia in colloquiis expromebas, alia agebas. An non vana Socratis dicta, qui nihil se perhibebat scire, sed discere semper & verum inquirere? Quod si in eiuscemodi Colote incidisses Socratis voces, quales scribit ad Idomenea Epicurus: Mitte igitur nobis primitias ad diuini corporis cultum pro te liberisq; tuis. Ita enim mihi in mentem venit dicere: Quæ cedo verba vsurpares insulsiora? Atqui Socratem aliter dixisse, aliter egisse, egregie testantur tibi gesta eius Delii, Potidææ, facta sub triginta tyrannis, acta cum Archelao, illa cum populo, paupertas, mors. Nempe non respondent hæc dictis Socraticis. Eo homo præclare Socrates redargui potuisset, quod aliter diceret, aliter faceret: si summum bonum ponens in iucunde viuendo ita vixisset. Hactenus maledictis respondimus. Quod autem, quæ obiecit de euidentibus, his ipse teneatur, non perspexit. Siquidem est ex Epicuri dogmatibus vnum, nihil quenquam præter sapientem firmiter credere. Quando igitur non fuit Colotes sapiens, ne post venerationes quidem illas: interroget illa primo, cur cibis vescatur, non fœno, dignus qui id faciat, palliumq; corpori non columnæ iniiciat: cum neq; pallium esse pallium, neq; cibum esse cibum firmiter credat. Quod si & hæc agit, & amnes, si quando magni sint, pedibus non transit, serpentesq; refugit & lupos, cum nihil horum esse, vt videtur, firmiter credat, sed agat quæq; prout apparent: neq; profecto obstitit quicquam Socrati opinio de sensibus, quin apparentibus pariter vteretur. Neq; enim, si Coloti panis videbatur panis, & fœnum fœnum, quia cœlo delapsos voluerat canonas: Socrates ex insolentia panis vt fœni, fœni vt panis imaginationem cepit. Nam dogmatibus quam nos & præceptis vtuntur hi sapientes potioribus. Ac sentire & informari ab euidentibus communis est passio, quæ causis efficitur temerariis. Enimuero illa, quæ sensus subiicit doctrina non esse certos neq; ad fidem faciendam firmos, non tollit quin nobis vnaquæque res apparet: sed vtentibus vt res apparent ad actiones sensibus, vt fidem adiungamus eis sicut veris vndequaq; & fixæ, non largitur. Quod enim necessarium ex iis est & conducibile, id sufficit: quoniam non est aliud melius. Cæterum quam desiderat animus studiosus scientiam de singulis & cognitionem adipisci, eam non habent. Sed de his igitur agendi præbebit Colotes qui hęc multis improperauit, copiam. At vbi impense deridet & eleuat Socratem quærentem, quid homo sit: & insolenter agentem, vt iactat: qui ait ne se quidem scire, ostendit se nunquā in eo fuisse. Heraclitus vero quasi rem magnam & præclaram designasset: Dubitabam, inquit, de memetipso: atque ex scriptis apud Delphos diuinissimum videbatur hoc, Nosce teipsum. Quod certe scriptum ita dubitandi etiam Socrati & quærendi, vt memorat in Platonicis Aristoteles, dedit occasionem. Sed hoc Coloti ridiculum apparet. Quin igitur æque insultat in præceptorem suum, qui idem admittit, quoties scribit & agit de animæ essentia & congerie, quæ fuit in exordio. Nam si compositum ex ambobus, vt ipsimet volunt, corpore tali & anima homo est: qui inuestigat animæ naturam, is hominis ex pręstantiore principio naturam inuestigat. Esse autem huius contortam rationi speculationem, & quæ sensum fugiat, id ne à Socrate sophista & inepto homine, sed à sapientibus his discamus: qui vsq; ad animæ vires in carne, quibus calorem, mollitudinem, & robur corpori præbet, essentiam eius compingunt ex materia quapiam calida, spiritali, & aerea, nec tamen euadunt ad id, quod omnium est præcipuum, sed elan-

elanguescunt. Illud enim, quo iudicat, quo meminit, diligit, odit: deniq; quo sapit & ratiocina-
tur, ex qualitate quapiam innominata ingigni ostendit. Iam pudendæ inscitię esse hoc innomi-
natum confessionem, non habere quemadmodum nominent, dicentium, quod intelligere ne-
queunt non latet nos. Sed donetur etiam in hoc venia, vt aiunt. Quippe apparet non vulgare
esse neq; procliue, neq; cuiusuis hoc exploratum habere: verum abditum in tortuosum locum,
& mire inuolutum, cui appellatio in tam multis, qua significetur, est propria nulla. Itaq; non est
Socrates ineptus, qui, qui esset ipse, quærebat: verum omnes, qui aliud quicquam præ hoc quæ-
rere instituunt: quod, cuius est cognitio necessaria, adeo id ad inueniendum sit impeditum.
Quippe nullius speret se alterius assecuturum notitiam ille, qui potissimã sui partem percipere
nequiuit. Cæterũ demus, ei nihil perinde, vt quærere, qui ipse sit, infrugiferum esse & importu-
num: iam rogemus, quæ hæc confusio sit vitæ, aut quo pacto in vita permanere non valeat ille,
qui forte apud seipsum reputet: Cedo qui nam hic sum ego? Vtrum concrementi more confu-
sum quid ex animo & corpore, an potius corpore vtens animus: sicut vir equestris, qui equo vti-
tur, non compositum ex equo & viro: an vero princeps animi pars, qua sapimus, qua ratiocina-
mur, qua agimus, quisq; nostrum: reliquæ vero partes tam animi quam corporis virtutis animi
sint organa? An deniq; essentia est nulla animi, sed ipsũ corpus temperatum sapiendi & viuendi
obtinet vim? At his non euertit Socrates vitam, quæ omnes physici indagant: sed illa in Phædro
sunt monstrosa, quæ actus perturbant omnes: vbi existimat sibi ipsum esse contemplandum, Ty-
phone sit belua magis multiformis & insidiosior, an diuinæ alicuius & solidæ partis natura par-
ticeps. Atqui his certe considerationibus non vitam tollebat, sed vecordiam ex vita exigebat &
fastum, odiosasq; & immodicas arrogantias & iactantias. Hic est enim Typhon & fastus, quem
copiose infundit vobis doctor vester deûm & virorum hostis diuinorum. Secundum Socratem
& Platonem oppugnat Stilponem: cuius quam fuerint vera dogmata & præcepta, quibus se,
patriam, amicos & reges eius studiosos componebat, non scripsit, neq; quanta huius viri animo
inesset cum lenitate & moderatione grauitas: verum ex sermocinationibus, quas ludens & io-
cans cum sophistis proiecit, vnam retulit: neq; ea impugnata vel diluta probabilitate tragœdi-
am mouet Stilponi, labefactariq; iactat ab eo vitam: quod aliud dicat de alio non prædicari. Nã
quo pacto vitam agemus, si non dicamus hominem probum, hominem ducem: sed hominem
hominem & seorsum probum probum, ducem ducem: neq; equites infinitos, neq; vrbem mu-
nitam, sed equites equites, infinitos infinitos, itemq; cætera. Quis autem ideo incommodius
vixit homo: Quis vero eam orationem simul atq; audiuit, non percepit iocantis esse docte, aut
meditationem hanc ponentis dialecticam? Non est Colote, hominem non dicere probum, ne-
que equitatum infinitum absurdum: sed deum negare neq; putare deum esse, quod facitis vos:
qui Iouem Natalitium, Cererem Legiferam, Neptunum Satorem confiteri recusatis. Hęc pra-
ua est nominum distractio, hæc vitam impia dissolutione & audacia implet: dum copulata diis
vocabula auellendo simul tollitis sacrificia, mysteria, supplicationes, festa. Cui enim operabi-
mur sacris, quæ protelia dicuntur? Cui soteria? Quomodo phosphoria, Bacchanalia, sacra nu-
ptiarum initiariua agemus: si non relinquimus Bacchos, Luciferos, Proetosios, & Seruatores?
Hæc enim tentant summa & maxima, atq; res implicant fallacia, non voces, non dictionum cõ-
structionem, non nominum vsum. Nam si hæc quoq; vitam labefactant, qui magis quam vos in
loquendi proprietate offendunt? qui cum dictionum genus essentiam sermonis faciatis, fundi-
tus tollitis voces: & cum tumultuarias & temere oblatas tantum relinquitis, significationes ea-
rum res, per quas fiunt disciplinæ, doctrinas, anticipatas animo informationes, intelligentias,
impulsus, assensiones in totum esse negatis. Verumtamen: quod ad Stilponem attinet, ita se ha-
bet. Si de equo currere prædicamus, inficiatur id, quod prædicatur, idem esse illi, de quo prædi-
catur: sed diuersam esse de homine, quid sit, reddendam rationem, diuersam de bono: iam equũ
esse, ad hoc currentem esse, differre. Siquidem quando poscitur à nobis vtriusq; ratio, non ean-
dem de ambobus reddimus. Ita peccare illos, qui de altero alterum prædicant, contendit. Ete-
nim si idem est homini bonum & equo currere: quin etiam de cibo & medicamento bonũ præ-
dicatur, & vero etiam de leone & cane currere. Sed quia diuersum est, quod prædicatur, idcirco
parum recte hominem bonum & equum dicimus currere. Si in his acriter fodicat Stilpo, dum
eorum, quæ in subiecto & de subiecto dicuntur, nullam relinquit cum subiecto contextionem:
verum vnumquodque eorum, nisi plane idem illi, cui acciderit, dicatur: nec vt accidens dicen-
dum de eo existimat: à vocibus nonnullis auersum se esse & repugnare consuetudini, non
vitam tollere, neque actus rerum conuellere ostendit. Postquam iam discessit Colotes ab
antiquis, ad suæ ætatis philosophos se conuertit, nullum appellans: quamuis decebat & illos
quoque refellere nominatim, aut ne veteres quidem. Verum qui Socratem, Platonem, & Par-
menidem tam crebro perstrinxit stylo, trepidare se viuentes prodit, non modestum ex vere-
cundia,

cundia,quam non detulit præstantiorib. præstare. Instituit priores,ni fallor,vellicare Cyrenaicos,inde Arcesilai asseclas Academicos. Siquidē hi erant,de omnib. qui assensum retinebant: illi animi motus & visiones in seipsos ponentes, non arbitrabantur horum fidem ad affirmandū de rebus satis esse:sed velut in obsidione abscedentes ab illis,qui foris sunt,intra animi mot^9 concluserunt semetipsos:atq; hoc verbū,Videtur,ponunt,& de externis negant,Est. Quapropter negat eos viuere posse Colotes vel rebus vti. Mox illudens:Hi inquit,hominē,equum,murum esse non dicunt:sed se mutari equiri,& hominari. Vbi primum ipsa sycophantarum more fraudulenter vsurpat vocabula. Sunt enim hæc profectò etiam illis cōsentanea:sed decebat, vt docent illi,rem ipsam exponere. Nam dulcescere dicūt & amarescere,collustrari & inumbrati: cum singuli hi affectus peculiarē in seipsis efficaciam atq; indiuulsam cōtineant. Quod si dulce mel,amarus oleæ ramus,frigidam grandinē,calidum vinū,tenebrosum noctis aërem esse dicamus:reclamare frequentes & bestias & res & homines ex quib. alij abhorrent à melle,alij oleæ ramo delectantur,adurūtur à grandine,à vino refrigerātur,caligant in sole,nocte cernunt. Itaq; persistens in affectibus opinatio ab offendēdo se cōseruat. Simulatq; inde extulit se ac scrupulose iudicat & affirmat de externis; cum seipsa sæpe solicitat,tum pugnat cum aliis qui ab ijsdē contra afficiuntur ac visiones accipiunt diuersas. At Coloti idem vsuuenire apparet quod pueris,qui modo discere literas cœperunt. Hi notas assuescentes in tabulis proferre: quando extra eas in alijs descriptas conspiciunt,hæsitant & fluctuantur. Namq; hic, q̄ in Epicuri scriptis exosculatur & amplectitur præceptā, ea non assequitur neque agnoscit ab alijs relata. Qui enim, quando species occurrit nobis rotunda,& alia infracta,sensui vere formā aiunt imprimi, sed affirmare non concedunt esse rotundam turrim & remum infractum: hi motus animi sui & visa stabiliunt,externa vero patitet comparata esse detrectant fateri: sed vt illis equiri & murari est dicendū,non equus aut murus:perinde turbinari & incuruari turrim & aciem, non incuruam vel turbinatam dicere est necesse Nam visum,à quo affecta est oculorum acies, infractū est: remus,à quo manauit visum,nō est infractus Cum igitur affectus à subiecto foris dissideat: vel inhæreat persuasio oportet affectui, vel essentia apparendo ad affirmandum coarguatur:non vociferandum nec stomachandum de sensu. Porro non dicunt, quod foris est, esse calidū: sed affectus,qui in eo extitit,euasit talis. Itaq; idē est ei,quod de gustu refertur:quod id, quod foris est; esse neget dulce,sed affectum quendā & motum in eo extitisse talem. Qui vero imaginis humanæ oblatam esse visionem ait sibi,sed an homo sit,nō sentire:qua ex occasione ita censet,nonne inductus ab illis: qui figuræ incuruæ visionem accepisse referunt se:an vero incuruū sit, non etiam confirmare oculos,neq; an rotundum ? verum visum aliquod falsum in eis & impressio facta est figuræ teretis. Sane dixerit aliquis. At ego, pŏstquam accessi ad turrim & remū attigi: dicam hunc esse rectum,illam multorum angulorū. Ille etiam si prope accesserit, videri & apparere,nihil præterea confitebitur. Certe,cū huius magis homo præclare consequens cernas, & serues hoc,visionem esse omnē æque dignam,cui de se fides habeatur,de alio nullam, sed pariter habere. Tu vero perdis hoc,omnes veras esse, vanam & falsam nullā: si his arbitrare de extra positis assentiendū:illis vltra quam quod afficiare, nihil credebas. Nā si æquè se habent, quando prope admotæ sunt vt remotæ,ad fidem:aut vt omnibus,aut ne his quidē par est vt comitetur iudicium,quod affirmat esse. Sin discrimen oritur affectus disiunctis & adiunctis: falsum est neq; visionem neq; sensum alio alium dilucidiorē esse:sicut testationes,quas dicunt, nihil sunt ad sensum,sed ad opinionem. Itaq; in illis de extra positis præcipiunt affectus suis proferre opinionis iudicium, esse:dum vero affectui apparentiam attribuunt,ab eo quod ex toto verum est; iudicium ad vanum frequenter traducunt. Cæterum hæc quantam habeant confusionem & pugnam secum,quid attinet hoc loco cōmemorare. Enimuero Arcesilai apparet gloriam non mediocriter in Epicuri oculos incurrisse:quod illo seculo præ ceteris philosophis esset celebratus. Quippe cum perhibet, cum nihil de suo adfetat, existimationem imprimere atq; opinionem illiteratis hominibus,quasi literatus & eruditus sit. Arcesilaus vero tantū abfuit, ex nouitate vt gloriam aliquā affectaret,vt ei exprobrarent illius temporis sophistæ,quod Socrati, Platoni Parmenidi,& Heraclito dogmata de assensus retētione & nihil cōprehendi posse delegaret,qui illud non quæreret,sed quo quasi reduceret illa ad viros illustres, atq; eorū confirmaret authoritate. De quo quidē Coloti gratias habemus & omni alij, qui doctrinam Academicam altius repetendam asserit. At assensus de omnibus retentionem ne illi quidem, qui ea in re elaborauerunt & contenderunt multis conscriptis commentariis & præceptis, mouerunt; cæterum ex ipsa Stoa tandem tanquam Gorgona inertiam inuehentes elanguere, vbi omnia molienti bus eis & versantibus nō respondit impulsus vt euaderet assensus, neq; propensionib. exordium accepit sensum, verum sua sponte ducem esse apparuit cum ad actiones, non indigentem assensus. Iusti enim sunt cum illis conflictus, Et,

Si qua dixisti,paria in te conijcientur.

de iis, quæ sub sensum cadunt, & de visionibus, germanæ sint an mentitę, quam opinionem nō fluctuare faciunt, quam vero non sursum atque deorsum mouent assensionem & iudicium. Quippe si non temulenti neque potionati, neque delirantes, sed sicci, sani, & cū scribunt de veritate, de canonibus & partibus animi rerum æstimatricibus in affectibus & motibus manifestissimis sensus vel quod existere non valet, verum: vel verum esse falsum & existere non posse statuunt, mirandum est: neque incredibile, quod nullum sit eis de apparentibus iudicium, verum quod diuersa habeant. Siquidem neutrum statuere & assensum retinere de oppositis, quā pugnantia inter se & contraria dicere, minus mirere. Quoniam qui neque affirmat neq; negat, sed silet: hic minus astruendi opinionem quam qui negat, & neganti quā qui astruit, repugnat.
10 Quod si de his retinere possumus assensum: nihil impedit, quin de alijs quoq; possimus, ex sententia certe vestra, qui nihil inter sensum & sensum, inter visionem & visionem quicquam interesse putatis. Non est ergo de assensus retentione doctrina, vt censet Colotes, fabula neq; adolescentium captura loquacium & temerariorum, sed habitus & tenor animi, qui cauet sedulo, ne fallatur: neque permittit ita coniectura ductis & inconstantibus sensibus iudicium, neque errorem sequitur horum: qui incerta, si appareant, fidem aiunt obtinere: cum instabilitatem & incertitudinem in apparentibus tantam conspiciunt. Sed fabula est infinitas & imagines. Temeritate & dicacitate imbuit iuuentutem ille, qui de Pythocle haud dum annos nato octodecim scribit, non esse indolem tota in Græcia præstantiorem: monstrose, vt edere valeat eius ingenium, & accidere sibi, quod mulieribus solet, optans, ne adolescentis excellentia in in-
20 uidiam & obtrectationem vertat. Sophistæ sunt & insolentes, qui in viros claros adeo petulanter & arroganter scribunt. Quanquam Plato, Aristoteles, Theophrastus, & Democritus superioribus reclamauerunt: at librum eum inscriptione eiuscemodi simul aduersus omnes nemo sustinuit alius vulgare. Quare sicut qui piaculum in deos admisere, prodens improbitates suas in calce iam libri ait Leges, quæ ordinauerunt mores, ius ciuile, regibus vrbes & magistratibus constituerunt, multum quietis & ocij procurasse & tumultus arcuisse. Quæ si quis soluerit, vitam acturos nos beluinam, & obuium ab incidente deuoratum iri. Nam hoc Colotes ad verbum exprompsit parum recte vel vere. Quando si euerteris leges, & Parmenidis, Socratis, Heracliti, & Platonis reliqueris placita, minime deuorauerimus alter alterū & more ferino viximus. Extimescemus enim turpia, in honore habebimus honesti gratia iustitiam: si deos, ma-
30 gistratus bonos & lares habere nos vitæ custodes arbitremur: æque quicquid auri super terram vel sub terra est, cum virtute conferemus: faciemusque vltro per doctrinam, vt ait Xenocrates, quæ nunc propter leges inuiti. Quomodo igitur erit bestialis, fera, atque insocialis vita nostra? Quando, licet approbentur leges, maneant tamen quæ concitent ad voluptatē præcepta deorum prouidentia repudietur, sapientes numerent eos, qui honestum respuant, si absit voluptas, subsannent hæc & rideant:

Nil iustitiæ est oculum possit quod fallere. Et,

Prope est deus stans, conspicit qui cominus.

Sicut profecto in veteri prouerbio est,

Caput simul mediumq; qui tenet

40 Vniuersitatis, recta via incedit circulans:

Iustitia hunc sequitur

vindex eorum, qui legem diuinam non sectantur. Nam hæc qui contemnunt vt fabulas, & ventre summum bonum metiuntur, *ac reliquos labores subeūt, per quos accersitur volupras: his opus timore est, his verberibus, & rege aliquo & magistratu, vindictam qui in manu habeat, ne proximos deuorent ex ingluuie, quæ impietate insolescat. Etenim bestiarum ea est vita: quod voluptate nihil norint rectius, neque deorum vindictam sciant, neq; pulchritudinem venerentur virtutis. Cæterum si qua prædite sint audacia vel versutia vel industria ex natura, eas ad corporis voluptatem atque ad explendam vtuntur appetitionem. Itaque sapiens habetur Metrodorus, quod dicat præclara omnia & scita & exquisita animi adinuenta ad voluptatem corpori conciliandum atque huius causa sperandæ constituta esse: ac quicquid agitur, nisi eo dirigatur,
50 esse inane. Per hasce disputationes & commentationes sublatis legibus vngues luporum, dētes leonum, boum ventres, camelorum colla, & hos affectus & dogmata alligant sibi doctrinæ & literarum inopia. Feræ rugitibus & hinnitibus & fremitibus vtuntur: omnisque spectat vox earum ad ventris & corporis voluptatem: quam amplectuntur præsentem & abblandiuntur expectatæ, nisi quæ garrula natura & loquax sit. Nullus igitur laudem meretur ex iis, qui ad motus hosce beluinos leges tulerunt, rerumpub. regendarum rationes, magistratus, & legū ordinem digesserunt. Atqui sunt, hæc qui permisceuerunt & funditus peruerterunt? Nonne illi, qui magnæ imperia non comparanda cū confusionis corona esse iactant: Nonne qui regnare peccatum esse & errorem asserunt, & scribūt in hæc verba. Quod explicandum sit, quem admodū

*Puto legendum, reliquos labores numerans, per quos non accersitur voluptas.

optime quis naturæ finem tueatur, & quemadmodũ nemo vltro accessurus sit à primo ad multitudinis regimen. Hæc insuper præter illa. Non sunt igitur posthac conseruandi Græci, neq; sapientiæ nomine coronã ab eis debet quis consequi: sed esse & bibere Timocrate sine corporis iniuria & ad eius delinimentum. Atqui illius certe, quam Colotes commendat, legum digestionis caput est ac summa, opinio de diis: qua etiam Lycurgus Lacedæmonios, Numa Romanos, Athenienses Ion ille priscus, Græcos propè omnes Deucalion ad religionem conuerterũt: & precibus, iuramentis, vaticinijs, deorũ responsis inflammatos ad deos colendos per spem & metum reddidere. Inuenias, si visetis, vrbes mœnijs nudas, illiteratas, à dominatu liberas regio, vastas, inopes, pecuniæ non desiderantes, theatrorum & gymnasiorũ insolentes: sed delubris orbas nec vlla deorum religione tactas, votis nõ vtentes, nec iuramentis, nec vaticinijs, nec sacrificijs ob res lætas vel procurandorum gratia malorum, nemo est neque erit, qui contemplatus sit. Imo citius videatur mihi ciuitas sine solo, quam respub. opinione ex toto de dijs sublata constitui vel durare posse constitutam. Atqui hoc omnis vinculum societatis, hoc sanctionum fulcimentum non per ambages, neque rectè vel obscure, sed præcipuarum prima opinionum accersita illico euertunt. Mox quasi fame subacti rem indignam fatentur se designare, qui omnia iura confundant, & legũ conuellant ordinem, vt ne ignosci quidem eis possit. Nam ruere quidem in opinione etsi non sapientum, humanum est tamen. Cæterũ obijcere alijs ea, quæ ipsimet admittunt, hoc quibus verbis exprimas, si temperes appositis ei rei nominibus. Quippe si in Antidorum aut in sophistam scribens Bionem legum & reipub. ordinandæ mentionem fecisset, non illi diceres?

Mane miser tectis quietus in tuis,

ac cutem cura. Mecum de his, qui œconomice & politice vixerunt, expostulent. Fuerunt hi omnes, quos Colotes proscidit. Inter quos Democritus monet disciplinam esse ciuilem, quæ omnium sit prima, addiscendam, sectandosque labores: quibus ingens nomen & gloriam homines consequuntur. Parmenides optimis legibus patriam exornauit suam: vt magistratus quoquo anno ciues iureiurando perstitutos in Parmenidis legib. adigãt. Empedocles, qui ciuitatis primores libidinis & peculatus cõuicit, regionẽ sterilitate & lue liberauit, specubus mõtis, ex quibus Auster campum perflabat, oppilatis. Socrates post damnationem parato ei per amicos effugio non est vsus, quo legum authoritatem sanciret: sed mori iniuste maluit, quam violatis incolumis esse legibus. Melissus prætor patriæ suæ Athenienses prælio nauali contudit. Plato egregia quidem in scriptis reliquit de legibus & repub. temperanda præcepta: sed multo præstantiora familiaribus suis iussit. Quorũ præsidio per Dionẽ fuit Sicilia liberata, & Thracia per Pythonem & Heraclidem, qui Cotym interemerunt. Athenis Chabræ & Phociones ex Academia ad præturam peruenere. At Epicurus in Asiam ablegauit nonnullos ad insectandũ Timocratem, eiecitque hominẽ aulà regia, quod Metrodorum offendisset fratrem suum. Atque hæc in libris illorum sunt relata. Plato ex amicis suis misit Arcadibus ad ordinandam eorum rempub. Aristonimum, Elijs Phormionem, Menedemum Pyrrhæis. Iam Eudoxus Cnidijs, Aristoteles Stagiritis Platonis familiares leges scripserunt. A Xenocrate instituta regni Alexander petiuit. Porro ille, qui legatus fuit ab Græcis Asianis ad Alexandrum, atque eum ad conuertenda in barbaros arma potissimum accendit & acuit, Delius fuit Ephesius Platonis assecla. Quid quod Parmenidis alumnus Zeno facta in Demylum tyrannum conspiratione, cum successus eum fefellisset, in igne Parmenidis disciplinam sicut aurum puram & probã factis præstitit & ostendit, turpitudinem magno viro terribilẽ esse: cruciatu pueros, mulieres & mulierum animis præditos viros terreri. Quippe linguam suam abrosit expuitq; in tyrannum. At ex Epicuri doctrina & pręceptis nõ dico quis tyrannicida, aut quis victor, aut quis legislator, aut quis magistratus aut regis assessor aut populi princeps, quis tortus pro iustitia vel necatus fuerit: sed quis ex sapientibus istis nauẽ conscendit pro patria in legationem iuit, sumptũ fecit: Vbi ciuilis vlla est actio vestra literis mandata? Quanquam, q; in Piræeum descendisset stadia quadraginta Mithræ cuidam Syro ex cohorte regia, qui ad suppliciũ comprehensus erat, præsto futurus, Metrodorus ad omnes scripsit, epistolisque omnibus iactauit Epicurus, atque illud stet extulit. Quid erant facturi si tale quid effecissent, quale Aristoteles, qui patriã instaurauit à Philippo excisam: quale Theophrastus, qui bis patriam à tyrannis oppressam in libertatem vindicauit? Nonne prius desistere oportuisset ferre papyrum Ægyptum, quam de istis scribere hos defatigari? Neque hoc intolerandum sit: quod inter tam multos philosophos soli pene fuci commodorum ciuilium sint consortes: sed quod, cum tragœdiarum scriptores & comœdiarum vsque studeant aliquid, quod conducibile sit, de legibus & repub. efferre & dicere: hi etiam si scribant, ita scribant de repub. ne eã capessamus; de arte rhetorica, ne causas agamus: de regno, vt contubernium refugiamus regium: viros describunt politicos ad irridendam & conculcandam gloriam: ac verbis tantum Epaminondæ fuisse aliquid boni ferunt, atque hoc *μικρὸν*, id est,

id est, tantulum. Nã hoc verbum hic vsurpant, illumq; intestinum ferreum appellant: rogantq; quid illi acciderit, vt permearet medium Peloponnesum: & cui ne pileolus quidem esset, donum desideret, videlicet ventris curãdi prorsus securus. Quæ vero Metrodorus in libro de philosophia reipub. arcana prodens scripsit, non putaui prætereunda. Sapientes nonnullos ait ex profuso fastu tam probe intellexisse officium eius, vt impingerent, dum de moribus & virtute tractant, in easdem ac Lycurgus & Solon cupiditates. Ergo fastus fuit & effusus fastus, vt liberę essent Athenę, Spartæ pręclare institueretur respub. ne insolesceret iuuentus, neq; ex meretricibus quæreret liberos, ne opes, luxus, & improbitas, sed lex & iustitia in bisce ciuitatib. dominaretur. Nam hæ cupiditates fuerunt Solonis. Ac contumeliose Metrodorus subiecit supradi-
10 ctis. Quare decet ingenuum cum in omnes mortales, tum in Lycurgos hosce & Solones reuera cachinnum edere. Imo non ingenuus hic Metrodore est, sed illiberalis & effrenis: qui nec ingenua requirat flagra, sed astragaloten illam: qua Gallos. qui piaculum in matris magnæ Ideæ admittunt sacris, castigant. Est ea scutica ex implicitis astragalis vel nodosum lorum. Nam quod non legumlatoribus sed legibus reclamarent ex Epicuro audias licet. Rogat in disputando se, num aget quid sapiens, quod legibus sit interdictum, cum sciat id clam futurum: ac respondet non pronum esse plane id & aperte prædicare: Id est, agamus, sed fateri nolo. Iam ad Idomenea ni fallor scribens mandat ne mancipatam legibus & gloriæ ducat vitam, nisi quatenus per eum, qui cum versamur molestiam ex verberibus patiant. Itaq; si illi, qui leges & rerumpub. ordinẽ tollunt, vitam tollunt humanam: Epicurus autem & Metrodorus hoc agunt, dum asseclas suos
20 reuocant à repub. capessenda, capessentibus eam sunt infensi, primos & sapientissimos legulatores concidunt, ad leges hortantur contemnendas, nisi verberum & vindictæ formido adsit: haud video, quid tantopere onerauit mendaciis Colotes alios, quantopere Epicuri doctrinam & præcepta vere obtriuit.

PLVTARCHI
Quæstiones Platonicæ.

QVID ita Socrati pręcepit deus, alijs vt obstetricaretur, ipsum liberos vetuit procreare, sicut in Theæteto refertur. Neque enim si cauillaretur & luderet, nomine esset abusus dei. Imo vero in Theæteto multa grandia & pomposa Socrati attribuit, ex
30 quibus hæc sunt. Sane multi quidem homo præclare eo in me sunt animo, vt sine vlla dissimulatione, si quando ineptias aliquas eorum præcidam, mordeant me, neque hoc me facere arbitrantur beneuolentia. Qui certe falluntur multum: quod nesciant nullum deum male hominibus velle, neq; maleuolentia ego eiuscemodi quicquam facio. Cæterum vt falso assentiar & supprimam verum, id mihi fas non est. Vtrum igitur indolem suam vt acutiore iudicio præditam & vegetiorem deum appellauit Menandri exemplo:

Mens est enim nostra hic deus.

Et Heraclitus: Indoles hominis deus est? An vero cœlestis aliquis reapse & diuinus author ad
40 hoc genus enim philosophiæ deduxit: quo alios explorans assidue, fastu, errore, & insolentia eos expediuit, & ne molesti essent primum sibimetipsi, deinde familiaribus. Siquidem tunc quasi casu accidit, vt sophistarum in Græcia magnus prouentus esset: à quibus iuuentus magna mercede arrogantiam, sapientiæ ostentationem, & garriendi studium bauriebat, cum congressus & disputationes steriles per rixas & concertationes agitaret: quod autem honestum esset & frugiferum, nihil. Socrates igitur, cuius fuit refellens oratio sicut medicamentum purgans, magna cum authoritate coarguebat alios, quod affirmaret nihil: grauiusq; pungebat, dum putabant in communi quærere eum verum, non suæ opinioni seruire. Deinde res vtilis alios explorandi distinetur, si generes. Cæcutit enim in re amata is, qui amat. Diligitur autem ex propriis nihil perinde ac opinio & oratio ab eatũ parente. Nam quæ inter liberos iustissima appellatur parti-
50 tio, ea quo ad sermones est iniquissima: quod illic capiundum sit, quod suum est, hic quod optimum, licet sit alienum. Hinc qui propria generat, iudex fit deterior aliorum. Ac quomodo. Elios sophista quidam fore ait arbitros iudicetorum Olympicorum meliores, si Eliorum nemo certaret, sic qui sermonibus præfuturus est recte: is non debet ipse victoriam captare, neq; certare cum ijs, de quibus est iudicium futurum. Græcorum duces suffragia de honore habendo ei, qui se gesserat præclarissime, cum laturi essent, semetipsum quisque iudicauit præstantissimum. Inter philosophos item, qui non pariter fecerit, est nemo: extra illos, qui vt Socrates profitentur nihil se suum afferere. Hi integros soli se atque innocentes veritatis iudices præbẽt. Vt enim qui in auribus est aër, nisi stabilis sit & voce vacet propria: sed sit tinnitus & stridoris plenus, haud exacte loquentes percipiat: ita iudicium de disputationib. philosophicis, si obstrepat

intrinsecus & resonet, ægre intelliget ea, q̃ extrinsecus dicũtur. Quippe domestica opinio & contubernalis quęcunq; recte agit, eorum habet philosophiam effectricem, reliquas omnes ad veritatem arbitras. Adhæc si nihil ab homine percipi vel cognosci potest, iure prohibuit ei deus friuola, falsa, & incerta producere: verum alios cogit eum vt detegeret, qui talia opinabantur. Neq; enim parum commodabat, sed quam plurimum, qui à summo malo errore & vanitate liberabat sermo. Neq; Æsculapij soboli certe hoc tribuit deus. Quippe nõ fuit Socratis medicina corporis, sed animi ægri & labefactati purgatio. Quod si veri est scientia, verum autem vnũ: non minus habet ille, qui ab eo qui non inuenit, didicit, quam ipse inuentor. Accipit vero eir, qui sibi non persuasit habere, atq; ex omnibus accipit optimum: sicut ille, qui non genuit liberos, optimum adoptat. Quid si cætera nullius erant momenti, poëmata, disciplinæ, oratorum dictiones, & dogmata sophistarum: quæ generare Socrati deus interdixit: quã vero vnam censebat Socrates sapientiam de deo & intellectibili, quam nominauit ille amatoriam: huius genitura vel inuentio hominibus nulla, sed est reminiscentia? Itaq; nihil docebat Socrates: sed ingressionem aperiens dubitationum sicut puerperij iuuenibus, excitabat suscitabat, & eliciebat genitiuas intelligentias: quod quidem obstetricandi artem dixit: non quæ extrinsecus infunderet, vt alij ostentabant, mentem illis, qui cum ipsis agebant: verum demonstraret habere eos, domi propriam, quæ aleret, rudem tamen & inconditam.

QVID supremum deum omnium parentem & creatorem nuncupauit? Vtrũ quia deorum genitorum & hominũ pater est, quam appellationem ei Homerus tribuit: creator vero rationе non vtentium & anima carentium. Neq; enim secundarum ait patrem vocari eum, qui contulit genituram, quamuis genitæ sint ex genitura. An translatione vtitur more suo, & autorem parentem mundi vocauit, vt sermonum amatoriorum Phædrum, qui eorũ fuit architectus parentem appellauit: Callipidam item in dialogo illi cognomini. Siquidem multi & præclari sermones illo elementum præbente generari philosophia poterant. An discrimen est inter patrem & creatorem, itemq; inter generationem & creationem: Sicut enim quod generatum est, idem est creatum, non vice versa: ita qui genuit, is etiã creauit. Animantis enim creatio generatio est: atq; à factore vel creatore, vt est ædificator, vel textor, vel lyræ artifex vel statuæ, opus est alienum, quod effectum est. At quod manauit à genitore principium & vis, id temperatum est cum genito, conseruatq; naturam eius, quæ fragmentũ & portio est genitoris. Quando igitur non conditis mundus neq; compactis conformis est opificiis, sed portio ei est larga vitalitatis & diuinitatis, quam ex se deus infundit materię confuditq; cum ea: haud immerito simul parens mundi, qui animalis natus est, & conditor nominatur. Hæc cũ inprimis consona sint Platonis sententiæ, aduerte animum, an illa quoq;, quæ dicam, conuenientia sint Duorum, ex quibus conflatus mundus est, corporis & animæ, supe- ius non genuit deus, verũ suppeditante materia formauit compegitq; certis finibus & figuris ligans & terminans infinitatem. Anima vero, quæ compos est mentis, rationis, & concinentiæ, non est opus modo dei, verum pars quoque neq; ab eo, sed de eo & ex eo est ficta. Atq; in Reipub. vniuersitate sicut vna linea in particulas dissecta impares, particulam iterũ vtranq; in duas sigillatim scindens eadẽ proportione: aspectabilisq; genus & illud intellectibilis omnibus illigans, ex intellectibili primum facit primas formas, deinde disciplinas. Ex eo, quod sensibus est subiectum, primũ, corpora solida, secundo loco imagines horum & spec es. Iam arbitrum singulis horum quatuor suum attribuit, mentẽ primo, intelligentiam disciplinis, sensibilibus fidem, speciebus & imaginibus effictionem. Quo igitur consilio in portiones vniuersitatem partitus est inæquales: & vtra portionum intellectibilis ue an sensibilis maior est: Nam ille non expressit. Atqui apparebit illico esse sensibilẽ maiorem. Quandoquidem essentia, quæ non dissecatur, & in suo statu persistit, ex intellectibilibus est, in breue & purum contracta. Quæ vero in corpora est diffusa & multiuaga, hæc sensibilem præbuit. Adhæc incorporei terminus proprius est. Corpus vero materia quidẽ immensum est atq; interminatum: euadit autem sensibile, quando intellectibilis consortio limitatum est. Præterea vt ipsorum sensibiliũ imagines obtinent singula plures, vmbrasque & species: & omnino vnum ad exemplum compluta simulachra fieri tam natura quam arte valentiᵗᵃ. ea, quæ hic sunt, ab illis, quæ illic, numero discrepent Platone authore est necesse: qui exẽpla & species intellectibilia sensibilium velut imaginum & figurarum ponit. Hoc amplius specierũ intellectus subducendo & resecando corpore consequẽs est disciplinatũ ordinẽ: qui deducit ex arithmetica in geometriam, hinc in astrologiam, postremo loco harmonicen ponit. Siquidem existunt geometrica, quando modus in molem incresçit: solida corpora, quando moles profunditatem accipit: astrologica, quando solidum motionem: harmonica, quando corpori, quod mouetur, vox accedit. Quare si detrahamus motis vocem, solidis motionem, profunditatem planis, molem modis: iam deuenerimus ad formas intellectibiles: inter quas nulla est vnius & solius gratia disparitas. Neque enim efficit monas numerum, nisi infinitam dyadẽ attigerit. Postquam

quam numerum ita teddidit in pūcta, mox in lineas, hinc planieies, profunditates, & corpora: progreditur etiam in qualitates corporum, quæ in affectibus existunt. Porro intellectibilium vna est mens arbitra. Etenim intelligentia mens est in disciplinis, cū in iis sicut in speculis intellectibilia appareant. Ad corpora cognoscenda propter eorum magnam vim quinq; facultates natura & discrepantes sensus nobis est largita. Non omnia tamē his assequitur, sed complura ob* tenuitatem effugiunt sensum. Quamobrem sicut licet nostrum quisq; ex anima & corpore constet, exiguus tamē animi principatus & intellectus est graui carnis mole inuolutus: sic verisimile est se habere in vniuersitate sensibile & intellectibile. Quippe principia præbent intellectibilia corporeis. Principio autem est omni laxius & maius id quod ex hoc oritur. Contatium hoc modo refellas. Primum dum comparamus intellectibilibus sensibilia, mortalia, quasi diuiuis adæquamus. Siquidem est deus in intellectibilibus. Iam vbique sane contentum minus continente est. Vniuersitatis autem natura intellectibili complectitur sensibile. Deus enim, qui in medio collocauit animam per totum pertingit, forisque corporibus vestiuit animam. Anima vero non cadit in conspectum, sensusq; effugit omnes: vt in legibus est expositum. Quocirca extinguitur vnusquisq; nostrum: Mundus non interibit. Nam in quoq; nostrum vim vitalem continet mortalitas & corruptio. In mundo contra à potentiore atq; immutabili virtute corporeum in medio cōprehensum conseruatur perpetuo: ac indiuiduū vel indiuisibile dicitur, corpus paruitate sua, incorporeum & intellectibile vt simplex, syncerum, atq; ab omni defecatum soliditate & differentia. Alioquin etiam de incorporeis stultū est ex corporeis cōiecturam capere. Præsens quidem & nunc, quod indiuiduum & indiuisibile vocatur, simul vbiq; instat, neq; est pars orbis exors vlla; sed omnes permotiones, actiones, interitus omnes & ortus, qui in mundo sunt, in præsenti & nunc continentur. Æstimatrix autem solius intellectibilis mens est, vt luminis visus ob simplicitatem & affinitatem. Corpora, quia multa discrimina habent & disparitates, alia alijs arbitris & sensibus, quasi organis naturaliter apprehenduntur. Nec vero virtutē nostram intellectibilem & intellectiuam contemnunt recte. Hæc enim, quæ multa est & ingens, omne exuperat sensibile atq; ad diuina vsq; pertinet. Quod vero maximū est, ipse in conuiuio, vbi docet, quemadmodum vsurpare amores debeamus, traducentes ab elegantiis sensibilibus ad intellectibiles animum, præcepit, ne corporis alicuius, neq; instituti, vel scientiæ splendori vllius submittamus nos vel seruiamus: sed vt rebus hisce sordidis salutem dicamus, atq; ad amplum nos vertamus honesti pelagus.

*Alij, longinquitatem.

Qvid autem, qui animam vbiq; antiquiorē asseruit esse corpore, huiusq; authorem & principium originis: è diuerso nō extituram ait animā fuisse absq; corpore, neq; absq; anima mentem: cæterum esse animam in corpore, & in anima mentem? Videbitur enim corpus & esse & non esse: quod simul cum anima extet, & generetur ab anima. An id, quod subinde dicimus verum est. Siquidem amens anima & informe corpus semper vna extiterunt, neutrumque ortū uel exordium est sortitum. Postquam vero mētis compos anima & cōcientiæ est facta ac reddita per concentum prudens, mutationis effectrix euasit materię, ac victrix motus illius attraxit & flexit suis. Ita mundi corpus ab anima ortum est assecutum, conformatumque, & ei redditum consentaneum. Neq; enim ex seipsa condidit corporis anima naturam, neque ex nihilo: sed ex corpore incondito & incomposito compositum architectata est & obsequens. Quomodo enim si dicas seminis vim corpori adhærete, factum esse tamē fici vel oleæ corpus à semine, haud dixeris pugnantia. Quippe sicut ipsum corpus adiuncta ea à semine motione & conuersione existit eiuscemodi & fruticat: haud aliter informis materia & infinita ab insita ei figurata anima talem formam & faciem est sortita.

Qvare, cum corpora & figuræ partim directa, partim sint circinata, directorum principia sumpsit trigonum isosceles & scalenū: quorum superius cubum, qui est terræ elementum, efficit scalenum metam, octoedrum, & icosaedrum: quorum primum ignis semen, alterum aëris, postremū extitit aquæ, circinatorum vero genus semel præterijt: tametsi mentionem fecit globosi: vbi ostēdit enumeratarum figuratū quamq; corpori circulari in partes æquas esse secandos Vtrum, quod suspicantur nōnulli, dodecaedrum cōtribuit globoso, cum dicit hoc ad vniuersitatis naturam abusum deum, dum illam depingit. Etenim quia numero potissimum elementorum & angulis obtusis rectum defugit, flexibile est, circumtensuq; sicut dodecascyti globi rotundum efficitur & capax. Siquidem angulos viginti solidos continet, quorum singulos plani amplectuntur tres obtusi. Nam singuli recti sunt & quintæ particulæ. Compositum est enim & compactum ex duodenis pentagonis isogonis & isopleuris: quorum cōstant singula ex trigonis primis scalenis trigonis. Hinc apparet Zodiacum simul & annum referre partium parib. diuisionibus. An vero natura prius rectum est circulari, vel potius vitium quodpiam rectę lineæ circulus. Torqueri enim rectum dicitur, scribiturque circulus centro & spacio. Est autem hæc sedes

rectæ lineæ, quæ etiam eam dimetitur. Nam id, quod continet, ab vmbelico vndiq; abest æque. Gignitur turbo quoque & cylindrus ab rectis lineis: ille quando trigonus vnum latus consistens altero latere & basi circumplicat. Cylindrus quando idem euenit parallelo. Iam principii similius est id, quod est minus. Minima autem omniũ recta. Quippe circuli quod intus est, cõcauum quod extra, est repãdum. Præterea figuris sunt numeri priores: nempe puncto monas. Est enim punctum in positione monas. At est monas trigonus. Nam numerus trigonus octuplicatus adiuncta monade euadit tetragonus. Idem accidit monadi. Est ergo trigonũ circulo prius. Quod si est, recta item circulari. His adde, quod elementum in nihil, quod eius sit portio, carpitur: sed reliqua in elementum distrahuntur. Proinde si trigonum in nullum distrahitur circulũ, circulum vero in quaterna trigona duæ scindunt diametri, prius natura sit & magis elementi affine rectũ quam circulus. Esse igitur præpositam lineam rectam, succedentem & accidentem circulum ipse demonstrauit Plato. Cum enim terram coagmentasset ex cubis, quorũ queq; rectæ planicies complectũtur, globosam ait extitisse figuram eius & rotundam: nihil vt attinuerit elementum facere circularium peculiare. Quandoquidẽ compactis inter se rectis hęc consequens est configuratio. Adhæc recta tam maior quam minor eundem rectum statum tuetur: circulorum superficies, si contractiores fuerint, tortuosiores & curuitate videmus astrictiores: sin maiores, laxas. Itaq; qui cõsistunt in circũferentia repanda, partim puncto, partim linea subiectas planicies attingunt: vt intelligas rectas paulatim frequentes coaceruatas lineam efficere circularem. Quid autem si ex circularibus his & globosis nullum est absolutum, sed ob intensionem & circumtensionem rectarum, vel ob partium exilitatem latente discrimine exoritur rotundũ & circulare. Hinc etiam nullum, quod hic sit corpus mouetur in orbem, sed directa omnia. Vere autem globosum non est subiecti sensibus corporis, sed animæ & mentis elementum: quibus etiam motionem orbicularem vt natura conuenientem assignat.

IN QVAM sententiam dicitur in Phædro alæ naturam, à qua in altum in pondus subuehitur, habere præ cæteris quæ corpori adsunt, cũ deo communionem? Vtrum quia de amore illic agitur? Versatur autem circa corporis formositatem amor. Formositas vero germanitate cum cœlestibus animũ mouet & commouet. An potius nihil hic quærendum scrupulose, sed nude accipiendum: inter animi virtutes, quæ numero corporeas superant, ratiocinãdi & cogitandi vim diuinitatis potissimum habere consortium: quam ex diuinis dicit esse & ex cœlestibus, appellauitq; eam non absurde alam: quod animum ab rebus humilibus & caducis subuehat.

QVI dicit Plato antiperistasim motus, id est, cohibitũ vndiq; & compressum motum, quod nusquam existat inane, causam esse eorum, quæ in cucurbitula medica, in deglutiendo, in ponderibus quæ proiiciuntur, in aquarum fluxionibus, in tractione quam cernimus ad electrum & magneten lapidum, & in vocum concentibus eueniunt. Videbitur enim absurdum, vt compluriũ causam & dissonorum ortũ laborum producat. Nam quod ad spirationẽ attinet, eam fieri cohibito & compresso vndiq; aëre, ipse demonstrauit abunde: Reliqua omnia postquã ostendit prodigiosa & vana esse, impelliq; hæc in se mutuo, atq; alternare ad sedes suas transeuntia, hęc nobis sigillarim reliquit explicãda. Ac primum in cucurbitula sic se res habet. Aer, qui comprehensus ab ea est, vbi carni adhæsit cum calore, inflammatus redditusq; æris spiramẽtis subtilior effert se nõ inanem in locum (Neq; enim id posset) sed in eum, qui cucurbitulam foris complectitur, aerem, illumq; dispellit: hic eum, qui sibi est obiectus: idq; dum patitur assidue & agit anterior, cedit locum affectans, quem prior deseruit, vacuum. Ita in carnem recidens, quam prehendit cucurbitula, & feruefaciens simul in cucurbitulam humorem exprimit. Ad eundẽ modum fit deglutitio. Siquidem oris & ventriculi caua aeris perpetuo sunt plena. Quando igitur cibus à lingua detruditur intensis vna tonsillis: aer, qui impellitur ad id, quod cedit, adhæret locum danti, simulq; escam propellit. Moles, quæ iaciuntur, aerem findunt cum ictu eiaculatæ ac diuellunt. Ibi circumfluens à tergo, quod spõte naturæ suæ locum desolatũ sectetur atq; expleat comitatur emisso motum eius vna vrgens. Fulminum eiaculationes imitantur iactus. Eliditur enim ab edito in nube ictu ignis in aëra: hic contra erumpens cedit, ac dum denuo eodem concurrit, superne impellit deorsum contra naturam coactus fulmen. Electrũ nihil trahit propinquorum, sicut nec magnes lapis, neque ex propinquis quicquam ad hæc assilit, cæterũ magnes effluuia effundit ponderosa & spiritalia, quibus continens repressus aër anteriorem propellit. Hic in orbem circulans & relabens iterum in vacantem locum detruditur, rapitq; vna secum ferrum. Electrum vi aliqua præditum est flammea & flabili: quam facies eius confricata reclusis spiramentis effundit. Id idem, vbi effluxit, agit quod magnes. Attrahuntur autem ex vicinis leuissima & aridissima ob tenuitatem & imbecillitatem. Neq; enim est validum, neq; libramentum habet, neq; impetum, quo propellere confertum aërem atq; exuperare moles grandiores vt magnes valeat. Qui fit autem vt non lapidem, nõ lignum aër, sed ferrum tantum protrudat & adigat ad lapidẽ hunc. Hæc communis est hæsitatio aduersus eos, qui tractu lapidis, & aduer-

sus

sus illos, qui ferri cursu conglutinationem fieri corporum suspicantur. Est ferrum neq; præter modum spongiosum vt lignum, neq; sicut aurum vel lapis spissum. Cęterum habet spiraméta meatus, & asperitates ex scabritia aëri consentaneas: vt non prolabatur, sed sedibus quibusdam infigatur & nexibus, quę iustæ eum amplectuntur: vt si in cursu suo impegerit in lapidem, vi pellat ferrum. Atq; horum quidem ea sit ratio. Aquæ vero super terram fluor non æque liquidum habet cohibendi & comprimendi vndiq; modum. Sed cōsiderādum aquas palustres quiescere & consistere, quod circumfusus eis sit & circumiectus vndiq; immotus aër, nullum qui vacuum locum faciat. Atque ideo summa aqua in paludibus & æquoribus agitatur & æstuat fluctuante aëre. Consequitur enim extemplo recedentem vnaque profluit ob inæqualitatem. Nam dum
10 pellitur deorsum, cauitas vndæ fit: dum sursum, tumor: quoad consistat & sedata sit, loco qui humores continet stante fixo. Fluores igitur labentium, quia insequuntur semper cedentem aerem, cohibitioneq; & compressione sunt pulsi, perennes sunt & perpetui. Quapropter rapidius euehuntur amnes, quando exundant. Quando vero exigua & caua vnda est, labitur ex imbecillitate lente: quod non decedat aer neque multum cohibeatur & comprimatur. Perinde aquæ fontanę ferātur necesse est in sublime, dum externus aer in regiones in fundo agitatas delabitur, & vicissim foras eiaculatur aquam. Ædificii opaci, quod aerem contineat & auram, si aspersum aqua pauimentum sit, flatum & ventum eiet migrante ex sede sua ob irrumpentem humorem atque impulso aere. Ita natura comparata sunt, vt summoueantur à se inuicem & decedant vicissim: quod non sit receptaculum vacuum, quo locatum alterum alterius vicissitudi-
20 nem non sentiat. At concentus ipse exposuit quemadmodum efficiant voces. Celeris enim fit acuta, tarda grauis. Hinc citius pellunt sensum acutæ. Cæterum quando his iam flaccescentib. & exolescentibus tardæ succedunt exordientes, earum temperatura propter consensum auribus præbet oblectationem quam concentum dicunt. Horum esse aerem organum facile ex supradictis perspicis. Siquidem vox ictus est, qui ab aere aurium sensui infertur. Ferit enim percussus à motione aer: si vehemens sit, celeriter: si lenta, mollius. Itaque aeris & commota ictu auditum occupat prior: inde circumuecta ac deprehendens tardiorem comitatur & prosequitur sensum.

QVA ratione dicit animos Timæus in terram & lunam & reliqua temporis instrumenta dissipari? Vtrum eodem modo contorsit terram, vt solem, lunam, & quinq; stellas errantes: quos
30 temporis organa conuersionum causa appellauit: terramq; oportuit rotatam circa polum perpetuo fixum non fingere retentam & consistentem, sed volubilem & versatilē cogitare, vt post Aristarchus & Seleucus demonstrauerunt. Id tamen Aristarchus ponit modo, Seleucus asserit. Scribit præterea Theophrastus Platonem iam ætate prouectiorem, quod non congruam terræ sedem vniuersitatis assignasset vmbelicum, pœnituisse. An vero multa his placita, quæ eius germana sunt, repugnant: sed corrigendum est, & loco temporis scribēdum tempore, vt ablatiuus genitiui loco sumatur accipiendumque non stellas organa, sed animantium corpora dici, quomodo definiuit Aristoteles animam esse entelechiam (id est, actum & perfectionem) corporis naturalis organici, quod vitā habet potestate. Vt ea sit sententia: animæ in cōuenientia corpora organica tempore demissæ sunt. Cæterū id quoq; cū eius sententia pugnat. Neq; enim semel,
40 sed frequenter temporis stellas dixit esse instrumenta: quando solem quoque ipsum ad discriminandum & seruandum temporis numeros factū esse cum aliis erratibus stellis tradit. Quare rectissime organum terram accipiemus temporis, non quod conuertatur stellatum modo aliarum: sed quia loco suo hærens præbeat illis currentibus exortus & obitus: quibus modi temporum primi dies & noctes finiuntur: Quapropter etiam custodem & opificem eam noctis dieiq; veram appellauit. Etenim solarium vmbelici, quos gnomonas vocant, cum non migrent cum vmbris loco sed consistant, organa temporis & modi sunt, imitanturque terram, quæ obtensa est labenti circa eam soli: vt est apud Empedoclem:

Occiduo noctem procurat lumine tellus.

Atque hoc quidem eo modo enodatum sit. Illud vero potius te fluctuare faciat, ne parum recte
50 & absone referatur solem cum luna & stellis errantibus ad digerenda constitutos tempora esse; præsertim cum alioquin ingens sit solis dignatio, atque ab ipso Platone in repub. res renuncietur vniuersi sensibilis & dominus, sicut intellectibilis bonum. Illius enim proles dicitur, à quo visibilia habent, vt simul appareant & extent: quomodo ab hoc, vt sint & cognoscantur, intellectibilibus suppetit. Itaque deum natura tali & potentia præditum tanta temporis instrumentum esse & luculentam mutuæ inter se tarditate & pernicitate octo sphærarū disparitatis mensuram non admodum decorum apparet, neque alias consentaneum esse. Dicendum igitur, quos hæc solicitant ex inscitia, eos tempus arbitrari mensionem esse motus & numerum iuxta prius & posterius, vt est Aristoteles author, vel quātitatem in motu, vt Speusippus: vel motus interuallum, præterea nihil, vt nonnulli Stoici, qui hoc ab accidente definiunt: cum certe essen-

tiam

tiam eius & potentiam non percipiant, quam Pindarum profecto non absurde animaduertisse apparet, dum ait:

Per tempus, excellit diuis quod omnibus.

PYTHAGORAS, quid tempus esset rogatus: Mundi anima, inquit. Neq; affectus vel accidens cuiusuis motus est tempus, sed causa, potestas, & principium continentis omnia, quæ fiunt, competentiæ & ordinis: quo vniuersitatis natura animata mouetur. Imo hæc, quæ motus, ordo & competentia est, tempus nominatur. Omnia namque via incedens plana iuste regit mortalia. Quippe animæ essentia ex priscorum sententia numerus est, qui seipse mouet. Hinc nimirum Plato tempus refert vna esse cum cœlo natum: motum & ante cœli natales: tempus vero non erat. Quandoquidem nec ordo nec mensura vlla vel digestio, sed indeterminatus motus, sicut informis materia temporis & rudis. Postquam autem tinxit colore & informauit materiam figuris, motum circumuectionibus: hunc simul tempus, illam fabricauit mundum. Sunt vero dei ambo effigies, essentiæ mundus, æternitatis tempus quod in motu deus est, quemadmodum in genitura mundus deus. Hinc vna genitos ait, simul quoque interituros rursus, si quis eos opprimat interitus. Neque enim fieri potest, vt quod ortum est, sine tempore, sicut nec intellectibile sine æternitate consistat: si alterum semper duraturum est, alterum nunquam interiturum nascendo. Quando igitur adeo est necessario & arcto cum cœlo vinculo ac compage tempus connexum, haud nudus motus, sed vt diximus, motus est iõ ordine modũ obtinente terminosq; & ambitus: quorum est sol rector & præses: qui determinat, dispensat, designat, & demonstrat vicissitudines & temporum articulos: qui cuncta, vt est apud Heraclitum, efferunt. Neq; in vulgaribus tempus vel exiguis, sed in maximis & præcipuis operibus rectori & principi deo est adiutor.

DE ANIMÆ potentijs in tẽpub. Platonis, qui rationis, animositatis, & concupiscentiæ consonantiam meses, hypates, & netes harmoniæ æquipatat optime, ambigas mesæ animositatemne an rationem opposuerit. Siquidem hic in præsentia quidem non aperuit. Partium quidem, vt locatæ sunt, series sedem meses assignat animositati, rationi hypates. Supremum enim & primum hypaton veteres Græci dixere. Quapropter Xenocrates Iouem, qui agit in non variantibus, hypaton vocat: neaton, id est, nouissimum eum, qui subter lunam. Priorem Homerus hypaton creionton, id est, supremum principium nuncupauit. Ac iure locũ potentissimo attribuit natura supremum, quæ regentis vice locauit in capite rationem, vltimum & neaton, id est, nouissimum procul remouit cupiditatem. Nam imus ordo neatos vocatur, vt appellationes declarant mortuorum: qui nerteri & eneti Græce vocantur, id est, inferi & inferni. Sunt etiam, qui ventum inferne & ex occulto spirantem Nothum, id est, Austrum dicant. Itaque quomodo primo opponitur nouissimum & neaton hypato: Pari modo cum cupiditas rationi: haud valet suprema & prima esse, quin etiam ratio hypote, oĩc aliud sit. Nam qui vt excellentem ei meses vim tribuunt, hi imprudentes excellentiore denudant eam hypates vi: quæ neque animositati neque cupiditati cogruit. Vtraque enim parere & obsequi, neutra imperare vel dominari debet rationi. Multo magis apparebit natura animositatem loco medium tenere inter illos ordinem. Si modo rationi, vt imperet: animositati, vt pareat & imperet, natiuum est: quia subiecta rationi est: dominatur autem coercetque cupiditatem, quando hæc rationis frenum mordet. Ac quomodo semiuocales in literis mediæ inter mutas & vocales sunt: quod minus his, plus illis sint sonoræ: Eodem modo in animo humano animosites non mera est passio, sed imagines subinde honesti habet cum bruta coniunctas vindictæ appetitione. Ipse quoque, qui congentio iugo & aurigæ æquipatat animæ speciem Plato: rationem, vt omnibus liquet, esse declarauit aurigam: equorum alterum cupiditatem, contumacem & rebellem semel, ealcitrosum, surdum, qui vix flagro cum stimulis cedat: animositatem obsecundantem plerunque rationi sociamq;. Vt igitur in biga nõ est auriga virtute & potentia medius: sed equorum alter auriga est deterior, & melior coniugato: sic animę præpollenti parti ordinem non assignauit medium: verum ei, quæ ægritudinis quam prima magis consors & rationis plus quam tertia est. Siquidem hic tenor etiam concentuum proportionem seruat animositatis ad rationem, vt hypathen harmoniam diatessaron, ad cupiditatem vt neteo harmoniam diapente: rationis ad cupiditatem vt hypatẽ ad neten harmoniam diapason. Quod si rationem in medium trahamus, longius à cupiditate distabit animositas, quam aliqui philosophi eandem esse & cupiditatem ex germanitate existimant. An vero locis assignare primas, medias & extremas partes ridiculum est: cum ipsam hypaten in lyra cernamus supremum & primum in tibiis imum & postremum obtinentem. Ad hæc mesen quo posueris cunq; lyræ loco, eque aptes eius sonum, acutiorem hypate nete grauiorem. Etenim oculus non omni in animante ordinem sortitur eundem. Vbicunq; vero & quocunq; io loco sedẽ habeat, perinde valet naturaliter cernere. Quomodo pædagogus, quantumuis non antecedat, sed sequatur, ducere dicitur: ac Troianorum dux

Nunc

Nunc in principiis versans, nunc vltima lustrans,

vtrobiq; tamen primus erat, & potestatem obtinebat primam. Perinde animæ partes non sunt locis neq; appellationibus premendæ, sed vis exequenda earum & conuenientia. Nam quod situ prima locata sit in humano corpore ratio, id ex accidenti est. Ad primam & summam tenet potestatem, velut mese ad hypaten ad appetitionem, ad neten animositatē, remittendo, intendendo, & omnino concinentes & consonas faciendo vtriusque præcidens enormitatem, ac vicissim non sinens laxari eas in totum atq; dormitare. Quippe mediocritas & competentia desinitur medio. Imo id non potest absolute potentiæ rationis media efficere in affectibus facta essentias eas appellans: quibus extrema cum ratione & inter se mutuo per rationem sunt temperata. Neq; enim medium habet biga, quod iumentorum præstantius est, neque partes aurigādi in vertice locandæ, sed in medio immoderationis inter equorum pernicitatem & lenitatem: sicut rationis potentia, quæ sustinet motuum brutorum impulsus componitque eos secum ad moderationem, defectus & excessus medium constituit.

Cvr orationem Plato ex nominibus & verbis misceri referr. Ita namque orationes partes extra has duas videtur omnes nullo loco habere: ac delicias Homerus agere, qui vnū in versum cuncta infarserit hunc,

αὐτὸς ἰὼν κλισίηνδε τὸ σὸν γέρας ὄφρ' ἐῢ εἰδῇς.

Siquidem pronomen, participium, nomen, verbum, præpositio, articulus, coniunctio, & aduerbium in eo cōtinentur. Nam δὲ particula præpositionis εἰς vice est posita. Quandoquidē κλισίηνδε perinde dictum est, vt εἰς κλισίην: Quid hic pro Platonis defensione allegādum? An quod primam orationem veteres tunc πρότασιν, id est, enunciationem dictam, nunc ἀξίωμα, id est, pronunciatū, appellabant, quod quam primum dicunt, verum vel falsum dicunt. Id autem ex nomine & verbo constat: quorum hoc dialectici categorema, id est, prædicamētum, illud vocāt casum. Quippe vbi audiuimus hoc, Socrates philosophatur, itemq; Socrates degenerat, hanc falsam, illam orationem veram nihil præterea desiderātes dicemus. Mortales enim probabile est in penuria primam orationis fuisse articulatæ, cum actiones, earumque gerentes passiones patientesq; sibi inuicem declarare, ac significare vellent, Quando igitur actiones ac passiones verbo, nomine gerentes earū & patientes affatim aperimus, vt ipse ait, hæc significare videbantur, cætera non dixeris significare: sicut gemitus & eiulatus histrionum, & vero sæpenumero arrisus & reticentia orationem reddunt clariorem, haud necessariam tamen ad significandum quomodo verbum & nomen obtinent vim, verum adiectitiam quandam, quæ orationem coloret: perinde vt elementa colorant, qui spiritus & densitates eorum, productionesque & correptiones aliquorum distincta elementa numerant: cum affectus citius accidentiaq; & differentiæ sint elementorum, quod ostendit antiquitas, cui sexdecim literæ ad loquendum & scribendum satis erant. Deinde vide ne secus accipiamus Platonem, qui ex his temperatam orationem, non per hæc dixit: mox sicut si quispiam eum, qui dicit esse medicamentum ex cera & galbano confectum, quia ignem prætermisit & vas, sine quibus temperari non poterat, calumniatur: nos perinde meusemus, quod coniunctiones, præpositiones, & eius generis reliqua transilierit Platonem. Neque enim ex his oratio: sed si quid certe per hæc neq; sine his temperari potuit. Siquidem non vt qui dixit pulsare vel pulsari. Similiter Socrates vel Pythagoras vtcunque ad intelligendū aliquid & concipiendum dedit: sic per se pronunciato vel Enim, vel De, vllum sensum rei vel corporis percipere queas: sed nisi circa illa vel cum illis efferantur, inanes imitantur strepitus & tinnitus: quod neque significare sola per se hæc neque coniugata inter se quicquam valeant: verum quomodocunque complicemus & contexamus: vnum copulas, articulos & præpositiones, quo vnum quid ex iis commune efficiamus: inaniter strepere potius quam sermocinari videbimur. At verbo nomini copulato, quod inde existit, statim sermo est & oratio. Hinc non ab re sola hæc nonnulli orationis partes censent, quod Homerus fortassis ostendere vult, qui vbique dicit,

ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν id est:

Dixit verbum & nominat ille.

ἔπος enim vocare verbum solet, ceu in his versibus:

ὦ γύναι ἦ μάλα τοῦτο ἔπος θυμαλγὲς ἔειπες, id est,

Prædurum mulier verbum sane hoc retulisti: Et,

χαῖρε πάτερ ὦ ξεῖνε, ἔπος δ' εἴπερ τι λέλεκται
δεινὸν, ἄφαρ τὸ φέροιεν ἀναρπάξασαι ἄελλαι.

Viue parens hospes, si qua verba aspera dicta,
Tollant & rapiant feruentes illa procellæ.

Neq; enim coniunctionem vel articulum vel præpositionem dicere durum est & acerbum sed verbum, quod rem significet infamem ex motu quopiam incongruo. Quapropter poems & scriptores

ſcriptores cum celebramus vel obterimus,ita conſueuimus dicere. Nominibus ille Atticis eſt vſus,vel elegantibus verbis: aut contra iſte humilibus. Hic vero humilibus,vel è diuerſo elegā-tibus & Atticis articulis,nemo dixerit Euripidem vel Thucydidē locutum: Quid igitur dicas nihil ne hæc ad ſermonem conducunt? Prorſus, inquam,vt ſal confert ad pulmentum atq; ad offam aqua. Euenus ignem quoq; inter condimenta eſſe dicit,dum ait neq; ignem neque ſalem defruti vel cibi eſſe,quibus ſemper habemus opus ſic oratio frequenter illorum non eſt indiga. Quod mihi in mentem venit de ſermone Romano dicere, quo hoc tempore omnes mortales vtuntur. Præpoſitiones enim extra paucas dettahit omnes,& articulum,quem vocant,nullum prorſus admittit,ſed quaſi lacinias vſurpat nomina. Neq; eſt id mirum,quando Homerus quoque qui verborum nitore excelluit, paucis nominibus articulos ceu anſas poculis, quæ eis habent opus vel criſtas galeis addit. Qua de cauſa ſuppoſititia habita ſunt,in quibus hoc facit,carmina velut hoc:

αἴαντι δὲ μάλιϛα δαΐφρονι θυμὸν ὄρινε,
τῷ τελαμωνιάδῃ. id eſt:
Aiaci ante alios bellacia pectora mouit. Et hoc,
ποίεεν ἔρρα τὸ κῆτος ὑπεκπροφυγὼν ἀλέοιτο. id eſt,
Effecit,cetum quo vitaret fugiendo:

paucaq; inſuper alia. Cęteris infinitis articulo vacantibus nihil dictionis lux vel ſpendor oſtenditur. Iam neq; animans neq; organum,neq; arma,neq; res alia vlla parte aliqua trunca & mutilata ſolet venuſtior vel efficacior vel gratior euadere. Oratio exemptis copulis feruidiorem & concitatiorem vim habet: vt hæc,

Hunc tenet intactum,vinum illum vulnere læſum,
Hunc raptat pedibus medio in certamine cæſum.

Et Demoſthenis hæc. Multa enim faciat,qui pulſat: quorum qui pulſatur,quædam ne enūciare quidem queat alteri,geſtu,obtutu,voce,cum inſolēter, cum inimicus, cum pugnis,cum in maxilla. Hæc mouent,hæc homines contumeliæ inſolentes de ſtatu ſuo dimouent. Alio item loco. Verum non Midias: ſed ex die hac dicit,inſectatur,vociferatur. Rogatio aliqua fertur, Midias Anagyrrhaſius nominatur. Plutarchi interpres eſt,arcanorum eſt conſcius,ciuitas eum nō capit. Hinc orationis figura vinculis ſoluta apud illos,qui de arte rhetorica ſcribunt commentarios,valde laudatur. Iſtos,qui nimium ſunt religioſi,neq; coniunctionem conſueuerunt vllam omittere,culpant: quod mollem,languidam & odioſam, dum filum ſemper ſeruant idem, faciant dictionem. Quod autem dialectici copulas maxime requirunt ad pronunciatorum contextiones,conglutinationes,& diſiunctiones,velut iuga aurigę, & Vlyſſes vitilia ad oues copulādas Cyclopis: id non membrum orationis copulam,ſed arguit organum aliquod eum eſſe: vnde etiam vocabulum trahit,coniunctiuum & copulatiuum non omnium,ſed eorum, quæ non proferuntur ſimpliciter: niſi ſane ſarcinæ lorum & codicis velint gluten partim eſſe,& reip. largitiones,vt dixit Demades,qui gluten nominauit pecuniam theatralē popularis ciuitatis. Quę autem coniunctio ita ex multis pronunciatum efficiat contexendo & connectendo,vt marmor ferrum igne colliquatum? Non eſt tamen pars nec dicitur ferri. Ex hæc quidem,quæ miſturæ ſe aliorum implicant colliqueſcuntq;,agunt quid & patiuntur commune ex pluribus. Coniunctiones vero ſunt,qui nihil quicquam putēt agere,verum genus hoc loquendi enumerationem velut archontū,qui ordine dierum recenſentur. Et reliquis pronomen plane nominis genus eſt non modo quatenus caſuum eſt particeps,verum etiam quod,cum hæc natura ſit reliquorum, vt ſimul quam maxime propriam faciant demonſtrationem mentis de certis prolata. Neq; ſatis ſcio,quid clarius,qui Socratem nominatim expreſſit, quam qui hunc dixit, declarauerit perſonam. Participium, vt vocant,quod verbi & nominis eſt temperamentum,per ſe non conſiſtit, ſicut nec nomina fœmininorum & maſculinorum communia; ſed illis contribuuntur: accedunt q; ad verba temporibus,caſibus ad nomina. Dialectici ea inflexus dicunt: vt *φρονῶν ἀπὸ τοῦ φρονίμου.* & *σωφρονῶν ἀπὸ τοῦ σώφρονος*: vt quæ nominum & appellationum vim habeāt. Porro præpoſitiones epiſtyliis,baſibus & fundamentis: vt quæ non orationes ſed circa orationes potius ſint,aſſimiles. Poſſint etiam inciſuris & fragmentis nominum adæquari: ſicut literis truncis & apicibus quando properant,ſcribunt aliqui. Quippe ingredi & egredi manifeſta eſt ſyncope horū intro gradi & extra gradi, præripere huius prius rapere, deprimere huius deorſum premere: vt nimirum lapides cædentes lapicidas & homines cædentes homicidas,quando vrgent & aſtringunt elocutionem,dicunt. Itaq; vſum aliquem præbet horum quodque orationi,pars tamen orationis & elementum non eſt,præterquam,vt diximus,verbum & nomen: quæ primam veri & falſi recipientem compoſitionem conficiunt: quam alii enunciationem,alii pronunciatum,Plato appellauit orationem.

PLVTARCHI

De Stoicorum pugnis Commentarius.

ANTE omnia dogmatum volo professionem ex vita spectari. Neque enim perinde oratorem decet iuxta Æschinis dictum consona dicere legibus, ac philosophi vitam eius doctrinæ concinere. Siquidem doctrina est philosophi lex spontanea & ptopria: nisi pro ludo & nugis gloriæ seruientibus,non pro negocio maxime serio, sicut est,habeat philosophiam. Quia vero multa vt in disputationibus ipse Zeno, multa Cleanthes,plurima literis prodidit Chrysippus de rep. de imperando, parendo, iudicando, orando: cum tamen in vita non offendas vllius,quod exercitum duxerit, leges tulerit, accesserit ad curiam,causam in iudiciis defenderit, pro patria arma induerit, legatus fuerit,in publicum quid erogauerit:sed peregre ocio sicut loto aliquo gustato omne vitæ curriculum, idque non breuiter,sed valde longum in disputationibus,in libris, & ambulationibus transegerit: non est obscurum aliorum eos scriptis & dictis citius quam professionibus suis vitam accommodasse: qui quam Epicurus celebrat & Hieronymus quietem,in hac prorsus æuum traduxerunt. Ipse quidem in libro quarto de vitis Chrysippus nihil inter vitam ociosam & voluptariam interesse censet:Quin ipsa hominis verba attexam. Qui conuenire potissimum philosophis vitam existimant ab initio ociosam hi mihi hallucinari videntur:dum putant oblectamenti alicuius gratia vel rei alterius huic consimilis hoc instituendum & vitam ita vniuersam traducendã, id est, si dilucide spectetur,iucunde. Neque enim inuoluenda eorum est existimatio: cum multi id liquido iaciant,& non pauci tectius. Atquis magis in vita hac consenuit soluta, quam Chrysippus,Cleanthes,Diogenes, Zeno,& Antipater:qui quidẽ & patrias reliquerunt suas nulla prouocati iniuria: verum quo quiete in vita suauiore & cingulo oscitantes sermonibus vacarent. Ac Chrysippi discipulus & familiaris Aristocreon statuæ æneæ, quam erexit, elogium hoc inscripsit:

Chrysippum huncce nouum nodorum ad cuncta securim
En Academiacum sacrat Aristocreon.

Id autem Chrysippus ille senex, ille philosophus,ille vitam qui regiam & politicam commendat:ociosam vero nihil abesse arbitratur à voluptaria. At quotquot alii ex iis ad remp.accesserunt,multo magis cum placitis suis pugnant.Etenim magistratus gerunt,iudicia exercent, cõsulunt,leges sanciũt,pœnas infligunt,honores habent: quasi ciuitates sint,in quibus remp.procurant:decuriones autem & iudices,qui quotannis sortito creantur: duces, qui per populum suffragiis designantur:leges sint, quas Clisthenes, Lycurgus,& Solon tulerunt:cum eos tamen malos fuisse & insipientes dicant.Ita cum vel remp.gerunt,sibi ipsi repugnant.

IAM ANTIPATER in libro de Cleanthis & Chrysippi discrepantia noluisse scripsit Zenonẽ & Cleanthem,ne lædere patrias suas viderentur,ciues Atheniẽses fieri.In quo,si recte hi,Chrysippum,qui asscriptus in eam ciuitatem fuit,minus recte egisse prætermittamus. Sed multam habet pugnam & absurdam:quod illi, qui corpora & vitæ consuetudinem tam longe remouerunt à patriis suis,nomina eis conseruabant: non aliter atq; si vxore relicta cum alia viuas, vna dormias,atque liberos tollas ex alia:nec instrumenta tamen dotalia conscribas,ne facere priori iniuriam videare.

AD HÆC dum in libro de rhetorica Chrysippus scribit, ita acturum causas & tractaturũ sapientem,tanquam diuitiæ,gloria,& sanitas bona sint,doctrinam suam testatur inexplicabilem à vita alienam ciuili & dogmata à rerum vsu & actu esse abhorrentia.

INSVPER dogma est Zenonis non esse ædes sacras deorum ædificandas. Sacrum enim quod vile sit & profanum,nihil esse. Ædificatorum autem opificium & opificum nullum est nõ vile. Qui vero hæc & recta collaudant,initiantur in fanis,scandunt arcem, venerantur simulachra, coronis ornant templa,cum ea ædificatorum sint & opificum opera. Itane vero Epicureos, qui diis sacra faciunt,putant se coarguere: cum ipsi potius coarguantur: dum immolant in aris & templis,quæ neque extare neque extrui statuunt oportere?

VIRTVTES Zeno sicut Plato plures & diuersas ponit,ceu prudentiam,fortitudinem, continentiam, iustitiã,non distinctas quidem à se mutuo,sed alias tamen atq; alias & diuersas. Contra cum definit eas singulas, fortitudinem docet prudentiam esse in rebus gerendis, iustitiam prudentiam in distribuendis: quasi vnica sit virtus, quæ ad negocia & actiones comparata discrepare videatur. Non solus autem hic apparet secum ipse pugnare Zeno, verum Chrysippus etiam,qui culpat Aristonem,quod vnius virtutis habitus ferat cæteras esse,& Zenonem souet, qui ad eundem modum singulas virtutes definit.

Cleanthes cum in commentariis phyſicis dixiſſet, firmitatem ignis eſſe illiſionem: qui ſi in animo exiſtat tantus, vt ſatis ſit ad exequenda officia, vis & robur dicitur, hæc verba ſubiicit: Vis hæc & robur, quando in rebus obiectis perſeueranter tuendis exiſtit, continentia dicitur: quando in ſubeundis, fortitudo : in æſtimationibus, iuſtitia : in delectibus & declinationbus, temperantia.

Zeno, illi qui dixerat,

Suſtine iudicium, cauſam dum dixit vterque.

huiuſcemodi argumento reclamauit. Siue demonſtrauit ille, qui prius dixit, non eſt audiendus ſecundus: Impoſitus enim quæſtioni eſt finis: ſiue nõ demõſtrauit. Quippe perinde eſt, ac ſi nõ exaudierit, qui citatus eſt: aut licet exaudiit, obſtrepuerit tamen. Siue ergo demonſtrauit, ſiue non: non eſt, qui ſecundo dicit, audiendus. Hoc ipſe dilemmate vſus contra Platonis libros de rep. cauillationes diluit: ac dialecticam, quod hoc præſtare valeat, vt arripiant, præcipit diſcipulis. Et quidem ſiue demonſtrauit Plato, ſiue non demonſtrauit ea, quæ in libris de rep. tractauit: neutro modo erat illa ſcribere neceſſarium, ſed ſuperuacaneum prorſus & ineptum. Idem de cauillationibus dicere licet.

Chrisippi opinio eſt, vacandum eſſe primum logicis iuuentuti, deinde moralibus, mox phyſicis, ſecundum hæc poſtremo præcepta de diis complectenda. His, quæ ab eo multis locis ſunt diſputata, ſat erit verba ipſius ex libro quarto de vitis opponere, quæ ſic habent. Ac primũ quidem videntur mihi ex veterum recta ſententia genera præceptorum philoſophicorum eſſe tria, logica, moralia, phyſica: atq; in his primum locum obtinere logica debere, ſecundum moralia, tertium phyſica. Ex phyſicis nouiſſima eſt de diis commentatio. Hinc τελετὰς præcepta de rebus diuinis appellauere. At hæc præcepta certe de diis, quæ poſtrema eſſe locanda oſtendit, moribus anteponit, atq; præ omni quæſtione enarrat morali. Neq; enim de finibus, neq; de iuſtitia, neq; de bonis & malis, neq; de nuptiis & liberis tollendis, neq; de legibus & rep. video eũ quicquam adferre: niſi quomodo qui rogationes in ciuitatibus promulgant, prætexunt: Quod felix fauſtumq; ſit ipſe item præſcribit Iouẽ, fatũ, prouidentiam, mundum vna vi vnum & finitũ contineri: quorum nulli fides habeatur, niſi funditus in præceptis ſis phyſicis verſatus. Accipe iam, quæ de his libro tertio de diis tractat Neque enim iuſtitiæ fontem alium neq; ortum quam ex Ioue atq; communi ex natura reperias. Quippe inde omne tale reperat oportet originem, ſiquid expromturi de bonis & malis ſimus. Iam in quæſtionibus phyſicis. Siquidem non eſt via alia neq; commodior ingrediendi in diſputationem de bonis & malis, neq; ad virtutes vel ad vitam beatam, quam ex communi natura & mundi procuratione. In ſermonis progreſſu alio loco. His annectenda de bonis & malis tractatio: quod caput eorum, quo referantur, ſit aliud melius nullum. Neque vllam aliam ob cauſam commentatio eſt haurienda phyſica quam ad cognoſcendam bonorũ & malorum diſtractionem. Itaq; antecedit & conſequitur ſimul authore Chryſippo commentatio phyſica moralem. Imo ſemel eſt ſpinoſa ordinis hæc inuerſio : ſi locanda illa ſub hanc, cuius pars nulla percipi citra illam queat. Ac manifeſte ſecum pugnat iſte, qui commentationem phyſicam fores eſſe illius de bonis & malis ſtatuit, & præcipit non eam ante ſed poſt illam tradi. Quod ſi ſcripſiſſe dixeris Chryſippum in libro de ſermonis vſu, non vndequaq; abſtinendum eſſe ab aliis ei, qui logicam accipit primũ: ſed & illas, quatenus queas, deguſtandas: verum quidem dicas, ſed confirmabis tamẽ reprehenſionem noſtram. Repugnat enim ſibi, dum modo extremam de diis tractationẽ & vltimã addiſcere iubet, quaſi ea de cauſa dicta τελετὴ ſit: modo vice verſa in primis ſimul hanc arripiendam cenſet. Siquidem actum eſt de ordine, ſi in omnibus omnia condiſcenda ſint. Iam hoc grauius eſt, quod qui commentationis de bonis & malis illam de diis exordium fecit, non ab hac præſcribat auſpicium ſumendum ad moralia complectenda: ſed illis perceptis hanc, quatenus res facultatem habitura ſit, arripiendam : mox ab illa ad hanc tranſeundum, citra quam vllum initium eſſe ab illis vel ingreſſum negat.

Disserendi in vtramque partem negat damnare ſe rationem, ſed religioſe eam ſic vſurpandam vt in iudiciis non tuenda ſed diluenda eius probabilitate. Retinentibus enim aſſenſum in omnibus conuenit, inquit, hoc facere: atq; eſt hoc eis ad quæuis adiumento. At illis, qui ſcientiam, qua conſtanter viuamus, imprimere volunt: in repugnantibus informare, tyroneſq; à capite ad calcem certis limitibus dirigere. Vbi conuenit ingerere etiam diſputationes repugnantes diſſoluendo eorum probabilitatem: ſicut apud tribunalia fieri ſolet. Nam hæc ipſius ſunt verba. Cæterum portentoſum eſſe philoſophos repugnantem inter ſe diſputationem inuehere debere, non eius tuendi gratia, ſed cauſidicorum ritu cauſa fatigandi: quaſi certamen eis non de veritate, ſed de victoria ſit, de eo egimus aduerſus eum alias. Ipſum vero eũ in diſputationibus tantum, ſed paſſim pugnantia cum placitis ſuis aſtruxiſſe acriter tantoq; conatu & ambitione, vt quid probet, non cuiuſuis ſit intelligere, illi ipſi dicunt, ac ſolertiam hominis ſtupent:

pent. arbitraturq; nihil Carneadem de suo adferre: sed argumentorum, quæ adduxit in diuersum Chrysippus ope adoriri eius præcepta, ac subinde accinere

Te tua conficiet vis infelix.

quasi magna tela aduersus semetipsum suggerat iis, qui dogmata sua agitare & lacerare petunt. In illis vero, quæ contra consuetudinem edidit, ita sunt gloriosi atq; exultant, vt si libri Academicorum omnium omnes in vnum conferantur, non mereri autument eos, qui cum scriptis à Chrysippo ad premendos sensus conferantur. Sed sit hoc inscitiæ dicam istorum an insolentiæ? Hoc vero certum est: quod cum statuisset è diuerso consuetudini & sensibus patrocinari, multum sibi ipsi extiterit impar, scriptumque hoc eius sit priore languidius: vt se ipse euertat, dum
10 præcipit vbique pugnantia non ad ea tuenda, sed ad ostendendum falsum se esse, inter se opponere, suorumque ipsius dogmatum acriorem oppugnatorem esse quam defensorem: ac dum, vt disputationes pugnantes declinent, quod hę perceptionem distineant, subiicit aliis, ipsemet argumenta euertentia eorum, quæ firmant perceptionem, maiore studio concinnat. Et quidem id ipsum illum formidare, quarto libro de vitiis aperte ostendit: vbi ad hunc scribit modum. Haud quaquam temere & sine discrimine disputationes in vtramque partem pugnantes in medium adferendæ, neque probabilibus in contrarium adductis occurrendum: sed caute, ne ab iis distracti comprehensionem amittant: eo quod non satis percipere eorum solutionem valeant, neque comprehendant firmiter. Nam illi etiam, qui comprehendunt ex consuetudine sensi, & alia, quæ sensus subministrant, ea effundunt prompte, tam à Megaricis detorti, inter-
20 rogationibus, quam ab aliis rogatiunculis pluribus & validioribus. Equidem libens requiram ex Stoicis, ecquid interrogationes Megaricas scriptis existiment à Chrysippo sex libris contra consuetudinem validiores: an vero de hoc ipse rogandus Chrysippus sit. Nam vide quæso: quæ de disputatione Megarica libro de disputationis vsu scripsit ad hunc modum. Quod vsu venit in Stilponis & Menedemi disputatione. Siquidem cum celebris fuerit eorum sapientia, nunc eorundem disputatio in ipsorũ versa est opprobrium, vt hominum, qui partim pinguius, partim manifestis cauillis negócia tractauerint. Has disputationes homo præclare, quas ludificaris ac probra vocas eorum, qui iis quæstionibus sunt vsi, vt euidenti suffusas improbitate: vereris tamen, ne quos à perceptione retrahant Ipse vero, qui tam multos libros contra consuetudinē scribis, quibus, quid adinueneris præter alios, adiecisti superare elaborans Arcesilaum, nemi-
30 nem ne protelaturum te lectorum expectasti? Neque enim rationibus vtitur contra consuetudinem leuibus: sed velut in causa forensi cum affectu quodam ipse vna commotus subinde eam dicit ineptire & parum sanam esse. Ne autem relinquat vllum subterfugium, quin pugnantia dicat, in quæstionibus physicis ita scripsit: Licebit autem ei, qui comprehendit quid, in contrariam partem digladiari, ac quam res ipsa suppeditat, defensionem adhibere: interim etiam, qui neutrum perceperit, huic tamen in vtramque partem ea, quæ suppetunt deferere. Iam postquam in libro de disputationis vsu dixit, non esse disputandi facultate, quando res non poscit, sicut neque armis vtendum: hæc subiecit: Nam ad eruendam veritatem vtendum iis est & ad ei finitima: in partem diuersam, quod faciunt multi, minime. Multos ni fallor eos appellat, qui assensionem inhibent. Atqui illi, qui neutrum percipiunt, in partem disserunt vtramque com-
40 prehendi eam posse: quasi eo efficiatur vno vel potissimo modo perceptionem sui veritatem præbere. Ac tu, qui incusas illos, dum ipse quoque repugnantia scribis iis, quæ comprehendis de consuetudine, & alios vt idem cum defensione faciant, adhortaris: in futilibus & noxiis non obscure fers disputationis vi vtentem consultrice ambitione iactare temere te & impotenter.

Recte Factvm legis aiunt præscriptum esse, peccatum legis interdictum. Quocirca multa legem improbis interdicere, præscribere nihil, quod nihil facere possint recte. Quem autem præterit non valentem recte agere, eum facere non posse, quin peccet. Ita ipsam secum pugnantem faciũt legem: quod ea, quæ præstare nequeant, præscribat: vetet autem ea, quibus non valeant temperare. Homo enim, qui viuere non valet temperanter, hic non potest non in-
50 continenter viuere: ac qui sapere non potest, hic non potest non desipere. Attamen eas, quæ vetant, ipsi aiunt aliud quidem dicere, aliud vero vetare, & aliud imperare. Nam quæ dicit: Ne fureris: dicit quidem hoc ipsum, ne fureris, sed interdicit furari. Nihil igitur interdicet lex peruersis, alioquin imperauerit aliquid. Ac medicum iubere aiunt discipulo, vt secer & vrat, omissis his dictionibus, opportune & modice: musicumque vt lyram pulset & cantet, non additis his dictionibus scite & numerose. Quapropter eos, qui id faciunt inscite & absone, plectunt: quia id, quod recte est eis præceptum, non executi sint recte. Itaque sapientem quoque, qui ministro dicere quid vel agere præcipit: & ni agat id commode & decenter, eum punit, cōstat recte factum imperare, non rem mediam. Quod si res medias imperant sapientes improbis: quid vetat, quin legis quoque eiuscemodi sint præcepta? Quid quod naturalis impulsus,

 vt ipse

vt ipſe certe eſt author, hominis eſt ſermo imperans ſibi, vt agit: quod in libro de lege tradidit. Ergo etiam auerſio ſermo ſit interdicens, & declinatio bene conſulta declinatio. Igitur cautio item ſermo eſt vetans ſapienti. Siquidem cauere ſapientum eſt non ſtultorum proprium. Quare ſi aliud eſt ſapientis ſermo, aliud lex: repugnantem legi ſermonem habent ſapientes cautionem. Sin non aliud lex eſt quam ſapientis ſermo: iam conſtat legem vetare ſapientibus, quæ declinant, agere.

TVRPIBVS ait Chryſippus nihil eſſe vtile, turpiumque nullius vſum habere, neque eis indigere. Hoc qui dixit libro primo officiorum, alio loco oſtendit beneficentiam & liberalitatem ad media pertinere officia: quorum ex ipſorum ſententia eſt vtile nullum: nec vero eſſe quicquam conueniens turpi vel conſentiens dicit hiſce verbis: Sua ſponte vero probo viro nihil eſt alienum, improbo nihil familiare. Quandoquidem eorum hoc malum eſt, illud bonum. Qui fit ergo, vt obtundat nos viceuerſa toto in libro phyſico ſigillatim & in morali, vbi ſcribit nos, ſimul atque nati ſumus, in nos ipſos propenſos eſſe, in membraque noſtra & ſobolem. In primo autem libro de iuſtitia vel feras ait piſcibus exceptis, competenter pro ſobolis vſu eſſe in eam propenſas. Ipſos namque horum fœtus ab ſe ipſis ali. Atqui nullus eſt ſenſus his, quibus eſt ſenſibile nihil: neque conciliatio, quibus nihil eſt familiare. Eſt enim conciliatio ni fallor ſenſus & comprehenſio eius, quod familiare eſt: quod dogma præcipuis eſt dogmatibus eius conſentiens. Etiam Chryſippus, quantumuis multa in diuerſum ſcripſerit, non obſcure aſſentitur huic ſententiæ, nullum vitium vel peccatum eſſe altero maius, neque virtute virtutem vel officio officium: quod certe libro tertio de natura tradit. Sicut Iouem decet ſui & vitæ ſuæ cauſa efferre ſe & de ſe gloriari, & ſi ita dicendũ eſt, ſpiritus tollere, oſtentare ſe, ac grandiloquum eſſe, quod dignam grandiloquentia vixerit vitam: bonos item decent hæc omnia, cum nihilo eis ſit Iupiter præcellentior. At ipſe è diuerſo oſtendit libro tertio de iuſtitia, iuſtitiam tollere illos, qui finem bonorum eſſe ſtatuunt voluptatem. Qui vero hanc ſolum bonum aſſerunt eſſe, hos eam non tollere. Aſſeribam ipſa illius verba. Nam fieri poteſt, vt ſi voluptati donemus hoc, bonum vt ſit, non finis tamen bonorum, ex rebus autem propter ſe ipſa expetendis ſit honeſtum, iuſtitiam tueamur, dum maius bonum honeſtum & iuſtum relinquimus voluptate. Enimuero ſi ſolum honeſtum eſt bonum: errat, voluptatem qui eſſe decernit bonum: minus peccat tamen quam ille, qui finem ſtatuit eam eſſe bonorum. Quippe ſuſtollit hic iuſtitiam, ille ſeruat. Ex huius ſententia communio caſſa eſt & euaneſcit, ille benignitati & humanitati tribuit locum.

IAM QVOD dicit ipſe in libro de Ioue ali virtutem & permeare, ne captare videar verba, omitto: tametſi acerbe hoc in genere tam Platonem quam alios Chryſippus perſtringat. At dum non quicquid cum virtute geritur, præcipit laudari, diſcrimen aliquod ſignificat eſſe officiorum: Ita ait in libro de Ioue. Siquidem quæ cũ virtute fiunt, ea ſunt hominum naturæ amica. Ex his etiam quædam ſunt producta, ceu digitum fortiter protendiſſe, continenter abſtinuiſſe à capulari vetula, citra errorem intellexiſſe tria non eſſe plene quatuor. Quantã præ ſe fert, qui earum rerũ cauſa aliquos prædicare aggreditur & celebrare, ieiunitatem? Conſimilia his protulit libro tertio de diis. Quippe arbitror, inquit, laudes remotum iri ab huiuſmodi caſibus, qui tamen ex virtute oriuntur, vt ſi à capulari vetula temperaueris, & morſum tolerauerit muſcæ. Quem iam iſte dogmatum ſuorum manet inſectatorem? Si enim ieiunus eſt, hæc qui extollit: longe certe ieiunior, qui horum quodq; officium, rem magnificam, atq; adeo eſſe ſtatuit magnificentiſſimam. Etenim ſi paria ſunt muſcæ morſum toleraſſe caſteque abſtinuiſſe vetula, ac fortiter agere, nihil mea opinione refert, ex his vir honeſtus an ex illis cõmendetur. Adde quod libro ſecundo de amicitia, cum docet non ex offenſis omnibus amicitiam deponendam, vſus ſit hiſce verbis. Sunt enim quædam in totum diſſimulanda, quædam leuiter caſtiganda, alia acrius, ob alia ſemel ab amicitia diſcedendum. Quod vero eſt eo grauius, maiorem dicit cum his conſuetudinẽ, cum illis habendam nobis minorem: vt neceſſe ſit hos magis, minus illos amicos eſſe. Imo longius progrediente hac varietate hi tali, illi tanta fiunt amicitia digni, atq; hi hactenus fidem merebuntur, atq; ita in cæteris. Quid enim egit illic aliud, quam quod ingentia in his diſcrimina reliquerit? Quin etiam in libro de honeſto ad oſtendendum ſolum eſſe honeſtum bonum, ita locutus eſt. Quod bonum eſt, id & expetendum: quod expetendum, id etiam gratum: quod gratum, id laudabile: quod laudabile, id honeſtum quoq;. Poſt item. Quod bonum, idem lætabile eſt: quod lætabile, idem ſimul amplum: quod amplum, id etiam honeſtum. Atqui hæc dicta diſcrepant ab illo. Siue omne quod bonum eſt, idem eſt laudabile, etiam caſte abſtinuiſſe vetula laudabile ſit: ſiue non quicquid bonum eſt, idem amplum & laudabile. Sed iacet hoc argumentum. Poteſt namque fieri fortaſſe, vt ſi alii iſtorum nomine celebrentur, frigidum ſit: & idem, ſi horum gratia exultent & ſibi placeant, non ſit ridiculum. At cum talem ille paſſim ſe præbet, tum in oppugnandis aliis nihil plane moratur, ne quid ſibi ipſi dicat repu-

repugnans & dissonum. Siquidem in commentariis de exhortando mordens Platonem, quod dicat ei, qui non didicit neq; nouit viuere, ei conducere non viuere, hæc verba effudit. Hæc oratio & secum pugnat, neq; seruit exhortationi. Primum enim, dum id agit, vt probet non viuere optimũ esse, & quasi censet emoriendum: ad alia nescio quæ citius quam ad philosophiam sectandam excitauerit nos. Neq; enim potest, qui non viuit, philosophari: neq; igitur qui prauã & imperitam vitam diu duxerit, euadere prudens. Et infra, etiam turpibus differit, vt in vita maneant, conuenire. Mox addit hæc verba. Primum sicut vitus simpliciter non facit, vt viuendum nobis sit: ita nec vitium tantum valet, ea vt sit deponenda. Nec vero alios Chrysippi cõmentarios euoluamus, necesse est, vt pugnare eum secum mon stremus: cum in his ipsis nunc
10 Antisthenem prædicans iaciat aut mentem aut laqueum parandum, & Tyrtæi illud:

Mentis prius aut fati tenendus terminus.

Et quidem quid hæc significant aliud, nisi non viuere quam viuere malis & insipientibus compendiosius esse? Nunc Theognin emendans: Non dicendum, inquit, erat,

Pauperiem fugias.

Sed potius:

Fac vitium fugias, potiusq; in æquora vasta
Rupeq; de celsa te dato præcipitem.

Quid igitur facere eum dicas aliud, quam quas res & sententias infercit scriptis suis, easdem ex aliorum expungere: cum Platonem incre pet, quod non viuere, quam turpiter & imperite vi-
20 uere doceat præstare: contra consulat Theognidi, quo declinet improbitatem, vt præcipitet se & vndis obruat. Siquidem ducem Antisthenem cum probat, quod mente expertes ad restim redegerit: se ipse notauit, qui dixit non tantum valere vitium, vt vita eius causa sit excedendum in illis vero, quæ de iustitia contra ipsum scripsit Platonem, mox à limine adoritur disputationem de diis, iactatq; & parum recte deterrere Cephalum deorum metu ab inferenda iniuria, & illam de vindicta diuina disputationem refelli facile posse, multasq; effundere ex se in diuersum trahentes probabiles rationes & repugnantes: vt quæ germana sit Accûs & Alphitûs: quarum terrore pueros à malorum studio mulieres reprimunt. Postquam ad eum modum obtriuit Platonem, alibi rursus multus est in commendando eum & citandis his Euripidis:

Si rideat quis hæc, videbunt Iuppiter
30 *Et cæteri diui clades mortalium.*

Pari modo libro primo de iustitia: vbi allegauit Hesiodia hæc:

Cælitus his cladem Saturnius intulit ingens
Et pestem atq; famem, populum hæ vulgantur in omnem.

Hæc deos facere perhibet: quo coercitis improbis moniti his exemplis cæteri à similibus facinoribus temperent.

QVID QVOD, cum in libris de iustitia prædixisset eos, qui voluptatem in bonis numerant, sed non pro summo bono, tueri simul iustitiam posse. Hoc, inquam, cum posuisset, ita ad verbum ait: Nimirum si in bonis ponatur voluptas, non summum bonum tamen constituatur: ex iis autem, quæ propter se expetenda sunt honestum: tenuerimus iustitiam, dum bonum maius esse sinimus honestum & iustum voluptate. Hæc ille in libris de voluptate. At in libris,
40 quos contra Platonem scripsit, carpens eum, quod videatur in bonis sanitatem censere, non tantum iustitiam ostendit, verum etiam magnanimitatem eum & temperantiam cæterasque virtutes tollere omnes, si voluptatem vel sanitatem vel quid aliud, quod honestum non sit, bonum statuamus esse. Ac quæ protegendi causa Platonis adferenda sunt, alias aduersus eum sunt scripta. Hic vero euidens est pugna: dummodo, si quis vna cum honesto voluptatem esse bonum ponat, stare ait iustitiam: modo vice versa iis, qui non solum honestum esse bonum constituunt, omnes virtutes obiicit ab ipsis conuelli. Cæterum ne vllum prætextum relinquat pugnis suis: in Aristotelem de iustitia scribens, hallucinari prædicat eum: dum contendit, si voluptas summum bonum sit, cum iustitiam euerti: tum vna cum iustitia quamlibet reliquarum virtutum. Nempe iustitiam quidem per eos vere tolli, sed virtutes cæterę nihil causæ esse quin subsistant: & si minus propter se ipsas concupiscendæ, at bonæ certe & virtutes sint permansu-
50 ræ. Mox singulas nominatim nuncupat. Sed operæprecium est illius verba repetere. Vt voluptas, inquit, ea ratione summum bonum esse videatur: non tamen genus illud iudico simul vniuersum comprehendi. Quare dicendum neque virtutem suo nomine vllam expetendam esse, vel vllum defugiendum vitium, verum omnia ad præsens propositum reuocanda. Nihil ex eorum sententia obstabit tamen quin fortitudo, prudentia, continentia, tolerantia, atque eius generis virtutes ex bonis sint, contraria vero declinanda. Quis hoc fuit in disputando impudentior: qui duobus summis philosophis impegit, alteri quod omnem virtutem perimat,

qui non vnum honestum statuat bonum esse: alteri, si voluptas summum bonum sit, quod reliquam virtutem excepta iustitia existimet concidere. O licentiam portentosam. De rebus disserens iisdem, quæ ponit ipse, ea notat in Aristotele: contra quod hæc tollat, improperat Platoni. Adde his, quod in argumentis, quæ de iustitia adducit, diserte dicit omne officium etiam legitimam & iustam actionem esse. Quod autem continenter, vel toleranter, vel sapienter, vel fortiter fit, id officium est, ergo etiam iusta actio. Quin ergo, quibus sapientiam, fortitudinem, & continentiam relinquit, his relinquit iustitiam: cum his, quæcunque recte agunt in memoratis virtutibus, etiam iuste agant? Quod Plato ait, cum iniustitia labes animi & tempestas sit, ne in illis quidem, qui ea sunt suffusi, hanc abiicere vim suam: verum ipsum secum committere, exagitare, & infestare peruersum: taxans hoc Chrysippus absurde ait dici, lædere semetipsum. Iniuriam enim alteri, non sibi ipsi inferri. At horum oblitus diuersum in argumentis de iustitia violari asserit à semetipso iniuriosum, atque sibi ipsi iniuriam imponere, cum alium iniuria lacessit, quod sibi ipse iuris violandi fuerit author, vulneretque immerito semetipse. At in illis, quæ contra Platonem scripsit, quod iniuria non in semetipsum: sed in alterum dicatur, iste attulit. Nam priuatim qui iniusti sunt, ex pluribus constant talibus pugnantibus, cum alioquin accipiatur in pluribus, qui iniuriose contra se mutuo sunt affecti: in vnum vero nihil tale competat, sed quatenus aduersum alterum ita sit comparatus. Contra id demõstrationibus agit, iniustum etiam sibimetipsi iniuriam facere, hoc modo: Sancit lex, ne quis delicti affinis sit, est autem iniuriam facere delictum. Qui ergo eius sibi culpæ affinis fuerit, vt iniuriam fecerit is delinquit in seipsum. Qui vero deliquit in vnum, is iniuria illum afficit. Qui ergo hunc quem liber afficit iniuria, hic se ipse iniuria afficit. Rursus. Peccatum ex genere est læsionum: & quisquis peccat, in semetipsum peccat. Quisquis igitur peccat, se ipsum lædit immerito. Itaque iniuriam inferr ipse sibi. Præterea hoc modo. Qui alterum violando se ipse lædit, hic se ipse immerito lædit: id erat autem iniuriam facere. Quare quisquis iniuriam offert, etiam in quolibet semetipsum iniuria afficit.

COMMENTATIONEM de bonis & malis, quam inuehit ipse & comprobat, concinere demonstrat imprimis vitæ ingenitisque nobis connexam prænotionibus esse. Ita enim libro tertio exhortationum loquitur. In primo hanc commentationem ostendit aliis ab omnibus hominẽ auocare, quasi nullius sint momenti, neque quicquam ad vitam referant beatam. Hic mihi vide quam sibi consonet: qui eam commentationem, quæ à vit secunda valetudine, indolentia, & sensuum integritate retrahit, hæcque nihil ad nos astruit pertinere, quæ ab diis immortalibus poscimus, potissimum vitæ & communibus prænotionibus concinere dicit. Verum ne quis eum inficias eat pugnantia inter se dicere, libro tertio de iustitia hæc prodit. Quapropter ob eximiam magnitudinem & elegantiam fabulis videmur similia narrare, supraque conditionem & naturam humanam. Quî autem possit fieri, vt quisquam clarius confiteatur repugnantia sibi ipsum proferre quam ita: quæ propter excellentiam haberi iactat pro commentis, supraque conditionem & naturam dici humanam, ea concinere si prædicet vitæ atque imprimis cum natiuis connexa notionibus esse.

MATERIAM pronunciat miseriæ vitium esse: atque per omnes libros physicos & morales scribit contenditque, in vitio viuere nihil aliud esse quam misere viuere. At libro tertio de natura cum præmisisset præstare amentem viuere quam non viuere, etiam si sana mente sis futurus nunquam: subiicit: Hæc enim bona ad homines pertinent, vt quodammodo mala mediis potiora sint. Ac quod ille, qui dixit alias conducibile nihil amentibus esse, hic conducere feret amenter viuere, relinquo. Quod vero mediis, quæ apud ipsos neque mala neque bona sunt, potiora esse mala dicit: id nihil habet argumenti, nisi quod non malis mala præponderent, vt miserum esse vtilius sit quam non miserum esse: Ita non miserum esse quam miserum inutilius sit: quod si inutilis, simul sit damnosius. Quam importunitatem cum mollire vellet, hoc subiicit de malis. Non sunt autem hæc potiora, sed ratio, qua cum congruentius est, vt amentes simus viuere. Primum igitur mala vitium appellat, itemque quæ in consortium veniunt malorum, nec quicquam aliud. Est autem vitium rationale, imo adulterata ratio. Quid igitur est aliud cum ratione viuere, si amentes simus, quam viuere cum vitio. Iam viuere amentes est miseros viuere. Quatenus præstat hoc mediis? Neque enim admittebatur, vt vita beata, inquit ille, præcellat miseræ. At nullo modo, inquiunt, existimat Chrysippus vel in vita mansionem bonis, vel excessum malis annumerandum: sed in genere eorum, quæ natura sunt media, locandam. Ita beatis interim educere seipsos ex vita, & contra remanere in vita miseris conuenit. Iam quid eo magis repugnet expetendo & fugiendo: si summe beatis alicuius rei indifferentis desiderio conuenit præsentia bona deserere: & indifferentium nihil expetendum vel declinandum esse, verum vnum esse bonum, quod expetendum sit, solumque deflectendum

ſtendum putant malum. Ita fit eorum ſententia, vt neque ad expetenda neq; ad refugienda actionum rationes dirigant: ſed alia ſpectantes, quæ nec fugiant nec ſectentur, ad ea & viuant & moriantur.

SVMMAM diſſociationem confitetur Chryſippus inter bona & mala eſſe: quod quidē neceſſe eſt: ſi hæc illos, qui eis tenentur, reddit ſtatim extreme miſeros, illa ſumme beatos. Bona autem & mala ſenſibus accipi dicit, priore libro de finibus in hæc verba ſcribens. Cadere enim ſub ſenſum bona & mala & hinc conuenit aſſerere. Non enim veri animi motus cum partibus ſuis, ceu dolor, metus, & quæ eius generis ſunt, ſed & furti, adulterii, & conſimilium ſenſum capias licet: Breui inſipientiæ etiam & ignauiæ aliorumq; non paucorum vitiorum: neq; ſolum gaudii, beneficentiæ, & aliorum non paucorum officiorum: ſed & prudentiæ, fortitudinis, reliquarumq; virtutum. Horum vt aliam abſurditatem miſſam faciamus, quis cauſam dixerit hæc pugnare cum iis, quæ de ſapiente, quem dicunt falli, tradunt? Nam cum præſens bonum ſenſu accipiatur, magnamq; habeat cum malo diſtractionem: eum, qui ex malo euadit bonus, id ipſum ignotare, nec virtutis ſenſum accipere præſentis, ſed in vitio ſe putare verſari: nonne eſt maxime hoc abſonum? Nam aut nemo neſcire vel dubitare poteſt, an virtutibus ſit omnibus exornatus: aut tenuis eſt & vix animaduerti poteſt diſtinctio à vitio virtutis, beatitudinis à miſeria, honeſtiſſimæ vitæ à turpiſſima, ſi qui his loco illorum eſt inſtructus, ſui ipſius imprudens ſit. Volumen conſcripſit vnum de vitis, quod libros quatuor complectitur. Horum in quarto ſapientem dicit quietum nec curioſum eſſe & rerum ſuarum tantum ſatagentem. Eius hæc verba ſunt: Equidem ſapientem arbitror & quietum eſſe & paucis ſe ingerere & ſua curare, cum rerum ſuatum curam agere & paucarum cura ſe diſtringere iuxta ſit laudabile. Paria fere in libro de rebus propter ſeipſas expetendis in hæc verba dixit. Reuera apparet quietam vitam tutam & ſecuram eſſe. quod quotuſquiſq; de vulgo poteſt animaduertere? Hunc quidem à tollente deorum vacatione prouidentiam Epicuro non diſſidere lucet. Enimuero Chryſippus ipſe libro primo de vitis, regnum prædicat ſapientem vltro ſubire, vitæ ſibi ex eo quæritantem ſubſidium. Qui ſi regnare ipſe non poſſit, in contubernio tamen viuet regis, comitabiturq; in expeditionem regem quod fecerunt Hydanthyrſus Scytha & Ponticus Leucon. Subtexam & hanc eius diſputationem: num quomodo ex nete & hypate exiſtit concentus, ita conſentanea ſit hominis vita ocium ſectantis & rerum curam paucarum, inde equitantes comitantis Scythas & tyrannorum Boſphori negocia ex qualicunq; neceſſitate gerentis? Nam quod ait, Etiam cum dynaſtis militabit & viuet, ruſus conſideremus his conſequentet: quod tamen ſunt qui conſimilibus rationibus adducti non ſentiunt: nos vero hæc quoq; conſectariis de cauſis prætermittimus. Et paulo poſt. Non ſolum vero cum iis, qui aliquantam progreſſionem fecerunt, & inſtitutionem morum aliquam ſunt ſortiti, vt apud Leuconem & Hydanthyrſum. Calliſthenem, quod ad Alexandrum inſtaurandæ Olynthi ſpe nauigauerit, ſicut Stagiræ Ariſtoteles, nonnulli culpant. Contra Ephorum, Xenocratem, & Menedemum, qui Alexandro præciderunt, laudibus ferunt Chryſippus vero lucri gratia in caput ſapientem præcipitem dat in Panticapæon & in vaſtitatem Scythicam. Quod vero compendii cauſa & quæſtus hæc agat, ante demonſtrauit, cum tria quæſtus genera ſapienti potiſſimum congruentia ptoponit, ex regno, ex amicis, tertium præterea ex docendo. Quamuis autem hæc multis locis ad faſtidium vſque celebret:

Mortalibus quid opus ſit præter hæc duo, &c.

In libris item, de natura ſapientem prædicat, ſi maximas opes perdiderit, vnum ſibi viſum iri effudiſſe denarium. Quem tamen illic tantopere extulit & inflauit, eum hic è diuerſo ad operam mercenariam & ad ludum aperiendum deiicit. Etenim poſtulaturum & præcepturum mercedem, nunc ſtatim à primo, nunc tempore diſcipulis præterlapſo: quod eſſe oſtendit benignius: ſed tutius ante capere, quod hoc loco expectanda iniuria ſit. Sic namq; ait. Exigunt mercedem non omnes, qui ſapiunt, pari modo, ſed alio hominum vulgus pro occaſione nara, quod non oſtendit bonos viros ſe redditurum, idque intra annum, ſed quod ad ſe attinet, ad conſtitutam diem. Et infra. Tempus nouerit, mox ne ab ipſo ingreſſu penſionem, quod fecerunt pleriq;, capturus ſit, an ſpacium eis largiturus, quod hic articulus, licet ſit humanior, magis tamen opportunus ſit iniuriæ. Quomodo autem aut pecuniæ faſtidiens ſit ſapiens, qui virtutem argento ſub ſyngrapha tradit: & licet non tradiderit, exprimat mercedem quaſi partibus ſuis functus: aut iacturæ contemptor, qui prouidet, ne in mercedula lædatur. Quippe nullus, qui non fraudatur, læditur. Itaq; qui iniuria affici negauit alibi ſapientem, hic eum articulum dicit iniuriæ patere.

IN LIBRO de rep. nihil voluptatis cauſa acturos aut concinnaturos ait ciues, celebratq; Euripidem, cuius verba allegat:

Quid enim est opus prater duo hac mortalibus
Tantum, Cereris munus, &c.

Hinc paulo infra Diogenem fert laudibus purgantem in publico penem iactantemq; ad cotonam, famem vtinam æque propulsare queam ventre. Quam igitur habet rationem, vt eodem loco summouentem prædicet voluptatem, simulq; ea voluptatis causa agentem & tam se turpem præbentem.

CVM IN LIBRIS de natura complures animantes scripsisset pulchritudinis gratia à natura esse productas elegantiæ studiosa & varietate gestiente, adiecisserque dictum absurdum pauonem caudæ gratia ob eius elegantiam genitum: è diuerso in libro de rep. increpat acriter illos, qui pauones ac luscinias alunt, quasi contrarius legislator mundi legislatori, deridensque naturam, quæ elegantiæ studium suum iis in animantibus exprimat, quibus in ciuitate locum sapiens non relinquit. Nonne monstrosum est carpere alentes molliter, si prouidentiam laudat? Libro quinto de natura postquam demonstrauit cimices ex somno nos commode excire, & attentos reddere mures, ne in quaque re securi simus reponenda? Elegantiæ autem esse naturam studiosam, quæ varietate ducatur, esse probabile: hæc ad verbum protulit. Huius videas in cauda pauonis specimen. Hic enim animal hoc caudæ gratia significat, non cōtra, genitum. Ita marem nascentem secuta est fœmina. Porro postquam in libro de rep. ait. Breui etiam sterquilinia pingemus. Mox: Rem rusticam, inquit, exornant nonnulli topiario & myrthis: pauones, columbas, & perdices alunt, vt caccabent ipsis, luscinias quoq;. Equidem libenter eum rogem, de apibus quid ac de melle sentiat. Quippe consequens erat, si cimices vtiliter, apes inutiliter natas diceret. Quod si his locum in ciuitate tribuit, cur iis, quæ mulcent aures & oblectant, interdicit ciuibus. In summa, sicut qui conuiuas insectatur, quod bellariis, vino, pulmentariis vtantur: conuiuatorem vero, qui hæc apparauit, laudat: ineptus est: perinde qui extollit prouidentiam, quæ pisces, aues, mel, vinum parauit, & vellicat eos, qui ista non reiiciunt non contenti

Donis Cereris benignæ poculisq; aqua,
Sunt quæ ad manum passim, & nutrire nos solent:

hunc nihil pudet sibi ipsi adferre pugnantia. Item qui in libro exhortationum ostendit genitricibus vel filiabus vel sororibus illulisse, edisse quid, processisse à funere vel cadauere ad templum, perperam improbari: respiciendas dicit bestias, atq; ex illarum exemplis, nihil eius generis alienum & diuersum à natura esse, coniecturam ducendam. Commode enim cum his aliarum animantium fieri contentiones ad hoc, quod nec coeuntia nec generantia nec emorientia in fanis deos polluant. Viceuersa libro quinto de natura ostendit recte atq; ordine Hesiodum, ne quis in amnes fontesue vrinam reddat, vetare: multo minus ferendum id vt ad arma quis faciat vel ad dei simulachrum, neq; ad rem pertinere, si canes & asini hoc agant infantesq; qui hæc non morantur, neq; vllam eorum habent rationem. Nouum est igitur brutorum illic percommodam allerere efferationem, hic absurdam.

QVINAM philosophi statuunt ex eo, quod cogi quis ab extrinsecus oblatis causis videtur appetitiones dimittere; in animi principatu motionem esse quandam aduentitiam, quæ potissimum in rebus variantibus prodat se. Nam cum ex duobus æquipollentibus pariterq; comparatis alterum sumi necesse est, causa nulla ad alterum rapiente, quod nihil discrepet ab altero, vis hæc animi aduentitia propensionem ex se ipsa nacta præcidit fluctuationem. Cum his Chysippus luctans, quasi naturæ per contrarium in multis vim adferant, adducit taxillum & stateram compluraque, quæ non valent alias aliter cadere vel nutare citra aliquam causam vel diuersitatem, quæ illis omnino ex ipsis vel exterius superueniat. Nam causæ quod exors sit & temere fiat, prorsus in rerum natura non existere. In illis vero aduentitiis, quæ fingunt nonnulli & sic appellant, causas occultas irrepere, atque imprudentibus nobis appetitum in alteram partem trahere. Hæc quidem ex notissimis eius scriptis, in quibus crebro ista repetit, desumpta sunt. Quæ vero iste in diuersum tradidit, quia non perinde sunt omnibus obuia, hæc ipsis eius verbis asscribam. In libro de iudicando, cum duos cursores finxisset vna inter se metam atrigisse: fluctuat, quod officium sit brabeutæ: liceatne brabeutæ, vtri libebit, dare palmam, etiam si ei sint familiaritate coniuncti: an hic de suo aliquid sit largiturus potius, quam alterum fraudet palma, quæ velut sorte dubia sit communis vtriusque facta. Vtrum, inquam, ei licebit ex propensione palmam tribuere? Apollo propensionem fortuitam, qualis existit, cum denarus duobus propositis cæteroqui paribus, in alterum proni eum sumimus. In sexto de officiis postquam res nonnullas non vsque adeo magnam industriam vel attentionem ostendit mereri, permittendam in his censet fortuitæ mentis propensioni sicut forti electionem: velut, inquit, si duos hosce oblatos denarios experientes aliquantisper, hi hunc, illi illum prædicent pulchrum esse, & si capiendus vnus: tunc omissa longiore exploratione alterutrum, quem

quem fors tulerit, ea cum alio ducta accipiemus, etiam si deteriorem ex eis simus accepturi. Quippe in his fors & temeraria mentis inclinatio nulla moræ causa ad sumendum indifferentia impellit.

LIBRO tertio de dialectica cum præmisisset magnam industriam posuisse in dialectica Platonem, Aristotelem, eorumq; successores ad Polemonem vsq; atq; Stratonem, præ cæteris autem Socratem, cum hoc elogio, optaturum quemq; eum tot tantisq; viris vel errare: subiicit hæc verba: Nam si obiter de his disseruissent, fortassis locum hunc pro ludo habeas. Quia vero adeo de his disputauerūt accurate, quasi in præcipuis & maxime necessariis dialectica facultatibus sit: non est vsq; eo illos titubare credibile, qui vbiq; tales sint, quales existimamus. Quid tu 10 igitur, obiicias ei, tot talesq; viros allatras ac reprehendis, vt tibi videris, quasi in rebus præcipuis & primis caligantes? Qui sane, si de dialectica accurate, de elementis, de finibus, de diis, de iustitia non scripserunt oscitanter & dissolute, in quibus cœcam eorum disputationem secumq; pugnantem vocas & sexcentis ruinis suffusam.

GAVDIVM ex malis alienis interim nusquam extare ait: quando honestus malis alienis haudquaquam gaudet vllus. Libro secundo de bono postquam inuidiam declarauit dolorem esse ex bonis alienis, quod scilicet deprimere alios velint, quo præcellant ipsi, annectit ei gaudium ex alienis malis. His proximum est gaudium ex alienis malis, dum abiectos reddere similibus de causis alios cupiunt. Deflectentibus hominibus ad alias naturales incitationes nascitur misericordia. Hic propalam vt inuidiam, vt misericordiam, item gaudium ex malis alie-20 nis relinquit in rerum natura, ex qua alibi exterminauit, sicut etiam improbitatis & turpis lucri studium.

QVI MVLTIS locis diem asseruit ad felicitatis magnitudinem nihil referre: sed æque felices esse nec magis eos, qui diutissime in felicitate fuerunt, ac qui momento temporis: viceuersa frequenter dixit ne digitum quidem decere momentaneæ gratia prudentiæ, quæ instar fulgetri prætervoler, portendere. Sat autem fuerit, ea, quæ libro sexto de quæstionibus moralibus ille scripta de his reliquit, adiicere. Nam cum præmisisset, non omne bonum æque gaudium exitare, nec quoduis officium gloriam, subiicit hæc. Etenim si extremo vitæ momento vel puncto temporis tantum obtinebit prudentiam, ne digitum quidem tantisper duraturæ apud eum prudentiæ gratia porrigere par sit: quamuis ex longiore tractu sit nemo beatior, neq; per-30 petua beatitudo momentaneæ præoptanda. Quod si prudentiam ille sicut Epicurus efficiens dicebat beatitudinis bonum esse: ipsa dogmatis modo reprehendenda sit monstrosa absurditas. Sed quia nihil est prudentia aliud ac beatitudo per se, sed ipsa beatitudo: nonne repugnantia sunt parem momentaneam felicitatem esse ac sempiternam, & nauci non esse momentaneam?

VIRTVTES ait sibi inuicem comitari, non tantum quod vnam qui tenet, teneat omnes, verum etiam quia, qui vna quid agit, omnibus agat, neq; virum dicit consummatum, qui virtutum non sit compos omnium, neq; omnes numeros habere actionem, quę non omnibus ex virtutibus instituatur. At libro de quæstionibus moralibus sexto Chrysippus non semper prædicat eum, qui honestus sit, virum fortem esse, neq; ignauum, qui turpis, quasi debeat, quando of-40 ferunt se aliqua visionibus, hic relinquere, ille tueri iudicia sua. Probabile item iactat esse nec semper in lasciuia agere improbum. Si ergo fortem esse tantum valet ac fortitudinem explicare, & ignauum esse ac timide agere pugnantia loquuntur, dum dicunt omnibus simul virtutibus & vitiis eum, cui illa insunt, agere: non autem semper eum, qui honestus sit, virum esse fortem: neq; ignauum, qui turpis.

RHETORICAM definit esse artem, quæ de ornatu & pronunciandæ orationis eleganti digestione tractat. Præterea libro primo hæc scripsit. Non modo ingenui & simplicis ornatus est in oratione habenda ratio, sed & conuenientis actionis in congruentibus modis vocis & oris manuumq; conformationibus. Iste qui tam hic ambitiosus, accuratus, & exactus fuit, è diuerso eodem in libro cum de vocalium collisione prius egisset: Non solum hæc, inquit, negli-50 genda incumbendumq; potioribus, verum etiam obscuritates nonnullæ, defectiones, & vero solœcismi, quorum causa alii non pauci erubescunt. Certe quod nunc vsq; ad manuum & oris decentiam orationem permittit dicentibus exornare, nunc nec de defectibus laborare nec de obscuritatibus, nec si solœcismis vtantur, quicquam expallescere, hominis est, qui, quicquid venerit in buccam, dicat.

IN QVÆSTIONIBVS naturalibus postquam monuit: vt in iis, quę experimentum & oculum requirunt, ne assentiamur, ait: Nec Platoni suffragemur alimentum humidum in pulmonem transmitti, in ventrem aridum: neque alia huius generis sequamur errata. Ego vero existimo, quando quis culpat alios mox incurrit in eadem, quæ culpat, neq; ea euitat, eam pugnantiam maximam & lapsum esse fœdissimum. Enimuero ipse deorum pronunciatorum

com-

complexiones numero excedere afferit decies centena millia: cum id non excufferit per fe fedulo,neq; per experientes verum cognouerit. Atqui Plato aftipulantes habet medicorum clariffimos Hippocratem,Philiftionem,Dioxippum Hippocratium:ex poetis Euripidem, Alcæum,Eupolim,Eratofthenem:qui potionem aiunt per pulmonem permeare. Chryfippum vero omnes notãt arithmetici,inter quos Hipparchus eft: qui planum facit in errorem eum calculi impegiffe grauiffimum. Siquidem genus affirmatiuum efficere contextorum pronunciatorum centum millia præterq; tria millia quadraginta nouem : negatiuum nongenta quinquaginta duo fupra trecenta decem millia.

VETERVM nonnulli diem. quod illi,qui vinum acidum habebat,quod neq; pro aceto poffet neq; pro vino diftrahere,euenire aiebant Zenoni. Quippe productum ei neq; boni neq; indifferentis rationem habere. At Chryfippus rem longe magis reddidit fpinofam. Nunc enim infanire dicit illos,qui opes,fanitatem,doloris vacuitatem, & corporis integritatem nihili faciunt, nec amplectuntur,allegatoq; Hefiodo: 10

Infteì Perfe operi diuûm genus:

fubiecit dementis effe diuerfum admonere Hoc: Ne

Inftes Perfe operi diuûm genus.

Iam in commentariis de vitis fapientem ait contubernium regum quæftus gratia fectaturum, ludumq; mercede habiturum: vt ab aliis eam præcipiat,cum aliis pacifcatur auditoribus. Libro feptimo de officiis,etiam in caput ter faltaturum talenti præmio. Libro primo de bonis aliquatenus concedit & dat,vt producta nuncupes,fi voles bona: mala diuerfa,hifce verbis. Si libet ex iis viciffitudinibus hoc bonum: illud malum appelles licet : modo ad has res iudicio deferatis: neque fine delectu aberres, vt harum tibi fignificata elabantur, fed maxime vfum confecteris appellationum. Qui productum tam prope hic aggregauit & colligauit bono, aliis locis contra nihil plane iftorum dicit noftra intereffe: verum rationem ab omnibus iftis reuocare nos & retrahere debere. Ita enim libro primo exhortationum fcriptum reliquit. In tertio de natura ait,quod fufpiciantur vt beati nonnulli reges & copiofi : id effe perinde,ac fi,qui aurea matula vel aureis laciniis vtuntur,beati habeantur: at vno bono patrimonii iacturam non grauiorem quam drachmæ amiffionem effe,atque ægrotare perinde ac pedem offendiffe. Ita his pugnis non folum virtutem,fed prouidentiam quoque referfit. Quippe fordidam prorfus virtutem apparebit effe & ftolidam , quæ in his fe fatiget,horumque caufa præcipitat in Bofphorum nauigare & iactare fe in caput: ridiculum vero Iouem,cui appellationes gratæ fint Ditatoris,frugiferi,& Gratificatoris : quod nimirum matulas aureas & lacinias aureas hominibus terris largiatur: bonis quifquilias,quę denario valeant,vbi ex Iouis prouidentia locupletes euaferunt : Longe Apollinem magis ridiculum,qui de aureis matulis & laciniis oraculis vacat reddendis & de pedum expediendis offenfionibus. Multo reddunt fua demonftratione hanc pugnam clariorem. Quo enim vti recte & fecus licet,id neque bonum perhibent neque malum effe. Diuitiis & corporis tempeftiuitate roboreq; vtuntur ftulti omnes perperam. Ita eft horum nihil bonum. Si ergo non confert mortalibus deus virtutem,fed fponte noftra honeftum expetimus: opes autem & integram valetudinem fine virtute tribuit: non recte eas vfurpaturis largitur,fed male,id eft,cum noxa,fed turpiter & perniciofe. Et quidem fi valent impertiri virtutem dii: non funt,nifi eam præftent,benigni. Sin efficere nequeant bonos, ne commodare quidem poffunt: cum res fit nulla alia nec bona nec vtilis. At * illos,qui cafu euaferunt boni iudicare ex virtute & firmitate,id vanum eft. Etenim malos iudicant ex virtute & firmitate boni. Quare nihilo plus commodant,quam commodum ipfi ab hominibus accipiunt. Iam nec feipfum pronunciat Chryfippus virum bonum,neq; quenquam ex difcipulis vel præceptoribus fuis. Quid igitur de cæteris fentiant,nifi fic,vt dicunt,infanire omnes,defipere impios, exleges effe,ad infortunii & miferię omnis apicem afpirare: ac tamen adeo afflictorum res mortalium prouidentia difpenfari diuina. Quin etiam fi mutata dii fententia infeftare & affligere nos ftatuant fatigareq; & etiam atq; etiam conficere,haud queant nos peiorem ad conditionem,quam nunc fumus,redigere: ficut Chryfippus dicit nihil ad vitæ noftræ improbitatem vel miferiam addi poffe,vt ea fi loqui poffit,hæc Herculis fit dictura: 20 30 40 50

**At deos cafu iudicare bonos euafiffe.*

Referta fum malis,nec eft locus nouis.

Quas igitur reperias magis inter fe diffonas fententias illa de diis Chryfippi, & illa de hominibus: cum fuperiores quam fieri poteft optime hominibus confulere, cum his agi dicit peffime.

INSECTANTVR eum Pythagoreorum nonulli,quod in libris de iuftitia de gallis gallinaceis ex vfu eos genitos effe fcripferit. Siquidem illos exufcitare nos,venari fcorpiones,pugnis fuis commouere nos,qui ftimulum ad virtutem infigant. Vefci tamen oportere hos, ne natorum agmen plus fatis crefcat. Cæterum vfq; adeo fubfannat ille hos, qui ipfum hic reprehendunt:

vt de

vt de Ioue Seruatore, genitore parente Iustitiæ, æqui & boni, paciſq; libro tertio de diis in hunc modum ſcribat. Vt ciuitates prægrauante ciuium multitudine colonias deducunt, bellaq; mouent aliquibus: ita peſtes & ſtrages deus inuehit: Euripidemq; teſtem edit atq; alios, qui aiunt bellum Troianum ab diis frequentiæ hominum exonerandæ cauſa conflatum fuiſſe. Sed hotum dictorum portenta alia miſſa fac. Neq; enim ſi quid parum recte, verum quæ ſibi ipſis adferunt repugnanter, ea deſtinatum eſt excurere. Ac mihi vide quam ſpecioſa deo & popularia vbiq; vocabula, facta vero atrocia, barbara, & Galatica aſſignet? Neq; enim conſimiles ſunt colonus deducendis tot peſtes & mortalium interneciones, quot Mars Troianus inuexit, & poſtea
10 Medicus Peloponneſiacuſq;: niſi quas in orco & ſub terra ſciantiſti condi vrbes Cæterum æqui parat deum Chryſippus Galatæ Deiotaro: qui pater cum eſſet multorum filiorum, vni autem regnum cuperet & hæreditatem relinquere, omnes illos trucidauit, quaſi vitis palmites putaret & reſecaret: quo iſte, quem relinqueret, pollens foret & magnus. Quanquam vinitor tenellis adhuc & debilibus palmitibus hoc inſtituit, & nos cæcis etiamnum catulis frequentiam eorum cani ſubtrahimus, quo matris rationem habeamus. Iupiter vero, poſtquam non modo permiſit & paſſus eſt homines adoleſcere, verum etiam ortum ipſe dedit & incrementum, ſupplicio afficit, peſtis & cladis colores machinans, cum natalium cauſas & ſemina præbere non debuiſſet. Cæterum hoc leuius eſt, illud grauius. Nullum enim ſine malitia exoritur hominibus bellum: ſed hoc libido, illud cupiditas, aliud ambitio aliqua vel imperii cupido conflat. Quare ſi
20 bellorum deus author eſt, etiam improbitatis eſt, qui inflammet & peruertat mortales: cum tamen ipſe in libro de iudicando, itemq; ſecundo de diis dicat facinorum longe à fide eſſe architectum exiſtere deum. Quomodo namq; violandi ſe non ſi lex molitrix, pariter nec impietatis deos rationi eſt conſonum vel vllius flagitii effectores eſſe. Quid igitur tertius hominib. quam ab ſe mutuo excitata peſtis: cuius dicit Chryſippus à deo inuehi originem. At hercle, dixerit quiſpiam, laudat viceuerſa Euripidis dictum:

Si quid mali faciunt dii, dii ſunt minime. Tum hoc:

Facillimum eſt dictis deos inceſſere.

Quaſi vero aliud nos hic agamus, quam quod pugnantes illius voces & ſententias inter ſe contendamus. Verum enimuero id ipſum certe quod nunc commendatur, non ſemel, non bis, non ter, ſed ſexcenties eſt contra Chryſippum dicere:

Facillimum eſt dictis deos inceſſere.

Primum in libro de natura poſtquam motus perennitatem cum confuſa ex multis potione, quæ alia aliter vertit & conturbat naſcentia, contulit: ſic fatur: Quando vniuerſitatis ordo ad eum modum procedit, pro eo neceſſe eſt, quomodo nos cunq; comparati ſumus, ita ſimus comparati, ſiue contra naturam noſtram laboremus, ſiue mutilati, ſiue Grammatici, ſiue muſici ſimus. Ac mox: Hac ratione pariter de virtute noſtra dicemus & vitio, breui etiam de artibus & inſcientiis, vt dixi. Iam paulo infra, cum omnem ambiguitatem præcidit. Nihil rerum ſingularum ne minimum quidem aliter quam pro natura communi eiuſq; ratione fieri poteſt. Quod
40 vero natura communis & naturæ communis ratio fatum, prouidentia, & Iupiter ſit, id nec illos, qui aduerſa nobis vrgent veſtigia, quos antipodas appellant, fugit. Vulgo namq; hoc ab eis vbique iactatur, &

Iouis eſt expleta voluntas.

Homerum ait, dixiſſe, qui recte atq; ordine illa ad fatum & vniuerſitatis naturam, ex cuius præſcripto cuncta diſpenſantur, referat. Qui ergo iſta ſimul conſiſtere poſſunt, nullius vt turpitudinis deus author ſit, neque res minima ſecus fieri queat quam pro communi natura illiuſque ratione? Siquidem in omnibus, quæ fiunt, etiam turpia diis ſunt aſſignanda. Et quidem Epicurus certe in omnem partem verſat ſe, omnemque mouet lapidem, dum liberare & exoluere liberum arbitrium molitur ſempiterna motione, ne extra reprehenſionem improbitatem relin-
50 quat, cum interim laxiſſimam feneſtram ei aperiat cauſandi, non tantum neceſſario & ex fato; ſed & ex dei ratione & natura eſſe optima factam. Iam hæc quoque ita ad verbum reliquit ſcripta. Quando enim natura communis in cuncta pertinet, non poterit, quicquid quocunq; fiat modo in vniuerſitate & qualibet eius parte, non fieri ex illa eiuſque ratione conſequentiæ congruenter: quod extra ſit nihil, quod obſtaculo eſſe huic ordini valeat: neque aliter moueri aut ſe habere quam ex communis præſcripto naturæ pars poſſit vlla. At quinam partium ſunt tenores & motus? Nempe procul dubio vitia, morbi, auaritiæ, libidines, ambitiones, ignauiæ, iniuſtitiæ ſunt tenores: adulteria, furta, proditiones, homicidia, parricidia genitorũ motus. Horum ſentit Chryſippus citra Iouis conſilium, legem, iuſtitiam, & prouidentiam nihil vel paruum vel magnum exiſtere: vt neque citra legem legis fiat violatio neq; citra iuſtitiam iniuria, neq; citra prouidentiam ſcelus. Atqui deum vindicare dicit improbitatẽ multaq; in prauorum

ſup-

supplicia designare, vt in secundo de diis: interdum dura obiici ostendit bonis, non quomodo malis, in pœam, sed alia ex dispensatione, sicut vsuuenire in ciuitatibus solet. Idem his verbis. Mala itidem accipienda sunt ac supra dictâ. Inde. Sciendum ea ex Iouis consilio vel ad pœnam infligendam vel ex alia quapiã congruẽte vniuersitati dispensatione distribui. Atq; est hoc sane indignum, quod ex Iouis consilio & existat & plectatur malitia. Exaggerat autem pugnam hanc libro secundo de natura, vbi sic scribit: Malitia vero ad atroces casus rationem quandam obtinet peculiarem. Prouenit enim ea quodammodo iuxta naturæ rationem: atq; vt ita loquar, prouenit ad vniuersitatem non inutiliter. Alioqui non bona. Itane vero perstringit eos, in vtramq; partem qui differunt ex æquo? cum ipse præ ardenti studio aliquid omni de re singulate & nouum dicendi iactet loculos præcidere, calumniari, & desipere non esse inutile: neq; inutiliter inutiles, damnosos & miseros existere. Qualis vero Iupiter iste (Chrysopeum dico) rem qui male mulctat, quæ neq; sua sponte neq; inutiliter fit? Nam ex Chrysippi ratione vacat prorsus malitia culpa: verum est culpæ affinis Iupiter, siue rem inutilem produxit malitiam, siue productam ab se non instrugisere, castigat. Rursus libro primo de iustitia cum de diis loquitur, quod nõnullorum sceleribus obsistant. Malitia, inquit, vt funditus tollatur, neq; fieri potest, neq; conuenit tolli scelus, iniustitiam, stoliditatem. Quam hoc verum sit, non est instituti nostri discutere. Enimuero ipse improbitatem, quantum præstare valuit, per philosophiam extirpando, quam non oportuit extirpatam, pugnans quid & cum ratione & cum deo agit. Adhæc dum nonnullis sceleribus deum obsistere dicis, innuit delictorum esse* imparitatem.

* *Alii, atrocitatem.*

CVM sæpe nihil esse in mundo scripserit, quod reprehendi vel culpari possit, cum omnia ex optima natura efficiantur: alibi contra improbandas quasdam incurias non vulgaribus neq; leuibus in rebus relinquit: In tertio certe de essentia, mentione illata incidere optimis quibusq; talia: Vtrum, inquit, quod aliqua negligantur, quemadmodum amplis in ædibus obiter cadunt furfura quædam & tritici tantulum, dum tamen vniuersitas rite procuratur: an quia istis præsident maligna quædam dæmonia, in quibus reuera culpandæ remissiones existunt. Sed & necessitatis res magna contagione refert teneri. Hic tales optimorum quorumq; casus sicut Socratis damnationem, Pythagoram viuum à Cyloneis crematum, Zenonis à Demylo tyranno, & Antiphontis inter tormentorum cruciatus neces furfuribus obiter cadentibus æquipatare, quantæ sit leuitatis, non exequar. Vt malos genios talibus prouniciis ex prouidentia præfectos esse, id crimen profecto pertineat ad deum vt regem, qui peruersis & stultis præsidibus & ducibus procurationes credat, conniueatq; his nullam curam optimorum virorum gerentibus in eosq; debacchantibus. Iam si multum necessitatis est rebus admistum: non est omnipotens deus, neq; ex illius arbitrio omnia administrantur.

OBSTREPIT Epicuro & iis, qui prouidentiam sustollunt maximo opere ex notionibus, quas de diis habemus quos beneficos humanosque intelligimus. Quæ quia passim apud istos commemorantur, nihil verba eorum opus est attexere. Atqui benignos esse deos non omnes opinione anticipant. Nam Iudæi & Syri considera quæ de deo sentiant. Poetarum vide sententiæ quanta refertæ sint superstitione. Mortalem certe & genitum esse nemo prope dixerim substituit animo deum. Quorum vt alios præteream, Tharsensis Antipater in libro de diis ita scribit ad verbum: Ad vniuersæ disputationis illustrationem, quæ de diis sensa habeamus, strictim consideremus. Deum igitur intelligimus animal beatum, immortale, bene de hominibus merens. Mox hæc singula exponit hisce verbis: Immortales sane arbitrantur eos omnes. Ex omnibus igitur est Chrysippus ex Antipatri sententia nullus. Quippe nullum putat deorum nisi Iouem incorruptum, verum & genitos & interituros iuxta omnes. Hæc licet vbique fere ab eo referantur, ascribam tamen ex libro tertio de diis ipsius verba. Diuersa ratione alii geniti sunt dii & caduci, alii ingeniti: cuius demonstrationem à capite arcessere, potius ad commentationem physicam pertinet. Etenim sol, luna, cæterique dii, quorum par ratio est, ortum habent. Iupiter vero æternus est. Et infra. Pari modo de intellectu & ortu dicetur, deque diis reliquis & Ioue. Huius enim sunt partes interitus expertes, illi interitum agnoscunt. His adhuc pauca ex Antipatri dictis adiicere statui. Quicunque eripiunt diis beneficentiam, hi aliquatenus ad eorum informationem accedunt. Æque illi, qui ortus eos & interitus consortes existimant. Proinde si pariter importunus est, qui interitui obnoxios deos arbitratur, atque ille, qui non consulere eos putat hominibus neque esse humanos: æque Chrysippus atque Epicurus cœcutit. Hic enim deos æternitate, ille expoliat beneficentia. Iam libro tertio de diis Chrysippus tractans alios deos ali, sic ait: Alimento vtuntur cæteri dii æque, quò conseruantur. Iupiter & mundus alia ratione, quam illi qui conficiuntur & ex igne sunt orti. Hoc loco omnes asserit alios deos, si discesseris à mundo & Ioue, nutriri. At in primo de prouidentia Iouem refert augeri, dum in se cuncta absumpserit. Quando enim mors est animæ ex corpore excessus: Mundi vero non excedit

excedit ex eo animus,sed perpetuo augetur,quoad exhauserit materiam,non emori astruendū est mundum.Quem igitur quæso magis sibi loquentem audisti repugnantia, quam eundē deū qui ali & non ali dicit?Neque attinet hoc subducta colligere ratione,cum ipse eodem loco scripserit:Mundus nihil foris quærere,sed seipso contentus esse perhibetur:quod vnus in seipso omnia,quibus eget,habeat,alaturq; ex seipso augeaturque,cū reliquæ partes in seipsas digerantur:Itaque non tantum illic,vbi deos reliquos affirmat exceptis mundo & Ioue ali, & hic mundum ali refert,pugnat secum:cæterum multo magis,quod augeri tradit mundum,qui alimentum ex seipso petat.Cum contra oportet hunc solum,qui ex sua ipsius alatur tabe,non augescere:cæteris vero diis,qui foris capiant alimentum,incrementum accedere & auctum,citiusq; in 10 hos absumi mundum : si certe mundo ex seipso,his capere assidue quid ex illo & ali contingit. Deinde etiam deorum notio facilitatem & beatitudinem complectitur,& per seipsum esse absolutum.Hinc Euripidem laudant,qui dixit:

Eget deus,deus si vere est,nullius:
Sed verba sunt hæc infelicia admodum.

Chrysippus vero quo citaui loco,solum esse,cui nihil desit,mundum ait:quod vnus omnia,quibus indiget,in se habeat posita. Quid iam huic,soli nihil deesse mundo,consequens fit,nisi illud neque soli,neque lunæ,neque alii deo vlli nihil deesse?Quod si est,nec felices vel beati sint.

FOETVM existimat in vtero plantæ ritu vegetari: Vbi iam editus est,frigescentem ex aëre induréscentemq; mutare spiritum & animal fieri.Quare non esse ab re animam Græce dictam, 20 ψυχὴν à ψύξει,id est,refrigeratione.Item repugnans sibi ipse Chrysippus animam putat esse rationem naturæ subtilioremq; auram.Qui enim fieri possit,vt refrigerando constringendoq; tenue ex crasso & rarum fiat.Quod vero maius est:quomodo qui refrigeratione astruit infantem animari,animatum censet,qui igneus sit natusq; ex transeunte in ignem euaporatione,solem. Nā libro tertio de natura ait:Ignis conuersio ea est. Transit per aërem in aquam:ex aqua subsidēte terra aër exhalatur.Tenuato aëre coercetur æther circulatim. Stellæ ex mari vna cum sole accēduntur. Quid igitur est succendendis magis quam refrigeratio contrarium,vel diffundendis quam spissatio:cum hæc aquam & terram ex igne & aëre efficiant, illa in ignem & aquam humidum & terrestre conuertant. Nihilo minus modo succensionem modo refrigerationem animandi ponit principium.Atqui postquam inflammatus mundus est in totum, tūc viuere ait 30 eum & esse animantem Qui si rursus restinguatur & spissetur,in aquam & ignem & corpus degenerare.Porro dicit libro primo de prouidētia.Quia enim ex toto est igneus mūdus,cōtinuo etiam anima & sui est mens. Quando verò in humidum vertitur & relictā intus animam, quia in corpus quodammodo & animam mutatur, vt ex his constet,tunc alio se modo habet. Hic profecto diserte inflammatione etiam in anima dicit mundi in animatum abire : vice versa restinctione resolui humescereq; animam in corpus transeuntem.Absurdū igitur apparet Chrysippum esse, qui refrigeratione nunc ex torpentibus facit animata,nunc in sensu carentia & inanima maximam mundi partem conuertit.

ET VERO citra hæc eius de mundi ortu disputatio repugnantem continet ipsius placiti probationem. Quippe nasci refert animam,quando in lucem edito partu refrigeratione velut 40 consolidatione variat spiritus. Probat autem genitam animam & posteriorem esse natiuitate eo potissimum:quod mores & indolem nati referant parentum:cum diuersum cernatur. Neq; enim fieri possit,vt anima,quæ post puerperiū nascatur,informetur ante puerperium moribus, Alioquin hoc euenerit,vt prius quam generata anima sit,similis ea fuerit animæ:id est,vt sit affinitate & non sit,quia haud dum genita. Quod si dicas,quia corporum temperaturis innascitur similitudo,nascentes variare animas:subuerteris argumētum natam animam esse. Ita namque fieri poterit,vt , quamuis sit ingenita, postquam extrinsecus fuerit ingressa, similitudinis temperatura variet.

AEREM aliquando subuolare & leuem asserit esse,aliquando ponderosum nec leuem. Ac libro secundo de motu tum ignem vt non ponderosum sublime petere dicit, tum æque aërem: 50 atq; aquam magis terræ,aërem igni contribui.In artibus naturalibus in alteram sententiam inclinat,neque pondere sua sponte neq; leuitate præditum aërem esse.

AEREM natura caliginosum esse affirmat : quo argumento vtitur etiam frigidum primo esse. Siquidem oppositum esse eius caliginem ignis splendori,& frigus calori. Hæc qui libro primo quæstionum naturalium agitat, rursus in commentariis de habitibus nihil aliud refert habitus quam aëras esse. Quippe circumfunduntur ab his corpora: & cur tale quiddam sit vnumquodq; eorum,quæ habitu continentur,causa est ambiens aër : quem duritiem in ferro, spissitudinem in lapide,candorem in argento nuncupant.Quæ quidem cum mira absurditate coniuncta sunt omnia. Etenim si permanet talis,qualis natura est,aer: quonam nigrum pacto in non candido fit candor,molle in non duro duritia,rarum in non denso densitas? Quod si con-

fusus his variat & assimilis fit horum: qui habitus fit vel potentia vel causa horum, à quibus vincitur? Patientis est enim non agentis, neq; continentis sed elanguescentis ea conuersio, cuius vi suas amittit qualitates. Et quidem passim materiam inertem sua sponte & immotam qualitatibus esse pronunciant subiunctam: qualitates spiritus, eos autem potentias aëreas: quas quibuscunq; infusæ partibus materiæ fuerint, eas singulas figurare & informare. Hæc qui possunt dicere isti, qui natura aërem ponunt esse talem? Quippe cum habitus sit & vis, corpus quodq; sibi assimilabit: vt nigrum & molle sit futurum. Sin temperatura cum illis diuersas assumit, quam sua sponte habet materia, figuras: iam quodammodo materiæ nec causa nec potentia erit.

INANE, quod mundi extra est, infinitum esse: infinito autem neq; initium esse neq; medium to neq; terminum, frequenter asseritur à Chrysippo. Qua quidem ratione illũ appellatum ab Epicuro ad inferiora nutum atomi spontaneum tollunt: cum in infinito nullum sit discrimẽ, quo aliud sursum, aliud deorsum ferri intelligatur. Sed libro quarto περὶ Δυνατῶν locum certum constituit medium, in eoque locatum mundum autumat. Sunt eius verba hæc. Quocirca etiam de mundo asserendum, interitui esse eum obnoxium: quamuis id disputationem requirere videtur. Veruntamen id magis ego probo. Multum certe quasi ad eius perennitatẽ confert regionis huius occupatio, puta quod in medio sit. Quando si alicubi esse cogitetur: cõueniet ei omnino interitus. Mox infra. Nam hoc quodammodo etiam essentia medio loco occupato ab æterno constitit: quod statim ab exordio talis fuerit, vt si nullo alio modo, ob loci certi sortitionem interitui non pateat, atq; ita sit sempiterna. Hæc vnam habent perspicuam & ante oculos positam contradictionem: quod in infinito locum certum relinquat medium mediamq; regionẽ. Iam obscuriorem quidem alteram sed magis nouam hac. Siquidem non permansurum ratus mundum æternum, si alia ora vacui esset sedem sortitus, non obscure timet, ne si partes essentiæ locũ non peterent medium, dissolutio mundi & interitus sequeretur. Quod nequaquam timeret, nisi corpora vndiq; rapi sua sponte ad medium existimaret non essentiæ, sed complectentis essentiam regionis: de quo frequenter rem impossibilem esse & contra naturam dixit. Neque enim esse in inani discrimen: quo corpora huc potius quam illuc applicent: sed mundi descriptionẽ motus esse ad centrũ & ad eius mediũ causam, vergentibus eo vndiq; nutu suo corporibus. Hic satis sit verba eius ex secundo motu adiicere. Præmisso enim corpus esse mundum absolutum, non autem consummatas partes eius: quod referantur ad totum, nec per se subsistant: Itemque cum verba de motu mundi fecisset: quod, quo consistat & cohæreat, comparatus sit, vt per partes omnes suas cieatur, nec diuellatur vel concitatur: sic ait: Ita tendente vniuersitate pulsaque in idem, partibusq; ex corporis indole eandem obtinentibus motionem: probabile est corporibus esse omnibus à natura primum impressum nutum ad mundi medium, mundo quidem, sic vt impellatur ad seipsum, partib. vero ceu partib. eius. Heus tu, dixerit hic aliquis, quid tibi accidit, vt horum verborum obliuisceretis: ac mundum, nisi mediam regionẽ forte fortuna insedisset, dissipationi & mortalitati assereres patere? Si namq; sua ipse sponte ad sui * ipsius mediũ vsquequaq; vergit, eiusq; partes eodem vndequaque tendũt, profecto quamcunque in partem traiiciatur vacui, qui coercet ita seipse & complectitur, immortalis indissolutusque durabit. Siquidem illis, quæ conciduntur & dissipantur, hoc accidit, quando vnaquæq; pars discreta & diuulsa ad locum suum proprium ex alieno per naturam suam defluunt. Tu vero, qui, si alio vacui loco mundus ponatur, ita prorsus coalescere putas ei occasum: ac dicis proinde mediũ esse iure, quæ per naturam nullum habet medium, ita in inani, inquã: tensiones quidem illas, cohærẽtiasq; & nutus, quod firmi nihil ad conseruationem habeant, missos fecisti, & loci occupationi æternitatis causam assignasti. At supra cõmemoratis, quasi teipsum reuincere studeas, hæc annectis. Quemadmodum mouetur vnæquaq; pars, quæ corpori reliquo cohæret, perinde moueri eam etiam per se solam est consentaneum, etiam si disputationis gratia finxerimus hãc & posuerimus esse in huius mundi inani aliquo. Vt enim coercita vndiq; ad medium moueretur: ita eodem in motu, etsi disputationis gratia repente faciamus circa illum inane apparere, perstabit. Itane vero pars quæuis ab inani circumfusa non amittit, quod rapit ad mundi vmbelicum, momentũ: ipse vero mundus, nisi adornauerit ei temeritas locum, virtutẽ perdet continentem aliæq; alio partes essentiæ eius dilabentur? Atq; hæc quidem ingentes continent cum ratione naturali pugnas: Illud etiam cum dei & prouidẽtiæ: quod qui causas ad has minutissimas delegauit, præcipuam detraxerit & maximam. Quæ est namq; potior quam mundi ęternitas, aut essentiam suis partibus vnitam secum cohærere? At accidit hoc, vt est Chrysippi opinio, temere. Nam si est loci occupatio immortalitatis effectrix: ea autem forte contingit: ita nimirum casus conseruandæ est vniuersitatis non fatum & prouidentia author.

* Alij, id.

IAM DISPVTATIO περὶ τῶν Δυνατῶν, id est, de iis, quæ fieri possunt, quin illi de fato aduersaria sit, quam causam dicet? Nam si non est in iis, quę fieri possunt, quod est aut erit verum, iuxta Diodorum: sed quicquid natura admittit, vt fiat, etiamsi nunquam sit futurum, id in iis est, quæ fieri possunt:

possunt:multa fieri poterunt,quæ ex fato tamen inuicto, inexpugnabili, omniumq; domitore nō fierent. Aut igitur vim fatalem euertit:aut si hæc,vt vult Chrysippus,maneat hoc, quod natura,vt fiat,admittit,subinde incurret in id,quod non est possibile. Ac quicquid verum est,idē necessarium erit summa omnium constrictum necessitate,omne falsum impossibile:quod maximam causam habeat sibi,ne esse verum possit, repugnantem. Cui enim in æquore fatum est perire,qui fieri poterit,huic vt mors in terra contingat?Qui ille,qui Megaræ est:facere poterit, si fato prohibetur,vt Athenas proficiscatur?

SED & ea,quæ de visionibus dicuntur,valide fato aduersantur. Siquidem visionem cum intenderet non esse per se solam assensionis causam probare:dixit sapientes in fraudem nos coniecturos,adulterinas visiones imprimendo,si per se solæ efficiant visiones assensus. Quandoquidem crebro vtuntur apud improbos sapientes falso, visionemq; represæntant eis probabilem, non tamē assensionis causam. Quippe ita etiam suspicionis fuerit fallacis & falaciæ causa. Hæc si à sapiente ad fatum traducas,dicasq; non propter fatum fieri assensiones(Ita enim propter fatum extiterint falsæ assensiones,suspiciones,& imposturæ, acceperintq; ob fatum homines incommodum) profecto doctrina, quæ sapientem vindicat:ne quemquam lædat, simul non omnium esse fatum causam demonstrat. Si enim neq; opinantur neq; læduntur fato: certe nec recte faciunt,nec sapiunt, nec intelligūt constanter,nec iuuantur fato: sed vanum iam est illud omnium esse fatum causam. Quod si quis dicat fatum statui à Chrysippo non per se solum horum causam:sed antegressam modo:hic rursus sibi illum ostendet repugnare,vbi Homerum in cœlum fert de Ioue canentem.

Ferte æque,immisit vestrum quodcunq; cuiq;,
Sine malum sit siue bonum.

Similiter Euripidem:

Quid ô deus sapere miseros nos dicimus.
Ex namq; te pendemus,nec quicquam edimus,
Nisi tuum quod consilium sanciuerit.

Ipse quoque complura his consentanea literis mandat. Postremo ait nihil sisti,nihil moueri,ne minimum quidem,quam ex Iouis sententia,quam eandem & fatū esse. Adhæc causa antegressa inualidior est,quam illa per se absoluta: neq; effectum peragit ab aliis superata insurgentib. Fatum vero Chrysippus qui causam inuictā, expeditam, immutabilemq; affirmat,eam Atropon, Adrastiam,necessitatem,& πεπρωμένην,quasi omnibus finem imponentem appellat. Quid igitur num assensiones in manu esse nostra negabimus?itemque virtutes, & vitia,& officia, & delicta, si fatum dicamus claudicans esse,& τὴν πεπρωμένην ἀπέρατον,id est,finitricem vim finiendi & efficiendi non habere,Iouisq; consummare motus & voluntates nō valere? Quippe illa sequuntur si per se fatū causa est absoluta: hæc,si antecedens tantum. Si causa per se sola est, omnem volūtatem nostram & liberum arbitrium perimit:sin antecedens,non poterit esse expedita liberaq; & plene efficax. Neq; enim vno aut altero loco,sed passim in commentatiis naturalibus scripsit obstacula singularibus naturis & motionibus & vincula multa obiici,vniuersitatis naturæ nullum. Quomodo autem qui ad singulas naturas pertinet vniuersitatis motus, allegatis ac retardatis illis expeditus hic & solutus sit. Neque enim effrenata sit hominis natura, nisi simul pedis & manus: neque nauis laxus motus,si ea,quę circa malum & remigium aguntur,habent impedimenta. Præterea si visiones ex fato non fiunt,quomodo assensionum erit causa fatum? Sin ideo, quia ducentes ad assensionem efficit fatum visiones,fato fieri assensiones dicuntur: non potest fatum ipsum non secum pugnare: quod subinde maximas diuersis in rebus visiones obiiciat. distrahatq; in diuersa mentem: quando eos,qui alteri visionum accedunt,nec sustinent assensum peccare dicunt: ac si ad incerta & obscura se acclinent ,offendere : si ad falsa, falsi ad ea, quæ communiter comprehendi nequeunt,in opinationibus versari, cum tantum tria sint: vt aut non omnis sit visio fati opus,aut omnis probatio & assensio visionis nō erret, aut ne ipsum quidem careat reprehensione fatum. Haud scio enim,qui vacet culpa, quod eas efficiat visiones: quibus non repugnare neque teniti, sed sequi & cedere est * culpabile. Atqui in concertationibus aduersus Academicos maxima & ipsi Chrysippo & Antipatro contētio fuit de eo,quod nihil agamus,neque impellamur ad quid citra approbationem : sed fabulas & inanes positiones adferant illi,qui arbitrantur visione oblata conuenienti statim nos impelli, non cedentes neq; assentientes. Item ipsum deum & sapientem ait Chrysippus visiones falsas obiicere : neq; quærere,vt nos assentiamur vel cedamus, sed vt agamus tantū cieamurque ad visum : at nos,qui sumus praui,ex imbecillitate eiuscemodi visionibus assentiri. Harum sententiarum confusio & inter se pugna non sane est obscura. Nam qui non requirit,vt visionibus,quas immittit,assentiamur nos,sed vt agamus tantum,siue ille deus siue sapiens sit: idem satis esse nouit ad agendū visiones & supetuacaneas esse assensiones. Quippe si,cum à visione sciat nō excitari ad agendū

* Alii, propensio, & melius.

citra

citra assensionem impulsum, falsas imprimit & probabiles visiones: vltro author est, vtilis, quæ percipi non valent, assentientes offendamus & erremus.

PLVTARCHI

Quæstiones centuriatæ Romanæ.

CVR nubentem attingere ignem & aquam iubent? Vtrum quod horum inter elementa & principia hæc fœmina, ille mas sit: atq; ille motus exordiũ infundat, hæc subiecti & materiæ vim. An quia ignis purgat & aqua expiat. Debet autem munda & sancta, quæ nupta est, permanere. An quoniam sicut ignis sine humore exuccus & aridus est, sterilis autem & exilis sine igne aqua: perinde mas imbecillis & fœmina seorsum, sed amborum congressus præstat viro & vxori vitæ contubernium: quod non deserendum sed in consortium veniendum omnis fortunæ, etiam si nihil boni inter se, nisi ignem & aquam collaturi sint.

QVARE non plura neq; pauciora, sed quinque funalia accedunt in nuptiis, quæ cereos appellant? Vtrum, vt Varro author est, quod cum vtantur prætores tribus, ædilibus permittant plures: ab ædilibus autem accendant, qui matrimonio iunguntur, ignem? An quod, vbi plures numeri vsurpantur, cum ad alia melior atque absolutior impar haberetur, tum ad nuptias congruentior sit. Siquidem par etiam diuortium recipit: & æqualitas eius concertationem habet & repugnantiam. Impar vero non potest vndequaque distrahi, sed relinquitur semper aliquid partiendum: Ex impari autem maxime est quinarius connubialis. Quippe ternarius primus est impar, primusque par binarius. Ex his quasi mare & fœmina temperatus est quinarius. An potius, quando generationis lumen nota est: mulier autem vsque ad quinq; simul parere cum plurimum solet, tot vtuntur cereis? An quod quinque matrimonium diis opus habeat, Ioue geniali, Iunone geniali, Venere, Suada, denique Diana: quam in puerperiis & partus doloribus mulieres cient.

CVR, cum fana Dianæ sint Romæ frequentia, in vnum, quod est in vico patricio appellato non penetrant viri? An fabulæ causa, quæ commemoratur. Mulierem enim, qua Dianæ illic honorem habebat, quidam per vim compressit, qui à canibus laceratus fuit. Hinc orta superstitione non ineunt id viri.

CVR in cæteris ædibus Dianæ ceruorum cornua figunt, boum in Auentino? An quod veteris casus memoriam referant. Bos in Sabinis nata Antroni Coratio dicitur fuisse mira specie & magnitudine præter cæteras præcellente: cui cum nunciasset vates quidam, cuius ciuitatis ciuis eam in Auentino immolasset, hanc in fatis esse maximam, atque ibi totius Italiæ imperium fore: mox profectus Romam homo, vt bouem immolaret: Eo vaticinio ad regem à seruo delato, Seruium, à quo ad Cornelium antistitẽ, Cornelius Antroni, præcepisse, vt ante sacrificiũ aqua Tyberis perfunderet se: quod erat solenne iis, qui litare cupiebant. Illo ad amnem digresso, maturasse Seruius immolare Dianæ bouem, ac cornua in templo fixisse. Hæc Iuba scripta reliquit & Varro: nisi quod nomen Varro non prodidit Antronis, neque à Cornelio tradit Sacerdote, verum ab æedituo delusum Sabinum.

QVARE eos, quos fama peregre defunctos falso vulgauit, si reduces sint, non excipiunt foribus: sed conscenso tecto eos intro demittũt? Huius causam Varro plane fabulosam reddit. Memorat enim cum bello Siculo pugna naualis ingens commissa esset, multosq; rumor vanus manasset occubuisse: reuersos breui spacio omnes mortem obisse. Vni ingredienti fores occurrisse sponte se claudentes, neque laxatas fuisse molientibus pandere. Illi ibidẽ sopito pro ianua speciem in somnis monstrasse, vt se ex tecto in ædes demitteret. Cui parentem fortunatũ euasisse & grandæuum. Hinc morem mansisse posteris. At considera, an ne hæc aliquatenus Grecorũ affinia sint: qui non ducebant esse puros, neq; in cœtus suos recipiebant, neq; accedere permittebant ad templa illos, quorum ductum funus fuerat, & factæ cen mortuis exequiæ. Aiũt quendam hac contactum superstitione Aristinum misisse Delphos precatum Apollinem, supplicatumque, vt liberaretur angustiis, quibus ex lege tenebatur. Ei cecinisse Pythiam:

Quodq; tibi mulier lecto dum parturit, egit:
Illud idem nunc rursus obi, & fer sacra Tonanti.

Ita Aristinũ prudenter præbuisse se quasi denuo editũ mulieribus, vt se lauarent, incunabulis colligarent, mammam præberent. Eum morem seruare cæteros omnes, qui dicti histeropotmi ist est, viui elati fuere. Alii & ante Aristinum in histeropotmis ferunt hæc obseruatã, ac morem esse vetustum. Quare non est mirum, si Romani habitis semel pro humatis & numeratis inter exanimes non duxerunt accedendũ vestibulum: quo sacrificaturi exeunt, & factis sacris ingrediuntur

diuntur, sed superne inferunt sub dio descendete ex aëre. Etenim omnes fete expiationes sub dio peragunt.

QVARE propinquos osculo salutant fœminæ? Vtrum quia, vt plurimi putāt, vinum mulieribus bibere interdictum erat? Quo igitur non fallant, quæ biberunt, sed deprehendantur oblatæ necessariis, osculū eis ferte moris erat. An ea de causa, quam philósophus prodidit Aristoteles. Nam percelebratum illud, quod multum authoritatis scilicet habuisse dicitur, designatum à fœminis Troianis & in Italia est. Cum viri, vt appulerunt, excensionem fecere: incenderunt mulieres classem: quod explicari omnino ab erroribus & pelago cuperent. Quod autem timerent viros, salutauerunt occurrentes propinquos & necessarios osculo & complexu. Postquam sic ira deferbuit, & reconciliata est gratia, hac comitate deinceps erga illos visæ sunt. An potius datum hoc mulieribus fuit, quod honorem iis pariter & dignationem adferret: quo frequentes viderētut & bonos habere propinquos & necessarios. An quod cognatas ducere vxores solenne non esset, ad osculum vsq; familiaritas est progressa. Atq; relicta est hæc sola significatio & consortium propinquitatis. Ante enim non iungebant sibi nuptiis consangnineas, vt neq; nunc nutrices vel sorores secum coniungunt, verum diu post ius fecerunt patrueles & cōsobrinas habere in matrimonio ex huiuseemodi occasione. Vir tenuibus facultatibus, cætera frugi, ac supra omnes, qui remp. tractabant, ad plebem gratiosus consobrinam orbam cum lauto patrimonio habere videbatur, atq; per eam locuples esse. Hac de ĉausa nomine eius delato populus omissa causæ quæstione nomen eius aboleuit, ac lege sanciuit liberas omnibus esse ad patrueles & consobtinas vsq; nuptias, in superioribus gradibus interdixit.

QVARE munus capere viro ab vxore, aut à viro vxori vetitum fuit? Vtrum vt Solon, qui donationes ratas esse morientium sanciuit, nisi quis vi astrictus vel vxoris inductus esse blanditiis: necessitatem vt cogentē excepit, voluptatem vt circumuenientē: Ita suspectæ vxorū & virorū fuerunt donationes. An quod leuissimam duxerint amicitiæ notam donare: Donant enim etiā alieni, & qui non diligunt: eiuscemodi gratiam sustulerunt: ne mercenarium sed gratuitū esset, & propter se non propter aliud mutuo amare. An quod muneribus capiēdis corruptæ maxime admittant alienos, visum est non dantes diligere suos honestum? An potius, quod vxoribus bona virorum, & viris vxorum communia esse debeant? Discit enim, qui accipit donum, quod datum non est, esse existimare alienum. Itaq; qui modicū dant inuicem, spoliant inter se vniuerso.

CVR à genero & à socero accipere illis est interdictum donum? An à genero, ne per patrem videatur ad vxorem peruenire donum: à socero, quod visum æquum est, vt is, qui non dat, etiam non accipiat.

CVR siue rure, siue peregre redrierint, præmisso nuncio adesse se vxoribus significant? Vtrū quia hoc, nihil vxorem secus agere credentis est: subito autē & inexpectato superuenire instar est insidiarum & captionis: propetant velut exoptantibus & expectantibus lætum nuncium de se præmittere? An potius de illis audire ipsi cupiunt, saluæ sne & cupientes domi inueniant? An pluribus curis domesticis mulieres negociisq;, cum absunt viri, sunt districtæ, pluresq; rixas & motus aduersus domesticos habent? Quo igitur his discussis pacatæ virum & hilatiter excipiant, hæc datut significatio.

CVR inter adorandum deos obnubant caput: cum si hominibus occurrant reuerendis, etiamsi velatum habeant toga caput, adaperiant. Quod quidem etiam dubitationem illam videtur intendere? Si quæ de Ænea refetuntut, vera sunt, & hic Diomede prætereunte sacrū obuelato capite peregit: non sine ratione consequens est, vt qui obuoluūt apud hostes caput, amicis & bonis viris oblati vt id reuelent. Nā quod apud deos, id nō singulare sed ex casu est, atq; ab eo in vsu mansit. Quod si aliud dicendū est: dispice, hoc ne tantum exeutiendū, quid deos qui adorant, velent caput: quando alterū huic sit consequens. Siquidem hominibus aperiūt caput potentioribus, non honoris illorū causa, sed inuidiæ eorū gratia magis leuādæ: ne pares deorū postulare videantur honores, neue sustinere vel gaudere pariter ac illi coli. Deos autem ad eū modum venerantur, vel quod dimittāt semetipsi caput operiendo: vel magis quod prouident, ne qua vox ipsis accidat precantibus inauspicata vel ominosa ad aures vsq; vestem iniiciunt. Nam quantopere id vitarent, patet ex eo, quod cū consulendis diis vacarent, æramenta adhiberent quorum tinnitu personabant. Aut vt tefett Castor, qui Romana Pythagoricis accommodat, indigere qnod in nobis est dæmonium, vt precetur deos exteriores, iisque supplicet caput velando, ænigmate ostendens inrectum & inuolutum à corpore animum.

CVR Saturno aperto capite sacra faciunt? Vtrum, quia obnubere caput proditum ab Ænea est, cum Saturni per sit vetustum sactificium? An quod, eum cœlestibus immolant, contegantur: Saturnum vero deum arbitrantur subterraneum & inferum. An quod veritatis nihil inuolutum sit vel inum bratum. Veritatis autem habent Romani Sarurnum parentem

QVID Saturnum veritatis parentem existimant? Vtrum quod sicut nonnulli philosophi

 Satur-

Saturnum, quem χρόνον vocant Græci, tempus, quod dicunt χρόνον, esse putent. Veritatem autem tempus eruit? An fabulosam sub Saturno vitam, si iustissima fuit, plurimum verisimile est veritatis habuisse.

CVR Honori quoq; renelato capite sacrum faciunt? Vtrum quia res est clara gloria, splendidaq;, & aperta? Qua de causa bonis & ornatis viris adaperiunt caput, ac proinde consecra tum honori deum ita dorant.

CVR parentes filii obuelatis, filiæ nudis capitibus, capillisq; resolutis efferunt? Vtrum, quod venerari à filiis vt dii patres, lugeri vt mortui debeant à filiabus, vtriq; proprium suum lex dedit, atq; ex vtrisq; fecit decorum? An luctus proprium est quod insuetum sit. Assuerũ porro est fœminis tecto capite, viris aperto in publicũ prodire? Namq; apud Græcos, quando calamitas aliqua est accepta, mulieres tondentur, viri comam summittunt: quod his tonderi, illis solenne sit comam promittere. An filiis obnubere caput ob eam, quam diximus, causam moris fuit. Siquidem in exequiis, vt est author Varro, conuertuntur sicut deorum fana monimenta colentes paterna, crematisq; parentibus vt primũ os offenderunt, deum aiunt eum, qui defunctus est, effectum. Mulieribus vero tegere plane nefas erat caput. Ac mandarum est memoriæ primum vxori nuncium ob sterilitatem Sp. Catuilium remisisse, secundum Sulpitium Gallum, quod eam capiti vestem iniecisse vidisset: tertium Sempronium, quod ludos funebres spectasset.

CVR Terminum, cui Terminalia agunt, ac deum habent, nihil immolabant animatum? An quia non terminauit Romulus agrum Romanum: quo progredi liceret, eripereq; & ducere omnẽ suum, vt ait Lacon ille, quo lancea pertingat? At Numa Pompilius, qui vir fuit iustus, politicus, atq; in philosophia versatus, agrumq; cum vicinis limitauit, finibusq; consecrauit Terminum vt societatis & pacis speculatorem & custodem, mundum à sanguine & cęde ac purum putauit conseruandum.

CVR ancillis ædes est Matutæ inaccessa: vnam vero fœminæ solam inducunt, cuius maxillã cædant & alapis percutiunt? An quod hanc alapis cædunt, nota est nefas id esse. Arcent autem fabulæ causa cæteras. Siquidem Ino ancillam de viro habens suspectam, in filium sæuisse perhibetur. Ancillam illam memorant Ætholia oriundam Græci, dictamq; Antipherã fuisse. Hinc apud nos Chæroneæ pro fano Matutæ tenens æditiuus flagellum proclamat: Ne seruus introeat, neu ancilla, nec Ætolus vel Ætola.

CVR apud hanc deam propriis liberis non precantur bona, sed fratrum & sororum? Vtrum quod sororis amans Ino fuerit, & sororis filium ablactauerit, propriis in filiis fortuna sit vsa parum prospera? An etiam alioquin ciuilis est & honestus hic mos, magnamq; necessitudinibus beneuolentiam conciliat.

QVA de causa Herculi complures diuites facultatum suarum decimas soluebant? Vtrum quod ille Geryonis boum Romæ decimas polluxerit? An quia Romanos, qui ab Hetruscis decimabantur, liberauit? An hæc quidem à fide absona est historia: cæterum vt voraci Herculi & comessabundo splendide & largiter sacrificabant? An potius, quo vt inuidiosas ciuibus immodicas opes præciderent, & quasi de bono habitu, qui ad summam corporis bonitatem peruenit detraherent, arbitrabantur potissimum coli Herculem & capi eiuscemodi profusionibus & redundantiæ contractionibus: quod frugalis contentæ suæ reb. & minime luxuriantis vitæ fuerit.

QVARE nouum annum à mense Ianuario auspicantur? Nam olim Martius numerabatur primus: vt cum ex aliis clarũ est indiciis, tum præsertim ex eo, quod quintum à Martio Quintilem sextum Sextilem appellant, aliosq; deinceps vsq; ad nouissimũ, quem Decembrem nuncupant qui censetur à Martio decimus. Hinc visum nonnullis est existimare & dicere non duodecim mensibus, sed decem complesse illius temporis Romanos annũ, ac certis mensibus dies supra triginta adiecisse. Alii Decembrem scribunt à Martio decimum esse, vndecimum Ianuarium Februarium duodecimum, quo vtuntur lustrationibus, ac defunctis in anni exitu parentant: quos transpositos esse, factumq; Ianuarium primum: quod Cal. Ianuariis creati sint exactis regibus primi consules. Probabiliora illi afferunt, qui à Romulo aiunt bellaci viro Martisq; studio flagrante, ac stirpe habito Martis prærogatiuum mensem fecisse eum, à Marte qui nomẽ traxit: Numam contra, qui quietus erat, ciuitatemq; ad agriculturam cõuertere cupiebat, atq; à bellis abducere, Ianuario tribuisse principatum, Ianumq; ad ingentes honores prouexisse, vt eum, qui politicus fuisset, agriculationisq; quam bellandi potius studiosus. Vide autem, an ne naturę Numa accommodatius quantum ad nos anni exordium cepit? Nã in vniuersum quidem eorum, quæ in gyrum circumuoluuntur, nihil est natura neque extremum neque primum: sed ex more aliud alii temporis caput capiunt, atque optime illi, qui capiunt à solstitio brumali: vbi procedere sol vlterius inhibitus recipit se rursusque ad nos reflectit. Nam hoc fit illis aliquatenus etiam natura: quo luminis spacium augeat nobis, imminuat tenebrarum, adducatque propius omnis materiæ fluxæ dominum & ducem.

CVR

Cvr Bonæ deæ quæ ornant ædem fœminæ, myrtum eo non important: quamuis omnibus vti studeant germinantibus & florentibus: Vtrum vt fabulatum scriptores produnt, *Phaulii vxor illa fuit diuinatoris: quæ vino furtim vsa cum non fefellisset, myrteis virgis à viro castigata fuit. Qua de causa myrtum non inferunt, libant ei vinum, quod lac appellant. An à multis pure maxime à re Venerea sacrificium illud perpetrant. Non solum enim extrudunt domo viros, verumetiam, cum solennia huius deæ agunt, masculum omne expellunt. Myrtum ergo vt Veneri sacrum abominantur. Quippe quam nunc Venerem Murciam dicunt, eam quondam Myrtiam, ni fallor, vocauere.

*Alii, Flauii.

Cvr picum Martium Latini colunt, omnesq; plane ab ea aue temperant: Vtrum, quod Picum memorent medicamentis ab vxore acceptis vertisse naturam redditumq; picum Martium succincta vaticinia & oracula cōsulentib. fudisse: An hoc incredibile semel & mōstrosum, altera autē est probabilior fabula, Romulo & Remo expositis non modo à lupa præbitā mammā, sed & à pico Martio, qui eo subinde aduolabat, eos pastos. Fere n. nunc quoq; ad radices montium & locis quercubus consitis, vbi visitur picus Martius, illic item lupus, vt Nigidius tradit. An potius vt aliam alii deo, ita hanc Marti sacram auem arbitrantur. Est enim audax & ferox, rostrumque est ei adeo validum, vt quercus sternat, vbi tondendo ad medullam peruenerit.

Cvr Ianum fuisse bifrontem opinantur, pinguntq; eum ita & fingunt: Vtrum quia Græcus natione ex Perrhæbia fuit, vt memoria est proditum, transgressusq; in Italiam cōmigrauit illius regionis barbaris, vnaq; linguā & mores eorum mutauit? An potius quod Italiam incolentes feris & peruersis moribus præditos hic in aliam vitæ formam inducendo ad agriculturam & ciuilitatem conuertit & transformauit.

Cvr ad funus necessaria in templo Libitinæ distrahunt, Libitinamq; existimant Venerem esse? Vtrum & hoc ex regis Numæ commentationibus est vnum, vt discant non abhorrere ab iis, neq; hæc vt piamentum defugere? An potius admonitio est, esse, quod genitum est, caducum: quod vna dea ortus & occasus præses sit. Etenim Delphis sigillum est Veneris Epitymbiæ, quo defunctos ad inferias euocant.

Cvr tria mensis initia & præfinitas dies habent, qui idem dierum interuallum intercedens capiunt? Vtrum vt Iuba scribit: quod Calendis populi concilium magistratus indicerent in quintam, quæ sunt Nonæ, Idus diem festam ducebant: An potius, quod lunæ disparitatibus tempus definientes cernerent tres varietates lunam quoque mense accipere maximas. Primam, cum occultatur coitu cum sole: Secundam, quando effugit solis radios ac primum ad occidentem nitescit. Tertiam plene orbe eius in plenilunio: nominant silentem lunam & interlunium Calendas à clam & celare. Primam aiunt Nonas iustissimo nomine νουμηνίαν esse, quasi nouam, id est, nascentem & adolescentem lunam, vt illi vocant. Idus propter decorem & formam, quam Græci εἶδος, plena iam luna: aut à Ioue nomen trahentes. Non oportet autem dierum exactissimum numerum captare, neque in modico calumniari, quando nunc quoque tanta accessione facta Astrologiæ superat mathematicorum experientiam motus discrepantia calculumq; fugit,

Qvare dies postridie Cal. Non. & Idus ad peregre proficiscendum aut signa educenda nefastos habent? Vtrum, vt pleriq; arbitrātur, & scribit Liuius, postridie Id. Quint. quas nunc Iulias vocant, eductis tribuni militum legionibus ad Alliam amnem sunt à Gallis fusi, vrbemq; amiserunt. Habita autem die postridie Idus nefasta extendit, vt solet, longius morem superstitio, atq; in eandem religionem traxit diem postridie Nonas & Cal. An hoc est multis modis controuersum? Nam cum alia die victi fuerunt pugna, quam Alliensem à fluuio nomine imposito atram habent: tum etsi dies nefasti complures sint, non quouis in mense religioni habent cognomines: verum vnumquenq;, qua accidit clades, & diebus postridie Nonas & Cal. omnibus superstitionem iniustam esse minime consentaneum est. Vide igitur, an ne sicut ex mensibus primum diis superis consecrarunt, alterū inferis, quo lustrationes certas celebrant, ac defunctis dant inferias: ita ex diebus principes & statos, quæ, vt est dictum, tres sunt festas & sacras fecerunt: sequentes dæmoniis & manibus nuncupauerunt nefastaq; & feriatas putauere. Namque Græci qui Numenia deos colunt, diem secundam heroibus & dæmoniis dicauerunt, & crater secūdus heroibus libatur & heroidibus. Breui tempus numerus est, numeri diuinum initium. Quippe est monas. Qui eam sequitur numerus binarius principio est aduersarius & parium primus. Est autem numerus par egenus, mancus, & infinitus: sicut ipse impar finitus, completus, & absolutus. Quapropter sequuntur quinta die Nonæ Calendas, Nonas Idus nona. Terminant n. exordia impares. Pares qui succedunt exordiis, nullum obtinēt ordinem aut vim. Quare in his nullam rem vel profectionem auspicantur. Qua ratione illud Themistoclis dictū est recte. Alteream aliquando esse cum die festa posteram. Siquidem dum illa laboribus & sudoribus est districta multis, se fruenda præbere per ocium & quietem ad festum apparata. Ad quæ respon-

diffe feftam. Recte fane: At ni ego fuiffem: tu non effes. Id Themiftocles Athenienfium ducib. qui ei fucceſſerunt, ait: quafi nunquam confpicui fuiffent, nifi vrbem ipfe conferuaffet. Quando gitur profectio & actio poftulat omnis difpenfationem & paratum: Romani autem diebus feftis olim nihil difpenfabant vel procurabant: nifi quod diis vacarét atq; hoc agerent, vt etiam nunc proclamant facerdotes, cum ad facra facienda accedunt: confentaneum eft non extemplo folere à feftis eos peregre proficifci, aut aliquid agere, quod imparati effent, fed hærebant illa die domi negociis intenti, eaq; parabant fe. An vt etiam hac memoria, poftquam precati funt & adorauerunt deos, remanere confueuerunt & cōfidere in templis: fic non confeftim feftis diebus negociofas fubiiciebant, fed aliquod interftitium faciebant & interuallum negociorum, quæ multa afferebant afpera & diuerfa. 10

Cvr ftolas mulieres in luctu candidas vittafq; candidas ferebant: Vtrum ficut magos memorant vt Orco & tenebris obfiftant atq; ad lucidum fplendidumq; fefe comparent, hoc facere? An quomodo defuncti corpus candidis amiciunt, fic volunt ptopinquos? Corpus eo modo exornant, quando non poffunt animum. Eum volunt lucidum purumq; profequi tanquam exauthotatum iam decertato ingenti certamine & vario. An tenuitas in hifce potiffimum & fimplicitas decet. Infecta autem referunt partim luxum, partim curiofitatem. Neq; enim minus eft de atro quam de purpureo dicere. Fucatæ veftes, fucati & colores. Nam fua fponte quod atrū eft, non ab arte, fed eft à natura tinctum, miftumq; vmbrofo temperatur. Vnum ergo eft fyncerum nec confufum, fed defecatum infectura, nec fucarum candidum. Ita eft iis, qui efferuntur, accommodatiffimum. Siquidem mortuus euafit fimplex quiddam atq; à cōtagione liquidum: 20 qui nihil reuera, quam corpore vt veneno inficiente liberatus eft. Argis ferunt in luctu candida, vt Socrates ait, aqua abluta.

Cvr murum omnem inuiolatum & fanctum exiftimant, portas non exiftimant? An ficut fcripfit Varro, ducendus murus fanctus eft, vt eum defendant impigre, animamq; pro eo profundant. Sic enim Romulum appatet fratrem. quod locum inuiolatum & facrum tranfilire cœpiffet, efficereq; fuperabilem & profanum, interemiffe. At portæ fieri non poteft vt confecrentur: quibus cum multa alia neceffaria, tum mortuos efferunt. Hinc qui ptimum vrbem cōdunt, quantum loci inædificare ftatuerunt, circundant aratro iunctis boue mare & fœmina. Poftquam muros definierunt, quando portarum fpacia dimetiuntur, vomer fubducunt, atq; ita aratrum traiiciunt. 30

Qvare liberis, cum iurant Herculem, hoc facere prohibent fub tecto, ac fub dio progredi iubent? Vtrum, vt nonnulli ferunt, quod domi refidum ignauiam Herculi non gratam, verum vitam fubdialem & rufticanam arbittantur? An potius, quod deus hic non fit indigena, fed è lōginquo peregrinus? Neq; enim Liberum pattem iurant fub tecto, qui item eft hofpes: fi modo ille eft, quem nos Græci vocamus Dionyfium. An hæc per ludum dicuntur apud pueros: cū alioquin ea reprehenfio fit facilitatis & promptitudinis ad iurādum, vt author eft Fauorinus. Nam cum apparatu quod fit, id eunctationem adfert, & permittit deliberare. Aftipuleris Fauorino in eo, quod non vulgare id, verum proprium huic deo fit, ex illis, quæ de Hercule cōmemorantur. Scriptis enim mandatum eft deo hunc ad iufiurandum acceffiffe religiofe, vt femel modo adiurauerit, atq; vni Phili Augei filio. Hine Pythiam Lacedæmoniis hoc facramenti genus propofuiffe, quod confirmare abfq; iureiurando fatius & melius fit. 40

Cvr nubentem non finunt ipfam ædium limen tranfire: verum illi, qui eam deducunt, extollentes transferunt? Vtrum quod ptimas vxores raptu paratas ita domum intulerunt, non ingreffæ ipfæ funt? An videri volunt vi compulfas non vltro in domum penetrate, vbi virginitatē funt refolutuæ? An ea re fignificant neque exceffuram per fe, nifi coacta fit, neque deferturam domum: quomodo eft, cum ingrederetur, coacta. Siquidem & apud nos in Bœotia axem currus pro ianua incendunt, fignificantes inire fponfam debere, velut fublato eo, qui fit eam abducturus.

Qvare cum introducunt fponfam, dicere cogunt eam: Vbi tu Caius, ego Caia: Vtrum quafi certa lege ftatim ingrediatur ad omnium rerum conforrium atq; ad vna dominandum: fignificaturq;, vbi tu dominus & parerfamilias, ego quoq; domina, & materfamilias: Nominibus hifce alias vtuntur promifcuis: ficut vfurpant Iurifconfulti Caium Seium & Lucium Titium: philofophi Dionem & Theonem à maioribus vfucapiunt. An Caiæ Ceciliæ caufa honeftæ & probæ fœminæ, quæ matrimonio iuncta vni ex Tarquinii filiis fuit: Cui in M. Ancí æde ftatua ærea fuit pofita. Pofita fuerunt olim etiam fandalia & fufi, hæc induftriæ eius, illa quod domi fe ea continuit, nota. 50

Cvr celebris ille canitur in nuptiis Talaffius: Vrtum à lanificio. Siquidem quallum talathū vocant, fponfamq; quando introducunt, pellem caprinam fubfternunt. Illa infert colum lana circumuolutum & fufum, lanaq; viti fores obducit. An quod proditur ab hiftoricis, eft verum, iuue-

iuuenem fuisse bello fortem ac cætera probum Talassium nomine. Cum autem raperent Romani Sabinorum filias, quæ ad spectaculum venerant, adducebatur à popularibus & clientibus Talassii forma virgo præcellenti, clamantibus securitatis gratia & ne quis manus admoueret, aut corriperet puellam, eam Talassio ferri. Igitur reliqui honoris Talassii causa gratulabundi applaudentesq; comitati sunt & prosecuti. Hinc quia feliciter cessit hoc connubium, aliis quoque obtinuit, vt acclamarent Talassium, sicut Hymenæum Græci.

Cvr eas hominum effigies, quas mense Maio de ponte sublicio in fluuium deiiciunt, Argiuos appellant? An olim, qui eum locum incolebant barbari, si quos Græcos caperent, eo modo sustulerunt: Hercules vero, quem magnifecerunt, reuocauit eos à necandis peregrinis. Instituit autem, vt morem cum & superstitionem repræsentantes præcipitarent imagines. Græcos prisci iuxta omneis Argiuos dixere. Nisi sane quod Argiuos Arcades ex vicinitate pro hostibus haberint: Euander Græcia extorris, qui iisdem locis consedit, offensionis memoriam & odium conseruauit.

Cvr olim absq; filiis adhuc in ætate positis puerili non cœnabant foris? An hoc ex institutis est Lycurgi qui in conuiuia, quæ phiditia appellabant, pueros induxit: vt assuescerent non pecudum more vel incomposite, sed caute deliciis frui, quod maiores natu custodes haberent & speculatores. Præterea vt patres ipsos hoc in maiore verecundia & frugalitate præsentibus filiis contineret. Vbi enim impudentes sunt senes, vt Plato ait, ibi iuuentus quoq; impudentissima sit oportet.

Qvid, cum Romani cæteri mense Februario inferias afferant & parentent defunctis, Decimus Brutus, vt extat apud Ciceronem, Decembri hoc agebat? Hic fuit, qui Lusitaniæ arma intulit, & princeps vlterius progressus *Lethes amnem superauit. Vtrum sicut die exeunte & mense expirante manes vulgus propitiare solet, rationis est, vt & vertente anno postremo mense inferias sepultis dent. Est autem mensium December nouissimus. An honores hi deorum inferorum sunt. Colere porro inferos tempestiuum est fructibus vniuersis collectis. An cum mouent tellurem, qui sementem facere instituunt, recordati eos præcipue decet manium. An Saturno mensis hic est ab Romanis sacratus. Numerant autem inter inferos deos non superos Saturnum. An cum Saturnalia solenne apud eos summum sit institutum, conuiuiaq; in iis plurima agitentur & genio indulgeatur: visum est eo festo etiam nonnulla libamina sepultis dare. An hoc vnum Brutum parentasse hoc mense falsum est. Namq; parentant Laurentiæ, libamentaq; dant ad eius tumulum mense Decembri.

*Alii, Lythas.

Cvr Laurentiæ, quæ meretrix fuit, honorem tantum habent? Alteram enim esse scribunt Accam Laurentiam Romuli nutricem, quam mense Aprili colunt. Meretrici Laurentiæ cognomen fabulam esse ferunt. Nobilitata fuit huiuscemodi ex occasione. Æditus quidã Herculis solebat per ocium diem fere alea & taxillis traducere. Cum aliquando ex iis, qui ludere cum eo & eius studii & socii solebant esse, nullo forte præsente langueret: deum ad ludendum secum alea prouocauit certa conditione: si vicisset, vt ille quippiam sibi conferret boni: victus vt deo ipse lautum epulum & formosæ puellæ concubitum præberet. In hanc legem iacit pro deo, inde pro se, ac victus fuit. Quia vero stare pactis volebat, mensam instruxit deo splendidiorem, Laurentiamq; excepit conuiuio, quæ quæstum corpore publice faciebat, eiq; in sacello lectum strauit, foresq; digrediens occlusit. Fama tenet congressum cum ea Herculem non humana specie præcepisse, ad forum se mane conferret, atq; in quem incidisset primum, ad eum vt maxime se conuerteret faceretq; amicum. Ergo vt surrexit Laurentia, concessisse eam ad forum, conuenisseq; diuitem quendam cælibem & magno natu virum Tarutium nomine. Cum hoc iunctam familiaritate & viuentis rei familiari præfuisse & hæredem extitisse mortui. Postea loci morientem hæreditatem suam reipub. reliquisse. Inde hos honores ei esse.

Cvr portam vnam nominant Fenestram, iuxta quam fortunæ cubile, quod vocant est? Vtrũ quo Seruius, qui rex fuit fortunatissimus, consuetudinem cum Fortuna, quæ ad eum venitaret per fenestram, habuisse existimatus est? An hæc fabula est. Sed cum rege defuncto Prisco Tarquinio vxor eius Tanaquil, quæ fœmina cordata & regalis erat, ex fenestra prospiciens ciues est affata, persuasitq; eis, vt regem dicerent Seruium, inde locus hic appellationem inuenit.

Cvr inter ea, quæ diis sunt dedicata, solas manubias negligunt de more tractu abolescere, neq; venerantur ea vel restituunt: Vtrum, quia gloriam cumprimis putant deflorescere, vt semper recens monimentum enitantur virtutis referre? An potius quod, cum dies notas cum hostibus controuersiæ obliteret, si ipsis eas reponant & renouent, inuidiosum sit & odiosum. Neq; enim apud Græcos qui lapideum primi & æneum trophæum excitauerunt, commendati sunt.

Cvr Q. Metellus, qui pontifex maximus fuit, aliasq; prudens habitus & in rep. versatus, post mensem Sextilem, qui nunc Augustus dicitur, vetuit auspicari? Vtrum quia medio aut ineunte die agimus ea, ineunteq; atque increscente mense: senescentes vt nefastos religioni habemus.

Pari

Pari modo tempus post octo menses, quasi vesper aliquis anni & serum præcipitis & vergentis est censendus. An etiam auibus vtendum vigentibus & vegetis, cuiusmodi sunt ante æstatem. Circa autumnum aliæ infirmæ & affectæ sunt, aliæ pulli & imperfectæ, aliæ semel euanidæ propter anni tempus alio demigrant.

QVARE stipendia non facientibus, licet alias versarentur in castris, hostem feriendi vel vulnerandi ius non erat: quod Cato maior in epistola quadam ostendit scribens ad filium, cui præcepit, si exauthoratus esset completis stipendiis, vt reuerteretur domum: aut si remaneret, copiam à duce vulnerandi & occidendi hostis peteret? Vtrum quia solam necessitatem oportet facultatem dare interficiendi hominis. Id qui citra legem & iussum admitit, homicida est. Itaque Chrysantam laudauit Cyrus, quod obtruncaturus hostem, sublatumq; tenens gladium, vt tubam audiuit receptui canentem, hominem missum fecisset, neq; vt prohibitus percussisset. An debet cum hostibus qui congreditur dimicatque, si locum deseruerit, noxa solutum non esse nec impune ferre. Neque enim tantum qui cæcidit quempiam & sauciauit, profuit: quantum, qui fugit & pedem retulit, nocuit. Qui ergo dimissus est, hic legibus militaribus est solutus. Enimuero qui licentiam postulauit obeundi munera militaria, is iterum se legi & imperatori subiunxit.

CVR Flamini Diali sub dio vngi fas non est? Vtrum quod & liberos inspectante patre denudati & socero generum nefas est & inhonestum, neq; quondam vna lauabant. Est autem pater Iupiter: ac sub dio quod est maxime videtur sub oculis esse Iouis. An sicut in delubro & templo est nudare seipsum nefandum: sic aët sub dio & æthere, qui deorum & dæmoniorum sit plenus, religiosus illis fuit. Quapropter complura necessaria sub tecto tractamus ædibus tecti & ab oculis deorum reconditi. Cæterum alia vni sacerdoti, alia omnibus à lege edicta sunt per sacerdotem. Hinc apud nos cotonatum esse & comatum ferrumq; gestare, atq; in Phocensium fines non penetrare, ad officium pertinet summi magistratus. Non gustare ante autumnale æquinoctium arborum fructus, neq; vitem putate ante æquinoctium vernale, fere omnibus per illum præscribitur. Vtriusq; enim illa est hora. Perinde meo iudicio sacerdotis apud Romanos proprium est, neq; equo vti neq; plus tribus noctibus extra vrbem agere, neq; deponere pileum vnde etiam est flamen dictus. At multa alia, ex quibus est sub dio non vngi, per sacerdotem suggeruntur omnibus. Namq; vngi citra lauationem non admodum erat Romanis religioni. Atq; Græcis nihil seruitutem & mollitiam perinde arbitrantur inuexisse, vt gymnasia: ac palæstras multum languoris & ocii intulisse ciuitatibus, artiumq; studium malarum atq; amare pueros, labefactare iuuenum corpora somnis, ambulationibus, motionibus concinnis & arguta victus ratione: per quæ exciderunt imprudentes ab armis: maluerunt q; lepidi, palæstritæ, & pulchelli, quam pedites & equites fortes dici. Hæc igitur arduum est declinare eos, qui sub dio exuunt se. Qui vero vnguntur & curant se domi, nihil offendunt.

CVR olim nummi nunc Iani bifrontis imagine, nunc nauis puppi vel prora signati fuerunt? Vtrum vt vulgus ait honoris gratia Saturni, qui nauigio in Italiam transmisit? An hoc accommodare est multis? Etenim Ianus, Euander, Æneas mari sunt aduecti. Illud cõiicias citius: cum quædam ciuitatibus ornamento sint, quædam necessaria, maximo ornamento esse tectam publicam disciplinam, inter necessaria potissimam rerum copiam. Quando igitur compositum reip. ordinem iis Ianus domitis eorum moribus constituit, affluentiam necessariorum fluuius, qui nauigabilis est, subministrat: quo alia ex mari, alia rure deportantur, signum habuerunt nummi legislatoris geminam faciem, vt dictum est, ob vicissitudinem, fluminis pontonem. Alio genere nummi vtebantur, qui bouis, ouis, & porci fuit effigie signatus: quod facultates potissimum ex pecore quærerent, consisterentq; in hoc eorum opes. Quapropter multa nomina veteribus Suilliis, Bubulcis, Porciis, vt est Fenestella author, fuerunt.

CVR in templo Saturni est ærarium, simulq; in eo tabulæ seruantur? Vtrum quia opinio obtinuit & fama, non fuisse inter mortales regnante Saturno vel iniquitatem vel iniustitiam, sed fidem & iustitiam? An quod frugum hic deus atq; agriculturæ sit præses? Hoc enim falx denotat, non vt prodidit Hesiodum sequens Antimachus:

Aduersus Cælum Saturnus iniqua parentem
Arma mouet, resecans obliqua falce pudenda.

fructuum autem vbertas mater nummorum est. Quamobrem authorem etiam custodem faciunt opulentiæ. Astipulatur huic, quod conuentus, qui nono quoq; die in forum aguntur, nundinas nuncupant, Saturno habeantur sacri. Nam vendirionis & emptionis fontem laxitas fructuum aperit. An sunt hæc quidem vetusta? Ærarium vero constituit in templo Saturni princeps oppressis regibus Valerius Poblicola, quod locum eum crederet securum, & conspicuum esse, neq; ita insidiis opportunum?

QVID legati Romam vndecunque missi concedunt ad templum Saturni, vbi præfectis ærario

ærario in acta eorum nomina referuntur? Vtrum quia peregrinus Saturnus fuit, atq; idcirco accepti ei exteri sunt? An vero hoc explicatur historia. Nam olim sane munera, dicebantur lautia, legatis quæstores mittebant, ægrorumq; curam habebant, & defunctos funerabant de publico. Nunc vero ob aduenientium frequentiam legatorum hic sumptus expirauit. Manet tamen hoc, vt præfectos ærarii primo loco per professionem conueniant.

Cvr flamini Diali non est fas iurare? Vtrum quia quæstio quædam est iusiurandum hominum liberorum? Debet vero exolutum quæstione esse corpus & animus sacerdotis. An quod fidem derogari in exiguis ei, cui diuina & summa commissa sunt non deceat? An quod iusiurandum in deuotionem exeat periurii? Est autem dira res & tristis deuotio. Quare nec alias solenne est sacerdotibus deuouere. Atq; commendata Athenis est antistes illa, quæ execrari in caput Alcibiadis imperante populo recusauit. Voti enim non deuotionis, inquit, sacerdos facta sum. An periculum est periurii publicum, si homo impius & periurus vota nuncupet & sacra faciat pro ciuitate.

Cvr solenni Veneralium vinum ex delubro Veneris affatim effundunt? Vtrum, vt pleriq; autumant, Thuscorum dux Mezentius legatos ad Æneam fœderis iciendi causa misit hac lege: vt acciperet vinum, quod eo anno natum esset. Quod abnuente illo Thuscis pronunciauit victorem prælio se vinum præbiturum. Cuius Æneas acceptis promissis, vinum diis consecrauit, atq; post victoriam obtentam coactum, quod erat natum, profudit pro fano Veneris. An vero id significat celebrandum siccis festum non temulentis: quasi gratiores diis sint illi, qui multum meri effundunt, quam qui hauriunt.

Qvare delubrum Hortæ perpetuo veteres apertum habebant? Vtrum vt Antistius Labeo scriptum reliquit, dea, quæ quasi incitat & hortatur, oportere existimabant, vt quæ strenua esset assidue, nullam vnquam moram faceret, neq; concluderetur vel seris constringeretur. An potius, vt nunc appellant eam Horam priore producta syllaba industriam & circumspectam deam, eamq; tutricem & curatricem nusquam esse socordem vel securam putabant rerum humanarum. An sicut alia multa hoc quoq; ex nominibus est Græcis, significatq; deam inspectricem contemplatricemq;. Quocirca vt excubantis & insomnis semper templum patebat. Si tamen Horam recte Labeo à verbo hortari dictam ostendit: despice, anne oratorem, qui author est, aut concionator acuens & cohortans, ita nuncupatum esse dicendum sit: non ab imprecatione & votis, vt nonnulli volunt.

Cvr ædem Vulcani Romulus extra mœnia ædificauit? Vtrum ob fabulosam cum Marte Vulcani æmulationem Veneris causa ille, qui filius Martis habitus est, non donauit eum ciuitate neq; vrbe recepit? An hoc ineptum est: verum excitatum est initio templum hoc, quod esset consessus ei & curia arcana cum regni consorte Tatio: quo coacti ibi cum senatoribus sine interpellatione de repub. quiete deliberarent? An quia obnoxia antiquitus fuit incendio Roma, placuit colere quidem, sed summouere vrbe Vulcanum.

Cvr consualium festo tam equos quam asinos sertis redimiunt permittuntq; feriari? Vtrum quod Neptuno Equestri eum diem festum agant? Asinus autem ea vacatione vna cum equo fruitur, in eiusq; partem venit. An quia postquam extitit nauigatio & commeatuum subuectio mari, nonnihil ocii & requietis iumentis contigit.

Qaare candidatis moris erat in toga sine tunica, vt tradidit Cato, prensare? Vtrum ne ad nundinandum in sinu pecuniam ferrent? An potius magistratu dignos non imaginibus, non censu non dignitate, sed vulneribus & cicatricib. censebant? Quo igitur hæc conspicua essent appellantibus eos, sine tunica ad comitia descendebant. An sicut prensando, petendo, & supplices se præbendo, ita nuditate demittendo se subibant plebem?

Cvr flamen Dialis defuncta vxore sacerdotium, vt author est, Teius, eiurabat? Vtrum quia eo, qui nō duxit vxorem, ille, qui duxit, inde coniugem amisit, est infelicior? Quippe est domus eius, qui vxorem duxit, integra. Enimuero qui duxit, post perdidit eam, eius non solum non integra, verum mutila etiam. An consecratur simul cum viro vxor. Nam complura sacra non licet nisi præsente matrefamilias obire. Iungere autem sibi extemplo amissa priore alteram, neque forsitan integrum est, neque alioquin humanum. Hinc nec dimittere vxorem ante liberum eis erat, neque sane nunc est. Cæterum memoria nostra ad cuiusdam postulationem Domitianus veniam dedit. Dirimebantur nuptiæ coram pontificibus, qui multa horrenda, monstrosa, & dira peragebant. Minus hoc mireris, si id quoque legeris, quod etiam vno censore mortuo alter oportebat magistratu se abdicare. Cum decessisset Liuius Drusus, collega eius Æmilius Scaurus detrectabat magistratum eiurare, donec pars tribunorum plebis iusserunt eum in carcerem duci.

Cvr laribus, quos proprie præstites vocant, assistebat canis, atque isti sagis ex pellibus caninis vestiuntur? An præstites quasi antistites sunt & præsides. Præsides autem domus custodes esse

esse decet, formidabilesque vt est canis alienis, blandos mitesque domesticis. An potius quod Romani nonnulli aiunt, est verum, atque vt opinio est Chrysippi philosophi, mala dæmonia vagari: quibus dii aduersus flagitiosos & iniustos publicis vtuntur tortoribus & vindicibus: ita lares furiosi quidem sunt & vltores dæmones, obseruatores morum & familiarum. Vnde etiam nunc tergis amiciuntur, canemque habent assessorem vt sagaces ad inuestigandum & mulctandum improbos.

CVREI, quæ Geneta Mana dicitur, canem immolant, imprecanturque, ne vllus domi natus euadat bonus? An quia dæmon est Geneta, quæ fœtus & puerperia procuret. Siquidem fluxionem quandam significat hoc nomen & generationem, aut manantem generationem. Quomodo igitur Hecatæ Græci, item Romani Genetæ Manæ canem pro domi natis immolant. Argiuos narrat Socrates Illithyæ victimam facilis partus gratia canem cædere. Quantum ad votum, vtrum id non aduersus homines domi natos, verum aduersus canes est, ne quis existat bonus. Acerbos enim & truces sint oportet canes. An quod placidi & boni dicantur morientes, ænigmate per exordium precantur, ne quis ex domesticis emoriatur. Neq; est hoc mirandũ. Etenim Aristoteles in Arcadum cum Lacedæmoniis fœdere relatum ostendit, vt ne quem placidum faciant suppetias ferendi gratia Tegeatis, qui faciunt cum Lacedæmoniis: id est, ne eminem interficiant.

CVR ludis Capitolinis nunc quoque proclamant, Sardeis venales: ac senex quispiam per ludibrium traducitur, cui addunt bullam puerilem? An quia cum Romulo diu bellum gesserunt ex Tuscis illi, qui dicuntur Vegentani, quorum vrbem recepit postremam, frequentesq; captiuos cum rege sub hasta vendidit, illudens stoliditati & insipientiæ. Quia vero stirps sunt Tusci Lydorum, authores autem Lydorum Sardeis, ad eum modum proclamarunt Veientanos, atq; ad hanc vsq; memoriam mos hic per ludum obseruatur.

QVARE forum, vbi carnes venduntur, macellum vocant? Vtrum à Græca dictione μάγειρος, quod coquum significat, nomen corruptum sicut multa alia vsu obtinuit. Quippe literæ c. & g. sunt apud Romanos cognatæ. Sero enim vsurpauerunt g. quam literam Sp. Caruilius adinuenit. Iam literam L. ex linguæ hæsitantia delabentes à litera r. balburiendo proferunt. An vero hoc quoq; ex historia discutiendum. Nam fama est Romæ ferum hominem & latronem fuisse, qui multis spoliatis vix tandem captus & supplicio est affectus. Hunc dictum Marcellum fuisse: cuius ex bonis publicum est extructum macellum, quod nomen ab illo mutuatum est.

CVR Idibus Ianuariis circuire in vestitu muliebri concessum est tibicinibus? An eam ob causam, quæ commemoratur. Nam magnos sane honores obtinebant, quos eis tribuit rex religiosissimus Numa. His post spoliati à decemuiris, qui consulare imperium obtinebant, reliquerunt vrbem. Quos cum requirerent, & nonnulla religione tenerentur sactis operantes sine tibicinibus sacerdotes: neq; accersentibus illi auscultabant, verum Tybure hærebant: libertinus homo ostendit clam magistratibus reducturum se illos, apparatoq; magnifico epulo, vt si rem diuinam diis fecisset, acciuit tibicinas. Adiunxerat conuiuio mulieres, peruigiliumq; plausibus agitabatur ludentium & saltantium. Inde homo repente iniecto sermone quasi patronus ipsi superueniret, perculsus induxit tibicines, vt conscendentes plaustra pellibus vndiq; tecta Tybur veherentur. Impostura ea erat. Siquidem circumacto curru imprudentes ob vinum & noctem clam deportauit omnes summo mane Romam. Erant multi ex peruigilio & crapula stolis pictis & muliebribus vestiti. Vt igitur à magistratibus blanditiis inducti & placati sunt, receptum est, vt illo die ita amicti per vrbem discurrant.

CVR Carmentæ ædem initio fama est à matronis fuisse conditam, quam nunc quoq; præcipue colunt? Fabula narratur, cum vetitum fuisset à senatu mulieribus carpentis, quæ equis iuncta essent, vti, coitionem eas ad vlciscendum viros inter se fecisse, ne conciperent nec parerent: dum mutata sententia hæc eis indulsere. Matres autem factæ liberorum probórum & multorum Carmentæ ædem extruxerunt. Carmentam alii Euandri matrem fuisse & venisse memorant in Italiam ac fuisse nominatam Themin. alii Nicostratam: quæ quod oracula carminibus caneret, dictam fuisse à Latinis Carmentam. Alii Carmentam Parcam esse putant, eaq; de causa sacrificare ei matronas. Explicatio eius nominis est carens mente ex numinis afflatu. Ita non Carmentæ appellationem carmina dedere, verum hæc potius nomen ab illa inuenere: quod sortes versibus & metris fanatica caneret.

CVR, qui Ruminæ sacra faciunt, victimæ infundunt pro libamine lac, nec vinum adhibent? An quod mammam Larini rumam vocatent, & Ruminalem dicunt nominatam pro eo quod mammam Romulo lupa præbuit. Vt igitur Græci eas, quæ nutriunt paruulas lacte, θηλονὰς ἀπὸ τῆς θηλῆς vocant: ita rumina, quæ est nutrix, altrix, & educatrix, non admittit tanquam noxium infantibus vinum.

QVARE senatores partim patres conscriptos, partim simpliciter appellarunt patres? An eos,

eos,qui ab initio centuriati in senatum à Romulo fuerunt,patres appellarunt & patricios:quasi qui essent generosi,vt qui partes suos haberent monstrare:postea allectos ex popularibus patres conscriptos nominauerunt?

Cvr ara fuit Herculis & Musarum communis? An quia literas docuit Hercules Euandrum, vt in historia Iuba prodidit:& censebantur facere præclare illi, qui amicos & propinquos erudiebant. Sero cœperunt mercede docere, ac primus aperuit ludum literarium Sp. Caruilius Caruilii illius,qui coniugem princeps repudiauit,libertus.

Cvr ex duobus Herculis altaribus,quæ in maiore immolata sunt,ex his nihil accipiunt mulieres neq; gustant? Vtrum quod ad sacra venerit Carmenta tardius,sero etiam venit gens Pi-
10 nariorum:ita summoti sunt à conuiuio epulantibus aliis. Vnde Pinarii ab esuriendo sunt dicti? An ob fabulam,quæ de tunica & Deianira refertur.

Cvr deum illum,in cuius potissimum tutela & præsidio est Roma, siue mas siue fœmina sit, dicere,quærere,& nominare est vetitum:quam sanctionem superstitione confirmāt,dum scribunt Valerium Soranum,quod id effutisset, male periisse? Vtrum quod, vt nonnulli Romani scriptum reliquerunt deorum euocationes & fascinationes sunt: quibus quia arbitrabantur euocasse se deos ab hostibus,eosq; ad ipsos migrasse, metuebant ne idem ipsis accideret ab aliis. Vt igitur Tyrii vinculis signa alligasse feruntur,alii sponsores postulasse,cum ad balnea illa vel ad expiationem aliquam dimitterent: Ita Romani, si secretum esset & ignotum dei sui nomen,tutissimam rati sunt eius & fidelissimam custodiam. An sicut cecinit Homerus,

20 *Omnibus est tellus communis,*

quo homines omnes deos venerentur colantque, terram qui habent in communi: sic supprimebant salutis authorem prisci Romani: vt non tantum hic:sed & omnes à ciuibus dii colerentur.

Cvr ex fæcialibus paterpatratus maximus habebatur? Est hic, cui viuus pater & liberi sunt. Tribuitur etiam ei prærogatiua quædam & fides. Prætores enim corpora,quæ ob formam & venustatem vigilantem & castam flagitant custodiam,apud hos deponunt. Vtrum, quia hi id habent,vt vereantur liberos & timeant patres? An causam nomen suggerit? Vult enim esse patratum,quasi perpetratum & consummatum, tanquam absolutior sit aliis ille, cui contingit, cum genitorē habeat, genitori esse. An decet iurisiurandi & pacis præsidē simul ante & à tergo
30 secundum Homerum videre. Talis autem sit præsertim is,cui stirps est,pro qua consilium capit & pater,qui cum consilium capit.

Cvr regi sacrorum magistratum capere & concionari est interdictum? An olim reges pleraq; & præcipua sacra faciebant, ac rebus diuinis ipsi cum sacerdotibus operabantur. Vt vero insolescere cœperunt, arrogantesq; & duri esse plæriq; Græci detracto eis imperio solum sacra faciendi diis facultatem reliquere. Romani regibus semel expulsis præfecerūt alium sacris, cui omnem potestatem & concionis habendæ ius ademerunt:quo tantum in sacris regem habere, regnumq; deorum causa existimentur sustinere. Atq; est in foro iuxta comitium solenne sacrificium:quo perpetrato fugiens ex foro rex raptim se subducit.

Qvare mensam sustolli non sinebant inanem,sed vt omnino aliquid in ea superesset? Vtrū quo significarent, debere semper se aliquid ex præsenti in posterum facere reliquum, dieique
40 crastini hodie meminisse? At rati sunt contrahere appetitionem & inhibere præsentibus adhuc illecebris elegans esse. Minus enim inhiant remotis, qui temperare præsentibus sunt assueti. An etiam aduersus seruos mos est ille humanus. Neque enim ita, quod capiant, vt quod participes sint, delectat eos, consortes quodammodo arbitrantes se mensæ dominorum. An sacrorum nunquam vacuum quicquam fieri permittendum. Mensa autem sacra est

Cvr cum sponsa primum non congreditur ad lumen vir,sed per tenebras: Vtrum quod pudeat eum,priusquam consuetudinem cum ea habuerit,quod alienam censeat: An vt accedere vel ad suam cum verecundia consuescat? An quomodo sanciuit Solon,vt adeo sponsa malo cydonio conclaue ingrederetur, ne primus esset molestus & ingratus complexus, sic legislator Romanus,si quid esset in corpore vitii aut quid insuaue, texit. An ea res illegitimæ insectatio
50 Veneris est,quasi etiam in legitimis sit aliquis pudor.

Cvr circus vnus dicitur flaminius? An quod cum Flaminius quispiam ex veteribus agrū præbuisset,impenderent eius vectigal in ludos circenses. Cum autem adhuc pecunia superesset,viam munierunt,quam item vocauerunt Flaminiam.

Cvr apparitores lictores appellant, an quod alligarent hi homines perditos, Romulumque stiparent,qui lora in sinibus ferebant? An nunc interiecta est litera c. cum olim litores dicerentur: qui λιτουργοὶ quidam,id est,ministri publici erant. Nam τὸ λῆτον in hanc vsque me-

moriam, τὸ ἀσυλεῖν, id est, publicum in multis Græcorum legibus esse scriptum, neminem ferè præterit.

Cvr canem Luperci immolant? Luperci sunt, qui Lupercalibus nudi in subligaculis discurrunt, cæduntq; obuios scutica? Vtrum quia ea, quæ aguntur, lustratio sunt vrbis, mensemq; Februarium vocant, atque diem illum, quo scuticis de more verberant occurrentes, februatū vel februatum. Siquidem februare lustrare significat. Canem omnes fere Græci ad hibebant, adhibentq; in hunc vsq; diem nonnulli victimam in expiationibus: atq; Hecatæ canes cum piamentis aliis efferunt, caninisque eos, qui expiatione habent opus, pellibus abstergunt, quod genus lustrationis vocant περισκυλακισμόν. An à lupo dicta Lupercalia sunt. Lupo autem est canis hostis, ideoque Lupercalibus im molatur. An quod Lupercos allatrent & interpellent canes per vrbem discurrentes. An Pani hoc sacrificium celebratur. Pani vero acceptus est ob caprarum greges canis.

Cvr Septimontio obseruabant, ne vehiculis, quæ equis essent iuncta, vterentur: atq; nostra etiam memoria, qui antiquitatis non sunt contemptores, id obseruant. Septimontiū celebrant quod Septimus collis adiectus, & facta Roma sit septem collium. Vtrum, vt quorundam Romanorum fert opinio, quod nondum copulata prorsus omnibus suis partibus vrbs esset. An hoc forte nihil ad rem. Cęterum opere grandi ad amplificandam confecto vrbem, quod fecisse eam existimarent iam incrementi finem? cum relaxauerunt semetipsi, tum remissionem dederunt iis, quæ in labore adiuuerunt, iumentis, fruiq; publici festi feriis permisere. An festum quidem volebant omne ciuium præsentia ornari & celebrari, præsertim vero quod amplificatæ causa vrbis agebant, atq; vt vrbē, cuius est dies festus, ne relinquerent, non erat vehiculis iugatis illo die vti licitum.

Cvr in furto deprehensos aut aliis in seruilibus noxis furciferos vocant? An & hoc priscorū est diligentiæ indicium. Qui enim vernam suum de aliquo flagitio iudicasset, huic imperabant, vt duplex lignum, quod plaustris subdunt, sustolleret, atq; per vicum vel viciniam sub omnium oculis transiret, ne ei fiderent in posterum, sed ab eo cauerent. Hoc lignum Græci στήριγμα, Romani appellant furcam. Vnde dicitur, qui hoc circumtulit, furcifer.

Cvr boum cornupetentium, quo deuitent eos occurrentes, cornu fœnum alligant? An ex saturitate & sagina boues, equi, asini, homines lasciuiunt, vt ait Sophocles:

Vt pullus exultas in rerum copia,

Nam buccaq; & venter tibi plenus.

Hinc M Crassum Romani fœnum habere in cornu dicebant. Declinabant enim eum illi, qui alios in rep. vellicabant, vt ad vindictam acrem atq; durum adorientibus. Verumenimuero postea rursus dictum est Crasso Cæsar detraxit fœnum. Hic enim Crasso primus se actionibus suis obiecit atq; eum despexit.

Cvr eorum, quos ante auspices, nunc vocant augures, oportere putabant semper esse apertas lucernas, neq; operculum impositum? An sicut Pythagorici rerum fecerunt magnarum tenues notas: qui prohibebant super chœnicem sedere, ignem gladio fodere: sic veteres multis ænigmatibus vtebantur, præcipue apud sacerdotes, vt est illud lucernæ. Affinis est enim complectenti animum corpori lucerna. Nam animus intus lumen est debetq; pars eius, qua intelligit & sapit, semper patere & esse intenta, nunquam vero occlusa, vel expirare. Vbi venti sunt, ibi parum quietæ sunt aues, neque signa edunt certa: quod huc atq; illuc motu inæquali ferantur. Docent igitur eo more non spirante aura, sed tranquillo & silenti cœlo tractare hoc augures, cum lucernis vti valeant apertis.

Cvr interdictum fuit sacerdotibus, qui vlcere laborabant, auspicio operam dare? Vtrum hæc quoq; nota est, non debere pungi, neq; proprium vlcus vel vitium habere in animo illos, qui rebus diuinis vacant: verum expertes esse ægritudinis, sanos, non interpellatos. An conueniens est, si nec victima vtitur quis ad rem diuinam vlcerosa, neq; ad auspicium auibus, vt multo magis in semetipsis ea vitent: mundique & sani atque integri ad capiēda auguria ab diis procedant. Videtur enim vlcus mutilatio corporis & pollutio esse.

Cvr Breuis fortunæ ædem Seruius Tullius rex extruxit? Vtrum quia paruus initio humilisq; atque ex matre natus captiua Romæ aspirante fortuna regnauit? An ipsa volumina potius magnitudinem ob oculos ponunt fortunæ quam exilitatem. Præ cæteris autem appatet fortunæ Seruium vim diuinis honoribus affecisse, resque ad eam retulisse omnes. Non solum enim fortis fortunæ, Auertruncanæ, Blandæ, Primogeniæ, & Masculæ ædes condidit: verum etiam est propriæ fortunæ ædes, alia Conuersæ, alia Bene sperantis, alia Virginis. Et quid alia cognomina recenseas cum fortunæ Viscatæ ædes sit: quod procul ab ea capiamur & adhæresc amus negociis. Reputa etiam, an ne, cum consideraret fortunæ momentum exiguum multum semper

sempet pollere: & quia factum quid pene est aut non est, subinde id quibusdam fuisse causam, vt assecuti summa vel ludificati sint: Breuis fortunæ ædem construxerit, quo intendendum præciperet rebus, nec quantumuis modicæ sint, eas, quæ accidunt, esse contemnendas.

Cvr lucernam non extinguebant, sed ipsam sinebant sua sponte extabescere? Vtrum vt congenerem & germanam inextincti & æterni ignis. An hæc nota est non esse vllam animantem nisi nocuam conficiendam vel necandam: quasi æmulus animantis ignis sit. Siquidem escam desiderat, sua sponte mouetur, ac cum extinguitur, mittit quasi interficiatur vocem. An docet nos hic mos non debere nos neq; ignem, neque aquam, neque quid ex necessariis aliud, quando eo abunde vsi sumus, perdere, sed permittere huius vsum opus habentibus ac relinquere aliis, si quando ipsi vltra non requiramus.

Cvr in calciamentis lunulas, qui splendidis natalibus præfulgent, ferunt? Vtrum vt author est Castor, nota id est habitationis, quæ esse in luna narratur: & quod ab excessu rursus animæ lunam pedibus habebunt subiectam. An id fuit vetustissimis præcipuum. Hi Arcades erant ex Euandri posteritate, qui dicti προσέληνοι fuere, quod se fuisse ante lunam contenderent. An sicut alia multa etiam hoc elatis & inflatis rerum humanarum vltro citroque conuersionem subiicit, capientibus ex luna exemplum:

Ex abdita vt primum procedit hæc noua
Faciem comans & lumine complens cornua,
Et vt fuit longe vultu nitidissima,
Dilabitur rursum atq; euanescit semel.

An disciplina est ea obedientiæ consulentium, vt non ægre feramus: sed sicut auscultare luna vult præstantiori & esse secundaria, respectans assidue iuxta Parmenidem solis radios: perinde in secundo loco acquiescamus sequentes ducem, potentiaque & honore ab eo concesso fruentes.

Cvr annum existimant Iouis esse, Iunonis menses? An quia inter deos inuisibiles & mente apprehensos regnum Iupiter & Iuno obtinent: Inter eos, qui sub aspectum cadunt, sol & luna. Author est autem sol anni, luna mensium. Porro oportet esse illorum hos imagines non simpliciter arbitrari: cæterum solem ipsum in materia Iouem, lunam ipsam Iunonem in materia esse. Vnde dicta est Iuno: quod nomen iuuenem vel adolescentem significat à luna. Ac Lucinam vocant Iunonem, quasi lucidam & illuminantem: tenetq; eos opinio in puerperiis eam & partus doloribus opem ferre, vt lunam quoque.

Cærulei per sidera cæli,
Et per lunam etiam obstetricantem.

Quippe apparet potissimum pleniluniis facilime mulieres parere.

Cvr auis sinistra est secunda? Vtrum non est hoc verum, sed multis loquendi genus imponit. Nam sinistrum læuum significat, Potest etiam deduci à verbo sinere. Eam igitur, quæ rem sinit, auem, cum sinesteria sit, parum recte arbitratur esse & vocat vulgus sinistram. An vt ait Dionysius, cum Ascanio Æneæ in acie aduersus Mezentium stanti fulgur à sinistra victoriale micasset, in augurium id verterunt, ac deinceps ita obseruant, aut vt alii, cum id Æneæ accidisset. Etenim Thebani cum sinistro cornu ad Leuctra hostem profligassent & superassent: seruarunt, vt omnibus in conflictibus sinistro imperium tribuerent. An potius, vt est author Iuba, respicientibus orientem aquilo ad sinistram est: quem sane sunt qui mundi habeant partem dextram & supremam, at dispice, ne sinistris, quæ natura imbecilliores sunt, assistentes aues eas quasi corroborant confirmantq; id, quo in viribus claudicant, adæquantes. An quia terrestria & caduca cœlestibus & diuinis censebant opposita, putabant nobis ea, quæ sinistra sunt, deos à dextra ostendere.

Cvr viri triumphalis, qui decessetat & combustus erat, licebat os in vrbem inferre ac deponere: quod Pyrrho Liparensis scripsit? An hoc honori est extincti delatum. Siquidem, aliis quoque, qui remp. in bello bene gessissent, & ducibus tribuerunt, vt non illi solum, verum etiam posteri eorum in foro humarentur, velut Valerio & Fabricio: referuntq; horum ne potibus, vbi decesserunt, in forum delatis subiici ardentem facem, mox attolli: qui ita vtuntur sine inuidia honore probantque solum sibi licere.

Cvr qui inuitabant triumphales, publice rogabant consules, ne venirent, ac per nuncios, ne accederent ad cœnam, petebant: An locus erat viro triumphali & sedes danda honoratissima, & ille à cœna deducendus: quæ fas non est alteri præsentibus consulibus tribui, sed illis.

Cvr non gerit tribunus plebis prætextam, cum eam magistratus alii gerant? An non est ille magistratus? Neq; enim lictores habent, neq; ex sellis curulibus agunt cum populo, neque

principio anni vt cæteri omnes magistratum ineunt,neque dictatore dicto abeunt : sed cum imperium ad se omne traduxit ille,hi soli manent:quasi non magistratum gerant, sed ordinem habeant alium,Sicut autem nonnulli oratores nolunt præscriptionem actionē esse,quæ diuersum atque actio agit: Hæc enim inducit & constituit iudicium, illa elidit & sustollit:tribunatū item arbitrantur inhibitionem citius esse magistratus atq; aduersus magistratum intercessionem quam magistratum. Nam intercedendi aduersus magistratus potestatem & effusam vim dettahendi ius & arbitrium est eius. An hæc quidem & similia adferas,vbi verba fundere velis. Enimuero quando ortum suum tribunatus ex plebe accepit, popularitas inualescit atq; ingens est eo,quod non sustollat animos supra cæteros:verum gestu,vestitu,& victu ad quoslibet ciues se conformet.Fastus enim consuli conuenit & prætori. Tribunum plebis,vt M.Curio dixit esse oportet demissum,neq; graue supercilium præferre,neq; esse aditu difficilem,neq; multitudini acerbum,sed pro aliis,& popularibus facilem. Quare nec domus illius obtinebat vsus,vt fores obderentur: verum noctu interdiuque patebat,vt portus & refugium ope indigentibus. Quo autem plus deprimitur specie,hoc eius authoritas plus amplificatur. Quippe vsum eius communem esse promtumq; cunctis instar aræ volunt : honore vero faciunt eum sacrosanctum & inuiolabilem. Quando etiam * cum in publico incedit,omnibus motis est expiari & lustrare corpus vt pollutum.

Hic desiderature aliquid aut est locus mendosus.

Cvr maioribus magistratibus virgæ annexis securibus colligatæ præferuntur? Vtrum quod nota sit,non debere præcipitem & solutam iram esse magistratus. An mora allata & cunctatio, dum sensim virgæ soluuntur identidem consilium mutauit de plectendo. Quando autem vitia sunt quædam corrigibilia,deplorata alia : castigant virgæ, quod reuocari valet inemendabile secures præcidunt.

Qvare barbaros quosdam,quos vocant Bletonesios, cum eos hominem immolasse diis Romani accepissent,exciuerunt eorum magistratus, vt in eos animaduerterent. Qui vt certa lege hoc se demonstrarunt fecisse:illos quidem noxæ exemerunt,verum id in posterum vetuerunt:cum ipsi nō multis ante annis viros duos & duas fœminas in foro Boario alteros Græcos, alteros Gallos sub terra viuos demisissent. Absonum namque videtur hoc ipsos facere, & culpare de nefario facinore barbaros. Vtrum diis mactare homines duxerunt impium,sed dæmoniis necessarium? An eos,qui de more & lege hoc designabant,offendere existimauerunt, ipsi ex præscripto egerunt hoc librorum Sibyllinorum. Siquidem fama tenet Heluiam virginem, quæ equo vehebatur,fuisse de cœlo ictam,ac nudum repertum iacentem equum,nudam etiam illam quasi de industria amota de pudendis tunica:calceis,anulis,& vitta alio disiectis seorsum à cæteris,atq; exerta ex ore lingua.Hic cum vates fœdam infamiam virginibus Vestalibus adhærere denunciassent,ac peruulgatum iri:contactos etiam esse labe aliqua equites. detexit Barbari cuiusdam ex equestri ordine seruus tres virgines Vestales, Æmiliam, Liciniam,& Martiam sub idem tempus stupratas, ac consuetudinem perdiu habere cum vitiis,in quibus erat Butetius Barbarus indicis dominus. Atq; in illas quidem compertas animaduersum est. Quia vero res atrox habita:visum est,vt sacerdotes libros Sibyllinos consulerent. Inuenta ferunt oracula,quæ hæc ad reip. perniciem nunciarent futura,præscriberentq;,vt aliena quædam & peregrina dæmonia ad procurandum instans malum duobus Græcis & duobus Gallis sub terram defossis propitiarent.

Cvr exordium diei à media nocte capiunt ? Vtrum quia institutum resp. initio militare habuit?Multa autem conducibilia noctu in expeditionibus præcipiuntur. An actionis exortum solis primordium apparatus faciebant noctem? Paratos enim agere decet, non parari agentes, vt Chiloni sapienti Myson dixisse fertur, cum hyeme ventilabrum pararet. An vt meridies est multis publica & feria tractandi clausula,sic exordium placuit statuere mediam noctem. Cuius magnum est indicium,quod dux Romanus à medio diei fœdus non feriret nec formulam conscriberet. An ab solis abscessu & emersu capere licet principium diei & finem. Nam si vt vulgus dirigit sensu,exordium diei ab solis aduentu , noctem ab occultato semel sidere petemus, non habebimus æquinoctium : cæterum quam maxime diei noctem adæquare videbimur, hæc die apparebit solis magnitudine contractior. Quod vero iam mathematici ad occurrendum huic absurditati solis centrum statuunt,quando horizontem attigit,diei esse & noctis interpunctionem:hæc euersio est euidentiæ. Siquidem euenier, vt multa luce adhuc terram illustrante & illucescente nobis sole haud dum esse confiteamur diem, sed noctem etiam tum esse. Quoniam igitur in exortibus & occasibus solis ægre capitur ob supra dictas absurditates initium: superest vt ab eo,cum medium cœlum tenet,aut locum huic aduersum, principium capiamus. Est porro rectius secundum. Rapitur enim ex meridie ad occasum à nobis , atque ex noctis conticinio ad nos in orientem.

Cvr mulieres olim neque molere neque coquere permittebant? An fœderis, quod cum Sabinis icerant, memores. Quippe cum filias eorum rapuissent, mox collatis armis pax conuenisset, in legibus pacis aliis hoc relatum est, ne viro Romano vxor moleret, neque eius coquinariam faceret.

Cvr mense Maio non ducunt vxores? Vtrum quod interueniat inter mensem Aprilem & Iunium: quorum hunc Iunoni, illum Veneri deabus coniugalibus sacrum rati præueniunt paulisper aut operiuntur. An quod mense hoc maximam lustrationem obeant: ac nunc imagines de ponte in amnem præcipitent, vt quondam homines. Quapropter flaminicam, quæ sacerdos Iunonis habetur, solenne est tunc mœstitiam præ se ferre, nec lauare, nec comi. An quod complures Latini hoc mense manibus dent inferias? Qua de causa Mercurium fortasse venerantur hoc mense, & à Maia hic mutuatur nomen. An quod nonnulli ferunt, Maius à maiore, Iunius à Iuniore ætate est dictus. Nuptiis autem congruentior iuuentus est, vt Euripides quoque ait:

Atqui senectutem Cypris repudiat,
Abhorret atq; à grandibus natu Cypris.

Non iungunt igitur mense Maio nuptias, sed expectant, qui eum consequitur, Iunium.

Cvr nubentium comam hastæ cuspide discriminant? An nota hæc est vi & bello primarum conciliata connubia fuisse? An discunt, vt viris iunctæ pugnacibus & bellicosis non mollem & effœminatum, sed modestum cultum sibi adhibeant Lycurgi exemplo: qui ferra & securi sanciendo ianuas, fenestras, & fastigia ædium fabricari, neq; omnino instrumentum adhibere aliud, omnia arguta & exquisita opificia exterminauit. An diuortium ea res denotat, vt solo ferro nuptias dissociandas? An plæraq; connubialia ad Iunonem referuntur, cui hasta existimatur sacra ac signa eius pene omnia hasta sustentantur, dictaq; ea cognomine Quiritis est. Hastam enim quirim pirsci dixerunt. Hinc & Martem vocatum prædicant Quirim.

Qvare quod impenditur in spectacula, lucar dicitur? An multa sunt circa vrbem alia diis attributa, quæ lucos vocabant, & collectum inde vectigal in ludos erogabant.

Qvare Quirinalia stultorum festum nominant? An quod diem hunc tribuerint, vt est author Iuba, iis, qui curias suas ignorarent? An iis, qui non sacrificauerunt vt reliqui per tribus furnicalibus ob negocia vel peregrinationem vel inscitiam, concessum est eo die solenne illud agere.

Cvr cum sacra fiunt Herculi, nullum alium deum nominant, neq; conspicitur canis intra septa, vt est apud Varronem relatum? An deum non nuncupant alium, hunc quod semideum putent: Vt vero nonnulli alii autumant, quod agenti etiamnum inter homines aram erexisset ei Euander, & sacrificium fecisset. Cani vero præ omnibus animantibus infestus fuit. Quippe hic eum semper multum fatigauit, & Cerberus: & super omnia Licymnio puero Oeoni à cane interempto ab Hippocoontidis pugnam conserere compulsus cum multos alios amicos, tum fratrem desiderauit Iphiclem.

Cvr non licebat in Capitolio patriciis habitare? Vtrum quia Manlius, cuius ibi domicilium fuit, tyrannidem machinatus est: cuius causa scitum est, ne cui ex Manliorum familia nomen Marco foret An vetus hic metus fuit. Nam Poplicolam virum inprimis popularem non destiterunt suspectum habere potentes & timere plebs: quousq; domum ipse suam, quæ foro videbatur imminere, diruit.

Cvr eum, qui in bello ciuem seruauit, corona quercea donant? Vtrum quod vbique & facilis copia sit in expeditionibus quercus. An quia Ioui & Iunoni, quos ciuitatum præsides putant, hæc sacra corona est. An vetus ab Arcadibus sumptus mos est, quibus intercedit cum quercu necessitudo. Primi namque homines terra geniti habentur, vt planta prima quercus.

Cvr ad auspicia capienda præcipue vtuntur vulture? Vtrum quod Romulo duodecim, cum conderet Romam, conspecti sint? An quia inter alites hæc minime frequens & maxime insolens est. Haud temere enim vulturis nidum offendas, sed longe alicunde adueniunt subito. Vnde conspectus est eius ominosus. An hoc quoq; ab Hercule accepere, si verum dicit Herodotus, oblatis in actionis alicuius auspicio potissimum gauisum Herculem: qui cunctorum vulturem carniuorûm putauit iustissimum. Primum namque omni viuo abstinet, neque quicquam, quod spirat, extinguit, vt aquilæ accipitres, & noctiuaga: Pascitur aliis cadaueribus. Iam ex his quoque à cognatis temperat. Volucrem enim nemo conspexit à vulture gustatum: quomodo aquilæ & accipitres præ cæteris cognata appetunt & inuadunt. Et quidem, vt ait Æschylus,

Immunda auis sit, si quam auem depascitur.

Hominibus vero est pene innocentissimus: qui neq; fructum perdit, neq; plantam, vel animal lædit domesticum. Quod si, vt fabulantur Ægyptii, omne est eorum fœmininum genus, concipiuntq; aspirantem excipientes subsolanum, vt Zephyrum arbores: etiam omnino certa signa ab eis & fixa sit edi probabile. In cæteris impotentiæ infestæ dum coeunt, adhæc raptus, fugæ insectationes multum habent fluctuationis & instabilitatis.

CVR Æsculapii delubrum extra muros est? An quia commorationes rusticas vrbanis salubriores habent. Etenim Græcis in locis liquidis & celsis fere locata sunt Æsculapii fana. An quoniam hunc deum Epidauro ascitum arbitrantur. Epidauriis autem non in oppido, sed procul templum est Æsculapii. An quia anguis ex triremi in insulam excendit, atque ex oculis ablatus est, ideo eum ipsum putarunt templo ædificando locum designasse. 10

CVR moris fuit leguminibus abstinere expiatos? Vtrum vt Pythagorei auersantur ob causas, quæ referuntur, fabas: ciceculam, quam Græci dicunt λάθυρον, & cicer quod ἐρέβινθος tanquam nomen trahentia ab Erebo & Lethe. An quia in parentationibus & inuitationibus manium legumina adhibent præcipue. An potius quod in expiationibus & sacrificiis pura habenda sint & gracilia corpora. Sunt autem legumina flatuosa, adferuntq; redundantiam, quæ multam purgationem requirit. An quoniam etiam ad Venerem stimulant, quod natura sint flatuosa & venrosa.

CVR virgines Vestales alio genere supplicii non mulctant, sed viuas sub terram demittunt. Vtrum quia comburunt mortuos, funerare vero igne eam, quæ sacrum ignem non custodiuit sancte, non erat æquum. An corpus maximis cõsecratum ceremoniis occidere, manusq; sacræ mulieri afferre, nefas ducebant. Struentes igitur, vt sua sponte exanimaretur, deducebant eam sub terram in constructam ad ædiculam: vbi lucerna posita erat ardens, præterea panis lactisq; aliquantum & aquæ, inde domunculam terra desuper iniecta contegebant. Neq; ad hunc tamẽ modum procurato piaculo superstitionem effugere. Verum nunc quoq; sacerdotes eum in locum eunt parentatum. 20

CVR Idib. Decembribus à ludis Circensibus dexter equus, qui vicit, sacet Marti immolarut, præcisamq; caudam quispiam ad Reginam appellatã portat, aramq; sanguine conspergit. De capite quidem à sacra via, alii à Suburra descendentes depugnant? Vtrum, vt aiunt nonnulli, quod equo captam arbitrentur Troiam, equum mulctant, vt qui

Troia mixta essent soboles præclara Latinis, 30

An quod ferox, bellax, & Martialis equus sit, gratissima & maxime congruentia diis immolant? Immolatur victor, quod victoriæ author hic sit deus: vel potius, quod stabilitatis opifex Mars sit: ac superant, qui locum tenent in acie, illos, qui deserunt locum & fugam capiunt: puniturque vt timiditatis occasio pernicitas, discuntque per ænigma eam fugientibus non esse salutem,

CVR censores inito magistratu omnibus aliis præuertunt alimenta sacrorum anserum, & signi polituram locare? Vtrum à leuissimis ordiuntur & ab iis, quæ non magnam impensam vel multum negocii flagitant? An vetus ea gratia hisce animalibus refertur ex cladis Gallicæ memoria, quod barbaros munimentum Capitolii iam transcendentes noctu sopitis canibus anseres aduerterunt, clangoreq; stationem ex somno exciuerunt? An cum custodes sint censores præcipuorum, sitq; eorum officii asseruare & diligenter scrutari sacra publica, ritus, mores, & vitæ instituta, vigilantissimi animantis rationem habent: vnaque cum horum cura ciues, ne soluti & lenti sint in sacris, cohortantur. Politura autem signi est necessaria. Cito enim deflorescit color rubeus, quo veteres signa pingebant. 40

CVR ex cæteris sacerdotibus si quis iudicatus sit atq; in exilium iuerit, eum abire sacerdotio cogunt, ac sublegunt alium augurem, dum viuit, quamuis maximorum criminum eum damnauerint, non spoliant sacerdotio? Vtrum, vt sunt quidam authores, nolunt quenquam, qui sacerdos non sit, arcana scire sacrorum. An sacramento deuinctum, ne cuiquam enunciet, quæ ad sacra pertinent, augurem nolunt, si priuatus fieret, sacramento solutũ? An honoris non est neq; magistratus, sed scientiæ nomen & artis augur? Par est enim vati prohibere non esse vatem, ac musicum non esse musicum, medicumq; non medicum decernere: cum exuere non valeant eũ facultate, licet appellationem detrahant. Alium non sufficiunt merito, quod pristinum numerum tueantur augurum. 50

Cur Idibus Augusti, quæ ante dictæ fuerunt sextiles, ferias agunt ancillæ & serui omnes, mulieresq; maxime tergere & mundare corpus student? An quod Seruius rex eo die ex ancilla natus sit captiua, ideo vacationem operarum famuli habent. Enimuero mos lauandi capitis festi causa ab ancillis ad liberas quoque progressus est.

CVR bullis pueros ornant? Vtrum honoris causa raptarum mulierum hoc sicut alia multa decreuerunt iura procreatis ex illis? An virtutis decorandæ gratia Tarquinii. Fama est enim

puerum

puerum adhuc in pugna aduersus Latinos simul & Tuscos intulisse in hostes se: quamuis effusum ex equo, irruentes tamen subsistentem animose Romanos confirmasse. Ingenti fuga edita hostium, contrucidatisque sexdecim millibus hoc præmii à patre & rege retulisse. An priscis formosos seruos amare non erat inhonestum vel turpe, vt etiam nunc comœdiæ testantur. Cæterum à liberis puetis magnopere abstinebant: ac ne, si incidissent quidem in nudos, incerti forent, gestabant pueri hoc insigne. An hoc ad conseruandam castitatem est & libidinis quoddam frenum verentibus viriha agere prius, quam pueritiæ signum deposuerint. Nam quod adfert Varro, parum est consentaneum, quia bella ab Æolis dicitur bolla, natam hanc tecti consilii addere sibi pueros Quid si hoc lunæ causa ferant? Nam figura lunæ, quam videmus, cum dimidia sit, non globosa, sed curuata est in cornua: vt vero Empedoclis est opinio, etiam illa quæ subiecta est.

Cvr pueris maribus nono die, fœminis octauo nomina reddunt? An quod citius fœminis, id ex natura causam trahit. Siquidem crescit fœmina, adolescitq;, ac iustam magnitudinem anre marem recipit. Dies post septimum capiunt. Est enim septimus infantibus cum ad alia, tum ad vmbelicum anceps. Nam die septimo resoluitur. Quousq; resolutus sit, refert potius infans plantam quam animal. An Pythagoreorum more numerum parem fœminam, marem imparem ducebant. Quippe fœcundus est præpolletq; pari compositus. Ac quando discerpuntur in monadas, par vt fœmina locum in medio vacuum aperit, imparis pars semper aliqua remanet plena. Quapropter hunc mari, illum congruentem fœminæ putant. An quia numerorum omnium nouenarius primus est ex impari & perfecto numero ternario quadratus. Octonarius prima tessera ex pati numero binario. Debet vero quadrus vir esse, & præstans, & absolutus: fœmina sicut tessera stabilis, domi hærens, & ægre mobilis. Iam hoc addendum octonarium tesseram esse ex numero binario, nouenarium quadrum ex ternario. Vtuntur autem nominib. fœminæ duobus, tribus viri.

Qvare eos, qui patre carent, Spurios filios vocant. Nõ enim vt arbitrantur Græci, & oratores dicunt in iudiciis, ex miscellaneo & promiscuo geniti semine sunt: cæterum est ex prænominibus Spurius, sicut Sextus, Decimus, Caius. Prænomina autem non scribũt integra, sed vel vna litera, ceu T. L. M. vel duabus, vt Ti. Cn. vel tribus, velut Sex. Ser. Ex iis, quæ literis duab. scribuntur, est Sp. Iisdem scribunt orbum patre, Sp. quasi sine patre: ac denotat, S. sine, P. patre. Atq; hoc quidem errorem induxit, quod literis iisdem sine patre & Spurius scribantur. Addam aliam fabulam, quæ est magis absurda. A Sabinis referunt muliebria spurium dici. Inde contumeliæ causa ita ab eis dici ex innupta muliere & concubina natum.

Cvr Bacchum Liberum patrem vocant? Vtrum quia potantibus libertatis pater existit? Redditur enim per vinoleriam vulgus hominum audax, ac libertate linguæ impletur. An quod libamen præbuit? An vt vult Alexander, à libera Bœotia Bacchus Liber dictus est?

Qvam ob rem in festis publicis nubere non est fas virgines, cum tamen viduæ tunc nubant? Vtrum, vt Varro est author, quod mœstæ nubant virgines, mulieres lætæ: Festo autem non liceat quicquam per mœsticiam agere, nec coacte. An potius quod virginibus honestum sit non paucis, viduis turpe multis nubere præsentibus. Hinc primæ optabiles nuptiæ, odiosæ secundæ sunt Erubescunt namq; si viuis prioribus viris elocent se aliis: si defunctis, lamentantur. Iraq; silentio malunt, quam cum tumultu deduci. Festa autem retrahunt vulgus, his vt vacare nequeant. An quod, cum Sabinorum natas, quæ virgines erant, festo rapuissent, implicati fuerunt bello: pro inauspicato habuerunt, si filiæ diebus festis nuberent.

Qvare Romani fortunam Primigeniam colunt? Vtrum quia Seruio per fortunam, vti fama est, ex ancilla genito Romæ regnare clare contigit. Siquidem ea est complurium Romanorum opinio. An potius, quod vrbi Romæ fortuna exordium contulit & ortum. An rationem id magis naturalem & philosophicam habet: quasi omnium fortuna sit exordium, consistatq; fortuito natura, eum quibusdam temere constitutis accedit ordo.

Qvare scenicos appellant histriones Romani? An ob eam quam * Cl. Rufus prodit, causam. Hic scribit admodum veterum memoria C. Sulpitio & Licinio Stolone consulibus vulgatam Romæ pestilentiam scenicos æque omnes absumpsisse. Igitur accitos venisse ex Hetruria frequentes & egregios ludiones: in quibus eum, qui cum laude diutissime pluribus in spectaculis placuit, fuisse histrum dictum, à quo omnes histriones appellatos. *Alii, Clunius.

Cvr genere propinquas non ducunt vxores? Vtrum quia nuptiis necessitudines augere intendunt, frequentiamque parare cognatorum, elocando aliis & accipiendo ab aliis vxores. An quod existentes in matrimoniis timeant necessariorum altercationes, quæ etiam iura naturalia conuellant. An quod cum fœminis animaduertant multis opus esse ob earum imbecil-

Gg 4 litatem

litatem adiutoribus, noluerunt genere propinquas iungere: vt si lædant eas viri, cognati succurtant.

QVARE sacerdoti Iouis, quem Flaminem Dialem nuncupant, farinam vel fermentum nefas fuit attingere? An alimentum est farina inchoatum & crudum? Neq; n. quod fuit, manet triticum: neq; quod debet fieri, facta est panis: sed simul & seminis facultatẽ amisit & cibi vsum nõ accepit. Hinc μυλήφατον per metaphoram poeta farinam appellauit, quasi in molendo peremptum & corruptum. Fermentum namq; cum ipsum ex corruptela genitum est, tum corrumpit eius mistio massam. Quippe languida & infirma efficitur. Breui apparet fermentationem putredinem esse. Quæ si copiosior sit, exasperat & labefactat farinam.

QVARE est insuper huic sacerdoti carnem crudam attingere vetitum? Vtrum mos peruetustus à crudorum pastu reuocat? An eadem de causa, qua farinam auersantur eam carnem. Neq; n. est animans, neq; factum est dum pulmentum. Dum n. elixando & assando alteratur & mutatur, inuertit formam suam. Recens vero & cruda nec aspectum habet purum & impollutum, sed fœdum vlcerosumq;.

QVAMOBREM sanxerũt, vt idem sacerdos canem & capram vel attingere vel nominare caueret? Vtrum quia capræ detestantur lasciuiam & virus, an quod eam vt morbosam metuant. Apparet n. præ cæteris animantibus hanc morbo comitiali esse obnoxiam, ac contagione afficere vescentes vel tangentes eo morbo occupatam. In causa esse ferunt angustias spiritalium meatuum eius, qui subinde occupantur: coniecturam capiunt ex vocis exilitate. Etenim habet hoc homines, qui morbo comitiali tentantur, in loquendo vt germanam caprarum balatui vocem edant. Canis minus forsitan lasciuiæ & graueolentiæ est obnoxius, tametsi authores sunt in arcem Atheniensem vel in Deliorum insulam non penetrare canem: quod in aperto ineant, cum boues, sues, equi in stabulis non in publico & inuerecunde conueniant. At veram causam ignorant: quod canem, qui bellax est, ab inuiolatis & sacris templis arceant, quo securum refugium concedant supplicibus. Est igitur probabile etiam Flaminem Dialem velut animatum & sacrum signum, quo perfugiunt, pateat precantibus & supplicibus nemine summouente vel exterrente. Qua de causa lectulus eius in vestibulo domus erat locatus. Et genibus eius aduoluti, liberi illo die à verberibus & supplicio erant. Quod si vinctus ad eum confugisset, soluebatur. Vincula non foras per ianuam, sed sub tecto proiiciebant. Nihil igitur referebat adeo ipsum præbere lenem se & humanum, si seruaret vestibulum canis, qui perfugium requirentes terreret & prohiberet. Iam nec purum plane censebant prisci hoc animal esse: Siquidem nulli ex diis superis sacratus est. At Hecatæ in feræ in cœnam mittitur ad triuia, & piaculorum vice fungitur lustralium. Lacedæmone deo truculentissimo canes mactant Neptuno. Bœotis lustratio est publica per canis dissecti membra trãsisse. Ipsi Romani Lupercalibus mense lustrali Februario canem immolant. Hinc nõ absurde illis, quorum partes sunt summo & purissimo deo seruire, familiarem & domestieum facere canem est prohibitum.

QVAMOBREM nec hederam attingere Flamini Diali liberum erat, nec viam transire protensa superne vite? Vtrum hoc refert illa, Ne cibum sumas ex cella, neq; chœnici insidias, neq; stateram transgrediare: non quod hæc vereantur & religiosa habeant Pythagorici, verum quod alia his vetent. Nam progredi sub vite ad vinum refertur, quod vino grauari huic sacerdoti nefas sit. Siquidem ebriorum supra caput vinum est, deprimunturq; hi & degrauantur: cum oporteat eos superare & domare semper omnem voluptatem, nec ab ea vinci. Hederam vero vtrum vt infrugiferam & mortalibus inutilem, adhæc infirmam, atq; ex imbecillitate aliorum adminiculorum indigam, iam vmbra sua & viriditatis aspectu prẽstringentem multorum oculos, existimauerunt in ædibus nequicquam ali, neq; vt implicet se, ferendam esse: cum accipientibus noxia sit plantis solo inhærens tenaciter. Qua de causa à deorum superorũ delubris remouetur: neq; in Iunonis Athenis, neq; Thebis in Veneris videas hederam syluaticam. Cæterum sacris Liberi patris & nocturnis, quæ fere per tenebras obeuntur, adhibetur. An vero & id obscurum erat thiasorum & baccationum interdictum. Nam fœminæ motibus contactæ Bacchicis, repente hederam petunt, eamq; manibus prehensam discerpunt, adeduntq; ore. Vt non prorsus absurde dicant nonnulli præditam esse afflatu, quæ insaniam inducat, mentemq; in furorem agat, & de statu suo dimoueat solicitetq;, breui ebrietatem citra vinum moueat, ac conciliet illecebras furori Lymphatico opportunis.

CVR hisce sacerdotibus magistratum capere vel petere non permittebatur, sed honoris causa & ad pensandum, quod magistratus exortes sint, lictorem habent & sellam curulem? Vtrum quod sicut in Græcia alicubi maiestas sacerdotis æquaret regiam, & non vulgares homines sacerdotes creauerint. An potius quod cum præfinita munera habeant sacerdotes, incerta reges & indefinita: fieri non poterat, vt concurrentibus simul illorum temporibus, ambobus

bus vnus sufficeret: verum oportebat alterutra identidem vtrisq; vrgentibus prætermittendo, nunc religionem deorum violare, nűc lædere ciues. An, cum humanis imperiis non minorem potestate coniunctam animaduerterent necessitatem, rectoremq; populi, sicut ait Hippocrates medicum, grauia videre, grauia etiam tangere, atq; alienis ex malis proprias molestias capere: parum censuerunt sanctum sacra diis facere & hostias immolare eum, qui damnandis & necandis interfuisset ciuibus, subinde & propinquis, quod Bruto vsuuenit.

PLVTARCHI

Quæstiones centuriatæ Græcæ.

Qvi sunt Epidauri Conipedes & Artyni? Illi octoginta & centum viri erant, qui reip. regimini præerant. Ex his legebant senatores, quos Artynos dicebant. Populus autem maxima ex parte ruri agebat. Vocabantur Conipedes: quod, vt coniicere licet, cum ad vrbem descenderent, ex pedibus cognoscerentur puluerulentis.

Qvæ est illa, quæ apud Cumanos appellatur Onobatis? Mulierem in adulterio deprehensam in forum trahebant. Ibi in saxo, vt ab omnibus conspiceretur, eam locabant, inde asino imponebant, ac toto oppido circumuectam oportebat iterum eodem in saxo consistere ac reliquam vitam infamem transigere atque appellari Onobatim. Lapidem, quod eum ex hoc impurum existimarent, auersabantur. Fuit & Phylactæ certus magistratus apud eos. Eum qui obtinebat, hic per reliquum tempus custodiebat carcerem: sed senatum in concilio nocturno ingrediebatur, ac reges manu educebat detinebatq; dum de iis, male meriti nec ne essent, cognoscebat senatus, in occulto sententiam dicens.

Qvæ est apud Solos hyppeccaustria? Mineruæ antistitem eo nomine appellant: quod ad mala auerruncanda rem diuinam & sacra quædam faciat.

Qvi sunt Cnidi Amnemones, & qui Aphester? Sexaginta delectis viris ex optimatibus vel vt custodibus probitatis causa vtebantur, qui maximis in rebus præiudicabant. Dicti fuerunt Amnemones, vt licet coniicere, quod causam non dicerent, aut vero quod multarum rerum memoriam haberent. Qui sententias rogabat, Aphester appellabatur.

Qvi sunt illi apud Arcadas & Lacedæmonios chresti? Quo tempore cum Tegeatis componebant Lacedæmonii pacem, pacta interposuerunt, columnamq; Alpheo comunem imposuerunt: cui inter cætera inscriptum fuit, vt Messenios regione exigerent, neq; liceret chrestos facere: quod Aristoteles exponens ait: non licere Thegeatis interficere eos, qui suppetias Lacedæmoniis tulissent.

Qvi ille apud Opontios critholögus? Pleriq; Græci ad peruetusta sacrificia, quando libabant ciues, hordeo vtebantur. Illum ergo, qui sacris præerat, atq; hæc accipiebat libamina, nuncupabant crithologum, quod apud eos κριθὴ hordeum dicatur. Sacerdotes apud hos duo erant: quorum alter deorum, alter dæmonum sacrificiis erat præfectus.

Qvæ sunt Ploiades nubes? Pluuias potissimum & vagantes nominabant Ploiadas, vt in quarto meteororum Theophrastus ait, cuius hæc sunt verba: Cum autem Ploiades hę nubes, & coagmentatæ, immobiles consistunt albicantesq;, significant discrimen aliquod materię, quæ neque in pluuiam neq; in flatum resoluitur.

Qvi ille apud Bœothos Platychetas? Ædibus vicinos aut prædios conterminos lingua Æolica ita vocant, quasi prope habentes. Adiiciam dictionem vnam ex lege Thesmophylacia, quæ plures sunt:

Desiderantur hic aliqua.

Qvi ille apud Delphos Hosioter: quaue de causa vnum mensem appellant Bysion? Hosioterem dicunt victimam, quæ immolatur quando ὅσιος, id est, sanctus renunciatus est. Sunt sancti per vitam totam quinque, ac pleraque cum vatibus transigunt, simulque sacris operantur, quod prognati putantur Deucalione. Mensis Bysius ex vulgi sententia Physicus est, quasi germineus. Incipit enim vere, frutescuntque pleraque tunc ac germinant. Secus tamen habet. Neque enim vice φ. vsurpant β. Delphi: quomodo Macedones, qui βίλιππον βαλακρὸν & βρόντην dicunt: verum vice π. Namque πατεῖν, βατεῖν, πικρὸν, βικρὸν fere dicunt. Est igitur Bysius, Pysius, quo sciscitantur & consulunt Apollinem. Nam ita loqui est eis patrium. Siquidem hoc mense reddebatur oraculum, diemque eius septimum Apollinis natalem esse existimant, vocantq; eum *πολύφθοον: non quia patentur φθοῖς, quod est placentę genus: verum quod tunc frequentes deum consulant, ac crebra oracula reddantur. Sero n. vt quoquo mense sortes ederentur petentibus.

*Alii, πολύφθουν

per-

permissum est. Anrea semel quoq; anno respondebat eo die sacerdos : vt scriptum reliquerunt Callisthenes & Anaxandridas.

Qvid est Phyximelum ? Ex humilibus est & pusillis stirpibus:quarum appetentes pecudes arrodunt germina læduntque,ac nocent incremento. Postquam ergo in altitudinem as- surrexerunt,vt tutæ sint ab illis,quæ postea accedunt,vocantur Phyximela. Testis est Æschylus.

Qvi sunt Aposphendoneti? Corcyram insulam Eretrienses habuere. Cum autem classe profectus cum copiis Corintho Charicrates, illos bello superasset, conscensis Eretrienses nauibus vela ad patriam fecerunt. Quod odorati ciues,arcuerunt eos terra,excensionemq; fundis prohibuere. Quos vbi inducere verbis non valuerunt,nec vi adigere multos & implacabiles: in Thraciam cursum flexerunt,occupatoq; agro, in quo ante habitasse Methonem scribunt,cuius fuit stirps Orpheus,vrbem Methonem dixerunt,ipsi ab accolis cognomento appellati sunt Sphendoneti.

Qvæ est apud Delphos Charila. Treis agunt Delphi ordine ennaëteridas : quarum vnam Septerion vocant,alteram Heroidam Charilam tertiam. Septerion esse appatet pugnæ cum Pythone Apollinis monimentum,fugæq; post pugnam in Tempe,atq; insectationis. Siquidem fugisse aiunt quidam Apollinem,quod cædis causa expiationem requireret. Alii saucio Pythoni ac profugienti via,quam nunc sacram vocant,institisse illum, ac parum abfuisse, quin expirantem sit assecutus. Occupauit enim modo ex vulnere exanimatum: quem filius,qui Æx fuit dictus,vti fama est,funerauerat. Atq; est horum Septetion aut similium repræsentatio aliorum. De Heroide pleraq; *fabulosa commemorantur,quæ norunt Thyades. At ex iis,quæ in aperto aguntur Semeles educationem esse augurere. De Charila ista fabulantur. Fames ex squalore infestauit Delphos,qui ad fores regis supplices cum liberis & coniugibus profecti sunt. Ille farinam,& legumina nobilioribus eorum præbuit, Neq; n. sufficiebant omnibus. Cum obtulisset se puella adhuc paruula parentibus orba,quæ precibus eum vrgebat: percussit hanc calciamento incussitq; id illius faciei. Quæ quamuis paupercula & desolata,moribus tamen non degener abscessit,solutoq; cinctu seipsam suspendit. Gliscente fame, accedentibusq; morbis respondit regi vates,propitiaret virginem Charilam,quæ sibi mortem ipsa obtulerat. Vt tandem id nomen cæsæ calciamēto puellæ compererunt fuisse,mistum lustrationi sacrificium susceperunt:quod etiam nunc nono quoq; anno perpetrant. Præsidet rex farinam & legumina omnibus peregrinis & ciuibus largiens. Adducitur Charilæ puerili specie simulachrum. Postquam omnes iam acceperunt, cædit rex simulachrum calciamento,quod princeps Thyadum tollit,portatq; ad locum cauum,vbi collo simulachri funiculum deligant,idq; defodiunt,quo loco strangulatam tumulauerunt Charilam.

*Arcana.

Qvænam illa apud Ænienses emendicata caro? Migrationes Æneanum plures extiterunt. Primum coluerunt ad campum Dotion,Inde à Lapithis in Æthicas eiecti sunt. Hinc oram in Molossis ad Arauam insedere. Vnde nuncupati Parauæ sunt. Tum Cirrham tenuerunt. Chirrhæ cum saxis regem obruissent Oenoclum, Apollinis præcepto in regionem Inacho adiectam descenderunt,quam habebant Inachienses & Achæi. Fuit editum oraculum,his,si impertiri essent regionem,amissuros vniuersam: illis,si à volentibus accepissent,seruaturos. Igitur Temon vir inter Ænienses cordatus veste sumpta pannosa & pera mendici specie ad Inachienses contulit se. Cui ad contumeliam & ludibrium cum glebam rex dedisset, acceptam in peram condidit. Non intelligebant eum amplexari domum. Confestim enim digressus est,nihil amplius poscens. Quod maiores natu stupentes in oraculi memoriam redierunt, regemq; adeuntes,ne rem vilipenderet,monuerunt,neq; hominem missum faceret. Quorum Temon percepto consilio instirit fugæ consulere,atq; centum bobus Apollini votis effugit Hinc ex prouocatione reges dimicauerunt:ac conspiciens Inachiensium regem rex Æniensium Phemius Hyperochū cum cane se adorientem,demonstrauit agere eum iniq;,qui alterum pugnatorem adducat. Dū canem abigit Hyperochus,conuertentem se lapide Phemius ferit,consumitq;. Potiti ea regione Inachiensibus cum Achæis pulsis lapidem illum vt sacrum venerantur,eiq; rem diuinam faciunt,obtegunt victimæ aruina. Quando Apollini centum bobus operantur, immolant Ioui bouem,cuius portionem Temenis nepotibus eximiam tribuunt, eamq; nuncupant carnem emendicatam.

Qvi apud Itacesios Coliadæ, & qui Phagilus? In Vlyssem post procorum necem necessarii interfectorum coierunt. Accitus ab vtrisq; partib. Neoptolemus arbiter decreuit,vt homicidii causa Vlysses excederet solumq; verteret ex Cephalenia, Zacyntho & Ithaca: procorum amici & necessarii quoq; anno Vlyssi ob illatam domui eius iniuriam mulctam penderent. Ille in Italiam exulatum concessit. Mulctam filio sacratam vt soluerent Ithacesii,præcepit. Illa hæc erat,farina,vinum,faui,sal,victimæq; honorariores Phagilorum. Phagilum magnum esse Aristo-

teles

teles refert. Eumæi posteros asseruit Temelachus in libertatem admiscuitq; ciuibus. Atq; est genus Coliadarum Eumæi soboles, & Philœtii Bucoliorum.

QVÆNAM est illa apud Locros columna lignea? Phiscii patre nati Amphyctione fuit Locrus filius. Ex hoc & *Cabya natus est Locrus. Cum eo disceptans pater, trahensq; secum ciuium agmen de colonia oraculum sciscitatus est. Vt sortes reddidit deus: vbicunq; morsus forte à cane lignea esset, eo loco vt conderet oppidum: transgressus in alterum maris littus calcauit caninum rubum. Vulnere fatigatus ibidem dies complures hæsit: quibus perspecta agri indole, condidit oppida Phisces, Hyantheam, cæteraq;, quæ Locri Ozolæ appellati habuere. Ozolas Locros alii Nessi causa, alii Pythonis draconis vocatos autumant eiectorum à mari, qui computruerant in agro Locrorum. Quidam, quod ouium pelles cum villis & hircorum gestarent, & agerent inter caprarum greges, graue oluisse. Contra alii regionem, quod magnam vim anthemi ferat, ex fragrantia nomen inuenisse: in quibus Amphissensis est Architas, qui ita scriptum reliquit:

*Alii, Cambia.

Macynam gratam fragrantem vitiferamq;.

QVIDNAM illud, quod à Megarensibus Aphabroma dicitur? Nisus, à quo appellationem Nisæa inuenit, regnans ex Bœotia matrimonio sibi iunxit Onchesti filiam Abroten, Megarei sororem mira sane mulierem prudentia, & supra cæteras castam. Hanc mortuam vltro Megarenses luxerunt: ac Nisus, quo memoriam & gloriam eius sempiternam constitueret, stolam, qua amiciri illa solebat, ossibus eius induci, eamq; stolam illius causa Aphabroma dixit. Et profecto huius mulieris gloriæ deus fauit. Nam cum mutare vestes sæpe instituerent fœminæ Megarenses oraculo interdixit.

QVINAM Doryxenos? Habitabatur quondam Megaris vicatim distributis in quinque partes ciuibus. Appellabantur Hiraenses, Piraenses, Megarenses, Cynosurenses, & Tripodiscæi. Eos cum bello inter se Corinthii commisissent (id enim perpetuo struebant, vt Megaricen sui iuris facerent) ex animi tamen moderatione habita coniunctionis ratione bellum gerebant placide. Siquidem agricolas nihil prorsus lædebant. Captiuis certum precium, quo redimerent se, statutum erat. Id accipiebant postquam iam eos dimisissent, ante non exigebant: sed quem quisq; ceperat, eum abducebat domum, participatoq; sale & mensa ad suos eum remittebat. Itaq; qui precium tulerat, commendabatur, atq; amicus perpetuo esse perseuerabat eius, qui precium acceperat, ex δορυαλώτου δορύξενος, id est, ex bello capto belli hospes dictus. Qui fidem in pendendo precio fefellerat, hic non solum apud hostes, verum etiam apud ciues vt iniustus & perfidus notabatur.

QVÆ palintocia? Megarenses tyranno expulso Theagene remp. paulisper in magna moderatione rexere. Inde cum affatim meram, vt verbis Platonis vtar, libertatem eis concionatores propinarent: semel proterui cum alias egerunt cum locupletibus proterue, tum ingressi domū ad eos tenues conuiuia & cœnas lautas poscebant. Quæ nisi præberentur, violenter & contumeliose omnes accipiebant. Deniq; lege lata vsuras, quas intulerant, repetierunt à fœneratoribus: quod factum palintociam dixere.

QVÆNAM est Anthedon illa de qua Apollinis sacerdos ait:

Fac potes fecem, Anthedon, tibi nam patria haud est.

Nam hæc in Bœotia non est multi vini ferax? Calauriam olim Irenen appellabant à fœmina Irene, quam ex Neptuno & Melanthia Alphei filiæ fabulantur natam. Post cum Anthus & Hyperes sedes ibi posuissent, insulam Anthedoniam & Hyperiam vocauerunt. Sortes autem hæ fuerunt, vt author est Aristoteles:

Fac potes fecem, Anthedon, tibi nam patria haud est,
Nec sacrata Hypera, quod fecem etiam biberis tu.

Ita Aristoteles. Mnasigiton Hyperæ fratrem ait Anthum perditum fuisse adhuc infantem: Hyperenq;, dum eum inuestigat, vagantem Pheras ad Acastum & Adrastum venisse, vbi forte seruiebat Anthus ad cyathum & vinum stans. Inter epulādum, cum fratri puer poculum ministraret, eum agnouisse ac dixisse ei submisse:

Fac potes fecem, Anthedon tibi nam patria haud est.

QVIS ille, qui Priene dicitur apud quercum Scotos? Samii & Prienenses bellantes inter se cum alias clades inuicem satis magnas intulerunt & acceperunt, tum commissa ingenti pugna mille Samiorum obtruncarunt Prienenses. Anno septimo post signa cum Milesiis iuxta quercum appellatum contulerunt, atq; fortissimum quenque & primum in ciuibus desiderauerunt. Qua tempestate Bias ille sapiens legatus Priene missus celebris fuit. Prienensium autem mulieribus secundum luctuosam hanc cladem & calamitatem deuotio & sacramentum

tum maximis in reb. fuit, illc apud quercum Scotos: quod earum filii, patres, & viri illic occubuissent.

Qvi sunt illi, apud Cretenses qui Catacaustæ dicuntur? Tuscos memorant Atheniensium filias ac coniuges ex Baurone rapuisse, quo tempore Lemnum & Imbrum insidebant: inde eiectos Laconiam petisse, vbi cum fœminis indigenis consuetudinem vsque ad sobolis procreationem habuisse. Iterum ex suspicione & querela excedere Laconia compulsos cum liberis & coniugibus Cretam applicuisse Poli & fratre eius ducibus. Ibi dum bellum cum regionis incolis gererbant, multos, qui in conflictibus ceciderant, humare prætermisisse: primum quod bello districti essent & periculo; postea quod tabida longa die cadauera & marcida attingere declinarent. At Polim commentum certos honores, prætogatiua, & immunitates tribuisse ea 10 partim sacerdotibus deorum immortalium, partim illis, qui sepultura affecerant defunctos, ac consecrasse eos diis inferis, quo permanerent sacrosancti. Inde ducta cum fratre sorte nuncupatos illos sacerdotes fuisse, hos catacaustas, id est, pollinctores. Viuere autem eos seorsum, habereque inter cætera beneficia iniuriarum securitatem, quas inferre cæteri Cretenses inuicem solent rapientes furtim & prædantes. Illos enim nulla iniuria afficere, aut furari quicquam, aut eripere.

Qvod est puerorum sepulchrum apud Chalcidenses? Cothus & Arclus Xuthi filii ad quærendas sedes in Eubœam venernnt, quo tempore pleraq; insulæ Æoles tenebant. Data erat Cotho dictio felicem fore ac victoriam reportaturum de hostibus, si illud solum emisset. Quare paulo post descendit in terram, offenditq; in littore pueros ludentes: quibuscum comiter lu- 20 dens multas res ludicras eis ac peregrinas ostendit. Vt vidit his pueros captos, negauit alias illas daturum se eis, nisi terram ab ipsis accepisset. Ita pueri humum tollentes illam dederunt ei, acceptisq; rebus illis ludicris digressi sunt. Quod vbi Æoles resciuerunt, simulq; eos classe hostes sunt adorti: ira & mœstitia consultricibus necauerunt pueros, quos iuxta viam, quæ fert ex vrbe ad Euripum, condiderunt, vocaturq; locus Puerorum sepulchrum.

Qvis Argi Mixarchageuas, & qui Elasii: Mixarchageuam appellant Castorem, quem apud se funeratum arbitrantur. Pollucem vero vt ex diis superis vnum colunt. Eos, qui putantur morbum comitialem depellere, vocant Elasios. Hi Alexidæ Amphiaraï filiæ posteri habentur.

Qvid illud, quod apud Argiuos enenisma dicitur? Qui amiserunt propinquum aut familia- 30 rem, his moris est, mox sub luctum vt Apollini operentur, diebus triginta post Mercurio. Arbitrantur enim, quomodo corpora mortuorum terra recipit, ita Mercurium animas. Apollinis ministro hordeum dant & carnes hostiæ accipiunt: extinguunt vt pollutum ignem, eumq; ab aliis accendunt, quo carnes assant, quas encnisma nuncupant.

Qvis Alastor, aliterius, palamnæus? Neq; enim assentiendum iis est, aliterios qui dicunt vocatos illos, qui captant in charitate annonæ molentem ac farinam diripiunt. Cæterum alastor dictus est, qui ἄλαστα, id est, in obliuionem non ventura facta, quorum sit in longum æuum duratura memoria, perpetrauit. Aliterius, quem ob improbitatem decet ἀλεύασθαι, id est, fugere & deuitare. Hæc, vt author est Socrates, in tabulis æreis scripserunt.

Qvid sibi vult, quod illos, qui bouem abducunt Æno Cassiopæam, prosequentes virgines 40 vsq; ad fines accinant.

Isthinc vos nunquam dulcem in patriam remeetis?

Ænienses excitati à Lapithis primum circa Athaciam incoluerunt, deinde apud Molossos & Cassiopos. Eam regionem cum parum commodam experirentur, grauesq; haberent accolas, in campos Cirrheos rege ductore Onoclo concessere: vbi Onoclum, quod ingentes squalores successissent, ex oraculo, vt fama obtinet, lapidibus cooperuerunt, iterumq; palatos hæc accepit regio, quam nunc obtinent bonam & feracem. Hinc merito precantur deos, ne veterem patriam repetant, cæterum illic in felicitate hæreant.

Qva de causa apud Rhodios non penetrat in Ocridionis heroum præco? an quia filiam Cydippam Ochimus Ocridioni despondit. Cercaphus autem Ochimi frater, qui puellæ amo- 50 re deperibat, induxit præconem (Nam sponsas de more interprete præcone petebant) cum accepisset Cydippam, domum eam ad sed educeret. Eo facto potitus Cercaphus puella fugam cosciuit Post cum iam consenuisset Ochimus, domum regressus est. Huius iniuriæ causa apud Rhodios est receptum, ne ad Ocridionis heroum accedat præco.

Qvare apud Tenedios Teni fanum non est tibicinem fas inire; nec Achillis habere inter sacrificandum mentionem? An quod cum Tenem detulisset nouerca appellasse de incestu se, falsum testimonium tibicen Molpus in eum dixerit: atque idcirco factum, vt Tenes cum sorore in Tenedum fugeret. Achilli autem acriter edixisse fama est matrem Thetin, ne Tenem,

nem,qui magni fiebat ab Apolline interficeret,vnique ex seruis dedisse in mandatis, vt attēderet, Achilliq; id in memoriam redigeret,ne imprudens perimeret Tenem. Vt vero Tenedū populans sororem Tenis insectatus est formosam puellam , occurritq; ei ad protegendam sororē Tenes,atque illa euasit,Tenes autem est peremptus: exanimem cognoscens Achilles cōfodit seruum:quod præsens sibi id non refricasset. Ac Tenem funerauit,vbi nunc fanum eius est. Eo neque tibicen ingreditur,neque Achilles appellatur.

QVIS ille apud Epidamnios poletes? Affines Illyriis Epidamnii aduerterunt eos,qui rationē cum illis haberent,ciues deprauari,ac rerum nouarū metu designabant quoquo anno ad ea cōmercia & permutationes vnum ex probatis ciuibus suis:qui ad barbaros concedens mercatum & distractionem cunctis ciuibus concedebat. Hic à nūdinis est Poletes dictus.

QVÆNAM illa est apud Thracas aræni acte ? Andrii & Chalcidenses cum in Thraciam ad quærendas sedes nauigassent,oppidum Sanen per proditionem communibus auspiciis receperunt. Accepto autem desertam esse à barbaris Acanthum,speculatores duos emiserunt. Vt ad oppidum ventum est,ac profugisse animaduerterunt omnino hostes: Chalcidicus ad oppidum Chalcidensibus occupandum præcurrit. Non æquans cursu Andrius alterum lanceam iaculatus est. Qua portę cum ictu infixa, Andriis ait se telo oppidū præoccupasse. Hinc controuersia citra bellum orta conuenit inter eos,vt Erythræis,Samiis,& Pariis omnium arbitrium permitterent. Postquam vero Erythræi & Samii secundum Andrios iudicauerunt,secundum Chalcidenses Parii:conceperunt eo in loco contra Parios Andrii deuotiones, ne elocarent Pariis vel acciperent ab eis vxorem. Hic dixerunt Acten Aræni,id est,littus deuoti,cum ante draconis appellatum esset.

CVR solennibus Cereris Eretriensium coniuges non ad ignem sed ad solem carnes assant,& Calligeniam non cient ? An quia fœminis captiuis,quas Troia ducebat Agamemnon eo loco forte sacra Cereris celebrarunt. Cum autem nauigium esset eis oblatum, inchoatum relinquētes sacrum extemplo soluerunt.

QVI sunt apud Milesios Ainautæ: Tyrannis oppressis Thoante & Damasenore factiones ciuitatem tenuerunt duæ:quarum vna Plontis, altera nominabatur Chiromacha. Cum autem pollerent,qui in autoritate erant,remque publ.traxissent ad suam factionem: deliberabant de summa nauigia conscendentes,vectique procul terra in altum deliberatione habita in portum decurrebant. Hinc Ainautæ appellati sunt.

CVRNAM Chalcidenses locum ad Pyrsophion Acmeon leschen, id est, iuuentutis conuentum dicunt, Nauplium ferunt, cum insequerentur eum Achæi,supplicem se ad Chalcidenses contulisse,ac partim crimen diluisse,partim inuicem criminarum fuisse Achæos. Quem cum dedere Chalcidenses non statuissent,vererentur autem,ne per dolum trucidaretur, custodē ei florem iuuentutis dederunt,collocaueruntque eum hoc loco, vbi conuersabantur inter se, ac Nauplium asseruabant.

QVIS fuit,qui bouem benefactori immolauit? Nauis prædatoria erat apud Ithacesiam in statione: in qua erat senex cum amphoris picem continentibus. In eam forte intētus erat portitor Ithacesius Pyrrhias nomine,senemq; liberauit cū eius nihil interesset,sed precibus eius & misericordia adductus. Accepit autem partem instāte seneamphorarum. Postquam prædones abscesserunt,securus iam senex adduxit Pyrrhiam ad amphoras,in quibus magnam auri & argenti in picem coniecti vim esse demonstrauit. Factus igitur repente Pyrrhias pecuniosus cum aliam curam habuit senis, tum bouem ei immolauit, Ea res in prouerbium cessit,ac dicunt, Bouem benefactori nisi Pyrrhias immolauit nemo.

QVANAM de causa Bottiæorum virginibus solenne fuit in saltando dicere Eamus Athenas? Cretas fama est hominum primitias Delphos ex voto misisse. Missos,cum nō viderent esse,vnde se tolerarent,illinc ad quærendas sedes contendisse, ac primum in Iapygia consedisse, inde hoc Thraciæ loco potitos allectis esse Atheniensibus. Nam parum verisimile est à Minoe fuisse necatos , quos tributi causa mittebant Athenienses adolescentes, verum ad seruitia apud eum detentos. Illorum posteri aliqui, qui habebantur Cretenses cum aliis missi Delphos fuerunt. Vnde reminiscentes Bottiæorum filiæ originis suæ canebant in solemniis, Eamus Athenas.

QVID Liberum patrem Eliorum mulieres, cum eius laudes canunt, precantur, vt bouino pede ipsis præsto sit. Habet hymnus in hunc modum: Veni heros Bacche marinum ad templū intemeratum,cum Gratiis in templum bouino pede sacrificans. Inde bis accinunt, Digne taure ? Vtrum quod boue prognatum appellent quidam Liberum patrem & taurum. An quod magno pede bouino dicant: vt boopin poëta eam, quæ grandibus est oculis, & ϐρυάιον, magna iactantem ? An potius quod pes innocuus est bouis,& cornigerum nocuum: ita deum cient, vt placidus mitisq; adsit. An quod arationis & sementis hūc deū multi arbitrentur autborē fuisse.

QVARE Tanagræis pro vrbe Achilleum est locus ita appellatus? Quippe simultas Achilli potius quam amicitia cum illa vrbe extitisse dicitur: quod Pœmandri matrem habuerit Stratonicen, filiumq; Ephippi Acestorem interemerit. Ephippi pater Pœmander, cũ habitaretur adhuc ager Tanagricus vicatim, in Stephonte appellato ab Achæis obsessus, quod militare recusaret cum ipsis, nocte præsidio illo excessit, ac Pœmandriam muro sepsit. At Polycritus architectus, qui aderat, despiciens deridensq; opus transiliit fossam. Hinc ira inflammatus Pœmander instituit ingerere ei ingentẽ lapidem, qui erat ibi reconditus, ac sacris Liberi patris antiquitus nocturnis incubabat. Atq; à Polycrito quidem aberrauit, sed Leucippum filium occidit. Oportebat itaq; eum ex lege cedere Ephestium Bœotia, ac supplicem peregre ad alienos proficisci lares: quod non pronum erat incursantibus Tanagraicam Achæis. Quare Ephippum filium ad Achilli supplicandum misit. Qui & hunc exoratum induxit & Tlepolemum Herculis, & Peneleum Hippalemi, qui omnes erant eorum gentiles. Quorum ope Chalcidem Pœmander emissus, expiatusq; apud Etephenorem à cæde honorem illis habuit, ac lucos omnibus sacrauit, quorum vnum Achillis retinuit suum nomen.

QVI sunt illi apud Bœothos Psoloes & Æolei? Natas ferunt Minyi Leucippen, Arsinoen & Alcathoen mente commotas flagrasse carnium humanarum cupiditate, ac liberos suos in sortem dedisse. Cum euenisset Leucippe sors: vt filium Hippasum laniandũ præberet: fuisse earum viros vocatos, quod lugubri veste ex mœrore & luctu vterentur, Psoloes, Æolæas Oenoloas. Atque ad hanc vsque memoriam posteros eorum Orchomenii ita nuncupant: fitq; alternis annis in festo, quod Agrionia dicunt, earum fuga & insectatio à Liberi patris sacerdote, qui ensem tenet. Ac ius est occupatam interficere, interfecitq; nostra memoria sacerdos Zoilus. Quæ res parum feliciter eis cessit. Sed & Zoilus ex leui vlcusculo in ægritudinem incidit, marcescensq; perdiu tandem expirauit: & Orchomenii publicis iudiciis damni iniuria damnati & pœnis afflicti sacerdotium ex ea gente transtulerunt, atq; ex omnibus designant optimum.

CVR eos, qui sponte Licæum ingrediuntut, lapidibus Arcades obruunt: sin ex imprudentia, ad Eleutheras dimittunt? Vtrum quasi libertatem absolutione adepti sint, fidem accepit fama: atq; id vult illud ad Eleutheras tanquam in securitatis regionem, & illud, Venies in placentis sedem. An iuxta fabulam, quando ex Lycaonis liberis Eleuther & Lebeadus admissi in Iouem piaculi non fuerunt consortes, sed in Bœotiam fugerunt, vtuntur Lebadẽses iisdem legibus & iure cum Arcadibus. Ad Eleutheras igitur dimittunt eos, qui inaccessum Iouis fanum imprudentes inierunt. An vt Architimus in Arcadicis est Author, aliqui, qui eo imprudentes penetrarũt, fuerunt Phliasiis ab Arcadibus, Megarensibus à Phliasiis dediti. Dum autem deportantur Megara Thebas, iuxta Eleutheras imbribus, tonitruis, ac prodigiis detenti. Ex quo etiam eum locum Eleutheras quidam autumant appellatũ. Enimuero quod dicitur, non reddi ab iis, qui Lycæũ intrauerunt, vmbram, haud est verum, quod tamen magnam fidem accepit. Vtrum quod aër in nubes vertitur, & ingredientium causa tristis euadit. An quia necatur is, qui intrauit. Extinctorum autem aiunt Pythagoricis animas non iacere vmbram nec conniuere. An vmbram quidem reddit sol, sed solem eripit lex ingresso. Quod obscure & per ænigma significant. Etenim ceruus vocatur ille, qui eo se intulit. Hinc Cantharionem Arcadem, quod ad Elios, qui cum Arcadibus bellum gerebant, transisset, templumq; inaccessum transmisisset cum præda, & transacto bello Spartam perfugisset, dediderunt Arcadibus Lacedæmonii: cum iussisset deus, vt ceruum redderent.

QVIS est Eunostus heros Tanagræ, & qua de causa lucus eius fœminis est inaccessus? Eliei Cephisi & Sciadis Eunostus filius fuit, quem fama est à nympha eductum Eunosta hoc nomen accepisse. Qui cum pulcher & iustus, tum continens fuit & austerus. Huius amore vnam ex Coloni filiabus Ochnam illius consobrinam fuisse captam perhibent. Eam Eunostus cum ipsum appellasset de stupro, reiecit, probrisq; conscissam abiit criminaturus apud fratres. Cæterũ occupauit virgo id aduersus illum facere: concitauitq; fratres Ochemum, Leontem, & Bucolum: vt Eunostum, quasi vi ipsam compressisset, interficerent. Illi insidiis exceptum trucidauerunt iuuenem. Tum Ochne, quã facti pœnituit, solicitudinis plena, simul quo se mœrore ex amore expediret, simul miserans fratres Elieo totam rem exposuit, ille Colono. Iudice Colono solum fratres Ochneæ verterunt. Illa se, vt Myrtis Antedonia poëtria modorum reliquit scriptum, in præceps dedit. Heroum illud & lucum seruabat Eunostus ita inaccessum ac nulli initũ mulieri: vt subinde cũ terra mouisset, vel alia prodigia accidissent, accurate exquisierint, & anxie excusserint Tanagræi, ecqua fœmina ad eum locum clam accessisset: ac memorent nonnulli, ex quibus vir clarus fuit Clidamus, oblatum fuisse eis Eunostũ, qui lotum ibat ad mare, quod fœmina in lucum successisset. Refert etiam in commentario de heroibus Diocles decretum Tanagræorum de his, quæ annunciauit Clidamus.

VNDE in Bœotia amnis ad Eleonem Scamander vocitatus est? Deimachus Eleonis filius sodalis

sodalis Herculis bello Troiano interfuit: qui per belli longinquitatem Scamandri filiam ipsius amore captam admisit & fecit grauidā. Postea hic cum Troianis confligens occubuit. Metuens autem Glaucia, ne comperta foret, recepit se ad Herculem, cui reuelauit amorem suum cō suetudinemque, quam cum Deimacho habuerat. Ille simul mulieris miseratione, simul lætus viri fortis & familiaris sui stirpem superesse, Glauciam in naues accepit. Edito filio ductam in Bœotia reddidit Eleoni infantem simul & illam. Nomen tulit puer Scamandri, regnumque eius regionis tenuit, amnemq; Inachum nomine suo Scamandrum, flumen finitimum nomine materno dixit Glauciam, fontem Acidusam nomine coniugis suæ ex qua tulit tres filias, quas colunt ad hanc vsque memoriam, ac virgines appellant.

10 VNDE dictum est prouerbium, Hæc rata? Dinon Tarentinus prætura fungens, qui vir bello egregius fuit, cum eiecissent quandam eius sententiam ciues vt pronunciauit præco eam, quæ obtinebat: protensa manu: Hæc, inquit, potior est. Nam ita memoriæ prodidit Theophrastus. Adiecit in Rytino Apollodorus, cum retulisset, Hæ plures, præco: At hæ, illum dixisse, meliores ratumq; fecisse paucIorum suffragia.

VNDE Ithacesiorum oppidum Alalcomenæ nuncupatū est? Quod Anticlia à Sisypho compressa virgo Vlyssem conceperit, vt à compluribus traditur. Alexandrinus Ister in cōmentariis adiicit: quod Laerti nuptum data, dum educitur ad Alalcomenion in Bœotia, enixa sit Vlyssem atq; hinc ille sicut vrbis, quæ caput gentis est, referens appellationem, oppidum quod in Ithaca est, ita memorat fuisse appellatum.

20 QVI sunt illi in Ægina monophagi? Æginetæ, qui bello Troiano meruerunt, frequentes in prælis, plures in cursu vi tempestatis ceciderunt. Paucos ergo, qui reliqui erāt, excipientes necessarii, cum ciues alios in luctu esse & mœrore conspicerēt, neque exultare in propatulo ducerent oportere, vel diis honorem habere, cæterū occulte & domi sospites epulis quisq; comiter accipere, atq; ipsi ministrare genitoribus, gentilibus, fratribus, & necessariis, alieno nullo admisso. Hoc repræsentantes Neptuno solenne faciunt, quod Thiasos dicūt: in quo dies sedecim soli silentio epulantur: nec interest seruus. Inde sacro Veneri facto festum soluunt. Hinc dicuntur Monophagi.

QVARE Iouis Labradei, id est, Securigeri in Caria signū, quod securim tenet, non sceptrum aut fulmen, factū est? Quod Hippolyta Hercules interfecta, inter cætera arma, quæ ei detraxit, 30 securim Omphalæ dono dedit. Ac reges Lydorum, qui Omphalæ successerunt, gerebant eam, quam vt quid aliud sacri ex successione accipiebant: donec Candaules dedignatus vni ex familiaribus ferendam dedit. Vt vero desciuit ab eo, atq; ei arma mouit Giges, venit Gigi Arselis ex Myleis suppetias cum copiis: qui Candaulem amicumq; eius sustulit, ac securim in Cariam cum spoliis aliis deportauit, parauitq; Iouis signum addita in manu securi, vocauitque Iouem Labradea. Lydi enim securim labren appellant.

QVARE nominant orobum Tralliani catharterem, eoque potissimum in procurationibus & expiationibus vtuntur? An quod Leleges quondam & Minyæ his exactis oppidum & agrum eorum insederunt. Post reduces Tralliani victoresq;, quotquot ex Lelegibus non fuerunt absumpti neque profugerunt, sed propter inopiam & imbecillitatem remanserunt ibi, horum 40 nulla ratione habita, viuerent an interirent, lege sanxerunt: Si quis Trallianus Minyam vel Lelegem necasset, id ne fraudi ei esset, si medimnum ororum interempti necessariis esset admensus.

CVR apud Elios prouerbio dicitur, Atrociora Sambico pati. Fama tenet Sambicum quendam Elium multis cinctum adiutoribus magnum numerū abstulisse ex Olympia donariorum, distraxisseq;, demum expilasse Dianæ Custodis fanum. Est hoc Elide, diciturque Aristarchion. Fuisse autem mox ab hoc sacrilegio prehensum, quæstioneq; totum annum habita interrogatum de singulis consortibus, in ea expirasse, ac natum ex illius cruciatibus prouerbium.

QVARE apud Leucippidarum ædem Lacedæmone Vlyssis heroum ædificatum est? Ex Diomedis sobole Ergiæus vnus Timeni impulsu depeculatus est Argis Palladiū conscio & adiutore in sacrilegio Leagro. Fuit hic ex Temeni familiarib. vnus. Post infestus Temeno Leager profugit Lacedæmonem reportans Palladium. Læte id reges acceperunt, quod locauerunt iuxta Leucippidarum ædem, ac missis Delphos legatis consuluerunt Apollinem de eo seruando & custodiendo. Vt respondit Apollo, vnum vt ex iis, qui id surripuerant, custodem facerent, ædificauerunt ibi Vlyssis heroum. Nam alioqui etiam affinem esse illum heroa ciuitati ob Penelopes nuptias putabant.

QVARE Chalcidoniarum mos est, si quando inciderint in viros alienos præsertim eos, qui honores gerunt, vt alteram maxillā obnubant? Bellum his contra Bythynos erat, quod ex quauis concitarentur occasione. Cum autem regnum apud eos ageret Zipœtes, omnibus copiis suis adiunctisq; ex Thracia auxiliaribus igni & ferro regionem vastabant. Qui adorto eos apud

Phalion appellatum Zipœte male ob ferociam & aciem incompositam pugnauerunt: Quo in prœlio plus octo millia militum desiderauerunt: non tamen ad internecionem tunc sunt cæsi: quod Zipœtes in Byzantinorum gratiam fœdus cũ eis fecerit. Cæterum quia magna infrequẽtia virorum ciuitas laborabat, plæræque mulieres necessario libertinis & incolis matrimonio se iunxerunt. Aliæ, quod mallent sine viris agere, quam eiuscemodi nuptias conciliare, per se procurabant, quæ apud iudices & magistratus opus erant, detrahentes ex altera faciei parte velum: Quas nuptæ ex pudore vt se meliores imitantes eundem modum vsurpauere.

CVR ad Agenori lucum compellunt oues Argiui, atq; iis ibi admissuram dant? An quoniam ouium Agenor optime curam egit, atque inter reges plurimos habuit greges.

CVR Ballachradas se Argiuorum liberi certo festo per ludum appellant? An quod eos, qui ex montibus ab Inacho primi in campos fuerunt deducti, piris, quæ Achrades dicũtur tolerasse se autument: hæc autem in Peloponneso prima Græcis fuisse conspecta, cum regio illa etiam tum Apia vocaretur. Vnde Apii verso nomine dicti Achrades sunt.

QVÆNAM causa est, cur equabus equitantibus extra fines abactis admissuram dant Elii? An quod regum omnium Oenomaus equorum studiosissimus, qui hoc animal dilexit plurimum, multa & dira execratus est in capita equorum, qui ineunt Elide equas: cuius metu deuotionis auersantur eas.

QVARE mos apud Gnosios obtinuit, vt fœnore accipientibus eriperent nummos? An quo decoctores obnoxii raptoribus atq; ita moderatiores essent?

QVæ est causa, quamobrem Sami Dexicreontis Venerem nominant? An quod eorum cõiuges ex luxu & petulantia lasciuientes Dexicreon præstigiator certa lustratione liberauerit libidine? An quod Dexicreon, qui nauclerus erat, in Cyprum ad mercatum nauigauerit: & oneraturo nauem præceperit Venus: vt aquam, præterea nihil imponeret, & vela faceret quã ocyssime. Qui audiens ei, magna vi aquę imposita soluit. Mox sereno cœlo & sopito mari laborantibus siti aliis mercatoribus & naucleris aquam vendidit, ex qua multum argenti coegit. Ex eo factum Veneris signum nomine suo appellauit. Quod si verum est, apparet non vnum Venerem ditare, sed multos per vnum voluisse seruare.

CVR Samiis, cum rem diuinam Mercurio Benefactori faciunt; cuilibet furari & compilare ius est? Quod ex oraculo relicta ea insula commigrantes Mycalen ex latrociniis annos decem se tolerauerint: post repetentes insulam suam oppresserint Samii hostes.

VNDE locus in Samo Panæma dicitur? An quia profugientes Dionysiũ Amazones ex Ephesiorum finibus in Samum euolauere. Mox ille nauibus compactis transmisit, commissoq; prælio magnum earum numerum concidit apud locum hunc, quem ex vi manantis sanguinis stupore correpti, qui spectabant, Panæma appellauerunt. Ex iis, quæ occubuerunt, aliquę feruntur ad Phlœon cecidisse, quarum ossa ibi monstrantur. Sunt qui dicant etiam Phlœon ab eis fuisse, quod grandi clamore & acuto vterentur, diruptum.

QVA de causa Andron Sami dicitur Pedetes? Cum remp. ibi secundum Demotelis cædem illiusq; oppressum dominatum Geomori tenerent, Samiorum colonis Megarenses Perinthiis arma intulerunt, ac vincula, vti fama est, ad constringendos captiuos attulerunt. His Geomori ad se delatis mature suppetias miserunt. Duces creauerunt nouem, naues triginta instruxerunt quarum duæ, quæ euectę erant, pro portu à fulmine dissipatæ sunt. Duces cũ reliquis aduecti superauerunt Megarenses: quorum sexcentos viuos ceperunt. Hac elatis victoria Geomororũ in ciuitate sua factionem obterere deliberatum fuit. Materiam suggesserunt illi, qui præerãt reip. dum scribunt iis, vt Megarensium captiuos deportarent suis ipsorum vinculis constrictos. Eas literas, vbi redditæ ipsis fuere, clam Megarensium captiuis ostenderunt, quos adduxerunt, vt cõspiratione secum facta ciuitatem in libertatem assererent. Deliberantibus in commune de re agenda, visum vinculorum anulos dissecare, atq; ita circumiectos Megarensium cruribus deligare loris ad baltheos, ne defluerent neq; eis se illi inprogrediẽdo laxatis explicarent. Postquã ad eum modum istos adornarunt, & cuiq; gladium dederunt: Samum decurrerunt, atq; excensione facta duxerunt eos medio foro in curiam vbi Geomori omnes fere cõsidebant. Mox signo dato adorti eos sunt Megarenses contrucidaueruntq;. Ita liberata ciuitate Megarenses, quibus placuit, in ciuitatem adscripserunt, atq; magnifica extructa domo vincula, quæ πέδας vocant Græci, consecrarunt, atque inde domus illa est Pedetes appellata.

QVAMOBREM Herculis apud Coos antistes veste velatus muliebri, capiti adiecta mitra in Antimachia perpetrat sacrum? Hercules nauibus sex suis cum Troia soluisset, tempestate conflictatus est in alto, nauibusq; fractis vna sola ad Coon compulsus apud locum Laceterẽ appellatum est eiectus, nihilque extra arma & viros seruauit. Ibi incidens in oues à pastore arietem petiit. Fuit huic Antagoræ nomen: qui vigens corporis robore prouocauit ad secum luctandum Herculem. Si se prostrauisset, laturum arietem. Vt congressus hic cum Hercule est, subsi-

dium

dium ferentes Antagoræ Meropes, Herculi Græci acrem pugnam commisere: in qua fama est multitudine oppressum refugisse Herculem ad mulierem Tressam, atq; amictu occulentem se muliebri fefellisse. Vt vero post superauit Meropas, lustratusq; vxorem duxit Alciopi filiam, vestem pictam induit. Hinc rem diuinam facit sacerdos, quo loco commissa pugna fuit sponsas autem sponsi stola muliebri amicti amplectuntur.

VNDE est Megaræ Hamaxocylistarum genus? Lasciuiente populari ditione, inqua etiam eo sunt progressi, vt fœnus iam solutum extortum fuerit creditoribus, & sacrilegium admissum profecti sunt Peloponnesiorum theori per fines Megaricos Delphos, ac cum liberis & coniugibus tumultuarie in vehiculis pernoctarunt in Ægiris apud lacum. Ibi Megarensium audacissimi crapula pleni petulantia & crudelitate prouecti vehicula subuerterunt, atque in lacum impulerunt, vt multi theori submersi fuerint. Quam iniuriam Megarenses disciplina soluta reip. non sunt executi. At Amphyctiones, quod theoria sacrosancta esset, cura suscepta impiatorum partim exilio partim vltimo supplicio mulctarunt: quorum posteri ab subuersis vehiculis sunt Hamaxocylistæ appellati.

PLVTARCHI
De dictione EI, quæ apud Delphos est inscripta, commentatio.

IN VERSICVLOS nonnullos mi Serapion incidi nuper non inelegantes, quos retulisse existimat Dicæarchus Euripidem Archelao:

Ego diuiti nolo donare quicquam inops,
Ne fatuus videar tibi, vel dans poscere.

Haudquaquam enim rem gratam facit is, ex paucis qui modica donat multa possidentibus. Nam cum fides ei non habetur, quod gratis donet, tum insuper notam incurrit improbitatis & impudentiæ. Iam quatenus ingenuitate & elegantia munera pecuniaria cedunt iis, quæ ex literis & sapientia sunt deprompta: hactenus dare quoq; hæc honestum est: & vbi dederis, paria ab illis, qui acceperunt reposcere. Ego itaque ad te & tui causa amicis, qui istic sunt, nonnullas disputationes Apollinares sicut primitias mitto, fateorque alias à vobis: vtpote qui vrbem colitis ampliorem, & ocio magis in librorũ copia & confabulationibus variis abundatis, me plures & meliores expectare. At propitius Apollo sane scrupulis, qui ad vitam pertinent, medetur eximitq; eos oracula consulentibus ipsum reddens. Qui vero consistunt in doctrina, hos animo sua sponte philosophiæ studioso delegat, & proponit, appetitioné infundens ad veritatem ducem: sicut constat cum aliis ex multis, tum ex sacratione dictionis EI. Hãc enim probabile est non fortuito, neque quasi ex literarum sorte tantum primo loco apud Apollinem locatam fuisse, atque accepisse facti dignationem doni & spectaculi: sed cum vel vim perspicerét eius singularem & insignem, vel symbolo vterentur hoc ad rem aliquam grauiorem illi, qui in principio * munifice in Apollinem fuerunt, ita * approbasse. Atque qui sæpe alias disputationem hanc in schola obiectam silentio deflexi ac transmisi, nuper à filiis meis eo impulsus fui, cum studio accommodarem me hospitum quorundam, quos extéplo discedere parantes Delphis parum erat producere vel reiicere decorum, cum omnino aliquid audire gestirent: Vt cõsedimus apud delubrum, instituí alia ipse disputare, alia ex illis percunctari, incitatus ab ipso loco & sermonibus, quos quondam, quo tempore venerat huc Nero, ex Ammonio & nonnullis aliis audieramus differentibus hic de eadem quæstione, quæ tunc similiter inciderat. Nam quod non minus Apollo philosophus quam vates recte videatur omnibus, accommodata ad id esse Ammonius singula eius nomina docuit, an Pythium esse discere & diligenter sciscitari auspicantibus. Delium & Phanæum illis, quibus iam quid liquet & dilucescit veritatis: Ismenium habentibus scientiam: Leschenorium, cum eam scientiam exercent, eaque fruuntur in vsum educentes disputationis & commentationis philosophicæ communicationem. Quia vere commentationis est philosophicæ, vt inquiramus, vt admiremur, & ambigamus: haud immerito complura, quæ apud hunc deum conspiciuntur, inuoluta vidétur gryphis esse, ac rationem poscere. Quare, ac causæ explicationem, ceu de æterno igni, cur omnibus ex lignis crementur vna abies, laurusque adoleatur: cur dedicatæ ibi duæ Parcæ sint, cum tres vbique habeantur cur mulieri nulli fas sit oraculi sedi se admouere. De cortino item, & si qua eiusce modi alia non prorsus stipitibus & stupidis occurrentia ad considerandum quid & ad audiendum & disserendum de his stimulant & inuitant. Iam contemplare hæc proscripta, Nosce teipsum, Ne quid nimis, quam multas philosophicas mouerint quæstiones, & quã multarum disputationum aceruus ex vtroq; sicut semine suppullulauerit: quarum arbitror nulli cedere hoc quod nunc quæ-

* Alii, qui de Apolline philosophabantur.
* fortasse, proposuisse.

ritur,fœcunditate. Ita fato Ammonio frater Lamprias ait. Atqui quam nos accepimus.oratiô vniusmodi est & sanequam concisa. Siquidem sapientes illos,qui à nonnullis appellati fuerunt sophistæ,numero quinque fuisse perhibent, Chilonem, Thalem, Solonem, Biam, Pittacum. Postquam vero Cleobulus Lindiorum tyrannus,inde Corinthius Periander, qui nulla ornati virtute vel sapientia fuerunt,sed opibus,amicis,& beneficiis vim fecerunt gloriæ,ac nomen inuaserunt sapientum,sententiasq; aliquas & dicta emiserunt&diffuderunt in Græciã illorum dictis germana: stomachantes sane illos noluisse quidem istorum detegere insolentiam, neq; publice de gloria offensionem suscipere,& digladiari cum hominibus præpollentibus: sed conuenisse eos solos huc,collocutosque inter se literam,quæ ordine est quinta,& numerum quinariũ significat,sacrasse contestantes pro se ipsi apud Apollinem,esse quinque se,repudiantesq; &reiicientes vt ab se alienos septimum & sextum. Non referri hæc ab re cognoscas,si eos, qui apud fanum agunt,audieris: qui aureum EI Liuiæ donum esse dicunt coniugis Cæsaris,æreum Atheniensium: primum & antiquissimum,quod materia ligneum est, etiam nunc sapientum illorũ vocant donum,non quod vnus,sed commune dedicauerint omnes. Hic Ammonius leniter arrisit,priuatam suam Lampriam opinionem attulisse suspicatus: fingere autem,quo libere posset mentiri,historiam & audisse se ex aliis. Iam alius ex eo cœtu affinia dixit hæc esse iis nugis, quæ hospes Chaldæus nuper effuderat, literas esse, quæ explanatam vocem redderent septem, septem item sidera,quæ suo per se & absoluto in cœlo motu cieantur: esse autem serie alteram inter vocales ab exordio E, & solem à luna inter sidera errantia. Solem vero & Apollinem omnes pene Græcos pro eodem habere. Cæterum hæc,inquit, omnino ex triuialibus sunt ineptiis & Pylea. At Lamprias imprudens mea sententia ad suum dictum illos à templo excitauit. Nam ipse quæ attulit,nemo sciebat Delphorum: sed vulgarem & peruagatam opinionem in medium afferebant,qui non aspectum censebãt neque sonum,sed nomẽ solum huius scripturæ aliquod symbolum continere. Est enim,vt Delphis placet,& princeps dicebat sacerdos Nicander,aditus & formula cum Apolline agendi, locumque in consulendo antesignanum obtinet, quo percunctantur assidue & requirunt: εἰ id est,an palmam referent, an matrimonium conciliabunt,an expediat nauigare,agrum colere,peregre proficisci. Sapiens autem Apollo salutem dixit dialecticis,qui nullam putant ex particula EI & annexa ei enunciatione rem effici: cum cunctas huic subiectas rogationes intelligat vt res & admittat. Quando vero sciscitari proprium est vt ad vatem nobis, & vota nuncupare vt ad deum commune: non minus huic scripturæ quam interrogandi vim voti inesse existimant. Quippe εἰ ὄφελον, id est, vtinam si, dicit,quisquis vota facit. Et Archilochus:

> EI γὰρ ὄφελον,inquit,γένοιτο χεῖρα νεοβούλης θίγειν. id est,
> *Vtinam manum mihi Neobules detur*
> *Contingere.*

& dictionis εἴθε,id est,vtinam,ait secundam syllabam accessoriam esse: quomodo hoc:

> τὸ σώφρονος ἅμα τέκνον θὴν λιλαιόμενα. id est.
> *Castam & simul desiderantia liberos.*

& Homericum hoc:

> ὤλεθεν καὶ σὸν ἐγὼ λυσσώμενος. id est,
> *Vtq; tuum rabie perculsus ego.*

At in dictione EI votum satis significari. Hæc vt retulit Nicander (Nam nosti vtique amicum Theonem) rogauit Ammonium : an dialecticæ tanta affectæ contumelia respondendi locus daretur. Cum iussisset Ammonius,diceret atque eam tueretur. Imo dialectices,inquit, Apollinem esse peritissimum multæ sortes testantur. Nempe eiusdem est & soluere & proponere sermones ambiguos. Adhæc,vt Plato est author, oraculo reddito, vt in Delo aram geminarent, quod hominis est plurimum in geometria versati,non hoc tantum præcepisse ostendit Apollinem,verumetiam ad colendam geometriam Græcos incitasse. Perinde nimirum dictionibus edendis Apollo ancipitibus alit & illustrat dialecticã,vt eis, qui ipsum sunt accepturi, necessariam. In dialectica profecto vim habet summam vinculum hoc copulatiuum: vt quod pronunciatum ad vsum differendi maxime appositum formet. Quid ni enim habeat eã vim connexũ? Siquidem existere res vel bestiæ cognoscunt: verum consequentis dedit natura vni homini speculationem & iudicium. Nam diem & lucem esse, sentiunt sane etiam lupi, canes, & volucres: sed si dies est,lucem esse,præter hominem nullum aliud capit: qui præcedentis & desinentis, tectæ significationis connexionis horum mutuæ,cohærentię,& discrepantiæ,ex quibus demonstrationes pręcipuum sumunt principium,est capax vnus. Quando igitur philosophia circa veritatem versatur,veritatis autem est demonstratio lumen,& demonstrationis principium connexa: merito quæ hæc coaptat & efficit, vis à viris sapientibus ei,qui summe diligit veritatem, deo

deo est sacrata. Iam vates Apollo: Vaticinatio autem ars de adueniente est ex præsenti & præterito. Siquidem nullius est absq; causa exortus, neq; citra rationem præsensio. Sed quia omnia prætcritis instantia, & instantibus consequentia sunt & apta futura ex decursu, à principio ad finem pertinentre: qui causas in vnum cōferre, atq; inter se nouit naturaliter complicare, is: Quæ sunt, quæ venient, etiam quæ anteacta fuerunt, nouit & præsagit. Ac scire locauit Homerus primo ordine præsentia, inde futurum & præteritum. Siquidem ex eo, quod existit, collectio efficitur vi connexi: vt hoc si est, hoc præcessit: item si hoc est, illud sequetur. Quippe ars & ratio, sicut est dictum, est seriei rerum cognitio: præsensionem vero sensus rationi tribuit. Hinc quāuis turpe est, dicere haud verebor hoc, esse veritatis cortinam rationem: quæ termini cum capi
10 te seriem componit, inde adiuncta rei veritate demonstrationis conclusionem infert. Apollo igitur si musica mulcetur cygnorumque vocibus & citharæ cantu: quid miri est, si dialecticæ cupidine hāc amplectitur & amatorationis partem, quam potissimum & plurimum à philosophis vsurpari cernit. Hercules, cum nondum Promethea soluisset neq; esset cum Chirone & Atlante locutus, sed adolescens adhuc & mire Bœotius tollendo dialecticam irridendoque hanc dictionem ει primum, mox subruisse vi habitus est cortinam, atq; in concertationem de ar te cum deo descendisse. Nam temporis progressu hinc quoq; vaticinandi & dialecticæ euasisse visus est peritissimus. Vt finem dicendi fecit Theon, Eustrophum Atheniensem arbitror fuisse illum, nobis qui dixit: Viden, vt pro dialectica Theon strenue propugnat, ac pene induit leoninam: cum nondum nos quidem, qui res vniuersas, naturasq; & principia diuinorum iuxta & hu-
20 manorum numero metimur, ac multo maxime rerum hunc præclararū & laudabilium ducem facimus & principem, intelligat conquiescere, sed charę mathematices offerre deo primitias intendere Ita enim censemus, ipsam literā ε, per se neq; virtute, neq; specie, neq; dictione cæteris elementis præcellere: sed præcipue sicut magni ad vniuersitatem & pręcipui notam numeri quinarii, πεμπάδος à Græcis dicti, à quo numerare sapientes πεμπάζειν dixerunt, prærogatiuam habere. Hoc nobis retulit non ioco Eustrophus. Sed quoniam tunc ardenti studio disciplinis mathematicis addictus eram: ita tamen fortassis, vt semper ante oculos haberem hoc dictum, Nequid nimis, qui in Academia eram versatus: dixi elegantissime ab Eustropho scrupulum nostrum expediri numero. Quando enim, inquam, in parem omni distributo numero & imparem ambobus virtute est monas promiscua: quocirca accessione sua etiam imparem reddit parem,
30 & parem imparem: principium autem paris numeri binarius, imparis ternarius efficit, quibus inter se confusis quinarius nascitur: optimo iure in honore est, qui primus ex primis efficitur, & connubium est appellatus, ex paris cum fœmina, ex imparis cum mare affinitate. Siquidem numerorum in pares pares sectionibus par vsquequaq; discedens in diuersa principium quoddam in se quasi capax & spacium relinquit. In impari si idem acciderit, medium semper superest partitionis fœtificans: qua re est altero fœcundior, atq; in mistura vincit semper, nūquam vincitur. Nulla enim mistura nascitur ex ambobus par, sed vbiq; impar. Multo magis applicatus sibi ipsi copulatusq; discrimen vterq; ostendit. Etenim par cum pari copulatus imparem nullus producit, neq; excedit naturam suam ex imbecillitate, quod alterius non sit genitalis & clau-
40 dicet. Impares cum imparibus pares multos ex omnimoda fertilitate reddunt. Cæteras parum in loco percurram hic numerorum facultates & discrimina. Quod igitur maris & fœminæ imaginem repræsentet numerus quinarius, connubium Pythagorici eum appellauere. Interdum natura dictus est, quod multiplicando se terminet in seipsum. Vt enim natura, cum frumentum in semine accepit & complexa est, multas interim gignit figuras & species, per quas absoluit opificium: tandem efficit triticum reddens in fine totius principium: ita dū numeri reliqui, quando se ipsi multiplicant, in alios exeunt crescendo: solus quinarius & senarius toties aucti seipsos referunt & restituunt. Quippe sexies sex XXXVI. quinquies quinque XXV. euadunt. Iam senarius semel hoc facit & vno tantum modo, quando ipse ex seipso quadrus fit. Quinario etiā hoc quidē multiplicato vsuuenit, singulariter vero secum tantum composito: qua coniunctio-
50 ne decadem efficit: cum is minutatim applicat se sibimetipsi: quod perpetuo fit præsentante hoc numero, quod describit vniuersitatem, principium. Vt enim conseruat illud ex seipso mundum, & ex mundo inuicē seipsum efficit. (Igni permutantur & omnia, inquit Heraclitus, & omnibus ignis, sicut auro res, & rebus aurum) Perinde numeri quinarii cum seipso congressus nihil mancum vel alienum potest parere sed conuersiones habet definitas. Siquidē aut seipsum aut decadem edit, id est, aut familiare aut plenum. Si roges igitur, quid hæc ad Apollinem? Respondebimus, nō solum ad eum, verum etiam ad Dionysium, id est, Liberum patrem, qui nō minus iuris Delphis quam Apollo habet. Quippe audimus ex theologis, qui partim in poëmatibus, partim sine versu memorant & canunt hunc deum, qui sua natura incorruptus est & sempiternus, haud sine certo fati consilio & ratione subinde conuertere se, atq; alias ignescere omnia omnibus adęquantem: alias multifarium formis, affectib. & virtutibus diuersis existere: vt

vt nunc sit mundus, nuncupatur tamen norissimo nomine. Sapientiores, qui celant hæc vulgus conuersionem eius in ignem Apollinem ex vastatione, Phœbum, quod purus & impollutus sit, dicunt. Transitus eius & digestionis in spiritus, aquam, terram, astra, plantarum & hominum fœturas ipsum affectum & commutationem dilaceratione & dilaniatione quadam obscure significant, vocantq; eum Dionysum, Zagrea, Nyctelium, & Isodætem: interitusq; quosdam, & dissipationes, & occasus, & regenerationes per accommodata relatis commutationibus ænigmata & fabulas ostendunt, canuntque huic carmina dithyrambica pertutbationum plena & mutationis cum vagatione quadam & iactatione coniunctæ.

Clamosus, inquit AEschylus, vt dithyrambus sit decet comes,
Patremq; Liberum sequatur.

Illi Pæanem compositum & moderarum cantum: senii expertem hunc perpetuo iuuenemque illum multiplicem & multiformem, cum pingitur & fingitur, formant. Breui huic paritatem, ordinem, & summam seueritatem: illi commistum ludum quendam, lasciuiam: festinationem, furorem & inconstantiam accommodant. Euium *montiuagum fœminis cinctum furientibus Dionysium florentem honoribus cient, nec male vtriusq; variationis proprietatem vsurpant. Quia vero par nō est anfractuum in vicissitudinib. tempus, sed prolixius alterius: quem Coron, id est, saturitatem appellant: minus vaticinandi: competentiam hic seruantes, per totum reliquum annū Pęane in sacrificiis vtuntur, ineunte bruma compresso Pęane excitant tres mēses dithyrambū ac pro illo hunc deuocant deum, quod sicut tria cum vno comparantur, sic mundi digestionem descriptionemq; spacio tēporis cum eius deflagratione comparari existiment Cęterum in his longius æquo euagata est oratio. Constat certe numerū quinarium Apollini consecrari ab illis, qui eum numerum modo sibi seipsum vt ignem, modo decadem creare ex se vt mundum memorant. Quid vero, numerum hunc arbitramur à gratissima Apollini musica esse alienum? Nam maxima fere ex parte posita harmonice in concentibus est. Hi quia quinq; non plures sunt: proportio redarguit eum, qui in fidibus & tibiarum foraminibus captare hęc temere intendit sensu. Omnes enim proportionibus ortum ex numero accipiunt: & proportio est huius diatessaron epitrita, illius diapente sesquialtera, duplaris illius diapason, illius diapason & diapente triplaris, illius disdiapason quadrupla. Quem vero hic aggregāt harmonici, diapason & diatessaron vocant, modum excedentem nō operæ est recipere, quo aurium temeritati eum contra cōpetentiam quasi nomen, id est, legem metricam donemus. Vt igitur omittam quinque tetrachordarum theses & quinque primos, siue tonos, siue tropos, id est, conuersiones, siue harmonias dicemus, vt intentione, & remissione nūc plus nunc minus variantium, reliquæ graues sunt & acutæ. Nonne vero interualla, quæ multa, imo innumera sunt, sub modulationem quinque sola cadunt, diesis, hemitonion, tonus triemitonion, & ditonon: neq; aliud vllum vel maius vel minus in vocibus interuallum, quod incitatione & grauitate efficitur, in modulamen cadit. Multa his consimilia alia, inquā ego, omittam: ac Platonem laudabo: qui vnum esse mundum asserit: Quod si præter hunc alii sunt, nec solus hic, quinq; esse vniuersos, nec plures. Quin etiam, vt solus hic sit vnigenitus, quæ Aristotelis quoque opinio est, & hunc quodammodo ex quinque compositum & conflatum mundis esse: quorum vnus terræ, alter aquæ, tertius ignis, quartus aeris est: quintus cœlum, alii lumen, alii nuncupant æthera, alii hunc ipsum quintam naturam: cui in orbem volui ex corporibus soli natiuum est, non vt faciat id necessario neq; temere aut fortuito. Quocirca etiam figuras quinq; elegantissimas & plenissimas, quas natura habet, contemplatus, metam, cubum, octaedrum, icosaedron, dodecaedron, singulis singula proprie assignauit. Sunt qui sensuum totidem virtutes primis illis accommodent: cum tactum videant durum esse & terreum, gustum humiditate saporum proprietates recipientem. Aeris percussus in auditu vox redditur & strepitus. Reliquorum duorum odor, quē sortitus est odoratus (est hic exhalatio ex calore nascens) igneum quiddam est. Quia vero æthere & luce ex affinitate refulget visus, temperatura eius fit ex ambobus consentiens & coaptatio. Alium neq; animans sensum, neq; habet mundus naturam simplicem & incompositam, verum mirifica profecto facta est distributio numeri quinarii cum quinario & consortium. Hic cum aliquātisper substitissem & conticuissem: Quid, inquā, Eustrophe egimus, quod pene prætereuecti sumus Homerum quasi non princeps ille in portiones quinq; mundum digesserit? qui positas in medio tres tribus diis assignauit, extremas duas cœlum & terram, quorum est hæc inferorum, superorum illa extremitas, communes reliquit & indiuisas. Enimuero pertexenda est, vt ait Euripides, oratio. Nam numerum quaternarium qui prædicant, non male docent ex huius proportione ortum omne corpus fuisse. Cum enim in longitudine & latitudine profunditate cōiuncta omne sit solidum, & ante longitudinē existat punctum, quod monade censetur, linea autem lōgitudo sine latitudine vocetur, & hæc ipsa sit longitudo: Motus porro lineæ in latum superficiei partum in numero ternario exhibuerit: cui si accesserit profunditas, per quatuor in solidum progreditur

*Vide an vertendum sit, Mulierum concitatorem

auctio:

auctio: constat omnib. vbi eo naturam quaternarius prouexit, eo vsq; vt corpus absoluerit, duplicemq; præbuerit molẽ & solidam, mox reliquisse eam in maximo mancum. Nam res inanima, vt summarim dicam, orba, rudis, neq; rem ad vllam, nisi eo vtatur anima, est apta. Quæ vero animam infundit motio vel affectio, quæ mutatio est per numerũ quinarium, ea plenitudinem materiæ præstat: atq; eo proportionem habet numero quaternario potentiorem, quo præstat inanimo animatum honore. Plus etiam pollens numeri quinarii competentia & vis progredi animatum in genera innumera non permisit, sed quinq; animantium omniũ species produxit. Nam sunt dii scilicet, dęmones, heroes, inde secundum hos quartum genus humanum, nouissimum & quintum brutorum & bestiarum. Iam si animã ipsam pro natura dispertias, prima pars eius & obscurissima est vis altrix, secunda sensilis, inde concupiscendi motus, sub hunc excãdescens. Postquam vero ad rationis virtutem aspirauit, atq; absoluit naturam, in quinta sicut in vertice conquieuit. Præter tot talesq; virtutes, quas hic numerus habet, est ortus quoq; eius præclarus, non ille, quem modo exposuimus, ex dyade & ternario, sed quem principium primo copularũ quadro exhibuit. Caput enim numeri est omnis monas, numerus quaternarius primus quadrus. Ex his tanquam ex materia & forma est numerus exortus quinarius. Si vero monadem quoq; quadram recte nonnulli statuunt, quæ vis sit sui ipsius atq; in seipsam terminans: ex duobus primis natus quadris quinarius nulli est nobilitate inferior. Cæterum quod summum est, inquam vereor, ne si relatum sit, premar Platonem nostrum, sicut ille ait premi lunæ nomine Anaxagoram: qui opinionem de eius illustratione peruetustam sibi propriam asseruit. Quid hoc dixi- ne in Cratylo: Sane quidem, Strophilus inquit, Verum quæ hic similitudo sit, non percipio. Nempe nosti, inquam, facere principia eum in Sophista præcipua tria, id quod est, idem, alterum: quartum & quintum ab his motum & quietem. Alia ratione distributionis in Philebo vtitur: vbi id quod est, esse ait interminatum alterum terminum: horum temperatura omnem cõsistere productionem. Causam à qua temperãtur, quartum genus ponit. Quintum relinquit nobis cogitandum: quo mista rursus distractionem & separationem habent. Coniicio autem hęc illorum velut imagines dici: eius, quod est, id quod nascitur, motus interminatum, terminũ quietis eiusdem miscens principium, alterius distrahens. Sin hæc alia sunt, siue hoc siue illo res se modo habeat, erunt in quinq; generibus & differentiis. Igitur quispiam, qui hæc ante Platonem audiuit vel intellexit, geminatum E Apollini numeri vniuersitatis significationem & notam sacrauit. Quin & bonum in generibus quinq; animo conceptum contemplatus, quorum est primum moderatio, alterum competentia, tertium mens, quartum hærentes in animo scientiæ, artes, & opiniones veræ: quinta si qua voluptas est liquida & ab offensa remota: hic subsistit, hoc Orphei addito:

At sobole in sexta ardorem deponite cantus.

Sub hæc dicta ait nobis: Breuiter prudenti Nicandro canam. Siquidem sexto noui mensis die, quando in Prytaneum Pythiam deducit: *prima nobis cedit ex tribus sortibus, in quinq; inter vos mutuo illis tria, tibi duo iacis. An nõ ita se habet? Cui Nicander: Ita, inquit: sed causam non est apud alios exponere fas. Igitur, inquam ego, dum verum nobis deus iam sacris factis cognoscere concedit, adiicietur hoc iis, quæ in laudem numeri quinarii referuntur. Hunc exitum, quantum equidem memini, institutus de arithmeticis & mathematicis literæ E. laudibus sermo habuit. Ammonius vero, vt qui non parũ philosophiæ mathematicæ tribuebat, oblectatus dictis ait. Pugnare de his nimium argute cum adolescentibus non est operæ: nisi quod singuli numeri non pauca nobis, si libuerit, ad commendandum eos suggerent. Ac quid attinet de reliquis cõmemorare. Nam sacer Apollinis septenarius diem consumet citius, quam virtutes eius recensere cunctas valeam. Deinde cum ritu communi simul ac cũ temporis diuturnitate viros illos sapientes arguemus: si septenarium primo loco mouebimus, ac quinarium numerum Apollini consecrabimus vt magis ei conuenientem. Quare neq; numerum, neq; ordinem, vel vinculum, neq; aliam particulam vllam mutilam meo iudicio ea scriptura denotat: sed est plena dei appellatio & salutatio, quæ vna cum verbo loquenti virtutis dei intelligentiam subiicit. Apollo enim vnumquemq; nostrum, qui huc accedit, sicut salutans affatur hoc dicto, Nosce teipsum: quod profecto non minus valet quam salue. Nos vicissim deo respondentes, EI, id est, es, dicimus. Quo dicto vt verum, vt solidum & solum ad solum illum pertinens vocabulum, quod sit, ei tribuimus. Nobis nihil supperit, vt simus: sed natura mortalis omnis in medio ortus & interitus posita visionem præbet & opinationem exilem & vacillantem sui. Quod si cogitationem ad prehendendam eam intenderis, sicut vehemens aquæ circumplexus comprimendo in vnũ & stringendo diffluentem amittit, quam comprimit: ita si motionũ transeuntium cuiusq; exactam perspicuitatem consectetur ratio, aberrat modo in ortum eius, modo in occasum: nec potest quicquam, quod cõsistat vel vere sit, corripere. Amnem enim haud queas, vt est apud Heraclitum, bis eundem ingredi, neque naturam mortalem bis attingere in vno tenore: verum mutatio-

* *Alii, legũt:* Prima sortitionum vestrarũ quarum tres fiũt, in quinarium numerum educitur: ita vt tres inter se, non duo cõparẽtur.

tarionis pernicitate & celeritate dissipatur, & viceuersa coit, accedit & recedit. Vnde nec ortu
eius, vt sit cõsequitur absolute: q; nunquam designat generatio nec cedat: sed ex semine perpe-
tua cõuersione fœtum efficiat, inde infantem, tum puerum, mox adolescentem, hinc iuuenem,
post virum, senem, decrepitum, primas perimens generationes & ætates succedentib. At vnam
nos ridicule trepidamus mortẽ, toties iam mortui & morientes. Non modo enim, vt dixit Hera
clitus, ignis mors aeri est ortus, & aeris mors aquæ ortus: verum lõge id in nobisipsis cernas cla-
rius. Interit enim vir, vbi senescit: Periit iuuenis, quando vir euasit: puer, quando iuuenis: quãdo
puer, infans: atq; hesternus in hodiernum decessit: hodiernus in crastinum expirat. Manet ne-
mo neq; est vnus, sed circa vnam visionem & communem imaginem circulante & lapsante ma-
teria efficimur multi. Quî enim, iidem si maneremus, aliis nunc duceremur, alias diuersa dilige-
remus, aut odissemus, admiratemur, caperemus? Imo aliis vtimur sermonibus, aliis animi moti-
bus: quod neq; speciem, neq; formam, neq; sententiam retineamus vltra eandem Neq; enim si-
ne variatione consentaneum fit aliter affici nos: neq; est, qui variat, idem. Quod si idem non sit,
neq; est, sed statim hoc ipsum variat quod fiat alius ex alio. Mentitur autem sensus ignorantia e-
ius, quod est, esse quod apparet. Quid igitur illud est, quod reuera est? Æternum, quod neq; ori-
tur, neq; obit, cui tempus vicissitudinem affert nullum. Siquidem est tempus quid mobile: vna-
que cum materia, quæ in motu est, menti repræsentatur: perfluitq; perpetuo, neq; est solidum
sicut vas ortus & occasus tempus. De quo quidem cum dicatur posterius, prius, erit & fuit: est
confessio statim rem non esse. Nam esse affirmare id, quod nondum extitit, aut iam desiit esse,
sanequam ineptum & absurdum est. Cui autem temporis portioni cogitationem intendi-
mus, quando loquimur, instat, præsens est, nunc: hoc rursus mire excutiens ratio amittit. Extru-
ditur n. in futurum & præteritum, sicut cernere qui vult acie, quod longe distat. At tempori i-
dem quod mensuram agenti, accidit: vel mensura est natura, cuius nihil est, quod duret aut sit:
sed quæ nascuntur omnia & cadunt ea duce, cum tempore cõmista sunt. Vnde nefas est quic-
quam eius quod est, dicere fuisse aut esse futurum. Hæ namq; inclinationes quædam sunt, tra-
iectionesq; & variationes eius, quod consistere in eo, quod est, nequit. Verum dicendum, est
deus, neq; vllo circumscriptus tẽpore est, sed est seculo immoto & à tempore & inclinatione li-
bero: quo nihil est vel prius vel posterius, vel recentius: sed vnus est, & vno tempore instanti per-
petuum compleuit. Atq; solum eius natura reuera est id quod est, non præteritum nec futurum
nec exorsum, nec desitutum. Sic illũ debemus venerabundi salutare, & ad id assuefacere nos: aut
certe vt nonnulli ex priscis, εἶ ἕν, id est, es vnum. Neq; est enim numen multa, vt nostrum quisq;
ex sexcentis diuersitatibus, quæ in affectibus existunt colluuies varia promiscue confusa: sed v-
num sit oportet, quod est: sicut quod vnum est, sit. Alternatio vero, quia ab eo, quod est, discedit
degenerat in fœturam eius, quod non est. Itaq; rectum est nomen Apollinis primum, secundum
& tertium. Quippe Apollo est velut abnuens τὰ πολλὰ, id est, multa & multitudinem repudians.
Ietus est, quasi vnus & solus. Phœbum videlicet mundum & purum omne veteres vocabant,
sicut sacerdotes Thessali etiam hodie diebus nefastis sibi ipsos exodia parantes, ni fallor φοιβονο-
μεῖσθαι, id est, puritatem consequi dicunt. Quod autem est vnum, id syncerum est & purum. Quo-
niam alterius mistura contaminatio existit: vt nimirum ebur Homerus, quod rubeo colore tin-
gebatur, contaminari dicit: & colorũ misturas infectores φθείρεσθαι, id est, corrumpi, & eam mistu-
ram φθοράν, id est, corruptionem vocant. Quare vnum vt sit & merum ad incorruptum & purum
pertinet. Porro qui eundem esse Apollinem & solem existimant; hi merentur, vt eos amplecta-
mur & diligamus ob bonam eorum indolem: quatenus in eo, quod præcipue venerantur ex iis,
quæ norunt & desiderant, dei cogitationem ponant. Vt nunc vero in optimo insomnio Apol-
linem somniantes excitemus nos & exhortemur: vt propius accedamus & contemplemur id,
quod supra nos est, & essentiam: colamus etiam imaginem hanc & veneremur vim, quæ in ea
est fœtificam, quantum consequi potest sensus, eius, quod mente comprehenditur: & id quod
rapitur impetu, consistentis: quæ quidem species quasdam & simulachra illius placiditatis &
beatitudinis elucentia exhibet. Degenerationes vero eius & conuersiones ignem emittentis
simulq; semeripsum fundentis, vt perhibent, sicut viceuersa constringentis hic & cogentis in
in terram, mare, ventos animantia, & diras animantium & plantarum calamitates ne audire qui
dem fas est. Alioqui puero erit poetico deterior, qui quem ille arena congesta iterumq; à seipso
disiecta ludit ludum, hoc in vniuersitate vtatur semper & mundo, non existentem fingendo, in-
de disturbando natum. Nam contra quod eius est mundo infusum: hoc omnimodo naturam
conglutinat & coercet imbecillitatem rerum corporearum in interitum ruentem. Ac mihi vi-
detur potissimum repugnans ei orationi verbum hoc εἶ, id est, es, dicere ad deum, testansque
nullam immutationem in eo aut conuersionem existere: sed alii deo vel potius dæmoni præpo-
sito naturæ, quæ genitura & interitu continetur, vt hoc faciat & sustineat, conuenire, sicut sta-
im ex appellationibus liquet velut pugnantibus & contrariis. Nam dicitur hic Apollo, ille

Plato:

Plato: hic Delius, ille Aidonius. Hic Phœbus, ille Scotius. Apud hunc Musæ & Memoria, apud illud Obliuio & silentium: Hic Theorius & Phanæus, ille

Obscuræ noctis somni dominus quoq; inertis ille,
Diis summus cunctis simul & mortalibus hostis.

In quem Pindarus non inuenuste dixit:

Damnatus est, esse hic quem in fœcundissimum
Opertuit.

Atq; non absurde Euripides ait:

Libamina extinctorum Phœbo haud grata sunt
Cantus mortalium.

Et antiquior etiam hoc Stesichorus:

Quam maxime ludicris Phœbus cantibus
Mulcetur, ac gemitus sortitur funebres
Plato.

Sophocles vero etiam aperte suum vtriq; organum attribuit hoc versu:

Non nabla Cocytis, non lyra grata sit.

Etenim tibia sero & nuper adeo vocem in rebus gratis mittere sustinuit. Primum tempus traxit apud luctus: ac munus, quod in his obeat, non admodum honorificum neq; lætum sortita est. Inde admista omnibus prorsus fuit. Potissimum autem, qui res deorum & dæmonum confundunt, hos duos inter se commiserunt. Deniq; huic dictioni EI, id est, es, illud dictum, Nosce teipsum oppositum esse aliquatenus, & viceuersa concinere quodammodo videtur. Superius enim stupore & reuerentia Apollinis, vt qui per omne æuum sit, dicatam est: hoc mortalem suæ naturæ admonet & imbecillitatis.

INFORMATIO

Magis inopinata à Stoicis quam à poëtis adferri.

PINDARI Cæneus reprehendebatur, quod ei prodigiose corpus formatum esset, ferto resistens & ab eo illæsum:

Deinde tellus subiit
Sine vulnere, ac recto fidit terram pede.

At Stoicus Lapithes sicut ex materia adamantina indolentia ab Stoicis fabricatus, haud immunis quidem est à vulneribus, valetudine, dolore: manet tamen, dum vulneratur, dolet, cruciatur in patriæ excidio, in malis eiuscemodi, imperterritus, solutus doloribus, inuictus, inuiolatus. Ac Pindari Cæneus quidem ictus non sauciatur. Stoicorum vero sapiens inclusus non coercetur: dum præceps agitur, non cogitur: dum torquetur, nõ affligitur: non offenditur, dum igne torretur. lapsus inter luctandum inuictus est, circumuallatus non obsidetur, venditusq; ab hostibus liber est, nihil differens à nauibus, quibus est inscriptum secunda nauigatio, prouidentia seruatrix, remedium: procellis tamen conflictatur, frangitur, & deprimitur. Euripideus Iolaus ex imbecilli & decrepito precibus certis iuuenis & validus repente ad pugnam euasit. At Stoicorum sapiens, qui heri fuit infestissimus, & nequissimus hodie subito ad virtutem est conuersus extititque ex rugoso, pallido, & vt est apud Æschylum, ex ilioso & aliis doloribus cruciato, tristique sene speciosus, venustus, formosus. Vlyssi Minerua rugas, caluitiem, deformitatem detraxit: quo specie esset decora. Horum sapiens non deserente corpus senio, imo magis ingrauescente atque inualescente, cum maneat gibbosus exempli gratia edentulus, luscus: nec turpis, nec deformis, nec obscœna facie est. Siquidem Stoicus amor, sicut scarabeos vnguentum defugere referunt & sectari putorem, perinde cum fœdissimis & horridissimis conuersans quãdo transierunt ex sapientia in eximiam & liberalem formam, deuitat eos. Qui apud Stoicos teterrimus est, verbi gratia mane, vesperi est optimus: ac conferens dormitum se stolidus, iners, iniustus, proteruus, & hercle seruus, inops, & mendicus eodẽ die exurgit rex, opulẽtus, & beatus factus, continensq;, & iustus, & fortis & clarus: nõ quod flore genas habeat vestitas nec lanuginẽ pubertatis corpore in adolescente & delicato: verum quod in tenero & molli animo ignauoq; ac volubili mentem consummatam, summam prudentiam, diuinas animi dotes, scientiam incredibilem & habitũ sit nactus immobilem, nihil eius extenuata ante improbitate: verũ repente pene dixerim heros aliquis aut genius ex fera peruersissima redditus. Siquidem ei, ex Stoa qui virtutem accepit, licet dicere: opta quidlibet, omnia obtingent: opes affert, regnum habet, fortunam largitur, fortunatos efficit nulliusq; rei indigos & rebus contentos suis eos, quibus in patrimonio ne denarius quidem est vnus. Nam fabula poëtica quidẽ probabile retinens nusquã

destituit

destituit laborantem Herculem necessariis: vetum tanquam ex fonte ei & sodalibus affluunt At Stoicam qui accepit Amaltheam, opulentus quidem est factus, at mendicat ab aliis victum: rex est, at precio syllogismos resoluit: cuncta possidet solus, at habitationis mercedem pendit, cibumq; mercatur sæpe facto ære alieno vel ab nihil habentibus petens. Atq; Ithacorum quidem rex mendicat cupiens, qui sit, celare, faciensq; sese quam maxime tristi mendico affinem. Ille vero ex Stoa, qui intonat & vociferatur: Solus ego sum rex, solus ego sum diues: conspicitur identidem ad aliena ostia dicens:

Da tegmen Hipponacti: valde frigeo,
Rigoreq; horreo.

PLVTARCHI

10

De Musica Commentarius.

Colloquii persona, Onesicrates, Soterichus, Lysias.

MVNDVM suum Phocionis illius probi viri vxor res bello gestas Phocionis esse iactabat. Ego vero non meum modo proprium, verumetiam familiarium commune omnium censeo præceptoris mei in literis industriam. Siquidem facta ducum splendidissima salutem tantum ex repentinis periculis scimus paucis militibus vel vni ciuitati vel certe genti vni adferre: quæ tamen hauddquaquam milites, vel ciues, vel nationem eorum reddunt meliorem. Literas vero, in quibus posita felicitas est, & quæ prudentiæ sunt authores, non solum vni familiæ vel ciuitati vel genti frugiferas, sed vniuerso mortalium generi reperias. Itaq; quo ex eruditione quam ex omnibus rebus bello gestis emolumentum accedit maius eo memoria est eius commendabilior. Igitur altero Saturnalium die bonus ille Onesicratus ad epulum musicæ scientia expolitos inuitauerat. Hi fuerunt Soterichus Alexandrinus & Lysias vnus ex iis, qui stipendium ab eo accipiebant. Vt peracta solennia fuerunt: Quænam vocis humanæ, inquit, causa amici sit, hoc tempore indagare alienum est à conuiuio. Est enim ocii magis sobrii ea commentatio. Quia vero definiunt optimi grammatici vocem aëra esse impulsum, quo percipiendo est auditus: disputauimusq; heri de grammatica, artem eam esse appositam ad voces literis concinnandas atq; in memoria condendas: videamus ecquę secundum hanc congruens altera voci sit scientia. Ea est meo iudicio Musica. Nam canere pium est, & præcipuum hominum munus deos, qui vocem solis eis articulatam sunt largiti. Id testimonio Homeri comprobatur hoc:

20

30

Magnum perpetuo numen cantu celebrabant:
Carmen Achiuorum soboles scitum modulando
Phœbum cantabant, aures hoc illi hilarata.

Agite dū igitur vos musicę mystæ, quis inuentor musicæ fuerit, quid dies ei adiecerit, qui in arte tractanda musica clari extiterit, commemorate sodalibus. Adhæc quantopere & quo studium hoc conducat. Sic fato præceptore subiiciens Lysias: propositionem, inquit, apud multos agitatam optime Onesicrate moues. Nam & Platonici plerią; & Peripateticorum philosophorum primi de antiqua musica, & quemadmodum ea post fuerit adulterata, scribere elaborarunt. Sed & grammatici & harmonici, qui summam eruditionem consecuti fuerunt, multum in eo desudarunt, variantq; authores multum. Heraclides in musicorum breuiario principem citharæ & citharœdicæ poësis architectum fuisse Amphionem scribit Iouis & Antiopæ filium, in ea institutum à patre. Cui rei fidem faciunt, quæ Sicyone seruantur acta: ex quibus sacerdotes Argiuas, poëtas, & musicos nuncupat. Eodem seculo Linum Eubœensem lamentationes, Anthem ex Anthedone Bœotiæ hymnos, Pierium ex Pieria poëmata in Musarum laudem condidisse ait. Adhæc Delphum Philammonem Latonæ, Dianæ, & Apollinis ortum carminibus edidisse, ac choros circa templum Delphicum instituisse primum. Thamyrim genere Thracem præ cæteris illius ætatis omnibus canore cecinisse & numerose: vt in certamē descenderit, si poëtis credimus, cum Musis. Hunc panxisse memoriæ proditum est bellum cum diis Titanum. Fuisse & Demodocum Corcyræum veterem musicum, quem carmine excidium Troianum cōdidisse, Venerisq; & Vulcani nuptias: & vero Phemium Ithacum reditum eorum, qui cum Agamemnone reduces Troia fuerunt, versibus conscripsisse. Non fuisse autem solutam memoratorum poëticam dictionē, nec metri expertem, sed sicut Stesichori & priscorum poëtarum, qui versus, quos pangebant, vestiebant modulis. Siquidem Terpandrum narrat, qui poëta citharœdicorum carminum fuit, pro singulis carminibus versus suos & Homeri numeris adornasse, eosq; cantasse in præliis. Eundē memorat vocabula primum carminib citharœdicis reddidisse. Cuius exemplo

40

50

Clo-

Clonam, qui carminum tibialium prosodiotumq; princeps fuit author elegias & versus condidisse, ac Colophonium Polymnestum, qui fuit infra hunc, eadem vsurpasse poemata. Carmina & leges metricæ, nomos dicunt Græci, quibus sunt hi vsi, tibialia optime Onesicrate sunt, apothetus, elegi, comarchii, schœnion, cepion, dius, & trimeles. Inferior ætas insuper Polymnestia appellata adinuenit. Carmina citharœdica diu ante tibialia Terpandri ætate composita fuerunt. Ille etiam citharœdicis nomina imposuit, Bœotio, Æolio, trocheo, acuto, Cepioni, Terpandrio: adhæc tetracedio. Fudit Terpander etiam versibus præludia ad citharæ cantus. Nam carmina vetera citharœdica ex versibus constitisse Timotheus ostendit. Cum igitur prima carmina admisceret versibus, ne statim antiquam musicam conuellere videretur, dictionem dithyrambicam cecinit. Apparet in arte Terpandrum citharœdica excelluisse. Siquidem ludis Apollinaribus sexies victorem fuisse in actis est, ac temporibus admodum fuit antiquus. Priorem certe facit eum Glaucus Italicus Archilocho in commentario quodam, quem de veteribus poetis & musicis scripsit. Quippe fuisse demonstrat eum à primis illis, qui tibiæ cantus condiderunt secundum. Alexander in Breuiario musicorum Phrygiorum pulsandarum fidium Olympum rationem docet in Græciam principem attulisse, insuper Idæos dactylos. Primum tibia cecinisse Hyagnim, inde huius filium Marsiam, mox Olympum. Æmulatum Terpandrũ Homeri versus, Orphei modos. Orpheus neminem imitatus videtur. Nullus enim dum extiterat nisi tibialium conditores. Cæterum hos nihil opus Orphicum refert. Clonas tibialium carminum poeta, qui paulo posterior Terpandro fuit, vt perhibent Arcades, Thegeates fuit: vt Bœothi, Thebanus. Terpandrum & Clonam Archilochus, vt est memoriæ proditum, secutus est. Alii nonnulli scriptores Ardalum Trœcenium ante Clonam Musæ tibialis authorem fuisse referunt. Fuisse Polymnestum quoq; Meletis Colophonii filium Poetam, quem & Polymnestum & Polymnesten carmina condidisse. A Clona carmen apotheton & schœnionem fictum meminerunt actorũ conditores. Polymnesti tam Pindarus quam Alcman modorum opifices mentionem habuere. Certa autem carmina citharœdica, quæ ad authorem Terpandrum referuntur, à Philammone perhibent illo prisco Delpho ficta. Omnino mansit citharę cantus Terpandri ad Phrynidis vsq; ætatem oppido tenuis. Neq; enim ius erat quondã pro sua cuiq; libidine vt nunc fidibus canere, neq; harmonias & numeros immutare. Siquidem singulis carminibus suam retinebant intensionem. Hinc cognomen apud Græcos inuenerunt, vt νόμοι dicantur quasi leges: quod cuiusq; intensionis receptam formã violare nefas foret. Nam procurata, vt voluit, ira diuina repente & Homeri & aliorum poesim quo arbitrio conuolabant: quod ex Terpandri præludiis liquet. At citharæ etiam figura tunc primum, vt Terpandri assecla Cæpio est author, formata fuit, atq; est Asias appellata: quod citharœdi ea Lesbii, qui Asiam accolunt, vterentur. Nouissimum Periclitum aiunt citharœdum Carniis Lacedæmone victoriam obtinuisse natione Lesbium. Quo defuncto peracutam apud Lesbios citharœdorum successionem expirasse. Quidam autem errore ducti æqualem fuisse temporibus Terpandri Hipponactem arbitrantur. Atqui apparet Hipponacte vel Periclitum fuisse superiorem. Expositis simul tibicinum & aulœdorum carminibus antiquis, conuertamus nos nunc ad tibicinum propria. Fama est Olympum, de quo supra mentionem fecimus, ex tibicinibus Phrygiis vnum tibiale carmen in Apollinis laudem condidisse, id, quod polycephalum est dictum. Fuisse Olympum hunc primi Olympi Marsiæ discipuli, qui carmina in deorum laudes panxit, stirpem referunt. Nam cũ à Marsia, qui eum in deliciis habebat, canere didicisset tibia, carmina harmonica quibus hoc tempore in deorum festis Græci vtuntur, inuexit in Græciam. Alii polycephalum carmen ascribunt Crateci, qui Olympi discripulus fuit. Pratinas Olympo posteriora assignat hoc carminis genus. Carminis, quod Harmation dicunt, primum prædicant Olympum Marsiæ assectatorem fuisse authorem. Marsiam sunt qui dictitant Massem vocari: quod alii negant, ac nomen ei Marsiæ esse. Eum Hyagnidis, qui artem tibia canendi princeps inuenit, fuisse filium. Esse autem carmen Harmation Olympi ex Glauci de poetis antiquis commẽtario discas. Insuper cognoscas Stesichorum Himeræum neq; Terpandri, neq; Antilochi, neq; Talethæ, sed Olympi fuisse æmulum ac carmine vsum Harmatio ac forma, quam ex dactylo vocant. Eam nonnulli ex carmine, quod orthium dicunt, aiunt esse: alii à Mysis inuentum hoc carmen. Fuisse enim Mysos antiquos tibicines. Aliud quoque vetustum est carmen cradias dictum, quod memorat Hipponax Mimnermum ad fistulam cecinisse. Nam initio elegia modulis inclusa aulœdi canebant: quod Panathenæorum ostendunt de ludicro musico momimenta. Fuit & Sacadas Argiuus modorum & elegiorum modulis astrictorum conditor eundemq; poetam egregiũ fuisse, & ludis Apollinaribus ter palmam obtinuisse, est in acta relatum. Huius meminit Pindarus. Cum autẽ toni sint authoribus Polymnesto & Sacada tres, Dorius, Phrygius, & Lydius: in singulis his tonis fecisse aiunt Sacada flexionẽ, ac docuisse chorum cantare Dorium prima, Phrygium altera, Lydium tertia: dictumq; tripertitum ob eam varietatem hoc carmen. Quanquam

in commentarios Sicyonios, in quibus poetæ recensentur. Clonas inuentor relatus fit carminis tripertiti. Porro primum ordinem apud Lacedæmonios musicæ Terpander designauit, secundus Thaletha Gortynio, Xenodamo Cytherio, Xenocrito Locro: Polymnesto Colophonio, & Argiuo Sacadæ vt ducibus & authorib. asscribitur potissimum. Nam cum hi ludorũ gymnicorum Spartæ fuissent architecti: apodixes quasi specimina, quas vocant, inuectæ sunt apud Arcadas, & Argis endymatia quæ vocant, fuerunt autem Thaletas, Xenodamus, & Xenocritus pæanum conditores, Polymnestus orthiorum appellatorum, Sacadas elegiorum. Alii Xenodamum hyporchimatum (Hæc cantiones erant, quæ saltationibus accinebantur) poetam fuisse non pæanum referunt, vt Pratinas: eiusdemque Xenodami commemoratur canticum, quod plane est hyporchema. Hoc quoq; genere poematis est Pindarus vsus. Nam pęana discedere ab hyporchematibus Pindari arguunt poemata. Scripsit enim tam pæanas quam hyporchemata. Tibialia carmina machinatus est etiam Polymnestus. Hic in orthio adhibuit numeros, vt dicitant harmonici. Nam nos certũ dicere, quia huius apud veteres nulla est mentio, nõ habemus. In ambiguo quoq; est, an Cretensis Thaletas pæanum poeta fuerit. Siquidem Glaucus, qui inferiorem prædicat Archilocho Thaletã fuisse, effinxisse eum memorat Archilochi modos: tantum produxisse eos maroneq; & Creticis modulos numeris tinxisse, quos non fuisse ab Archilocho vsurpatos: imo neq; ab Orpheo neq; Terpandro. Quippe ex Olympi fistulatione hæc effinxisse Thaletam habitumq; bonũ poetam. Xenocritus vero, qui genere fuit Locrus ex Italia ambigitur an poeta fuerit pæanum. Argumenta certe gestorum heroicorum poesi sua eũ tractasse ferunt, vnde dici argumenta eius à quibusdam dithyrambos. Thaletam prædicat Glaucus Xenocrito ætate fuisse superiorem. Olympus, vt est Aristoxenus author, existimatur à musicis generis enharmonii inuentor fuisse. Quippe ante eum omnia diatona & chromatica fuerunt. Inuentum autem hoc modo. Cum versaretur in diatono Olympus, modumq; subinde in diaton õ parypatẽ nunc à paramese, nunc à mese traiiceret, ac transiliret diatonum lichanum, elegantiam animaduertisse eius affectus. Itaque cum contextum ex conuenientia conflatum obstupuisset atq; probasset, hoc genus tono Dorio inseruisse. Neque enim ea, quæ diatoni propria sunt vel chromatis, sed nec quæ harmoniæ illum attingere. Fuisset autem ei enharmoniorum huiusmodi principia. In his primum ponunt spondeum, in quo nulla dissectio diatoni peculiarem naturam demonstret: nisi sane, cum ad intentiorem spondei tonum respicis, hoc ipsũ diatoni speciem habere arbitreris. Verũ hoc qui ponit, etiam falsum & dissonum posuerit: falsũ, quia diesi minus est tono, qui proxime ducem est: dissonum, quod etiamsi in toniei vi proprietatem intentioris toni spondaici ponas, eueniat vt duo continua ponantur diatona, alterum incompositum, alterum compositum. Nam crebrum hoc in mesis enharmonium, quod nunc est in vsu, non apparet illius poetæ esse. Id prompte perceperis, si more veteri quem tibia canentem audieris. Incompositum enim esse vult etiam mesarum hemitonium. Ac primordia quidem enharmoniorum huiusmodi sunt. Post distractum est tum in Lydiis tum in Phrygiis hemitonium. Videtur autem amplificasse Olympus musicam, quod à superioribus nondum inuentum quid & incognitum introduxerit, architectusq; fuerit Græcæ & concinnæ musicæ. Est etiam numerorum quædam ratio. Sunt enim genera quædam & formæ excogitatæ numerorum, & vero etiam eorum, qui modulos & numeros condebant. Siquidem nouatio Terpandri prior genus quoddam probum in musicam inuexit. Post Terpandriam Polymnestus aliam, qua est ipse vsus, retinens tamen ipse quoque probæ est figuræ: Thaletas item & Sacadas. Qui sane in condendis numeris felices fuerunt, neque excesserunt probam figuram. Est alia Alcmanica & Stesichoria nouitas: quæ etiam non reliquerunt probam figuram. Crexus, Timotheus, Philoxenus, reliquiq; ætatis eiusdem poetæ liberiores & nouitatis amantes fuere: qui figuram, quam philantrophon & thematicum nunc vocant, sunt sectati. Siquidẽ fidium infrequentiam, simplicitatem, & grauitatem in musica plane amplexa est vetustas. Quia vero pro facultate mea de prima musica disserui, deque inuentoribus eius primis, & quibus inuentorum incrementis adoleuit: hic vela contraham, ac sermonem amico nostro tradam Sotericho: qui non modo in musica desudauit, verum etiam in genere disciplinarum alio omni. Nam nos quidem in eo genere musicæ, quod manu redditur, elaborauimus magis. Ita fatus Lysias conticuit, quem excipiens Soterichus ita orsus est, De studio præclaro atq; diis gratissimo optime Onesicrate nos, vt verba faceremus, excitasti. Equidem solertiæ magistrum comprobo Lysiam, & vero etiam memoriæ: cuius nobis dedit specimen, dum recensuit primæ musicæ architectos, & illos, qui ea scriptis prodiderunt. Hoc submonebo tamen secutũ eum acta tantum, dicta sua cõprobasse. Nos vero non hominem accepimus ornamentorũ musicę inuentorẽ vllum fuisse, sed virtutibus excultũ omnibus Apollinem. Neq; enim Marsiæ vel Olympi vel Hyagnidis, vt quorundam fert opinio, inuentum est tibia. Nec vero vnius Apollo citharæ, sed & tibiæ & fidiũ est cantus ille deus inuentor: quod ex choris liquet & ex sacris, quę Apollini ad tibias faciebant: vt

cum

cum alii, tum in hymno quodam Alcæus tradit. Ac signum, quod in Delo ei est sacratum, habet ad dextram arcum, ad læuam Gratias: quarum habet vnaquaque organum aliquod musicum. Vna tenet lyram, alia tibias, admotam ori media fistulam. Neque à me finguntur hæc, sed Anticles & Ister in commentariis de viris claris ea docuere. Vsque adeo autem est huius dedicatio signi vetusta, vt opifices eius compares ætatis Herculis ferant fuisse. Iam puerum, qui Delphos Tempicam laurum deportat, comitatur tibicen. Victimas quoque ex gentibus Hyperboreis ad tibias, fistulas, & citharam Delum perhibent missas. Alii ipsum etiam Apollinem fistula cecinisse memorant, vt est summus modulorum conditor Aleman author. Corinna didicisse quoque ostendit tibia Apollinem à Minerua. Omnibus igitur modis ampla est, vt quæ deorum in-
10 uentio sit, musica. Vsi sunt ea sicut studiis aliis omnibus veteres reuerenter. Nostri vero temporis homines grauitate eius repudiata, pro virili illa & admiranda & diis grata eneruem & garrulam in theatra inducunt. Proinde in tertio de rep. Plato in huiuscemodi musicam stomachatur. Lydiam quidem harmoniam, reiicit, quod lamentationibus ea sit accommodata. Nam & primum eius contextū aiunt lugubrem fuisse. Siquidem Olympum Aristoxenus principem libro primo de musica in Pythonis obitum carmen funebre ait modis Lydiis cecinisse. Sunt qui Menalippidem modulorum horum referant authorem. Pindarus in Pæanibus Lydiam harmoniam vult in Niobes nuptiis doceri cœptam. Alii Torebū hanc vsurpasse harmoniam primum: vt tradidit Dionysius Iambus: Ac mixolidia affectibus est referta & consentanea Tragœdiis. Apud Aristoxenum est telatum principem Sappho mixolydiæ inuentricem fuisse, à qua eam
20 accepisse tragicos, qui mox eandem cum Doria copulauerunt: quorum hæc magnificentiam refert & maiestatem, illa affectus ciet. His est autem temperata tragœdia. In commentariis harmonicis tibicen Pythoclides proditur eius author. Lamproclam Atheniensem Lysis prædicat: cum non ignoret ei seiunctionem non ibi esse, vbi omnes fere arbitrantur, sed ad acutum eam huius figuram effecisse: sicut eam, quæ est à paramese ad hypaten hypatarum. Sed & laudatam Lydiam, quæ mixolydiæ est aduersa assimilem Iadi ab Atheniensi inuentam memorant Damone. Has harmonias, quia altera lugubris est, languida altera, merito abdicauit Plato, ac Doricam vt bellacibus viris & temperantibus congruam elegit: Non mediusfidius quod ignoraret, vt in secundo musicorum tradit Aristoxenus, referre eas aliquid ad remp. circumspectam. Multum enim studii posuit in arte musica Plato. Auditor Draconis fuit Atheniensis &
30 Netelli Agrigentini. Cæterum quando, vt est ante à nobis relatum, ponderis multum Doriæ inest, hanc antetulit. Non fallebat eum compluta Doria Parthenia alia Alemanem, Pindarum Simonidem & Bacchylidem cōdidisse & vero etiam prosodia & pæanas, quin & tragicos planctus genere Dorio fuisse modulatos & amatoria quoq; nonnulla. Verum satis illi erant illa, quæ in Martis & Mineruæ honorem condita fuerant & Spondea. Hæc enim abunde viri moderati animum confirmare iudicabat posse. Nec vero nesciebat de Lydio & Iade. Nouerat namque eiuscemodi modulorum in tragœdia vsum esse: & antiquitas omnis nullius rudis concentus, certis est vsa. Neq; enim inscitia eas angustias & fidium raritatem illis inuexit, neque ex inscitia Olympus & Terpander, & qui eorum sectæ adhæserunt, fidium summouerunt frequentiam & varietatem: quod Olympi, Terpandri, omniumque, hos qui sunt æmulati, poemata testantur.
40 Quæ licet ex tribus constent neruis & vniformia sint, variis tamen & iis, quæ crebris constant chordis, adeo antecellunt: vt Olympi exprimere nemo queat genus, & hi, quamuis etiam in frequentibus fidibus & distinctis figuris versentur, ei concedant. Nam priscos non imprudētia temperasse tertia in genere spondaica id docet pulsandi vsus. Neq; enim, si vsus eis esset incompertus, eam parhyparæ consonantem vsurpassent. Cęterum honestam grauitatem, quæ genere spondaico per tertiam repræsentatur, incitasse liquet eorum sensum, vt ad parhypatem modulos traiicerent. Par est in nete ratio. Hanc enim in pulsando adhibebant, & paranetē dissonorū & ad mesen consonorum. At in modulis non videbatur illis cum genere spondaio congruere. Nec veto his tantum, verum etiam connexi nete perit. de vsi sunt omnes. Siquidem pulsis fidibus dissonabant à paranete, paramese, & lichano: in modulis veto is, qui ea vtebatur, pudorem
50 faciebat ex eo, qui per illam edebatur affectu. Constat item ex Phrygiis non peregrinum ei Olympum huiusque sectatores fuisse. Siquidem adhibebant hanc non modo in pulsu, sed & in modulis, cum ageretur matris Idææ solenne, & certa alia Phrygia. Planum item est ex hypatis non rusticitate abstinuisse eos in Doriis ab hoc tetrachordo. Quippe cum tonis in reliquis eo vterentur, liquet hos illius fuisse peritos. Cæterum vt affectum tuerentur, reiiciebant hoc ex tono Dorio, vt huius honestatē colerent: quod pariter in poetis tragicis animaduertimus. Nam genere chromatico & numeris nondum est in hanc vsq; diem vsa tragœdia. Vsa est à primo, quę multis antecessit ætatib. tragœdiam, cithara. Chroma vero harmonia in aperto est fuisse antiquius. Antiquius accipiendum pro humanæ conditionis consuetudine & vsu. Quod enim ad ipsam generum horum naturam attinet, non est altero alterū antiquius. Qui ergo Æschilum

 vel

vel Phrynichum ex ruditate temperasse chromate dixerit, saneqnam absurdus est. Quippe idē Pancratem dicat in chromatico genere hospitem fuisse. Abstinuit enim fere hic etiam eo: quo est tamen alicubi vsus. Ita non ex ignorantia certe, sed consulto supersedit eo. Nimirum æmulabatur, vt ipse est testatus, figuram Pindariam & Simonidiam & plane illam quam nunc antiquam vocant. Par ratio est Tritæi Mantinensis, Andreæ Corinthii, Thrasilli Phliasii, multorumq; aliorum: quos nouimus omnes deliberato temperasse à chromate, variatione, frequentia fidium, multis aliis intercurrentib. numeris harmoniis, dictionibus, modulis & elocutionib. Verbi gratia, Telephanes vsq; adeo infestus hostis extitit fistulis, vt tibiarum opifices nunquam permiserit tibiis eas addere. Sed & eadem de causa potissimum abstinuit ludis Apollinatibus. In summa si ex non vtendo coniectura ductus æstimabis quem imperitum, multos profecto vel huius seculi prius censueris imperitos, vt Dorionios, qui genus despiciunt Antigenidium, quia id non vsurpant: & qui Dorionium pari de causa, Antigenidios: & citharœdos, qui Timothiam genus, quandoquidem ad Polydis sutelas & poemata propemodum recessere. Pari modo si de varietate recte & scienter vetera & nostra inter se comparata scruteris, varietatem fuisse tunc quoque reperies receptam. Siquidem in numeris condendis vtebantur varietate magis varia prisci. Habebatur enim apud illos in honore numerorū variatio: & vero pulsandi proprietates tunc magis variæ erant. Siquidem huius seculi homines plus modulos sectantur, illius numeros. Hinc antiquatam constat non ignorantia, sed consilio ab infractis modis abhorruisse. Neq; est mirum. Quando multa huius vitæ alia studia exoleuerunt sublato eorum vsu non inscitia, sed quod aliquid in iis fieri animaduersum esset contra decorum. Platonem autem neque ignorantia neq; inertia aspernatum reliqua, verum vt non consentanea eiusce modi reip. demonstrabimus deinceps, simulq; scientem fuisse concinentiæ, quam Græci harmoniam vocant. In animæ genitura, quam molitur in Timæo, industriam suam in disciplinas mathematicas & musicam probauit hunc in modum. Initio portionem vnam ex vniuerso detraxit, deinde secundam primæ duplam, mox secundæ sesquialteram & primæ triplam tertiam: post quartam secundæ duplam, hinc quintam tertiæ triplam, tum sextam octuplam primæ: postremam septimam, quæ septem & viginti partibus superaret primam. Postea dupla & tripla interualla expleuit, partesq; inde desecauit & intermediis horum spaciis inserciuit: vt interuallis in singulis duæ essent medietates. Nam specimen est hoc exordium, vt mox ostendemus, peritiæ harmonicæ. Media prima, à quibus medium petitur omne, tria sunt, arithmeticum, harmonicum, geometricum. Horum primum pari numero excedit & exceditur, pari alterum proportione, tertium neq; proportione neq; numero. Cum igitur Plato harmoniam animalem quatuor elementorum causamq; concentus ex disparibus mutui harmonice demonstrare intenderet, in quolibet interuallo mediatus duo animalia proportione musica effecit. Quippe concentui musico, qui diapason dicitur, duo interualla obtigerunt media, quorum conuenientiam explicabimus. Hic enim diapason in dupla proportione consideratur. Efficient autem in numero exempli gratia duplam proportionem sex & duodecim: quod interuallum est ab hypate meson ad neten seiunctorū. Quia ergo sex & duodecim extrema sunt, continet hypate meson numerum senarium, nete seiunctorum duodenarium. His iam adiungendi sunt intercedentes numeri: quorum extremi, alter sesquitertius, alter sesquialter comperietur. Hi sunt numerus octonarius & nouenarius. Senarii enim octonarius sesquitertius, nouenarius est sesquialter. Vnum extremum huiusmodi est: alterum numerus duodenarius, qui nouenarii est sesquitertius octonarii sesquialter. Quare cum hi numeri inter sex & duodecim medii sint, interuallum autem diapason ex diatessaron & diapente constet: planum est mesen octonarium numerum, paramesen habituram nouenarium. Hoc constituto erit hypates ad mesen proportio, vt parameses ad neten seiunctæ. Ab hypate enim ad mesen est diatessaron, à paramese item ad neten seiunctæ diatessaron. Eadem conuenientia in numeris reperitur. Quæ enim proportio numeri est senarii ad octonarium, eadem ad duodenarium octonarii est: Pari modo quæ senarii ad nouenarium, eadem nouenarii ad duodenarii. Quippe est sesquitertius senarii octonarius, & duodenarius nouenarii: Sesquialter nouenarius senarii, itemq; octonarii duodenarius. Hæc sufficiunt ad demonstrandum, quantum elaborauerit, quantumque excelluerit in disciplinis mathematicis Plato. Quam vero sit veneranda harmonia diuinaq; & ampla discipulus Platonis Aristoteles his verbis declarat: Harmonia cœlestis est, indolisq; diuinæ præclaræ & admirādæ. Ea potentia quadripertita medias obtinet bina, arithmeticam & harmoniam, eiusque partes, magnitudines & exuperantiæ numero & mensuræ parilitate conspiciuntur. Binis enim in tetrachordis concinnantur moduli. Habes Aristotelis verba. Compactum eius corpus esse ex disparibus ostendit, quæ inter se concinant tamen: concinere item media eius proportione arithmetica. Siquidem nete cum hypate dupla proportione compositum concentum diapason reddit. Continet enim, vti demonstrauimus ante, neten duodenis constantē monadibus,

hypate n-

hypaten sex, paramesen consonam hypatæ proportione sesquialtera nouenarum monadum. Meses monadas esse octo ostendimus: ex quibus contexta sunt præcipua musicæ interualla, diatessaron, quod proportione constat sesquitertia: diapente, quod sesquialtera: diapason, quod dupla: Sed & sesquioctaua consistit, quæ est in tonæi proportione. Ita euenit, vt iisdem exuperantiis exuperent atq; exuperentur partes harmoniæ à partib. à mediisq; media tam exuperãtia numerorũ quã virtute geometrica. Has facultates eis tribuit Aristoteles: vt mesen netetertia sui parte superet, hypate à mese æque superetur: vt exuperãtiæ mutua relatione respõdeant. Partibus enim iisdẽ superãt & superantur. Itaq; iisdem proportionibus extremæ meses & parameses exuperant & exuperantur sesquitertia & sesquialtera. Ea est exuperantia harmonica.



Netes & meses exuperantia iuxta proportionem arithmeticam superans paramesen, & paramese pari portione antecedens hypaten exuperantias declarant. Existit vis etiam geometrica, cum nete meses sit sesquialtera, & paramese hypates sesquialtera. Siquidem paramese vincit paramesen parte octaua. Rursus nete hypates dupla est, sesquialtera paramese hypates, mese eiusdem hypates sesquitertia. Partibus itaque & frequentiis etiam ex Aristotelis sententia sic harmonia comparata. Conflata est autem ab eo ratione inprimis naturali cum ipsa tum partes eius omnes, ex infin ita & finita, ac parimpari natura. Hæc est enim tota par: quæ quadripartita est terminis. Partes eius & proportiones, pares impares, & parimpares. Siquidem neten parẽ habet duodenûm monadum, imparem paramesen nouenûm, mesem parem octonûm, hypaten parimparem senûm. Ad hunc modum cum comparata sit tum ipsa tum partes eius inuicem exuperantiis & proportionibus, tota toti & partes consonæ sunt partibus. Quin & sensus corporibus ex harmonia infusi, cœlestes quidem, qui diuini sunt, ope diuina sensum præbentes hominibus, visus inquam & auditus cum voce & lumine harmoniam repræsentant: cæterique horum comites, quatenus sensus sunt, constant harmonia. Nam hi quoque officia sua non citra harmoniam obeunt. Qui licet sint illis inferiores, non cedunt eis tamen. Nam illi diuini numinis præsentia ex certa ratione adiuncti corporibus valentem & præclaram indolem obtinent. Ex his omnibus liquet veteribus Græcis non ab re præ omnibus aliis curæ fuisse, vt in musica institueretur adolescentia: cuius animos musica arbitrabantur formandos & dirigendos ad decorum, quod referat musica & omnia, atque ad actionem omnem seriam, præsertim ad discrimina bellica ad quæ alii tibias vt Lacedæmonii adhibebant: apud quos carmen, quod Castorium dicitur, quando dimicaturi composito gradu concurrebant cum hostibus, tibiis canebatur. Alii ad lyram prælium inibant, vt est proditum memoriæ hoc modo in expeditionem, euntes perdiu Cretenses esse vsos. Alii & nostra memoria perstant in tubarum vsu. Argiui ad Stheniorum, vt vocabant, luctam tibiam adhibebant. Hoc ludicrum in Danai honorem institutum prædicant primum, post consecratum Ioui fuisse. Sed & nunc quoque penthatlis moris est ad tibiam canere non carmen quidem vllum insigne aut vetustum, nec quale illo seculo erat solenne, ceu illud, quod ad certamen hoc Hierax condidit quod Incursus dicebatur. At licet languidum & obscurum, certe aliquid tamen qualecunque accinitur. Vetustioribus seculis ne notam quidem ferunt Græcis musicam theatralem, sed artem eius totam in deorum laudem & disciplinam fuisse acceptam iuuentutis, nullo dum prorsus illa ætate extructo theatro, sed versante adhuc musica in sacris: in quibus deos venerabantur & viros fortes celebrabant. Probabile est autem esse Theatrum posterius, ac multo ante verbum θεωρεῖν, id est, spectare, à deo, qui θεὸς Græce dicitur, appellationem mutuatum. Enimuero nostris temporibus tantam fecit hoc diuersum genus progressionem: vt forma illius, quæ faciebat ad erudiendam adolescentiam, totum iam exoleuerit neq; vindicari queat: sed omnes, qui sese musicæ dedunt, ad Musam applicent se theatralem. Hic dicas: Heu tu, nihil ergo adinuenit antiquitas vel nouauit? Ego vero adinuenisse fateor, sed cũ grauitate & decore. Nam ista qui memoriæ mandauerunt, Terpandro neten tribuerunt Doriam, quam in modis superiores non adhibuerant. Iam totum mixolydium tonum ab eo adiectum ferunt. Adhæc est cantus orthii genus id, quod trocheus signidator dicitur. Præterea modorum scoliorum, vt vult Pindarus, fuit Terpãder inuentor. Sed & Archilochus trimetrorum numeros adiecit, & illam in numeros non eiusdem generis intentionem immutationemq; & horum pulsum. Eidem primo epoda, tetrametra, procriticõ, & prosodia-

cum asscripta sunt: etiam primi auctus, à nonnullis elegium quoque ad hæc iambei ad pæane epibatum,& aucti heroi tum in prosodiacum rum in Crerieū intensio: Insuper, vt iambeorum alia ad pulsum dicerentur, alia cantarentur monstrasse dictitant Archilochum, inde poetas tragicos ita vsurpasse: Crexum autem ab eo hoc mutuatum deduxisse in dithyrambum. Ad hunc quoque authorem referunt pulsum sub cantionem. Antiquiores existimant fere omnes cum concentu fides pulsasse. Polymnasto cum hypolydium nunc appellatum tonum attribuunt, tum * remissionem & digressionem longe ab eo factam rradunt maiorem: & vero ipsum Olympum illum, cui sane originem Græcæ & legitimæ Musæ acceptam referunt, genus inuenisse autumant harmoniæ, numerosq; prosodiacos, in quibus est Martis carmen, & quo si crebro in Martis deûm sacris sunt, choreum. Sunt qui & Baccheum ad Olympum inuentorem trahant. At quod ad priscos modos attinet, ita se rem habere clarum est. Lasus Hermionensis rraductis in rationem dithyrambicam numeris vocem sectatus tibiarum multiplicem, sonisq; vsus pluribus & diffusis ad inflexionem ante inauditam rraduxit musicam. Melanippides item modorum conditor, qui successit, in musica non perstitit priore, neq; etiam Philoxenus. Timotheus lyram, quæ nisi septem fides vsque ad Terpandrum Antissæū habuerat, in plures chordas disiecit. Sed & tibiæ cantus, qui simplicior ante fuerat, in musicam transi maiore varietate distinctam. Quondam enim vsque ad Melanippidem dithyramborum poetam solebant mercedē à poetis accipere tibicines obtinente tunc priores partes in ludis poesi, quod essent eorum, qui fabulas docerent, tibicines administri. Post & hic mos quoq; est deprauatus. Hinc Pherecrates comicus musicam muliebri cultu & corpore toto fœde lacerato introducit. Inducit autem iustitiam, quæ causam eius suggillationis requirit, ac respondentem poesim:

*Alii, tradunt.

Promam libens, nam audireq; gratum erit tibi
Mihiq; dicere. Quippe mihi Melanippides
Prima extitit labes mali præ cæteris.
Hic irruens remisit & duodenis
Me laxiorem chordis reddidit: Meis
At hic tamen non finis ærumnis fuit.
Cinesias imo scelestus Atticus
Exharmonios includens anfractus strophis
Dissoluit ita me, incendendis vt suis
Iam dithyrambis non aliter quam in clypeis
Eius sinistra iam videantur dextera.
Neque hic tamen mea substitit miseria.
Phrynis strobilo intexendo quodam suo
Flectensq; me versansq; totam perdidit.
Qui quinq; chordis bis senas harmonias
Expressit, at tamen tolerabilis hic erat.
Namq; illico reparabat, cum titubauerat.
At Timotheus charum ô caput totam obruit
Me, lacerauitq; omnino fœdissime.
Quis iste Timotheus? Est Pirrhias quidam
Milesius, qui afflixit me, superauit hic
Quos commemoraui omnes, & inuexit cruces
Dirasq; peruersasq;. Qui si inciderit
Mea via in solam incedentem, me obterit
Chordisq; discerpsit miseram duodenis
Raphanisque contorquens modo totam semel
Exharmoniis refersit nec non impiis
Hiperboleis, addidit quoq; niglaros.

Ita ait musica. Philoxeni meminit etiam Aristophanes comicus, dicitq; modos eum in choros cyclios inuexisse. Nec secus alii comici eorum, qui post musicam consciderunt, importunitatē detexere. Corrigi autem vel distorqueri iuuentutem educatione & disciplina demonstrauit Aristoxenus, qui ex æqualib. suis refert Telesiam Thebanum forte adolescentem etiam tū, cum educatus fuisset in optima musica, hausissetq; cum aliam nobilium poetarū artem, tum etiam Pindari, Dionysii Thebani, Lampri, Pratinæ, cæterorumq; Lyricorum, qui viri præstantes in pulsandarū fidium ratione fuerant, tibia præclare cecinisse, reliquisq; vniuersæ disciplinæ partibus egregie fuisse excultum: verum ætatis flexu à scenica & picturata musica vsq; adeo delinitum, vt præstantib. illis, in quib. creuerat, despectis, Philoxeni & Timothei poemata ediscere atq; ex his ipsis illa, quæ præ cæteris varietate & nouitate præstarent: cumq; cōtulisset se ad modulos condendos, periculumq; faceret in vtroq; genere Pindareo & Philoxeneo, nihil potuisse

in genere Philoxeneo præstare. In causa fuisse optimam eius institutionem. Quare si cui recte
& cum iudicio musicam tractare visum est, genus sequatur antiquum, nec non aliis disciplinis
eam exornet, asscisearq; magistram philosophiam, quæ de conuenienti musicæ modo & cōdu-
cibili existimare valet Nam cum partes sint, in quas in vniuersum tota digeritur musica, diato-
nus, chroma, harmonia: debet is, qui ad musicam applicat, callere eam, quæ his vtitur, poesim:
tenereq; eam, quæ poemata tradit, elocorionem. Primnm est cōsiderandum disciplinam musi-
cam omnem assuetudinem esse: quæ nondum est assecuta hoc, vt certum sit: quamobrem singu-
la, quæ traduntur, sint condiscenda. Deinde hoc animaduertendum, quod ad eam disciplinam
& institutionem nondum generum enumeratio adhibeatur: sed pleriq; temere, quod magistro
10 aut discipulo probetur, arripiant. At qui sapiunt, temeritatem repudiant: sicut olim Lacedæ-
monii, Mantinenses, & Pellenenses. Hic delecto vno genere, aut certe paucis, quos ad tingen-
dos congruere censebant mores, ipsa musica vtebantur. Id perspicuum erit, si quid quæq; spe-
ctet disciplina, scruteris. Patet enim harmonicam generum concinni vocum temperamenti,
quod Græci harmosmenon vocant, interuallorum, constitutionnm, quas systemata dicunt, so-
norum, tonorum, & mutationum in constitutionibus cognitionem in se continere. Longius
nondum progredi hac valeas. Itaq; frustra ex ea discere tentes discernere, an proprie sumpserit
poeta, esse dicere simile in musica hypotonium tonum in principio, vel myxolydium & Dori-
um in exitu, vel hypophrygium & phrygium in medio. Neq; enim eo aspirat cōmentatio har-
monica, quæ multorum est aliorum inops. Quippe proprietatis vim ignorat. Neq; enim genus
20 chromaticum vel enarmonium proprietatis absoluta vi vnquam cernetur præditum: ex qua
conditi moduli affectus, qui [illegible] dicitur, elucescat: verum snnt hæ artificis partes. Perspicuum
namq; est constitutionis, quam systema dicunt, vocem à concinnatis in constitutione modis
discedere, quæ contemplatio non est muneris harmonici. Par est numerorum ratio. Siquidem
numeri nulli adferunt secum absolute proprietatis vim. Nam quod vbiq; proprie dicitur, id ita
affectus alicuius respectu dicimus. Huius autem causam contextum certum dicimus vel tem-
peraturam esse vel ambo: ceu Olympo enarmonium genns tono compositum Phrygio pæone
epibato confusum fuit. Hunc enim exordii affectum in Mineruæ carmine edidit. Asscito enim
modulorum & numerorum opificio, sciteq; conuersis solis numeris & trocheo pæonis vice ef-
fecto genus exortum est enarmonium. Atqui vt genus enarmonium & tonus Phrygius insu-
30 perq; constitutio tota constarent, magnam conuersionem affectus habnit. Siquidem harmo-
nia quæ dicitur, in Mineruæ carmine affectu à communi vsu longe dissidet. Itaq; si adiunxerit
musicæ sciens iudicandi facultatem: hic plane fuerit in musica absolutus. Nam qui Dorice scit
absq; peritia de iudicii proprietate existimandi, is haud sciet, quid agat: imo nec affectum tue-
bitur. Quando etiam de ipsis Doriis modis condendis controuersum est, commentatio har-
monica, quæ est nonnullorum opinio, iudicandis sit Doriis, nec ne. In eadem causa est tota nu-
merorum scientia. Quippe pæonem qui tenet, vsus eius non noscet proprietatem: quod solam
pæonis intelligendi solertiam habeat. Qnandoquidem inter eos item de ipsis condendis nu-
meris pæonicis ambigitur, vtrum numerorum commentatio his sit diiudicandis: an, quod ali-
qui volunt, eo non aspiret. Duo igitur vt minimum cognoscat oportet is, qui proprium ab alie-
40 no discreturus est: primum affectum, cuius gratia facta est compositio: deinde hæc, ex quibus
ea constat. Quare neque harmonicam, neque numerorum commentationem, neque aliam
vllam earum, quæ singularum partium dicuntur, solam per se affectui esse cognoscendo & aliis
discernendis, abnnde est explicatum. Porro cum genera sint tria, in quæ concinnum vocum
temperamentum est distributum, paria constitutionum magnitudinibus & vocum itemque
tetrachordorum virtutibus: de vno tantum pertractauerunt veteres: quando neque de chro-
mate, neque de diatono maiores nostri fuerunt soliciti, verum de vno enarmonio, eoque
in vna magnitudine constitutionis: quam diapason vocant. Nam de chromate dissentie-
bant, sed vnam eam esse harmoniam, id inter omnes conueniebat. Nunquam ergo tene-
bit harmonicam tractationem is, qui ad hanc vnam est cognitionem progressus: verum il-
50 le haud dubie, qui vnaquaque in arte se atque in vniuerso musices corpore partiumque tempe-
ramentis compositionib. excoluit. Quando qui harmonicus solum est, hic quodammodo est
circumscriptus. Breui conspirent oportet ad partes musicæ disceptandas sensus & mens: neque
præcurrant, quod faciunt præcipites & præproperi sensus: neq; vt segnes & languidi, tardent.
Euenit autem interim quibusdā sensibus ex natiua aliqua inconstantia vtrunq; simul, vt iidē &
tardiores sint & maturiores. Præcidenda igitur sensui hæc, si cum mente est cōcursurus. Sēper
enim necessarium est tria vt minimū in auditum cadant, vox, tempus, & syllaba vel litera. Fiet
autem, vt ex vocis incessu apta temperatio, ex temporis numeri, ex literæ vel syllabæ id, quod di-
citur, cognoscatur. Quia vero pariter progrediuntur, vna incursum sensus fieri necesse est. Iam
illud quoque clarum est, cum non valeat singula antedicta sensus distinguere, vt neque assequi

quæ in singulis efficiantur, neq; errata in singulis eorum, neq; rectum animaduertere queat. Primum igitur de cohærentia & perpetuo tenore cognoscendum. Si qui facultati cohęrentia suppetat oportet. Neq; enim recte & secus in segregatis existit vocibus vel temporibus vel literis, verum in continentibus: quod temperatura quædam sit partium in vsu incompositarum. De assequendo hactenus. Deinde attendendum musicæ intelligentes non statim esse per se ad iudicandi officium habiles. Quippe non valeat quisquam vllus in musica & iudicando consummatus euadere ex ipsis, quæ habentur totius musicæ partibus: ceu ex organorum notitia & cantus, præterea ex socia sensus exercitatione, illa inquam, quæ ad aptum temperamentum intelligendum atq; etiam ad numeros tendit: ad hæc ex numerorum & harmoniæ commentatione, pulsusq; & dictionis contemplatione, & si quæ aliæ sunt reliquæ musicæ partes. Quamobrem autem non valeas ex his ipsis fieri ad iudicandum habilis, age exploremus. Primũ ex hoc, quod ea quæ nobis proposita sunt ad iudicandum, partim perfecta, partim sint imperfecta. Perfectũ, vnumquodq; poëma, ceu illud, quod canitur voce vel tibia vel cithara: vel cuiusq; eorum elocutio, quam ἑρμηνείαν, vocant: vt tibiæ vel vocis cantus cæteraq; eius generis. Imperfecta, quæ ad hæc spectant, & quæ horum causa fiunt: huiuscemodi sunt partes elocutionis. Deinde ex poësi. Perinde n. ex hac existimet, qui audit tibicinem, concinant tibiæ, an minus: clarum sit genus dictionis, an contra. Horum quodq; tibialis est elocutionis pars, non finis tamen, sed finis gratia fit. Præter hæc enim atq; ex huius generis omnia de elocutionis affectu iudicium fiet, an congrua reddatur affictо poëmati, quod tractare & eloqui constituit, qui id suscepit. Eadem est in affectibus ratio, quæ in poematibus à poeta significantur. Quia autem de affectu fuerunt inprimis veteres soliciti: ideo antiquæ musicæ grauitatem ab arguta sedulitate alienam prætulere. Argiuos namq; à musicæ violatore piacula exegisse ferunt, mulctamq; dixisse illi, qui plus septẽ chordis vti apud ipsos ac musicam myxolydio adulterare aggressus fuerat. Grauis ille Pythagoras iudicium musicæ per sensum eiecit: quod tenuem eius virtutem esse prædicaret. Quocirca non auditu sed harmoniæ conuenientia iudicium de ea faciebat, atq; ad diapason vsq; sistere musicæ cognitionem esse satis censebat. Enimuero nostræ ætatis musici quod genus præcipua in dignatione erat grauitatis causa apud veteres, id semel repudiauerunt adeo, vt ne minima quidem in re vindicare vulgus interualla enarmonia valeat. Vsq; eo autem sunt inertes & socordes, vt omnino diesin enarmoniam ne repræsentare quidem sub sensum cadentia arbitrentur, exterminentq; eam ex modulamentis, ac pro nugatoribus habeant illos, qui aliquam de ea opinionem habuerunt, & genus hoc vsurpauerunt: sumuntq; se vera dicere præsertim ex stupore suo argumentum: quasi quicquid ipsos prætereat, id in rerum natura aut vlli vsui esse nequeat: deinde quasi capi magnitudo non valeat per concentum, sicut semitonium, tonus, & eiuscemodi interuallorum reliqua. Non animaduertunt autem quod eadem opera tertia magnitudo quintaq; & septima summoueatur: quarum prima tribus, quinq; altera, vltima septima septem diesibus constat. Breui omnia quæ imparia videntur interualla, pro sterilibus reiiciantur: quatenus eorum nullum per concentum deprehendere licet. Ea sint, quæcunq; minima diesis metitur impariter. Quibus necessario consequens est ex diesib. tetrachordicis vtilem esse nullam extra hanc vnam, per quam paribus interuallis vti possumus. Hæc est syntoni, diatoni & toniæi chromatis. Cæterum ista cum dicunt, & sentiunt, non tantum iis, quæ sensibus percipiuntur, aduersantur: verum etiam pugnant secum ipsi. Videmus enim eos potissimum tetrachordorum vtentes eiuscemodi diesibus: in quibus pleraq; interualla vel imparia sunt vel instar imparium. Semper n. lichanos & paranetas emolliunt. Iam vero aliquas etiam de stabilibus vocibus malè remittunt temerario aliquo interuallo & insuper cum eis laxant tum tertias tum paranetas, eumq; constitutionum vsum inprimis existimant esse celebrem: in quo pleraq; interualla sint absurda vocibus non modo iis, quæ cieri solent, sed & nonnullis, quæ non valent cieri, remissis, quod clarum est iis, qui ista percipere valent. Vsum musicæ viro conuenientem bonus ille docuit Homerus. Nam vt demonstraret passim musicam conducere, Achillem finxit iram, quam aduersus Agamemnonem conceperat, musica, quam ex sapientissimo hauserat Chirone, concoquere:

> *Hunc se mulcentem dulci*, inquit, *cithara repererunt.*
> *Dedalus ille iugum argento exornauerat olim,*
> *Quod retulit spolium capta Hectionis ab vrbe:*
> *Hac se oblectabat cantans decora ille virorum.*

Disce, inquit Homerus, quemadmodum vsurpanda musica. Canebat enim, quod iustissimi filium Pelei Achillem decebat, clarorum virorum decora & heroum facta. Præterea tẽpus opportunum docens vtendi musica Homerus, negociis vacuo exercitium inuenit vtile & iucundum. Nam cum bellator esset & strenuus Achilles, ex offensione, quam contra Agamemnonem cõceperat, periculis bellicis abstinebat. Dignum igitur heroi illo existimabat, vt animum eius optimis

primis modulamentis exacueret: quo ad expeditionem, quam breui post suscepit, esset paratus. Id sane efficiebat veterum res gestas ad memoriam reducendo. Ea erat prisca musica, quæ eo conducebat. Accepimus ipsum quoq; musicam tractasse Herculem, Achillemq;, & alios complures, quos vir sapientissimus Chiron. vt est memoriæ traditum, docuit: qui pariter musicæ, iustitiæ, & artis medicæ fuit doctor. Quid multis? non scientiis homo cordatus vitio vertet, si quis parum rite eas tractet, verum peculiari id ascribet vtentium improbitati. Quare si quis in recta percipiendæ musicæ ratione elaborauerit, atq; institutionem in ætate puerili sortitus sit conuenientem, hic comprobabit & amplectetur recta, ac diuersa cum in aliis tum in musica culpabit: atq; erit hic omni vacuus fœda actione, fructuq; accepto ex musica maximo grande afferet cum sibi ipsi tum reip. emolumentum: quod nihil acturus vel dicturus sit inepte, sed obseruaturus omni tempore & loco decori, temperantiæ, & modestiæ: Enimuero optime constitutis ciuitatibus, vt studium in egregia hac musica ponerent, magnæ curæ fuisse, testimonia multa adducere licet. Terpandrum citabo, qui motum Lacedæmone excitatum quondam compressit: Creteusem Thaletam, quem aiunt ex Apollinis dictione Lacedæmonem profectum, ciues ope sua pestilentia, quæ Spartam infestabat, vt est author Pratinus, expedisse. Sed & Homerus luem, quæ in Græcorum castris grassabatur, musica fuisse refert procuratam. Eius hæc verba sunt:

Magnum perpetuo numen cantu celebrabat
Carmen Achiuorum soboles festum modulando.
Phœbum cantabat, quo aures illi exhilaratæ.

His versibus optime præceptor meæ de musica orationi fastigium imposuerim, quando tu prior vim nobis musicæ proposuisti. Nam profecto munus eius primum & pulcherrimum est gratiarum erga deos actio: primum huic & secundum animi lustralis, concinnus, & consonus status. Ita fatus Soterichus: Habes, inquit, populares optime præceptor de musica sermones. Soterichi dicta admirationem incusserunt. Etenim facultatem & vsum musicæ vultu & voce præ se ferebat. Ibi doctor meus: Inter cætera, infit, hoc quoq; in vtroq; vestrum probo, quod ordinē vterq; retinuit suū. Siquidem Lysias quæ ad citharœdum manu vtentem tantum pertinet scire, his nobis conuiuium condiuit. Soterichus vero etiam quæ ad emolumentum, ad contemplationem, & vero etiam quæ ad facultatem & vsum musicæ diriguntur musicæ docendo excepit nos opipare. Illud vero mihi, ni fallor, ipsi vltro reliquerunt. Neq; enim eos iudicauero timidos, quasi musicam in conuiuia detrahere verecundentur. Nam si vsquam, in conuiuiis certe est vtilis: quod Homerus confirmauit:

Saltatus simul & cantus conuiuia possunt.

Nec mihi quisquam hinc Homerum suspicetur ad oblectandum modo conferre musicam arbitrari, sed altior quædam in hisce verbis est mens. Quippe ad vtilitatem & adminiculum in tempore accersiuit musicam, ad cœnas, inquam, & conuiuia priscorum. Solebat enim introduci musica: quod elidere vim feruidiorem vini valeat, vt noster alicubi refert Aristoxenus. Ille enim induci musicam dixit: quia cum vinum de statu deiicere soleat illorum, qui eo sunt large vsi, corpora & mentes, musica modico suo temperamento & competenti ad diuersum statum reuocat ea & mollit. Hoc ergo in articulo musicam veteres remedii vice Homerus vsurpasse refert. Enimuero quod primum est, ac præ cæteris ostendit esse musicam amplissimam, id vobis amici effluxit. Vniuersitatis namque incitum siderumque cursum Pythagoras, Archytas, Plato, cæterique antiqui philosophi haud absque musica fieri & consistere affirmauerunt. Quippe cuncta à deo concentu esse referunt condita. Cæterum hoc longius prosequi non est huius loci: sed est antiquissimum & maxime concinnum omni in re modum conuenientem seruare. Sub hæc pæanem cecinit, ac postquam Saturno eiusq; liberis diis omnibus & Musis libauit, conuiuium soluit.

PLV.

PLVTARCHI

De casibus comparatis Græcorum & Romanorum, Commentarius.

Apparet plane hunc cõmentarium non esse Plutarchi.

VETERES historias pleriq; ob exempla rerum gestarum inusitata pto fabulis habent. Quia vero casibus huius memoriæ pares reperi: eos, qui Romanis seculis euenerũt, excerpsi: singulisq; rebus priscis recentiorem eis affinem subtextui: laudauiq; authores, qui ea memotiæ prodidetunt.

DATIS Persarum satrapa cum tricenis millibus militum in campum terræ Atticæ Marathonum itrumpens castris ibi locatis bellum incolis indixit. Horum barbarorum Athenienses tanta colluuie contempta nouem millia misere: quibus duces præfecernnt Cynegirum, Polyzelum, Callimachum, Milciadem. Signis collatis Polyzelus cum speciem humana augustiotem conspexisset, visum amisit, factusq; est cæcus. Callimachus multis traiectus iaculis, eriam cum expirasset, constitir. Cynegiro recipientem se nauem Persicam detinenti detruncatæ manus fuerunt.

ASDRVBAL tex capta Sicilia bellum populo Romano denunciauit. Aduersus quem missus cum imperio Metellus fudit eum prælio: in quo L. Glauco vir nobilis, dum Asdrubalis nauem retinet, iacturam fecit manuum suarum: vt scribit Milesius Aristides, à quo argumentum mutuatus est Dionysius Siculus.

XERXES cum militibus quingentis millibus, postquam decurrit ad Arthemisium, cultoribus indixit bellum. Arhenienses perculsi speculatorem miserunt Themistoclis frattem Agesilaum, quamuis genitot eius in somntis amisisse eum ambas manus vidisset. Ingressus barbarorum castra habitu Persico Mardonium vnum ex tegis stipatoribus, Xerxem esse tatus, interemit. Prehensus à cotona in vinculis ad regem est raptus. Quo immolaturo in Solis ata igni dextram eiecit, nulloque edito suspirio cum pertulisset tormenti vim vinculis solutus est. Tum fatur: Omnes tales sunt Athenienses. Si mihi fidem non habes, immittam læuam quoq;. Qua re Xerxes perculsus, præcepit, vt in custodia habeterur: sicut tradit libro secundo tetum Persicarum Agatharchides.

PORSENA Tuscorum tex trans Tyberim agmine ducto arma intulit Romanis: interceptaque, quæ Romanis aduehebatur, annona, pressit eos fame. Exanimato senatu Mutius vir clatus sumptis secum quadringentis æqualibus habitu hominis priuati amnem traiecit. Qui cernens quendam tyranni satellitem necessaria præbentem militibus, eumq; esse Porsenam arbittatus, hominem obtruncauit. Mox tractus ad regem viuis catbonibus manum dextetam intulit, toletansq; dolores fortissime arrisit aitq;: Exolutus sum barbare vel inuito te, ac quadringentos scito esse nos in te instructos in hisce castris, qui te occidere quærimus. Qua re ille expauescens pacem cum populo Romano composuit: Hoc Aristides Milesius in tertio historiarum scriptum reliquit.

ARGIVIS & Lacedæmoniis bello intet se de agro Thyreatide disceptantibns iudicarunt Amphyctiones, vt vtriq; acie decernerent, cessurum victoribus agrum. Igitur ereauerunt Othryadem Lacedæmonii ducem, Argiui Thersandrum. Commissa pugna duo ex Argiuis superstircs fuerunt Agenos & Chromius, qui victoriam ciuitati suæ annunciauete. Solitudine facta Othryades ex cadaueribus excitauit se, semifractisq; innitens hastis spoliauit cæsorum corpora, ac clypeos eis detraxit, erecto trophæo sanguine suo inscripsit, IOVI VICTORI. Mouentibus illis duobus conttouersiam Amphyctiones re inspecta secundum Lacedæmonios pronunciauerunt, quod apud Chrysermum extat libto tertio rerum Peloponnesiacarum.

ROMANI inito cum Samnitibus bello ducem Posthumium Albinum legere. Hic ad furcas Caudinas (Locus est angustissimus) insidiis exceptus treis amisit legiones, atq; ipse vulnere lethali accepto cecidit. Nocta adulta aliquantulum recepto spiritu detraxit hostium cadauerib. clypeos, tinctaq; in sanguinem manu trophæum excitauit cum hac inscriptione: Romani de Samnitibus IOVI VICTORI. At Mareus cognomento Gurges dux missus conspecto trophæo accepit læte augutium, signisq; collatis victoriam retulit: ac regem, qui captus fuit, Romam misit: vt est apud Aristidem libro tertio de rebus Iralicis.

PERSIS cum quingentis millibus milirum superfundentibus se Græciæ, Leonidas cum trecentis ad Thermopylas fuit à Lacedæmoniis missus. Quibus ibi epulantibus colluuies superuenit barbarorum. Tum Leonidas, vt contemplatus est barbaros: Ita prandete, inquir, vt apud

apud inferos cœnaturi, factaque in barbaros impressione multis confixus telis petiit Xerxem: cui diadema detraxit. Eius extincti barbarus cor excidit, repetitque hirsutum. Quod libro primo rerum Persicarum prodidit Aristides.

ROMANI bello cum Pœnis initio miserunt duce Fabio Maximo trecentos milites: qui in conflictu omnes has copias amisit. Ipse lethali vulnere affectus cum ardore Annibalem adortus est: ablatoque ei diademare vna cum eo occubuit: sicut scriptum reliquit Aristides Milesius.

APVD Celænas Phrygiæ vrbem terra ex aquarum vi desedit, frequentiaque ædificia in cauernam detraxit: Rex autem Medas sortes accepit: si, quod haberet preciosissimum, in eam eluuiem demisisset, tellurem coituram. Ille aurum & argentum ingerendo nihil profecit. At Anchurus Midæ filius reputans secum nihil in vita dignius anima esse humana, complectitur parentem & coniugem Timotheam: mox equum conscendit, atque in hiantem locum se intulit. Constricta terra aram auream struxit Ioui Idæo manu iniecta. Hæc ara circa illam tempestatem, qua labes terræ facta fuit, lapidescit. Vbi defluxit dies præfinita, aurea visitur: vt Callisthenes in secundo metamorphoseon.

PER medium forum Tyberi ex Iouis Tarsii ira vecto in ingentem sinum terræ labes consedit, multasque ædes hausit. Responsum autem oraculo est id cessaturum, si id quod maximo in honore esset eo intulissent. Romanis aurum argentumque iniicientibus Curtius conspicuus iuuenis expendens oraculum, reputansque animam maioris esse dignationis, conscendit equum, ac præcipitem se in cauernam illam dedit, suosque calamitate exemit. Vt libro quadragesimo rerum Italicarum Aristides.

ORDINVM ductoribus, qui Polynicem sunt secuti, comessantibus aquila librans ex alto se sustulit in sublime Amphiarai lanceam, inde dimisit. Ea terræ defixa in laurum versa est. Postero die dum præliantur, labe terræ Amphiaraus cum curru deuoratus est eo loci, vbi nunc oppidum Harma, id est, currus nuncupatur. Vt Thrasimachus libro tertio vrbium conditarum.

MOTIS inter Romanos & Pyrrhum Epirotam armis, Paulo Æmilio data dictio est victorem fore: si quo loco terræ labe reconditum vidisset virum illustrem cum curru, arma erexisset. Triduo post Valerius*Gonatus, cum secundum quietem capere se sacerdotis ornatum vidisset (Erat namque diuinandi scientiæ peritus) atque in conflictu multos contrucidasset, terra absorptus est. Æmilius vero ara erecta hostes superauit, centumque sexaginta elephantos turrigeros Romam misit. Hac ex ara oracula redduntur eo articulo, quo Pyrrhus victus fuit. Ita Critolaus libro tertio rerum Epiroticarum retulit.

*Alii, Torquatus.

REGEM Eubœæ Pyræchmen Bœotos bello lacessentem Hercules etiam tum iuuenis deuicit quem pullis equinis deligatum, atque in partes duas discerptum proiecit insepultum. Locus dicitur Pyræchmæ pulli. Iacet iuxta Heraclium amnem. Hinnitum edit bibentibus ex amne equis. Ita libro tertio de Fluuiis.

TVLLVS Hostilius rex Romanus bellum faciebat Albanis, quorum rex erat Metius Sufetius, pugnamque subinde extraxit. Illi Tullo post pugna victo conuerterunt se ad epulas. Hic vino mersos adortus est, regemque duobus pullis equinis alligatum discerpsit. Sic Alexander libro quarto rerum Italicarum.

CVM Methonem & Olynthum Philippus obsidere intenderet, magnaque vi contenderet Sandanum fluuium superare: à ciue Olynthio Astere nomine oculus eius sagitta ictus est: cum dixisset ille, Asther Philippo lethale telum mittit. Qui retro ad suos transnatans euasit. Author Callisthenes libro tertio rerum Macedonicarum.

PORSENA Tuscorum rex trans Tyberim agmine ducto arma intulit Romanis: interceptaque, quæ Romanis aduehebatur, annona pressit eos fame. At Horatius Cocles dux creatus pontem sublicium insedit, agmenque barbarorum, quod tentabat transire, repressit: Cum premeretur ab hostibus, militibus, quos secum habebat, imperauit, vt pontem interrumperent manuique hostium transitum vrgentium obstitit. Cæterum cum telo esset oculus eius vulneratus, abiecit se in amnem, atque ad suos enauit. Hoc Timotheus libro secundo rerum Italicarum.

FABVLA de Icario, à quo Liber pater hospitio fuit exceptus, Eratosthenes in Erigone. Saturnus apud agricolam diuertit, cui filia venusta erat Entoria: ex qua vi compressa filios sustulit Ianum, Hymnum, Faustum, & Felicem. Quibus cum rationem tradidisset vini vsus & vitis, voluit vicinis vt participarent. Quod cum illi fecissent, ac plus satis potassent, somno vltro modum graui oppressi sunt. Hi, cum potionatos existimarent se, lapidibus Icarium obruerunt: cuius nepotes despondentes animos laqueo vitam finierunt.

LABORANTIBVS pestilentia Romanis oraculum edidit Apollo, remissurum malum si Saturni iram placassent, geniosque eorum, qui inique sublati erant. Hic Luctatius Catulus

vir

vir insignis ædem Saturno struxit, quæ proxime attingit montem Trapeium, summamq; aram statuit quadrifrontem, siue neptium gratia, siue quod quadripartitus annus sit, mensemq; fecit Ianuarium. Satur omnes in stellas conuertit, dicunturq; aliæ Prorrygeteres. Ianus vero ante eas exoriens visitur stella pro Virginis pedibus. Sic Critolaus libro quarto Phænomenôn.

MARS cum Althea concubuit, genuitq; Meleagrum, vt Euripides in Meleagro prodidit *Hoc solum Plutarchi extat. At Ouidius Metamorphoseon octauo tres Pareas scripsit matri partu leuatæ imposuisse visas igni stipitem, dixisseq; natum tantisper victurum, dum stipes duraret, eoq; dicto abisse: matrem autem stipitem extraxisse & conseruasse: donec mater filio, quod frater interfecti apri Calydonii honorem præripuisset, infensa cum stipite simul filium exussit. Ait Ouidius primo Tristium: 10

Vtq; cremasse suum fertur sub stipite natum
Thestias, & melior matre fuisse soror.

SEPTIMIVS Marcellus Syluia sibi matrimonio copulata venationi non infrequens incumbebat. Illam autem recens nuptam Mars in veste pastorali grauidam fecit: ac se ipse, qui esset, patefecit: deditq; hastam, in qua eius, qui nasceretur, inesse genesim assereret: Tuscum autem occidit Septimius. Cæterum MAMERCVS diis ob fructuum vbertatem sacra faciens vnam neglexit Cererem. Quæ ob id aprum emisit. Igitur collecta venatorum manu hunc letho dedit Mamercus, caputq; & exuuias mitti pactæ sponsæ curauit. Scimbrates autem & Muthias vterini fratres puellam interemerunt. Indignatus ille, acerbeq; id ferens cognatos occidit. Mater vero hastam cremauit. 20

TELAMON Æaci ex Endeide filius profectus in Eubœam etiam noctu abierat. Quod cum sensisset pater, ciuium aliquem suspicatus puellam in mare deiiciendam stipatorum cuidam mandauit, Hic misertus eam vendidit. Salamina autem naue appulsa puellam sibi Telamon comparauit, ex qua susceptus est Aiax, vt Aretades Cnidius in secundo Insulanorum scriptum reliquit.

L. TROSCIVS ex Patride filiam nomine Florentiam sustulit, quam Romanus Calpurnius compressisse fertur. Hanc pater cuidam de satellitio suo submergendam tradidit. Verum puella cum misericordiam à stipatore sibi promeruisset, Calpurnio forte fortuna in Italiam naue appulso venditur, illa post Contruscum est enixa. 30

POPVLANTIBVS Græciam Persis Lacedæmoniorum dux Pausanias acceptis à Xerxe quingentis auri talentis promisit Spartam prodere. Quo deprehenso pater Agesilaus eum vsq; ad ædem Mineruæ Chalciœcæ consectatus est, foribusq; delubri latere obstructis fame necauit: genitrix & insepultum proiecit. Vt est apud Chrysermum libro secundo historiarum.

ROMANI cum Latinis belligerantes ducem P. Decium legere. Tum iuuenis ex nobilitate pauper Cassius Brutus nomine certa mercede portas patefacere deliberatum habebat. Cæterum detectus in ædem Mineruæ Auxiliaris confugit, quam Cassius Signifer eius parens conclusit, illumque fame peremit, atque proiecit insepultum. Ita in rebus Italicis Clytonymus.

DARIVS Perses postquam conflictum cum Alexandro fuit ad Granicum: quo in prælio septem satrapas currusque falcatos duos & quingentos amisit: dimicaturus cum eo erat iterum. Cuius filius Ariobarzanes Alexandri cupidus parentem recepit se proditurum. Vnde ira pater incensus ceruicem eius desecuit. Author Aretades Cnidius libro tertio rerum Macedonicarum. 40

BRVTVS à tota ciuitate consul creatus tyrannidem agentem Tarquinium Superbum in exilium egit. Ille contulit se ad Tuscos, atque armis periit Romanos: cui consulis filii prodendi patris consilium inierant. Quamobrem præcidit eis pater caput. Ita Aristides Milesius in historia Italica.

THEBANORVM Epaminondas prætor, dum res gerit aduersus Lacedæmonios, domum ad comitia profectus est, edixitq; filio, vt abstineret à pugna. De cuius absentia facti Lacedæmonii certiores, iuuenem vt ignauum increpabant. Qui frendens obliterata paterni edicti memoria signa cum iis contulit, ac victoriam reportauit. Quod grauiter ferens pater coronato ceruicem dempsit. Hoc scribit Ctesiphon libro tertio rerum Bœoticarum. 50

BELLO Samnitico Romani consulem creauerũt Manlium Imperiosum cognomine. Hic ad comitia consularia Romam pergens, nato suo interdixit, ne acie decerneret. De quo edocti Samnites maledictis proscidérunt adolescentem. Qui concitatus hostes fudit. Eum Manlius securi percussit. Id Milesius Aristides tradit.

HER-

HERCVLES, postquam Iolæ nuptiis excidit, Oechaliam expugnauit. Iole sese de muro præcipitem dedit. Verum contigit, dum vestem eius ventus inflat, nihil vt læderetur. Id memoriæ prodidit Nicias Maleotes.

BELLO, quod cum Tuscis gerebant, Romani consulem fecerunt Valerium Torquatum. Hic Tuscorum regis filiam contemplatus Clusiam nomine, postulauit eam à Tusco. Reiectus expugnauit vrbem. Ibi Clusia se ipsam de muro in præceps iecit. At Veneris ope sinuata veste salua est ad terram delata: quam Imperator stuprauit. Quorum omnium causa publico decreto in exilium à populo Romano in Corsicam obiectam Italiæ insulam expulsus est. Ita Theophilus libro tertio rerum Italicarum.

10 POENIS & Siculis societatem contra populum Romanũ molientibus dux Metellus vni sacrum non fecit Vestæ. Hæc ventum nauibus aduersum excitauit. Ibi C. Iulius aruspex quieturũ ostendit, si natam immolasset. Ille exprimente necessitate Metellam altari admouit. At miserans eam Vesta buculam loco eius subiecit, puellamque in Lanusium deportauit, sacerdotéq; draconis, qui apud eos colitur, creauit. Vt est author Pytocles libro tertio rerum Italicarum.

IDEM de Iphigenia in Aulide Bœotiæ tradit Meryllus libro I. rerum Bœoticarum.

BRENNVS Gallorum rex, cum Asiam depopularetur, Ephesum delatus, ibique puellæ popularis amore est captus. Illa, si armillas & mundum mulierum sibi daret, promisit ei concubitum ac proditurum se ei Ephesum. Rex militibus imperauit, vt aurum, quod haberent, in sinũ coniicerent auaræ. Parentibus illis copia auri viua est obruta. Id prodit Clitophon in primo hi-
20 storiæ Gallicæ.

TARPEIA vna ex honestis virginibus Capitolii custos bello, quod gerebat pop. Romanus cum Albanis, ostendit Tatio intromissuram se eum in arcem Tarpeiam, si mercede acciperet monilia, quæ pro ornamento gestabant. Eam Sabini re deliberata spirantem obruerunt. Ita Aristides Milesius in rebus Italicis.

TEGEATÆ & Pheneatæ diutino bello cõflictati deliberauerunt trigeminos fratres ad dimicandum de victoria mittere. Ac Thegeatæ quidem Reximachi filios, Pheneatæ Demostrati nominauerũt. Commisso certamine duo de Reximachi filiis interfecti sunt. Tertius Critolaus nomine consilio superauit aduersarios duos. Quippe compositam fugam fingens insectantes singulatim obtruncauit. Reuertenti gratulantibus aliis vna non est soror gauisa Demodice. In-
30 teremerat enim sponsum eius Demodicum. Quod moleste ferens Critolaus peremit eam. Cũ autem homicidii postularetur à matre, fuit à crimine liberatus. Hoc apud Demaratum est libro secundo rerum Arcadicarum.

ROMANI & Albani inter se bellantes trigeminos fratres, qui pro patria dimicarent, legêre: Albani Curiatios, Horatios Romani. Commisso certamine duos ex aduersariis Curiatii oppresserunt. Qui reliquus erat, opem à simulata mutuatus fuga, insequentes singulos occidit. Exultantibus cunctis sola soror non applausit Horatia interfectori sponsi sui Curiatii. Ille peremit sororem: quod Aristides Milesius in rebus Italicis memorat.

FANO Mineruæ Ilii incenso aduolans Ilus cœlo demissum Mineruæ signum rapuit, atq; oculis captus est: quod id spectari nefas esset à viro. Post propitiata dea lumen recepit. Ita Der-
40 cyllus libro primo de vrbibus condiris.

METELLVS vnus procerum, cum peteret suburbium, interpellatus est à coruis, qui alis verberabant. Is trepidans augurium repetiit vrbem. Qui cum ædem Vestæ cerneret flagrantem, rapto Mineruæ simulachro luminibus orbatus est. Verum post placata dea visum recuperauit. Ita Aristides Milesius in rebus Italicis.

CVM facerent bellum Atheniensibus Thraces sortes acceperunt, si à Codro temperassent, victoriam ipsos relaturos. Ille accepta falce impressionem fecit in aduersarios in veste sordida, vnoquoq; obtruncato ab altero est confossus. Hoc apud Socratẽ est libro secundo de Thracib.

P. DECIO res gerenti contra Albanos somnium fuit, si occubuisset, rem Romanam se aucturum. Qui in medios se intulit hostes, multisq; contrucidatis cecidit. Pari modo filius eius De-
50 cius bello Gallico Romanos incolumes præstitit. Id Aristides Milesius est author.

CYANNIPPVS natione Syracusius vni sacrum non faciebat Libero patri. Hinc infestus deus crapulam ei incussit. Ita hic loco opaco filiam suam Cyanen compressit. Quæ detractum ei annulum nutrici suæ dedit, vt nota esset ad cognoscendum corruptorem. Cum laboraretur autem pestilentia, ac respondisset Apollo non esse diis cordi, vt diis Victoribus nefarius immolaret: Ibi cæteris ignorantibus, quid vellet oraculum, Cyane id intelligens correptum capillis ipsa parentem mactauit, atque super eum ingulauit semetipsa: vt est apud Dositheum libro tertio historiæ Siculæ.

DVM aguntur Romæ Bacchanalia, Atnutius à puero aquæ potator despexit Liberipatris potestatẽ. Qui ebrietate ex illius ira correptus stuprum filiæ suæ obtulit. Ea ex annullo patrem

agnoſcens,ſupraq; ætatem animoſa temulentum patrem fecit coronatumq; ad altare fulguris duxit,ac lachrymabunda virginitatis ſuæ inſidiatorem peremit. Author Ariſtides libro tertio rerum Italicarum.

ERECHTHEVS in Eumolpum arma ferens victoriam reſponſum eſt ei ſuam fore,ſi filiam ante prælium immolaſſet. Qui re cum coniuge communicata Praxithea puellam immolauit. Meminit huius in Erechtheo Euripides.

MARIVS bello Cymbrico fuſus in quiete vidit, ſi filiam ſuam prius victimam excidiſſet, victorem ſe fore. Erat filia ei Calpurnia. Hic autem,qui potiores haberet natura ciues ſuos, ſacrũ perpetrauit,victoriamq; obtinuit. Sunt autem hac quoq; ætate in Germania aræ duæ, quæ illo tempore tubarum tinnitum reddunt. Author Dorotheus libro quarto rerum Italicarum. 10

CYANIPPVS genere Theſſalus venatum aſſidue proficiſcebatur. Noua vero nupta,quam habebat, ſuſpicata, quod ſubinde in ſyluis moraretur,conſuetudinem habere eũ cum alia veſtigiis Cyanippum ſecuta eſt,atq; inter denſa arbuſta deliteſcens futurum expectabat. Ramis agitatis canes feram rati accurrerunt , viriq; amantem inſtar beſtiæ rationis expertis dilacerauere. Contemplatus rem inexpectatam ipſe Cyanippus interemit ſe. Ita poeta Parthenius.

In oppido Italiæ Sybari adoleſcens mira ſpecie Æmilius venator fuit. Noua nupta alteri arbitrata eum conſueſcere ingreſſa eſt ſaltum. Vibrantibus ramis canes eam aduolantes diſcerpſere: ſuper quam ille ſe confodit. Sic Clytonimus libro ſecundo rerum Sybariticarum.

MYRRHA Cyniri nata ex Veneris offenſa genitoris amore deperiit,nutricique amoris vim aperuit. Hæc dominum pellexit dolo,vicinam virginem ferens in eum exarſiſſe,verũ erubeſcere in aperto ipſum adire. Ille concubuit cum puella: atq; affectans aliquando amantem cognoſcere lumen poſtulauit. Eam vt vidit,arrepto gladio laſeiuiſſimam puellam conſectatuſ eſt. Illa Veneris ope in cognominem eſt arborem mutata, quod tradit in libro Metamorphoſeon Theodorus. 20

VALERIA Tuſculana ex Veneris ira Valerii patris amore flagrans rem ad nutricem ſuam detulit. Hæc herum ſubiit dolo,ac virginem vicinam oſtendit eſſe,quę concubitum eius petat, ſed congredi vereatur aperte. Pater temulentus poſcit lumen. Ibi nutrix præuertit eam excitare: quæ prægnans in villis vixit,atq; aliquando egit ſe præcipitem,regreſſaque ſalua domum ſtato tempore edidit Syluanum. Valerius deſpondens animum de eodem præcipitio ſe deiecit. Vt eſt apud Ariſtidem Mileſium libro tertio rerum Italicarum. 30

POST Ilii vaſtationem eiectus eſt in Africam Diomedes,vbi rex erat Lycus, qui in more habebat Marti genitori ſuo hoſpites immolare. Cæterum filia eius Diomedis amore capta Callíroa patrem prodidit,ac Diomedem vinculis ſolutis ſaluum pręſtitit. Hic bene meritæ nulla habita ratione vela fecit. Vnde illa vitam laqueo finiuit Ita libro tertio hiſtoriæ Africanæ Iuba.

CALPVRNIVS Craſſus ex principibus Romanis, qui ſub Regulo merebat,miſſus fuit in Meſſulos ad arcem munitiſſimam,quod Garætium dicebatur,expugnandam. Hunc bello captum immolaturi erant. At regis filia Byſaltia illius deperiens amore prodito parente victoriæ illum fecit compotem. Quo digreſſo puella ſibi ipſa manus intulit. Author Heſianax libro tertio hiſtoriæ Africanæ.

PRIAMVS Polydorum clam in Thraciam cum auro ad generum Polymeſtorem dimiſit. Vt in propinquo fuit vrbis captæ direptio, puerum quærendi auri gratia necauit. Ad ea loca Hecuba delata,eiceumque inuenienſque eum quaſi aurum datura ſuis & captiuarum manibus oculos ei eruit. Ita Euripides tragicus. 40

VASTANTE Campaniam Annibale L. Imbricus Ruſticum filium cum multa pecunia apud Valerium Geſtium depoſuit generum ſuum. Cum victoriam Annibalis accepiſſet Campanus, auaritia conſultrice ius naturæ violauit, puerumq; trucidauit. Poſt per villam profectus Imbricus offenſo cadauere filii miſit ad generum quaſi theſauros commonſtraturus. Vt venit,oculos illi effodit,eumque in crucem egit. Ita Ariſtides libro tertio rerum Italicarum.

PHOCVM Æaci ex Pſamathe filium quem diligebat pater, Telamon, qui eum oderat,duxit venatum. Oſtendente ſe repente apro lanceam in eum torſit,quem interfecit. Illum pater exterminauit:vt ſcribit Dorotheus libro primo metamorphoſeon. 50

C. MAXIMVS cum filios haberet Similium & Rheſum, ex quibus hunc ex Ameria procreauerat. Illum Rheſus hic fratrem dedita opera inter venandum confecit,regreſſuſq; domum caſu fortuito cauſatus eſt id,non ex compoſito factum. Cui pater cognito vero exilium irrogauit. Hoc apud Ariſtotelem eſt in tertio rerum Italicarum.

MARS ex Althææ concubitu Meleagrum genuit.* Author Euripides in Meleagro.

SEPTIMIVS Marcellus ducta vxore Sylvia fere ſectabatur venationem. Nouam ſponſam in veſte paſtorali violauit Mars ac repleuit,aperuitque ei,qui eſſet,& haſtam dedit,vitam eius,qui edendus erat,in illa reſidere ferens. Igitur occidit Septimius Tuſcinum. Mamereus autem pro

læto

læto fructuum prouentu, diis sacra faciens solius rationem non habuit Ceteris. Quę aprum immisit. Hunc ille frequentibus venatoribus coactis occidit, caputq; & tergus pactæ sibi coniugi sepo suit. Auunculi Scimbrates & Mutius ademerũt ea puellæ. Quare ita flagrans propinquos suos necauit. Cuius mater hastam cremauit. Hoc Menylus libro tertio rerum Italicarum.

TELAMON Æaci & Endeidis filius ingressus Eubœam compressit virginem quandam, ac nocte profugit. Quod vt pater resciuit, suspectans ciuem quendam puellam dedit cuipiã ex satellitibus suis submergendam. Hic misericordiam eius capiens distraxit eam. Cum nauis Salaminem applicuisset, mercatus est Telamon puellam, quæ edidit Aiacem. Id apud Aretadem Gnidium est libro secundo de rebus insularibus.

10 L. TROSCIO filia fuit Florentia nomine à patria sumpto. Hanc compressit Calpurnius Romanus. Puellam ille fluctibus dedit obruendam: quæ stipatoris miseratione fuit venundata. Cũ forte ad Italiam nauis appulisset, Calpurnius comparauit eam, tulitq; ex ea Contruscum.

TVSCORVM rex Æolus habuit ex Amphithea filias sex, totidemq; stirpis virilis Quorum Macateus natu minimus ex amore stuprũ intulit vni, quę partum concepit. Vnde detecta, cum pater ei gladium misisset, damnauit seipsam sceleris, ac sibimetipsa mortem intulit. Idem fecit Macareus: vt Sostratus scribit libro secundo de rebus Tuscorum.

PAPIRIVS * Tolucet, qui in matrimonio Iuliam Pulchram habebat, sustulit ex ea filias sex & totidem filios. Horum ætate maximus Papirius Romanus sororem Canuliam, cuius amore flagrabat, grauidam fecit. Id vbi resciuit pater, ensem filiæ misit, quæ semetipsam morte affecit. 20 Quem imitatus est Romanus. Ita Sostratus libro secundo rerum Italicarum.

* Alii, Volucer.

ARISTO Aristonymus Ephesius Demonstrati filius, qui à mulieribus amore abhorrebat, asinam iniit. Ea suo tempore puellam edidit forma eximia Onoschelin nomine. Author Aristoteles libro secundo paradoxorum.

FVLVIVS Stellus à mulieribus auersus iunxit se equæ: quæ stato tempore puellam decoram genuit, quam appellauit Hipponam. Ea est dea, in cuius tutela sunt equi: quod Agesilaus refert libro tertio rerum Italicarum.

SARDIANI cum Smyrnæis bellantes iuxta eorum mœnia castra posuere significaueruntque eis per legatos non ante recepturos se, quam concubitum vxorũ suarum ipsis permisissent. Cũ autem vrgente necessitate probrum accepturi essent Smyrnæi: ancilla quædam venusta accur-30 rens domino suo demonstrauit Philarcho consultum esse, vt ancillas excultas ingenuarum loco mitterent quod consilium secuti sunt. Illi ab ancillis fatigati in hostium potestatem venere. Vnde hac quoq; ætate solenne apud Smyrnæos agitur, quod Liberalia dicitur, in quo ancillæ dominarum cultum gerunt: sicut tradit Dositheus libro tertio Lydiacarum.

ATEPOMARVS Gallorum rex bellum faciens Romanis non ante ostendit se abscessurum, quam concubandi cum coniugibus suis ipsis potestatem fecissent. Cum autem ancillarũ cõsilio ancillas misissent, fatiscentes continuo coitu barbari obdormiuerunt. Ibi Retana (Hæc enim consilii fuit author) subnixa caprifico murum scandit, ac rem consulibus exponit. Qui Gallos adorti eos fuderunt. Hinc ancillarum festum nominatur. Ita Aristides Milesius libro primo rerum Italicarum.

40 ATHENIENSIBVS inito cum Eumolpo bello cum angusta annona esset, Pyrander frumenti publici dispensator de modo detraxit restricte præbendo, quem populus vt proditorem suspectum saxis obruere. Author Callisthenes libro tertio historiæ Thraciæ.

ROMANIS bello Gallico annonæ difficultate laborantibus, Cinna congiarium publicum subtraxit. Quem populus vt regni affectantem lapidibus cooperuit. Author Aristides libro tertio de rebus Italicis.

BELLO Peloponnesiaco Pisistratum Orchomenium, qui odium habebat nobilitatis, & vilem plebem complectebatur, destinauit senatus necare: ac discerptum in sinus suos coniecerũt terramq; rasetunt. Enimuero fex plebis suspicione capta concurrit in curiam. Ibi minor natu regis filius Tlesimachus coniurationis conscius ex concione plebem detraxit, spectasse fatus se 50 parentem subito impetu ad montem Pisæum rapi specie quam humana augustiore. Ita delusa plebs fuit. Sic Theophilus libro secundo de rebus Peloponnesiacis.

FINITIMORVM bellorum causa senatus Romanus congiarium publicum antiquauit. Quod ægre ferens Romulus id populo reddidit, multosq; principum mulctauit. Hi in senatu eũ trucidauerunt, concisumq; in sinus suos coniecerunt. Populus verò cum ardentibus titionibus in curiam concurrit. Ibi Ætius Proculus vir clarus Romulum retulit in monte se conspexisse omni humano modo ampliorem, ac deum factum. Cui attribuens populus fidem digressus est. Author Aristobulus libro tertio rerum Italicarum.

PELOPS Tantali & Euryanassæ ex coniuge Hippodamia Atrea & Thyestem tulit, atque ex Danaide nympha Chrysippum: quem supra legitimos liberos charũ habuit. Hunc Thebanus

Laius amore pueri flagrans rapuit, correptusq; à Thyeste & Atreo amoris gratia miserabilis Pelopi fuit. Cæterum Hippodamia institit apud Atrea & Thyestem, vt eum de medio tollerēt insidiaturum sciens regno. Quibus abnuentibus ipsa sceleri manus commodauit. Siquidem concubia nocte stricto sopiti Laii ense sauciauit Chrysippum, gladiumq; ei infixit. Suspectus cum esset ex gladio Laius, à seminece seruatur Chrysippo, qui verū fassus est. Ille hoc humato Hippodamiam exterminauit: quod prodidit Dositheus in commentario de Pelopidis.

HEBIVS Tolux ex coniuge Nucetia filios genuit duos, atq; ex miræ formæ liberta Firmum, quem præ legitimis dilexit. At Nucetia priuigno infesta ad illum de medio tollendum concitauit. His pie id detrectantibus cędem ipsa patrauit, ac nocte spiculatoris districto gladio lethale vulnus sopito inflixit, reliquitq; in vulnere gladium. Adducto in suspicionem spiculatore, puer id, quod erat, exponit. Quare Hebius hoc funerato in exilium expulit vxorem. Author Dositheus libro tertio de rebus Italicis.

THESEVS reuera Neptuni filius, cum haberet ex Amazone Hippolyta Hippolytum, induxit ei nouercam Minois filiam Phædram. Quæ præuigni deperiens amore nutricem suā ad eū ablegauit. Ille profugiens Athenis Trœzenem cōtulit se, vbi venando tempus terebat. Destituta lasciua voto epistolas aduersus castum adolescentem fallaces scripsit, ac laqueo gulam sibi fregit. Literis Theseus fidem habens, ex tribus votis, quæ à Neptuno habebat, interitum precatus est Hippolyti. Neptunus in littore curru vehenti taurum immisit, atque equos exterruit: qui Hippolytum eliserunt.

COMMINIVS Super Laurentinus, qui filium ex nympha Ægeria Comminium genetauerat, nouercā ei Gidicam super induxit: quæ amore priuigni capta, cum libidinem explere non [illegible] ret, laqueo vitam finiuit epistolis relictis commentitiis. Comminius perlectis criminibus amorique vxoris fidens Neptunum aduocauit: qui puero curru vehenti taurum ostendit: ac raptantes equi adolescentem confecere. Id apud Dositheum est libro tertio rerum Italicarum.

PESTILENTIA Lacedæmone vulgata responsum dedit Apollo finem fore mali, si generosam virginem de more immolassent. Sorte aliquando ductam Helenam, vbi ornatam produxerunt, aquila demittens se rapuit ensem atque in armenta portans super buculam eum posuit. Qua de causa abstinuerunt à virginibus mactandis: vt tradidit Aristodemus in tertio fabularum compendio.

POPVLANTE Falerios pestilentia, cum magna strages facta esset mortalium: oraculum editum est remissum iri luem, si virginem Iunoni quotannis immolarent. Cum superstitio hæc perpetuo teneret, sorte vocata Valeria Luperca ensem strinxit: quem dimissa aquila abstulit, carbonibusq; virgam minutam cum malleo imposuit. Ensem in buculam quandam apud fanum pascentem proiecit. Quam rem cum animaduertisset virgo, boue immolata, malleoque ablato singulas domos perlustrauit, laborantesque leniter percutiendo excitauit, vale vnicuiq; dicens. Inde hac quoque memoria id mysterium agitur. Authot Aristides libro nonodecimo de rebus Italicis.

PHILONOMEN Nyctimi & Arcadiæ filiam, dum venatur cum Diana, Mars vestitu pastorali prægnantem fecit. Quæ vt gemellos enixa est, timens patris in Erymanthum infantes proiecit. Hi deorum ope circumuecti ad cauam quercum appulere. Lustra sua ibi habebat recens enixa lupa, quę catulos proprios in profluentem proiecit, infantibusq; mammam præbuit. Cuius rei cum pastor spectator Tyliphus fuisset: accepit pueros, ac quasi suos eduxit: quorum hūc Lycastum, alterum dixit Parrhasium, qui post in regnum Arcadiæ successerunt. Id apud Zopyrum Parrhasium libro tertio historiarum reperitur.

AMVLIVS odio imbutus fratris Numitoris filium eius Ænitum inter venandum peremit, Filiam Rheam Syluiam Iunonis sacerdotē creauit. Hæc ex Marte concepit peperitq; gemellos ac rem ipsam tyranno aperuit. Qui trepidans ambos flumine mersit abiecitq; ad ripā Tybetis. Infantes applicuerunt ad locū, vbi cubilia erant fœtæ lupæ. Ea proiectis catulis suis hos nutriuit. Quod pastor conspicatus Faustulus pueros educauit, quorum alterum Remum, Romulum alterum dixit: qui conditores vrbis Romæ fuerunt. Ita Aristides Milesius in historia Italica.

CAPTO Ilio Agamemnon cum Cassandra est sublatus. Orestes autem apud Strophium eductus expetiuit à percussoribus patris pœnas. Vt est apud Pyrandrum libro quarto rerum Peloponnesiacarum.

FABIVS Fabricianus magni Fabii gentilis capto Tuscio, quod Samnii erat caput, Venerem Victricem, quæ apud eos colebatur, Romam misit. Huius Fabia vxor ab iuuene quodam formæ eximiæ Petronio Valentino nomine stuprata, virum suum per insidias interemit. Fabia fratrem etiamnum infantem Fabricianum periculis expediuit, misitq; furtim educandum. Qui postquam adoleuit, & matrem & eius adulterum occidit: eumque senatus noxa soluit. Proditum hoc est à Dositheo libro tertio de rebus Italicis.

BVSIRIS

BVSIRIS ex Neptuno & Anippa Nili filia natus viatores insidiosa hospitalitate immolabat, à quo interfectorum vltio piacula exegit. Siquidem adortus eum est Hercules & claua trucidauit: vt est apud Agathonem Samium.

HERCVLES Geryonis boues per Italiam agens hospitio à rege exceptus est Fauno: qui Mercurii fuit filius, hospitesq; genitori immolabat. Is ab Hercule, quem adoriebatur, interemptus est. Author Dercyllus libro tertio de rebus Italicis.

PHALARIS Acragantinorum truculentus tyrannus commeantes eo hospites tormentis lacerabat. Huic Petillus statuarius vaccam æream formauit, vt hospites in ea spirantes cremaret. Phalaris hac tantum in re iustum se præbens illum in vaccam coniecit. Videbatur autem 10 reddere bucula mugitum. Hoc proditum est libro secundo causarum.

OPPIDVM est Siciliæ Ægesta, vbi tyrannus fuit atrox Æmilius Censorinus. Hic nouorum quæstionis generum artifices muneribus prosequebatur. Quidam autem Aruntius Paterculus æreum equum molitus eum huic tyranno dono dedit, quo in eũ impingeret excruciandos. Ille tunc demum ad æquitatem conuertens se, artificem in eum ante alios ingessit: vt quam aliis commentus fuerat quæstionem, eam ipse experiretur primus. Hinc eũ ex monte Tarpeio præcipitem dedit. Ab illo apparet eos, qui in regno sæui extiterunt, esse Æmilios nuncupatos. Author Aristides libro quarto de rebus Italicis.

EVENVS Marte & Sterope genitus ex coniuge Alcippe Oenomai filia natam tulit Marpissam, quam virginem asseruabat. Qua Aphareus, postquam vidit eam, rapta ex regione profu-20 git. Hunc insectatus pater, vbi non comprehendit hominem, in amnem se Lycormam proiecit, à secutusq; est immortalitatem: vt apud Dositheum est libro primo de rebus Italicis.

TVSCORVM rex Annius, cui filia erat formosa * Salia nomine, seruabat eam virginem. Hãc Cathetus nobili genere natus, cum contemplatus esset ludentem, cœpit eius amore deperiri. Qui libidini impar raptam virginem Romam deportauit. Eum consectatus pater nec adeptus insiliit in fluuium Pareusium, qui mutato nomine est Anien dictus. Ex complexu Saliæ genuit Carhetus Latinum & Salium: ad quos clarissimi genus retulerunt. Id authores sunt Aristides Milesius & Alexander Polyhistor libro tertio de rebus Italicis.

*Alii, Stilia.

HEGESISTRATVS ciuis Ephesius cæde patrata tribulis sui Delphos confugit, consuluitque Apollinem, vbi sedes poneret. Cui responsum Apollo dedit, vbicunq; saltantes rusticos & 30 frondibus oleaginis coronatos vidisset. Postquam in regionem quandam Asiæ delatus est, contemplatus foliis oleaginis rusticos coronatos & tripudiantes, oppidum ibi condidit, vocauitq; Elæontem. Ita Pythocles Samius libro tertio Georgicorum.

THELEGONVS Vlyssis & Circes filius ad peruestigandum ablegatus patrem responsum accepit: ibi vt vrbem excitaret, vbi coronis redimitos & saltantes spectasset agrestes. Vt deuenit ad otam quandam Italiæ, rusticosque conspexit iliceis coronatos frondibus & saltatui indulgentes, vrbem ibi condidit, quam ex casu Prinistum appellauit, eamque Romani corrupto nomine Præneste dixerunt: vt scribit libro tertio de rebus Italicis Aristocles.

Decem oratorum vitæ.

40

ANTIPHON. I.

ANTIPHON patrem habuit Sophilum, populo Ramnusius fuit. Hic cum patris fuisset auditor (Nam fuit ille sophistes, cuius ludum etiam Alcibiadem aiunt puerum adhuc frequentasse) facultateque dicendi natiua præditus, vt nonnulli authores sunt, contulit se ad remp. ludumque aperuit, atque ab Socrate philosopho in disputationibus dissentiebat non contentiose, sed veritatis inquirendæ gratia: vt in dictis memorabilibus relatum est à Xenophonte. Scripsit etiam orationes quasdam ciuibus, qui id ab eo contenderunt, ad certamina forensia: primus, qui ei rei se dedit, vt nonnulli sunt authores. Ex 50 iis certe: hunc qui antecesserunt, nullius extat iudicialis oratio: sed nec ex coæuis ei, quod haud dum cõscribere orationes esset moris: non Themistoclis, non Aristidis, non Periclis: quamuis materiam & necessitatem eis tempora multis modis subministrarent. Neq; enim inertia à scribendo abstinuerunt, vt liquet ex iis, quæ de vnoquoq; supradictorum virorum ab historicis sunt relata. At quos habemus, si ex summa antiquitate reperamus, commemorare, qui genus hoc tractauerint orationum: hos suppares Antiphonti iam seni reperias fuisse, ceu Alcibiadẽ, Critiam, Lysiam, Archinoum. Princeps artificium hic rhetoricũ ingenio acuto præditus vulgauit. Vnde est Nestor dictus. Cecilius in commentario, quem de eo scripsit, alumnũ fuisse Thucydidis historiographi coniicit ex eo, quod Antiphon apud eũ celebretur. Est in orationibus accuratus, impellẽs animorũ, inuentione actis, atq; in causis perplexis callidus, adoritur ex occulto,

ad leges & affectus contorquet orationes, & decori inprimis ratione habet. Vixit bello Persico & Gorgiæ sophistæ fuit æqualis, ætate tamen eo inferior: peruenitq; ad illud tẽporis, quo reip: popularis status est à quadringentis tyrannis dissolutus: ad quod moliendum hunc apparet adiutorem fuisse: qui modo duas triremes armauit, modo exercitũ duxit, multis prœliis victoriam retulit, socios illis multos conciliauit, iuuentutem in arma coegit, triremes compleuit LX, legatus, quando muniebatur Etionia, ad Lacedæmonios fuit. Oppressis quadringentis tyrannis postulatus cum Archeptolemo vno ex quadringentis & damnatus est, supplicium q; de eo vt proditore sumptum, atq; inhumatus est proiectus, & cum stirpe sua infamia notatus. Aliĩ à triginta tyrannis scribunt necatũ: inter quos Lysias est in oratione pro Antiphontis filia. Nata enim erat ei filiola, cũ qua de hæreditate Calleschrus ambigebat. Sublatum à triginta viris etiã Theopompus in quintadecima Philippica scribit. At hic placidior fuit & patrem habuit Lysionidã cuius Cratinus quoq; vt non improbi meminit in Pityne. Quomodo enim, qui ante defunctus erat & interfectus à quadringẽtis tyrannis, iterũ sub triginta fuisset. Iam alia quoq; est de eius facto fama, legatum Syracusas nauigasse, quo tempore Dionisii maioris dominatio virebat. Cum autem incidisset quæstio, quod optimũ æs foret, inter multorũ dissensiones esse illud eũ ostendisse optimum, ex quo Harmodii & Aristogitonis statuæ factæ essent. Quo audito suspicantem Dionysium id dictum cohortationem esse ad conspirandum in se, præcepisse, vt hic de medio tolleretur. Alii, quod tragœdias suas carpsisset, inflammatum. Huius oratoris versantur in manibus orationes LX. in quibus adulterinas esse refert Cecilius quinq; & viginti. Traducitur in Platonis comœdia eius & Pysandri auaritia. Aiunt eum tragœdias seorsum & cum Dionysio tyranno composuisse. Dum poësi etiamnũ incumbebat, mœroris tollendi artem contexuit, quomodo præstatur à medicis curatio ægris. Corinthi ædificium iuxta forũ extruxit: cui inscripsit, posse mœstis se oratione opitulari: requisitisq; causis ægros animi consolabatur. Sed quia eam artem se existimabat indignam, transiit ad artem dicendi. Sũt qui Glauci Rhegini de poëtis libellum ad Antiphontem authorem referant. In prima gloria est oratio eius de Herodoto, & aduersus Erasistratum de speciebus, & ea, quã pro se perduellionis reo scripsit: illaq; aduersus Demosthenem ducem de rogatione contra leges lata. Scripsit & contra Harpocratem medicũ orationẽ, damnauitq; eum indicta causa ex plebiscito, quod Theopompo archonte factum est, sub quo quadringenti illi conciderunt. Legem, qua Antiphontem putauerunt damnatũ, asscripsit Cecilius. Visum est senatui vigesima prima die prytaniæ. Demonicus Alopecensis scriba erat. Philostratus Pellonensis Ephestratii ait. De viris, quos deferunt prætores legatos profectos in perniciem rei p. Atheniensis Lacedæmonem fuisse, ex castrisque in naui hostili nauigasse, ac pedibus per Diceliam iter fecisse, vt Archeprolemus, Onomacles, & Antiphon prehendantor, atq; in carcerem cõdantor, quo supplicia præbeant. Prætores eos exhibento: decemq; ex curia quos prætorib. visum, sibi allegãto: vt de his, vbi præsentes fuerint, cognoscatur. Eos Thesmothetæ cogento postero die, ac iudicium constituento: postquã in iudiciũ vocati erunt, perduellionis postulanto eos causidici antedicti & prætores, & si cui alii præterea visum sit. Qui à consilio damnatus fuerit, in eum ex lege, quæ de perduellionibus lata est, consulator. Hoc subscriptũ decreto fuit: Perduellionis damnatio. Peracti rei fũt Archeptolemus Hippodami Agrylethensis præsens. Antiphon Sophili Ramnusius præsens. His est lis æstimata, vt vndecim viris dedantur, & pecunia eorum in publicum redigatur, Mineruæ decima pars sacra sit, tecta eorum dissipentur, areæ terminentur, eisque inscribatur: Archeptolemi & Antiphontis perduellionũ: Demarcho domus de publico ædificetur: nec liceat Archeptolemum & Antiphontem Athenis humare, neq; in finibus, qui iuris sint Atheniensis: infames sint Archeptolemus & Antiphon eorumq; progenies tam notha quam iusta: Si quis quem ex Archeptolemi & Antiphontis familia adoptauerit, infamis sit, qui adoptauerit. Hæc in pila ærea incidantur: & vbi rogationes de Phrynicho, ibi & quæ de his sunt lata, locantur.

ANDOCIDES. II.

ANDOCIDES patre fuit Leogota, qui pacem quondam inter Athenienses & Lacedæmonios pepigerat, populo Cydathenæus vel Thurensis, nobili genere nãtus: vt autem Hellanicus tradit, ex Mercurii stirpe. Ad eum enim vsq; caduceatorũ gens pertinet. Hinc cũ Glauco aliquando designatus fuit ad ferendũ viginti nauiũ classe Corcyræis, quibus bellum erat cum Corinthiis, suppetias. Post insimulatus impietatis, quasi ipse quoq; signa mutilasset, & sacra Cereris prophanasset, ex eo quod priore vita fuisset proteruus ac comessabundus nocte vnũ ex Cereris signis fregisset: ac delatus, cum seruum nollet ad quæstionem postulantibus accusatoribus dedere, infamis fuisset, ac de crimine secũdo, de quo iterum est postulatus, esset suspectus. Id factum est non multo post quam missa in Siciliam classis fuit. Nam submissi Athenas à Corinthiis Leontini quidam & Segestani: quibus priuatim Athenienses auxilia mittere decreuerant nocte

signa,

ſigna quæ in foro erant, vt tradit Cratippus, truncauerunt. Ibi inter cæteros nomen eius delatũ eſt, & q; etiam ſacra Ceteris prophanaſſet. Ideo vocatus in iudicium, euaſit hac lege, vt huius culpę affines detegeret. Qui eam in rem omni ſtudio incumbens ſacrorum violatores eruit: iri quibus parentem quoq; ſuu.n denunciauit, conuictosq; alios omnes rei capitalis damnauit: patrem tamen quamuis iam vinctum eripuit, multum eũ oſtendens reip. commodaturum. Nec feſellit eos. Complures enim pecuniam publicam auertiſſe aliaſq; fraudes admiſiſſe coarguit; qua de cauſa noxæ exemptus fuit. Cum autem ob remp. bene geſtam in magna gloria eſſet Andocides, affectauit naucleriam, fuitq; ei cum Cypriorum regibus multiſq; aliis claris viris hoſpitium. Quo tempore puellam ciuem Ariſtidis filiam conſobrinam ſuam inſciis propinquis 10 euexit ac regi Cypriorum dono miſit. Hac de re cum periculum ei crearetur, rurſus eam furtim ex Cypro abduxit, captuſq; à rege & in carcerem datus eſt. Ex quo cum profugiſſet, venit Athenas, quo tempore quadringenti tyranni rerum potiebantur: à quibus in vincula datus, denuoq; poſt elapſus conuulſa paucorum ditione, poſtquam ſumma rerum peruenit ad triginta tyrannos, in exilium iuit. Conſedit tempore exilii Elide, regreſſaq; Athenas ab exilio Thraſybuli factione rediit ipſe quoq; in patriam, ac Lacedæmonem pacificatum ex noxæ ſuſpicione exilio ſolum vertit. Hæc omnia tractat in orationib. quas ſcripſit. Quibuſdam enim purgat ſe de Cereris ſacris, quibuſdam tantum deprecatur. Salua eſt de ſua delatione oratio, item defenſio aduerſus Phæacem, & de pace. Floruit Socratis philoſophi tempore, dies eius natalis incidit in LXXVIII. Olympiadem: quo tempore Archon fuit Athenis Theogenides. Ita inferior hoc Ly-20 ſias fuit circiter centum annis. Ab hoc nomen trahit ſignum quod Andocidis dicitur, à tribu poſitum Ageide. Cognominatum Andocidis eſt, quod iuxta eius domum eſſet locatum. Præbuit etiam ſumptum tribui ſuæ choro cyclio, qui dithyrambo certabat: victorq; in ſublimi menſam poſuit è regione Porini Selini. Ieiunus eſt & incomptus in orationibus faciliſq;, & figuris caret.

LYSIAS. III.

Lysiæ pater Cephalus fuit Lyſaniæ filius, qui patre ortus fuerat Cephalo Syracuſis oriundo. Hic Athenas vrbis deſiderio & Periclis Xantippi filii, qui huic amico & hoſpiti homini in primis pecunioſo id author fuit, cõmigrauit: vel, vt ſunt alii authores, patria exacto: cum dominationem Syracuſis Gelo obtineret. Natus Athenis Philocle archonte, qui Phraſicli ſucceſſit 30 octogeſimæ ſecundæ Olympiadis anno altero, primum in contubernio inſtitutus fuit clariſſimorum Athenienſium. Cum autem coloniam deducerent Athenienſes Sybarim, qui poſt mutato nomine appellati ſunt Thurii, eo ſe cum fratre maximo cõtulit Polemarcho (Nam fratres erãt ei præterea duo Eulitus & Brachillus) patre iam defuncto tanquam ſortem habiturus; annos iam natus quindecim Archonte Praxitele: ibiq; hæſit atq; erudiebatur apud Tiſiam & Niciam Syracuſanos, paratiſq; ædibus in ſenatum cooptatus remp. rexit vſq; ad Clearchum Athenienſem archontem annos LXIII. Cuius ſucceſſore Callia archonte Olympiade nonageſima ſecunda, cum ex eo, quod icti calamitatibus in Sicilia Athenienſes eſſent, exurgerent cum alii ſocii, tum præcipue qui Italiam incolebãt, quod cum Athenienſibus facere diceretur, in exiliũ cum aliis tribus eſt pulſus. Ita reuerſus Athenas ſub Callia, qui à Clearcho fuit archon, tenenti-40 bus iam temp. quadringentis egit illic. At pugna nauali ad Ægos fluuium commiſſa, cum iam remp obtinerent triginta tyranni annos ſeptem profugus fuit, exutuſq; re familiari & fratre orbatus Polemarcho. Ipſe domo, qua ad necem aſſeruabatur, bifori excidens vixit Megaræ. Molientibus iam patriam recipere illis qui Phylæ coierant, vtiliſſimus omnium numerabatur, præbuitq; drachmarum duo millia & clypeos ducentos, miſſuſq cum Hermane milites auxiliares conduxit trecentos duos atq; hoſpitem ſuum induxit Elium Thraſylæum, vt talentum donaret. Ob hæc merita cum promulgante Thraſybulo eſſet ei ciuitas data per interregnum, quod ante Euclidem fuit, populi ſcito eſt ei donum hoc firmatum Quam rogationẽ quaſi cum legib. pugnantem, quod ſine curiæ authoritate fuiſſet lata, impugnauit Archiuus. Ita inductũ eſt po-50 puli decretum, atq; iure ciuitatis hic deiectus reliquum tempus æquo cum ciuibus iure Athenis egit, fatoq; functus eſt annos natus tres & octoginta, aut vt nonnulli volunt, ſex & ſeptuaginta, aut vt alii octoginta maior, cum adoleſcentem vidiſſet Demoſthenem. Natum ferunt archonte Philocle. Vulgatæ ſunt orationes eius quadringentæ viginti quinque ex quibus germanas eius eſſe referunt Dionyſius & Cecilius ducentas triginta: nec niſi in duabus offendiſſe dicitur. Extat etiam eius illa, quam pro illo plebiſcito Archiuus habuit: quæ eius in repub actiones cõtinet: extat etiam alia in triginta tyrannos, fuit facundiſſimus ac ſuccinctiſſimus, vulgauitque populo & plebi orationes ſuas: Scripſit etiam de arte rhetorica conciones, epiſtolas, laudationes, orationes funebres & amatorias: Socratis defenſionem, quam in iudices dixit. Videtur eſſe, ſi dictionem eius reſpicias, facilis: cum eum tamen non quiuis facile imitetur. Demoſthenes

in oratione contra Neæram amasse narrat eum Metaniram, quæ iisdem in ædibus cum Neæra seruierat. Post vxorem duxit fratris filiam Branchyli. Meminit eius vt eloquentissimi etiam Plato in Phædro & Isocrates ætate prouectioris. Composuit in eum epigramma Philiscus Isocratis familiatis & Lysiæ amicus. Vnde liquet ætate eum antecessisse, quod etiam ex Platonis dictis demonstratur, quæ sic habent: Calippes tu filia Polyegote, ecquid sapias, & an qua re excellas, solicitudine demonstrabis? Tu enim, qui in figuram conuersus es aliam, aliisq; in mundis vitæ corpus aliud induisti, debes virtutis præconem parere aliquem Lysidaimnon, vindicantem mortuos ac sapientia immortalem, qui amicum se esse animi mei cunctis & mortalibus omnibus defuncti virturem ostendat. Composuit quoq; orationes Iphicrati vnam aduersus Harmodium: alteram, qua perduellionis Timotheum accersit, atq; vtranq; causam tenuit. 10 Professus enim cum Iphicrates fuisset, quicquid gessisset Timotheus, se gestum authore, ratione reddita actorum perduellionis crimen reparãs defendit se Lysiæ oratione: atq; fuit ipse quidem absolutus, sed Timotheo magna multa pecuniaria dicta. Recitauit etiam in conuentu solenni Olympiaco prolixissimam orationem, Græcos incitans, vt inter se conciliati Dionysium euerterent.

ISOCRATES. IV.

ISOCRATES Theodori filius fuit pontificis ex mediis ciuibus, qui seruos tibiarum opifices habebat: Vnde ita rem auxit, vt subministrare choro & filiis erudiendis sumptus posset. Fuerunt ei insuper alii Telesippus & Diomnestus. Habuit & filiolam. Hinc tibiarum causa traduxerunt eum in comœdiis Aristophanes & Stratis. Fuit octogesima sexta Olympiade Lysimacho Myr- 20 rhinusio archonte annis viginti duobus natus, Platone septem maior. Puer nihilo secius quam quisquam Atheniensium institutus est. Audiuit Prodicum Chium, Gorgiam Leontinum, Syracusium Tisiam, Theramenem oratorem. Qui cum corriperetur à triginta tyrannis, confugissetq; ad Vestam Bulæam, omnibus consternatis solus obtulit se ad ei opem ferendam: atq; initio *silentium perdiu tenuit. Post ab eo postulauit ille, vt temperaret, acerbius sibi ostendens fore si quis amicorum in ipsius calamitatis societatem veniret: atq; in technis quibusdam struendis fuisse illum huius adiutorem ferunt, cum in iudiciis exagitaretur, quę inscriptæ Botani sunt. Vt adoleuit, ne ad remp. accederet, in causa fuit linguæ hæsitãtia, animi timiditas, & quod patrimonii bello Peloponnesiaco naufragium fecisset, aduocatum autem præstitisse se aliis apparet. Vnam tantum causam orauit illam de antidosi. Habuit autem cœtus atq; ad philosophiæ studium 30 & ad scribendum, vbi id animaduertit, contulit se. Orationem Panegyricam & nonnullas in genere deliberatiuo conscripsit, quas partim ipse recitauit, partim aliis parauit, ea ratione ratus Græcos se ad recta studia capiẽda excitaturum. Quod institutum cum eum falleret, temperauit ab orationib. scribendis ac ludum aperuit primum, vt nonnulli autumant, Chii: vbi auditores nonem habuit. Quo tempore cum numerari vidit mercedem, in lachrymas effusus: Nũc nimirum hoc me precio venũdatũ agnosco. Vacauit quibuslibet, distinxitq; princeps actiones iudiciciales à publicis, in quib. elaborauit. Magistratus etiam Chii ordinauit, eandemq;, quæ in patria sua erat, reip. rationem: tantumq;, quãtum nemo sophista alius pecuniæ quæsiuit, vt instructam suis impensis præberet triremem. Auditores habuit ad centũ, inter multos alios Timotheum Cononis. Quem ad multas vrbes proficiscentem comitans epistolas, quas ille Atheniẽ- 40 sib. mittebat, cõposuit. Quapropter donauit Timotheus ei talentum de ea pecunia, quæ ex Samo parata erat. Dedit Theopompus Chius quoq; ei operam, Ephorus Cumanus, Asclepiades scriptor tragicus, & Theodectes Phaselites, qui post tragœdias scripsit: Cuius est monimẽtum ad Cyamitim pergentib. sacra via, quæ tendit Eleusina: quod hoc tempore dirutum est: vbi statuas cum sua posuit illustrium poëtarum, ex quibus Homeri poëtæ integra vna est. Leodamus Atheniensis, Lacritus legislator Atheniensis, item, vt quidam memorant, Hyperides & Isæus: ac Demosthenes studiose audiuerunt, vti fama est docentem adhuc rhetorica, ac mille drachmarum, quod vnum precium exigebat, hunc non posse dixisse se ferunt pendere seddu centas, quo quintam artis partem disceret, daturum: Respondisse illũ, Non concidimus Demosthene cõmendationem nostram frustulatim, verum vt insignes pisces totos vendimus: ita ego tibi, si lubebit à me accipere disciplinam, integram artem distraham. Decessit archonte Charontide, cũ 50 acceptæ ad Chæroneam cladis nuncium in Hippocratis palæstra audiuisset. Mortem sibi quatriduana inedia conciuit, præfatus tria Euripidis tragœdiarum exordia:

Natas Danaus qui quinquaginta protulit.

Pisan Pelops magnus petens Tantalius.

Sidoniam Cadmus quondam vrbem deserens.

Vixit annos nonaginta, vel, vt alii, centum, non sustinens quater videre subiugatam Græciam. Anno vno, vel vt nonnulli perhibent, quatuor ante mortem scripsit orationẽ Panathenaicam, Panegyricam decem annis, alii volunt quindecim, quam eum ex Gorgia Leontino & Lysia fuisse

*Alii, magistratibus.

isse mutuatum. Orationem de antidosi duos & octoginta natus, orationes cotra Philippū breui ante obirū. Fuit ei filius iam seni Aphareus ex Platone Hippiæ oratoris filia adoptiuus. Ex filiis tribus quos eius vxor edidit, minimus natu satis locuples fuit: quod ipse non solum mercedem exigeret à discipulis, verumetiam à Cypriorū rege Nicocle Euagoræ filio viginti talenta pro oratione ad eum scriptā accepisset. Ob id inuidia flagrans ter nominatus est trierarchus, ac bis valetudinem causatus per filium excusauit se, tertio surgens magnas impensas tulit. Patri, qui dixit nullum se præterquam mancipium filio suo adiunxisse: facesse igitur, inquit, Duo n. habebis pro vno mancipio. Certamen etiam obiit, quod in Mausoli honorem commisit Artemisia, scripta tamen ab eo laudatio desideratur. Composuit & Helenæ laudationem & Areopagiticam.
10 Excessisse vita eum alii nono die ferunt voluntaria inedia, alii quarto: quo die funerabantur illi qui ad Chæroneam ceciderant. Scriptitauit & filius eius Aphareus orationes. Humatus est cū propinquis suis iuxta gymnasium Cynosarges in colle: Ad sinistrā filius, pater eius Theodorus, mater, huius soror matertera eius Anaco, filius adoptiuus Aphareus, cōsobrinus eius Socrates, matris Isocratis sororis Anaeus filius, frater patri cognominis Theodotus, nepotes filii eius adoptiui Apharei, huiusq; pater Theodorus, vxor Plathane adoptiui mater Apharei. Impositæ his mensæ fuerunt sex, quæ perierunt. Super ipsius Isocratis monimentum positus fuit triginta cubitorum aries, cui insidebat Siren cubitorum septem ænigmatice, qui nunc non extat. Iuxta erat mensa eius: cui impositæ fuerunt poetæ & præceptores eius: inter quos Gorgias sphæram astrologicam aspectans ipseq; assistens Isocrates. Simulachrum eius etiam Eleusine est positum
20 æreum pro porticus vestibulo à Timotheo Cononis, habetq; hanc inscriptionem:

Vsus & hospitii causa posuit simulachrum
Cum diis Isocrates hoc tibi Timotheus,
Leocharis quidem opus.

Versantur in manibus orationes eius LX. quarum sunt germanæ authore Dionysio viginti quinque, Cecilio XXVIII aliæ falso ei asscribuntur. Alienus fuit ab artis suæ ostentatione: vt, cū tres aliquando ad eum audiendum adessent, duos retinuerit, tertium dimiserit, dixeritque, rediret postridie, in præsentia spectaculum sibi in vestigio domus esse. Solitus erat discipulis suis dicere, minis se decem docere: qui ipsum docuisset animosum esse & vocalem, ei se decem millia daturum. Roganti, Quid, qui ipse ineptus esset ad dicendum, alios aptos faceret: Quia, inquit,
30 nec cotes incidere valent, quæ tamen ferrum ad incidendum reddunt aptum. Sunt qui artem rhetoricam eum aiunt conscripsisse, alii non via & ratione, sed vsu valuisse. A ciue mercedem nunquam exegit. Præcipiebat asseclis suis, qui ad ad conciones accederent, vt quæ dicta forent ad ipsum referrent. Non mediocriter tulit Socratis mortem, ac postero die pullatus in publicū progressus est. Alii requirenti ex ipso, Quid ars oratoria polleret, respondit parua magna & magna reddere parua. Epulans aliquando apud Nicocreontem Cypri tyrannum exhortantibus eum conuiuis, vt dissereret: Quibus ego, inquit, valeo, ea non sunt huius temporis: Quæ huius sunt temporis, his ego non valeo. Sophoclem tragicum contemplatus affectantem amatorie puerum: Non modo manus, inquit, Sophocle, verumetiam oculi sunt continendi. Cum Cumanus Ephorus ex eius ludo sine vllo fructu discessisset, eodemq; à patre Demophilo remissus esset
40 depensurus alteram mercedem, ludens diphron eum appellauit. Magnam curam tamen in eo posuit excolendo: & quemadmodum arte commode vteretur, ipse ei præcepta dedit. Fuit autem in Venerem effusus: vt eum ceruical croco madentem haberet, etiam substramine in cubili expanso vteretur: in ætate nuptiis abstineret, grandæuus consuetudine vteretur meretricis, quæ Lagisce dicta fuit ex qua sustulit filiam. Hæc annos nata duodecim, ante quam nuberet, decessit. Hinc Platanem Hippiæ oratoris sibi nuptiis iunxit, cui filii erant tres: ex quibus Aphareus, vt supra demonstrauimus, adoptauit. Is statuam ei ex ære iuxta Iouem Olympium in columna posuit eum hac inscriptione:

Isocratis statuam hanc Aphareus patris ære locauit,
Virtutem vt coleret numinis atq. patrum.

50 Fama est puerum etiamnum conuscasse. Extat enim in arce statua eius ærea in Arrephororum sphæristra vt nonnulli voluerūt, pueri adhuc conuscantis. In duo per totam vitam vocatus fuit certamina. In prius, cum ad antidosim eum Megaclides prouocaret: cui iudicio ex causa sonrica non occurrit, sed filio misso Aphareo causam obtinuit. In secundum, cum de trierarchia ad antidosim à Lysimacho prouocaretur. Cęterum cum causa cecidisset, trierarchię munus subiit. Fuit præterea imago eius picta in Pompeio. Scriptitauit Aphareus orationes, paucas tamen iudiciali & deliberatiuo genere. Scripsit etiam tragœdias ad triginta septem: quarum sunt duæ controuersæ. Cœpit docere fabulas à Lysistrato ad Sosigenem vsq; atq; annis octo & viginti fabulas vrbanas dedit sex: ac bis vicit, cum fabulas sub Dionysii nomine dedisset. Dedit & sub aliorum nominibus alias duas Lenaicas. Matris ipsius Isocratis & Theodori illiusque sororis Nacus

ima-

imagines in arce fuerunt positæ. Ex quibus imago matris iuxta Mineruam nunc locata est mutata inscriptione: Nacus imago intercidit. Filios habuit ex Cece Alexandrum, Vsiclem ex Lysia.

ISÆVS. V.

ISÆVS genere fuit Chalcidensis. Hic cum Athenas se contulisset, in dictionum structura & rerum solertia operam Lysiæ dedit: vt nisi admodum peritus horum formæ sis, vtrius horum orationes sint, haud facile discernas. Floruit post bellum Peloponnesiacum, vt ex eius orationibus est coniicere, pertinuitq; ad Philippi regnum. Docuit Demosthenem ab ocio auocatum decem millium drachmarum mercede. Vnde vel maxime inclaruit. Hic etiam orationes aduersus tutores, vt quidem volunt, scripsit Demostheni. Reliquit orationes LXIV. quarum sunt verę eius quinquaginta. Reliquit insuper artificia sua. Primus etiam conformare cœpit & conuertere ad genus dicendi politicum mentem, quod potissimum Demosthenes adumbrauit. Meminit eius in Theseo Theopompus comicus. 10

ÆSCHINES. VI.

ÆSCHINES Atrometo natus patre, qui sub triginta tyrannis solum vertit, fuitq; inter eos, qui populum in vrbem reduxerunt, & matre Glaucothea, populo Cothocides neq; natalibus clarus neq; copiis fuit. Hic iuuenis & corpore firmus ad gymnasia operam & studium conuertit. Post, quod voce canora esset, in tragœdia se exercuit. Vt autem narrat Demosthenes, perpetuo scribam se & vilem histrionem Bacchanalibus sub Aristodemo præbuit, addiscẽs per ocium veteres tragœdias. Puer etiamnum literas cum patre docuit, ac postquam adoleuit, militis in bellis meruit. Audiuit, vt nonnulli memorant, Isocratem & Platonem: vt Cecilius, Leodamantem, sectamq; tenens non obscure in rep. Demostheni aduersam, legationes cum multas alias obiit, tum super pace ad Philippum: cuius causa postulatus à Demosthene est, quod excisa gens esset Phocensium, & quod fax belli fuisset, quo tempore Pylagoras creatus erat publico Græcorum concilio ad Amphissenses, munientibus portum Amphyctionibus: ex quo contigit, vt Amphyctiones ad Philippum tefugerent: hic autem adiutore Æschine summæ rerum immineret, ac Phocidem occuparet. Sed Eubuli filii Spinthari Proballusii hominis factiosi patrocinio à triginta iudicibus est absolutus. Sunt qui scripsisse quidem asserant hosce oratores illas orationes: cæterum interueniente clade Chæronensi nõ fuisse causam in iudicium delatã. Postea Philippo defuncto cum iam in Asiam Alexander transcendisset, arcessiuit Ctesiphontem, quod rogationem contra legum interdicta de Demosthenis honoribus promulgasset: ac cum minus quinto quoq; calculo tulisset, Rhodum iuit exulatum, quod mille drachmas mulctæ dependere nollet. Alii notatum insuper infamia dicunt, quod cedere recusaret vrbe, profectumq; Ephesum ad Alexandrum. Quo mortuo, fugiens exortum tumultum Rhodum illinc nauigauit, vbi scholam aperiens docuit, recitauitq; Rhodiis venditandæ eloquentiæ suæ causa orationem contra Ctesiphontem. Mirantibus cunctis eum hac oratione habita succubuisse: Haud miratemini, inquit, Rhodii, si huic respondentem Demosthenem audiuissetis. Vbi scholam quoq;, qui ludus Rhodiacus fuit appellatus, reliquit. Inde Samum nauigauit, degensq; in ea insula breui post extinctus est. Fuit voce canora, vt ex Demosthenis verbis & Democharis oratione patet. Orationes eius in manibus versantur quatuor, contra Timarchum, de legatione sordium insimulata, contra Ctesiphontem: quæ solæ iustæ & veræ sunt. Nam illa, quæ Deliaca inscribitur, non est Æschinis. Siquidem designatus fuit & optatus ad iudicium pro fani Deliaci iure defensor eius. Verumtamen non habuit eam orationem: quod in eius locum Hyperides vt ait Demosthenes, subrogatus esset. Habuit etiam fratres vt ipse meminit, Aphobum & Democharem. Denunciauit quoq; primus Atheniensibus alteram ad Tamynas victoriam: qua de causa corona est donatus. Sunt authores nullo vsum fuisse præceptore Æschinem: sed ex scriba in tribunalibus, vbi tunc versabatur, inclaruisse: Primum oppugnauisse ad populum Philippum: vnde cum celebris esset factus, creatum ad Arcadas legatum. Quos vt adiit, decem illa millia in arma coegisse aduersus Philippum. Iam litem Timarcho scortationis intendit. Cui ille cum occurrere dubitaret, seipsum suspendit, vt quodam loco Demosthenes ait. Delectus ad Philippum fuit contra Ctesiphontem & Demosthenem legatus de pace. in qua res ei quam Demosteni cessit felicius. Iterum cum decimus esset, ac sacramentis pacem firmasset, in iudicium tractus est, sed liberatus. 40 30 20 50

LYCVRGVS. VII.

LYCVRGVS patre genitus Lycophtone Lycurgi filio, quem triginta tyranni necauerunt, cuius necis author fuit Aristodemus Bathetensis, qui quæstura Græciæ functus tenenre remp. populo in exilium iuit: Populo Butades fuit, genere Eteobutadarum. Auditor Platonis initio phi-

philosophiæ operam dedit. Inde Isocratis oratoris assecla cum fuisset, remp. magna cum gloria dicendo & agendo tractauit; & vero etiam administrationi ærarii præfectus. Nam quæstor fuit tribus lustris quatuordecim millium talentûm, aut vt volunt aliqui, octodecim millium sexcẽtorũm quinquaginta. Qui autem hos honores ei decreuit Stratocles orator, primum ipse designatus, deinde cuiuspiam ex amicis nomen mutuatus ipse procurationem obiuit: quod ante legem rogasset, ne designatus quæstor vltra quinquennium in ea dispensatione esset, semperque instans assiduus publicis operibus æstate & hyeme, & apparatui bellico impositus multa in ciuitate correxit, triremes populo parauit quadringentas, gymnasium illud in Lyceo fecit quem locum arboribus conseuit, palæstram ædificauit, & theatro in Liberi patri struendo præfectus obiit. Cum fiduciaria apud eum ducenta quinquaginta talenta à priuatis essent deposita, eam pecuniam custodiuit, vasaq; ad pompas ciuitati aurea & argentea & victorias argenteas facienda locauit. Multa opera quæ acceperat inchoata, absoluit, naualia etiam & armamentaria. Stadio Panathenaico basim addidit: & cum hoc effecit, tum specum complanauit, Dinio quodam qui hoc prædium possidebat, quo Lycurgo in omnib. gratificaretur, id ciuitati permittente. Fuit etiam præfectus vrbi & comprehendendis facinorosis, quos in exilium omnes egit. Hinc dicebant sophistæ nonnulli, Lycurgum non atramentum, sed mortem illinere contra facinorosos calamo, & sic scribere. Quare cum eum Alexander depoposcisset, nõ dedidit populus. Quo tempore arma Philippus Atheniensibus iterum intulit, legatus cum Polyeucto & Demosthene in Peloponnesum, & ad nonnullas alias ciuitates est profectus. Fuit Atheniensib. perpetuo probatus, habitusq; iustus est, vt & in iudiciis Lycurgi dictum pro patrocinio esset ei, cui aduocatus esset. Iam rogauit leges, vt ludi comici pariter illis, qui chytri dicũtur, agerentur in theatro: & qui vicisset, q ante ius non erat, in ciuitatem asscriberetur, exoletos referens illos ludos. Aliam vt statuæ ex ære poëtis ponerentur, Æschylo, Sophocli, Euripidi, eorumq; tragœdiæ publicis mandatæ tabulis seruarentur, atq; altrinsecus hæc lex ciuitatis ex aduerso histrionibus recitaretur, neq; enim ius esse eas agere. Tertiam, ne cui liceret ciui Atheniensi vel Athenas incolenti hominem liberum ex bello captis in seruitutem, nisi ex prioris domini sententia mercari. Ad hæc vt ludi Neptunei in Piræo non minus tribus cycliis choris fierent, victorib. præmium esset non minus decem minis, iis, qui secundum locum obtinuissent, octo: qui tertium sex. Rheda ne mulier Eleusina proficisceretur, ne qua opulentioribus cederet. Si qua id admisisse conuicta esset, vt sex millia drachmarum mulctam solueret. Cui legi cum non paruisset vxor eius, & comperta ab delatoribus esset, dedit eis talentum. Hoc ei cum post exprobraretur ad populum: At certe, inquit, ego dare nõ accipere deprehensus sum. Cum publicanus aliquãdo manus Xenocrati philosopho iniecisset, eumq; ad metœcium, quod carceris locus Athenis est, duceret, occurrẽs baculum capiti eius impegit, ac Xenocratem liberauit, illum, quod inhoneste egisset, in carcerem coniecit. Quo ex facto quia celebrabatur, breui post cum incidisset in Lycurgi filios Xenocrates: Cito patri vestro inquit, retuli filii gratiam. Cõmendatur n. quod mihi succurrerit, à multis. Tulit rogationes quoq; Euclidis cuiusdam opera vsus ad rogationes appositissimi. Quamuis autem esset pecuniosissimus, pallium vnum idemq; æstate & bruma gestabat, calceosque induebat, quando dies postulabant. Meditabatur & noctu & interdiu, quod non bene esset ad subito dicendum comparatus. Ac quo facilius excitaretur, & meditaretur, in lectulo cubabat, in quo villus tantum & puluinus erat. Obtrectanti cuidam ei, quod exercens se ad dicendum mercedem sophistis pẽderet: Ego vero inquit, si quis filios meos mihi se ostẽdat redditurum meliores, non mille drachmarum, sed dimidium census mei impendam. Lingua vtebatur ex generis claritudine libera. Ac cum Athenienses aliquando concionantẽ non ferrent, exclamauit, cum exploderetur: O flagrum Corcyræum quam multis talentis vales? Item cum in numerum deorum Alexandrum referrent: Qui autem deus, inquit, cuius templo qui egrediuntur aqua lustrentur oportet: Defuncti liberos *Menesæchmo accusatore, Thrasycle delatore tradiderunt vndecim viris. Cum autem Demosthenes exilii sui tempore scripsisset Atheniensibus male eos liberorum Lycurgi gratia audire, mutata voluntate missos fecerunt, Democle Theophrasti discipulo pro eis causam dicente. Elatus est hic & nonnulli eius posteri publice; extãtq; eorum monimenta ex aduerso Mineruæ Medicatricis in Melanthii philosophi hortis, mensæ factæ quæ inscriptionem habent Lycurgi eiusque liberorum, quæ sunt in hanc vsq; ætatem incolumes. Quod maximum est, vectigalia ciuitatis intendit ad mille ducenta talenta, cum antea sexaginta redissent. Instante fato in Cereris matris fanum & curiam iussit se deferri, quod vellet rationes reddere actionum suarum, cũ accusare nemo eum præter Menesæchmũ sustineret, ac dilutis calumniis domum relatus expirauit. Vir est moderatus, quam diu vixit, habitus, in dicendoq; commendatus: qui nulla in causa quamuis multis accusantibus succubuit. Liberos tres habuit ex Callisto Abronis nata Calæi Abronis *Cathetensis filii sorore illius, qui quæstor stipendii Chæronda archõte fuit. De hac necessitudine in oratione contra Pastium Dinarchus verba facit.

*Alii, Menesæchmo.

*Alii, Batethensis.

facit. Filios reliquit Abtonem, Lycurgum, Lycophronem, ex quibus Abron & Lycurgus in orbitate decesserunt. Abron tamen republica præclare gesta è vita emigrauit. Lycophron Callistomache Philippi Aixenis ducta vxore Callisto genuit. Hanc in matrimonio habuit Cleombrotus Dimocratis filius Acharnensis, tulitq; ex ea Lycophronem, quem auus asciuit Lycophron. Hic orbus obiit. A Lycophronis exitu vxorem duxit Callisto Socrates, habuitq; filium Symmachum: quo est Aristonymus natus, hoc Charmides, eo Philippa, hac & Lysandro Medius, qui & legum doctor ex Eumolpidis fuit. Huius & Timotheæ Glauci liberi fuerunt Laodamia & Medius; qui Neptuni Erechthei fuit sacerdos, ac Philippa, quæ antistes post Mineruæ fuit, ante matrimonium tenuit Dioclis Melitensis, qui ex ea genuit Dioclem. * Hic aduersus grauem armaturam cum imperio missus fuit. Sustulit ex vxore Hediste Abronis filia Philippidem & Nicostratem. Ex Nicostrates nuptiis generauit Themistocles Theophrasti filius tedifer Theophrastum & Dioclem. Ordinauit etiam Neptuni Erechthei sacerdotium. Huius oratoris sunt in manibus orationes XV. Corona à populo donatus est septies, obtinuit statuas quoque. Posita est ei in Ceramico statua ex ære Anaxicrate archonte, sub quo etiam accepit ex eadem rogatione ius publice in Prytaneo epulandi cum ipse Lycurgus tum ex eis posteritate natu maximus. Defuncto Lycurgo filiorum maximus Lycophron hoc donum vēdicauit. Orationes etiam de sacris habuit multas, accusauitq; Areopagitā Autolycum, Lysiclem prætorē Demadē Demiæ, Menesæchmū, atq; alios multos, quos omnes damnauit. Nomen quoq; Diphili detulit, quod ex metallis argentariis fulcimenta mesocrines appellata, quę impositas moles sustinebant, subtraxisset, atq; inde magnas opes contra leges conflasset, ac cum litem capitis æstimasset, peregit eum: ex cuius bonis populo quinquagenas drachmas viritim diuisit, quarum summa efficiebat talenta CLX. aut vt sunt alii authores, totidem minas. Adhæc quæstionem exercuit status contra Aristogitonem Leocratem, & Autolycum. Dictus fuit cognomento Lycurgus Ibis, quod ei tributum fuit, sicut Xenophonti vespertilionis. Laudabant enim authores originis suæ has & Erechthea Telluris & Vulcani filium: proxime autem Lycomedem & Lycurgum, quos populus honoris causa publico funere extulit. Ipsa stirpis propago eorum, qui sacerdotio functi sunt Neptuni, extat in ampla tabula, quæ in Erechthei fano sacrata est à Chalcidensi picta Ismenida, statuæq; ligneæ Lycurgi & eius filiorum Abronis, Lycurgi, Lycophronis, Timarchi manu & Cephisodotis Praxitelis filiorum. Eam tabulam posuit filius eius Ambron, cui ex familia sorte obuenerat sacerdotium quod fratri Lycophroni cessit, eaq; de causa expressus est Ambron fuscinam ei tradens. Porro omnia, quæ gessit, vt exposita omnium oculis essent notata posuit in pila pro palęstra, quam exciauerat. Nemo sane interuersarum pecuniarum hunc virum coarguere valuit. Tulit quoq; ad populum de decernenda Neoptolemo Anticlis corona & de statua ei collocanda, quod aram Apollinis ex eius oraculo in foro se ostendisset inauratutum. Decreuit & Euonymi Diotimi Diopithis filio Ctesicle archonte honotes.

DEMOSTHENES. VIII.

DEMOSTHENES Demosthenis & Cleobules vxoris filiæ Gelonis filius, populo Pæaniensis septem natus annos relictus à patre orbus cum quinq; annotum sorore, orbitatis tempore in contubernio egit matris Isocrati, vt nonnulli prædicant, vacans: sed vt plerique, Chalcidensi Isæo, qui Isocraris erat auditor, & Athenis degebat. Æmulus Thucididis fuit & Platonis philosophi, quem sunt qui perhibuetunt præcipue eum instituisse. Rogauit pędagogum, quod Hegesias Magnes tradit, vt Callistratum Empædi Aphidnæum clarum oratorem, qui præfectus equitum fuerat, & dedicauerat aram Mercurio Agoræo, orationem habiturum ad populum audiret. Quem vt audiuit, captus illius orationibus eum modico tempore, quam diu fuit in vrbe, audiuit. Vt vero in Thraciam ille fugit Demosthenes autem ex ephebis excessit, tunc applicuit se ad Isocratē & Platonem. Inde Isæo in domesticam consuetudinem ascito exprimens eius orationes quadriennii spacio seipsum subegit. Ctesibius in libro de philosophia est author opera eum Calliæ Syracusani nactū Zethi Amphipolitani orationes, & per Chariclem Carystium Alcidamantis memoriæ eas comprehendisse. Porro vt in ætatem venit, tutelæ egit cum tutoribus suis, qui partem patrimonii eius interuertetant, Timocrate archonte. Tres erant, Aphobus, Theripides, Demophon vel Demea: quem præcipue accusauit auunculum suum, singulisque litem æstimauit denis talentis, eosq; damnauit. Verum ex condemnatione nihil exegit, sed alios pecunia, alios gratia inductus liberauit. Porro cum Aristophon ex senio præsidendi loco cessisset, factus choragus est ac Midiam Anagyrasium, qui eum in theatro choragi fungētem munere pulsauerat, in iudicium vocauit: actionem tamen tribus millibus drachmarum acceptis reliquit. Ferunt iuuenem etiamnum in speluncam concedere solitum, atque illic exercere ad dicendum se parte dimidia capitis tasa, ne prodire in publicum audetet, angustoque in grabato

cuba-

tubare, quo cito excitaretur somno, viresque ad dicendi facultatem exercuisse: ac cum humerum in meditando indecore moueret, id correxisse veruculo, vel vt alii ferunt, pugione ex lacunari suspenso, vt eius metu quiete ageret. Ita cum progressum in dicendi facultate faceret, speculum ad corporis sui modum parasse, atque ad id contuentem fuisse commentatum, vt vitia sua emendaret: ad Phalericum quoque descendisse, ibique ad fluctuum impetum tractasse meditationes: ne, si quando fremeret populus, de statu dimoueretur. Cum autem spiritu arctiore foret, dedisse Neoptolemo mimo decem millia drachmarum, vt integros verborum ambitus vno spiritu pronunciare posset. Postquam contulit se ad remp. ciuitate in duas partes dissecta: atque his cum Philippo sentientibus, illis libertatem concionibus suis defendentibus sectam
10 eorum, qui Philippi conatibus resistebant, est secutus. Neque vsquam destitit, quin iis, quibus Philippi imminebat iugum, consuleret aggregans se ad Hyperidis, Nausiclis, Polyeucti, Diotimi actiones. Itaque socios asciuit Atheniensibus Thebanos, Euboenses, Corcyræos, Corinthios, Bœothos, multosque insuper alios: Explosus aliquando in concione pergebat animo abiecto domum. Cui occurrens Eunomus Thriasius ætate iam prouectus excitauit Demosthenem, maxime tamen mimus Andronicus: qui dictionem eius demonstrauit præclaram esse, tantum defici eum actione: commemorauitq;, quæ concio de eo prædicasset. Qui fide habita tradidit Andronico se. Vnde requisitus, quidnam primum in oratore esset: Actio, inquit. Quid secundum? actio: quid tertium, actio? Cum iterum se ad concionandum contulisset, ac noue quædam dixisset, risu fuit exceptus: vt perstrinxerint eum in comœdia Antiphanes & Ti-
20 mocles:

Per terram, & fontes, per fluuios & latices.

Ita cum iurasset ad populũ, tumultũ exciuit. Iurauit per Æsculapium quoq; pronuncians antepenultima acuta, docebatq; se dicere recte. Esse enim blandũ hunc deum. Qua de causa sæpius ei obstrepitũ est. Cæterũ cum Eubuidæ dialectico Milesio operã dedisset, correxit omnia. Profectus ad Olympiacam Græci æcelebritatẽ, audiensq; ibi Lamachũ Terinçum, qui Philippi & Alexandri laudationem recitabat, Thebanos autẽ & Olynthios insectabatur: obiecit se ei, atq; veterũ poetarũ elogia de rebus à Thebanis & Olynthiis præclare gestis protulit, vt obmutesceret deinceps Lamachus atq; ex conuentu fugeret: Philippus vero illis, qui deferebant ad ipsum conciones eius, diceret etiam seipsum, si dicentẽ audisset Demosthenem, designatum illum
30 fuisse ad gerendum secum bellum. Comparabat huius orationes propter pomposos neruos militibus, Isocratis athletis. Oblectationem enim præbere has theatralem. Annos natus septem & triginta, si supputationem à Dexicheo ineamus ad Callimachum: quo archonte legatio Olynthiorum, qui bello premebantur à Philippo, venit suppetias petitum: author fuit auxilia submittendi. Sequenti anno, quo vita Plato excessit, Philippus Olynthios excidit. Cognouit eum etiam Xenophon Socraticus vel accedentem primum ad remp. vel in ea florentem. Siquidem illo tempore bellum terminatum est Græcum, hoc ad Mantineam archonte Charicle dimicatum. Demosthenes autem sub Timocrate tutores suos damnauit. Porro fugientem post damnationem Æschinem equo consectatus est. Quem comprehendi se ratum, atq; ad genua se submittentem, caputq; velantem excitauit, donauitq; ei talentum argenti. Consuluit etiam
40 populo, vt in Thaso conductitium militem aleret, eaque de causa trierarchus nauigauit. Annonæ præfectus creatus, ac peculatus cum accusatus esset, absolutus est. Occupante Elatiam Philippo fuit in exercitu, qui conflicturus erat ad Chæroneam: quo in prælio apparet eum locum non tenuisse. Effusi in fugam Batum fama est prehendisse chlamydem, ac Demosthenem conuersum dixisse: Cape me. Inscriptum erat clypeo eius, Secunda fortuna. At tamen cum tumularentur, qui ceciderant, orationem funebrem habuit. Hinc in vrbem instaurandam incumbens, ac muris faciendis ex plebiscito præpositus, de censu suo intulit impensam centum minarum: theoris quoq; drachmas decem millia est largitus, conscensaq; triremi circumnauigauit ad pecuniam à sociis cogendam: quibus de causis frequenter est corona donatus, primum à Demomele, Aristonico, Hiperide aurea corona: postremo à Ctesiphonte. Cuius rogationẽ cũ
50 quasi contra leges promulgatam Diodotus & Æschines postularent, defendit ac causam renuit, vt minus quinto quoque calculo accusator ferret. Postea res gerente in Asia Alexandro cum profugisset cum pecuniis Harpalus Athenas: primum admitti eum dissuadebat. Verum postquam eo appulit nauigio, redemptus mille Daricis inuertit se, parantibusque Harpalum Atheniensibus tradere Antipatro repugnauit, rogationemque tulit, vt pecuniam in arce deponeret, qui iã summam apud populum erat professus. Affirmauerat Harpalus esse septingenta quinquaginta talenta, vel paulo plura, vt extat apud Philochorum. Hinc cum effugisset Harpalus ex carcere, in quo asseruabatur, dum aduenirct ab Alexandro aliquis, contulissetque in Cretam se, vel vt volunt alii, Tenarum Laconiæ: Demosthenes captæ pecuniæ delatus est: & quod

ea de causa neq; summam deportatæ pecuniæ renunciasset, neq; custodum negligentiam. Cũ nomen eius esset in iudicium delatum ab Hyperide, Pythea, Menesæchmo, Himeræo, Patroclé quorum opera à consilio ex Areopago damnatus est: iudicatus in exilium fugit, quod quintuplum eius, quod cepetat, soluere non valeret. Nam triginta talenta obiectum est eum cepisse: vel, vt alii tradunt, quod occurrere iudicio non sustineret. Miserunt inde legatum Polyeuctum Athenienses ad concilium Arcadum, vt retraheret eos à Macedonum societate. Quos cum in ducere Polyeuctus non valeret, offerens se Demosthenes, eamq; causam suscipiens Arcadas eo perpulit. Quod ob factum commendato aliquanto post reditus in patriam est decretus, deque eo lex lata ac missa ei triremis. Sciuerunt etiam Athenienses, vt illis triginta talentis, in quę erat damnatus adornaret in Piræeo Iouis Seruatoris aram, atq; ita liberaretur. Hanc rogationem cum Dæmon Pæaniensis eius patruelis promulgasset, retulit se ad remp. gerendam. Antipatro Lamiæ obsesso à Græcis, Atheniensibusq; læti nuncii causa diis honorem habentibus, cuidam ex familiaribus Agesistrato ostendit non esse in eadem sententia se cum aliis de iis, quæ gererentur. Siquidem noui inquit, stadio quidem Græcos bellum gerere & scire & valere, dolicho vero nō item. Vt cepit Pharsalum Antipater obsidionemq; denunciaret Atheniensibus, nisi oratores sibi dederent: relicta Demosthenes vrbe profugit, primum Æginam, consedítque ad Acæon, mox metuens Calauriam traiecit. Vt sciuerunt deditionem oratorum Athenienses, atq; inter eos Demosthenis: supplex in Neptuni fano sedebat. Profecto ad eum corripiendum Archiæ qui dictus fuit Phygadotheras, id est, exulum venator, Anaximenis oratoris assecla fuerat, suadentiq; ei, vt exurgeret, quasi Antipatri futurus amicus: Neque cum tragœdias, inquit, ageres, mouebas me: neq; nunc mouebis, cum consulis. Parantem vim represserunt ciues. Ibi Demosthenes: Non salutis causa, inquit, confugi Calauriam: verum vt Macedonas etiam deorum esse violatores demonstratem. Postulata autem tabella scripsit, vt demonstrat Demetrius Magnes, carmen elegium: quod statuæ eius Athenienses postea inscripsere:

Menti Demosthenes par si tu robur haberes,
Non erat Æmathia Græcia victa manu.

Posita ea statua est prope fori septum & duodecim deorum aram Polyeucti manu. Alii tradunt hoc inuentum fuisse scriptum: Demosthenes Antipatro Salutem. Expirasse eum narrat Philochorus hausto veneno: Satyrus historicus calamum, quo scribere exorsus erat, infectum fuisse veneno, quo gustato extinctum. Eratosthenes iam pridem Macedonū metu anulum brachium circumiectum, in quo esset venenum, gestasse. Sunt qui ipsum sibi spiritum interclusisse dicant: Alii gustato, quod in sigillo habebat, veneno. Remp. annos duos & viginti gessit. Cum decessisset Philippus, veste splendida sumpta prodiit in publicum, quamuis defuncta nuper eius filia, morte lætus Macedonis. Rebellantibus Alexandro præsto fuit Thebanis, Græcosq; alios semper confirmauit. Quapropter dirutis Thebis exposcit ab Atheniensibus eum Alexander comminans, ni dederent. Mouenti in Phersas, classemq; ab Atheniensib. petenti reclamauit, incertum esse ostendens, anne contra subministrantes ea esset vsurus. Liberos duos reliquit vna ex vxore filii Heliodori ex claris ciuibus cuiusdam. Filia ei fuit vnica, quæ admodum puella nondum nubilis obiit. Habuit sororem quoq;, ex qua & Lache Leuconensi propinquus eius natus est Demochares vir & bello egregius & in forensi ditione nulli secundus. Extat statua eius in Prytaneo ad focum ingredientibus ad dexteram, gladio super vestem accincta. Ita enim ferunt, cum exposceret Antipater oratores, fuisse concionatum. Postea loci decreuerunt Demosthenis propinquis Athenienses epulandi in Prytaneo ius, eique statuam in foro Gorgia archonte posuere. Quos honores postulauit ei sororis filius Demochares. Cui eidem inuicem filius Laches Democharis Leuconensis honores Pytharato archonte decimo anno post petiuit: vt statueretur ei in foro statua, & ius epulādi in Prytaneo decerneretur ei atq; ex posteris eius illi, qui semper natu maximus esset, omnibusq; in ludis primum subsellium. Ea populi scita sunt in acta publica relata. Democharis statua, de qua supra retulimus, in Prytaneum translata est. Versantur in manibus orationes eius veræ LXV. Sunt qui dissolutam vitam autument eum egisse, vt vestibus vteretur muliebribus, & comessationibus assidue indulgeret, atque inde nomen inuenisse Batali. Alii diminuto nomine nutricis ita prædicant eum dictum à maledicis. Diogenes Cynicus, cum aliquando eum in caupona vidisset erubescentem & secedentem: Quanto magis secedis, inquit, tanto etis in caupona magis. Dixit per cauillum in dicendo eum Scytham, in præliis esse vrbanum. Cepit de Ephialte concionatorum vno aurum: qui ad regem functus legatione clam attulit pecuniam: qua concionatoribus diuisa bellum aduersus Philippum consciscetet: atque ipsum seorsum ab rege aiunt Daricorum redemptum fuisse tribus millibus. Anaxilam quendam Oritem, qui cum ei hospitium erat, correptum pro speculatore torsit: à quo cum nihil esset quæstione expressum, tulit ad populum, vt vndecim viris traderetur. Cum vetarent ei aliquando Athenienses in concione verba facere: pauca habere ait se, quę ipsis

referrer

referret. Quibus conticescentibus: Adolescens, infit, sub æstatis tempus asinum Athenis Megaram conduxit. Flagrante meridie sole, vterq; eorum asini vmbra quærebat se tegere, repellebatque alter alterum: atque hic locasse prætendebat se asinum, non eius vmbram: qui eum cõduxerat: omnem eius vsum suum esse. Quæ postquam narrauit, recedebat. Retinentibus eum Atheniensibus, atq; vt absolueret sermonem, rogantibus: Itane vero de asini vmbra, inquit, vultis audite, dicentem de rebus setiis non vultis? Cum Polus histrio ei aliquando dixisset, quod duos dies in scena egisset, talentum se mercedis accepisse: Ego, inquit, quinque talenta, quod biduum tacuerim. Cum quod in concione vocem obtudisset, strepitu esset exceptus: Histriones, inquit, censendi ex voce, oratores ex sententia sunt. Improperanti ei Epicli, quod perpetuo meditaretur: Nempe puderet, inquit, me, si cum tanto populo consulam, oratione vterer tumultuaria. Nunquam eum extinxisse scriptum est lucernam, dum vsq; ad annum ętatis quinquagesimum peruenisset, formantem dictionem suam. Ipse aquam ostendit se potasse. Cognouit eum Lysias orator, viditq; remp. tractantem ad aciem vsq; Chęronensem Isocrates ac nonnulli philosophi Socratici. Pleraſq; orationes habuit ex tempore, quod ad eam facultatem habilis esset. Primus qui togationem tulit, vt corona aurea donaretur, Aristonicus fuit Nicophanis filius Anagyrasius: intercessit Diondas.

HYPERIDES. IX.

HYPERIDES patre natus Glaucippo Dionysii filio fuit, populo Colyttensis. Filium habuit patri cognominem Glaucippum oratorem, qui orationes ab se scriptas reliquit: inde genuit Alcippum. Hic primum Platonis philosophi fuit vna cum Lycurgo, & Isocrate oratore auditor. Inde remp. Atheniensem tractauit, qua tempestate ad res Græcas Alexander applicuit animum. Hic, cum posceret ille ab Atheniensibus duces & classem, intercessit. Author etiam fuit, ne præsidiarii ad Tænarum mercenarii milites exauthorarentur. Qua de causa habitus est animo propenso esse in ducem. Principio causas mercede dixit: ac cum pecunia Persica vna cum Ephialte videretur authoratus, trierarchus est lectus, quo tempore obsidebat Byzantium Philippus, missusque ad suppetias ferendas Byzantiis eodem anno subiit choragi munus, cum cæteris data in totum immunitas esset. Rogationem etiam de quibusdam Demosthenis honoribus tulit: ac cum rogatio eius vt contra leges promulgata à Dionda accusaretur, est absolutus: In amicitia, quæ ei cum Demosthene, Lysicle, & Lycurgo intercedebat, non perstitit perpetuo: sed postquam decesserunt Lysicles & Lycurgus, Demosthenes autem vt ab Harpalo redemptus in crimen est vocatus: præ cæteris delectus est, quod abstinens vnus mansisset, qui eũ accusaret Postulatus ab Aristogitone, quod post cladem Chæronensem, rogationem contra leges promulgasset, vt incolis ciuitas daretur, serui manumitterentur, sacra liberi, & coniuges in pyræeo deponerentur, iudicio est liberatus. Obiicientibus ei quibusdam, quod multas leges in ea rogatione posthabuisset: Tenebras, inquit, mihi Macedonum arma offuderunt: Rogationem hanc ego non promulgaui, sed prælium Chæronense. Inde tamen inducias Philippus metu adductus, quas ante missis Lebadia caduceatoribus denegauerat, concessit ad humandos cæsos. Postea sub casum Cranonensem, cum Antipater eum depoposcisset, & esset eum populus dediturus, vrbe Æginam vna cum damnatis à populo profugit: congressusque cum Demosthene, cui de pristina simultate satisfecit, illinc discessit, atque ab Archia Phygadothete cognomine dicto, qui Thurius origine fuit, ac primo fuerat histrio, tunc vero partes sequebatur Antipatri, in delubro Neptuni ab ara vi est abstractus: raptusq; Corinthum ad Antipatrum, cum quæstio de eo haberetur, abrosit linguam, ne qua ciuitatis arcana prodere posset, atq; ad eum modum expirauit die nono mensis Pyaneptionis. Hermippus linguam ei, cum in Macedoniam venisset, exectam, ipsumque tradit abiectum fuisse inhumatum: Alphenum autem eius consobrinum, vel, vt alii volunt, Glaucippi cuiusdam filium opera Philopithis nescio cuius medici permissum sibi corpus cremasse, & ossa Athenas deportasse ac necessarios eius contra Atheniensium & Macedonum decreta. Non modo enim pulsum in exilium fuisse, verũ etiam, ne in suo sepeliretur, interdictum. Alii Cleonis necatum perhibent, cum eo esset vna cum aliis abductus, vbi lingua mutilatum ad supradictum modum interisse. Propinquos ossa accepta in tumulo parentum condidisse pro Hippadis portis Heliodorus libro tertio de monimentis est author. Id monimentum hoc tempore dirutum est neq; apparet. Omnibus in concionando fama est eum præcelluisse, præferturq; à quibusdam Demostheni. Sunt in manibus orationes eius LXXVII. quarum sunt germanæ eius LII. Fuit in Venerem effusus, vt domo eiiceret filium, Myrrhinem autem induceret sumptuosam meretricem, in Pyræeo Aristagoram haberet. Eleusine in prædiis suis Thebanam Philten, quam XX. minis ab hostibus redemit. Deambulationẽ faciebat quotidie in piscaria. Apparet eum Deeephrynæ quoq; meretrici, cum violatæ religionis causam diceret, aduocatum fuisse: quod in capite orationis ipse innuit.

 Hanc

Hanc ille, cum iam damnanda esset, in medium adduxit, ac veste lacerata pectus eius detexit, id cuius pulchritudinem cum contuiti essent iudices, liberata fuit. Concinnauit Demostheni clam crimina, in quo etiam compertus fuit. Ægrotum enim Hyperidem vt inuiseret, venientem domum eius Demosthenem fama est oppressisse libellum aduersus se tenentem: Quo stomachante: Amicum, inquit, neminem lædam. Quod si quis extiterit inimicus, eum quicquam in me tentare prohibebo. Tulit etiam ad populum, vt honos Iolæ, qui Alexandro propinauetat venenum, haberetur. Associauit se Demostheni in bello conflando Lamiaco, orationemq; funebrem in laudem eorum, qui ceciderant, mira eloquentia peregit. Cum expeditionem maritimam Philippus in Eubœam adornasset, agerentq; Athenienses timidius, classem coegit ex priuatorum liberalitate LX. triremium, ac princeps suo filiiq; nomine triremes duas armauit. Nata cum Deliis controuersia, vtri sacris præessent, cum lectus Æschines esset defensor, Areopagi curia Hyperidem designauit. Extat oratio eius Deliaca inscripta. Legatus etiam ad Rhodios fuit. Eo eum adessent ab Antipatro quoque legati, qui Antipatrum vt benignum celebrarent, occurrens eis: Noui, inquit, benignum esse: verum nos ne benignum quidē quærimus dominum. Fama est citra vllam actionem dicere solitum, tantum quæ gesta essent, exponere. Missus quoq; fuit ad Elios ad causam dicendam pro Callippo athleta: cui obiiciebatur, quod ludos labefactasset: obtinuitq; causam. Intercessit etiam, ne sciscerer Phocioni populus donum, quod promulgabat Midias Midiæ Anagyrasius Xenio archonte XXIIII. die Gameleonis: qua in causa offendit.

DINARCVS. X.

Dinarchus Socratis vel Sostrati, vt aliqui volunt, filius indigena, at alii, Corinthius adolescens etiamnum, quo tempore Asiam Alexander petierat, Athenas se contulit, collocatisque ibi sedibus adiuit Theophrastum, qui Aristotelis scholā susceperat. Consuetudinem etiam cum Demetrio Phalereo habuit. Maxime tractando post Antipatri excessum temp. oratoribus partim interfectis partim exterminatis, & amicitia vsus Cassandri plurimum profecit, quod pecuniam ex orationibus, quas requirentibus scribebat, exigeret. Cum clarissimis oratoribus pugnabat, non in conciones prodeundo, quod facere dubitabat, sed orationes aduersariis eorum scribendo: ac postquam effugit Harpalus, in eos, qui in crimen vocabantur captæ pecuniæ, orationes conscripsit cōplures, quas accusatoribus precio subministrabat. Postea loci insimulatus cum Antipatro & Cassandro sermonem contulisse, cum occuparetur Munichia, cui ab Antigono & Demetrio Anaxicrate archonte præsidium erat impositum, re familiari in argentum pene omni redacta Calcidem profugit. Cum iam annos ad XV. in exilio egisset, ingentemq; comparasset censum, confecto ei vna cum aliis exulibus à Theophrasto reditu Athenas regressus est. Qui cum diuertisset hospitio publico ad amicum, atque aurum amisisset ætate iam prouecta & acie imbecilli, paranti de eo hospiti quæstionem habere dictauit iudicium, ac tunc primum ad tribunal dixit. Extat adhuc eius oratio. Orationes feruntur illius germanæ LXIIII. quarum quædam Aristogitonis habentur. Æmulus fuit Hyperidis, aut, vt nonnulli volunt, propter affectus & neruos Demosthenis, ac colores orationum eius exprimit.

PLEBISCITA.

Demochares Lachetis filius Leuconthensis postulat Demostheni Demosthenis filio Pæaniensi statuam ex ære in foro, ius in Prytaneo epulandi, & primum subselliū ei & ex sobole eius semper natu maximo, quod beneficus in populum Atheniensem authorque multorum & bonorum consiliorum ei fuit, facultatesq; suas in vsum publicum conuertit, intulitque talenta octo & triremem, cum populus in libertatem Eubœam assereret: alteramque, quando in Hellespontum eum classe nauigauit Cephisodorus: aliam, quando Chares & Phocion prætores Byzantium cum imperio missi à populo fuere: & quod multos eorum, qui Pydnæ & Methonæ & Olynthi in Philippi potestatem venerunt, ære suo redemit, sumptumq; classicis subministrauit: quando imparibus ad sumptus suscipiendo Pandionidis impensas præbuit: armauitq; ciues eos, qui impares erant: in muros reficiendos impendit ex sua libertate ei operi præfectus à populo tria talenta, Piræeum suo sumptu duplici fossa cinxit, sub prælium Chæronense talentum est largitus: ad annonam comparandam, cum laboraretur fame, talentum: quod populo Atheniensi socios inducendo, bene merendo, & consulendo, qua ratione perpulit eos, asciuit Thebanos, Eubœenses, Corinthios, Megarenses, Achæos, Locros, Byzantios, Messenios, copiasq;, quas populo Atheniensi & sociis adiunxit, peditum decem millia, equites mille: quod ad conferendum stipendium legatus perpulit socios plus quingenta talenta: quod largienda pecunia & legatione suscepta, ne Alexādro Peloponnesii ad Thebas suppetias ferrent, obstitit multorumq; aliorum & egregiorum consiliorum populo author fuit, remq; pub.

præter

præter ætatis suæ reliqnos ad tuendam libertatem & populi principatum gessit optime: quod etiam populo paucorum vi oppresso cessit Athenis, vitamq; Calauriæ propter beneuolentiam in populum Atheniensem deposuit, missis ab Antipatro in eum militibus, in beneuolentia erga plebem & charitate perstitit, & cum in potestatem venit inimicorum, nihil in ipso discrimine populo Atheniensi egit indignum. Archon Pytharathus.

LACHARIS Democharis filius Leuconensis postulat à senatu & populo Atheniensi donum Demochari Lachetis filius Leuconensi statuam ex ære in foro & ius in Prytaneo epulandi atque ex eius sobole semper natu maximo, primumq; in omnibus ludis subsellium: quod beneficus in populum Atheniensem eiq; optimorum consiliorum author fuit, hæc benefacta apud populum collocauit in legationibus, rogationibus & actionibus publicis, murorum ædificationem: armorum, telorum, machinarum apparatum: quod vrbem bello quadriennali muniit: pacem, inducias, societatem cum Thebanis sanxit: quorum causa ab illis, qui ciuitatem profligauerunt, actus in exilium fuit: euocatusq; Archonte Diocle à populo compressit primus actiones tam eorum, qui facultatibus suis pepercerant, quam legatorum ad Lysimachum: donum parauit populo triginta talentorum argenti, iterumq; centum: rogationem rulit demittenda in Ægyptum ad Ptolemæum legatione, qua legati, qui missi eo fuerant, talenta argenti quinquaginta populo reportauerunt, ad Antipatrum legatus xx. talenta argenti accepit, sacra Cereris Eleusinia recepit, horum author sciscendorũ populo fuit, hæc gessit, reip. causa in exilium iuit, paucorum potentiæ nunquam se aggregauit, populo oppresso nullum magistratum cepit: solus ex iis, qui sua memoria remp. tractauerunt, nulla actione reip. statum mouere tentauit alia, nisi authoritate tuenda populi: iudicia, leges, tribunalia, patrimonia Atheniensibus omnibus in tuto actionibus suis collocauit, nihilq; neq; verbo neq; facto aduersus populi principatum est molitus.

LYCOPHRON Lycurgi Butades promulgatione proscripta postulat sibi ius epulandi in Prytaneo scisci, quod donatum à populo fuit Lycurgo Butadæ Anaxicrate archonte ex tribu Antiochide in prytania. Stratocles Eurhydedæ filius Diopithensis promulgat. Quando Lycurgus Lycophronis filius Butades accepta à maioribus suis gentilitia iam inde antiquitus aduersus populum beneuolentia: cuius maiores Diomedes & Lycurgus cum viui honores à populo consecuti sunt, tum defunctus virtutis ergo dedit populus publicam in Ceramico sepulturam: ipse etiam remp. gerens Lycurgus multas patriæ & præclaras leges tulit: quæstor à ciuitate creatus Panathenæa concessit, dispensatisq; ex vectigalibus publicis octodecim millibus nongentis talentis, magnaque pecunia à priuatis fide sua sumpta impensaq; in vsum ciuitatis & populi ad sexcentorum quinquaginta talentorum summam, quia omnia hæc constabat recte eum atque ordine administrasse, identidem est à populo corona donatus: præterea ad eam rem à populo designatus magnam vim pecuniæ in arce coegit, parauitq; Mineruæ mundum, victorias ex solido auro, vase & pompas aurea & argentea, mundum aureum ad centum canephoras, præfectus apparatui bellico armorum magnum numerum, telorum quinquaginta millia comportauit, triremes ad deducendum in aquam aptas parauit quadringentas: quarum partim refecit, partim nouas ædificauit: insuper cura inchoatorũ operum suscepta, naualia, armamentarium, & theatrum Dionysiacum absoluit, effecit circum Panathenaicum, gymnasiumq;, & Lyceum instruxit, multisq; aliis opificiis vrbem exornauit: Alexandro regi, qui totam subiugauerat Asiam totiq; semel Græciæ imperare parabat, cum Lycurgum ille, quod conatibus suis obsisteret, exposceret, non est illius terrore adductus populus, vt eum dederet: ac cum actionum suarum rationes frequenter in libero & populari ciuitatis statu dedisset, integer & abstinens perpetuo mansit: quo cognoscant omnes populum eos, qui actiones suas ad publicam libertatem & ad conseruandam popularem remp. dirigere student, & viuos in summo honore habere & defunctis gratiam immortalem referre: quod felix faustumq; sit, visum populo est Lycurgum Lycophronis filium Buradem virtutis & iustitiæ causa celebrare ac locare ei in foro statuam ex ære, nisi quo loco interdictum est lege non locare, donare etiam epulandi in Prytaneo ius stirpis Lycurgi maximo natu in omne æuum: vtq; rogationes eius ratæ sint, referatq; scriba eas in columnas lapideas publiceque proponat & statuat in arce iuxta dedicata ibi ornamenta. Vt hæc in columnas præscribantur, quæstor populi quinquaginta drachmas numeret ex ea pecunia, quæ expensa populo in plebiscita refertur.

PLVTARCHI

De libertata vrbe Thebis, & de Socratis dæmonio, Commentarius.

PICTORIS cuiusdam nuper Caphisia de contemplantibus tabulas pictas sermonem audiui non malum per comparationem relatum. Dixit enim rudes & imperitos spectatores illis esse similes, qui magnam frequentiam simul salutant vulgi: scitos vero & elegantes illos, qui singulatim, vt quisque occurrit, appellant. Siquidem superiores non accurate, sed per transennam solum opera spectant: hic cum iudicio minutatim opus examinant, neque quicquam obiter transmittunt ac quasi salutatum eorum, quæ fabrefacta aut secus sunt. Perinde mea quidem sententia in rebus gestis segniorum animus satis habeat ex historia, si ipsam summam & exitum rei acceperit. Elegans vero & cupidus spectator, qui à virtute ad vnguem est factus, à singulis partibus magis incenditur: quod magnam habeat exitus cum fortuna societatem. At ex causis casibusque, quæ particulatim inciderunt, obiecta virtuti certamina ausus que in periculis prudentes perspicere, id considerationis est, quæ temporis & affectus rationem simul perpendat. Hoc in genere nos numero spectatorum, ac ne negocium à capite recenseā, quod fuerit, quemadmodum actum sit, qui sermones vltro citroque sint habiti, consiliaq; rei peragendæ te Caphisia præsente inita. Nam ego vel Thebas proficisci eo nomine non dubitem: nisi nunc quoq; Atheniensibus plus satis haberet Bœothorum cupidus. Sane debebam Archidame, cum tu ita ita cupide ex beneuolentia ea gesta intelligere labores, vel præferre occupationibus meis iuxta Pindarum, vt ad ea exponenda huc venirem. Nunc qui legationis causa huc appulimus, atq; ociū agimus: quoad responsum tulerimus à populo, si renitamur & motosos nos aduersus candidum amicum præbeamus: videar vetus illud Bœothorum aduersus bonas literas odium ab Socrate vestro detortum, quod est extinctum, resuscitare, nosque apud duos sacerdotes, cum rem seriam ageremus, ita visi sumus. Cæterum considera tu, an his, qui adsunt, vacet res simul ac dicta tam multa audire. Neque enim breuibus expediri potest hæc expositio: quando tu, vt dicta insuper complectar in narrando, præcipis. Haud nosti Caphisia hos: & profecto operæ precium est eos nosse. Bonis parentibus prognati sunt nobisque familiaribus. Hic Lysithides est Thrasybuli fratris filius. Hic Cononis filius Timotheus: hi Archini, cæteri sodalitatis in bonis studiis nostræ omnes. Quare theatrum habebit oratio tua beneuolum & familiare. Bene habet. Sed vnde ordiar commode eas quas nostis res, exponere. Nos Caphisia fere, quo in loco res fuerint Thebanæ ante exulum reditum, tenemus. Etenim quemadmodum Archias & Leontides inducto Phœbida, vt per inducias Cadmiam occuparet, alios ciues patria exegerint, alios metu subegerint, atque ipsi perruptis legibus vi imperium sumpserint, nouimus: quod priuatim nobis hic cum Melone & Pelopida ius, vt scis, hospitii intercesserit: ac quam diu in exilio fuerunt, magnum cum eis vsum habuerimus. Post quemadmodum Phœbidam quod Cadmiam cepisset, mulctauerint remouerintque ab expeditionis aduersus Olynthum ductu, ac suffecto illi cum duobus Lysandrida firmiore pręsidio tenuerint arcem, accepimus. Insuper intelleximus Ismeniam non leui morte defunctum mox peracto de eo iudicio. Quæ omnia Gorgias huc per literas exulibus significauit. Itaque superest tibi, qua ratione ab exilio domum redierint amici nostri, atque oppressi tyranni fuerint, exequendum. Sane illis diebus Archidame omnes, qui huius consilii participes eramus, in Simmiæ solebamus, qui læsum crus suum curabat, domo conuenire, atque ibi colloqui quidem inter nos, siquid opus foret, sed palam tractare de literis & philosophia: ac sæpe Archiam & Leontidam ad amouendum suspicionem ab eiuscemodi studiis non omnino abhorrentes eo adducebamus. Siquidem Simmias qui perdiu peregrinatus fuerat & vagatus inter nationes extraneas, paulo ante Thebas venerat, variis fabulis & dictis barbaricis distentus: quem, si quando feriebatur, Archias confidens cum iuuenibus libenter audiebat: qui hoc studebat, vt tempus in disputando transigeremus potius, quam animū eis, quæ illi agebant, aduerteremus. Die illa, qua sub tenebras veniendum clam erat ad mœnia exulibus: ecce adest hinc quidam à Pherenice missus nulli ex nostris extra Charonem notus. Hic indicauit duodecim de exulibus natu minimos cum canibus apud Cithæronem venari, quos adfore ad vesperam, præmissum qui hoc nunciaret se: atque vt domum, quo ad se occultandos sub aduentum reciperent, qui esset præbiturus intelligerent: vt ea re explorata illico illuc contenderent. Hærentibus nobis ac considerantibus ipse professus est Charon se domum suam præbiturum. Tum ille, qui missus fuerat, statuit ocyus exules repetere. Vates autem Theocritu. manum meam valde pressit: ac coniectis in Charonem, qui præcedebat, oculis: Hic infit, Caphesia

Caphesia philosophus non est, neq; præstanti & eximia excultus doctrina vt frater tuus Epaminondas. Sed cernis, vt sua sponte à legibus ad honestum ductus vltro se summo pro patria discrimini offerat: cum Epaminondas, quamuis Bœothis, qui ad virtutem instituti videntur, omnibus præstare velit, mollis sit & parum alacris: quod hæc vel ira non agenda putet, vel in aliud tempus differenda: quod se opportunius nunquam offeret ea indole prædito atq; ira instructo quo ita recte vti queat. Cui ego: Impigerrime, inquam, Theocrite nos consilium nostrum exequamur. Epaminondas, cum nobis non persuadeat, sicut ipse censet rectius esse, ne hæc instituamus, merito reluctatur cœptis, ad quæ factus non est, & quæ non probat aecitus. Neq; enim medicum qui sine ferro & igne ostendat se morbum propulsaturum, candide ageres meo iudicio, si secare vel cauterium admouere cogeres. Pari modo nec ille eiuscemodi probat remedia nec solum vt ciuium quorundam conspirationem interfectutis quemquam indicta causa; verum etiam vt ciuili sanguine & cæde liberaturis ciuitatem, impigre sese aggreget: haud putat decere. Quia vero plerosq; non adducit in sententiam suam, sed hanc viam instituimus, ipsum petit vt sinamus à cæde purum & insontem occasioni instare, se cum iustitia simul vtilitatem sectarum. Neq; enim consister hoc cœptum: sed Pherenicum fortasse & Pelopidam aggressuros puto sontes maxime & improbos: At Eumolopidam & Samiadam homines ira flagrantes & feroces licentiam nocte nactos, gladios non ante quam ciuitatem totam sanguine impleuerint, mulrosq; ex primoribus oppresserint, depostituros. Hæc cum Theocrito agentem me exaudiens Anaxidorus (Nam prope assistebat) Mitte hæc, inquit: Archiam video & Lysanoridam Sparriarem ex Cadmia sicut ad nos contendentes. Ita nos conticuimus. Archias autem accersito Theocrito adductoq; seorsum ad Lysanoridam, longo spacio loquebatur, paululum ex itinere sub Amphion deflectens: vt æstuaremus nos, ne qua suspicio eis allata esset vel indicium, de quo quæreret ex Theocrito. Interea Phillidas (Nosti Archidame hominem, qui tunc Archiæ scriba erat) adfuit, qui consilii huius erat conscius: ac manu me more suo prehendens aperte gymnasia & vrbem derisit: hinc procul ab aliis abductum percunctabatur de exulibus, an diem obirent Annuente me: Igitur recte inquit, conuiuium pataui hodie: quo inuitatum Archiam præberem exulibus in vino & crapula opportunum. Oprime, inquam, Phillida: atq; id stude, vt omnem vel maiorem partem hostium in vnum contrahas. Id vero, inquit, non est facile. Imo fieri non potest. Nam Archias, qui nobiliores aliquot fœminas tunc ad ipsum sperat venturas non vult Leonidem adesse. Ita distrahendi nobis sunt socii in ędes diuersas. Archia enim & Leontide oppressis nō molestos cæteros arbitror futuros, sed profugituros: aut si manserint, quieturos, qui bene secum putabunt actum, si securi esse queant. Ita inquam, agemus. Sed quia his cum Theocrito rei est, de qua colloquuntur? Tum Phillidas: Accepi, inquit, sed non pro certo & explorato portenta & vaticinia tristia & dira Spartæ oblata. Reuerso ad nos Theocrito Phidolaus Tius occurrens: Paulisper, inquit, operiri hic vos iubet Simmias. Deprecatur per Leonridem pro Amphitheo, vt exilium homini pro morte impetret. Cui Theocritus: Opportune, inquit, & quasi ex composito. Instrueram enim rogare, quænam reperta sint, & quæ omnino aperti apud vos Alcmenæ tumuli facies: si modo ipse quoq; adfuisti, quando missas Agesilaus Spartam reliquias transtulit. Hic Phidolaus: Non adfui, inquit: ac multum stomachatus sum fremuiq; aduersus ciues, quod desertus fuerim ab eis. Repertum est cum corporis reliquiis brachiale æreum non magnum, amphoręq; duę figlinę, quę reram iam ex temporis spacio lapidescentem & concretam continebant. In monimenti latere tabula inuenta est ærea cum multis mirandis vt peruetustis literis: ex quibus, quamuis abluto ære dilucidæ forent, nihil poterat disci, sed extraneus quidam & barbaricus erat earum forma & typus Ægyptiis germanissimus. Quare Agesilaus, vti dictitabant, regi exemplum misit, rogans, vt ostenderet sacerdoribus, an eas intelligerent Cæterum de his habet fortassis etiam Simmias, quod vobis declaret: cui id temporis cum sacerdotibus propter philosophiam magnus vsus intercedebat. Haliartii autem magnam illam sterilitatem & lacus restagnationem non temere arbitrantur extitisse: sed ex vltione diuina, quod sustinuissent refodi hoc sepulchrum, accidisse. Ibi Theocritus, cum paulisper subticuisset. Atqui ne ipsis quidem, inquit, videtur Lacedæmoniis propitius esse deus, vt ostenta demonstrāt de quib. modo est Lysanoridas locutus: qui nunc Haliarton proficiscitur, vt bustum rursus terra operiat, & libamina det Alcmenæ, Aleumq; ex oraculo certo inuestiget: cum, qui sit Aleus nesciat. In reditu statuit Dirces indagare conditorium, quod Thebanis, nisi iis, qui præfecti equirum fuerunt, est ignotum. Nam qui deponit hunc magistratum, hic successorem solus solum ducens nocte id ei monstrat, operatique certis citra ignem sactis; quorum confundunt & delent notas, sub noctem diuersi recipiunt se. Ego vero hac de re Phidolae nihil sperauerim, quod non recte existimem te petturos. Siquidem patria profugi sunt, qui iusti magistri equirum fuerunt, vel potius præterquam Gorgidas & Plato omnes: quos ne tentent quidem, quod eos metuant, sciscitari. Qui vero nunc in eo magistratu sunt,

lanceam in Cadmia & sigillum accipiunt: qui nec sciunt quicquam de tumulo, nec poterunt indicare. Dum hęc verba Theocritus facit, egressus est cũ amicis Leontides. Nos ingressi salutauimus Simmiam, qui in lecto sedebat, quod nihil datum esse precibus suis, ni fallor, valde cogitabundus & æger animi. Intuitus enim nos omnes: O dii immortales, inquit, feros & barbaros mores. An ne supra modum recte Thales ille vetus peregre post longum spacium reuersus, rogantibus amicis, quid maxime nouum vidisset: Tyrannum, inquit, senem. Etenim etiam quem nulla priuatim perculit iniuria, is tamen supercilio ipso & acerbitate colloquii offensus, illegitimarum & legibus solutarum hostis est potestatum. Cæterum hæc deo forsitan erunt curæ. At hospitem, qui huc ad nos est Caphisia protectus, qui sit, nostin? Non intelligo, inquam ego, quem dicas. Atqui, inquit, Leontides narrauit quendam conspectum apud Lysidis monimentum: qui nocte intempesta surrexit, comitum caterua & apparatu pomposum. Hic super totum ex herbis ibi pernoctauit. Conspici enim vluæ, & miricę humiles toros, pręterea victimarum reliquias & lactis libamina. Hunc mane ex omnibus percunctatum, an Polymnis liberos esset domi inuenturus. Quidnam hominis est, inquam, hospes ille? Etenim, vt ex verbis tuis coniicio, præcellens aliquis nec priuatus homo esse videtur. Minime, inquit, Phidolaus. Verum hunc, vbi ad nos venerit, excipiemus. Nunc de quibus modo quærebamus Simmia literis, si quid nosti præterea, expone nobis. Nam fama est sacerdotes Ægyptios coniectura assecutos fuisse tabulæ literas, quas Alcmenæ tumulo excusso Agesilaus accepit. Mox recordatus Simmias: De tabula, inquit, Phidolae nihil scio: verum literas multas ab Agesilao adferens Spartiates Agetoridas Memphim ad Chonuphim venit vatidicum. Ac cum aliquando commentantes de literis ageremus ego, Plato, & Ellopion Peparithius, interuenit hic a rege missus: qui Conuphi, si quid coniicere de literis istis valeret, iussit vt eas interpretaretur, ac propere remitteret. Hic cum tres dies solus peruolutasset veterum librorum diuersas notas, rescripsit regi, nobisq; retulit, præcipere eam scripturam ludos edi Musis: esse eos typos literaturæ, quę regnante fuit Proteo: eos Herculem Amphitryonis filium memoriæ mandasse. Præscribere autem atq; monere per eam scripturam deum Græcos, ocium vt agant & colant pacem ludosque faciant semper per philosophiam Musis, ac verbis de iure abiectis armis disceptent. Nos vero cum tunc probe dicere existimauimus Chonuphim, tum multo magis cum nauigantibus ex Ægypto nobis circa Cariam Delii nonnulli occurrerunt: qui Platonem sicut Geometricum orarunt, vt eis prodigiosum ab Apolline redditum enodaret oraculum. Oraculum hoc fuit, liberatum iri Delios cæterosq; Græcos malis præsentibus, si aram Deli duplicassent. Huius cum sententiam nõ possent illi coniectare, atq; in struenda ara rem ridiculam committerent: Singulis enim ex quatuor lateribus duplicatis cum imprudentes eo augmento locum solidum effecissent, octoplum per ruditatem proportionis, quæ longitudine duplum præbet: ad tollendum scrupulum operam implorarunt Platonis. Hic Ægypti memor deridere Apollinem ostendit Græcos, qui literas contemnerent velut exprobrantem nobis inscitiam, atq; imperantem vt sedulo in Geometriam incumbamus. Neq; animi male & obtuse cernentis, sed summe in lineis versati opus esse duarum mediarum proportione respondentem sumptionem: qua sola duplicatur corporis figura cubici ex omni aucta dimensione. Id Cnidium Eudoxum eis vel Heliconem Cizyneum absoluturum. Apollinem autem non respondere opus habere se, neq; concupiscere id: sed iubere omnibus Græcis, vt bellis & eius malis omissis cum Musis rationem habeant, literisq; ac disciplinis clades alleuantes innocuam inter se & frugiferam consuetudinem agitent. Dum Simmias ita fatur, pater noster interuenit Polymnis, considensq; iuxta Simmiam: Epaminondas, inquit, te & hos rogat omnes, nisi quod negocium auocat maius, vt hic operiamini. Cupit vobis conciliare hospitem illum cum virum egregium, tum cum egregia & honesta huc præfectum voluntate. Est quidem ex Pythagoricis Italicensibus vnus. Huc autem contulit se, quo Lysidi seni ad tumulum ex insomniis quibusdam, vt narrat, & manifestis spectris libamina det. Affert auri magnam vim, mercedem debere putans soluere Epaminondæ se, quod illius senectutem fouerit: atq; est promptissimus ad non petentibus nobis & recusantibus inopiæ nostræ subueniendum. Tum Simmias admodum lætus: Insignem prædicas, inquit, virum & philosophia dignum. At quænam est causa, quo minus è vestigio ad nos pergat? Illum, inquit, quia hac nocte excubauit apud bustum, vt opinor, Lysidis, duxit vt se abluat Epaminondas ad Ismenum. Inde ad nos concedent. Ante autem quam nos conueniret, in monumento tetendera, deliberatũ habens tollere corporis reliquias, atq; in Italiã id deportare, nisi nocte dæmoniũ quoddã obstitisset. Ac pater quidẽ sic fatus conticuit. Tum * Anaxidorus: Papæ inquit, quã est aliquẽ vanitate & superstitione inuenire liberum difficile: quando alii inuiti his perturbationib. implicantur ex imperitia aut imbecillitate animi: alii, quo viri religiosi & pręcellẽtes habeãtur, actionib. suis diuinitatis opinionem adiungũt: somniaq; & spectra & aliã eiuscemodi speciem obtendunt iis, quæ ipsis in men-

* *Alii, Galaxidorus.*

10 20 30 40 50

in mentem veniunt. Quod sane remp. tractantibus atq; illis, qui ad præfracti & effrenis vulgi nutum vitam instituere coguntur, non est fortassis inutile, vt superstitione tanquam freno retrahant & traducant plebem. A philosophia vero non solum eiuscemodi videntur phaleræ abhorrere, verum etiam repugnare eius professioni: quæ cum omne ostendit honestum & vtile ratione se docturam, refert ad eos rerum momenta, quasi rationem despiciat: ac sugillata, qua videtur præcellere, demonstratione confugiat ad vaticinia & somniorum visiones: in quibus deterrimus non minorem subinde quam optimus successum habet. Quocirca videtur mihi Socrates Simmia conuenientiorem philosopho formam institutionis & sermonis induisse: qui genus hoc nudum nec fucatum vt ingenuum & veritatis amicum elegit: fastum vt quendam philosophiæ summum relegauit ad sophistas. Huic occurrens Theocritus: Quid Anaxidore, inquit, tibine etiam persuasit Melitus contemni à Socrate res cœlestes? Nam hoc est crimen, de quo eum ad Athenienses detulit. Minime vero, infit, res cœlestes: sed cum spectris, fabulis, & superstitione refertam accepisset à Pythagora & Empedocle philosophiam, atq; ad miram insaniam perductam, assuefecit in rebus ipsis prudentiam quærere & sobria ratione persequi veritatem. Esto inquit Theocritus. Dæmonium vero mi Anaxidore illud Socratis, num rem vanam, aut quid esse dicimus? Mihi certe, quomodo Vlyssi finxit Homerus Mineruam laboribus in cunctis assistentem, talem videtur Socrati vitæ ducem quendam à primo associasse dæmonium oculi vice:

Qui solus lumen præcedens adderet illi.

Rebus in obscuris, quæ humana intelligentia & consilio expendi non possunt. Quippe assentiebatur sæpe ei dæmonium diuinitatis opinionem eius consiliis addens. Ac reliqua quidem & maiora de Simmia & aliis Socratis familiaribus requirenda sunt. Me autem quando ad vatem Euthyphronem veni, Socrates forte Simmia (Meministi enim) ad Symbolon & ad Andocydis domum pergebat, simulq; percunctabatur & excutiebat cum ioco Euthyphronem. Subito autem restitit, commotusque longo tempore attendit, mox reuertens per arculariorum plateam ibat, ac sodales, qui antecesserant, iussit reuocari, obuiam sibi factum dæmonium, atque illa via ne contenderet memorans prohibuisse. Ita cum illo regrediebantur plerique, & in his ego Euthyphroni adhærens comes. Iuuenes nonnulli recta pergentes, quo scilicet Socratis dæmonium deprehenderent, traxerunt secum tibicinem Charillum, qui mecum Athenas ad Lebetem venerat. Concedentibus per statuariorum vicum præter forum iudiciale grex porcorum cœno mersorum ac se inuicem ob multitudinem impellentium occursauit. Cum diuerticulum non esset, alios impressione data strauerunt, alios conspurcauerunt. Venit ergo Charillus domum cruribus & vestibus luto opertis: ita vt Socratis dæmonii cum risu recordaremur atq; illius prædictionis, mirantes an nunquam eum desereret, neque curam eius abiiceret deus. Ibi Anaxidorus: Putas, vero, inquit, Theocrite peculiari Socratis dæmonium & singulari fuisse præditum virtute, non communis partem necessitatis vsu illum confirmasse, atque in rebus cæcis & ancipitibus consilio eius momentum addidisse. Vt enim drachma per se non detrahit lancem, sed stanti in æquilibrio ponderi adiecta totam ad se trahit: item vox ominosa, vel alia quæpiam eius generis nota applicatione per se, sola imbecillis est & leuis momenti, & grauem quidem animum attrahere ad actionem nequit. Cæterum si ex consiliis duobus pugnantibus vni accesserit, dubium sublata æqualitate discutit, vt motus sequatur & impulsus. Tum excipiens pater: Atqui, inquit, ego quoq; ipse Anaxidore ex Megarico quodam accepi, ille ex Terpsione, Socratis dæmonium sternutationem fuisse tam suam quam aliorum. Alio præsente ex dextra siue à tergo siue à fronte accidisset, contendisse illum ad actionem: sin ex sinistra, deterritum fuisse. Ex ipsius sternutationibus illam cunctantis confirmasse, hanc iam agentis inhibuisse & repressisse impetum. Enimuero hoc mihi mirum videtur: quod cum sternutatione vteretur, non enim familiaribus, sed dæmonium esse, à quo vetaretur & concitaretur, diceret. Fastus illud Anaxidore inanis & insolentiæ fuisset, non veritatis & candoris: quibus virum illum reuera magnum & vulgo hominum præstantiorem fuisse iudicamus; vt à voce foris accidenti vel sternutamento perculsus desereret actionem, * & de sententia deduceretur. At Socratis impulsus vim & ardorem videntur habuisse ad omnia, vt ex recto & firmo profecti iudicio & principio. Etenim quod in paupertate perstiterit tota vita sua spõtanea, cum diues esse beneficio læte & cupide dantium valeret, nec repudiauerit inter tot obstacula philosophiam: postremo cum ad salutem & fugam studium amicorum & ratio facilis suppeteret, neque fluxus fuerit ab obtestantibus, neque cesserit in morte ludens, sed mentem adhiberet in periculis immotam, non est viri ex vocibus ominosis vel sternutamentis animum mutantis, nec temerario consilio præditi, sed præside à maiore & authore ad honestum rapti. Audio etiam cladem eum in Sicilia exercitus Atheniensis nonnullis amicis ante denunciasse. Præterea ante hæc Pyrilampes Antiphontis filius, cum in insectatione apud Delion captus à nobis esset, qui erat

* Alii, vel comprobaret consilium suum.

lancea

lancea vulneratus: vt accepit ab eis, qui Athenis ad inducias petendas venerant, Socratem cum Alcibiade, & * Lachete in Restiten descendisse recipientem se, multum eum illum reuocasse narrauit, multum etiam amicos aliquot & manipulares : quibus accidit, vt fugientes cum illo præter Parnetem ab equitatu nostro conciderentur: quod non auscultantes Socratis dęmonio alia, quam qua ille ducebat, ex prælio deflexissent. Hæc arbitror & Simmiam audiuisse: Frequẽter, inquit Simmias, & ex multis. Celebratum fuit enim Athenis multum ex his Socratis dęmonium. Quid ergo, inquit Phidolaus, permittemus Simmia Anaxidorum coniicere tantum vaticinationis exemplum in sternutamenta & voces ominosas: quibus vulgus & indocti rebus nihil vtuntur idq; per ludum. At quando pericula ingruunt grauiora & grandiora negocia, tum illud fit Euripideum:

alii, paciae.

Nugatur admoto nemo ense talia.

Tum Anaxidorus: Simmiam quidem, inquit, Phidolae de his, si quid ex Socratis ipse ore intellexit, paratus sum audire, eiq; vobiscum parcere. Quæ vero tu & Polymnis attulistis non est euertere laboriosum. Vt enim in arte medica pulsus vel pustula, quamuis res sit modica, rem tamen non modicam significat: & gubernatori pelagi fremitus, vel conspectus auis, vel paruæ nubeculæ traiectio ventum denunciat & fluctum maris asperiorem, ita animo fatidico sternutamentum vel vox non est magni per se ponderis, sed casus tamen non magni. Quippe nulla in arte contemnitur ex paruis magna & ex paucis multa præsagire: sed quomodo si quis, qui, cum literarum virtutis sit rudis, raras numero videat & figura exiles, non credat grammaticum ex his colligere magna à priscis gesta bella, vrbes conditas, rẹs perpetratas & calamitates regum: sed sibi videri iudicet, quod horum is vnumquodque iudicaret & recitaret memoriter, rideres Phidolae hominis rusticitatem suauiter, haud aliter vide, ne nos, qui quoq; fatiloqui cuiusq; ignoramus vim, quatenus ad prouidenda conferat consequentia, stulte stomachemur, quod homo intelligens aliquid ex his prædicat de obscuris, eaq; ferat sibi nõ sternutamentum, neq; vocem, sed dęmonium ad res instituendas subiicere. Nam ad te iam Polymni conuerto me. Socratem miraris, qui nullo adhibito fastu vel fuco maxime philosophiam in hominum commerciũ deduxit, non ex sternutamento neq; ex voce ominosa ea sibi, sed sanequam tragice à dæmone dixerit significari. Ego vero diuersum mirarer in homine ad differendum & proprie loquendũ acutissimo, qualis Socrates fuit, si non dæmonium ea, sed sternutamentum sibi iactasset denunciare, vt si quis à telo ictum se dicat, non telo à sagittario: pensatum auri pondus à libra nõ libra ab appendente. Non enim organi est factum, sed illius cuius est organum, quod ad factum adhibet. Est autem signum organum quoddam, quo vtitur, ille, qui significat. Cæterum, quod dixi, si quid referendum Simmias habet, vt qui ea exactius nouit, id audiendum est. Tum Theocritus : Ante, inquit, contemplemur, quinam sint, qui ingrediuntur. Certe hospitem illum apparet nobis ab Epaminonda adduci. Contuentes igitur ad ianuam prægredientem vidimus Epaminondam : atque ex amicis, qui conspirauerant, Ismenodorum, Bacchillidam, & Melissum tibicinem : sequentem autem hospitem forma non illiberali, sed placiditatem & comitatem morum præferentem & honeste amictum. Qui cum assedisset ad latus Simmiæ, frater ad meum, & reliqui, vt sors tulit, facto silentio Simmias fratrem nostrum appellauit, ac: Cedo, inquit, Epaminonda: quo nomine hic hospes, qui & vnde est salutandus? Siquidem hic ingressus quidam est alloquii & familiaritatis solennis. Cui Epaminondas : Theanori, inquit, Simmia nomen est, patria est Crotoniates, ex illius regionis philosophis, qui ingens decus non dehonestat Pythagoræ. Sed nunc quoq; huc contulit se longa via ex Italia egregiis factis egregiam firmans doctrinam. Ibi excipiens hospes : Tu vero prohibes, inquit, Epaminonda ex factis omnibus honestissimum. Nam si beneficia collocare honestum est in amicos, non est ab amicis accipere turpe. Siquidem beneficium, quod non minus accipientẽ requirit quam dantem, ex ambobus ad honestum consummatur. Qui vero non excipit sicut pilam recte adiectam, dedecore afficit in vanum cadens beneficium. Quod enim propositum ferire adeo petenti iucundum & arbitrare est molestum, quam virum beneficio dignum afficere affectanti. Verum illic, quem destinato manente fefellit fortuna, destituitur per semetipsum: hic qui recusat & reiicit, beneficentiam afficit iniuria, quę quo tendebat, id non cõpleat. Ac causas quidem, cur huc nauigauerim, etsi tibi exposuerim, volo his quoq;, vt eis aduersus te vtar iudicibus, recensere. Postquam sedulitates, quę passim fuerunt Pythagoricorum, seditione oppressorum in exilium sunt actæ: & illos, qui adhuc erant consociati, concilium in domo quadam Metaponti agitantes Cyclonii flamma circumuentos ibi omnes necauerunt, extra Philolaum & Lysiam, qui iuuenes robore & agilitate ignem repulerunt : Philolaus ad Lucanos refugit, atque inde sospes ad alios amicos iam conglobatos & Cycloniorum victores contulit se. Lysis autem, vbi gentium foret, diu ignoratum fuit : nisi certe quod Gorgias Leontinus ex Græcia repentes naue Siciliam Arceso nunciauit pro certo agentem apud Thebas se con-

se conuenisse Lysim ac constituit Arcesus illius desiderio confestim conscendere. Cæterum quia plane ex senio & imbecillitate languebat, in mandatis dedit amicis, maxime vt viuum deportarent in Italiam Lysim, vel certe defuncti reliquias. Quod munus quo minus huic viuo amici præstiterint, intermedia bella, seditiones, & tyrannides obstitere. Quia vero nobis Lysidis dæmonium clare obitum eius indicauit: ac quemadmodum apud vos Polymni cultus ille & sustentatus fuerit, qui certum sciebant, nobis nunciauerunt: quod tenui in tecto laute habitus senex fuerit, atq; ciuibus *Thebanis ascriptus, beatus decesserit: missus ego sum iuuenis & vnus à multis & natu grandioribus, & à pecuniosis: qui egentibus pecunia magnas gratias referunt, & vicissim amicitiam ferunt. Lysias autem humatus à vobis honeste, ac sepulchrum honestum consecutus est. Par igitur est, vt collatum in illum beneficium rependatur amicis ab amicis & familiaribus. Dum ita fatur hospes, pater noster Lysidis memoriæ longo spacio illachrymatus est. At frater arridens suo more mihi: Quid agemus, inquit, Caphisia, condonemus pecuniæ pauperratem & taceamus? Minime, inquam ego, charam & bonam iuuentutis altricem, sed pro pugna pro ea. Tuum est enim dicere. Atqui ego, inquit, pater hac via domum nostram vna posse verebar expugnari à pecunia, per Caphisiæ videlicet corpus, quod speciosam vestem requirit: quo amatoribus, qui tam multi sunt, venditet se: affluentem etiam & copiosum victum: vt exercitationes & certamina palæstrica sustinere queat. Quando vero non prodit pauperratem neq; sicut tincturam relinquit patriam paupertatem: sed quamuis adolescens gloriatur frugalitate & præsentibus est contentus: quo nos applicemus pecuniam, aut quem in vsum vertamus? Num auro inducemus arma, & clypeum purpura auro intertexta, sicut Athenienfis Nicias, distinguemus: Iam tibi pater chlamydem Milesiam, matri tunicam quæ vtrinq; purpuram habeat attextam, mercabimur? Neq; enim in ventrem absumemus donum excipientes nos ipsi lautius, quasi Plutum sicut grauiorem inuitauerimus hospitem. Bona verba inquit fili pater Nunquam ego talem vitæ conuersionem aspiciam. Atqui nec ociosas, inquit, seruabimus domi resides diuitias. Ita enim ingrata fuerit gratia, & possessio eius infamis. Quorsum igitur, inquit pater? Proinde, infit Epaminondas, Iasoni Thessalorum prætori, cum nuper ingentem auri vim huc ad nos misisset, orassetq;, vt eam caperemus, plus satis rustice sum respondere visus iniquarum manuum eum authorem esse, qui dominationis vnius studiosus hominem popularem ex libera & immuni quæ suis legibus vtitur, ciuitate pecunia attentaret. Tuam vero hospes promptam voluntatem (Est enim honesta & philosopho digna) amplector & exosculor mirifice: sed adducis non laborantibus amicis medicamina. Vt igitur si inferri audisses nobis arma, & adnauigasses, vt armis & telis succurreres: inde amicitiam & pacem offenderes pactam: nō duceres danda & relinquenda illa non indigentibus: sic socius ades contra paupertatem, quasi ab ea fatigemur: sed est ea facilis nobis toleratu & chara contubernalis. Quapropter nihil est nummis opus neque armis in eam nihil infestam. Sed familiaribus vestratibus renuncia, cum rectissime vti ipsos opibus, tum recte vtentes paupertate hic amicos habere. Lysidis vero victum & sepulturam ipse pro se persoluit nobis: qui cum alia tum paupertatem non moleste nos docuit ferre. Ibi Theanor: An igitur, inquit, si paupertatem ignaui animi est moleste ferre, diuitias formidare & fugere non importunuum: præsertim si quis non ratione eas, sed simulatione vel insolentia vel ostentatione aliqua repudiet? Quæ autem, inquit, ratio honeste parta & iuste repellat, vt Epaminondas: Imo (Ante enim hoc Thessalo dedisti, vt pro his responderes) dic mihi, vtrum dari aliquando recte putes pecuniam, capi non recte: an vero prosus peccare tam qui dant, quam qui accipiunt? Nequaquam, inquit, Epaminondas, sed sicut rem aliam ego, sic diuitias donari & teneri existimo modo turpiter, modo laudabiliter. Quid igitur, inquit Theanor, num qui, quod debet, vltro & prompte dependit, non honeste dat? Annuit. Qui vero, quod est datum honeste, accepit, non honeste cepit? Num iustius capiatur pecunia quam ab eo, qui iuste dat: Minime, inquit. Igitur si ex duobus, inquit, amicis ab altero est dandum, alteri profecto sumendum est. Nam in pugnis quidem hostis, qui bene est meritus, declinandus est. At in beneficiis amicum, qui recte largitur, neq; refugere neque repellere sit verum. Nam si non grauis est paupertas, nec è diuerso vsque adeo sunt ignominiosæ opes nec abiectæ. Non sane, infit Epaminondas: sed poteris nobiscum rem expendere. Sunt nimirum cupiditates multæ & multorum, quædam naturæ insitæ, vti vocant, & in corpore pullulantes ad necessarias voluptates, aliæ peregrinæ, quæ sunt propter inanem gloriam: roburque, & vim à tempore & consuetudine in praua educatione mutuantes subinde trahunt & deiiciunt animos quam necessariæ validius. At vsus & meditatio multum etiam de natiuis ægritudinibus resecandi dedit doctrinæ facultatem. Omnis autem exercitationis vis mi Theanor aduentitiis & superfluis est cupidinibus admouenda, atque has subigere amputareq; debemus vinculis & coercitionibus reprimendo. Nam si sitim domat & famem obluctans diu cibo & potui ratio: longe certe est facilius auaritiam & ambitionē refrenare abstinentia ab eis, quibus inhiant,

*Alii, filii.

hiant,& repressione tandem deuictas. Num tu aliter sentis? Assensus est hospes. An non discrimen,inqu r,vides inter meditationem & effectum, cuius grat a suscipitur meditatio. Atq; vt athletices effectum dixeris cum aduersario de corona concertationem: meditationem, corporis ob id per exercitia preparationem: virtutis item aliud fateris opus esse,aliud meditationem? Assentiente hospite : Age iam,inquit,in continentia fœdis & prauis temperare voluptatibus, meditationem an potius opus & documentum esse censes meditationis? Nempe opus,inquit, ego & documentum. Meditationem autem & commentationem cum continentia non ne asciscebatis etiamnum hac ratione vos omnes: quando exercitantes vos & agitantes vt bestias appetitiones splendidis mensis & variis dapibus longo tractu admouetis : mox seruis vestris eas ad epulandum concedítis,ipsi tenuibus & frugalibus vescimini cohercitis iam cupiditatibus. Siquidem voluptatum temperantia licitarum est ad vetitas commentatio. Vero,inquit. Est ergo quædam etiam iustitiæ aduersus auaritiam & pecuniæ cupiditatem exercitatio: non ne furetur quis incursu nocturno res aliorum,neue grassetur : nec,si non pecunia tedemptus patriam & amicos prodat,iam exercet se aduersus auaritiam. Etenim lex fortassis hic & timor rapacitatem ab inferenda iniuria retrahit. Sed qui iustis & concessis ab lege luctis crebro absistit,hic seipsum vltro subigit & consuefacit abhorrere ab iniusta omni & improba captura. Neq; enim magnis in voluptatibus,prauis tamen & noxiis poterit mens conquiescere: quæ non frequenter,cum copia esset data fruendi,non respuit eas : neq; compendia flagitiosa & immanes auiditates,quæ ipsum adoriantur,superare est illi procliue : qui non multo ante contaxit & erudit auiditatem aliis artibus magnopere ad quæstum faciendum educatam. Qui namq; iniquitate gliscit,is sanequam ægre & difficile à fraudando temperauerit. At vir,qui non amicorum gratiæ neq; muneribus regum se permisit,sed & fortunæ forti renunciauit, & thesauro inuento inhiantem repressit auaritiam: hic ad iniuriam non insurgit neq; solicitatur animo : sed se vtitur ad honestum facili,magnos gerens animos, & optime sibi conscius. Horum ego hominum cum ego & Cephasias mi Simmia simus amatores: oramus hunc hospitem,vt nos sedulo in paupertate ad illam virtutem exerceri sinat. Ita postquam frater disseruisset,Simmias cum bis vel ter capite annuisset: Magnus inquit,magnus est Epaminondas vir. In causa est à ptimo hic Polymnias qui optimam educationem liberis in philosophia parauit. Cæterum de his ipse hospes cum eis transigas. Lysim autem,si nobis audire fas est, vtrum ex sepulchro moues & transfers in Italiam,an remanere hic sines apud nos beneuolis & amicis, illuc cum venerimus, vsurum contubernalibus. Hic arridens Theanor: Apparet Lysim,inquit,Simmia huius loci amore duci,qui re nulla honesta Epaminondæ beneficio eguit. Sunt enim piæ quædam Pythagoreorum in sepulturis ceremoniæ: quæ nisi assecuti,non putamus nos beatam & conuenientem habere finem. Vt igitur percepimus ex somniis Lysidis exitũ (Internoscimus autem certo signo, quod offertur in somniis,defuncti an viuentis sit spectrum) cogitatio multos subiit,aliter Lysim in terra peregrina funeratum esse, atq; inde nobis mouendum : vt iusta ei exequiarum apud nos soluerentur. Hac mente huc contendi, atq; ad bustum statim ab incolis ductus,sub vesperum iam inferias dedi Lysidis manes euocans vt descenderent,quemadmodum hæc agenda essent,responsuræ. Multa iam nocte nihil equidem vidi,sed vocem visus sum mihi audire: Immota ne moue. Nam iusta exequiarum præbita sunt ab amicis Lysidis corpori. De anima iam iudicatum,ea ad alias dimissa natales est,& alium genium sortita. Et quidem iam congressus mane cum Epaminonda,modo intellecto,quo extulerat Lysim : cognoui rite eum ad arcana vsq; ab illo institutum,atq; vti ad vitam eodem genio, nisi ex cursu ego de gubernatore male coniicio. Quippe semitæ vitarum sunt multæ,sed quibus genii homines ducant, paucæ. Sic fatus Theanor intuitus est Epaminondam,quasi de integro ex eius specie ingenium speculans. Interea medicus accessit resoluitq; Simmiæ fasciam,qua obligauerat crus,vt corpus eius curaret. Interueniens autem cum Hipposthenida Phyllidas me,Charonem,& Theocritum excitauit,abduxitq; in atrii angulum mire,vt vultus eius demõstrabat,exanimatus: ac me,nunquid noui Phyllida,quærente: Mihi quidem,inquit,noui Cephasia nihil. Namq; præscieram & prædixerã vobis Hipposthenidæ ignauiam. Quare oraui vos,ne rem cum eo consociaretis,neq; ad hoc consilium hominem adhiberetis. Attonitus his dictis nobis Hipposthenidas: Noli quæso,inquit,ita Phyllida dicere,neq; præcipitantiam fortitudinem censens perditum eas & nos & ciuitatem sed sine tuto,si ita in fatis est,illos ab exilio redire. Tum exardescens Phyllidas : Cedo, inquit, Hipposthenida quam multos arbitrare huius arcani consilii ad rem patrandam esse nobis consclos? Equidem,inquit ille,nõ minus triginta noui. Quid ergo,inquit,quod tam à multis fuit deliberatum,rescidisti vnus interpellastiq;,per nuncium,quem ad illos, qui huc iam contendunt misisti,vt reuertantur iubens,nec vt hodie pergant , quando quæ ad reditum spectant,pleraq; etiã casus pręstruxit. Quæ cũ exposuisset Phyllidas,omnes quidẽ fuerunt perplexi. Charon autem

tem multum aſperi coniectis in Hippoſthenidam oculis: Quid homo teterrime, inquit, feciſti nobis? Nihil inquit mali Hippoſthenidas, ſi depoſita vocis truculentia hominis coætanei & pariter cani rationem habes. Nam ſi periculorum ſecuram magnanimitatem probare ciuibus atque contemptorem vitæ animum Phyllida certum eſt, multum diei ſpacium ſupereſt adhuc, nec operiamur noctem: ſed correptis enſibus pergamus in tyrannos, trucidemus eos, emoriamur, ruamus præcipites in pericula Quod ſi hæc neque perpetrare neque in ea incurrere difficile eſt: ſed eripere Thebas tam multis hoſtilibus armis cinctas, & Spartiatarũ præſidiũ non eſt procliue duorum vel trium cæde expellere (Neque enim tantum vini ad conuiuium & epulas Phyllidas parauit, vt mille Archię ſatellites onerentur mero: ſed vt obtruncauerimus illum, ſta-
10 tionem agit hac nocte ſobrius Cripidas & Arceſus) quid amicos & propinquos domum in certam perniciem reducere properamus, idque cum non ſint in totum imprudentes illorum reditus hoſtes? Cur Theſpienſibus eſt edicto præceptum in tertiã hanc diẽ, vt in armis ſint, & Spartiatarum ducibus, quando eos euocarent, dicto audientes? In Amphideum hodie, vt audio, quæſtione de eo habita, vbi redierit Archias, animaduertent. Non ſunt magna hæc non eſſe clam conſilium noſtrum indicia? Nonne præſtat in tempus non longum, ſed tantiſper, dum procurauerimus prodigia, rem protelare? Etenim Cereri immolantes bouem vates ingentem motũ & diſcrimen denunciari oſtendunt ex holocauſto: & quod tibi magnopere Charon eſt cauendum, heri rure mecum rediens Hippathorns Erianthis filius vt cætera bonus & mihi familiaris, ſed inſtituti noſtri plane ignarus, Eſt tibi Hippoſthenida, inquit, magnus cum Charone
20 viſus, mihi vero non admodum eſt coniunctus. Huic, ſi tibi videtur, nuncia, vt caueat periculum quoddam ex inſomnio triſti admodum & ominoſo. Proxima ſuperiore nocte viſa mihi eſt eius domus prægnantium more parturire: illum & amicos de ea ſolicitos vota facere & præſto eſſe: mugire illam & voces quaſdam mittere inconditas, poſtremo flammam eluxiſſe ex ea foras copioſam & vehementem, vt vrbs fere tota inflammaretur, Cadmiam ſolo fumo inuolutam fuiſſe, ſed incendium ſuperiora non depaſcere. Ac viſio quidem Charon, quam ille prædicauit, ea eſt. Ego vero extemplo trepidaui, longeque magis, poſtquam hodie accepi exules domicilium tuum petituros, æſtuo, ne ingentibus malis obruamus nos ipſos: cum nihil magnopere offenderimus hoſtes, ſed tantum permouerimus. Ciuitatem enim à nobis ſtare exiſtimo, Cadmiam, ſicut eſt, ab illis. Cui reſpondens Theocritus repreſſo, qui aliquid Hippoſthenidæ dicere vole-
30 bat, Charone: At mihi quidem, inquit, nulla vnquam res tantum animi Hippoſthenida ad rem aggrediendam dedit: tametſi in immolando pro exulibus ſemper læta mihi exta fuerint, vt hoc viſum. Siquidem lumen ingens & clarum in ciuitate narras ex domo ſocia effulſiſſe, fumo autẽ obfuſcatum hoſtium domiciliũ, id nihil vnquam adferet lachrymarũ nec fluctus, neque quicquam poteſt fieri melius quam incertas voces à nobis emitti. Itaq; ſi quis etiam quicquam denunciare de voce velit, id hoc erit. In ſuſpicionem hoc negocium incertam & cœcam veniet, ſimulq; effulget & conficietur. Nam non litare haud pertinet ad ſtatum publicum, ſed ad dominantes. Adhuc loquente Theocrito dico Hippoſthenidæ. Quemnam ad exules emiſiſti? Nã ſi nõ multum anteuerriſti, perſequemur hominem. Haud ſcio, inquit Hippoſthenidas, Caphiſia (Verum enim eſt vobis dicendum) an aſſequi eum, quod equo vtatur Thebanorum præſtantiſ-
40 ſimo, poteris. Eſt autem nobis ille familiaris, aurigarum Melonis præpoſitus, ac per Melonem huius conſilii ab initio conſcius. Ego, de quo diceret, conſiderans: Dicíſne Hippoſthenida, inquam, Chlidonem, qui ſolenni Iunonis celeri equo palmam retulit. Imo illum ipſum, inquit. At quiſnam, inquam, hic eſt, qui ad ianuam veſtibuli iam diu ſtat, & nos contuetur? Ibi reſpiciens Hippoſthenidas: Chlidon, inquit, mediusfidius eſt. Hem vereor, vt quid ſecius acciderit. Ille vt vidit nos in illum intentos, à foribus ſenſim ad nos perrexit. Cui cum innuiſſet Hippoſthenidas iuſſiſſetque, vt coram omnibus, ſi quid vellet, expromeret. Omnes enim eſſe ex noſtris: Satis, inquit, hoſce Hippoſthenida noui. Te autem cum neque domi reperiſſem neq; in foro, huc cõiectaui ad hos profectum, quo etiam ſtatim contendi: vt nihil eorum, quæ mihi acciderunt, ignoretis. Nam ſicut præceperas, vt maturarem, quantum poſſem, in monte exulibus occurrere, do-
50 mum ad capiendum equum ingreſſus ſum. Poſcenti frenum mihi non potuit vxor dare, ſed per diu morata eſt in conclaui. Poſtquam longo ſpacio illic quærendo & omnia verſando ſatis me deluſit, tandẽ eſt faſſa vicino ſe frenũ commodaſſe, cum veſperi id rogaſſet illius vxor. Fremẽte me & verbis vxorem meam increpante vertit illa ſe ad diras exercrationes, imprecans malũ mihi iter & malum reditum: quæ deos precor, vt in illam ipſam vertant. Deniq; ad verbera vſq; ex flamma prouectus, mox concurſu facto vicinorum & fœminarum, fœdiſſime illam accepi & acceptus ſum, atq; ita ægre ad vos perueni, quo ad illos alium mittatis. Equidem parum nunc ſum mei potẽs & animo tumultuãte. Hic magna nos ex eo caſu animi mutatio cepit. Qui paulo ante fueramus infenſi, quod impeditũ eſſet conſiliũ, tunc propter præcipitem temporis occaſionem & pernicitatem, quod nulla eſſet procraſtinatio, in ſolicitudinem & metũ coniiciebamur.

Verum enimuero appellaui Hippoſthenidam comiter & confirmaui. quod etiam dii ad rē aggrediendam hortarentur. Hinc Phyllidas digreſſus eſt, vt pararet conuiuium, & Archiam ſtatim in vinum coniiceret: Charon, vt domum curaret. Ego & Theocritus Simmiā repetiuimus, quo Epaminondam oblata occaſione conueniremus. Illi iam multum progreſſi erāt in quęſtione præclara, quam paulo ante Anaxidorus & Phidalaus attigerant, Socratis dæmonii, quod vocant, quæ natura & vis fuiſſet. Illa quidem, quæ contra Anaxidori dicta diſputauit Simmias, nō audiuimus. Ipſe Socratem oſtendit cum aliquando de his rogaſſet, non accepiſſe reſponſum ſe: quare iterum non quæſiuiſſe. Sæpe autem conueniſſe alois, qui per viſionem dicerent cum deo aliquo eum colloqui ſolitum. quos ſe pro vanis habuiſſe: alois, qui audiſſe vocem quandā animū aduertenti & ſedulo percunctanti loquentem. Quare nobis rem inter nos priuatim volutantibus venit in mentem cogitare, anne Socratis dæmonium non viſio, ſed vocis alicuius perceptio vel ſermonis conceptio fuerit, qui nouo & prodigioſo quodam modo ad eum deferretur, quomodo in ſomnis qui ſermonū aliquorum opiniones & informationes accipiūt, arbitrantur loquentes ſe exaudire. Cæterum aliis vere per ſomniū notio talis offertur propter corporis quietem & tranquillitatem, cum ſomno ſunt ſopiti. Aliorum animus ægre exaudire valet humana conditione præſtantiores, ſuccumbentes que turbulētis animi motibus & circumacti negociis attendere animum nequeant iis, quæ ſignificantur, neq; accipere. Socrati mens pura fuit & immota, quæ parum commercii cum corpore neceſſariorum gratia habebat: ideoque mollis & tenuis, vt celeriter ab occurſante verteretur. Illud autem, quod occurſabat, nō ſonū ſed ſermonē coniicias genii fuiſſe: qui attingeret ipſa re ſignificata intelligentē. Imitatur enim vox pulſum, animo per aures vi orationem, quando inter nos colloquimur, recipiente. At eius, qui ſupra cōditionem humanam eſt, mens ducit animum generoſum perſtringens eum re percepta nō indigentem pulſus: atq; hic præbet ſe facilem remittenti & intendenti appetitionem, nō violēter ex permotionibus reluctantibus, ſed facilibus & mollibus tanquam freno obſecundatibus. Neque id mirari debemus: cum videamus à paruis clauis grandes circumagi naues onerarias, hinc rotarum figlinarum vertiginem ſummæ manus contrectatione recte contorqueri. Nam licet inanima ſint illa, ſi tamen ſtructa in rotunditatem ſint, ex læuore cedunt momento accedenre ad id, quod mouet. At animus humanus ſexcentis impulſibus ſicut ſtimulis intentus multo omnium eſt organorū verſatiliſſimū, ſi quis rite tractauerit eum, quando momentum cepit: vt ad id, quod eſt conceptū, flectatur. Huc namq; ad id, quod concipit informationes, permotionum & appetitionum contendunt capita. Quo agitato, dum rapiuntur, rapiunt & dirigūt hominem Quare inprimis, quantum roboris obtineat informatum, facultatē dat vt intelligamus. Siquidem oſſa ſenſus ſunt expertia, nerui & caro humoribus turgida, quorum ponderoſa moles quieſcens & iacens, ſimul vt animus in ieiunium coniicerit, appetitionemque ad id ciet, tum tota excitata & connitens omnibus partibus tanquam alata volat ad agendum. Neq; motionis, directionis, & repræſentationis imaginū difficilis eſt modus, aut in totū perplexus ad perſpiciendū quo animus informatus rapit appetitionibus ad ſe illam molem: ſed quomodo citra vocē conceptus animo ſermo mouet placide: ſic mea quidem ſententia non infeliciter comparatum eſt, vt ab excellentiore mens mente & ab animo diuiniore trahatur foris attingēte, ſicut ſolet cōtractum ſermo habere ad ſermonem, & lumen ad luminis reſultum. Nam reuera noſtras inuicem intelligentias quaſi in tenebris per vocem contingentes indicamus. At dæmonum intelligentiæ, quæ ſunt lucidę & capaces, irradiant, nec deſiderāt verba & dictiones: quas adhibent inter ſe homines notas, vt ſpecies conceptionū animi & ſimulachra cernant: ſed ea ipſa non cognoſcunt, præterquam illi, quibus ſingulare aliquod & cœleſte, ſicut diximus, ineſt lumen. Quamuis id, quod circa vocem fit, aliquatenus non credentibus ſatis facit. Aër enim, quando ex ſonis perfectis formam accepit, redditusq; eſt ex toto ſermo & vox, ad animum audientis animi conceptionem defert. Itaque mirandum ſit, ſi eadem ratione per hoc animo conceptū ab naturis auguſtioribus moueri animum non credas. Quid namq; habet monſtri, ſi aër à dæmonio mutatus, qui facile mutatur, enunciet diuinis & excellentibus viris eius, qui animo agitant quid, ſermonem. Quomodo enim pulſus eorum, qui remoti ſunt, ex clypeis æreis propter reſonantiam percipiuntur, quando ex profundo ſublari accidunt: aliorum obſcure diſcurrentes fugiūt item dæmoniorum ſermones, quamuis per omnes ferantur, reſonant tamen in ſolis, quibus placidum ingenium & tranquillus eſt animus: quos nimirum ſanctos & diuinos vocamus. At vulgus cum hominibus dormientibus exiſtimat dæmonium habere conſuetudinem: ſi vigilantes compoſitoſq; mente perinde pellant, incredibile arbitrantur & miraculū: velut ſi putes muſicum, qui remiſſa vtitur lyra, eum neruis inſtructā & concinnatam non recte pulſare & tractare poſſe. Siquidem cauſam non cōſiderant tumultuantem ingruentiā ſuam, qua vacauit amicus noſter Socrates: vt oraculum, quod patri eius etiamnum pueri fuit redditum, præcinuit Id præcepit huic, vt fineret eum, quicquid ei in mentem veniret, agere: nec cogeret, vel ab inſti-

tuto abduceret, sed impulsui indulgeret pueri, ac vota faceret Ioui Agoræo & Musis. Cætera ne laboraret magnopere de Socrate: vt qui excellentiorem haberet in se sexcentis magistris & pædagogis vitæ ducem. Nobis Phidolae & viuentis Socratis & mortui de dæmonio ita sentire visum. Voces omnino fas vel sternutamenta, vel eius generis reliqua abiicimus. Quæ autem ex Timarcho Chæroneo audiuimus, cum de his dissereret: haud satis scio an proferenda sint, ne fabulas nos fingere aliqui existiment. Minime, inquit Teocritus: Imo exprome illa. Quamuis enim non vsquequaq;, aliquatenus tamen assequuntur & fabulosa veritatem. Primum tamen hic qui fuerit Timarchus, expone. Neq; enim noui hominem. Merito sane inquit Caphisia Theocritus. Siquidem admodum adolescens excessit è vita, atque à Socrate contendit, vt apud Lamptonem Socratis filium, qui paucis diebus ante ipsum defunctus fuerat, amicū & æqualem suum tumularetur. Hic igitur, cum dæmonii Socratis quæ vis esset, cognoscere gestiret: vt qui adolescens esset egregius, & modo philosophiam gustasset, re mecum tantum & cū Cebete communicata, in Trophonii manteū solemnibus peractis descendit. Cū hæsisset in specu duas noctes & diem: ac multi eum iam pro deplorato haberent, & cōplorarent familiares eius, summo diluculo fronte perquam læta prodiit: ac postquam salutauit venerabundus deū, & explicuit se turba hominū, multa nobis vidisse se & audiuisse miranda memorauit. Narrauit, postquā descendit in manteū, offusum se primū multa fuisse caligine. Inde obsecrationibus factis diu iacuisse, nō satis clare, vigilaret somniaretne, intelligens: nisi quod visæ ei essent capitis strepitu accidente percussi dehiscentes suturæ animam emittere. Quæ vt excedens cum aëre commixta fuit læta rutilante & limpido, primum respirare tunc visam tandem perdiu atq; exporrigi, & quam ante fuisset, ampliorem fieri instar veli passi: inde percipere parū clare stridorem quempiam supra caput circumuolutatum, qui vocem suauem emitteret. Cū autē oculos circumtulisset, terram nusquam circumspexisse, sed micantes molli flamma insulas, cōmutantes inter se alium alios colorem tanquam tincturā accipere variante in commutationibus luce. Visas eas numero infinitas, granditate immensas, non pares tamē inter se omnes, sed æque orbiculatas, arbitratum autē se æthera his in gyrum circumactis illum stridorem edere, dū leniter inter se concursabant. Esse enim germanam incitus læuori vocis illius lenitatē ex omnibus cōcinatæ: Interiectum illis mare vel lacum effusum colore pellucidum ex admixta grandine. Ex insulis illis paucas vehi recto meatu & decurrere vltra riuum: alias frequentes à recto cursu aberrare vel retrahi impetu, quasi gurgitibus haurirentur. Esse pelagus hoc alibi valde altum versus Austrum. Præcipue autem esse ibi tara vada & breuia, alicubi effundi rursusq; contrahere se mare, nec multum se effundere, ac colores trahere modo indilutum & pelagium: modo non liquidum, sed turbulentum & limosum. Impetum fluctus iu sulas ad litus simul delatas reducere, neq; finem coaptare cum principio, neq; circulū efficere: sed leniter anteuertere applicationes anfractumq; efficere, dum voluuntur, vnum. Harum ad mediam potissimum aëtis & maximam partem vergere mare paulo minus octo partibus vniuersi, vt ei apparebat. Duo esse mari ostia, quæ ignis irrumpentis aduersos amnes recipiant: ita vt longissimo spacio retro inhibitum mare repellatur, & candefiat glaucedo. Hæc dum contemplabatur, oblectatū se fuisse eo spectaculo. Cum deorsum aciem demisisset, vastum apparuisse hiatum rotundum sicut globi carinati mire horribilem & profundum, ingentibus tenebris fœcundum non sedatis, sed turbatis & frequenter restagnantibus, vnde exaudiri infinitos rugitus & gemitus animantium, infinitorum plotatum puerorum, permixtorumq; virorum & fœminarū eiulatus, strepitus varios, & tumultus ex alto procul obscuros sublatos, quib. se nō mediocriter fuisse perculsum. Procedente tempore dixisse quempiam, quem non videbat, sibi: Quid desideras Timarche interrogare? Respōdisse se: Omnia. Quid enim hic est, quod non sit stupendum. At nobis, dixisse illum, parum est iuris in superis. Quippe sunt aliorū illa deorum. Persephones sortem, quam nos dispensamus, ex quatuor vnam, vt eam terminat Styx, conspicias, si libet, licet. Rogante se, quænā Styx esset. Via dixisse illum ad Orci regnum, proceditq; ex aduerso ea secans vertice quidem lumen, extēdens autē se, vt conspicis, ex Orci regno ab imo, quæ contingit illud reuoluta, atq; ab luce partē extremam disterminat vniuersitatis. Porro sunt vniuersitatis quatuor principia: vitæ primum, secundum motus, tertium generationis, postremū interitus. Copulat secundo primum monas in eo, quod est imperspectabile: secundum tertio mens in sole, tertium quarto natur in luna. Coniunctionis cuiusq; Parca clauigera Necessitatis filia sedet: primę Atropos, secundę Clotho illius in luna Lachesis, circa quam flexus est geniture. Nam reliquas dii incolunt insulas. Luna vero, quæ dæmoniorum est inferiorū, declinat Stygem paululū extollens se. Occupatur semel in secundis modis centum septuaginta septem: atque incurrente cum impetu Styge animæ vociferantur ex formidine. Quippe multas abripit Orcus delabentes, alias subuehit ex loco inferiore adnatantes luna: quibus opportune cecidit natalium finis: extra quam si quæ conscelerataæ sunt & impuræ: quas terribiliter fulgurans & rudiens non permittit prope accedere:

verum sortem lamentantes suã delabuntur, deferunturq; rursus ad aliam, vt vides natiuitatem. Ego vero, dixisse Timarchum, nihil video: nisi frequentes stellas circa hiatum saltitantes, alias demergi in specum, alias rursus ex imo evehi. Nempe, dixisse illum, ipsos, cum id non intelligas vides dæmonas. Ita autẽ res se habet. Anima est omnis mentis compos, nullaq; est hominis quæ rationis sit expers. Sed quatenus ex carnis contagione tenetur & perturbationib. alteratur vertiturq; ex voluptatibus & doloribus, vt rationis exors euadat. Temperatur autem non eodem omnis modo: sed aliæ demerguntur in corpus totæ, atq; omni ex parte perturbatæ prorsus à vitiis huc illuc in vita iactantur. Aliæ retinuerunt, aliæ foris reliquerunt partem purissimam non attractam: sed vt in summa aqua natantem, quæ contingat ex capite hominem, vt si in alto mersum funis excelsus subleuet, qua anima se erigit: quatenus huic paret, nec perturbationibus succumbit. Quod igitur submersum in corpore impetu aufertur, anima dicitur. Quod vero ex corruptione est reliquum, vulgus mentem appellat, atque intra se esse id arbitratur: quomodo ea, quæ in speculis apparent per luminis repulsum: Qui recte iudicant vt extra se positam, vocant dæmonem vel genium. Stellas ergo dixisse illum, quæ extingui videntur, cũ vides: animas illas, totæ quæ in corpus sunt demersæ, conspicere puta te: alias, quæ relucent, atq; redeuntes in lucẽ ex loco inferiore caliginem quandam & tenebras sicut cœnum excutiunt, eas esse, quæ à morte ex corporibus remeant. Quæ vero in sublimi vltro citroq; cursitãt, genii sunt hominũ, qui mentẽ dicuntur habere: Age aũt considera cuiusq; connexionem, quatenus animæ sit conglutinata. Quibus auditis accuratius se attendisse, & esse contemplarẽ stellas in salo iactari has minus, illas magis, sicut subera, quæ retia in mari indicant, conspicimus fluitantia: Nonnullas circumuolutorum fusorum in modum cursum confusum & inæqualem trahentes, nec valentes motũ ad rectam viam componere. Dicere autem vocem illam eas quæ rectum & compositum meatum tenerent, animis vti obsequentibus ex institutione & disciplina honesta: quæ non in terra lutulentam & feram exhibeant partem animi rationis expertem. Quæ sursum ac deorsum subinde inconstanter & turbulente vergunt, quasi ex vinculis moliantur se, cum contumacibus & indomitis ob ruditatem luctari ingeniis, nunc eorum potentes ac deducentes has ad dextram, nunc detortas à perturbationibus atq; abreptas à peccatis, mox renitẽtes magna vi in diuersum. Nam connexionem freni vice parti animi rationis experti iniectam, cũ retrahit, pœnitentiam quam vocant ex noxis mouere: & illum ex voluptatibus, si quæ prauæ sint & effusæ, pudorem: qui cruciatus & morsus est, vnde anima à dominante & imperãte refrenatur: quoad sic coercita obsequens fiat & placida sicut pecus citra plagam & cruciaturũ per notas celeres & signa genium sentiens. Cæterum hæc quidem sero tandem & tarde instituuntur & componũtur ad rectũ. Ex tractabilibus illis, quæ mox à primis incunabulis genio suo peculiari parent, genus fatiloquorũ est & deorũ vocem audientium: de quibus Hermodori Clazomenii animam audisti certe relicto in totum corpore noctedieq; longe palari, inde remeare solitam: cum multa, quæ locis remotis dicta & gesta essent, audisset & vidisset, donec corpus eius vxore prodente nacti anima destitutum domi hostes cremauerunt. Cæterum non est hoc verum. Neque enim excessit corpore anima: sed dum obsecundat & laxat genio vinculum, permittebat ei liberũ & vagum cursum, vt multa foris conspecta & audita renunciaret. Qui vero corpus sopiti extinxerunt, supplicium in hodiernum vsq; diem in Tartaro persoluunt. Hæc intelliges, dixisse vocem illam, liquidius adolescens tertio abhinc mense: ad præsens facesse. Silente voce respexisse se, ac voluisse narrauit Timarchus, qui ille esset, qui loquebatur, spectare: verũ ex ingenti iterũ capitis dolore quasi vi collisi prorsus de statu mentis dimotum fuisse, omniq; orbatum sensu. Paulo post sui factum compotem vidisse in Trophonii specu se ad vestibulum, vbi initio decubuerat, iacentem. Hactenus de Timarchi fabula. Vt autem Athenas regressus tertio mẽse ex vocis, quæ ei fuerat oblata, prænunciatione expirauit, ac rem Socrati stupentes retulimus: increpauit nos Socrates, quod non superstite adhuc Timarcho id ipsi exposuissemus. Libenter enim illum ipsum auditurum se fuisse, & liquidius etiam excussurum. Habes Theocrite mixtã historiæ fabulam. Sed vide, an ne hospitem ad hanc quęstionem accersemus. Nam valde conueniens ea est viris diuinis atq; ad illos proprie spectat. Quid autem, inquit Epaminondas, qui in iisdẽ exercetur atq; nos disciplinis, non adducit in medium sententiam suam? Hic arridens pater. His est, inquit, hospes hic moribus, taciturnus atq; ad loquendum religiosus, sed discendi & audiẽdi supra modum auidus. Quapropter Tarentinus Spintharus, qui diu eo vsus est hic familiariter, semper in ore habet, in nullum se vnquam incidisse hominem, neque qui plura sciret, neq; parcius loqueretur. Itaq; tu, quæ ipse sentis de ante dictis, expedi. Ego sane, inquit, ea, quæ retulit Timarchus pro sacrosanctis & deo dicatis esse aio habenda. Demirer autem, si quis parũ fidei sit Simmiæ dictis adiuncturus: & cum cygnos sacros & dracones, & canes, & equos nominent, homines cœlestes esse & diis gratos nõ credant, præsertim cum deum non auium sed hominũ amore existiment teneri. Quomodo ergo homo equitii studiosus non perinde omnium, qui

eius generis sunt,curam gerit: sed semper aliquẽ eximiũ habet,diligitq; ex cæteris, quem ipsemet exercet,alit,& diligit singulariter:item illi,qui supra sortem sunt humanam, optimũ quẽque ex nostris sicut ex grege signant & singulari aliquo tyrocinio & præcellenti dignantur: eosque non freno & flagellis,sed doctrina per signa corrigunt:quorum vulgus & plebei sunt rudes. Neque enim vulgares canes notarum venetoriarum,neq; vulgares equi equinarũ sunt intelligentes,sed qui docti sunt,confestim ex leui sibilo vel popysmo imperata intelligẽtes,facile quo oportet vertuntur. Nec videtur etiam Homerus huius,quod dicimus, imprudens discriminis esse. Siquidem vatum aliquos augures vocat & sacerdotes,alios deorum ipsorum intelligentes colloquentium & capientes denunciare puta futura,vbi ait:

10 *Horum Priamides Helenus præsensit acute*
Consilium,diuum quod consultatio suasit. Et,
Sic æternorum percepi verba deorum.

Sicut enim regum & imperatorum animum externi percipiunt & cognoscunt ex facibus,præconiis,& tubis:fidis & familiaribus ipsi exponunt: sic deus paucos appellat per semetipsum & raro:vulgo hominũ dat significationes,ex quib.cõstat ea,quæ dicitur diuinatio. Nam dii quidẽ parcissimorum hominum mores exornant, quos summe beatos & diuinos reuera volunt reddere. Quæ vero exolutæ sunt à genitura animæ,ac de cætero vacant à corpore velut plane manumissæ genii sunt hominum iuxta Hesiodum curatores. Vt enim athletæ, qui desierunt ex senio certamina,non ex toto concertandi & curandi corporis deposuerunt desiderium:sed ex-
20 ercitantes se alios quando vident,diffundũtur,exhortantur eos,vna in curriculo versantur:itẽ qui abstiterunt certaminibus ex animi virtute ac facti sunt genii,hi non penitus despiciunt humana negocia,sermones,& studia: verum eos,qui meditationibus suis eodem tendunt, fausti seruientesque eorum contentioni excitant ad virtutem hos acuuntque: quando prope ad metam iam contendentes eamque attingentes cernunt. Neque enim cum quibuslibet intercedit dæmoni interior vsus: sed quomodo inter natãtes in pelago illos,qui adhuc in alto procul à terra fluitant,homines in terra consistentes quiete spectant solum:ad illos vero,qui iã prope sunt, accurrentes & mare ingredientes,simulque manu & voce succurrentes,eripiunt eos. Idem est genii Simmia mos. Nos etenim,qui negociis deprimimur infinitis,corporaq; multa quasi vehicula sortiti sumus,ipsos sinit eniti & tolerantiam exercere, vt nostra propria virtute conemur
30 salutem adipisci & portum tenere. Quod si qua per sexcentas iã natiuitates longa subierit certamina recte & impigre anima,ac dum ad metã iam orbis sui periclitans elaboransq; in exscensione multo sudore aduehitur ad terram: huic non inuidet deus, vt genius familiaris opem ferat,sed liberum id facit cupienti. Cupit autem alius aliam conseruare adhortando. Illa vero exaudit,eo quod prope accedat,seruaturque. Quæ genio non auscultat,ab eo deserta parum feliciter discedit. His dictis Epaminondas in me versus: Tempus est,inquit,Caphisia,vt ad gymnasium concedas,nec relinquas sodales. Nos Theanoris curam dimisso,quando visum erit,colloquio agemus. Cui ego: Hoc,inquam,agamus. Cæterum nonnihil,ni fallor,vult Theocritus hic vnaque ego & Anaxidorus tecũ agere. Bonis auibus,inquit, colloquatur,exurgensque processit in porticus anfractum: ac nos eum cingentes tentabamus exhortari ad cœpta. Ille diem satis
40 intellexisse ostendit se reditus in patriam exulum,ac cum Gorgia amicos ad occasionem decuriatos esse,nec esse interempturos indicta causa vllum ciuem, nisi magna necessitas exprimat. Conuenire etiam alioquin,vt essent nonnulli Thebani vacui & liberi ab hoc consilio, minusq; fore hos suspectos ciuibus,quod rectissime eos sibi consulere sint existimaturi. In hanc sententiam discessimus. Ille digressus est ad Simmiam. Nos in gymnasium descendimus,conueuimusque amicos: agensque quisque seorsum cum alio inter luctandum alia rogabat, alia narrabat, atque instruebat se ad exequendum consilium. Videbamus etiam Archiam & Philippum vnctos ad cœnam pergentes. Nam veritus Phyllidas,ne maturarẽt Amphitheum necare Archiã, simul atque Lysanoridam fuit prosecutus,abduxit,ostensaque spe mulierem, quã concupiscebat,ad conuiuium adfuturam,coniecit eum in socordiam & animi dissolutionem cum iis,quos
50 libidinis socios habere solebat. Præcipit iam die intendit se spirante vento frigus: ac cum ideo multitudo se domum recepisset,nos Damoclidam, Pelopidam, & Theopompum, quibus occurrimus,excepimus,alii alios. Nam simul,vt superarant Cithæronem,partiti fuerunt se, acceperuntque ex tempestate occasionem. vt faciem operirent, atq; sic sine periculo transirent vrbem. Quibusdam etiam,dum ingrediuntur per portas,fulmen citra tonitru dextra accidit, visumque prodigium est secundum incolumitatemque & gloriam spondere: quasi cœpta splendida iuxtaq; secura essent futura. Postquam omnes intro sunt ingressi duodequinquaginta numero, Theocrito iam solo seorsum sacrificante in cellula quadam: ingens audiebatur forium crepitus,ac paulo post adfuit,qui apparitores duos nunciaret Archiæ ianuam vestibularẽ pulsare festinanter ad Chæronem missos,atque aperiri iubere, stomacharique quod tardius exaudissent.

dissent. Perculsus Archias illos confestim intromitti praecepit, occurrēsq; coronatus, quasi sacrificasset & potaret, percunctabatur apparitores, quidnā vellent. Respondit alter: Archias & Philippus miserunt nos, qui impetrant, vt quam ocyssime sis eis praesto. Requirente Charone: Quidnam rei grauioris esset, cur id temporis accerserent se: nunquid noui? Nihil scimus, inquit praeterea apparitor. Sed quid renunciabimus eis? Nempe, inquit Charon, simul atq; modo coronam posuero, ac sumpsero pallium, sequi me. Nam si nunc vadam vobiscum, commouero aliquos, quasi à vobis ducar. Ita, inquiunt, fac. Etenim nos nūnciare oportet sub vrbem excubitoribus praeceptum certum à magistratibus. Ita illi digressi sunt. Vt rediit ad nos Charon, atq; haec nobis exposuit, stupor incessit omnibus, proditam rem ratis: ac plerique Hipposthenidam suspectabant, qui impedire exulum reditum parauerat per Chlidonem. Quod quando nō successit, & iam instabat discrimen: credebatur ex timore cœptum detexisse. Neque enim aliis in domo Charonis se aggregauerat, sed semel videbatur deprauatus fuisse & mutasse fidem. Attamen Charoni censebamus omnes eundum esse, & magistratibus parendum accersentibus. Ille iusso adesse filio, qui puer omnium Archidame erat Thebanorum formosissimus, atq; in exercitationibus maxime industrius, annorum quidem fere quindecim, sed viribus & proceritate longe aequalibus praestans. Hic, inquit, amici vnicus mihi & charus, vt nostis, est. Eum vobis dedo obsecrans omnes per deos & lares, si quid in vos molitus fuero improbe, vt eū occidatis, nec nobis parcatis. Quod reliquum est, aduersus conuiuiū istud instruite vos. Nolite admittere, vt homines teterrimi corpora vestra per ignauiā & dedecus trucident: sed defendite vos atq; animos vestros patriae seruate inuictos. Ita fatiCharonis spiritus omnes stupuimus: verum de suspicione indignabamur, amoueriq; iussimus puerum. Denique, Non recte, inquit Pelopidas, videris nobis Charon consuluisse, qui non in aliam domum ablegasti filium. Cur enim nobiscum deprehensus in periculum coniicietur? Vel nunc amandandus sit: quo si quid nobis factum fuerit, generosus succrescat tyrannorum vindex. Minime vero, inquit Charon: sed hic manebit, eandemque nobiscum aleam subibit. Neq; enim vt obnoxius fiat hostibus, fuerit ei honestum. At tu ne dubita praeter aetatem fili certamen degustare honestum, teque cum multis & fortibus ciuibus pro libertate & virtute discrimini offer. Magna spes adhuc superest, & vero aliquis nos respicit de legibus dimicantes deus. Huius viri dictis multi Archidame illachrymauerunt. Ille constante vultu atque animo infracto traditoque Pelopidae filio ianua excessit complectens quemque nostrum atque confirmans. Multo magis admiratus esses ipsius alacritatem pueri ad periculum intrepidi sicut Neoptolemi, qui neque expalluit, neque fuit consternatus, sed strinxit Pelopidae gladium explorauitq; id. Inter ea Cephisidori amicorum quidam Diodonus adiunxit se nobis gladio succinctus, & sub pallio lorica ferrea armatus: qui audito accitum ab Archia Charonem, cunctationem nostram increpabat, accedebatque nos, vt ad aedes pergeremus tyrannorum. Praeuentutos nos, si subito eos essemus adorti: & alioqui praestare, vt congressi sub dio confligamus inter nos incompositi & diffusi, quam vt maneamus in angusto conclaui, ibique nos includamus examinis modo, quos exempturi inde sint hostes. Vates etiā incitabat eos Theocritus, exta docens fuisse sibi salutaria, laeta, atque securitatem spondentia. Dum arma capimus & nos instruimus, ecce adest Charō vultu exporrecto ridens, atque in nos contuitus, bono animo esse iussit, nihil mali esse, sed rem recte procedere. Archias, inquit, & Philippus, vt intellexerunt me vocatum adesse, iam more graues, animisq; cum corporibus dissoluti aegre exurrexerunt, atque foras ad ianuam progressi sunt. Cum autem dixisset Archias: Exules audimus Charon furtim in vrbem irrepsisse: non mediocriter perculsos: Vbi esse, inquam, dicuntur & qui? Nescimus, inquit Archias, atque hac te de causa acciuimus, ecquid fortasse intellexeris clarius. Ibi ego paulisper sicut perculsus animum recipiens indicium reputabam ab incerto profectum rumore, non enunciatum ab vllo conscio consilium. Neque enim ignoraturos fuisse domum, si quis rem compertam detexisset, sed suspicionem vel famam obscuram per ciuitatem temere vulgatam & ad eos fuisse delatam. Itaque dixi ei viuo Androclida frequenter scire me rumusculos eiuscemodi increbuisse inanes, & falsos sermones nos solicitasse. Caeterum nunc nihil Archia tale audiui. Perpendam tamen hoc, quod narras, si iubes: ac si quid audiero, quod mouere nos debeat, non latebit vos. Nempe sane, Phillidas inquit, nihil Charon inexcussum & inexploratum in his transmittas. Nam cur vlla in re simus supini? Imo omnia cauenda sunt & attendenda. Bonum est enim prouidere & securitatem sectari. Simul Archiam prehensum abduxit in conclaue, vbi potabant. Sed agite, maturemus, inquit, ac votis deo factis progrediamur. Ita fato Charone pacem deorum precibus exposcebamus, atque inter nos exhortabamur. Tempus erat, quo mortales cœnitant. Ventus autem acrius inualescens niuem spargebat minutatim, vt per vicos euntibus magna solitudo esset. Qui ergo ordinati erant in Leontidem & Hypatē, qui vicini erant: palliati exierant, nulla re alia quā ensibus armati. Inter hos Pelopidas, Damioclidas, & Cephisodorus erant. Charon, Melon, & his at-

his attributi, qui Archiam erant adorituri, semithoracibus muniti & coronis redimiti densis partim abiegnis partim pineis, partim etiam tunicis amicti muliebribus: & ebrios, qui cum mulieribus lasciuiunt, incitabantur. Et quod maius est, fortuna Archidame insuper hostium languorem & imprudentiam nostræ adæquans audaciæ & apparatui, & cœptum nostrum velut fabulam ab initio distinguens episodiis ancipitibus in ipsa adfuit re gerenda, quæ præcipites & miros euentus fortuiti ludos subiecit. Nam postquam congressus fuit cum Archia & Philippo Charon, dum regressus domum ad rem aggrediendam instruit nos, allata fuit hinc jà vobis epistola ab Archia hierophante ad Archiam illum amicum & hospitem, vt credo, suum: quæ reditum & insidias exulum edebat: domumq;, quo se contulissent, & coniurationis participes. Erat iam & vino Archias mersus, ac mulierum expectatione gestiens accepit epistolam: ac cum diceret tabellarius de re seria ei esse scriptam: Ergo seria, inquit, in crastinum. Ita literas puluino subiecit, postulatoque poculo iussit infundi, ac Phyllidam emittebat assidue ad fores speculatum, adesseritne mulieres. Dum hac spe delinitur conuiuium, irrupimus nos, & per medios seruos illico ruentes ad andronem, parumper ad fores substitimus singulos conuiuas intuentes. At coronarum quidem & vestitus species errore inuoluens aduentum nostrum vocem omniũ clausit. Postquam vero princeps Melon iniecta capulo ensis manu prouolauit: Cabirichus Cyamistus, qui archon erat, eum prætereuntem brachio retrahens exclamauit: Estne hic Phyllida Melon? Cæterum hunc obsistentem reiecit, simulq; districto ense, insultuq; facto ægre molientem se Archiam non ante ferire destitit, quam eum interfecisset. Philippum vulnerauit Charon secundum collum. Quem, cum poculis, quæ ad manum erant, se defenderet, Lysitheus ex lecto detractum in terram prostrauit trucidauitq;. Cabirichum nos permulcebamus orabamusq;, ne tyrannis succurreret, sed qui sacrosanctus esset, vt diis pro patria consecratus, socium se in patria præberet liberanda. Vt autem ex vino non facile traduci ratione potuit ad id, quod expediebat: sed suspẽsus & tumultuans surrexit: hastæq;, quam de more semper apud nos ferunt archontes, cuspidem obiecit: ego media correpta hasta, sublataq; supra caput clamaui, vt eam dimitteret, seruaretq; seipsum, nisi vellet feriri. * Theopompus autem à dextris assistẽs gladio eum percussit, ac: Iace ibi, inquit, cum his quibus assentatus es. Neque enim cum liberis coronaberis Thebis, neq; immolabis diis, quibus multum deuouisti patriam, cum vota pro hostibus fecisti. Postquam cecidit Cabirichus, sacram hastã Theocritus astans ex cruore rapuit. Ministros paucos repugnare audentes obtruncauimus. Eos, qui non mouebant se, in androne conclusimus: ne si elapsi essent, prius enunciarent, quod actum erat: quam intellexissemus, an cepta cæterorum recte processissent. Ea hunc in modum gesta fuerunt. Pulsauerat Pelopidæ agmen fores Leontidæ Atrienses, quo silentio accesserãt: ac seruo, qui accurrit, adferre se dixerunt Athenis à Callistrato literas, quas Leontidæ redderent. Quod vt hero renunciauit, ac iussus aperire, amouit repagulum, paululumque laxauit ostium, agmine facto irruperunt: homineque prostrato cursu per aulam ad cubiculum ruerunt. Ille extemplo suspicatus id, quod erat, pugionem expediuit, ac propulsare vim instituit, homo violentus & tyrãnicus quidem, sed animo imperterritus & manu promptus. Cæterum non venit ei in mentem, vt lucernam euerteret, atque per tenebras manum consereret cum irruentibus: sed ad lumen ab eis fuit conspectus: qui, simul atque reserata fuit ianua, inguina hausit Cephisodori. Mox congressus cum Pelopida ingenti sublata voce famulos inclamauit. Verum illos Samidæ cohors summouit cum clarissimis ciuibus cõgredi & virtute præstantibus non sustinentes. Certamen cum Leontida Pelopidæ erat ac dimicatio in arcta thalami ianua, conciderat q; in medio eorum Cephisodorus emoriebaturq;, vt alii subuenire ei non valerent. Postremo plaga noster accepta non magna & inflictis multis stratum Leontidem super calidum adhuc iugulauit Cephisodorum. Siquidem conspexit cadentem ille hostem, dextramq; porrexit Pelopidæ, ac cæteris salutatis simul lætus expirauit. Qua re perpetrata pergũt in Hippatem, patefactaq; pariter eis ianua fugientẽ per tectum ad vicinos interimunt. Inde ad nos aduolant coniunguntq; se nobis foris apud Polystelon. Amplexi inter nos mutuo ac collocuti ad carcerem contendimus, euocatoq; Phyllidas carceris præfecto: Archias, inquit, & Philippus imperauit tibi, vt ocyus ad eos Amphitheum duceas. Qui cum horæ consideraret intempestiuitatem nec composito animo colloqui se Phyllidam, sed calentem ex pugna & fluctuantem, certamen nostrum suspicatus: Quando, inquit, Phyllida tam sero acciuerunt polemarchi vinctum? Quando per te? Quamnam adfers tesseram? Dum hæc dicit, traiicit ille latus eius hasta equestri quam tenebat, hominemque improbum occidit: quem postero die conculcauerunt conspueruntq; frequentes mulieres. Nos foribus custodiæ refractis appellauimus nomine Amphitheum, Inde alios, prout cuiq; cum quoque intercedebat coniunctio. Illi, cum vocem agnoscerent, exilierunt ex stratis alacres catenas trahentes. Illi, quorum pedes erãt compedibus ligneis astricti, manus porrigentes clamabãt orabantq;, ne relinquerentur. Quib.

* Theop.

folutis multi ex eis, qui in propinquo habitabant, rem odorantes & exultantes prouolabant. Fœminæ, vt quæq; de propinquo audiebat, neglecto Bœorhorum more ad se mutuo excurrebant, percunctabanturq; obuios. Quæ vero parentes vel viros offendissent, sectabantur eos, nec impediebat quisquam. Etenim magnopere commouebant occurrentes miseratio, lachrymæ, & obtestationes pudicarum fœminarum. Cum hoc loci res esset, & Epaminondam intellexissemus & Gorgidam cum amicis iam esse ad Minetuæ delubrum conglobatos, contendimus ad eos. Conueniebant eo frequentes & præstantes ciues, pluresq; semper affluebant. Quibus vt exposui minutatim, quæ gesta essent, & exhortabar, vt profecti in forum rem vna capesserent: omnes simul confestim ad libertatem conciuerunt per præconem ciues. Multitudini, quæ tunc conspirauit, arma suppeditabant tum basilicæ omni genere spoliorum refertę, tum propinquę officinæ gladiorum. Præsto fuit & Hipposthenidas cum amicis & seruis, tubicines, qui forte ad Herculis solenne eo se contulerant, asciscens. Hi extemplo in foro classicum cecinerunt, alii aliis ex locis, & vndiq; offuderunt aduersariis, quasi rebellarent omnes, pauorem. Alii ad conuiuia se parantes, quasi recuperatam celebraturi libertatem, fumum excitabant. Aduersarii ad Cadmiam refugerunt, trahentes secum eos, qui primores dicebantur, & excubare erãt in arce soliti. Qui in arce erant, cum hi incendire atq; effuse accurrerent, nos in foro ex edito despicerent, nulla parte vrbis quiescente, sed vndequaq; strepitu & tumultu elato: vt descenderent quidem, non induxerunt in animum: quamuis ad quinq; millia numero essent, sed perculsi periculo prætexerunt tantum Lysanoridam. Permansisse n. apud ipsos hunc sem per nisi eo die. Quapropter post, vti accepimus, redemerunt certos pecunia, qui eum Corinthi occupatum perimerent. Cadmia autem nobis dedita illi fide publica cum militibus discessere.

Comparationis Aristophanis cum Menandro Breuiarium.

VT in communi & in vniuersum dicam longe Menandrum præfert: singulatim hęc etiam addit. Dictio, inquit, est illepida, scenica, & sordida Aristophanis, Menãdri minime. Etenim prior indoctus & plebeius iis, quæ ille dicit, arguitur: hic doctus ab iisdem abhorret: antitheta dico, similiter cadentia, & paronymias, quibus hic apte & raro vtitur, estque in iis religiosus: ille frequenter, parum in loco & frigide. Commendatur enim, inquit, quod quæstores demerserit, qui quæstores non essent, sed lamiæ. Et, Hic vel malitias vel calumnias spirat: viuitque ventri, abdomini, & aluo. Et: Ex risu ridere cogar. Et, Quid tibi faciam infelix amphora in exilium acta. Et: Fera vos sane fœminæ mala, vt qui in feris ipse sit oleribus enutritus: verum crinibus pastæ cristam meam deuorauerunt. Et: Adfer huc Gorgoneum clypei orbem, ac mihi placentæ tortuosam da orbem: atque id genus multa. Ita est nominum structura eius tragica, comica, insolens, humilis, obscura, plebeia. Inest ei fastus, leuitas, dicacitas, & vernilitas nautica. At cum tam multas habeat eius dictio varietates & disparitates, ne decorum quidem cuiquam & proprium reddit: regi, inquam, fastum, oratori facundiam, mulieri simplicitatem, plebeio humilem orationem, concionali importunam: sed quasi forte tribuit personis, quæcunque in buccam veniunt nomina: neque internoscas, qui loquitur, filius sit, an pater, an agrestis, an deus, an auus, an heros. Menandri dictio adeo sui est similis, consona, & sibi consentiens: vt quamuis in diuersis versetur animi motibus & moribus, variis tamen congrua personis vnaque videatur, germanitatemque tueatur in vulgaribus, promiscuis, & tritis nominibus. Quod si res portenti quid vel strepitus postulet, quasi tibiæ erigit omnia foramina: verum cito & apposite vocem admodum conuenientem reducit & componit. Cum autem multi extiterint laudari artifices, attamen nec calciamentum sutor, nec personam molitor instrumenti scenici, neq; vestem quisquam simul eandem viro, fœminæ, adolescenti, seni & vernæ congruam fecit. At Menander ita struxit dictionem suam, vt omni sexui, conditioni, & ætati congruat: idque cum admodum adolescens huic negocio se dederit, atq; in flore & vigore componendi & docendi fabulas decesserit: quo tempore præcipue maximum incrementum, vt ait Aristoteles, oratio scribentium capit. Si ergo cum primis Menandri fabulas media & nouissima conferas: inde perspicies, quanta accessio, si vita longior superesset, his fuisset futura. Nam poetæ partim se plebi & populo in scribendo accommodant, partim principibus. Quod vero in vtroque genere quadraret, haud temere cui omnium contigerit dixeris. Aristophanes autem neq; multitudini placet neq; tolerabilis est prudentibus: verum poematis eius vt meretricis deflorescentis, mox matronam mentientis neque vulgus procacitatem tolerat, vt viri graues lasciuiam & peruersitatem detestantur. Menander sociis Gratiis præcipue probauit se teha.

se theatris, confabulationibus, conuiuiis: siue legere, siue discere quid, siue contendere velis commune. Hic efficit, vt inter præclara, quæ edidit Græcia, poesis numeretur: ostenditq; quę & quanta sit orationis dexteritas: quæ, quoquo se conuerterit, mire flectit animos, tenetq; aures & mentes omnium, qui Græcæ linguæ sint. Cuius enim vere decet theatrum petere hominem eruditum quam Menandri gratia? Quando theatra complentur literarum cultoribus, quam comica apparente persona? In conuiuiis cui iustius mensa cedit & locum Bacchus dat? Philosophi & industrii, sicut pictores quando aciem defatigauerunt, ad colores floridos & virides conuertunt se, ita recolligunt à docendo se & ab intento studio in Menandro: qui quasi in florido, opaco, & auræ pleno prato mentem excipit. Quippe licet comœdiæ actores hoc seculo ciuitas Atheniensis fuderit multos & bonos, Menandri comœdiæ tamen plurimi participes sunt salis & sacrorum quasi ex illo natorum mari, ex quo orta Venus est. Aristophanis sales amari & asperi acredine præditi sunt aculeata & mordaci. Nec video, vbi iactata illa & celebrata eius sit dexteritas, in oratione an in personis. Denique si quando quid effinxit, in eo repræsentauit deteriora. Argutiæ eius non ciuiles, sed maleuolentia sunt suffusæ: rusticitas non aperta, sed stupida: ridiculum non ioculare, sed deridiculum: amores non amœni, sed lasciui. Siquidem nulli iste homini moderato scripsisse poesim suam, sed fœda & obscœna proteruis, maledica & amarulenta inuidis & maleuolis videtur.

PLVTARCHI
De Herodoti malignitate Commentarius.

HERODOTI Halicarnassei etsi multis Alexander historia & dictio vt simplex & explicata, & facile rebus intercurrens imposuit: plures tamen grauitate eius capti fuerunt. Neq; enim solum, vt est apud Platonem, videri esse, cum non sis, iustum extremæ est iniustitiæ: verumetiam summæ specimē improbitatis, candoris specie & ingenuitatis fel suum maxime tegere. Ea prauitate quia licet potissimum Bœothos aspersit & Corinthios, non temperauit tamen quoquam alio: conuenire arbitror nobis, vt hac in parte lucubrationum nostrarum vicem maiorum nostrorum simul ac veritatis eum vlciscamur. Nam reliqua mendacia & commenta, si exequenda essent, multos libros postulent. At mire valet lepo-ris frons, vt ait Sophocles: præsertim quando orationi venustate & tanta vi comptæ adiuncta est, cum alia vitia tum sensum occultare scriptoris. Nam Philippus dixit Græcis, qui ab eo deficiebant, & associabant se T. Quintio, quod catenam priorem politiore quidem, sed longiore commutarent. Herodoti peruersitas est illa quidem quam Theopompi glabrior & mollior, sed mordet & pungit acrius: sicut qui per angustias spirant venti quam diffusi. Existimo autem præstare, vt summatim excerpamus ea, quæ in communi non syncerę sunt neq; candidæ, sed malignæ tanquam vestigia & notæ narrationis, atq; ad ea vnum quodq;, quod exploramus, an congruat, referamus. Ac primum quidem, qui vocabula & verba, quando suppetunt leniora, vsurpat in exponendis rebus gestis atrocissima quæque: ceu si superstitioni plus satis mancipatum, cum dicere liceat Niciam esse, qui fanaticum appellet, vel audaciam & furorem Cleonis citius quam in dicendo leuitatem: hic nō candidi est, sed oblectantis se animi in eo, vt quam amarissime rem explanet. Deinde cui hæret alias vitium, quod tamē est ab historia alienum, id si author vellicet, & teb. ineulcet cum res non postulet: sed historiam extrahat & per ambages ducat alicuius naufragium, vel factum turpe & inhonestum: is non dissimulat delectari se obtrectatione. Quare Thucydides nec Cleonis offensas, quamuis multæ essent, traduxit in scriptis suis: atque Hyperbolum concionatorem contentus fuit verbo vno attigisse, & improbum hominem appellasse. Philistus etiam Dionysii admissas in barbaros iniurias, quæ rebus Græcorum non cohærebant, omnes prætermisit. Quippe digressiones & excursiones fabulis potissimum conceduntur & originibus. Adhæc qui laudibus contexit probra & labes, is videtur in tragicam incidere deuotionem mortalium calamitates seligens. Iam quoque quod huic est par, patet egregie & recte facti alicuius esse omissionem quæ res non recidere videtur in reprehensionem, nisi malignitate fiat, si quod omissum est, incidat in locum ad historiam spectantem. Nam grauate laudare quam detractione duci nihilo probius est, fortassis etiam deterius. Quartum numero insigne animi in historia non simplicis, quando duæ sunt vel plures eadem de re famæ, astipulari duriori. Siquidem sophistis datur ad quæstum, vel vt nomen sibi compararent, interdum vt sumptam causam peiorem exornent. Neque enim fidem validam faciunt in re, neque inficias eunt subinde res à fide abhorrentes ad conciliandam admirationem se argumentorum vi astruere. Historiam vero qui componit, hic quæ vera nouit esse, ea debet adferre: at ex incertis verius commemorari videntur, quæ meliora sunt, quam deteriora. Complures deteriora etiam

semel prætereunt: ceu de Themistocle Ephorus postquam exposuit non inscitum fuisse Pausaniæ proditionis, eorumq; quæ hic cum regis ducibus tractabat: Cæterum non potuit, inquit, adduci neq; accepit eas, quas secum participabat & ad quas incitabat ipsum, spes. Thucydides hanc rem quod eam non reciperet, prorsus prætermisit. Itaq; si in rebus, quæ citra controuersiam gestæ sunt, sed obscurum est, qua ex causa actæ sint, & qua mente: qui eas interpretatur in parté deteriorem, maleuolus est & malignitate suffusus: quomodo comici, qui bello à Pericle subditas faces fuisse Aspasiæ vel Phidiæ gratia perhibent, non ambitione potius atq; æmulatione ad spiritus infringendos Lacedæmoniorum, & quod nulla in re concedere vellet Lacedæmoniis. Nam qui præclaris factis & gestis laudabilibus subiicit causam turpem, demittitq; se calumniis in suspiciones alienas de consilio ancipiti illius, qui ea gessit: cum factum clare non habeat cur culpet: sicut ille, qui Alexandri tyranni patratam à Thebe cædem non magnanimitati neq; odio improbitatis, sed æmulationi & ægritudini muliebri assignauit: & Catonem sibi ipsi manus intulisse: quod formidaret, ne à Cæsare cum contumelia interficeretur: hunc constat nihil ad summam malignitatem & liuorem reliqui fecisse. Recipit etiam ex facti modo expositio historica malignitatem: si pecunia ostendat, non virtute rem confectam: vt à Philippo nonnulli tradunt: si nullo cum labore & facile, vt ab Alexandro: si nō prudenter, sed feliciter: vt à Timotheo inimici, qui in tabulis pingebant nassam ipsos pisces illo stertente ingrediētes. Liquet enim rerū magnitudini eos detrahere & splendori: qui fortiter, strenue, cū virtute, & ipsorum consilio non tradunt gestas. Adhæc illis, qui ex professo maledicunt, obiicere volunt asperitatem, audaciam & insaniam, si immodice hoc faciant. Atqui oblique velut ex occulto vt tela ingerunt calumnias, inde circumueniunt à tergo & dissimulant, dum credere negant se, quæ magnopere cupiunt credi, inficiando peruersitatem animi, impudentiæ cum peruersitate coniunctæ notam subeunt. Quibus affines sunt, qui maculis laudes aliquas adiūgunt: sicut Aristoxenus, cum indoctum Socratem pariterq; rudem & lasciuum appellasset, subiecit: cæterum nullo scelere fuit contractus. Nam quomodo illi, qui perite & ingeniose assentantur, interim multiplicibus & ingentibus laudibus insectationes affundunt leues, increpationem adulationi condimenti vice admiscentes: item malignitatis ad fidem faciendam probris, quæ ingerunt, prætexunt commendationem. Plura insignia recensere valeam: sed sunt hæc satis ad animum hominis & ingenium perspiciendum. Primum igitur vt à cœlestibus tanquam ab ipso lare exordiar, ab Ino Inachi nata, quam Græci cuncti diuinis honoribus consecratam à barbaris arbitrantur, atq; appellationem multis æquoribus & fretis maximis ex se per claritatem suam reliquisse, caput etiam & fontem illustrissimarum & splendidissimarum familiarū edidisse: Hanc iste homo præclarus tradit permisisse nauibus onerariis se Phœnissis, cum stuprata non inuita ab nauiculatore fuisset, metueretq;, ne esse prægnantem se palam fieret, atq; onerat Phœnicas mēdacio, qui hæc illos prædicare de ea narrat. Rumorem etiam apud Persas vulgatum testari postquam memorauit, hanc cum aliis mulieribus fuisse à Phœnicibus raptam: mox ostendit pulcherrimū Græciæ factum & primum stultitia perpetratum fuisse improbæ causa mulieris bellum Troianum. Quippe patet, inquit, quod nisi voluissent ipsæ, raptæ non fuissent. Proinde deos quoque stulte fecisse dicemus, qui ob Leuctri filias vi compressas infesti fuerint Lacedæmoniis, & in Aiacem propter Cassandræ stuprum vindicauerunt. Quippe perspicuum est, vt vult Herodotus, quod nisi ipsæ voluissent, non esset oblatum eis stuprum. Et quidem Aristomenem perhibet ipse viuum ab Lacedæmoniis captum fuisse. In eandem post incidit Achæorum prætor Philopœmenes fortunam, & M. Regulus in potestatem hostium venit consul Romanus: quib. haud temere inuenias pugnaciores & bellicosiores viros. Nec est mirum, quando etiam Perdales viuas & Tigres comprehendunt homines. Herodotus vero in crimen vocat oppressas fœminas, raptores purgat. Vsq; eo autem facit cum barbaris, vt liberato immolatorum hominum, vti fama est, & necatorum hospitum noxa Busiri, ingentiq; tributa omnibus Ægyptiis testimonio suo diuinitate & iustitia piaculum illud & latrocinium retorqueat in Græcos. Libro secundo Menelaum docet accepta à Proteo Helena, à quo etiam magnis donis fuisset honoratus, iniquissimum hominem & teterrimum fuisse. Nā cū retineretur tempestatibus, ne nauigare posset machinatū nefarium facinus, puerosq; incolarum, quos ceperat, duos in frustra dissectos immolasse. Inuisum ex eo cum insectarentur, actutum aufugisse nauibus in Lybiam. Quod haud scio quis retulerit Ægyptiorum: Imo contra, multi Helenæ, multi Menelai extant apud eos honores. Porro insistens instituto suo scriptor Persas ait à Græcis doctos pueris consuescere. Atqui quomodo à Græcis Persæ huius libidinis acceperint institutionem, apud quos testantur fere omnes prius quam mare aspexissent Græcum, exectos fuisse pueros: Græcos vero ab Ægyptiis accepisse supplicationes, celebritates publicas, duodecim deorum cultum: Liberi patris etiam nomen ab Ægyptiis Melampodem didicisse & tradidisse aliis Græcis. Mysteria & Cereris cere-

monias

moniasab Danai filiabus ex Ægypto importata:ac pulſare ſe oſtendit Ægyptios & lugere nec
velle eos ſe appellare, ſed lingua fauere in rebus diuinis. Iam in Hercule & Libero patre, quos
Ægyptii deos eſſe aſſerunt, homines Græci annis confectos, nuſquam hic eam oſtendit religio-
nem: quamuis Herculem Ægyptium minorum gentium diis annumeret, & tertii ordinis Libe-
rum patrem: quod initium ſortiti ortus nec æterni ſint Attamen illos pronunciat eſſe deos, his
vt mortalibus & heroibus parentandum, non vt diis ſacrificandum cenſet eſſe. Eodem modo
de Pane eſt locutus Ægyptiorum vanitatibus & fabulis religioſiſſima & auguſtima Græcorum
ſacra conuellens. Neq; hoc ſit intolerandum: ſed qui Herculis ſtirpem retro ad Perſea egit, Per-
ſea Perſarum fama fuiſſe iactat Aſſyrium. Dorienſium vero duces, inquit, germani eſſe Ægyptii
10 videantur, ordine recenſentes Danaes & Acriſii ſtirpis authores. Nam Epaphum, Io, Iaſum, &
Argum ſemel repudiauit, contendens non modo reliquos Hercules Ægyptios & Phœnicas eſ-
ſe aſtruere: verum hunc etiam, quem fuiſſe ipſe tertium memorat, ex Græcia ad barbaros relega
re: cum tamen ex priſcis & eruditis viris non Homerus, non Heſiodus, non Archilochus, non
Piſander, non Steſichorus, non Alcman, non Pindarus mentionem habuerint Ægyptii Hercu-
lis vel Phœnicis: verum vnum agnouerunt omnes hunc Bœotium noſtrum & Argiuum Hercu-
lem. Adde his, quos ex ſeptem ſapientibus, quos ipſe ſophiſtas dixit, Thalem loco Phœnicem
ex patria Toane barbarum eſſe refert. Iam proſcindens conuitiis ſub Solonis perſona deos ita
fatur: Me, Crœſe, qui deos ſcio omnes inuidos eſſe & infeſtos, de rebus humanis percunctaris.
Hic cum, quid ipſe de diis ſentiebat, inurat Soloni, malignitatem conuitio adiungit. Pittaci, cu-
20 ius leuiter & tenuiter meminit, factorum maximum & pulcherrimum tranſiit Nam bello inter
Athenienſes & Mitylenæos de Sigæo exorto, cum dux Athenienſium Phrynon prouocaſſet ad
pugnandum extra ordinem ſecum, cuicunq; placeret: obtulit ſe Pittacus: qui plagis implicatum
hominem robuſtum & vaſtum obtruncauit. Huic cum offerrent Mitylenæi magnifica dona,
miſſū iaculo, eum fundum tantum poſtulauit, quatenus telum occupaſſet, vocaturq; etiam nūc
Pittacium. Quid igitur Herodotus, eum hunc locum attigiſſet, loco decoris Pittaci poëtæ fu-
gam ex acie Alcei qui proiecit clypeum, recenſuit. Certe non tradendo præclara, & fœda non
tranſiliendo aſſentitur illis, qui vno ex vitio inuidiam ſcaturire & maleuolentiam dicunt. Hinc
Alcmæonidas, qui ſe viros præſtiterunt, & patriam tyrannide liberauerunt, crimine aſpergens
proditionis recepiſſe refert exulem Piſiſtratum, atq; adiutores fuiſſe ei, vt pactis filiæ Megaclis
30 nuptiis domū rediret. Puellā autē dixiſſe matri ſuæ: Vides mater nō iuſtē conſuetudinē habere
mecum Piſiſtratū. Hac de cauſa Alcmæonidas id facinus indigne ferentes tyrannum exegiſſe.
Ac ne minorē portionem ferrent Lacedæmonii quā Athenienſes fellis; celebratiſſimū inter e-
os & laudatiſſimū vide quēadmodum ſugillauit Othryadam. Hunc vnum oſtendit, ex trecentis
reliquū, cum puderet eum Lacedæmonē regredi tota cohorte ſua perempta, ſeipſum ſcutis eo-
rum obruiſſe. Supra n. dubia victoria vtramq; partem oſtendit diſceſſiſſe, hic ad ſugillandum O-
thryadā ſuccubuiſſe teſtatur Lacedæmonios. Siquidem erat victo turpe viuere, ſupereſſe victo-
ri pulcherrimum. Mitto iam, q; qui Crœſum inſanum, vanum & ridiculum dixit in omnib. fuiſſe
ab hoc doceat captiuo inſtructum & correctum Cyrum: quē prudentia, virtute & magnanimita-
te longe omnib. regib. præſtitiſſe apparet: & qui aliud nihil præclari tribuat Crœſo, niſi q; deos
40 multis donis & magnificis honorauerit, id ipſum facinus oſtendit fuiſſe maxime nefarium: fra-
trem cum eo Pantaleontem de regno viuo etiamnum patre diſceptaſſe: Crœſum poſt, vt regnū
eſt adeptus, ex familiarib. & amicis nobilib. Pantaleontis vnum ſuper tumulum dilaceraſſe atq;
occidiſſe ex cuius pecunia donaria confecta diis miſiſſe. Deiocem Medum, qui virtute & iuſti-
tia imperium quæſierat, non natura talem fuiſſe, ſed iuſtitiæ ſimulatione. At miſſos facio barba
ros Quandoquidem in Græcis abunde materiam ſuppeditat. Ita Athenienſes pleroſq; aliorum
Ionum hoc nomen erubeſcere, qui vocari Iones nolint & refugiant: atque eos, qui exiſtimant
ſe inter eos eſſe præſtantiſſimos, & orti ſunt ex Athenienſium Prytaneo, liberos ex fœminis bar-
baris ſuſcepiſſe, quorum patres & filios interfecerant. Quare mulieres legem ſanxiſſe: vt iuramē
tum exigerent & traderent filiabus. ne vnquam vna cibum cum viris ſuis caperent, neq; vlla no-
50 mine compellaret virum ſuum ac Mileſios huius temporis ex illis natos mulieribus eſſe. Cum
ante dixiſſet germanos Ionas fuiſſe, qui ſolenne Apaturia dictum celebrant: Celebrant autem
id omnes, inquit, præter Epheſios & Colophonios Ita hos nobilitate excluſit Pactyem, qui de-
fecerat à Cyro, Cymæos & Mitylenæos dedere mercede paraſſe. Neque enim habeo, quod non
conſtet, quanta merces fuerit, exacte dicere. Tantum ne exprobrare illum ciuitati Græcę dede-
cus, quaſi plene exploratum habeat. Chios tamen Pactyem attractum ad ipſos ex Mineruæ Prę-
ſidis fano tradidiſſe: atque id amiſiſſe Chios agro* Atarneo mercede accepto. Tametſi Cha-
ron Lampſacenus vir antiquior, cum de Pactye tractaret, nullum tale neque Mitylenæis neq;
Chiis ſcelus impegit. ſed ita ad verbum ſcripſit: Pactyes vt copias Perſicas aduentare accepit, il-
lico cōiecit ſe in fugā nunc Mitylenen, mox Chion: vbi eum in poteſtatē redegit Cyrus. Libro
tertio,

* Alii, Atar-neo.

tertio, vbi Lacedæmoniorum in Polycratem tyrannum expeditionem exponit, existimare ait se & memorare Samios, gratiam referentes illos, quod suppetias eis ad Messenen misissent, cum exercitu venisse, vt ciues suos exules in patriam reducerent, & bellum inferrent tyranno, sed refellere hanc causam Lacedæmonios ac dicere, non succurrendi causa, neq; in libertatem vindicandi Samios, sed ad exigendas ab eis pœnas suscepisse eam expeditionem: quod craterem, quem mittebant ipsi Crœso: & thoracem, qui ab Amaside portabatur, intercepissent. Et quidē ciuitatem ea tempestate neq; periode geocrosam neq; tyrannis infestam aliam Lacedæmoniorum fuisse scimus. Cuius enim gratia thoracis, aut cuius crateris alterius Cypselidas expulerunt Corintho & Ambracia, Xenago Lygdamin, Athenis Pisistrati filios, Sicyone Æschinem, Thaso Symmachum, ex Phocensibus Aulin, Mileto Aristogenem? Iam factionem deleuerunt, quæ apud Thessalos erat, oppressis per regem Leotychidam Aristomede & Angelo: de quibus alio loco scriptum est accuratius. Sin audimus Herodotum, nihil ad eorum improbitatem & stoliditatem addi poterit: si speciosissimum & iustissimum expeditionis obtentum negauerunt, & ex offensionum memoria & sordibus homines falsi sunt se inuasisse miseros & afflictos. Cæterum Lacedæmoniis quidem, cum forte in stilum eius incidissent, eam labem alleuit. Corinthiorum verò ciuitatem, quæ hoc loco extra cursum erat, tamen vna complexus obiter, quod aiunt eam atroci crimine vt fœdissima infamia inuoluit. Arma enim sua, inquit, cōiunxerunt in bello quod Samo fuit illatum: ad quam expeditionem prompti fuerunt Corinthii, quod priores ante ipsos Samii iniuria affecissent. Fuit ea hæc. Principum Corcyræorum liberos Periander Corinthiorum tyrannus trecentos, vt castrarentur, ad Alyatem miserat. Eos, postquam in insulam descenderunt, docuerunt Samii, vt in Dianæ delubro supplices considerent, quibus esculenta ex sesamo & melle dederunt: qua ratione hos seruarunt. Eam contumeliam Samiorum historicus hic Corinthiis attribuit: atq; adeo ostendit eos concitasse Lacedæmonios, q̀ liberos illi Græcorum in custodia habuissent. Qui hoc Corinthiis obiicit probrum, hic facit tyranno eam ciuitatem duriorem. Ille certe pœnas repetiuit à Corcyræis, quod filium suum peremissent. Corinthii vero qua de causa mulctauerunt Samios, qui crudelitati & facinori tanto obstiterant, atque adeo post ætates tres fel & offensionem reduxerunt tyrannidis gratia, cuius oppressæ omne monimentū & omne vestigium delere & abolere, quod tristis ipsis fuisset & grauis, nō desistebant. Habes iniurias in Corinthios Samiorum. Iam quod repetiuerunt de Samiis Corinthii supplicium? Nam si incensi erant in Samios: non inflammare, sed auertere potius Lacedæmonios ab armis Polycrati inferendis debuerant, ne tyranno oppresso liberi fierent Samii, eriperenturq; ex seruitute. Quod autem maximum est, quid succensebant Corinthii Samiis, qui cum cuperent Corcyræorum liberos conseruare, non valebant: in Gnidios, qui conseruarunt eos & restituerunt non exarserunt. Atqui Samiorum Corcyræi hac de causa non magnam rationem habent: Gnidiorum memoriam conseruant, quibus sunt apud ipsos honores, immunitates, & decreta. Hi namque infesta classe illuc profecti Periandri custodes templo summoue runt, acceperuntque pueros, quos Corcyram deportauerunt, vt est Anthenor Creticus author & Dionysius Chalcidensis in libris de conditis vrbibus. Enimuero nō ad vindicandū in Samios, sed ad eripiendos eos ex tyranni manibus & seruandos mouisse arma Lacedæmonios, Samios ipsos licet laudare testes. Siquidem Archiæ ciui Spartiatę, qui impigre tunc dimicans cecidit, tumulum de publico paratum Sami fuisse, & in honore apud eos habitum prædicant: Quamobrem etiam eius nepotes perpetuo cum Samiis amice & benigne agere: quod quidem ipse attestatus Herodotus est Libro quinto Clisthenē, qui in optimatib. & principib. Atheniensium fuit, adduxisse ait Pythiam, vt falsa vates fieret, dictionem semper dādo Lacedæmoniis, vt exoluerent à tyrannis Athenas. Ita pulcherrimo facto & iustissimo attexit tantæ impietatis maculā & falsitatis, deiicitq; Apollinem vaticinio honesto & probo: ac Themidem, quæ assistere dicitur oraculo huic, dignitati. Isagoram coniugem suam commeanti ad eam Cleomeni prædicat concessisse, atque more suo admiscens ad fidem conciliandam probris laudes aliquas: Isagoras, inquit, Tisandri filius claro loco natus fuit: sed originem non habeo dicere, nisi quod eius propinqui Ioui Cario sacra faciant. Scita & vrbana cauillatio scriptoris: qui ad Caras quasi ad coracas, id est, in malam rem ablegat Isagoram. Aristogitonem vero non iam circuitione, sed aperto per portam in Phœniciam emouet, quem origine ex Gephyreis esse prædicat. Gephyreos non ex Eubœa, neq; Eretrienses: vt putant nonnulli, sed esse refert ipse Phœnicas, atq; id se credere. Cum ergo detrahere Lacedæmoniis nō valeret liberationis à tyranois Atheniensium gloriam, obscœnissimo vitio præclarissimum facinus præstringere & defœdare studet. Cito enim pœnituisse narrat eos vt nō recte factū, quod sortibus incitati adulterinis hospites suos qui ostenderā redacturos se in eorum potestatem Athenas, exegissent patria tyrannos, atque ingrato popul[illegible] vrbem tradidissent. Mox excitum Hippiam Sigeo reduxisse Athenas: verum obstitisse eis C[o]rinthios ac reuocasse commemorante Sophocle, quæ Cypselus & Periander, cum tyrannide

ol[illegible]

obtinerent, in vrbe Corinthiorum designassent. Quamuis Periandri indignius & atrocius nullum attulit facinus trecentorum illorum * ablegatione: quos quia Samii exemerunt atque ab * *Alii, Execalamitate prohibuerunt*, infensos esse eis & odisse Corinthios dicit, quasi graui contume- *ditione.* lia fuissent affecti. Tanta confusione & dissonantia orationis illius vel est refertum, quæ qualibet ex occasione insinuat se narrationi. Deinceps gesta ad Sardeis exponens quam maxime interpellauit & corrupit eam actionem, dum quam classem Athenienses miserunt Ionibus, qui ab rege desciuerant, vltricem authorem malorum fuit ausus appellare, quod tot tantasq; vrbes Græcorum exoluere seruitute barbarorum aggressa sit. Eretriensium plane in transcursu mentionem infert, atq; ingens eorum decus ac celebre silentio obliterat. Sciebat enim Eretrien-
10 ses circa Ioniam conturbatam in festa inferente se classe regia occurrentes extra in pelago Pamphylio prælio naual deuicisse Cyprios, inde retro regressos classe Ephesi relicta Sardeisq; aggressos circumsedisse Artaphernem, qui in arcem refugerat, quo Miletum exoluerent obsidione. Quod quidem effecerunt, hostesque inde abegerunt ingenti perculsos terrore, cæterum multitudine circumfusi abscessere. Hæc cum alii, tum Lysanias Mallotes iu libris de Eretria narrauit. Decuerat autem, si nulla alia de causa, expugnationi certe & excidio oppidi hoc partum decus ac strenuum factum adiicere. At iste etiā fusos eos à barbaris & in naues narrat fuisse redactos: cum nihil eiusemodi Lampsacenus Charon prodiderit, sed ita ad verbum scribat. Athenienses viginti triremib. pertexerunt opitulatum Ionibus, atq; expeditionem in Sardeis
20 fecerunt, omnibusque circa Sardeis excepto Muro regio sunt potiti. His perpetratis receperunt se Miletum. Libro sexto postquam exposuit de Platæensibus, quod Spartiatis se permisissent: alii autem authores essent, vt respicerent potius Athenienses conterminos sibi atque finitimos adiutores: subiicit nō ex suspicione vel opinione, sed vt rem sibi certo cognitam, id consuluisse Lacedæmonios, non quod studerent Platæensibus, sed quod Athenienses vellent cum Bœotis commissus implicari difficultatibus. Quare si non est Herodotus malignus, fraudulenti sunt & maligni Lacedæmonii: stupidi autem Athenienses, qui circumuenti fuerūt: Platæenses denique non beneuolentiæ vel honoris causa sed belli materia in medium sunt proiecti. Præterea plenilunium aperte iam ad conspurcandos mēdaciis Lacedæmonios captauit: quod operientes non succurrisse ostendit in Marathonem Atheniensibus. Quippe non tantū innumeras expeditiones alias fecerunt & conseruerunt pugnas noua luna non expectata plena ve-
30 rum etiam paulo post hunc conflictum, qui die sexto mensis Boedromionis commissus est, superuenerunt: vt etiam aduenientes in campum spectarent cæsos, nihilominus illud de plenilunio scriptis mandauit: Non posse continuo facere illa se, qui legem conuellere nollent. Erat enim dies mensis primus. Noua vero luna non moturos signa se dixerunt, orbe lunæ non pleno. Hi ergo plenam lunam expectabant: tu plenilunium in initium transfers dimidiæ lunæ, cœlumq; & dies & res omnes commisces. Et qui Græciæ historiam scripturū te vere professus es, & studuisti ciuitati Atheniensi singulariter, ne Agroteræ quidem celebritatem scripsisti, quam agunt hac quoque memoria vigesima luna, vota pro accepta victoria persoluentes. Verum ea res certe subleuat Herodotum in illo crimine, quo notatus est: quod ob id, quod vendītasset se Atheniensibus, magnam pecuniæ vim ab eis accepit. Nam hæc si recitasset Atheniē-
40 sibus, nō sciuissent, neq; permisissent, vt Philippides, qui ex prælio execrabilis redditus fuit, ad prælium Lacedæmonios concitaret: idque is, qui secundo die Spartam Athenis, vt ipse ait, aduenerat: nisi post adeptam palmam acciuerunt Athenienses socios. Nam quod decem talenta ab Atheniensibus dono accepit ex Anyti rogatione ciuis Atheniensis non ex infimis in historia Diyllus narrauit. Quid quod in explicanda pugna Marathonia Herodotus, vt plerique perhibent, etiam cæsorum numero eleuauit illud decus. Nam cum vnuissent, inquit, Athenienses Dianæ immolaturos se capras anniculas tot, quot barbaros strauissent & mox secundum prælium strages innumerorum cadauerum reperta esset, orauerunt ex plebiscito deam, vt singulis annis quingenas capras ei mactarent. Cæterum hoc omisso videamus ea, quæ pugnam
50 sunt consecuta. Reliqua classe barbari retrocedentes receptis ex insula, in qua ea reliquerant, mancipiis Eretriensibus circumuehebantur Sunium: quo anteuerterent Athenienses, qui ad vrbem contendebant. Male autem audiebant apud Athenienses, quod ex Alcmæonidarum machinamento illi id consilii cepissent. Hos enim cum Persis constituisse clypeum se eis, post quam conscendissent, pro signo ostensuros. Igitur hi flectebant Sunium. Hic quod Eretrienses mancipia appellauerit, qui neque animi magnitudine neque promptitudine cuiquam Græcorum concesserunt, atque in cladem inciderunt virtute sua indignam, ei condonetur. Ac infamatorum Alcmæonidarum machinamento, inter quos maximæ familiæ & nobilissimi viri fuerunt, minor ratio habeatur. At corruit victoriæ splendor, & euanescit exitus præclari & celebris facti: neque certamen apparet vel negocium fuisse tantum, sed offensionē exiguā barbarorum, qui in terram descenderant, vt detractores & inuidi dicunt: si à prælio non fugiunt

incisis nauium rudentibus, abducenti quam remotissime à terra Attica permittentes seipsos vento, sed clypeus eis proditionis signum attollitur, atq; infestis nauibus petunt Athenas potituros se eis sperantes: ac cum silentio flexissent Sunium, ex alto contemplati sunt Phaleria: primiq; & clarissimi viri vrbe deplorata profugerunt. Etenim eximens post proditionis crimine Alcmæonidas id delegat ad alios. Ostensus enim fuit clypeus: atq; id non est aliud, quam vt si dicat, dicere se, quia ipse viderit. Id vero fieri non poterat, si certa & integra victoria penes Athenienses fuerit. Quod etsi factum esset, haud potuisset à barbaris conspici: si effusi magna difficultate, vulneribus, & telis in naues compulsi fuerint, & campum pro se quisq; quam ocyssime reliquerint. At cũ vicevers a purgare Alcmæonidas simularet ab iis criminibus, quæ primus inter mortales illis impegit, negat recipere se eum rumorem, Alcmæonidas vnquam extulisse ex composito Persis clypeum: ac cum vellent Athenienses ductorem habere Hippiam, incilia quædam retulit eos occupasse: quæ, vbi occupassent, erant relicturi. Tu vero accusas, mox vindicas, scribisque aduersus claros viros calumnias, quas iterum propulsas, diffidens nimirum tibi ipsi. Quippe audieras teipsum dicentem, extulisse clypeum profligatis & terga dãtibus barbaris Alcmæonidas. Atqui vbi Alcmæonidas subleuas, ibi teipsum prodis esse sycophantam. Nam si magis vel æque ac Calliam Phœnippi filium patrem Hipponici apparet fuisse, vt hic scribis, tyrannis infestos Alcmæonidas: vbi eorundem locabis coniurationem, quam in primis libris memoriæ prodidisti: quod contracta cum Pisistrato affinitate reduxerint eum ab exilio restituerintq; in tyrannidem, neq; exegerint rursus: quoad infamis fuit, quod vxori nefario concubitu iungeretur. Atq; hæc quidem eiusce modi habent confusiones Alcmæonidarum insectationis & suspicionis. Iam dum laudibus celebrat Phœnippum, ac connectit ei filium Hipponicum, qui Herodoto authore ex locupletissimis fuit Atheniensium: confitetur extra propositum, tantum honore & gratia Hipponici Calliam adiecisse. Quando autem Argiuos omnibus notum est abnuisse Græcis societatem, sed postulasse, ne Lacedæmoniis, qui infestissimi eorum hostes erant, dicto audientes esse semper & eos sequi cogerentur, neque id sine causa etat: hic causam subiicit inuidiosissimam, cum scribit. Postquam ipsos comperit Græcos id certo scite nemini Lacedæmonios imperium participaturos, communionem eius illos flagitasse, vt quiescendi colorem haberent. Horum post memoriam renouasse docet Artaxerxem Argiuorum legatis, qui Susa venerant, dixisseque illum, nullam habere se Argis amiciorem ciuitatem. Inde testato rerractans ea more suo, nihil de his se scire liquido prædicat: hoc scire suas esse omnibus mortalibus culpas, neque Argiuos turpissime se gessisse. Ego vero dicere debeo, atque hoc meũ dictum per totum hunc commentarium repetitum volo. Quandoquidem hoc etiam iactatur, Argiuos fuisse, qui Persem in Græciam acciuerint. Quoniam, inquit, aduersus Lacedæmonios non satis eis hasta firma erat, Persem accersiuerũt: quo haberent eum præsentis doloris sui vindicem. Nonne igitur, quod iste ad vnguenta & purpuram dixisse narrat Æthiopen: Fallaces liquores, fallaces vestes sunt Persarum, hoc torquere possis in ipsum: Fallacia verba, fallaces figuræ Herodoti dictionis, tortuosæ, neque quicquam sani habent, sed sunt omnes flexuosæ: qui sicut splendida pictores reddunt vmbra clariora: item negando crimina ipse amplificat, suspicionesque verbis ambiguis facit altiores. Quod Argiui cõiunxerint se Græcis, & cesserint Lacedæmoniis virtutis causa imperio, nemo refellat. Deturpassent enim Herculem & nobilitatem suam. Quippe cum Siphiis & Cythniis tueri præstabat Græcorum libertatem, quam concertando cum Lacedæmoniis de imperio, in discrimine defugere tot & talia certamina. Quod si ipsi fuerunt, Persem qui in Græciam attraxerunt, quod parum ipsis esset firma contra Lacedæmonios hasta, quin in eius partes, postquam venit discesserunt: aut, si consociare regi arma noluerunt, Laconiam domi manẽtes vastauerunt, vel Thyream iterum tentauerunt, vel regem alia via iuuerunt, vel interpellarunt Lacedæmonios: cum istis rationibus multum Græcis incommodare valuissent, si obstetissent, ne tam magnas copias Plateas educerent. At Athenienses certe verbis in cœlum tulit, ac Græciæ seruatores appellauit: Recte sane & merito, nisi multa probra admixta laudib. essent. Nunc dum forte futurum dicit fuisse, vt ab aliis Græcis Lacedæmonii proderentur: forte autem desolatos susceptis rebus magnificis fortiter occumbere ante maluisse, quam etiam Græcos Medo se coniungentes & facientes cum Xerxe fœdus videre, liquet eum non hoc ad celebrãdos prædicare Athenienses: sed celebrare Athenienses, quo omnes alios obterat. Nam quid iam indignetur quis Thebanos perpetuo & Phocenses acerbe & effuse maledictis lacerari: quando Græciæ propugnatores proditionis, quæ facta forte fuisset, vt ipse coniectat, damnat: Ipsi autem Lacedæmonii, vt incertum faceret hæsitauit, cecidissentne pugnantes cum hostibus an deditionem fecissent, ita minutis omnino argumentis laudem detrahit eis ad Thermopylas quæsitam. Porro vbi exponit naufragium, quod classi regiæ accidit, ac iactura facta ingentis opulentiæ Aminoclem Cresineo filium ciuem Magnetem magnam prædam auertisse, immensamq; auri & pecuniæ vim

colle-

collegisse: neque hoc sine vellicatione transit: cæterum hic, cui res alioquin tenuis erat, lucro insperato euasit opulentus. Causam enim aduersus hunc turpem & sordidam collegit. Atque hoc quidem cuiuis est perspicuum, ideo aurea hæc verba & thesaurum, atq; eiectas à mari opes eum inclusisse in historia: quo locum & sedem pararet, vbi exponeret Aminoclem filij parricidam fuisse. Aristophanes autem Bœotus, qui pecuniam se scripsit flagitasse, sed non accepisse à Thebanis: ac cum sermocinari cœpisset cum iuuentute, fuisse id sibi interdictum à magistratibus propter eorum rusticitatem & literarum odium, omni deficitur argumento, nisi quod testimonio suo Herodotus Aristophani suffragetur: dum alia falsò, alia ex peruersitate sua, alia ex odio & æmulatione Thebanis obijcit. Thessalos quidem exprimente necessitate Medorum
10 sectam dicit secutos primum, ac verum dicit: atque de aliis Græcis vaticinans deserturos eos fuisse Lacedæmonios, subijcit non sua voluntate, sed necessitate cogente, quod oppidatim opprimerentur. At Thebanis eiusdem necessitatis non dat eandem veniam: licet milites quingentos ad Tempe & ducem miserint Mnamiam: ad Termopylas, quot periuit Leonidas: qui cum Thespiensibus soli adhæserunt ei à cæteris, quãdo circũdatus fuit, deserto. Vt verò transitu occupato in montibus barbarus fuit, ac Spartiates Demaratus ex hospitij iure cupidus Apagini, qui princeps erat paucorum factionis, conciliauit ei amicitiam & hospitij ius cum rege: Græci autem naues conscendebant, neque vllus se terra offerebat: tunc ex graui necessitate fœdus derelicti acceperunt. Neque enim mare eis vel naues vt Atheniensibus præsto erant: neque remotissimo in Græciæ angulo vt Spartiatæ sedes habebant: verũ cum Medo, qui sesqui-
20 diei itinere aberat, signis collatis In faucibus præliati solis Spartiatis & Thespiensibus socijs & oppressi fuerunt. Enimuero scriptor hic adeo est æquus: vt etsi Lacedæmonios proditos atque ab socijs destitutos fortassis ostendat fœdus admissuros fuisse: maximum tamen & pulcherrimum factum cum opprimere non valeret, quasi gestum non esset, fœdo crimine & suspicione maculans ità scripserit. Ac socij quidem cũ remittererentur, receperunt se ac paruerunt Leonidæ. Soli vero Thespienses & Thebani apud Lacedæmonios remanserunt. Ex quibus Thebani mansêrunt inuiti ac nolentes. Retinuit enim hos Leonidas, vt pro obsidibus eos haberet. Thespienses libentes maxime, qui nequaquam ostenderunt se derelicto Leonida ac socijs eius recessuros. Quid iam nonne priuatam suam in Thebanos offensam & inuidiam prodit? qua prouectus non solum calumniatus est falsò & immerito ciuitatem Thebanam: verum nec,
30 quam probabilis esset calumnia, laborauit: neque qua ratione tegat apud paucos homines saltem non conscium sibi ipsum esse, ipsum secum pugnare? Nam cum ante demonstrasset Leonidam, vbi languescere sensit socios, & detrectare vna discrimë subire pugnæ, iussisse eos discedere: Rursus paulò post Thebanos narrat inuitos ab eo retentos fuisse, quos debuerat, vel si manere voluissent abigere: si erant, quod partium essent Medicarum, suspecti. Quo enim requirebat segnes? Quo conducebat pugnantibus homines suspectos permisceri? Neque enim sanus fuisset Spartiatarum rex & dux Græciæ, si retinere voluisset obsidu loco suis trecentis quadringentos armatos, cum simul à fronte & à tergo hostes instarent. Nam etiam si eos, quos ante pro obsidibus habuit duxisset secum: postremo certe articulo illos verisimile erat despecto Leonida recessuros fuisse, ac Leonidam formidaturum fuisse, ne ab illis citius quam à barbaris cir-
40 cumueniretur. Adhæc an non ridiculus fuit Leonidas, qui aliis Græcis recipere se iussit, quasi iamiam interiturus: & Thebanis prohibuit, vt à se, qui moriturus erat, Græcis seruarentur. Nam si reuera vt obsides, imo mancipia illos circumducebat: non detinere eos, cum periturus esset, sed abeuntibus tradere debebat Græcis. Quod verò reliquum erat dicere * ideo eos se retinuisse, quod fortassis ibi occubituri essent: id etiam euertit scriptor hic, vbi de Leonidæ magnanimitate hisce verbis loquitur. Hęc igitur reputantē Leonidam, ac decus afferere solis instituentem Spartiatis, dimisisse socios potius quam sententiis dissidentes retinuisse. Quippe summa fuisset stultitia, si à qua repellebat gloria socios, retinuisset, vt in partem venirent eius, hostes. Quod igitur nihil Leonidas secus de Thebanis cogitauerit, sed etiã pro amicis eos habuerit, ex actis liquet. Nam & ingressus est Thebas ducens secum exercitum, ac precibus obti-
50 nuit, quod nemo vnus alius, vt in Herculis delubro cubare sibi liceret, ac visionem, quæ ei fuit oblata, exposuit postridie Thebanis. Videbantur ei in mari, quod atroci & aspero æstuabat fluctu, clarissimæ Græciæ & maximæ ciuitates huc illuc iactari & agitari, vrbs autem Thebana inter omnes eminere & extolli ad cœlum sublimis, inde repente ex oculis auferri. Atq; hæc quidem repræsentarunt ea, quæ longo post tempore vrbi huic euenere. At Herodotus in enarrando conflictu summum ipsius Leonidæ factum obscurauit, qui omnes narrauit in faucibus circa iugum montis Colonon cecidisse, cum res aliter sint gestæ. Postquã acceperunt nocte hostium circuitum, exurgentes contenderunt ad castra ac prope ad tentorium vsque regis, eo animo, vt eum trucidarent, & circa eum vitam deponerent. Igitur ad tentorium vsq; occidendo obuium quenque & alios profligando progressi sunt. Sed cum non inueniretur Xerxes, dum quærunt

eum in magnis & vastis castris vaganturq; , ægre à barbaris vndiq; circumfusis concisi fuerunt. Quæ vero alia facinora & dicta prætermisit Lacedæmoniorum, ea etsi in vita Leonidæ tradẽtur: non ab re fuerit tamen ètiam hic pauca recensere. Ludos suos funebres fecerunt, antequã in expeditionem irent, quos spectarunt eorum parentes. Ipse Leonidas ei, qui dicebat paucos admodum adducere eum ad prelium: Multos, inquit, morituros. Vxori proficiscentem roganti, nunquid vellet, conuersus: Vt bonis, inquit, nubas & bonos parias. In Termopylis iam circumdatus cum duos ex magna familia seruare vellet, alteri, vt eum dimitteret, dedit epistolam: quam ille non accepit, cum stomacho respondens: Bellator te non tabellarius sum secutus. Alteri aliquid Lacedæmoniorum magistratibus nunciare præcepit. Ille factis respondit, ac capto clypeo in ordinem suum iuit. Hæc quis alium prætereuntem non insimulet? At hic, qui Amasidis exibilationem, asinorum furis accessum, & vtrium congiarium, ac multa huius generis collegit & executus est: non incuria videatur & despicientia omisisse hinc præclara facta, hinc præclara dicta, sed quod parum candidus & æquus fuerit nonnullis. Thebanos primum narrat Græcis iunctos necessitate adigenre pugnasse. Nimirum non Xerxi modo, verum etiam Leonidę lictores erant, qui castra sequerentur, à quibus Thebani contra animi sententiam compellebantur flagellis cæsi præliari. Præliatos dicit ex necessitate illos, qui discedere vel fugere poterant: cum Medis autem sensisse libentes, quibus nemo fuit qui opitularetur. Sub his prodidit: Properantibus ad Colonon alijs, dilapsi Thebani manus porrexerunt, ac cum prope venissent ad barbaros, demonstrarent rem verissimam, stare se à Medis, terramq; & aquam se regi dedisse: necessitate adactos ad Thermopylas venisse, ac vulneris regi inflicti esse insontes. Hæc cum allegarent, incolumitatem sunt assecuti. Habebant enim horum dictorum Thessalos testes. Vide hic per tam multos inter vociferationes barbaras & mixtum tumultum, inter fugas & insectationes audientiam fieri defensioni, & interrogari testes, Thessalosque inter eos, qui trucidabantur & proculcabantur inter se mutuo (Omnia enim in angustijs gerebantur, Thebanis patrocinantes: quod Græcia petitos eos vsq; ad Thespienses non ita pridem summonissent prælio, in quo peremerant ducem eorum Lataniam, victores. Hæc enim inter Thebanos & Thessalos inuicem tunc intercedebant: officij vero vel humanitatis nihil. At enim Thessalorum testimonio quomodo sunt incolumitatem Thebani consecuti? Partim eorum conciderant, qui in manus eorum inciderant, barbari, ut ipse retulit: partim adhuc spirantes Xerxe imperante notis compunxerunt regijs à prætore Leontiade exorsi. Nec fuit ad Thermopylas Leontiades prætor, sed Anaxander: sicut Aristophanes in annalibus scripsit & Nicander Colophonius, neq; nouit ante Herodotum mortalium vllus compunctos à Xerxe Thebanos. Quandoquidem depulsio fuisset criminis maxima, & merito potuisset gloriari ciuitas: quod ipse iudicasset Xexes hunc & Leonidam se expertum sibi infestissimos fuisse. Siquidem huius corpus exanimis contumelia affecit, illius viui compunxit notis. Iste immanitate ea in Leonidam significauit barbarum maxime in Leonidam incensum fuisse viuum. Thebanos vero dum memorat in Thermopylis compunctos fuisse, ac compunctos propenso studio ad Platæas in Medorum parte fuisse: videtur mihi sicut Hippoclides histrio, qui cruribus gesticulabatur in mẽsa, dicere posse: Prodere veritatem non est magnæ curæ Hippoclidi. Libro octauo Græcos narrat ex ignauia trepidantes ex Artemesio fugere in Græciam deliberasse: ac cum orarent eos Euboenses, vt aliquantisper illic cõsisterent, quo clam exportarent * sobolem suam & seruitium, nihil fuisse motos: dum captam Themistocles ab eis pecuniam impertiuit Eurybiadæ & Corinthiorum pretori Adimanto: Tunc commoratos prelio nauali cum barbaris certasse. Pindarus quidem, qui ex ciuitate non fuit socia, sed de studio in Medos suspecta, tamen cum mentionem facit Artimisij, exclamat:

* *Coniuges suas.*

Cecropidæ clarum libertatis posuere
Fundamentum.

Herodotus, à quo celebratum fuisse nonnulli Greciam volunt, adulteratam & furtiuam prædicat victoriam illam fuisse, Græcosque inuitos conflixisse ab ducibus nummarijs deceptos, Neq; hic malignitas eius substitit: verum mortales fere omnes vno ore dicunt prælijs naualibus illic Græcos victores tamen cessisse barbaris nunciato vulnere, quod ad Thermopylas erat acceptum Artemisio. Nihil enim referebat, vt ibi sedente, occupatis ab hoste Pilis & tenente transitum Xerxe, mare custodirent. Herodotus vero nondum allato Leonidę interitu, iam facit consilium inire Grecos de fuga: cuius hęc sunt verba cum magna in rerum asperitate versarentur, præsertim Athenienses, quorum dimidia pars nauium quassata erat, fugam meditabantur in Græciam. Atqui illũ ante pugnam receptum ita appellari vel potius exprobrari condonemus. Hic vero & ante fugam dixit, & nunc fugam vocat, & paulo infra nominabit fugam: Adeo ei dictioni inhęret acerbe. Barbaris illico post hęc nauigio aduenit quidam Estięęsis qui

fugam

fugam annunciaret ab Artemisio Græcorum, illi, quod non crederent, nuncium in custodiam dederunt, ac naues celeres eo præmiserunt speculatū. Quid ais Herodote, profugere vt victos, quos hostes post pugnam non credunt vt longe superiores fugam facere? Hic scilicet fidem meretur, cum vno de viro vel ciuitate scribit, qui vno verbo spoliat Græciam laurea, ac trophæum euertit: inscriptionesque, quas posuerunt apud Dianam virginem, arrogantiam esse & iactantiam prædicat. Epigramma sic habet:

Diuersas Asiæ gentes certamine quondam
Nauali hoc fudit ventisono in pelago
Victor Cecropidum populus, Medisq; peremptis
10 *Dictinnæ hæc posuit clara trophæa tibi.*

Iam in prælijs, vt instructa fuit Græcorum acies, non prodidit, neq; quem quęq; ciuitas locum in pugna nauali tenuit: sed in classis discessu, quem iste fugam appellat, primos Corinthios, Athenienses nauigasse ait nouissimos. Atqui non debebat fautoribus quidem partium Medorum nimium insultare: idq; cum Thurius ab aliis sit habitus, ipse autem in Halicarnesseos irrepserit. Qui quidem Dores cum forent, cum gynæcio in Græcos arma tulerunt. Hic vero tantū abest, vt ante cum Medis facientium angustias exponat: vt etiā, postquam de Thessalis narrauit, quemadmodum ad Phocenses inimicos & hostes suos miserint, ostendentes agrum se illorum, si quinquaginta talenta mercedis ipsis darentur, integrum præstaturos: hæc de Phocensi-
10 bus ad verbum scripserit. Phocenses enim inter huius tractus homines soli à Medorum secta fuerunt alieni. Quod prædicasse eum ex bonis rationibus colligens propter acerbum eius in Thessalos animum inuenio. Quod si rem Græcorū amplificassent, vt equidem puto, Thessali, in partes Medorum Phocenses discessissent. Atqui paulo post ipse narrat oppida Phocensium tredecim fuisse à barbaro inflammatá, fines vastatos, templum in Abis incensum, viros & fœminas, qui non præuerterant ad Parnasum refugere, contrucidatos: attamen illos, qui extrema pati, ne ab officio discederent, sustinuerunt, eadem ac Medorum cupidissimos aspergit improbitate. Ac cum illorum facta carpere non posset, causas & suspiciones fœdas per ocium aduersus eos stylo commentus est detrahitque his, non ex eorum gestis: sed existimare placet ei de Thessalorum animo: nisi vindicatus esset ab aliis eorum ager, remotos futuros à proditione.
30 Si ergo paret quis à Medorum partibus Thessalos purgare, prætendens non affectasse hos eas: sed ex simultate, quam habebant cum Phocensibus, quos Græcis associatos viderent, contra animi sententiam ad partes se Medorum aggregasse: nonne is turpissimè blandiri videatur, atque in aliorum gratiam causas bonas in rebus fœdis comminiscendo veritatem peruertere? Equidem ita censeo. Constat itaque clarissime eum calumniari: qui neque ob virtutem optimas partes dicit Phocenses secutos, sed quia diuersæ sectæ Thessalos esse cognouerant. Neque enim ad aliquos delegat more suo calumniam, audisse ostendens se: sed ita inuenire se ostendit coniectura ductum. Expromere igitur debebat vestigia: quibus adductus fuit, vt crederet: quorum cum paria atque optimorum extiterint facta; eadem hos consilia atque improbissimos cepisse. Nam quod de inimicitia est allegatum, ridiculum est. Neque enim Æginetis obstitit
40 alienatio ab Atheniensibus, vel Chalcidensibus ab Eretriensibus, vel à Megarensibus Corinthijs, quo minus Græcis se adiungerent. Nec contra Thessalos castigātes infestissimi Macedones à barbari amicitia auertere. Siquidem priuatas inimicitias periculum commune oppressit: vt relictis motibus animi alijs vel ad honestum propter virtutem, vel propter necessitatem applicarent ad vtilitatem animum. Enimuero etiam post necessitatem illam, quæ eos Medorum iugum accipere compellebat, rursus desciuerunt illi ad Græcos: vt de eis aperte Spartiates Laocrates est testatus. Ipse vero Herodotus, quasi vi expugnat' in reb. ad Platæas gestis suppetias Græcis Phocenses tulisse confitetur. Nec mirandum est quod clades mordeat amare: quādo etiam illos, qui subsidiū Græcis tulerunt, & eandem belli aleam subierunt, inter hostes numerat & proditores. Etenim miserunt Naxij auxilio barbaris triremes tres. Cæterum vnus ex
50 triearchis cæteros, vt Græcorum partes sequerentur, induxit. Ita ne laudare quidem absque probro nouit: sed si vnus vir celebratur, ciuitatem totam vel populum male audire oportet. Astipulatur ei ex vetustioribus Hellanicus, & ex recentiorib. Ephorus: quorum hic quinq;, ille sex nauibus ipsos Naxios suppetias venisse scripsit Græcis. Atq; adeo se ipse Herodotus omnino coarguit hæc fingere. Siquidem ipsi Naxiorum chorographi dicunt etiam Prorum Megabatem summouisse, qui infestis ducentis nauibus ad insulam cōtendebat, ac Datim denuo ducem expulisse, qui fines Naxiorum vsserat & fœdauerat. Quod si, vt est Herodotus alibi author, oppidum eorum flamma deuastarunt, incolæ autem fuga ad montes salutem petierunt: num patriæ suæ euersoribus subsidium mittendi, non assistendi pro communi patria propugnantib. iustam causam habuerunt? Nam non, quo Democritum commendaret, sed ad Naxiorum in-

famiam mendacium illud eum concinnasse patet ex eo, quod præteriit prorsus & suppressit Democriti præclarum factum & decus, quod epigrammate Simonides explicauit:

Democritus pugnam, quam commisere per æquor
Cum Medis Græci, tertius aggreditur.
Quinq; rates capit hostiles, sextam prope captam
Persarum illi vix eripuere manus.

Sed quid indigneris Naxiorum causa? Nam si sunt, qui aduersa nobis vrgent vestigia, vt nonnulli sunt authores, qui partem terræ & inferiorem incolant: non dubito, quin ad illos quoque Themistoclis nomen eiusque consilij peruenerit: quo author fuit Græciæ, vt pro Salamine classe confligerent, ac sacrarium Dianæ consultricis Melitæ barbaro extruxerit profligato. 10 Hoc Themistoclis consilium egregius iste historicus, quantum in ipso fuit, abdicans, atque ad alium hanc gloriam transferens: ita scribit ad verbum. Hic Themistoclem, qui in nauem venerat, rogauit Mnesiphilus ciuis Atheniensis, quid deliberatum haberent. Vt intellexit esse constitutum, classem vt ad Isthmum reducerent, ac pro Peloponeso depugnarent: Non igitur, inquit, si remoueant ab Salamine classem, de vna vltra patria dimicabis. Distrahẽtur enim per vrbes. Ac aliquanto infra. Sed si qua ratione potes, perge & hanc sententiam disturbare tentato: ac quantum eniti poteris, effice vt mutet Euribiades consilium, atque hic maneat. Mox cum hoc consilium subiecisset. Themistocli magnopere placuisse, ac nullo ad ea reddito re- 20 sponsa adisse eum Eurybiadem, rursus sic ad verbum scripsit. Hic Themistocles Eurybiadi illam admonitionem expromit & exponit: illaque ex Mnesiphilo quæ acceperat, sibi vẽdicat, & alia attexit. Vides notam quemadmodum iste Themistocli inurat improbitatis, quem sibi asserere illud consilium, quod fuit Mnesiphili, docet? Iam multo magis deridens Græcos Themistoclem prædicat, quid ex re foret, non intellexisse, sed cæcutisse, qui propter solertiã fuit Vlysses appellatus: Artemisiam autem Herodoti ciuem à nemine doctam, sed ex suo ipsius inuento Xerxi prænunciasse: non futurum, vt diu eum Græci subsisterent, sed dissipaturos seipsos, atq; ad oppida quemque sua fugituros: neque verisimile esse eos, si ipse in Peloponnesum copias terrestres moueret, quieturos: neque curæ habituros, vt pro Atheniensibus prælio nauali decertarent. Quod si extemplo classe properaueris cum eis concurrere: vereor, ne si copię afflictę sint tuæ nauales, etiam terrestres perstringant. Hic opus sit Herodoto versibus ad declarandã Artemisiam Sibyllam, quæ consequentia tam præcinit liquido. Quapropter etiam commisit 30 ei liberos suos, vt Ephesum eos abduceret. Nam oblitus fuerat videlicet ex Susis secum ducere mulieres, si comitatu pueri indigebant muliebri. Cæterũ reliqua ego, quæ est mentitus, nihil moror: tantum, quæ in aliorum probrum finxit, discutio. Igitur Athenienses ait prædicare Corinthiorum prætorem Adimantum inferentibus signa hostibus mire perculsum & trepidantem fugam conscisse, non inhibuisse nauem, non silentio per medios euasisse præliantes: sed clare velis in altum datis, sed nauibus omnibus auersis: Inde tamen celocem currentem circa fines Salaminios fuisse ei oblatam, ex qua quempiam hanc vocem misisse: Tune Adimante Græcis proditis fugam capescis? Illi vero vincunt, sicut votis conceperunt, vt hostes superarẽt. Celox hæc fuit nimiru cœlo delapsa. Quid enim machinam tragicam opus erat ei, qui Tragœdos alijs in omnibus vanitate supergreditur, adhibere? Ergo huic fidem Adimantus adiunxit, & 40 re ab alijs confecta ad exercitum est regressus. Hæc obtinet apud Athenienses fama: quod tamen Corinthij non fatentur, sed in pugnæ naualis prima acie se contendunt stetisse: quibus & cæteri quoque Græci suffragantur. Is iste est passim alijsque alios calumniis & criminationibus aspergit: ne fallatur, quin prorsus quem improbum fuisse ostendat: quod ei hic integrum est: si fides crimini adhibeatur, vt infames Corinthij sint: sin abrogetur, Athenienses. Itaneque Corinthijs neque Atheniensibus parcit, sed onerat hos vtrosq; mendacijs. Quippe Thucydides, qui reclamantem inducit Lacedæmone Corinthio Atheniensem, & multis ostentantem gesta contra Medos & naualem ad Salaminem pugnam, nullum crimen Corinthijs proditionis vel ignauiæ intentat. Neque enim verisimile erat, vt hæc maledicta Athenienses Corinthiorum ciuitati inurerent: quam tertiam videbant secundum Lacedæmonios & se nominẽ- 50 tis, quæ de barbaris erexerant, incisam. Etiam Salamine iuxta vrbem concesserunt eis, vt mortuos suos, quod viros fortes præstitissent se, humarent atque inscriberent hoc elegium:

Vndosam hospes nos habitauimus ante Corinthum,
Nunc vero sitiens insula habet Salamis:
Classe hic Phœnissa simul & Persis superatis
Cum Medis, per nos Græcia salua fuit.

Hono-

Honoratius in Isthmo tumulus hanc habet inscriptionem:

Ancipiti in gladio quæ constitit, horum animis, quos
Hic seruat tumulus, Græcia salua fuit.

Dona, quæ Diodorus ex trierarchis Corinthijs vnus in Latonæ delubro dedicauit, hoc habent epigramma:

De Medis nautæ Diodori hæc arma sacrarunt
Latonæ donum signaq; naumachiæ.

10 Ipse porro Adimantus, quem sine fine Herodotus mordet, solumq; ex ducibus perhibet discessisse, vt fugeret ab Arthemisio, nec prælij exitum expectaret, vide qua in gloria fuerit.

Cernis Adimanti tumulum, ob quem Græcia palmæ
Et tinxit serto libera tota caput.

Neque enim defuncto probabile sit delatum eum honorem fuisse ignauo & proditori: neque ausus esset ex filiabus suis vni Nausinicl æ, alteri Acrothinij, tertiæ Alexibiæ, filio Aristeo nomē reddere, nisi quam claritatem & splendorem ex rebus illis gestis quæsisset. Iam in fœminis Græcis solas Corinthias præclarum illud ac diuinum votum fecisse, vt viris desiderium Venus dimicandi cum barbaris infunderet, ne nouissimum quidem Carem, nedum non præterisse Herodotum verisimile est. Siquidem diuulgatum id fuit, fecitque Simonides epigramma simula-20 chris æreis in templo Veneris positis, quæ sacrasse ferunt Medeam, alij hanc viro orbatam, alij vt reuocaret à Thetidis amore Venus Iasonem. Epigramma hoc est:

Pro Græcis posita hæc validis & ciuibus ampla
Sunt, quæ diuinæ vota dedere Cypri:
Quippe sagittiferæ Veneris causa haud voluere
Artem Graiorum prodere barbariæ.

Hæc enim mandanda scriptis atque horum facienda erat mentio citius, quam Aminocles inferendum parricidium filii. Porro postquam immodice atque impudenter Themistoclem est criminatus, dum compilasse eum & pecuniam intercepisse clam aliis ducibus sine vllo modo 30 circa insulas narrauit, tandem ipsis coronam Atheniensibus detrahit imponitque Æginetis, qui ita scribit. Missis Delphos hostium spoliis Apollinem Græci in communi sciscitati sunt, an integras & gratas prædæ primitias accepisset. Ille ab aliis quidem Græcis se habere præterquam ab Æginetis respondit, sed prælii naualis apud Salaminem persecutum hoc decus. Hic non Scythis iam vel Persis vel Ægyptiis dicta, quæ ipse confinxit, sicut coruis & simiis Æsopus, attribuit: sed Apollinis Pythii personam adhibens, primis submouet Athenas. Themistocli autem cum secundæ in Isthmo delatæ essent, quod sibi quisq; dux primas tribuisset & secundas illi: deniq; cum iudicium finem non inueniret, & culpanda ducum esset ambitio, omnes Græcos, quod renunciare Themistoclem nollent primum, soluisse ostendit. Libro nono & postremo quicquid reliqui erat Lacedæmonijs & celebre apud Platæas decus facit ciuitatis Atheniē-40 sis. Scripsit enim prius eos metuisse Athenienses, ne assensi Mardonio Græcos desererent: cæterum postquam illi muro septo Peloponnesum in tuto collocauerant, neglexisse & postmisisse reliquos, festos dies domi agentes, Atheniensiumq; legatos deludentes & moram trahentes. Quomodo igitur mouerunt Platæas quinque & mille Spartiatę: quorum singuli septenis Ilotis septi erant: aut quomodo in tantum periculum demittentes se palmam retulerunt, ac tam multas oppresserunt legiones? Audi causam probabilem. Obseruabatur, inquit, forte Lacedæmone quidam ex Tegea Chileos nomine: cui cum nonnullis ephoris amicitia & hospitii ius intercedebat. Hic impulit eos, vt exercitum mitterent: docens nihil Peloponneso muri propugnaculum, si Mardonio se Athenienses adiunxissent, profuturum. Hoc extraxit Pausaniam cū exercitu Platęas. Quod si quid Chileum negocii Tegeæ detinuisset, nō esset victoria potita Gręcia. Rursus incertus, quid cum Atheniensibus agat: alias extollit, alias deprimit hanc ciuitatem, 50 sursum ac deorsum eam rapiens: Athenienses que cum Tegeatis concertantes de secundis memorat Heraclidas allegasse, resque contra Amazonas gestas protulisse: ac Peleponnesiorum qui sub Cadmia occubuerunt, humationes: postremo in Marathonem descendisse verbis exultantes, ac præclare agi secum putantes, quod læuum cornu obtinerent. Paulo post Pausaniam eis & Spartiatas imperio cessisse, petisseque vt ex aduerso Persis in cornu dextro consisterent, ac sibi concederent sinistrum, insuetos pugnare se allegantes cum barbaris. Atqui ridiculum erat, nisi cum consuetis nolle dimicare hostibus. At cæteros Græcos, dum in alia castra ab duciqus ducuntur, vt signa mota fuerunt, libenter profugisse dicit equitatum ad Platæensium vrbem: effusosque in fugam ad Iunonis fanum venisse. Vbi accusat fere vniuersos rebellionis ignauiæ, & proditionis. Postremos solos memorat cum barbaris Lacedæmonios, & Tegeatas,

cum Thebanis Athenienses signis collatis dimicasse: Reliquas ciuitates iuxta omnes illo decore spoliauit, neminem attigisse illud prælium, sed cōsidentes in armis omnes in propinquo deseruisse & prodidisse illos, qui pro ipsis certabant. Tandē Phliasios & Megarenses audito Pausaniam vincere, accurrisse, ac cum in Thebanorum equitatum incidissent incircumspecte, concisos fuisse. Corinthios non occurisse ad prælium, sed post victoriam accelerantes perrexisse per colles, ne in Thebanorum equites incurrerent. Thebani enim fusis barbaris prouecti ante hos, enixe eis subueniebant: quo scilicet pro impressis apud Thermopylas notis grates eis referrent. Cæterum quem locum Corinthij in acie tenuerint, cum præliarentur cum barbaris, & quantum honorem ex conflictu Platæensi pepererint, audias licet ex Simonide, qui ita scribit: 10

Fontibus irriguam mediis qui pontem habitarunt
Virtutibus varie has constituere notas
Bellica, & vrbem qui Glauci coluere Corinthum, &
Hoc monimentum operum qui posuere bonum
Auro ex laudato super athera, tum amplificarunt
Hinc ab auis, ipsis hinc sibi grande decus.

Hæc enim non, vt qui Corinthi ludum haberet, vel carmen in illius ciuitatis laudem faceret: sed sicut elegia ob res illas gestas scriberet memoriæ prodidit. At hic occupat, ne deprehendatur mendacium ab iis, qui rogabunt: Vnde igitur tumuli, loculi, & monimenta defunctorum, in quibus in hanc vsq; memoriam assistentibus Græcis Platæenses eis parentant? Nempe multo fœdius meo iudicio quam proditionem improperat nationibus illis crimen hisce verbis: Cæterorum sunt, quæ visuntur apud Platæenses, sepulchra. Hi vero vt ego accipio, ex rubore, quod sero supervenissent prælio, pro se quisq; tumulos illos propter insequentem ætatem excitauere. Ignauiam illarum ciuitatum & desertionem hanc prælii, quæ proditio est, solus inter mortales omnes audiuit Herodotus: Pausaniam, Aristidē, Lacedæmonios & Athenienses præterit Græcos illud discrimē declinasse: neq; Æginetas Athenienses aduersarios suos arcuerūt inscriptione, neque Corinthios ostenderunt, antequam victoriam obtinerent, fugam à Salamine fecisse, reclamante eis Græcia. Aggesserit Cleadas Platæensis annis decem post bellum Medicum in Æginetarum gratiam, vt ait Herodotus, tumulum, qui ex eis cognomen habet. Athenienses & Lacedæmonii qua remoti, cum tunc recenti re pene ad manus propemodum venissent trophæi statuendi causa: Græcos, qui rem ignauia prodiderunt & fugam consciuerunt, non repulerunt à præmiis victorialibus, sed inscripserunt horum nomina trophæis & colossis, eosq; in partem prædæ vocauerunt: Aræ denique epigramma hoc inscriptum insculpserunt: 30

Vindicis hanc quondam, Persa cum terga dedissent,
Aram communem Græca erexere Pelasgi
Victores patria clara trophæa Ionis.

Num hoc quoq; Cleades aut quis alius Herodote ciuitatibus adulans inscripsit? Quid ergo opus habebant, vt tellurem incassum fodientes facesserent sibiipsis negocium, tumulosq; molirentur & monimenta propter ætatem insequentem pararent: cum in nobilissimis & summis monimentis, quæ dijs erant dicata, gloriam suam cernerent consecratam? Et vero Pausanias, cum tyrannidem iam, vti ferunt, affectaret, inscripsit donis, quæ dedicauit apud Delphos, hoc epigramma: 40

Græcorum postquam dux Medorum agmina fudit,
Phœbo Pausanias hæc monimenta dedit.

Præterea cur asscripsit aliis gloriam illorum, quorum se dixit ducem: quod cum Græci non ferrent & improbarent, missis Delphos legatis Lacedæmonij hoc eraserunt: ciuitatum nomina, vt æquum erat, inciderunt? Et quidem quî consentaneum sit Græcos, quod inscriptionis exortes essent, indigne tulisse, si deserti prælij fuissent sibi ipsi conscii: vel Lacedæmonios, qui imperatorem & ducem insculpserant, illos, qui in discrimine ipsos deseruerant & reliquerant, inscripsisse? Quippe absurdissimum est, si cum Sochares, Dipnistus, & omnes, qui insignirer decertauerunt in illa acie, nec quod Cychnij & Melij trophæis inscriberentur, fuerint stomachati: Herodotus ciuitatibus solis tribus illum conflictum tribuens, cæteras ex trophæis & sacris expungat omnes. Quippe cum certamina ea tempestate cum barbaris quatuor extiterint ex Artemisio Græcos refert diffugisse: ad Thermopylas imperatore & rege discrimini se pro Græcia offerente, domi resides & supinos mansisse Olympia & Carnia celebrantes. Porro cum res ad Salaminē gestas exponit, tot verbis de Artemisia scripsit, quot non impendit in totū explicandum prælium nauale. Ad vltimum desidentes apud Platæas vsq; ad exitum nesciuisse Græcos, sicut si 50

pugna

pugna contracta ranarum & murium esset, dimicationem. Pigres Artemisiæ filius ludens & iocans versibus scripsit silentio signis collatis illos, quo fallerent alios, coitione facta confixisse: Lacedæmonios nihilo virtute barbaris præstitisse, sed cum inermibus & nudis manus conserentes victoriam reportasse. Siquidem sub Xerxis oculis vix flagris à tergo impulsi cum Græcis congressi sunt. Ad Plateas scilicet alios mutuati animos virtute & robore non fuerunt inferiores, sed destituta armis vestis offecit eis. Quippe cum grauis armaturæ milite leues ipsi milites prælium iniere. Quid ergo illis ex certaminibus gloriosum Græcis vel magnificum superest, si cum inermibus dimicauerunt Lacedemonij, cæteros pugna præsentes fugit, tumuli inanes coluntur ab vniuscuiusq; ciuibus, scriptura adulterina completa sunt tripodes & altaria corã dijs:
10 Vnus verum nouit Herodotus, mortales omnes alios, qui opinionem habent de Græcis, fama rerum ea tempestate gestarum, quasi eximiæ fuissent, frustrata est? Quid tandem dices? Elegans est vir, suauis dictio, Veneribus & vi prædita & florida narratio. Fabulam vt poëta nõ docte quidem, sed canore & polite pronunciauit. Nimirum hæc mulcent & alliciunt omnes. Cæterum quomodo in rosis cantharis, item detractio & maligna oratio in rebus celebrandis amplis sunt eius cauenda, quæ nitidis coloribus & mollibus subeunt: ne imprudentes alienas & fallaces de excellentissimis & primis Græciæ ciuitatibus & viris existimationes suscipiamus.

Plutarchi de Homero liber.

20 *D. XYLANDRO Augustano interprete.*

SVPERVACANEVM fortasse nonnullis videbitur, de Homeri patria parentibusque inquirere, cum ne ipse quidem de suis rebus quicquam dicere dignatus sit: imo adeo se continuerit, vt ne nominis quidem sui vllam faceret mentionem. Attamen quandoquidem multarum rerum peritia facit saltem ad institutionem eorum qui erudiri incipiunt, conabimur exponere quæ de eo antiqui memoriæ prodiderunt. Iam Ephorus Cumæus in libro quem de Cumæis rebus inscripsit, hoc agens vt eum gentilem suum fuisse ostendat: Atellem, Mæonem, & Cium fratres, Cuma oriundos perlubet fuisse. Ex
30 his Dium æris alieni causa Ascram, qui est Bœotiæ pagus, commigrasse: ibique Pycimeda vxore ducta, Hesiodum procreasse.] Attellem Critheidis filiæ suæ tutela Mæoni mandata, in patria mortem cum vita commutasse. Ab hoc auunculo vitiatam puellam: ab eodemque eam, eiuium ob perpetratum facinus damnationem metuente, Phemio Smyrnæ literas docenti nuptum traditam. Portò eam, cum ad lauacra, quæ propter amnem Meletem sunt, deambularet: partu Homerum edidisse, iuxta ipsum amnem: inde Melesigenem filium appellatum. Mutato autem nomine Homerum vsurpatum fuisse, cum luminibus esset captus. Tales enim à Cumæis & Ionibus ὅμηροι vocantur, quod ὁμηρευόντων, id est, ductorum indigeant. Hæc Ephorus. Aristoteles tertio de Poëtica scribit, in insula Io, quo tempore Neleus Codri filius coloniæ in Ioniam ducendæ præfuit, puellam indigenam, à genio quodam ex eorum numero qui cum Musis
40 choros ducunt compressam, cum intumescente vtero facti pudore moueretur, deuenisse in quendam locum, cui nomen est Ægina. Ibi à prædonibus, qui eo excursionem fecissent, captã, Smyrnamq; adductam ab his, Lydorum (sub his enim tunc erat Smyrna) regi Mæoni socio suo dono datam: ab hocq; pulchritudinis causa in matrimonium eam adscitam. Hanc, cum ad Meletum fluuium commoraretur, partus doloribus circumuentam, ad ipsum fluuium peperisse Homerum, statimq; expirasse. Infantem à Mæone susceptum filiiq; loco enutritum: paulo post ipsum Mæonem in fata concessisse. Secundum hæc cum Lydi ab Æolibus affligerentur, ac de Smyrna relinquenda cogitarent, & duces per præconem sequi iussissent eos qui vellent exire vrbe, Homerum, puerulum etiamnum, se quoq; ὁμηρεῖν (id est, sequi) velle dixisse. Inde pro Melesigene Homerum appellatum. Adultus iam, & poëtica arte nomen consecutus, de parentibus
50 & patria Deum consuluit, isq; sic respondit:

Insula Ios matris patria est, vita hac quoq; functum
Accipiet: sed tu iuuenile ænigma caueto.

Alterum quoq; oraculum tale fertur:

Felix & miser (ad sortem et quia natus vtramq;)
Perquiris patriam: matris tibi non patris extat
Patria, in vndoso iacet hac ponte insula, Creta
Non adeò vicina, & non longè vsq; remota.
Hic te fata tua cogent decedere vita,
Cùm pueri ignotis obscurum ambagibus olim

Sermonem

Sermonem inuoluent, teq; hunc euoluere poscent.
Quippe duplex vita fatum tibi contigit: orbum
Luminibus, superis Musa immortalibus aequat:
Post mortem te vita manet secura senecta.

Non multo post tempore Thebas nauigans ad Saturnalia (certamen ibi hoc musicum celebratur) Ium venit, ibi saxo insidens, piscatores vidit adnauigantes, eosq; Ecquid haberent, interrogauit. Illi, quod nihil cepissent, sed prædæ inopia pediculos legissent, ita responderunt:

Non capta afferimus: fuerant quæ capta, relictis.

Per ambages autem innuebant, se pediculos, quotquot cepissent, interfectos dimisisse: quos vero non cepissent, eos se in vestibus suis secum ferre. Hoc cum non posset conijcere Homerus, præ mœrore vitam finijt. Ienses eum magnificè sepeliuerunt, hac addita sepulcro inscriptione: 10

Terra sacrum caput hic diuini occultat Homeri,
Heroum egregias qui dixit carmine laudes.

Non desunt qui Colophonium fuisse demonstrent, maximo vtentes argumento, elegiacis versibus, qui inscripti sunt statuæ. Eorum hæc est sententia:

Nate Meletis Homere, ornasti nomine Graios
Æterno, & patriam qui Colophona tuam.
Semideûm gemino complexe volumine laudes, 20
Diuinæ mentis prole viges duplici.
Vna vagum duplicis reditum decantat Vlyssis,
Altera luctiferæ prælia Dardaniæ.

Dignum etiam est Antipatri epigramma, quod ascribatur, non carens grauitate, est autem tale:

Sunt Colophona tibi patriam qui rentur Homere,
Sunt & qui Smyrnam, quiq; fuisse Chium.
Quidam & Ion dicunt: alii Salamina beatam,
Ast alii Lapithas quæ tulit Æmoniam:
Diuersi diuersa ferunt. Oracula Phœbi
Quod si iam pleno mi licet ore loqui: 30
Omnipatens cœlum est tibi patria, nec mulier te
Mortalis peperit, sed dea Calliope.

Qua ætate vixerit, ambigitur. Quidā tempore belli Troiani aiunt, eiusque fuisse inspectorem: alii centum post annis, alii centum & quinquaginta. Duo scripsit poemata, Iliadem & Vlysseā. Quidam, non tamen vere ii, exercitationis & lusus gratia addidisse & Batrachomyomachiam & Margitem asserunt. Belli Troiani quidam fuisse de sententia Homeri principium tradunt, de dearum Iunonis Mineruæ & Veneris formæ præstantia iudicium à Paride factum. ita enim canere Poetam:

Iliad. ω, 27.

Nam Paris iniusta damnauerat arbiter olim 40
Voce deas, pastoralem in certamine forma
Cum subiere easam, reliquis tunc prætulit illam,
Munus adulterii quæ præbuit exitialis.

Enimuero isti versus haud immerito pro non genuinis habiti sunt: quod neque Deos hominum submittere se iudicio decorum sit, neq; huius rei Homerus alibi meminerit. Præstat igitur dicere, Alexandrum Priami F. cum Græcam vitæ degendæ rationem cognoscere cuperet Spartam nauigasse, vsumq; ibi hospitio Helenæ, absente marito Menelao, ei persuasisse vt secum abiret: vt in insulam nomine Cranaam peruenit, primum cum ea corpus miscuisse: inde per Sidonem & Phœniciam nauigio Ilium delatum. Agamemnonem re cognita, Aulide, quæ est vrbs Bœotiæ, exercitum collegisse. Ibi eis sacrificantibus draconem in vicinam arborem adscendisse, octoq; pullos passeris, nonamq; quæ iis accubabat matrem perdidisse, eo ostento indicatum, Græcos nouem annis ad Ilium bello gesto, decimo vrbem capturos. Postquam ad Troiam Græcorum naues appulissent, Græci post primum conflictum, in quo Protesilaus occubuit, Menelaum & Vlissem legatos reposcendæ Helenæ causa miserunt. Troianis negantibus, rursus commissa pugna superiores facti Græci, partem exercitus obsidendæ vrbi reliquerunt: cæteri duce Achille circumiacentes vrbes vastauerunt, vt auxilio Troianos spoliarent. Inter alias capta Chrysa, Chryseidē, Chrysæ, qui sacerdos erat Apollinis, filiam Agememnoni muneris eximij loco dederunt. Chryses redimendæ filiæ causa ad stationem nauium profectus,

Iliad. γ, 445. Iliad. β, 303. 50 Iliad. γ, 205. Iliad. α, initio

& per

&per contumeliam ab Agamemnone habitus, ab Apolline votis contendit, vti Græcos is vlcisceretur. Deus rata vota ea habuit, pestemq; Græcis immisit. Quo tempore cum Achilles iuberet Chryseidem reddi, irritatus Agamemnon, minatus est se erepturum Achilli Briseidem, quæ ei honoris causa obtigerat. Hic ergo Thetidi matri persuadet, vt à Ioue impetret, vt Græci in bello succumbant. Id cum euenisset, Patroclus Nestoris monitu Achillem exorauit, vt ipsius armatura sibi vti aliquantisper ad repellendos à nauibus Troianos permitteret, itaq; egressus, re fortiter gesta mox interfectus est. Achilles hoc ægre ferens, ira: qua aduersus Agamemnonem flagrabat, missa, armis à Vulcano factis indutus, cum multos alios, tum ipsum tandem Hectorem occidit. Hæc est series rerum. Cæterum Poeta à nono demum anno orsus est: quod quæ Achillis iram antecesserunt, minus essent grandia, neque vel longas vel crebras actiones haberent. Nam Achille inter Græos pugnante,

Iliad. λ. sub finem, & initio π.

Iliad. σ.
Iliad. χ.

> *Nunquam Dardanidis ausi se emittere portis*
> *Troes erant, vim Pelidæ telumq; timentes.*

Iliad. ι. 718.

At eo militiam deserente, receptis animis progrediebantur: & æquo vtrinq; Marte pugnatum est, virtusq; multorum heroum continentibus præliis eluxit.

HOMERVM poetam tempore quidem plerisque, virtute autem omnibus priorem, recte primum omnium legimus: cum & ad sermonem, & ad intelligentiam, & ad multarum rerum peritiam plurimum nobis conferat. De poesi eius dicemus, paucis prius de genere eius commemoratis. Homerum ergo Pindarus & Chium & Smyrnæum fuisse ait: Chium Simonides, Antimachus & Nicander Colophonium: Aristoteles autem philosophus Iensem, Ephorus historicus Cumæum. Quidam Salamine Cypri vrbe oriundum dicere non dubitarunt. Argiuum alii, Aristarchus & Dionysius Thrax Atheniensem. Filius à nonnullis dicitur Mæonis & Critheidis: ab aliis, Meletis fluuii. Non minor dubitatio est de tempore, quo vixerit. Aristarchus eum in id tempus reiicit, quo Ionum colonia deducta est, fuit hoc annis post Heraclidarum reditum sexaginta & is reditus octoginta annis Troiano bello est posterior. Crates eum ante Heraclidarum reditum extitisse tradit: vt ne octoginta quidem prorsus annis Troianum bellum sit subsecutus. Apud plerosque pro certo habetur, centum annis eum Troiano bello posteriorem fuisse, non multo ante Olympicorum ludorum institutionem, à qua Olympiades numerantur. Duæ sunt eius poeses, Ilias & Vlyssea: vtraque numero literarum in libros diuisa, non hoc ab ipso poeta sed ab Aristarcho Grammatico. De his Ilias à Græcis barbarisque res ob raptum Helenæ gestas complectitur, ac præcipue Achillis eo in bello demonstratam fortitudinem. Vlyssea reditum Vlyssis à bello Troiano in patriam habet, ac quæ in reditu errans pertulerit: vtque insidiantes familiæ suæ vltus sit. Vnde liquet, eum Iliade fortitudinem corporis, Vlyssea autem animi excellentiam proposuisse contemplandam. Neque culpandus est poeta, quod non virtutes tantum, sed & vitia animi in poesibus suis descripserit: dolores nimirum, gaudia, metus, atque cupiditates: quasi vero & hæc ad imitandum proposuerit. Enimuero citra hæc res magnæ & minime vulgares non fiunt. Licet autem auditori ea deligere, quæ præstant. Deos hominum consuetudine vtentes introduxit, non delectandi modo, aut animum percellendi causa: sed vt hoc ipso quoque ostenderet, curæ esse diis homines, neque ab eis negligi. In summa autem, narrationem rerum à communi hominum opinione diuersam, fabulosamque adornauit, vt auditoris animum suspenderet, ac admiratione impleret, auditionemque eam efficeret quæ animos percelleret. Inde est quod quædam parum consentanea dixisse videtur: quod non semper fidem inuenit id, quod prima fronte à communi hominum opinione alienum ac sublime apparet. Ob id non res modo amplificat, & à consuetudine hominum auersas proponit: sed etiam verba. Nemo autem ignorat, noua & non in promptu posita admirationem sui excitare, auditoremque allicere. Enimuero in his ipsis fabulosis sermonibus, si quis non obiter, sed accurate singula quæ dicuntur obseruet, videbit eum omni dicendi scientia, omnique artificio vsum, multasque occasiones ac quasi semina omnis generis dictorum factorumque posteris præbuisse: neque id poetis tantum, sed & iis qui soluta oratione historias aut de contemplatione rerum scripserunt. Nos priore loco dictionis Homericæ multiplicem copiam perspiciemus: inde ad rerum doctam varietatem nos conferemus. Omnis poesis vocibus certo ordine quodam compositis, numero & mensura terminatur. Nam cum leuitate & facundia maiestas coniuncta, atque sua uitas, delectando attentionem conciliat. Ita fit eadem opera, vt non modo iis quæ percellunt animum, atque voluptate afficiunt, delectetur auditor: sed etiam iis quæ ad virtutem conducunt, facile assentiatur. Homeri vero poesis perfectissimo constat carminis genere: nimirum senario, quod & heroicum dicitur. Senarium, (id enim hexametrum dico) quod quiuis versus sex pedibus absoluitur, qui vel duabus longis syllabis constant, ac spondei dicuntur: vel vna longa, & duabus quæ sequuntur breuibus, dactylum vocant, (tantundem

Poesis.

Carmen heroicum senarium.

autem

autem temporis vtrique competit, quod duæ breues vnius longæ spacium explent) atque hi pedes inter se compositi, hexametrum versum perficiunt. Heroicum autem dicitur, quod eo res heroum gestas percenset.

Dialecti apud Homerum.

Varia autem vsus dictione Homerus, omnis Græci sermonis diuersitatis (dialecton ipsi appellant) notas operi suo intexuit. vnde liquet, eum vniuersam Græciam, omnesque eius nationes obiuisse. Doriensium vbertatam vocabulorum diminutionem vsurpauit, δῶ pro δῶμα dicens: —ἀλλὰ δ' οἱ δῶ Ἀφνειὸν πέλεται. & pro ὅτι posuit ὅ, — ὅ μοι αὐτὸς ἐκπαγλῶς. & pro ὄπισω dixit ἄψ, mutato ο in α, & ps in duplicem quæ ex iis fit. Pro ἀλλοτι, ἄλλο posuit ὕδωρ γὰρ μακρὸν ἄλλο τοῦ ἐπίνυσεν ἔφετμή. ac quæ alia huiusmodi sunt. Ita etiam media vocabula concidens, pro ὁμότριχας & ὁμοετέας, dixit ὄτριχας, οἰέτεας. —ac pro ὁμοπάτριον, ὀπάτριον: & pro τίμιον, τιῶν: pro τιμῶ, τίω.

Odyss. α, 192. Odyss. τ, 541. Iliad. ξ, 249. Iliad. β, 765.

Eorundem est etiam literarum traiectio, vt cum κάρτιστοι pro κράτιστοι ponitur. Æolensium concisione in compositis vtitur, καδδραθέτην dicens, pro καταδραθέτην & ὑββάλλειν, pro ὑποβάλλειν. Tertiæ personæ singularis numeri præteriti imperfecti temporis, aliis in ει Æolibus in η finiuntur: vt ἐφίη, ἱείη. Ita Homerus quoque fecit: —διδυμάονες, λύγοισι, pro ἔδει, ligabat. Et alibi. τοὺς μὲν ἄρ' οὔτ' ἀνέμων δίαη μένος ὑγρὸν ἀέντων. Aeolicum etiam est, quod σ in δ mutat: vt in ὀδμή, ἴδμεν: & quod aliquando litera abundat, vt in ἔσκηλος, αὐτῆς: quæ recta sunt ἴκηλος, ἀτῆς. Sic & κεκλήγοντες, pro κεκληγότες. Tum quod secundæ verborum personæ adiicitur θα, vt in ἔφησθα, εἴπησθα. Geminationem consonantium alii Doribus, alii Æolibus adscribunt: qualis est ἔλλαβε pro ἔλαβε, ὁππότερος, pro ὁπότερος. Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος. —&, Ὁππότερος τάδε ἔργα. Ab Ionibus habet, quod præteritorum verborum principio aliquid detrahit: vt in βῆ & δῶκεν, quæ sunt pro ἔβη & ἔδωκεν. nam Iones præterita ab iisdem incipiunt literis, à quibus præsens. Item quod ι literam detrahit ex ἱερεὺς & ἱέραξ, pro quibus ponit ἱρεὺς & ἴρηξ. Item quod tertiis subiunctiuorum personis σι in fine adiicit: vt ἔλθησι, λάβησι. Itemque datiuis, θύρῃσιν, ὕλῃσιν. Item quod pro ὄνομα, νόσος, κενὸν, μέλας, ponit οὔνομα, νοῦσος, κεινὸν, μείλας. Item quod α longum in η mutat: vt in Ἥρη, Ἀθήνη, pro Ἥρα, Ἀθηνᾶ. Aliquando vice versa, λελασμένος pro λελησμένος. Nec non quod contracta verba solute effert, pro φρονῶν, νοῶν, dicens φρονέων, νοέων, quod idem in genitiuis in ους exeuntibus vsurpat, Διομήδεος, dicens, & Σαρπηδόνος: & in genitiuis pluralibus contractis idem pro πυλῶν, νυμφῶν, ponens πυλέων, νυμφέων, atque plurales nominatiuos neutrorum in η exeuntes, & eorundem genitiuos dissoluens dixit εἴδεα, μέλεα, εὐθέων, μελέων, pro εὔθη, μέλη, εὐθῶν, μελῶν. Peculiare etiam Ionibus est πεπτάφαται, & similia. Attica præcipue vsus est dialecto, quæ reliquis permiscebatur. Itaque cum Attici pro λαὸς, dicant λεὼς: ea ipse consuetudine ductus, πτηνέλεων dixit, ac χρέως. Solent iidem aliquando duas syllabas in vnam conflare (quod genus Synalœphe dicitur) quale est τοὔτερος. & θοἰμάτιον, quorũ integra sunt τὸ ἕτερος, τὸ ἱμάτιον. Talia sunt apud Homerum, Τρῶες δὲ προὔτυψαν ἀολλέες. —id est, προέτυψαν, & τάδε λωτιοῦντα, pro λωτιόντα. Eorundem est, optatiuis adimere ι, vt ex δοκοίης, fiat δοκοῖς, de τιμῴης fiat τιμῷς. qua forma dixit Homerus:

Odyss. ο, 491. Iliad. τ, 80. Iliad. λ, 105. Od. ι, in fine. Iliad. ι, 53. Iliad. γ, 318. Iliad. ο, 306. Iliad. γ, 102.

—ἄλλοι δὲ διακρινθῆτε τάχιστα.

Odyss. β, 277. Iliad. λ, 401. Iliad. ρ, fine.

Atticum etiam est, οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους, pro κακίονες, ἀρείονες. Et quod similes accusatiui contracte enunciantur, τοὺς βοῦς, τοὺς ἰχθῦς: quæ communis lingua βόας, ἰχθύας efferet. Homerus autem, Βοῦς περιτρωπομένους. —Item ἰχθῦς ὄρνιθάς τε. Id quoque Attice dixit, —οὐδέ τί μιν σθένεϊ ῥηγνῦσι ῥέοντες. vt eorum sunt ζευγνῦσι, ὀμνῦσι. Atticum etiam est, breues vocales elidere, ac pro λέγεται, οἴομαι scribere λέγετ', οἶμαι. Sic ille λῦτο posuit pro ἐλύετο. Eorundem est superuacanea appositio elementi ι, in ἰαύων, ἀντοπάμην. inde Homerus suum ἰοχέαιρα effinxit. Tum quod in vnam cum alia syllabam ε coire facit, in ἤλυσε, νυμφίδες: Est & eorum, Σφῶ δὲ μάλ' ἠθέλετον. & in datiuis qui in ι purum præcedente α desinunt, κλεαῖ, γέραῖ, σέλαῖ. Est & hoc Atticum, dicere ἴσαν, ἐπίθον, pro ἴσασαν ἐπίθωσαν. Item vti optatiuis loco præteritorum indicatiui modi: quod crebro facit Homerus, Tum, cum fœmininis articulos, participia, adiectiuaue masculini generis coniungere: vt τὼ χεῖρε, τὼ γυναῖκε: quomodo & apud Platonem est ἄγοντε καὶ φέροντε, & ἡ σοφὸς γυνὴ, & ἡ δίκαιος. Sic ergo Homerus etiam de Iunone ac Minerua dixit:

Iliad. λ, 781.

Οὐκ ἂν ἐφ' ὑμετέρων ὀχέων πληγέντε κεραυνῷ.

Iliad. θ, 455. Iliad. δ, 22. Iliad. β, 742. Iliad. δ, 100. Iliad. β, 186. Iliad. α, 87.

Et alibi: Ἤτοι Ἀθηναίη ἀκέων ἦν. —&, κλυτὸς Ἱπποδάμεια. Iam cum in vocabulorum constructione propria multa singulæ habeant dialecti, Atticam consuetudinem exhibet Poeta, cum dicit. Ἀλλ' ἄγ' ὀΐστευσον Μενελάου κυδαλίμοιο. Cum autem dicit, δέξατο οἱ σκῆπτρον. &, — Θέμιστι δὲ καλλιπαρῄῳ δέκτο δέπας, Dorice loquitur. Manifestum autem est, eum, vt varietatem oratione conciliaret, omnes Græcorum voces collegisse: ac modo peregrinis vsum; vt sunt quas modo retulimus: modo vetustis, vt cum ἄορ & σάκος profert: modo communibus aut vulgatis, vt cum ξίφος & ἀσπίδα. Ac miretur aliquis maiestatem orationis apud eum vulgatis quoque vocabulis conseruari.

Ad tropos digreditur.

Enimuero quoniam artificio omni adornata oratio, aliquid à communi consuetudine requirit alienum, quod ei vel euidentiæ, vel maiestatis, vel omnino delectationis amplius adferat: porro autem vocabulorum à sua significatione in aliam auersio Tropus, compositionis immutatio Schema appellatur, & vtriusque generis species in artis præceptionibus annotata sunt: contemplemur agedum, ecquid horum Homerus prætermiserit: aut num aliquid posteri inuenerint, quod non primus ille excoluerit. De tropis Onomatopœia (nominis noui fabricationem possis Latine dicere) admodum ei est familiaris.

Onomatopœia.

Notat enim vetustam vocabulorum originem: nempe eos qui primi rebus nomina fecerunt, multas ab accidente aliquo appellationes traxisse: sonosque articulatim non editos, scriptis vocibus expressisse. Cuius generis sunt φυσᾶν, quod est sufflare: & τρίζειν, id est, serra findere, & μυκᾶσθαι mugire, & βροντᾶν tonare, ac horum similia. Proinde ipse quoque nomina quædam noua finxit, ea rebus quas designaret conformans: vt δοῦπος est, & ἄραβος, & βόμβος, & ῥόχθει, & ἀνέβραχε, & σίζε, ac quæ talia porro sunt, quibus significantiora non inuenias. Rursus quædam vocabula aliis rebus imposita, in alium vsum transtulit: quorum est, φλέγμα κακὸν φορέουσα. significat enim efficaciam vrendi. & πυρετὸν quo nomine febris intelligitur, pro igne posuit. & χαλκοτύπους ὠτειλὰς dixit, ab ære impressa vulnera.

Iliad. φ, 337. Iliad. τ, 25.

Omnino autem multa vsus est nouitate magna cum licentia, quædam à consueta significatione alio traducens, quorundam significationem augens, quo orationem elegantiorem & ampliorem redderet.

Epitheta.

Magna etiam ei est Epithetorum (adiectiua hæc dicuntur, quæ eorum quibus adduntur naturam aut accidens aliquod insigne exprimant)

exprimant) copia, quæ proprie & cohærenter subiectis adaptata, tantũdem atq; propria nomina valent. Ita cuiuis deorum peculiarem appellationem accommodauit, Iouem μητίετα vocans, & ὑψιβρεμέτην, hoc est, consultorem & altitonantem: Solem ὑπερίονα, quod in sublimi feratur: Apollinem, à nitore aut mundice φοῖβον. Sed videamus etiam alios post Onomatopœiam tropos. Catachresis, quæ vocabuli vsum à propria significatione ad aliam rem proprio nomine carentem transfert, est apud Homerum: vbi σειρὴν χρυσείην dicit, hoc est, catenam auream, etenim σειρὴ proprie de fune dicitur, & cum dicit αἰγείην κυνέην nam galerus ab eo κυνέη dicitur, quod ex pelle canis fieri receptum esset: hic eo nomine vocat, quæ ex capræ exuuio. Metaphora, quę est vocis à proprio significato in aliam rem priori certa similitudinis ratione respondentem translatio, & frequens ei & multiplex est. Quale est

Catachresis. Ilia.θ. initio. Metaphora.

Tum magni nauim iaculatus vertice montis. Et alibi.

Insula, quam totam immensa æquoris vnda coronat.

Odyss.ι, 481. Odyss.κ, 195.

Quo enim modo se ad hominem habet vertex, hoc montis summitas ad montem ipsum: & quę ratio est coronæ ad id cui circundata est, eadem maris ad insulam. Cæterum venustior fit & euidentior oratio, vbi similia nomina propriorum loco ponuntur. Sunt autem variæ apud eum translationes. Quædam ab animatis ad animata: vt,

Nauis cæruleæ tum sic auriga profatur.

aurigam dixit pro nauta. Item,

Iuit pastorem populorum Agamemnona quærens.

id est, regem. Aliæ ab animatis ad inanima: vt,

—imo Idæ sub pede montis.

Iliad.β, 824.

ita radicem montis appellans. &,

—Vbere terræ, designans fertilitatem.

Iliad.ι, 141. Iliad.ω, 205. Odyss.ε, fine.

Rursus ab inanimis ad animata: σιδήρειον νύ τοι ἦτορ, id est, ferreum habes pectus ferreum dixit pro duro. Et ab inanimis ad inanima: σπέρμα πυρὸς σώζων.— *Ignis conseruans semen.* id est, principium, ei producendo aptum: Neq; nominum modo, sed & verborum translationibus vtitur: vt,

Eructante salo q; vndas, dant littora vocem. id est, resonant. Alius tropus est Metalepsis, vbi communi nomine res diuersæ notantur. vt,

Iliad.ρ, 205. Metalepsis. Odyss.ο, 298

ἔνθεν δ' αὖ νήσοισιν ἐπιπροέηκε θοῇσι.

Vult enim denotare insulas eas, quæ proprie dicuntur ὀξεῖαι, id est, acutæ. At in Græco sermone θοὸν, idem est quod ὀξὺ: ὀξὺ non modo id quod in motu velox est, sed id quoque significat quod in figuris acutum est, atque in tenuem mucronem desinit. Inde est illud —ἐγὼ δ' ἐθόωσα παραστάς, id est, adstãs exacui. Alius trop⁹ est Synecdoche, quæ propria vocabuli significatione aliquid aliud sub eodem genere comprehensum innuit. Non minus in hoc est varietatis, nam aut totius appellatione partem accipimus: vt,

Ody.ι, 327. Synecdoche.

—πρὸς τεῖχος ἐΰδμητον βόας αὔας.

de bobus tergora intelligi voluit, ex quibus scuta fierent. Aut à parte totum indicatur: vt,

Iliad.μ, 137.

Talis me capitis desiderium tenet.—

per caput virum vult intelligi, sic formosam indicat vocabulo λευκώλενον, quod significat humeris albis præditam: & bene armatos voce ἐϋκνημίδων, qui crura bene munierint. Aut ab vna multa: vt cum de Vlysse dicit,

Odyss.α, 34.

—Troiæ sacram ex quo diruit vrbem,

Initio Vlyssea

Non enim is solus, sed cum aliis Græcis Troiam excidit. Aut à multis vnum: vt *Pectora chara,* —id est, pectus. Aut à specie genus. vt *Marmore percutiens rigido.* nimirum lapide, cuius marmor est species. Aut contra,

Iliad.μ, 380.

Noscere aues fati q; ratos prædicere iussus.

Odyss.γ, 159

genus pro specie. Non enim omnes aues vult intelligi, sed diuinationi tantum aptas. Aut actionem ab iis quæ eam comitantur: vt,

Pandarus, ipse arcum dederat cui magnus Apollo.

Iliad.β, 827.

arcus enim peritiam sagittandi denotat. Item:

Inde maris lymphas fusi pertranstra dealbant. &

Illi lora die, quam longa est, concutiebant.

Odyss.μ, 172 Odyss.γ, 928.

horum prius impulisse eos remis nauim ostendit, posterius equorum cursum: vtrumq; ab accidente rei indicatum. Aut à priori consequens: vt, *Virgineam soluit zonam.* sequitur enim imminuisse virginitatem. Aut contra, vt cum pro interficere ponit ἐναρίζειν, quod est spoliare. Ex posteriori enim prius intelligitur. Alius tropus est Metonymia, cum vocabulum aliud proprie, aliud relatione quadam, sine certo respectu significat: vt,

Odyss.λ, 244 Metonymia.

Cum vero Cererem metit agris lecta iuuentus.

frumentum innuens, quod à Cerere inuentum est. Item cum dicit,

cum in magnis & vastis castris vagantur; ægre à barbaris vndique circumfusis concisi fuerunt. Quæ vero alia facinora & dicta prætermisit Lacedæmoniorum, ea etsi in vita Leonidæ tradetur: non ab re fuerit tamen etiam hic pauca recensere. Ludos suos funebres fecerunt, antequam in expeditionem irent, quos spectarunt eorum parentes. Ipse Leonidas ei, qui d cebat paucos admodum adducere eum ad prælium: Multos, inquit, morituros. Vxori proficiscentem roganti, nunquid vellet, conuersus: Vt bonis, inquit, nubas & bonos parias. In Termopylis iam circumdatus cum duos ex magna familia seruare vellet, alteri, vt eum dimitteret, dedit epistolam: quam ille non accepit, cum stomacho respondens: Bellator te non tabellarius sum secutus. Alteri aliquid Lacedæmoniorum magistratibus nunciare præcepit. Ille factis respondit, ac capto clypeo in ordinem suum iuit. Hæc quis alium prætereuntem non insimulet? At hic, qui Amasidis exibilationem, asinorum furis accessum, & vtrium congiarium, ac multa huius generis collegit & executus est: non incuria videatur & despicientia omisisse hinc præclara facta, hinc præclara dicta, sed quod parum candidus & æquus fuerit nonnullis. Thebanos primum narrat Græcis iunctos necessitate adigente pugnasse. Nimirum non Xerxi modo, verum etiam Leonidę lictores erant, qui castra sequerentur, à quibus Thebani contra animi sententiam compellebantur flagellis cæsi præliari. Præliatos dicit ex necessitate illos, qui discedere vel fugere poterant: cum Medis autem sensisse libentes, quibus nemo fuit qui opitularetur. Sub his prodidit: Properantibus ad Colonon alijs, dilapsi Thebani manus porrexerunt, ac cum prope venissent ad barbaros, demonstrarent rem verissimam, stare se à Medis, terramque & aquam se regi dedisse: necessitate adactos ad Thermopylas venisse, ac vulneris regi inflicti esse insontes. Hæc cum allegarent, incolumitatem sunt assecuti. Habebant enim horum dictorum Thessalos testes. Vide hic per tam multos inter vociferationes barbaras & mixtum tumultum, inter fugas & insectationes audientiam fieri defensioni, & interrogari testes, Thessalosque inter eos, qui trucidabantur & proculcabantur inter se mutuo (Omnia enim in angustijs gerebantur, Thebanis patrocinantes: quod Græcia potitos eos vsque ad Thespienses non ita pridem summouissent prælio, in quo peremerant ducem eorum Latamiam, victores. Hæc enim inter Thebanos & Thessalos inuicem tunc intercedebant: officij vero vel humanitatis nihil. At enim Thessalorum testimonio quomodo sunt incolumitatem Thebani consecuti? Partim eorum conciderant, qui in manus eorum inciderant, barbari, ut ipse retulit: partim adhuc spirantes Xerxe imperante notis compunxerunt regijs à prætore Leontiade exorsi. Nec fuit ad Thermopylas Leontiades prætor, sed Anaxander: sicut Aristophanes in annalibus scripsit & Nicander Colophonius, neque nouit ante Herodotum mortalium vllus compunctos à Xerxe Thebanos. Quandoquidem de pulsio fuisset criminis maxima, & merito potuisset gloriari ciuitas: quod ipse iudicasset Xerxes hunc & Leonidam se expertum sibi infestissimos fuisse. Siquidem huius corpus exanimis contumelia affecit, illius viui compunxit notis. Iste immanitate ea in Leonidam significauit barbarum maxime in Leonidam incensum fuisse viuum. Thebanos vero dum memorat in Thermopylis compunctos fuisse, ac compunctos propenso studio ad Platæas in Medorum parte fuisse: videtur mihi sicut Hippoclides histrio, qui cruribus gesticulabatur in mensa, dicere posse: Prodere veritatem non est magnæ curæ Hippoclidi. Libro octauo Græcos narrat ex ignauia trepidantes ex Artemesio fugere in Græciam deliberasse: ac cum orarent eos Euboenses, vt aliquantisper illic cõsisterent, quo clam exportarent * sobolem suam & seruitium, nihil fuisse motos: dum eapram Themistocles ab eis pecuniam impertiuit Eurybiadæ & Corinthiorum prætori Adimanto: Tunc commoratos prælio nauali cum barbaris certasse. Pindarus quidem, qui ex ciuitate non fuit socia, sed de studio in Medos suspecta, tamen cum mentionem facit Artimisij, exclamat:

* Coniuges suas.

Cecropidæ clarum libertatis posuere
Fundamentum.

Herodotus, à quo celebratum fuisse nonnulli Græciam volunt, adulteratam & furtiuam prædicat victoriam illam fuisse, Græcosque inuitos conflixisse ab ducibus nummarijs deceptos. Neque hic malignitas eius substitit: verum mortales fere omnes vno ore dicunt prælijs naualibus illic Græcos victores tamen cessisse barbaris nunciato vulnere, quod ad Thermopylas erat acceptum Artem sio. Nihil enim referebat, vt ibi sedente, occupatis ab hoste Pilis & tenente transitum Xerxe, mare custodirent. Herodotus vero nondum allato Leonidę interitu, iam facit consilium inire Græcos de fuga: cuius hęc sunt verba cum magna in terum asperitate versarentur, præsertim Athenienses, quorum dimidia pars nauium quassata erat, fugam meditabantur in Græciam. Atqui illũ ante pugnam receptum ita appellari vel potius exprobrari condonemus. Hic vero & ante fugam dixit, & nunc fugam vocat, & paulo infra nominabit fugam: Adeo ei dictioni inhęret acerbe. Barbaris illico post hęc nauigio aduenit quidam Estięęsis qui

fugam annunciaret ab Artemisio Græcorum, illi, quod non crederent, nuncium in custodiam dederunt, ac naues celeres eo præmiserunt speculatũ. Quid ais Herodote, profugere vt victos, quos hostes post pugnam non credunt vt longe superiores fugam facere? Hic scilicet fidem meretur, cum vno de viro vel ciuitate scribit, qui vno verbo spoliat Græciam laurea, ac trophęum euertit: inscriptionesque, quas posuerunt apud Dianam virginem, arrogantiam esse & iactantiam prædicat. Epigramma sic habet:

Diuersas Asiæ gentes certamine quondam
Nauali hoc fudit ventisono in pelago
Victor Cecropidum populus; Mediisq; peremptis
Dictinna hæc posuit clarà trophæa tibi.

Iam in prælijs, vt instructa fuit Græcorum acies, non prodidit, neq; quem queq; ciuitas locum in pugna nauali tenuit: sed in classis discessu, quem iste fugam appellat, primos Corinthios, Athenienses nauigasse ait nouissimos. Atqui non debebat fautoribus quidem partium Medorum nimium insultare: idq; cum Thurius ab alijs sit habitus, ipse autem in Halicarnaseos irrepserit. Qui quidem Dores cum forent, cum gynæcio in Græcos arma tulerunt. Hic vero tantũ abest, vt ante cum Medis facientium angustias exponat: vt etiã, postquam de Thessalis narrauit, quemadmodum ad Phocenses inimicos & hostes suos miserint, ostendentes agrum se illorum, si quinquaginta talenta mercedis ipsis darentur, integrum præstaturos: hæc de Phocensibus ad verbum scripserit. Phocenses enim inter huius tractus homines soli à Medorum secta fuerunt alieni. Quod prædicasse eum ex bonis rationibus colligens propter acerbum eius in Thessalos animum inuenio. Quod si rem Græcorũ amplificassent, vt equidem puto, Thessali, in partes Medorum Phocenses discessissent. Atqui paulo post ipse narrat oppida Phocensium tredecim fuisse à barbaro inflammata, fines vastatos, templum in Abis incensum, viros & fœminas, qui non præuerterant ad Parnasum refugere, contrucidatos: attamen illos, qui extrema pati, ne ab officio discederent, sustinuerunt, eadem ac Medorum cupidissimos aspergit improbitate. Ac cum illorum facta carpere non posset, causas & suspiciones fœdas per ocium aduersus eos stylo commentus est detrahitque his, non ex eorum gestis: sed existimare placet ei de Thessalorum animo: nisi vindicatus esset ab aliis eorum ager, remotos futuros à proditione. Si ergo paret quis à Medorum partibus Thessalos purgare, prætendens non affectasse hos eas: sed ex simultate, quam habebant cum Phocensibus, quos Græcis associatos viderent, contra animi sententiam ad partes se Medorum aggregasse: nonne is turpissimè blanditi videatur, atque in aliorum gratiam causas bonas in rebus fœdis comminiscendo veritatem peruertere? Equidem ita censeo. Constat itaque clarissimè eum calumniari: qui neque ob virtutem optimas partes dicit Phocenses secutos, sed quia diuersæ sectæ Thessalos esse cognouerant. Neque enim ad aliquos delegat more suo calumniam, audisse ostendens se: sed ita inuenire se ostendit coniectura ductum. Expromere igitur debebat vestigia: quibus adductus fuit, vt crederet: quorum cum paria atque optimorum extiterint facta; eadem hos consilia atque improbissimos cepisse. Nam quod de inimicitia est allegatum, ridiculum est. Neque enim Æginetis obstitit alienatio ab Atheniensibus, vel Chalcidensibus ab Eretriensibus, vel à Megarensibus Corinthijs, quo minus Græcis se adiungerent. Nec contra Thessalos castigãtes infestissimi Macedones à barbari amicitia auertere. Siquidem priuatas inimicitias periculum commune oppressit: vt relictis motibus animi alijs vel ad honestum propter virtutem, vel propter necessitatem applicarent ad vtilitatem animum. Enimuero etiam post necessitatem illam, quæ eos Medorum iugum accipere compellebat, rursus desciuerunt illi ad Græcos: vt de eis aperte Spartiates Laocrates est testatus. Ipse vero Herodotus, quasi vi expugnat⁹ in reb. ad Platæas gestis suppetias Græcis Phocenses tulisse confitetur. Nec mirandum est quod clades mordeat amare: quãdo etiam illos, qui subsidiũ Græcis tulerunt, & eandem belli aleam subierunt, inter hostes numerat & proditores. Etenim miserunt Naxij auxilio barbaris triremes tres. Cæterum vnus ex triearchis cæteros, vt Græcorum partes sequerentur, induxit. Ita ne laudare quidem absque probro nouit: sed si vnus vir celebratur, ciuitatem totam vel populum male audire oportet. Astipulatur ei ex vetustioribus Hellanicus, & ex recentiorib. Ephorus: quorum hic quinq;, ille sex nauibus ipsos Naxios suppetias venisse scripsit Græcis. Atq; adeo se ipse Herodotus omnino coarguit hæc fingere. Siquidem ipsi Naxiorum chorographi dicunt etiam Prorum Megabatem summouisse, qui infestis ducentis nauibus ad insulam cõtendebat, ac Datim denuo ducem expulisse, qui fines Naxiorum vsserat & fœdauerat. Quod si, vt est Herodotus alibi author, oppidum eorum flamma deuastarunt, incolæ autem fuga ad montes salutem petierunt: num patriæ suæ euersoribus subsidium mittendi, non assistendi pro communi patria propugnantib. iustam causam habuerunt? Nam non, quo Democritum commendaret, sed ad Naxiorum in-

Honorarius in Isthmo tumulus hanc habet inscriptionem:

Ancipiti in gladio qua constitit, horum animis, quos
Hic seruat tumulus, Gracia salua fuit.

Dona, quæ Diodorus ex trierarchis Corinthijs vnus in Latonæ delubro dedicauit, hoc habent epigramma:

De Medis nauta Diodori hac arma sacrarunt
Latona donum signaq; naumachia.

Ipse porro Adimantus, quem sine fine Herodotus mordet, solumq; ex ducibus perhibet discessisse, vt fugeret ab Arthemisio, nec prælij exitum expectaret, vide qua in gloria fuerit.

Cernis Adimanti tumulum, ob quem Gracia palma
Et tinxit serto libera tota caput.

Nequeenim defuncto probabile sit delatum eum honorem fuisse ignauo & proditori: neque ausus esset ex filiabus suis vni Nausiniclæ, alteri Acrothinij, tertiæ Alexibiæ, filio Aristeo nomẽ reddere, nisi quam claritatem & splendorem ex rebus illis gestis quæsisset. Iam in fœminis Græcis solas Corinthias præclarum illud ac diuinum votum fecisse, vt viris desiderium Venus dimicandi cum barbaris infunderet, ne nouissimum quidem Carem, nedum non præterisse Herodotum verisimile est. Siquidem diuulgatum id fuit, fecitque Simonides epigramma simulachris æteis in templo Veneris positis, quæ sacrasse ferunt Medeam, alij hanc vito orbatam, alij vt reuocaret à Theridis amore Venus Iasonem. Epigramma hoc est:

Pro Græcis posita hac validi & ciuibus ampla
Sunt, qua diuina vota dedere Cypri.
Quippe sagittifera Veneris causa haud voluerẽ
Artem Graiorum prodere barbariæ.

Hæc enim mandanda scriptis atque horum facienda erat mentio citius, quam Aminociis inferendum parricidium filii. Porro postquam immodice atque impudenter Themistoclem est criminatus, dum compilasse eum & pecuniam intercepisse clam aliis ducibus sine vllo modo circa insulas natrauit, tandem ipsis coronam Atheniensibus detrahit imponitque Æginetis, qui ita scribit: Missis Delphos hostium spoliis Apollinem Græci in communi sciscitati sunt, an integras & gratas prædæ primitias accepisset. Ille ab aliis quidem Græcis se habere præterquam ab Æginetis respondit, sed prælii naualis apud Salaminem persecutum hoc decus. Hic non Scythis iam vel Persis vel Ægyptiis dicta, quæ ipse confinxit, sicut coruis & simiis Æsopus, attribuit: sed Apollinis Pythii personam adhibens, primis submouet Athenas. Themistocli autem cum secundæ in Isthmo delatæ essent, quod sibi quisq; dux primas tribuisset & secundas illi: deniq; cum iudicium finem non inueniret, & culpanda ducum esset ambitio, omnes Græcos, quod renunciare Themistoclem nollent primum, soluisse ostendit. Libro nono & postremo quicquid reliqui erat Lacedæmonijs & celebre apud Platæas decus facit ciuitatis Atheniẽsis. Scripsit enim prius eos metuisse Athenienses, ne assensi Mardonio Græcos desererent: cæterum postquam illi muro septo Peloponnesum in tuto collocauerant, neglexisse & postmisisse reliquos, festos dies domi agentes, Atheniensiumq; legatos deludentes & moram trahentes. Quomodo igitur mouerunt Platæas quinque & mille Spartiatę: quorum singuli septenis Ilotis septi erant: aut quomodo in tantum periculum demittentes se palmam retulerunt, ac tam multas oppresserunt legiones? Audi causam probabilem. Obseruabatur, inquit, forte Lacedæmone quidam ex Tegea Chileos nomine: cui cum nonnullis ephoris amicitia & hospitii ius intercedebat. Hic impulit eos, vt exercitum mitterent: docens nihil Peloponneso muri propugnaculum, si Mardonio se Athenienses adiunxissent, profuturum. Hoc extraxit Pausaniam cũ exercitu Plarças. Quod si quid Chileum negocii Tegeæ derinuisset, nõ esset victoria potita Gręcia. Rursus incertus, quid cum Atheniensibus agat: alias extollit, alias deprimit hanc ciuitatem, sursum ac deorsum eam rapiens: Athenienſesque cum Tegeatis concertantes de secundis memorat Heraclidas allegasse, resque contra Amazonas gestas protulisse: ac Peloponnesiorum qui sub Cadmia occubuerunt, humationes: postremo in Marathonem descendisse verbis exultantes, ac præclare agi secum putantes, quod læuum cornu obtinerent. Paulo post Pausaniam eis & Spartiatas imperio cessisse, petiisseque vt ex aduerso Persis in cornu dextro consisterent, ac sibi concederent sinistrum, insuetos pugnare se allegantes cum barbaris. Atqui ridiculum erat, nisi cum consuetis nolle dimicare hostibus. At cæteros Græcos, dum in alia castra ab ducibus ducuntur, vt signa mota fuerunt, libenter profugisse dicit equitatum ad Platæensium vrbem: effusosque in fugam ad Iunonis fanum venisse. Vbi accusat fere vniuersos rebellionis ignauiæ, & proditionis. Postremos solos memorat cum barbaris Lacedæmonios, & Tegearas,

cum

cum Thebanis Athenienses signis collatis dimicasse: Reliquas ciuitates iuxta omnes illo decore spoliauit, neminem attigisse illud prælium, sed cōfidentes in armis omnes in propinquo deseruisse & prodidisse illos, qui pro ipsis certabant. Tandē Phliasios & Megarenses audito Pausaniam vincere, accurrisse, ac cum in Thebanorum equitatum incidissent incitum specte, concisos fuisse. Corinthios non occurrisse ad prælium, sed post victoriam accelerantes perrexisse per colles, ne in Thebanorum equites incurrerent. Thebani enim fusis barbaris proue&ti ante hos, enixe eis subueniebant: quo scilicet pro impressis apud Thermopylas notis grates eis referrent. Cæterum quem locum Corinthij in acie tenuerint, cum præliarentur cum barbaris, & quantum honorem ex conflictu Platæensi pepererint, audias licet ex Simonide, qui ita scribit: 10

Fontibus irriguum mediis qui pontem habitarunt
Virtūtibus variæ has constituere notas
Bellica, & vrbem qui Glauci coluere Corinthum, &
Hoc monimentum operum qui posuere bonum
Auro ex laudato super æthera, sum amplificarunt
Hinc abauis, ipsis hinc sibi grande decus.

Hæc enim non, vt qui Corinthi ludum haberet, vel carmen in illius ciuitatis laudem faceret: sed sicut elegia ob res illas gestas scriberet memoriæ prodidit. At hic occupar, ne deprehendatur mendacium ab iis, qui rogabunt: Vnde igitur tumuli, loculi, & monimenta defunctorum, in quibus in hanc vsq; memoriam assistentibus Græcis Platæenses eis parentant? Nempe multo fœdius meo iudicio quam proditionem improperat nationibus illis crimen hisce verbis: Cæterorum sunt, quæ visuntur apud Platæenses, sepulchra. Hi vero vt ego accipio, ex rubore, quod sero superuenissent prælio, pro se quisq; tumulos illos propter insequentem ætatem excitauere. Ignauiam illarum ciuitatum & desertionem hanc prælii, quæ proditio est, solus inter mortales omnes audiuit Herodotus: Pausaniam, Aristidē, Lacedæmonios & Athenienses præterit Græcos illud discrimē declinasse: neq; Æginetas Athenienses aduersarios suos arcuerūt inscriptione, neque Corinthios ostenderunt, antequam victoriam obtinerent, fugam à Salamine fecisse, reclamante eis Græcia. Aggesserit Cleadas Platæensis annis decem post bellum Medicum in Æginetarum gratiam, vt ait Herodotus, tumulum, qui ex eis cognomen habet. Athenienses & Lacedæmonii qua remoti, cum tunc recenti re pene ad manus propemodum venissent trophæi statuendi causa: Græcos, qui rem ignauia prodiderunt & fugam consciuerunt, non repulerunt à præmiis victorialibus, sed inscripserunt horum nomina trophæis & colossis, eosq; in partem prædæ vocauerunt: Aræ denique epigramma hoc inscriptum insculpserunt: 20 30

Vindicis hanc quondam, Persa cum terga dedissent,
Aram communem Græca erexere Pelasgi
Victores patria clara trophæa Ionic.

Num hoc quoq; Cleades aut quis alius Herodote ciuitatibus adulans inscripsit? Quid ergo opus habebant, vt tellurem incassum fodientes facesserent sibiipsis negocium, tumulosq; moliréntur & monimenta propter ætatem insequentem pararent: cum in nobilissimis & summis monimentis, quæ dijs erant dicata, gloriam suam cernerent consecratam? Et vero Pausanias, cum tyrannidem iam, vti ferunt, affectaret, inscripsit donis, quæ dedicauit apud Delphos, hoc epigramma: 40

Græcorum postquam dux Medorum agmina fudit,
Phœbo Pausanias hæc monimenta dedit.

Præterea cur asscripsit aliis gloriam illorum, quorum se dixit ducem: quod cum Græci non ferrent & improbarent, missis Delphos legatis Lacedæmonij hoc erasérunt: ciuitatum nomina, vt æquum erat, inciderunt? Et quidem qui consentaneum sit Græcos, quod inscriptionis exortes essent, indigne tulisse, si deserti prælij fuissent sibi ipsi conscii: vel Lacedæmonios, qui imperatorem & ducem insculpserant, illos, qui in discrimine ipsos deseruerant & reliquerant, inscripsisse? Quippe absurdissimum est, si cum Sochares, Dipnistus, & omnes, qui insigniter decertauerunt in illa acie, nec quod Cychnij & Melij trophæis inscriberentur, fuerint stomachati: Herodotus ciuitatibus solis tribus illum conflictum tribuens, cæteras ex trophæis & sacris expungat omnes. Quippe cum certamina ea tempestate cum barbaris quatuor extiterint ex Artemisio Græcos refert diffugisse: ad Thermopylas imperatore & rege discrimini se pro Græcia offerente, domi resides & supinos mansisse Olympia & Carnia celebrantes. Porro cum res ad Salaminē gestas exponit, tot verbis de Artemisia scripsit, quot non impendit in totū explicandum prælium nauale. Ad vltimum desidentes apud Platæas vsq; ad exitum nesciuisse Græcos, sicut si 50

pugna contracta ranarum & murium esset, dimicationem. Pigres Artemisiæ filius ludens & iocans versibus scripsit silentio signis collatis illos, quo fallerent alios, coitione facta conflixisse: Lacedæmonios nihilo virtute barbaris præstitisse, sed cum inermibus & nudis manus conserentes victoriam reportasse. Siquidem sub Xerxis oculis vix flagris à tergo impulsi cum Græcis congressi sunt. Ad Plateas scilicet alios mutuati animos virtute & robore non fuerunt inferiores, sed destituta armis vestis offecit eis. Quippe cum grauis armaturæ milite leues ipsi milites prælium inire. Quid ergo illis ex certaminibus gloriosum Græcis vel magnificum superest, si cum inermibus dimicauerunt Lacedemonij, cæteros pugna præsentes fugit, tumuli inanes colantur ab vniuscuiusq; ciuibus, scriptura adulterina completa sunt tripodes & altaria corã dijs: Vnus verum nouit Herodotus, mortales omnes alios, qui opinionem habent de Græcis, fama rerum ea tempestate gestarum, quasi eximiæ fuissent, frustrata est? Quid tandem dices? Elegans est vir, suauis dictio, Veneribus & vi prædita & florida narratio. Fabulam vt poëta nõ docte quidem, sed canore & polite pronunciauit. Nimirum hæc mulcent & alliciunt omnes. Cæterum quomodo in rosis cantharis, item detractio & maligna oratio in rebus celebrandis amplis sunt eius cauenda, quæ nitidis coloribus & mollibus subeunt: ne imprudentes alienas & fallaces de excellentissimis & primis Græciæ ciuitatibus & viris existimationes suscipiamus.

Plutarchi de Homero liber.

D. XYLANDRO *Augustano interprete.*

SVPERVACANEVM fortasse nonnullis videbitur, de Homeri patria parentibusque inquirere, cum ne ipse quidem de suis rebus quicquam dicere dignatus sit: imo adeo se continuerit, vt ne nominis quidem sui vllam faceret mentionem. Attamen quandoquidem multarum rerum peritia facit saltem ad institutionem eorum qui eru diri incipiunt, conabimur exponere quæ de eo antiqui memoriæ prodiderunt. Iam Ephorus Cumæus in libro quem de Cumæis rebus inscripsit, hoc agens vt eum gentilem suum fuisse ostendat: Atellem, Mæonem, & Cium fratres, Cuma oriundos perhibet fuisse. Ex his Dium æris alieni causa Ascram, qui est Bœotiæ pagus, commigrasse: ibique Pycimeda vxore ducta, Hesiodum procreasse. Atellem Critheidis filiæ suæ tutela Mæoni mandata, in patria mortem cum vita commutasse. Ab hoc auunculo vitiatam puellam: ab eodemque eam, eiuium ob perpetratum facinus damnationem metuente, Phemio Smyrnæ literas docenti nuptum traditam. Porrò eam, cum ad lauacra, quæ propter amnem Meletem sunt, deambularet: partu Homerum edidisse, iuxta ipsum amnem: inde Melesigenem filium appellatum. Murato autem nomine Homerum vsurpatum fuisse, eum luminibus esset captus. Tales enim à Cumæis & Ionibus ὁμήρου vocantur, quod ὁμηρεύοντων, id est, ductorum indigeant. Hæc Ephorus. Aristoteles tertio de Poëtica scribit, in insula Io, quo tempore Neleus Codri filius coloniæ in Ioniam ducendæ præfuit, puellam indigenam, à genio quodam ex eorum numero qui cum Musis choros ducunt compressam, cum intumescente vtero facti pudore moueretur, deuenisse in quendam locum, cui nomen est Ægina. Ibi à prædonibus, qui eo excursionem fecissent, captã, Smyrnamq; adductam ab his, Lydorum (sub his enim tunc erat Smyrna) regi Mæoni socio suo dono datam: ab hocq; pulchritudinis causa in matrimonium eam adscitam. Hanc, eum ad Meletum fluuium commoraretur, partus doloribus circumuentam, ad ipsum fluuium peperisse Homerum, statimq; expirasse. Infantem à Mæone susceptum filiiq; loco enutritum: paulo post ipsum Mæonem in fata concessisse. Secundum hæc cum Lydi ab Æolibus affligerentur, ac de Smyrna relinquenda cogitarent, & duces per præconem sequi iussissent eos qui vellent exire vrbe, Homerum, puerulum etiamnum, se quoq; ὁμηρεῖν (id est, sequi) velle dixisse. Inde pro Melesigene Homerum appellatum. Adultus iam, & poëtica arte nomen consecutus, de parentibus & patria Deum consuluit, isq; sic respondit:

Insula Ios matris patria est, vita hæc quoq; functum
Accipiet: sed tu iuuenile ænigma caueto.

Alterum quoq; oraculum tale fertur:

Felix & miser (ad sortem es quia natus vtramq;)
Perquiris patriam: matris tibi non patris extat
Patria, in vndoso iacet hæc ponte insula, Creta
Non adeo vicina, & non longè vsq; remota.
Hic te fata tua cogent decedere vita,
Cum pueri ignotis obscurum ambagibus olim

Sermonem

Sermonem inuoluent,neq; hunc euoluere possent.
Quippe duplex vita fatum tibi contigit:orbum
Luminibus,superis Musa immortalibus aequat:
Post mortem te vita manet secura senecta.

Non multo post tempore Thebas nauigans ad Saturnalia (certamen ibi hoc musicum celebratur) Ium venit, ibi saxo insidens, piscatores vidit adnauigantes, eosq; Ecquid haberent, interrogauit. Illi, quod nihil cepissent, sed praedae inopia pediculos legissent, ita responderunt:

Non capta asserimus:fuerant quae capta,relictis.

Per ambages autem innuebant, se pediculos, quotquot cepissent, interfectos dimisisse: quos vero non cepissent, eos se in vestibus suis secum ferre. Hoc cum non posset conijcere Homerus, prae moerore vitam finijt. Ienses eum magnifice sepeliuerunt, hac addita sepulcro inscriptione:

Terra sacrum caput hic diuini occultat Homeri,
Heroum egregias qui dixit carmine laudes.

Non desunt qui Colophonium fuisse demonstrent, maximo vtentes argumento, elegiacis versibus, qui inscripti sunt statuae. Eorum haec est sententia:

Nate Meletis Homere,ornasti nomine Graios
Aeterno,& patriam qui Colophona tuam.
Semideûm gemino complexe volumine laudes,
Diuina mentis prole viges duplici.
Vna vagum duplicis reditum decantat Vlyssis,
Altera luctifera praeli a Dardaniae.

Dignum etiam est Antipatri epigramma, quod ascribatur, non carens grauitate, est autem tale:

Sunt Colophona tibi patriam qui rentur Homere,
Sunt & qui Smyrnam,quiq; fuisse Chium.
Quidam & Ion dicunt:alii Salamina beatam,
Ast alii Lapithas quae tulit Aemoniam:
Diuersi diuersa ferunt.Oracula Phoebi
Quod si iam pleno mi licet ore loqui:
Omnipatens coelum est tibi patria.nec mulier te
Mortalis peperit,sed dea Calliope.

Qua aetate vixerit, ambigitur. Quidam tempore belli Troiani aiunt, eiusque fuisse inspectorem: alii centum post annis, alii centum & quinquaginta. Duo scripsit poemata, Iliadem & Vlysseã. Quidam, non tamen vere ii, exercitationis & lusus gratia addidisse & Batrachomyomachiam & Margitem asserunt. Belli Troiani quidam fuisse de sententia Homeri principium tradunt, de dearum Iunonis Mineruae & Veneris formae praestantia iudicium à Paride factum. ita enim canere Poetam:

Iliad.ω,27. *Nam Paris iniusta damnauerat arbiter olim*
Voce deas,pastoralem in certamine forma
Cum subiere casam,reliquis tunc praetulit illam,
Munus adulterii quae praebuit exitialis.

Enimuero isti versus haud immerito pro non genuinis habiti sunt: quod neque Deos hominum submittere se iudicio decorum sit, neq; huius rei Homerus alibi meminerit. Praestat igitur dicere, Alexandrum Priami F. cum Graecam vitae degendae rationem cognoscere cuperet Spartam nauigasse, vsumq; ibi hospitio Helenae, absente marito Menelao, ei persuasisse vt secum abiret: vt in insulam nomine Cranaam peruenit, primum cum ea corpus miscuisse: inde per Sidonem & Phoeniciam nauigio Ilium delatum. Agamemnonem re cognita, Aulide, quae est vrbs Boeotiae, exercitum collegisse. Ibi eis sacrificantibus draconem in vicinam arborem adscendisse, octoq; pullos passeris, nonamq; quae iis accubabat matrem perdidisse, eo ostento indicatum, Graecos nouem annis ad Ilium bello gesto, decimo vrbem capturos. Postquam ad Troiam Graecorum naues appulissent, Graeci post primum conflictum, in quo Protesilaus occubuit, Menelaum & Vlissem legatos reposcendae Helenae causa miserunt. Troianis negantibus, rursus commissa pugna superiores facti Graeci, partem exercitus obsidendae vrbi reliquerunt: caeteri duce Achille circumiacentes vrbes vastauerunt, vt auxilio Troianos spoliarent. Inter alias capta Chrysa, Chryseide, Chrysae, qui sacerdos erat Apollinis, filiam Agememnoni muneris eximij loco dederunt. Chryses redimendae filiae causa ad stationem nauium profectus,

Iliad.γ,445. Iliad.β,303. Iliad.γ,205. Iliad.α.initio

&per

& per contumeliam ab Agamemnone habitus, ab Apolline votis contendit, vti Græcos is vlcisceretur. Deus rata vota ea habuit, pestemq; Græcis immisit. Quo tempore cum Achilles iuberet Chryseidem reddi, irritatus Agamemnon, minatus est se erepturum Achilli Briseidem, quæ ei honoris causa obtigerat. Hic ergo Thetidi matri persuadet, vt à Ioue impetret, vt Græci in bello succumbant. Id cum euenisset, Patroclus Nestoris monitu Achillem exorauit, vt ipsius armatura sibi vti aliquantisper ad repellendos à nauibus Troianos permitteret, itaq; egressus, re fortiter gesta mox interfectus est. Achilles hoc ægre ferens, ira: qua aduersus Agamemnonem flagrabat, missa, armis à Vulcano factis indutus, cum multos alios, tum ipsum tandem Hectorem occidit. Hæc est series rerum. Cæterum Poeta à nono demum anno orsus est: quod quæ Achillis iram antecesserunt, minus essent grandia, neque vel longas vel crebras actiones haberent. Nam Achille inter Græos pugnante,

Iliad. λ. sub finem, & initio π. *Iliad. σ.* *Iliad. χ.*

> *Nunquam Dardanidis ausi se emittere portis*
> *Troes erant, vim Pelidæ telumq; timentes.*

Iliad. ε, 788.

At eo militiam deserente, receptis animis progrediebantur: & æquo vtrinq; Marte pugnatum est, virtusq; multorum heroum continentibus præliis eluxit.

HOMERVM poetam tempore quidem plerisque, virtute autem omnibus priorem, recte primum omnium legimus: cum & ad sermonem, & ad intelligentiam, & ad multarum rerum peritiam plurimum nobis conferat. De poesi eius dicemus, paucis prius de genere eius commemoratis. Homerum ergo Pindarus & Chium & Smyrnæum fuisse ait: Chium Simonides, Antimachus & Nicander Colophonium: Aristoteles autem philosophus Iensem, Ephorus historicus Cumæum. Quidam Salamine Cypri vrbe oriundum dicere non dubitarunt. Argiuum alii, Aristarchus & Dionysius Thrax Atheniensem. Filius à nonnullis dicitur Mæonis & Critheidis: ab aliis, Meletis fluuii. Non minor dubitatio est de tempore, quo vixerit. Aristarchus eum in id tempus reiicit, quo Ionum colonia deducta est, fuit hoc annis post Heraclidarum reditum sexaginta & is reditus octoginta annis Troiano bello est posterior. Crates eum ante Heraclidarum reditum extitisse tradit: vt ne octoginta quidem prorsus annis Troianum bellum sit subsecutus. Apud plerosque pro certo habetur, centum annis eum Troiano bello posteriorem fuisse, non multo ante Olympicorum ludorum institutionem, à qua Olympiades numerantur. Duæ sunt eius poeses, Ilias & Vlyssea: vtraque numero literarum in libros diuisa, non hoc ab ipso poeta sed ab Aristarcho Grammatico. De his Ilias à Græcis barbarisque res ob raptum Helenæ gestas complectitur, ac præcipue Achillis eo in bello demonstratam fortitudinem. Vlyssea reditum Vlyssis à bello Troiano in patriam habet, ac quæ in reditu errans pertulerit: vtque insidiantes familiæ suæ vltus sit. Vnde liquet, eum Iliade fortitudinem corporis, Vlyssea autem animi excellentiam proposuisse contemplandam. Neque culpandus est poeta, quod non virtutes tantum, sed & vitia animi in poesibus suis descripserit: dolores nimirum, gaudia, metus, atque cupiditates: quasi vero & hæc ad imirandum proposuerit. Enimuero citra hæreses magnæ & minime vulgares non fiunt. Licet autem auditori ex delegere, quæ præstant. Deos hominum consuetudine vtentes introduxit, non delectandi modo, aut animum percellendi causa: sed vt hoc ipso quoque ostenderet, curæ esse diis homines, neque ab eis negligi. In summa autem, narrationem rerum à communi hominum opinione diuersam, fabulosamque adornauit, vt auditoris animum suspenderet, ac admiratione impleret, auditionemque eam efficeret quæ animos percelleret. Inde est quod quædam patum consentanea dixisse videtur: quod non semper fidem inuenit id, quod prima fronte à communi hominum opinione alienum ac sublime apparet. Ob id non res modo amplificat, & à consuetudine hominum auersas proponit: sed etiam verba. Nemo autem ignorat, noua & non in promptu posita admirationem sui excitare, auditoremque allicere. Enimuero in his ipsis fabulosis sermonibus, si quis non obiter, sed accurate singula quæ dicuntur obseruet, videbit eum omni dicendi scientia, omnique artificio vsum, multasque occasiones ac quasi semina omnis generis dictorum factorumque posteris præbuisse: neque id poetis tantum, sed & iis qui soluta oratione historias aut de contemplatione rerum scripserunt. Nos priore loco dictionis Homericæ multiplicem copiam perspiciemus: inde ad rerum doctam varietatem nos conferemus. Omnis poesis vocibus certo ordine quodam compositis, numero & mensura terminatur. Nam cum leuitate & facundia maiestas coniuncta, atque sua uiras, delectando attentionem conciliat. Ita fit eadem opera, vt non modo iis quæ percellunt animum, atque voluptate afficiunt, delectetur auditor: sed etiam iis quæ ad virtutem conducunt, facile assentiatur. Homeri vero poesis perfectissimo constat carminis genere: nimirum senario, quod & heroicum dicitur. Senarium, (id enim hexametrum dico) quod quiuis versus sex pedibus absoluitur, qui vel duabus longis syllabis constant, ac spondei dicuntur: vel vna longa, & duabus quæ sequuntur breuibus, dactylum vocant, (tantundem autem

Poesis. *Carmen heroicum senarium.*

autem temporis vtrique comperit, quod duæ breues vnius longæ spacium explent) atque hi pedes inter se compositi, hexametrum versum perficiunt. Heroicum autem dicitur, quod eo res heroum gestas percenset.

Dialecti apud Homerum.

Varia autem vsus dictione Homerus, omnis Græci sermonis diuersitatis (dialecton ipsi appellant) notas operi suo intexuit. vnde liquet, eum vniuersam Græciam, omnesque eius nationes obiuisse. Doriensium vbitatam vocabulorum diminutionem vsurpauit, δῶ pro δῶμα dicens: —ἀλλὰ δή οἱ δῶ Ἀτρείδεω τελέθει. & pro ὄπ posuit ὤ, —ὤ μοι αὐτὸς ἐκπεπόνηκα. & pro ὀπίσω dixit ἄψ, mutato ο in α, & ps in duplicem quæ ex iis fit. Pro ἄλλοτι, ἄλλο posuit ἤδη γάρ με καὶ ἄλλο τεὴ ἐπίνυσσεν ἐφετμή. ac quæ alia huiusmodi sunt. Ita etiam media vocabula concidens, pro ὁμότριχας & ὁμοετεῖς, dixit ὄτριχας, οἰέτεας. —ac pro ὁμοπάτριον, ὄπατριον: & pro πίεμεν, πιεῖν: pro τιμᾶ, τιμῇ. Eorundem est etiam literarum traiectio, vt cum κάρτεοι pro κρατεροὶ ponitur. Æolensium concisione in compositis vtitur, καδδραθέτην dicens, pro κατεδραθέτην & ὑββάλλειν, pro ὑποβάλλειν. Tertiæ personæ singularis numeri præteriti imperfecti temporis, aliis in ει Æolibus in η finiuntur: vt ἐφίλη, ἐνόη. Ita Homerus quoque fecit: —δίδημόζευοι, λύγοισι, pro ἔδη, ligabat. Et alibi. τοὺς μὲν ἄρ' οὔ τ' ἀνέμων διάη μένος ὑγρὸν ἀέντων. Aeolicum etiam est, quod σ in δ mutat: vt in ὀδμή, ἴδμεν: & quod aliquando litera abundat, vt in ἄϊκηλος, αὐτὴρ: quæ recta sunt ἴκηλος, ἀτὴρ. Sic & κεκλήγοντες, pro κεκληγότες. Tum quod secundæ verborum personæ adiicitur θα, vt in ἔφησθα, εἴπησθα. Geminationem consonantium alii Doribus, alii Æolibus adscribunt: qualis est ἔλλαβε pro ἔλαβε, ὁππότερος, pro ὁπότερος. Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος. —&, ὁππότερος τάδε ἔργα. Ab Ionibus habet, quod præteritorum verborum principio aliquid detrahit: vt in βῆ & δῶκεν, quæ sunt pro ἔβη & ἔδωκεν. nam Iones præterita ab iisdem incipiunt literis, à quibus præsens. Item quod ι literam detrahit ex ἱερεὺς & ἱέραξ, pro quibus ponit ἱρεὺς & ἴρηξ. Item quod tertiis subiunctiuorum personis σι in fine adiicit: vt ἔλθῃσι, λάβῃσι. Itemque datiuis, θύρῃσιν, ὕλῃσιν. Item quod pro ὄνομα, νόσος, κενόν, μέλας, ponit οὔνομα, νοῦσος, κεινόν, μείλας. Item quod α longum in η mutat: vt in Ἥρη, Ἀθήνη, pro Ἥρα, Ἀθηνᾶ. Aliquando vice versa, λελασμένος pro λελησμένος. Nec non quod contracta verba solute effert, pro φρονῶν, νοῶν, dicens φρονέων, νοέων, quod idem in genitiuis in ευς exeuntibus vsurpat, Διομήδεος, dicens, & Σαρπήδονος: & in genitiuis pluralibus contractis idem pro πυλῶν, νυμφῶν, ponens πυλέων, νυμφέων, atque plurales nominatiuos neutrorum in η exeuntes, & eorundem genitiuos dissoluens dixit στήθεα, μέλεα, στηθέων, μελέων, pro στήθη, μέλη, στηθῶν, μελῶν. Peculiare etiam Ionibus est πεφάραται, & similia. Attica præcipue vsus est dialecto, quæ reliquis permiscebatur. Itaque cum Attici pro λαὸς, dicant λεώς: ea ipse consuetudine ductus, πανίλεων dixit, ac χρέος. Solent iidem aliquādo duas syllabas in vnam conflare (quod genus Synalœphe dicitur) quale est τοὔντος, & θοἰμάτιον, quorū integra sunt τὸ ἔντος, τὸ ἱμάτιον. Talia sunt apud Homerum, Τρῶες δὲ προὔτυψαν ἀολλέες. —id est, προέτυψαν, & πεδία λωτεῦντα, pro λωτέοντα. Eorundem est, optatiuis adimere ι, vt ex δοκοίης, fiat δοκῇς, de τιμώης fiat τιμῷς. qua forma dixit Homerus:

Iliad. γ, 102. Odyss. β, 277

—ἄλλοι δὲ διακρινθῆτε τάχιστα.

Iliad. λ, 401. Iliad. ζ. fine.

Atticum etiam est, οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους, pro κακίονες, ἀρείονες. Et quod similes accusatiui contracte enunciantur, τοὺς βοῦς, τοὺς ἰχθῦς: quæ communi lingua βόας, ἰχθύας effert. Homerus autem, βοῦς περιτρωπομένους. —Item ἰχθῦς ὄρνιθάς τε. Id quoque Attice dixit, —οὐδέ τί μιν σθένει ῥηγνῦσι ῥέοντες. vt eorum sunt ζευγνῦσι, ὀμνῦσι. Atticum etiam est, breues vocales elidere, ac pro λύεται, οἴομαι scribere λῦται οἶμαι. Sic ille λῦτο potuit pro ἐλύετο. Eorundem est superuacanea appositio elementi ι, in ἰσάων, ἰωνοάμλω. inde Homerus suum ἰωνοχόει effinxit. Tum quod in vnam cum alia syllabam η coire facit, in ἥρως, νηρηΐδας: Est & eorum, Σφῶϊ δὲ μάλ' ἠθέλετον. & in datiuis qui in ι purum præcedente α desinunt, κρέαι, γέραϊ, σέλαϊ. Est & hoc Atticum, dicere ἴσαν, ἐπέθων, pro ἴσασαν ἐπέθωσαν.

Iliad. λ, 781.

Item vti optatiuis loco præteritorum indicatiui modi: quod crebro facit Homerus, Tum, cum fœmininis articulos, participia, adiectiuaue masculini generis coniungere: vt τὼ χεῖρε, τὼ γυναῖκε: quomodo & apud Platonem est ἄγοντε καὶ φέροντε, & ἡ σοφὸς γυνὴ, & ἡ δίκαιος. Sic ergo Homerus etiam de Iunone ac Minerua dixit:

Iliad. θ, 455.

Οὐκ ἂν ἐφ' ὑμετέρων ὀχέων πληγέντε κεραυνῷ.

Iliad. δ, 21. Iliad. β. 742. Iliad. δ, 100. Iliad. β, 186. Iliad. λ, 87.

Et alibi: Ἦτοι Ἀθηναίη ἀκέων ἦν. —&, κλυτὸς Ἱπποδάμεια. Iam cum in vocabulorum constructione propria multa singulæ habeant dialecti, Atticam consuetudinem exhibet Poeta, cum dicit. Ἀλλ' ἄγ' ὀΐστευσον Μενελάου κυδαλίμοιο. Cum autem dicit, δέξατο οἱ σκῆπτρον. &, —θῶμαι δὲ καλλιπαρῄῳ δέκτο δέ πας, Dorice loquitur, Manifestum autem est, eum, vt varietatem oratione conciliaret, omnes Græcorum voces collegisse: ac modo peregrinis vsum, vt sunt quas modo retulimus; modo vetustis, vt cum ἄορ & σάκος profert: modo communibus aut vulgatis, vt cum ξίφος & ἀσπίδα. Ac miretur aliquis maiestatem orationis apud eum vulgatis quoque vocabulis conseruari. Enimuero quoniam artificio omni adornata oratio, aliquid à communi consuetudine requirit alienum, quod ei vel euidentiæ, vel maiestatis, vel omnino delectationis amplius adferat: porro autem vocabulorum à sua significatione in aliam auersio Tropus, compositionis immutatio Schema appellatur, & vtriusque generis species in artis præceptionibus annotata sunt: contemplemur agedum, ecquid horum Homerus prætermiserit: aut num aliquid posteri inuenerint, quod non primus ille extulerit.

Ad tropos digreditur.

De tropis Onomatopœia (nominis noui fabricationem possis Latine dicere) admodum ei est familiaris.

Onomatopœia.

Notat enim vetustam vocabulorum originem: nempe eos qui primi rebus nomina fecerunt, multas ab accidente aliquo appellationes traxisse: sonosque articulatim non editos, scriptis vocibus expressisse. Cuius generis sunt φυσᾶν, quod est sufflare: & πρίζειν, id est, serra findere, & μυκᾶσθαι mugire, & βροντᾶν tonare, ac horum similia. Proinde ipse quoque nomina quædam noua finxit, ea rebus quas designarent conformans: vt δοῦπος est, & ἄραβος, & βόμβος, & ῥοχθεῖ, & ἀνέβραχε, & σίζε, ac quæ talia porro sunt, quibus significantiora non inuenias. Rursus quædam vocabula aliis rebus imposita, in alium vsum transtulit: quorum est, φλέγμα κακὸν φορέουσα. significat enim efficaciam vrendi. & πυρετὸν quo nomine febris intelligitur, pro igne posuit. & χαλκοτύπους ὠτειλὰς dixit, ab ære impressa vulnera.

Iliad. φ, 337. Iliad. τ, 25.

Omnino autem multa vsus est nouitate magna cum licentia, quædam à consueta significatione alio traducens, quorundam significationem augens, quo orationem elegantiorem & ampliorem redderet.

Epitheta.

Magna etiam ei est Epithetorum (adiectiua hæc dicuntur, quæ eorum quibus adduntur naturam aut accidens aliquod insigne exprimant)

exprimant) copia, quæ proprie & cohærenter subiectis adaptata, tantũdem atq; propria nomina valent. Ita cuiuis deorum peculiarem appellationem accommodauit, Iouem μητίετα vocans, & ὑψιβρεμέτην, hoc est, consultorem & altitonantem: Solem ὑπερίονα, quod in sublimi feratur: Apollinem, à nitore aut mundicie φοῖβον. Sed videamus etiam alios post Onomatopœiam tropos. Catachresis, quæ vocabuli vsum à propria significatione ad aliam rem proprio nomine carentem transfert, est apud Homerum: vbi σειρὴν χρυσείην dicit, hoc est, catenam auream, etenim σειρὴ proprie de fune dicitur, & cum dicit αἰγείην κυνέην nam galerus ab eo κυνέη dicitur, quod ex pelle canis fieri receptum esset: hic eo nomine vocat, quæ ex capræ exuuio. Metaphora, quæ est vocis à proprio significato in aliam rem priori certa similitudinis ratione respondentem translatio, & frequens ei & multiplex est. Quale est

Catachresis. *Iliad. θ, initio.* *Metaphora.*

Tum magni nauim iaculatus vertice montis. Et alibi.

Insula, quam totam immensa æquoris vnda coronat.

Odyss. ι, 481. *Odyss. κ, 195.*

Quo enim modo se ad hominem habet vertex, hoc montis summitas ad montem ipsum: & quę ratio est coronæ ad id cui circundata est, eadem maris ad insulam. Cæterum venustior fit & euidentior oratio, vbi similia nomina propriorum loco ponuntur. Sunt autem variæ apud eum translationes. Quædam ab animatis ad animata: vt,

Nauis cærulea tum sic auriga profatur.

aurigam dixit pro nauta. Item,

Iuit pastorem populorum Agamemnona quærens.

20 id est, regem. Aliæ ab animatis ad inanima: vt,

—imo Ida sub pede montis.

Iliad. ζ, 124.

ita radicem montis appellans. &,

—Vbere terra, designans fertilitatem.

Iliad. ι, 141. *Iliad. ω, 205.* *Odyss. ε, fine.*

Rursus ab inanimis ad animata: σιδήρεον νύ τοι ἦτορ, id est, ferreum habes pectus ferreum dixit pro duro. Et ab inanimis ad inanima: σπέρμα πυρὸς σώζων.— *Ignis conseruans semen.* id est, principium, ei producendo aptum: Neq; nominum modo, sed & verborum translationibus vtitur: vt,

Eructante salo q; vndas, dant littora vocem. id est, resonant. Alius tropus est Metalepsis, vbi communi nomine res diuersæ notantur. vt,

ἔνθεν δ' αὖ νήσοισιν ἐπιπροέηκε θοῇσιν.

Iliad. ρ, 265. *Metalepsis.* *Odyss. ο, 298.*

30 Vult enim denotare insulas eas, quæ proprie dicuntur ὀξεῖαι, id est, acutæ. At in Græco sermone θοὸν, idem est quod ὀξὺ: non modo id quod in motu velox est, sed id quoque significat quod in figuris acutum est, atque in tenuem mucronem desinit. Inde est illud.—ἐγὼ δ' ἐθόωσα παραστάς, id est, adstās exacui. Alius trop⁹ est Synecdoche, quæ propria vocabuli significatione aliquid aliud sub eodem genere comprehensum innuit. Non minus in hoc est varietatis, nam aut totius appellatione partem accipimus: vt,

Ody. ι, 327. *Synecdoche.*

— ... τεῦχος οὐ δάμνατον βόας αὔας.

de bobus tergora intelligi voluit, ex quibus scuta fierent. Aut à parte totum indicatur: vt,

Iliad. μ, 137.

Talis me capitis desiderium tenet.—

per caput virum vult intelligi, sic formosam indicat vocabulo λευκώλενος, quod significat hume-
40 ris albis præditam: & bene armatos voce ἐϋκνήμιδας, qui crura bene munierint. Aut ab vna multa: vt cum de Vlysse dicit,

Odyss. α, 34.

—Troia sacram ex quo diruit vrbem,

Initio Vlyssea.

Non enim is solus, sed cum aliis Græcis Troiam excidit. Aut à multis vnum: vt *Pectora chara*, —id est, pectus. Aut à specie genus. vt *Marmore percutiens rigido.* nimirum lapide, cuius marmor est species. Aut contra,

Iliad. μ, 180.

Noscere aues fatiq; ratos prædicere iussus.

Odyss. γ, 159.

genus pro specie. Non enim omnes aues vult intelligi, sed diuinationi tantum aptas. Aut actionem ab iis quæ eam comitantur: vt,

Pandarus ipse arcum dederat cui magnus Apollo.

Iliad. ζ, 827.

50 arcus enim peritiam sagittandi denotat. Item:

Inde maris lymphas fusi per transtra dealbant. . &

Illi lora die, quam longa est, concutiebant.

Odyss. μ, 172. *Odyss. γ, 486.*

horum prius impulisse eos remis nauim ostendit, posterius equorum cursum: vtrumq; ab accidente rei indicatum. Aut à priori consequens: vt, *Virgineam soluit zonam.* sequitur enim imminuisse virginitatem. Aut contra. vt cum pro interficere ponit ἐναρίζειν, quod est spoliare. Ex posteriori enim prius intelligitur. Alius tropus est Metonymia, cum vocabulum aliud proprie, aliud relatione quadam, sine certo respectu significat: vt,

Odyss. λ, 244. *Metonymia.*

Cum vero Cererem metit agris lecta iuuentus.

frumentum innuens, quod à Cerere inuentum est. Item cum dicit,

Iliad. ζ, 424. *Viscera Vulcano verubus fixa imposuerunt.*
Odyss. ν, 27. nomine enim Vulcani ignis intelligitur. Tale est etiam— *Meam quicunq; virorum*
Chœnicem attigerit. — chœnice cooreota dicit. Est autem Chœnix mensura frumenti.
Antonomasia. Alius tropus est Antonomasia, cum proprium oomeo per epitheta, aut idem significantia vocabula enuociatur:
Ilia. α, 223. *Rursum Pelides duris conuicia verbis*
Iecit in Atridem.—hoc Agamemoonem, illud Achillem designat.
Iliad. θ, 39. *Nato bona mea sis animo Tritonia.*—&,
Iliad. υ, 39. *Intonsus Phœbus.* —quorum hoc Apollinē, illud Mineruam exprimit. Est & Antiphra-
Antiphrasis. sis, contrarium eius quod præsefert significante voce: vt,
Iliad. α, 330. *Nec vero hos cernens animo est gauisus Achilles.*
Emphasis. contrarium enim voluit dicere nimirū Achillē iis visis indoluisse. Est & Emphasis, quæ occulto seosu eius quod dicitur significationem intendit: vt,
Odyss. λ, 522 *Verum postquam in equum descendimus.* —
nam descendendi vocabulo equi magnitudinem notat. Item,
Iliad. π, 333. *Incaluit gladius cum sanguine totus.*—
Est enim in hoc maior significandi vis: scilicet cum intelligi velit, ita immersum fuisse corpori
Schemata. gladium, vt is calefieret. Hæc de tropis Homericis sufficiant. Iam & constructionis immutationes videamus, quæ vocantur Schemata: ecquid ea primus omnium Homerus ostenderit. Schema est oratio, à communi consuetudine varians fictione aliqua, idque ornatus aut vtilitatis gra-
Pleonasmus. ria. Ornatum quidem conciliat oratiooi varietate & mutatione sermonis, dictionique aliquid maiestatis adijcit. Vtilis veto est, ad rerum qualitatem & vim extollendam atq; amplificandam. De schematibus Pleonasmum (is est, cum superuacaneum ponitur vocabulum) vsurpat, aliquaodo versus complendi causa: vt,
Iliad. τ, 246. Χρυσοῦ δὲ στήσας Ὀδυσεὺς δέκα πάντα τάλαντα.
nam πάντα illud insertum est nulla significetione. Aliquando ornatus gratia: vt,
Iliad. σ, 12. ἦ μάλα δὴ τέθνηκε Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός.
hic μάλα abundat, Attieo more. Alicubi pluribus verbis rem exprimit, quæ vocatur Periphrasis:
Periphrasis. vt cum filios Achiuorum pro Achiuis dicit, & vim Herculeā pro Hercule. Quin & Enallageo (immurationem ad verbum diceres) adhibet, consuetum inuertens ordinem. Idque vel in me-
Hyperbaton. dio vocabulum inserens, quod Hyperbaton dicitur: vt,
Iliad. ρ, 542. Αἱματόεις ὥς τίς τε λέων κατὰ ταῦρον ἐδηδώς, pro λέων ταῦρον κατεδηδώς. Aut totam orationem: vt,
—Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον, ἀμφὶ δὲ νῆες
Iliad. β, 333. Σμερδαλέον κονάβησαν ἀϋσάντων ὑπ' Ἀχαιῶν,
Μῦθον ἐπαινήσαντες Ὀδυσσῆος θείοιο.
Parenthesis. Ordo enim est, ἴαχον μῦθον ἐπαινήσαντες. Eiusdem generis est & quæ Parembola vocatur, quasi interiectio, cum aliunde quædam ad propositam rem nihil pertinentia inserit: quibus etiam sublatis, nihil tamen constructioni adimatur. Tale est:
Per sceptrum hoc iuro, nunquam illud germina fundet,
Iliad. α, 234. *Postquam in monte semel summo florere recisum*
Dedidicit, posuitq, comas & brachia ferro.
ac quæ alia ibi de sceptro sunt, quibus infert, id quod cum initio (*per sceptrum hoc iuro*) cohæret:
Pelida Graiis desiderium insidet olim.
Epanalepsis. Est etiam iteratio (palilogiam Græcus vocat) cum repetitur aliqua pars eorum quæ dicta sunt, aut etiam complura vocabula: duplicationem etiam appellant, seu ingeminationem: vt,
Iliad. υ, 371. *Contra ibo, vel si manuum vis ignea et sit,*
Sit manuum vis ignea, certet robore ferro.
Aliquando interiectis aliis quibusdam, priora repetuntur: vt,
Æthiopes longe sed adiuerat ille remotos,
Æthiopes hominum extremi qui sedibus hærent
Odyss. α, 22. *Diuisi geminis.*—hoc schema & motum dicentis indicat, & simul auditorem excitat.
Et est eiusdem geoeris Epanaphora, cum eadem particula in principio multorum membrorū ponitur, cuius exemplum habet Homerus:
Iliad. β, 671. Νιρεὺς δ' αὖ Σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἐΐσας,
Νιρεὺς Ἀγλαΐης υἱὸς, Χαρόποιό τ' ἄνακτος.
Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε.
schema hoc & mouendo, & elegantiæ sermonis est aptissimum. Est apud eum etiam Epanodos: quæ fit, cum duabus rebus atq; vocabulis propositis, oondum sententia finita retro redimus, ac de vtroq; id quod sententiæ deerat exponimus: vt,

Aper

Αρης τε βροτολοιγὸς, ἴσος τ' ἄμοτον μεμαῶτα.
Η μὲν ἔχουσα κυδοιμὸν ἀναιδέα δηιοτῆτος,
Αρης δ' ἐν παλάμῃσι πελώριον ἔγχος ἐνώμα.

Iliad. ε, 592.

schema hoc ad varietatem & perspicuitatem conducit. Est etiam apud eum Homœoteleuton, siue similiter desinens, cum membra in easdem syllabas terminatis vocabulis, in eundem sonũ exeunt: vt,

Similiter desinens.

Χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν. Et in eo.
Οὔλυμπόνδ', ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
Εμμεναι. οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται, οὔτι ποτ' ὄμβρῳ
10 Δεύεται. οὔτι χιὼν ἐπιπίλναται, ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
Πέπταται ἀνέφελος, λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη.

Odyss. ο, 74. Odyss. ζ, 42.

Cum autem conuersiones desinunt in nomina eodem modo declinata, eosdemque casus, Homœoptoton id peculiari nomine appellatur, quod est similirer cadens: vt,

Similiter cadens. Iliad. β, 87.

Ηΰτε ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἀδινάων,
Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομενάων,

His & similibus maxime delectatio & suauitas orationi additur. Quantum artificio componẽdi studuerit, vel hoc indicio est, quod sæpe simul duob. schematis, Epanaphora & Hœmœoteleuto vsus est: vt in his versibus,

Εὖ μέν τις δόρυ θηξάσθω, εὖ δ' ἀσπίδα θέσθω,
20 Εὖ δέ τις ἵπποισιν δεῖπνον δότω ὠκυπόδεσσιν.

Ibid. 382.

Parison quod vocatur schema, his adiunctum est, quod fit ex duobus aut pluribus membris æquali vocum numero constantis. Hoc primus Homerus posuit: vt,

Parison.

Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι. &,
Μνησθῆμεν μὲν ἀπορρίψαι, φιλότητα δ' ἑλέσθαι.

Iliad. η, 93. Iliad. π, 282.

Manifestum est autem, hac ratione admodum exornari dictionem. Eadem venustas etiam est Paronomasiæ, cum vox priori similis non longo post interuallo statim subiungitur: vt,

Paronomasia.

Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος παῖς κρατερὸς Λυκόεργος.
Et alibi: ——τῶν ἦ τοι Πρόθοος θοὸς ἡγεμόνευεν.

Iliad. ζ, 130. Iliad. β, 758.

Atq; hæc quidem quæ hactenus commemorauimus, aut abundantia aut fictione aliqua figurantur. Aliud eorum est genus, quæ fiunt defectu dictionis: qualis est Ellipsis, cum vocabulum 30 aliquod etiamsi non efferatur, sententia tamen ex antecedentibus liquet:

Ellipsis.

Δώδεκα μὲν σὺν νηυσὶ πόλεις ἀλάπαξ' ἀνθρώπων,
Πεζὸς δ' ἕνδεκά φημι deest hic ἀλαπάξαι, sed quod ex antecedentibus facile suppleas. Est & in hoc Ellipsis.

Iliad. ι, 328.

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

deest enim verbum substantiuum. &,

Iliad. μ, 243.

Ὢ πόποι, ἦ μοι ἄχος μεγαλήτορος Αἰνείας.
deest πάρεστιν, aut συμβέβηκεν aut aliquid tale.

Iliad. υ, 293.

Affine huic est Asyndeton, cum coniunctiones omittuntur, quarũ est dictionem coniũgere: id- 40 que non modo celeritatis, sed etiam affectuum exprimendorum causa adhibetur. Exemplum:

Ἤομεν ὡς ἐκέλευες ἀνὰ δρυμὰ φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ,
Εὕρομεν ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα Κίρκης.

Odyss. κ, 252

nam eo qui narrabat breuitate summa cupiente rem referre copulam ipse omisit. In Schematum numero est etiam Asyntacton, id est, non constructum: quod & Allœosis, quasi alteratio dicitur: fitq; tum, cum vsitata cõstructio mutatur. Fit hoc variè, idq; ornatus causa & venustatis: cum cohærere verborum structura ob insolentiam non videtur, & tamen suam habet peculiarem ad certum aliquid respectu cohærentiam. Sæpenumero id euenit generibus nominum mutatis, vt in κλυτὸς ἱπποδάμεια, pro κλυτή. & θῆλυς ἐέρση, pro θήλεια. Solebant enim antiqui masculina etiam pro fœmininis ponere, vtpote præstantiora, ac maioris momenti, non hoc tamen immodice, aut sine ratione: sed tum, cum attribuendum esset adiectiuum substantiuo tale, quod in eius 50 corpore non inhæreret. Nam magnus magna, pulcer pulcra, & horum similia, in ipso insunt corpore. Extra sunt, gloriosus fortunatus. Ac præterea hæc, ideo quia composita sunt (ἔνδοξος inquam, & ἀτυχὴς) communia sunt. Nam in vniuersum adiectiua composita vtriusque sunt generis. Item cum nominibus masculino & fœminino commune adiectiuum aut participium respondet, tunc masculinum genus præualet: vt,

Enallage.

Παρθενικαὶ τε καὶ ἠΐθεοι ἀταλὰ φρονέοντες.

Quædam etiam secus extulit, quam vel dialectorum natura ferret, vel eius temporis vsus: vt,
——ἔχει δὲ παλαιὰς αὐτὰς
Μαχας. Sæpe etiam metri causa genus mutat, vt in eo,

Iliad. σ, 567 Odyss. ο, 28

Odyss.o,125. Δῶρόν τοι καὶ ἐγὼ τέκνον φίλε τοῦτο δίδωμι.

nam ad personam respiciēs, masculinū φίλε neutro τέκνον apposuit, cuius simile est in verbis Dienes ad Venerem:

Iliad.ε,382. Τέτλαθι τέκνον ἐμὸν, καὶ ἀνάσχεο κηδομένη περ.

Odyss.λ,90. Eandem rationem ac respectum etiam illud obtinet,

Ἦλθε δ᾽ ἐπὶ ψυχὴ Θηβαίου Τειρεσίαο
Χρύσεον σκῆπτρον ἔχων.—nam ἔχων refertur non ad ψυχὴν, sed ad ipsum Tiresiam. Sæpe enim non ad vocabula, sed ad rem significatam accommodauit constructionem: vt in hoc,

Iliad.π,20. Πάντη ἐέλδετο θυμὸς, ἐκίνηθεν δὲ φάλαγγες,
Ἐλπόμενοι περὶ ναῦσιν ἀμύμονα Πηλείωνα.

nam hic ἐλπόμενοι non aptatur ad φάλαγγες, verum ad ἄνδρες, scilicet ad viros, ex quibus phalanges erant compositæ: Alio quoq; modo genus mutat: vt cum dicit,

Odyss.μ,75. — νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε
κυανέη, τὸ μὲν οὔποτ᾽ ἐρωεῖ —nam quia idem significant νεφέλη & νέφος, priore posito, adiectiuum ad posterius accommodauit. Talia sunt & hęc,

Iliad.β,459. Τῶν δ᾽ ὥς τ᾽ ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ,
Χηνῶν ἢ γεράνων ἢ κύκνων δουλιχοδείρων,
Ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμενα πτερύγεσσι.

nam cum neutro genere genera auium proposuisset, ac species masculino explicasset: rursum infert neutrum genus κλαγγηδὸν προκαθιζόντων —quod ad ὀρνίθων respicit. Præter genus numeros quoq; permutat sæpe poeta: vt cum scribit,

Iliad.ι,305. Ἡ πληθὺς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν ἐσσεύοντο.

proposito enim singulari, plurale intulit, respectu nimirum significationis. Nam πληθὺς multitudinem significat, estq; numero singulare, cum in se multa complectatur. Contra plurali proposito singulare ei applicat: vt,

Iliad.π,265. —οἱ δ᾽ ἄλκιμον ἦτορ ἔχοντες, Πρόσσω πᾶς πέτεται.—

πᾶς enim, quod omnis est, numero singulare, plurali respondet, quia idem significat quod πάντες. Eandem formam hoc habet,

Initio Od.γ. Οἱ δὲ Πύλον Νηλῆος ἐϋκτίμενον πτολίεθρον
Ἷξον, τοὶ δ᾽ ἐπὶ θινὶ θαλάσσης ἱερὰ ῥέζον.

τοὶ enim Pylios notat, quorum vrbs modo nominata fuit. Iam casuum quoq; apud eum est permutatio. Vocatiuus pro nominatiuo positus, Θυέστα pro Θυέστης:

Iliad.β,107. Αὐτὰρ ὃ αὖτε Θυέστ᾽ Ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι.

Odyss.ξ,415. & νεφεληγερέτα Ζεὺς, pro νεφεληγερέτης. item,

Δὸς φίλος, οὐ γάρ μοι δοκέεις ὁ κάκιστος Ἀχαιῶν.

Ilia.γ,initio Datiuus pro genitiuo:

Τρωσὶ μὲν προμάχιζεν Ἀλέξανδρος θεοειδής.

Odyss.ι,68. pro Τρώων. & contra ἑταίρους pro ἑταίρων,

ἠδ᾽ αὐτῷ τε τάφρου περὶ ἑταίρους γλαφυρῇσι.

Causa est, quod cognati inuicem videntur, rectus, accusatiuus & vocatiuus casus: itaq; & in neutris omnino, & in multis masculinis ac fœmininis sunt iidem. Itidem & datiuus genitiuo videtur cognatus quodammodo: vnde fit vt in duali numero in omnibus generibus iidem sint. Quare & casuum à recepto vsu varians mutatio aliquid habet consentanei. Quanquam causa nonnunquam etiam adferri potest, vt in ἐρχόμενοι πεδίοιο: & in διέπρησσον πεδίοιο, hoc enim est perinde ac si dixisset ἐπέρων διὰ τοῦ πεδίου. Bene habet etiam apud eum mutatio casuum initio vtriusq; poematis, cum accusatiuo posito, deinde nominatiuus locatur pro eo. Μῆνιν ἄειδε θεὰ —

Iliad.ι,228. Iliad.γ,14. Iliad.α,1. Odyss.α,1.

μυρί᾽ Ἀχαιοῖς ἄλγε᾽ ἔθηκεν. &

Iliad.α,272 Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
πλάγχθη.—Aliquando genitiuo rectum subiicit: vt,

Iliad.β,350. Τῶν οἱ νῦν βροτοί εἰσι.—

Multa etiam alia forma protulit: vt,

Φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα
Ἤματι τῷ, ὅτε νηυσὶν ἐπ᾽ ὠκυπόροισιν ἔβαινον
Ἀργεῖοι, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες,
Ἀστράπτων ἐπιδέξι᾽, ἐναίσιμα σήματα φαίνων.

Iliad.ζ,fin e. Cuius simile est illud:

—ὁ δ᾽ ἀγλαΐηφι πεποιθὼς, ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει.—

Atq; hæc ipsa quoq; more antiquo quodam extulit, neq; nulla ratione. Quippe participiis per verba explicatis, cohærentia apparebit, nam ἀστράπτων id valebit quod ἤστραπτε, & πεποιθὼς, idē quod ἐπεὶ πέποιθε. Germana horum sunt.

Οἱ δὲ δύο σκόπελοι ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει. & alibi *Odyss. μ. 73*

Τὼ δὲ διακρινθέντε, ὁ μὲν μετὰ λαὸν Ἀχαιῶν *Iliad. η, 306*

Ἤϊσ' ἐς Τρώων ὅμαδον κίε. —— & similia. Non enim à ratione alienum est, dicturum de duobus, rectum casum præmittere, in quo id quod commune est alteri cum altero seruatur: quam communitatem nemo non videt multum gratiæ orationi apponere: Alicubi communi casu præposito: verba de altero deinde facit: vt,

Ἄμφω δ' ἑζομένω γεραρώτερος ἦεν Ὀδυσσεύς. *Iliad. γ, 211*

Species quoque nominum permutat: sæpe ponens pro positiuo comparatiuum: vt ——σαώτερος ὥς κε νέηαι. Aliquando superlatiuum pro eodem: vt, δικαιότατος Κενταύρων. Talis ergo est in nominibus immutatio. In verbis porro aliquando modos permutauit, vt cum loco imperatiui infinitiuum ponit, vt, *Iliad. α, 32* *Iliad. λ, fine*

Θαρσῶν νῦν Διόμηδες ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι, pro μάχου Aut pro optatiuo indicatiuum, *Iliad. ε, 124*

Πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω pro μυθησαίμην, ὀνομήνωμι. Ac vice versa optatiuum pro indicatiuo: *Iliad. β, 488*

Καὶ νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο Ἄρης. pro —— ἀπώλετο. Aliquando tempora, præsens pro futuro: *Iliad. ε, 388*

Τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω, πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν. erat enim dicendum, ἐπελεύσεται. Aut pro præterito imperfecto. *Iliad. α, 29*

Ἐν δ' ἄντροι πλυνοὶ ἦσαν ἐπηετανοί, πολὺ δ' ὕδωρ *Ody. ζ, 86*

Καλὸν ὑπεκπρορέει. —— pro ῥέε. Aut futurum loco præsentis: *Odys. α. 24*

Οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος vel idem loco præteriti. *Iliad. α, 94*

Δείδω μὴ δή μοι πάντα θεὰ νημερτέα εἴπῃ, pro εἶπε,

Genera sæpenumero permutat. Passiuum ponit pro actiuo, aut medium: vt Ἕλκετο δ' ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος. —— pro εἷλκε. & καθεζόμενος αἰὼν: pro ὁρῶν. Ac vicissim actiuum loco passiui:

Δωρήσω τρίποδα χρυσούατον. —— cum esset dicendum δωρήσομαι. Numerum quoque pro numero ponit pluralem pro singulari: quod vsitatum est, cum quis de se ipso loquitur: vt,

Τῶν ἁμόθεν γε θεὰ θύγατερ Διὸς εἰπὲ καὶ ἡμῖν, id est, ἐμοί. Est & vbi permutat personas: hoc modo sic, *Odyss. α, 10*

Ἄλλοι μὲν γὰρ πάντες ὅσοι θεοί εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ, *Iliad. ε, 877*

Σοί τ' ἐπιπείθονται καὶ δεδμήμεσθα ἕκαστος.

Multi enim cum sint dii, quorum vnus etiam est ea quæ loquitur persona, vtrumq; recte extulit ἐπιπείθονται tertia, & δεδμήμεσθα prima persona. Alias, cum misso eo de quo sermo est, ab vna persona transitus fit ad aliam, quod ἀποστροφὴ seu auersio proprie dicitur: atq; hæc figura imitatione verborum loquentis, auditorem mouet atq; ducit. tale est,

Ἕκτωρ δὲ Τρώεσσιν ἐκέκλετο μακρὸν ἀΰσας

Νηυσὶν ἐπισσεύεσθαι, ἐᾶν δ' ἔναρα βροτόεντα. *Iliad. ο, 346*

Ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε νεῶν ἑτέρωθι νοήσω.

A narratione enim & oratione obliqua ad mimesim, id est, directam, qua ipsis Hectoris verba referuntur, desciuit. Quin & in ipsa narratoria oratione sæpe apostropha vtitur: vt,

Ἀμφὶ σὲ Πηλέος υἱὲ μάχης ἀκόρητον Ἀχαιοί. *Iliad. υ, 2*

Etiam personas in eo sermone mutat, quo verba alterius referuntur: vt,

——Ἤδη παισὶν ἐοικότες ἀγοράασθε *Iliad. β, 337*

Νηπιάχοις, οἷς οὔτι μέλει πολεμήϊα ἔργα.

Ἀτρείδη, σὺ δ' ἔθ' ὡς πρὶν ἔχων ἀστεμφέα βουλὴν

Ἄρχ' Ἀργείοισι κατὰ κρατερὰς ὑσμίνας,

Aliud genus Apostrophæ hoc est:

Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη pro οὐκ ἄν τις γνοίη. Et alibi: *Iliad. ε, 85*

——Ὀδμὴ δ' ἡδεῖα ἀπὸ κρητῆρος ὀδώδει *Odyss. ι, 209*

Θεσπεσίη, τότ' ἂν οὔ τοι ἀποσχέσθαι φίλον ἦεν.

Participiis vtitur loco verborum: vt,

——ἐνὶ κήπῳ καρπῷ βριθομένη —— pro βρίθεται *Iliad. θ, 306*

οὐδ' οἵ γ' ἐπιπλάζονται, πεῖν εἰδότες. —— pro εἰδέναι. *Odyss. ι, 119*

Sæpenumero etiam articulos permutat, loco subiunctiuorum præpositiuis vtens: vt,

Τοὺς ἔτικε Ζεφύρῳ ἀνέμῳ Ἅρπυια Ποδάργη. pro οὕς. *Iliad. π, 150*

Ἔτι καὶ θώρηχ', ὃ γὰρ ἦν ἀπώλεσε πιστὸς ἑταῖρος. pro ὃς ac vice versa. *Iliad. σ, 460*

Ita præpositiones etiam solet commutare: vt,

χθιζὸς ἔβη κατὰ δαῖτα. pro ἐπὶ δαῖτα Sic &, *Iliad. α, 424*

χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ. —— *Ibid. 15.*

Ac præpositionibus præterea nomen alieno casu subdit: vt,

Μήπως καὶ διὰ νύκτα μενοινήσωσι μάχεσθαι, pro διὰ νυκτός. Aliquando præpositiones omittuntur, vt τῆς ὅ γε κεῖτ' ἀχέων. —— id est περὶ ἧς. & —— ποτιδέγμενος ἥμενος ἧστο pro περιέπων & alias quoque præpositiones qua permutat, qua omittit. Aduerbiis quoq; localibus, ad locum, in loco, vel de loco significantibus promiscue vtitur: vt, *Iliad. κ, 101.* *Iliad. β, 694.* *Odyss. ψ, 91.*

χοροὶ δ' ἑτέρωσε κάθιζον. pro ἑτέρωθι. &, *Iliad. ν, 219.*

Odyss. α 433. [Greek] pro [Greek]. Coniunctionum quoque permutationem apud eum deprehendas. [Greek] pro [Greek] posito [Greek]. Hæ sunt dictionis figuræ, quibus & reliqui omnes non poetæ modo, sed & solutæ orationis scriptores vtuntur. At vero sententias multis figurarum modis idem variauit. Est eius generis & [Greek], quæ fit, dum aliquid narrãs, interim id prædicit, quod post futurum, & alio loco deinde dicendum erat: vt,

Figuræ sententiarum

Odyss. φ. 98. *Gustaturus erat primus sane ille sagittam.* &,

[Greek], seu acclamatio:

Iliad. ρ. 32. *Nam rem, quando vsu venit, stultus quoq; sentit.*

Multæ quoq; sunt apud eum & variæ prosopopœiæ, nam multas ac varias induceit personas loquentes, iisque omnis generis mores affectusque attribuit: nonnunquam etiam eas confingens personas, quæ nullibi sunt: vt, 10

Iliad. η, 125. *Proh quantus dolor annosum nunc Pelea tangat.*

Hypotyposis. Est & Diatyposis, descriptio eius quod vel fit, vel est, vel fore dicitur, perspicuitatis causa proposita, vt in his:

Ilia. ι 9. *Quippe viros cædunt, vrbem flamma improba delet,*
Abducit miseris natos cum matribus hostis.

Iliad. χ. 60. Aut fit miserationis mouendæ gratia: vt,

Me miserum, in senii Iupiter quem limine sanus
Aduerso perimet fato, mala plurima passum:
Occidi postquam natos, natasque videre
Raptari, excindi thalamos, duraq; misellos 20
Allidi infantes terra me cernere adegit.

Est & Ironia, vbi contrarium verbis indicatur, ciuili quadam simulatione, quale illud Achillis:

Iliad. α, 346. *Nunc tecum Laertiade, & cum regibus ille*
Hostiles aliis depellere nauibus ignes
Cogitet.——& paulo post:
——*alium sibi quærat Achiuũm,*
Ipsi qui quadret recte, & magè regius extet.

Atq; hic est modus, cum de seipso aliquis abiecte loquitur, vt contrarium innuat. Alius, cum simulamus nos aliquem laudare, quem reipsa vituperamus. Ita apud Homerum Telemachus:

Odyss. ρ, 397. *Antinoe, vt genitor nato sic tu mihi certe Consulis.*—— 30

Et vicissim, cum subsannandi causa magni aliquid alteri tribuimus:

Odyss. υ, 325. *Nimirum exitium parat illatabile nobis*
Telemachus, sociosque Pylo Spartane vocatos
Adducet, quorum, toto quod pectore tractas,
Auxilio expedias factnus.——

Sarcasmus. Ironiæ species est & sarcasmus, cum e contrariis verbis exprobrans quippiam alteri, subridere se fingit: vt Achilles in his,

Iliad. ι, 336. *Dona aliis sua tuta iacent, Graiũm mihi soli*
Abstulit ille meam: grata cum coniuge porro 40
Oblectet sese.——

Allegoria. Odyss. χ, 195 Affinis horum est Allegoria, cum aliquid aliud quam quod dicitur intelligi volumus. Tale est,

Certe equidem hanc duces omnino Melanthie noctem
In molli stratus, nam conuenit hoc tibi, lecto.

qui enim erat in vinculis, ac suspensus illum in molli strato dormiturum ait.

Hyperbole. Hyperbola sæpe est vsus, quæ rem extollendo excedit veritatem, magnam intendendi vim habens: vt,

Iliad. κ, 437. *Vincebant candore niues & flumina cursu.*

Orationis genera. Hisce ergo vsus est figuris ac tropis Homerus, vsumque eorum posteris ostendit: quo nomine ab omnibus gloria, quæ istis rebus debetur, merito illi defertur. Iam cum tria sint genera orationis, quas effictiones vocant, grande, tenue, ac medium: videamus, omniumne apud Homerum sint exempla. Nam qui eum subsecuti sunt poetæ & oratione soluta scribentes, vnum de his aliquod sectati sunt, vt, verbi gratia, Thucydides grande Lysias humile, medium Demosthenes. Grande est, in quo & dictionum & sententiarum apparatus vim in se quandam magnam habet, exemplum est 50

Odyss. ε, 291 Ὣς εἰπὼν, σύναγεν νεφέλας, ἐτάραξε δὲ πόντον,
Χερσὶ τρίαιναν ἑλὼν, πάσας δ' ὀρόθυνεν ἀέλλας
Παντοίων ἀνέμων, σὺν δὲ νεφέεσσι κάλυψε
γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον, ὀρώρει δ' οὐρανόθεν νύξ.

Tenue,

Tenue,quod & materiam dicendi ſumſit exilem, & dictione gracili comprehenditur:vt, Iliad.ζ.466.

Ὣς εἰπὼν, οὗ παιδὸς ὀρέξατο φαίδιμος Ἕκτωρ,
Αψ δ' ὁ πάϊς πρὸς κόλπον ἐυζώνοιο τιθήνης
Εκλίνθη ἰάχων, πατρὸς φίλου ὄψιν ἀτυχθείς.
Ταρβήσας χαλκόν τ' ἠδὲ καὶ λόφον ἱππιοχαίτην.

Medium quod vtriq; interiectum, hoc grandius, illo humilius eſt:vt, Initio Odyſſ. χ.

Αὐτὰρ ὁ γυμνώθη ῥακέων πολύμητις Ὀδυσσεύς,
Αλτο δ' ἐπὶ μέγαν οὐδὸν ἔχων βιὸν ἠδὲ φαρέτρην
Ἰῶν ἐμπλείην, ταχέας δ' ἐκχεύατ' ὀϊστοὺς
Αὐτοῦ πρόσθε ποδῶν, μετὰ δὲ μνηστῆρσιν ἔειπεν.

10 Frequens eſſe apud hunc poetam orationis etiam id genus quod floridũ dicitur, quia floris inſtar pulchritudinem habeat,gratiamque oblectando aptã,quid dicere attinet? Nam tali apparatu repleta eſt eius poeſis. Forma igitur dictionis Homericæ eam habet varietatem, quam indicauimus paucis expoſitis exemplis, ex quibus etiam alia intelligere liceat. Cæterum quoniã omnis ſermo qui inter homines vſurpatur,aut hiſtoricus eſt, aut ciuilis: agedum diſpiciamus, num & horum principia apud Homerum extent. Hiſtorica oratio eſt, quæ rerum præteritarũ continet narrationem. Omni narrationi occaſionem præbent hæc:perſona, cauſa, locus tempus,inſtrumentum,actio,affectio modus:neque extra hæc quicquam vlla in hiſtorica narratione ineſt. Inuenias autem apud Poetam multas non modo rerum aut geſtarum,aut tanquam ge- Oratio hiſtorica.
20 ſtarum narrationes:ſed & ſingularum circumſtantiarum. Perſonæ:vt Iliad. ε, initio.

Inter Dardanidas praſtans virtutis opumque
Laude Dares erat,atq; tuus Vulcane ſacerdos.
Huic duo erant nati quacunq; ad pralia docti
Phageus,Idemque,& noti fortibus armis.

Aut cum formam alicuius deſcribit, vt Therſitæ, Iliad β, 217.

Lumina diſtortus,claudum crus ille trahebat:
Conuexi in pectusque humeri,deformis acumen
Inſuper in ſummo capitis,tum glabra capilli
Caluicies illum turpabant. — & multa alia, quibus aut formam, aut mores, aut actio-
30 nem,aut fortunam alicuius perſonæ ſolet enarrare, euius generis eſt & hoc, Iliad. υ, 215. Odyſſ.ι, 116.

Principio Iouis eſt de ſemine Dardanus ortus,

ac quæ ſequuntur in genealogia Æneæ. Loci deſcriptio:vt cum inſulam inſulæ Cyclopum vicinam,quæ eius forma,quantitas,ac qualitates, quid in ea & circum eam ſit,explicat. Item eũ narrat,quæ circa antrum Calypſonis fuerint. Odyſſ ε, 63.

Ὕλη δὲ σπέος ἀμφὶ πεφύκει τηλεθόωσα,
Κλήθρη τ' αἴγειρός τε καὶ εὐώδης κυπάρισσος,

Temporis vt,

Quippe nouem toti fluxerunt cælitus anni. Et rurſus: Iliad β, 134. Ibid. 303.
Aul:de cum claſſis quondam conuenit Achiuûm,
Troibus & Priamo triſtem allatura ruinam.

40 Cauſæ,cum indicat propter quid fiat res aliqua, aut facta ſit, quale eſt illud initio Iliadis:

Quiſnam illos ſuperûm tam dira ad iurgia adegit?
Quem Latona Ioui peperit, deus ille Pelaſgum
Iratus regi,peſtem per caſtra malignam
Diſperſit,populum ſæuo exitioq; necauit:
Pontifici nullũ quod honorem habuiſſet Atrides

Chryſæ: & cætera. Nam hic cauſa contentionis, quæ extitit inter Achillem & Agamemnonem,refertur:peſtis,peſtis cauſa, ira Apollinis: huius iniuria qua ſacerdos ipſius erat affectus. Inſtrumenti,vt cum ſcutum deſcribit,quod Achilli Vulcanus fabricatus eſt,& breuior
50 alia haſtæ Hectoris: Iliad. σ,478 inde Iliad. ζ. 318.

Huc ſuperum gratus regi ſeſe intulit Hector,
Vndecimum in cubitum porrectum haſtile gerebat
Ille manu,ærata præfixum cuſpide,& illam
Fibula committens circumdabat aurea ligno.

Actionum ſunt cum aliæ, tum hæc, Iliad δ,446.

Atq; illi, vt vacuo concurſum eſt æquore campi;
Inuadunt Martem clypeis,& robore & haſtis,
Dantq; fragorem arma,inter ſeſe vmbonibus aſper
Colliſis late reſonat que tumultus in auras.

Affectionis, cum id quod accidit, aut causa, aut actione aliqua declarat: qualia sunt, quæ commemorat de iis quos ira, metus, dolorue incessit, aut qui vulnerantur, occiduntur, vel tale aliud quippiam patiuntur. A causa: vt,

Iliad. α, 123. *Indoluit, sævo præcordia concitaque æstu*
Intumuere, oculis arsitq; furentibus ignis.

Ab actione,

Iliad. ρ, 51. *Sanguine fœdata est coma ei pulcherrima, qualem*
Formosæ ostentant Charites: auroque & amœno
Intorti argento maduerunt sanguine cirri.

Modus est, qui efficit actionem aut affectionem aliquam, aut respectum, cuius causa alterum certo modo agit, alterum certo modo afficitur: isque omnibus talibus narrationibus adhæret, exemplum est, 10

Ody. χ, initio. *Huic intentata guttur iuuenile sagitta,*
Transadigit Laertiades: moribundus at ille,
Voluitur in latus eque manu patera excidit illi,
Fistulaq; extemplo per nares crassa cruoris
Erupit.—& cætera.

Narratio apud eum plerunque dilatata verbis est, & pro rei quę refertur magnitudine absoluta, aliquando breuis, ac iuxta efficax: vt hæc, 20

Iliad. σ, init. *Patroclus periit tibi, deq; cadauere nudo*
Certatur: tenet arma, illum quibus exuit Hector.

quæ forma sæpenumero vtilis est, quod breuitate & apud eum qui dicit, & apud eum qui audit, plus valet, ac facile id quod vult consequitur. Aliquando rem nudam narrat, aliquando exemplo, aut similitudine aut comparatione adhibita. Exemplo: vt,

Odyss. ρ, 33. *Egressa est thalamo tum prudens Penelopeia,*
Filia Latonæ velut, aut Venus aurea qualis.

Similitudine:

Iliad. γ, 196. *Verum tanquam aries, Graias obit ille cateruas.*

Comparationes Homericæ. Comparatione, cum similibus rebus iuxta se collocatis atq; expositis, ad præsentem rē accommodationem facit. Sunt autem varia apud eum comparationum genera: quod assidue & multifariam humanis actionibus atque affectionibus, aliorum animalium naturas atq; actiones confert. Aliquando à minimis similitudinem petit, non ad corporis magnitudinem, sed ad naturam eorum quæ comparat respiciens. Ita peruicaciam muscæ exemplo expressit: 30

Iliad. ρ, 570. *Atq; animo illius musca indidit improbitatem.*

& multitudinem continuam, eodem:

Iliad. β, 469. *Qualia muscarum quis crebrarum agmina cernat.*

multitudinem vero bono ordine compositam, apum:

Ibid. 87. *Qualia apum densa volitant examina turba.*

Iram quoq; & insecutionem ita expressit: 40

Iliad. π, 259. *Mox sese toto effuderunt agmine, quales*
Sæpe viam propter cernis se effundere vespas,
Irritant quas more suo pueri.—

quod additum est, vt naturalis vesparum iracundia puerorum irritatione acrior facta, intelligeretur. Item de continuo sermone ita dixit:

Iliad. γ, 151. *Fundere verba boni: quales vbi sylua cicadas.*

nam cicada animal est, vt ita dicam, loquacissimum, ac vocem edere nunquam desinens. Promiscuas voces eorum qui nullo ordine incederent, ita expressit: 50

Ibid. initio. *Vtque gruum it cœlo clangor.*—

& multitudinem quæ in ordinem componitur, auibus comparat considentibus,

Iliad. β, 463. *Cum clangore sedem capiunt.*—

Celeritatem visus & actionis accipitri confert: qui,

Iliad. ο, 238. *Cædepalumbibus infensus, volucrumq; supremus*
Impete pennarum celeri.

aliquando aquilæ:

Iliad. ρ, 675. *Illa etiam sublime volans, cœloq; propinquans,*
Velocem pedibus leporem videt eminus, atq;
Arripit.—visus acumen eo indicans, quod ram procul cernit: velocitatem, quod animal celerrimum capit. Perterritum adspectu hostis, assimilauit ei qui serpentem conspexerit, non dedignatus etiam ab humi reptantibus exemplum sumere,

Vt cum

Vt cum conspecto gressum quis retulit angue. Iliad.γ,33.

Ab aliis animalibus, à lepore & ceruo timiditatis,

Quid statis? cur hinnuleorum instar ue pauetis: Iliad.δ,243.

A canibus aliquando fortitudinis: Iliad.κ,360.

Vtq; canes validis duo freti dentibus ——

aliquando amoris erga ptolem, Odyss.υ,14.

Vt cum pro teneris catulis canis anxia latrat. Iliad. κ,183.

aliquando ad studium diligentiamq; custodiendi eam comparationem adhibet:

Non secus atq; canes, pecoris custodia clausi

10 *Quis data, peruigiles sonitùs cum fertur ad aures.*

Raptum, qui animose simul & nullo metu fit, lupis assimilauit: Iliad.π,352.

Vtq; agnos hædosue lupi inuasere feroces.

Fortes, & qui se de statione pelli nō sinunt, exemplis aprorum, pardorum, & leonum depinxit: vnicuiliber id tribuens, quod esset naturæ ipsius proprium. Apris impetum ad pugnam, qui subsisti nequit: Iliad.δ,253.

Qualis apri, ad pugnam talis tunc impetus acrem Iliad.φ,577

Idomenea tulit. —— Iliad.υ,170.

Pardali, audaciam compesci nesciam:

Nec transfixa graui sæuam vim desinit hasta. Iliad.ζ,fine.

20 Leonibus cunctationem, sed quæ in animosum erumpat facinus,

Tum geminum latus ille, & verberat ilia cauda:

Rursum viri fortis cursum equo cibi saturo confert, Iliad.λ,557.

Qualis vbi satur, & stare ad præsepe recusans

Fertur equus. ——

Contra tardum incessum, ac inuictam in eo perseuerantiam sic indicauit, Iliad.β,480.

Qualis vbi inuitis asinus cum fertur in agros, Et pascit pueris. ——

Formam regiam & excellentem, sic:

Qualis in armento bos præstantissimus omni.

Nec maritimorum quidem animalium similitudines præteriit. Polypi permansionem & quam

30 vix à saxo auelli possit, in his extulit, Odyss.ε,432.

Vt cum polypodem cæca extraxere caverna.

Delphini principatum & imperium in alios, ita: Iliad.φ,22.

Ingentem vel vti pisces delphina marini, &c.

Sæpenumero etiam quæ ab hominibus agerentur, aliis compatat actionibus: vt, Iliad.λ,670.

Quales messores, qui parte ab vtraque locati,

& cætera: quibus virorum sedulitatem ac laboris tolerantiam exponit.

Perspicua similitudine exprobrat parum virilem fletum, Iliad.π, initio.

Quid ploras instar teneræ Patrocle puellæ?

40 Elementis quoq; comparare ausus est humanas actiones: vt, Iliad.β,394.

Sic fatum populus clamore excepit Achiuus

Ingenti, qualis resonat vox littore in alto,

Cum procurrenti scopulo in mare turbidus Auster

Allidit fluctus, quem nunquam non grauis vnda

Verberat omnigenis agitantibus æquora ventis.

Apparet autem hic eum & auxesi vsum esse, & hyperbola. Non enim contentus fuit clamorem sonitui fluctus conferre: sed addidit talis fluctus, qualis ad altum littus appellitur, ibiq; elatus in sublime, maiorem sonitū dat, neq; fluctum simpliciter dixit, sed ab austro excitatum, qui maxime humida mouet: idq; in scopulo qui in mare protenditur, ab eoq; alluitur: itaque perpetuo

50 fluctibus feritur, vndecunq; venti incidāt. Hoc ille modo narrationes suas elaborauit: quod ex his paucis exemplis liceat etiā in multis deprehendere. Consideremus nunc alia quoq; orationis genera, vt ea primum omniū Homerus animo conceperit, euidenterq; composuerit. Hic quoq; similiter pauca exempla proposita reliquorum intelligentiam patefacient. Oratio contemplatiua (sic appellemus theoreticam) est, quæ ea quæ theoremata dicuntur, complectitur Oratio philosophica.

sunt aūt ea disciplinarum præcepta, siue veritatis artificiosa cognitio, per hæc naturā diuinarū humanarumq; rerum cognoscere, virtutes ac vitia morum distinguere datur: ac præterea intelligere, artene; aliqua differendi indagare veritatem conueniat. Tractauerunt ista ij qui philosophiæ studium suū vitamq; addixerunt: & adhuc partes philosophiæ habentur, Physica, Ethica, Philosophiæ partes.

ac Dialectica. Quod si ergo deprehendamus omniū horum initia ac semina Homerum scriptis suis inseruisse, cur nō is maiori, quam quiuis alius, admiratione dignus habeatur? Neq; alienum à ratione

à ratione videri debet si quædã per ambages & fabulas indicauit. Hæc enim causa est poëseos, isq; mos vererũ: vt & qui discendi studio renentur, quadam subtilitate illecti, eò facilius inquirerent veritatem, atque inuenirent: & indociles ea non contemnerent, quæ nequirent assequi. Nescio enim quomodo id quod occultè dicitur, in admiratione habetur: eũ contra vile videatur, quod manifesto effertur. Initiũ ergo sumamus ab vniuersi exordio & ortu, quæ Thales Milesius ad aquæ substanriam refert. Videamus, an nõ primus hoc senserit Homerus, eũ diceret:

Physica de rerum principiis. *Iliad. ξ, 246.*

Præbuit Oceanus cunctis primordia rebus.

Post hunc Xenophanes Colophonius principia rerum autumans aquam esse ac terram, videtur ansam arripuisse de Homerico isto, 10

Iliad. η. 99.

Vos vero in terram cuncti redigamini, aquamque.

Elementa.

Significat enim dissolutionem vniuersi in principia ea, ex quibus ortum habet. Maxime autem vera opinio quatuor elementa perhibet, ignẽ, aerem, aquam & terram: quę videntur ipsa quoq; Homero noia fuisse, singulorum enim non semel meminit. Quin & ordinem eorũ intellexit. Nam quod terra infimum sit omnium, consideremus: Cum mundus sit globosus, recte quidem superiorem locum cœlo, quod complectitur omnia, tribueris. Terra aũt in medio prorsus constituta, inferior continente eã cœlo est. Id Poeta præsertim ibi ostendit, vbi Iupiter ait, se demissa è cœlo catena terram ac mare sursum attracturũ, ita vt omnia in sublimi pendeant. Locus est Iliadis octaui libri initio. Porrò cum supra terram sit aer, hoc ipso sublimiorem ætherem facit:

Iliad. ξ. 287.

Abiete conscensa procera, quæ super Ida
Vertice ad ætheream sublata per aera sedem 20
Creuerat—Æthere cœlum superius.

Ilia. ρ. 424.

—*Sterilemque per æthera longe*
It strepitus cælo vehemens pugnantibus illis.

Item illud:

Iliad. α. 497.

ἠερίη δ' ἀνέβη μέγαν οὐρανὸν Οὔλυμπόν τε.

Partem enim aeris purissimam, quæ summo loco est, longissimeq; à terra & eius exhalationibus remota, Olympum aiunt dici, quasi ὅλον λαμπρὸν, id est, totum splendidum. Quod autem Iuno Iouis vxor dicitur, cuius est soror, videtur eo sensu dictum, quod Iuno intelligatur esse aer, quæ est humida substantia, vnde etiam dicit,

——Ἥρη δ' ἥρη. Πότνια βοῶπις—— 30

Iliad. φ. initio.

Iupiter autem æther sit, quæ est substantia ignea, & calida, vnde illud,

Sorte Ioui datus æther, cælum, nebulaq;.

Iliad. ο, 192.

Germani itaq; videbantur propter contiguitatem ac quandam similitudinem: vtrumq; enim elementum leue, & quod in motu sit: coniuges dicuntur, quod eorum coitu omnia nascantur. Itaq; etiam in Ida congrediuntur, terraq; eis herbas ac flores edit. Eodem pertinet, quod Iupiter dicit, se suspendisse Iunonem, appensis ad pedes eius duabus incudibus: nimirũ hæ sunt terra & aqua. Maximè autem elementorum conficiunt explicationem, quæ apud eum loquitur Neptunus, tres esse filios Saturni & Rheę. Iouem scilicet, se, & Plutonem, qui inferis imperet: in tres partes vniuersum esse tributum, ita vt cuiuis sua obtigerit dignitas. Ioui enim cessisse ignis substanriam, sibi Neptuno aquæ, Plutoni aeris: eum enim vocat ζόφον ἠερόεντα. quia lumen proprium non habet, sed à Sole, Luna, reliquisque illustratur stellis. Quarta communis omnib. relicta esse dicitur terra. Nam cum trium elementorum natura in perpetuo sit motu; sola terra immobilis permanet. Atque huic Olympum adiungit: qui si mons sit, pars vtique est terræ: sin cœli splendidissima & purissima pars, etiam hæc erat quinta cũ elementis essentia: in qua sententia nobiles quidam fuerunt philosophi. Itaque conuenienter vtrunque commune dixit: & terram quæ infima est ob grauitatem, & cœlum quod ob leuitatem est summum, quippe versus hæc ea quę in medio sunt aliàs deferuntur, alias efferuntur. Porro cum elementorum natura ex contrariis constet, siccitate, humiditate, caliditate & frigiditate: eademq; ob mutuam proportionem atque temperamentum vniuersas res producant: cumque partes vniuersi mutationibus sint obnoxiæ, interim tamen ipsum nequaquam dissoluatur: hæc inquam cum sint, Empedocles vniuersa constare dixit, 50

Iliad. ξ. 146. *Iliad. ο, 18.* *Ibid. 185.*

Vinculo amicitiæ coalescant cum modo cuncta,
Dissidij in diuersa alias cum pondere vergant
Singula.—elementorum enim concordiam & vnitionẽ amicitiæ vocabulo afficit, discordiæ contrarium. At Homerus eo prior, per ambages amicitiam istam, discordiamque innuit, his verbis:

Iliad. ξ, 200.

Nunc terræ fines vado inspectura feracis,
Principiumque deûm Oceanum, & Thetyn genitricem,
Dissidiis quorum longis imponere finem. Visendo institui.

Tale

Tale est etiam, quod Martis ac Veneris fabula innuit, quorum hæc Empedolceæ amicitiæ, ille discordiæ respondet. Itaq; aliquando congrediuntur, aliquando disiunguntur. Indicat eos Sol, ac vinculis eos constringit Vulcanus: soluit autem Neptunus. Vnde apparet, calidam naturam ac siccam, tum huic contrariam quæ frigida est & humida, aliquando omnia componere aliquando dissoluere. Quibus conuenit id quod ab aliis est poetis traditũ, ex Martis & Veneris coitu Harmoniam ortam: nimirũ ex contrariis, grauibus ac leuibus certa ratione temperatis, quandam conuenientiam. Quomodo autem repugnent sibi inuicem ea quæ contrariæ sunt naturæ, id occulte indicauit Poeta, vbi deorum aduersos ordines describit, Græcis partim, partim Troianis auxiliantium, singulorum vim sub inuolucro proponens. Ac Apollinem quidem Neptuno opponit, calidum & siccum frigido humidoq;: Mineruam vero Marti, ratione præditum ei quod rationis est expers, hoc est bonum malo, tum Iunonem Dianæ, id est, aerem stabilem Lunæ mobilissimæ. Item Mercurium Latonæ, cum ille rationem notet, quę semper inquirit & meminit: hæc obliuionem, ei contrariam. denique Vulcanum fluuio eadem ratione, qua Solem mari, Spectatorem pugnę, eaq; gaudentem, facit deorum principem. Apparet porro ex prædictis, id quoq; Homerum innuisse, vnicum esse mundum, eumq; finitum. Nam si infinitus esset, non diuideretur in partes finito numero comprehensas. Et quidem ipsum Vniuersi nomen, vnum aliquid designat: *sicut & in aliis multis pro singulari vtitur plurali. Idque ipsum apertius ostendit, dicens: —*fines terræ.* & rursus:

Odyss. θ. 266. *Iliad. υ, 67. & φ, 210.* *Mundus vnus & finitus.*

Non si telluris fines adeas, pelagique
Extremos. —— Idem:
Multingi super extremo tum vertice Olympi.

Iliad. ξ, 200. *Iliad. θ, 478.*

Vbi enim est summitas aut extremum, ibi etiam finis. De Sole quoq; quid senserit, manifestum est: nempe eum motu circulari ferri, ac modo supra terram extare, modo infra eam descendere. Hoc enim illi versus docent:

Iliad. α, 499. *Sol.*

O socii, neque enim noctis qua parte tenebræ
Nascantur, vel qua roseis aurora quadrigis
Vecta diem referat, præceps vbi lampada condat
Titan, qua curru terram supere tue supino,
Nouimus. — Sensit etiam, eum semper supra nos ferri, itaq; eum Hyperionem appellat. Eundem ex aqua terram circumdante, id est, Oceano oriri, inque eandem occidere scribit. Ortum ita explicat:

Odyss. κ, 190.

Interea stagnum Phœbea relinquit amœnum
Lampas, & arato sublata accedit Olympo,
Præbeat vt diuis lucem. —

Odyss. γ, initio.

Occasum sic:

Incidit Oceano clari lux splendida phœbi,
Frugifera noctem telluriq; intulit atram.

Iliad. θ, 486.

Formam quoq; eius monstrat:

—*splendebat solis & instar.*

Odyss. γ, 234.

Magnitudinem:

Vt supra terram nitidus sese extulerat Sol.

Iliad. λ, 734.

Item disertius,

Vt medium cursu Titan superauit Olympum.

Iliad. θ, 68. *Iliad. γ, 276.*

Vim,

Sol qui cuncta videt, qui præsens omnia inaudit.

Animatum esse eum, suaq; sponte & arbitrio moueri, indicat his verbis:

Odyss. μ, 382.

Sub terras lucem laturus manibus ibo.

A quo eum Iupiter dehortans, inquit:

Phœbe tuam lucem tu diis ostendere perge,
Quiq; tenent terram mortalibus.

Ex quibus liquet, solem non esse ignem, sed aliam præstantiorem naturam: quod & Aristoteles censuit. Quippe cum ignis sursum feratur, anima careat, facile intercipiatur, interituiq; sit obnoxius: Sol in orbem fertur, viuus est, æternus, & interitus securus. Reliqua enim cœli sidera Homero non fuisse incognita, ex his constat, quæ scripsit.

Pleiadasq; Hyadasq; & vim grauis Orionis.

Iliad. σ, 487.

Descripsit etiam Vrsam, quæ perpetuo conuertitur circa polum Septentrionalem, qui nobis semper apparet, ac quæ propter sublimitatem nunquam horizontem tangit. Ostendit etiã eodem tempore rotatione circumagi, & minimũ Vrsæ, & maximum Orionis circulum. Meminit & tarde occidentis Bootis, qui rectus defertur, ac descendunt cum eo quatuor signa, qualia sex

Odyss. ε, 272.

toti

Iliad. ζ. 424. *Viscera Vulcano verubus fixa imposuerunt.*
Odyss. ε. 27. nomine enim Vulcani ignis intelligitur. Tale est etiam— *Meam quicunq; virorum*
Chœnicem attigerit. — chœnice contenta dicit. Est autem Chœnix mensura frumenti.
Antonomasia. Alius tropus est Antonomasia, cum proprium nomen per epitheta, aut idem significantia vocabula enunciatur:
Iliad. α. 221. *Rursum Pelides duris conuicia verbis*
Iecit in Atriden.--hoc Agamemnonem, illud Achillem designat.
Iliad. θ. 39. *Nato bona mea sis animo Tritonia.*—&,
Iliad. ε. 39. *Intonsus Phœbus.* —quorum hoc Apollinē, illud Mineruam exprimit. Est & Antiphrasis, contrarium eius quod præsefert significante voce: vt,
Antiphrasis. Iliad. α. 330. *Nec vero hos cernens animo est gauisus Achilles.*
Emphasis. contrarium enim voluit dicere nimirū Achillē iis visis indoluisse. Est & Emphasis, quæ occulto sensu eius quod dicitur significationem intendit: vt,
Odyss. λ. 523 *Verum postquam in equum descendimus.* —
nam descendendi vocabulo equi magnitudinem notat. Item,
Iliad. υ. 319. *Incaluit gladius cum sanguine totus.*—
Est enim in hoc maior significandi vis: scilicet cum intelligi velit, ita immersum fuisse corpori gladium, vt is calefieret. Hæc de tropis Homericis sufficiant. Iam & constructionis immutationes videamus, quæ vocantur Schemata: eequid ea primus omnium Homerus ostenderit. Schemata. Schema est oratio, à communi consuetudine varians fictione aliqua, idque ornatus aut vtilitatis gratia. Ornatum quidem conciliat orationi varietate & mutatione sermonis, dictionique aliquid maiestatis adijcit. Vtilis vero est, ad rerum qualitatem & vim extollendam atq; amplificandam.
Pleonasmus. De schematibus Pleonasmum (is est, cum superuacaneum ponitur vocabulum) vsurpat, aliquando versus complendi causa: vt,
Iliad. τ. 246. Χρυσοῦ δὲ στήσας Ὀδυσεὺς δέκα πάντα τάλαντα.
nam πάντα illud insertum est nulla significatione. Aliquando ornatus gratia: vt,
Iliad. σ. 12. ἦ μάλα δὴ τέθνηκε Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός.
hic μάλα abundat, Attico more. Alicubi pluribus verbis rem exprimit, quæ vocatur Periphrasis:
Periphrasis. vt cum filios Achiuorum pro Achiuis dicit, & vim Herculeā pro Hercule. Quin & Enallagen (immutationem ad verbum diceres) adhibet, consuetum inuertens ordinem. Idque vel in medio vocabulum inserens, quod Hyperbaton dicitur: vt,
Hyperbaton. Iliad. ρ. 542. Αἱματόεις ὥς τίς τε λέων ... ἐδηδώς, pro λέων ... ἐδηδώς. Aut totam orationem: vt,
—Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον, ἀμφὶ δὲ νῆες
Iliad. β. 333. Σμερδαλέον κονάβησαν ἀϋσάντων ὑπ' Ἀχαιῶν,
Μῦθον ἐπαινήσαντες Ὀδυσσῆος θείοιο.
Parenthesis. Ordo enim est, ἴαχον μῦθον ἐπαινήσαντες. Eiusdem generis est & quæ Parembola vocatur, quasi interiectio, cum aliunde quædam ad propositam rem nihil pertinentia inserit: quibus etiam sublatis, nihil tamen constructioni adimatur. Tale est:
Per sceptrum hoc iuro, nunquam illud germina fundet,
Iliad. α. 234. *Postquam in monte semel summo florere recisum*
Dedidicit, posuitq; comas & brachia ferro.
ac quæ alia ibi de sceptro sunt, quibus infert, id quod cum initio (*per sceptrum hoc iuro*) cohæret:
Pelida Graiis desiderium insidet olim.
Epanalepsis. Est etiam iteratio (palilogiam Græcus vocat) cum repetitur aliqua pars eorum quæ dicta sunt, aut etiam complura vocabula: duplicationem etiam appellant, seu ingeminationem: vt,
Contra ibo, vel si manuum vis ignea ei sit,
Iliad. υ. 371. *Sit manuum vis ignea, certet robore ferro.*
Aliquando interiectis aliis quibusdam, priora repetuntur: vt,
Æthiopes longe sed adiuerat ille remotos,
Æthiopes hominum extremi qui sedibus hærent
Odyss. α. 23. *Diuisi gemini.*—hoc schema & motum dicentis indicat, & simul auditorem excitat.
Et est eiusdem generis Epanaphora, cum eadem particula in principio multorum membrorū ponitur, cuius exemplum habet Homerus:

Iliad. β. 671. Νιρεὺς δ' αὖ Σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἐΐσας,
Νιρεὺς Ἀγλαΐης υἱὸς, Χαρόποιό τ' ἄνακτος,
Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε.

schema hoc & mouendo, & elegantiæ sermonis est aptissimum. Est apud eum etiam Epanodos: quæ fit, cum duabus rebus atq; vocabulis propositis, nondum sententia finita retro redimus, ac de vtroq; id quod sententiæ deerat exponimus: vt,

Ἄρης τε βροτολοιγὸς, ἶσος τ' ἄμοτον μεμαῶτα.
Ἡ μὲν ἔχουσα κυδοιμὸν ἀναιδέα δηϊοτῆτος,
Ἄρης δ' ἐν παλάμῃσι πελώριον ἔγχος ἐνώμα.

Iliad ε, 592.

schema hoc ad varietatem & perspicuitatem conducit. Est etiam apud eum Homœoteleuton, siue similiter desinens, cum membra in easdem syllabas terminatis vocabulis, in eundem sonũ exeunt: vt,

Similiter desinens.

Χρὴ ξεῖνον παρέοντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν. Et in eo.
Οὔλυμπόνδ', ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
Ἔμμεναι. οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται, οὔτε ποτ' ὄμβρῳ
10 Δεύεται. οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται, ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
Πέπταται ἀνέφελος, λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη.

Odyss. ο, 74.
Odyss. ζ, 42.

Cum autem conuersiones desinunt in nomina eodem modo declinata, eosdemque casus, Homœoptoton id peculiari nomine appellatur, quod est similiter cadens: vt,

Similiter cadens.
Iliad. β, 87.

Ἠΰτε ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἀδινάων,
Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομενάων,

His & similibus maxime delectatio & suauitas orationi additur. Quantum artificio componẽdi studuerit, vel hoc indicio est, quod sæpe simul duob. schematis, Epanaphora & Hœmœoteleuto vsus est: vt in his versibus,

Εὖ μέν τις δόρυ θηξάσθω, εὖ δ' ἀσπίδα θέσθω,
20 Εὖ δέ τις ἵπποισιν δεῖπνον δότω ὠκυπόδεσσιν.

Ibid. 382.

Parison quod vocatur schema, his adiunctum est, quod fit ex duobus aut pluribus membris æquali vocum numero contentis. Hoc primus Homerus posuit: vt,

Parison.

Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι. &,
Μηνιθμὸν μὲν ἀπορρίψαι, φιλότητα δ' ἑλέσθαι.

Iliad. η, 93.
Iliad. π, 282.

Manifestum est autem, hac ratione admodum exornari dictionem. Eadem venustas etiam est Paronomasiæ, cum vox priori similis non longo post interuallo statim subiungitur: vt,

Paronomasia.

Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος παῖς κρατερὸς Λυκόοργος.
Et alibi: —τῶν ἦ τοι Πρόθοος θοὸς ἡγεμόνευεν.

Iliad. ζ, 130.
Iliad. β 758

Atq; hæc quidem quæ hactenus commemorauimus, aut abundantia aut fictione aliqua figurata sunt. Aliud eorum est genus, quæ fiunt defectu dictionis: qualis est Ellipsis, cum vocabulum
30 aliquod etiamsi non efferatur, sententia tamen ex antecedentibus liquet:

Ellipsis.

Δώδεκα μὲν σὺν νηυσὶ πόλεις ἀλάπαξ' ἀνθρώπων,
Πεζὸς δ' ἕνδεκά φημὶ deest hic ἀλαπάξαι, sed quod ex antecedentibus facile suppleas. Est & in hoc Ellipsis.

Iliad. ι, 328.

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

Iliad. μ, 243.

deest enim verbum substantiuum. &,

Ὢ πόποι, ἦ μοι ἄχος μεγαλήτορος Αἰνείαο.
deest πάρεστιν, aut συμβέβηκεν aut aliquid tale.

Iliad. υ, 293.

Affine huic est Asynderon, cum coniunctiones omittuntur, quarũ est dictionem coniũgere: id-
40 que non modo celeritatis, sed etiam affectuum exprimendorum causa adhibetur. Exemplum;

Ἤομεν ὡς ἐκέλευες ἀνὰ δρυμὰ φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ,
Εὕρομεν ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα Κίρκης.

Odyss. κ, 251

nam eo qui narrabat breuitate summa cupiente rem referre copulam ipse omisit. In Schematum numero est etiam Asyntacton, id est, non constructum: quod & Allœosis, quasi alteratio dicitur: fitq; tum, cum vsitata cõstructio mutatur. Fit hoc variè, idq; ornatus causa & venustatis: cum cohærere verborum structura ob insolentiam non videtur, & tamen suam habet peculiarem ad certum aliquid respectu cohærentiam. Sæpenumero id euenit generibus nominum mutatis, vt in κλυτὸς ἱπποδάμεια, pro κλυτὴ. & θῆλυς ἐέρση, pro θήλεια. Solebant enim antiqui masculina etiam pro fœmininis ponere, vtpote præstantiora, ac maioris momenti, non hoc tamen immodice, aut sine ratione: sed tum, cum attribuendum esset adiectiuum substantiuo tale, quod in eius
50 corpore non inhæreret. Nam magnus magna, pulcer pulcra, & horum similia, in ipso insunt corpore. Extra sunt, gloriosus fortunatus. Ac præterea hæc, ideo quia composita sunt ([illegible]nquam, & ἀτυχὴς) communia sunt. Nam in vniuersum adiectiua composita vtriusque sunt generis. Item cum nominibus masculino & fœminino commune adiectiuum aut participium respondet, tunc masculinum genus præualet: vt,

Enallage.

Παρθενικαί τε καὶ ἠΐθεοι ἀταλὰ φρονέοντες.

Quædam etiam secus extulit, quam vel dialectorum natura ferret, vel eius temporis vsus; vt,

Iliad σ, 567

—ἔχει δὲ τελείους αὐτὸς
Μάρψας. Sæpe etiam metri causa genus mutat, vt in eo,

Odyss. ο, 38

Οἱ δὲ δύο σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει. & alibi — Odyss. μ, 73

Τὼ δὲ διακρινθέντε ὁ μὲν μετὰ λαὸν Ἀχαιῶν — Ilia. η, 306

Ἤϊ', ὁ δ' ἐς Τρώων ὅμαδον κίε.—— & similia. Non enim à ratione alienum est, dicturum de duobus, rectum casum præmittere, in quo id quod commune est alteri cum altero seruatur: quam communitatem nemo non videt multum gratiæ orationi apponere: Alicubi communi casu præposito: verba de altero deinde facit: vt,

Ἀμφοτέρω δ' ἑζομένω γεραρώτερος ἦεν Ὀδυσσεύς. — Iliad. γ, 211

Species quoque nominum permutat: sæpe ponens pro positiuo comparatiuum: vt ——σαώτερος ὥς κε νέηαι. Aliquando superlatiuum pro eodem: vt, ῥιγιότατόν κεν ἔγεν. Talis ergo est in nominibus immutatio. In verbis porro aliquando modos permutauit, vt cum loco imperatiui infinitiuum ponit, vt, — Iliad. α, 32 — Iliad. λ, fine

Θαρσῶν νῦν Διόμηδες ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι, pro μάχου Aut pro optatiuo indicatiuum, — Iliad. ε, 124

Πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω pro μυθησαίμην, ὀνομήναιμι. Ac vice versa optatiuum pro indicatiuo: — Iliad. β, 488

καί νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο Ἄρης, pro—— ἀπώλετο. Aliquando tempora, præsens pro futuro: — Iliad. ε, 388

τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω, πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν. erat enim dicendum, ἐπελεύσεται. Aut pro præterito imperfecto. — Iliad. α, 29

Ἔνθ' ἤτοι πλυνοὶ ἦσαν ἐπηετανοί, πολὺ δ' ὕδωρ — Ody. ζ, 86

καλὸν ὑπεκπρορέει.——pro ῥέει. Aut futurum loco præsentis: — Odyss. ω, 28

Οἱ μὲν δυσμενέες Τρώεσσιν, οἱ δ' ἀρίστοι vel idem loco præteriti. — Iliad. α, 94

Δείδω μή μοι πάντα θεὰ νημερτέα εἶπε, pro εἶπε.

Genera sæpenumero permutat. Passiuum ponit pro actiuo, aut medium: vt Ἕλκετο δ' ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος.——pro εἷλκε. & καθεζόμενος αἶας: pro ὁρῶν. Ac vicissim actiuum loco passiui:

δυρόμενοι τρίτατόν χε γενέσθαι.——cum esset dicendum δυρόμεναι. Numerum quoque pro numero ponit pluralem pro singulari: quod vsitatum est, cum quis de se ipso loquitur: vt,

Τὸν ἀμείβετο... θυγάτηρ Διὸς εἴπε καὶ ἡμῖν, id est, ἐμοί: Est & vbi permutat personas: non modo sic, — Odyss. α, 10

Ἄλλοι μὲν γὰρ πάντες ὅσοι θεοί εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ — Iliad. ε, 877

σοί τ' ἐπιπείθονται καὶ δεδμήμεσθα ἕκαστος.

Multi enim cum sint dii, quorum vnus etiam est ea quæ loquitur persona, vtrumq; recte extulit ἐπιπείθονται tertia, & δεδμήμεσθα prima persona. Alias, cum misso eo de quo sermo est, ab vna persona transitus fit ad aliam, quod ἀποστροφὴ seu auersio proprie dicitur: atq; hæc figura imitatione verborum loquentis, auditorem mouet atq; ducit. tale est,

Ἕκτωρ δὲ Τρώεσσιν ἐκέκλετο μακρὸν ἀΰσας

Νηυσὶν ἐπισσεύεσθαι, ἐᾶν δ' ἔναρα βροτόεντα. — Iliad. ο, 346

Ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε νεῶν ἑτέρωθι νοήσω.

A narratione enim & oratione obliqua ad mimesim, id est, directam, qua ipsis Hectoris verba referuntur, desciuit. Quin & in ipsa narratoria oratione sæpe apostropha vtitur: vt,

Ἀμφὶ σὲ Πηλέος υἱὲ μάχης ἀκόρητον Ἀχαιοί. — Iliad. υ, 2

Etiam personas in eo sermone mutat, quo verba alterius referuntur: vt,

——Ἠδὴ παισὶν ἐοικότες ἀγοράασθε — Iliad. β, 337

Νηπιάχοις, οἷς οὔ τι μέλει πολεμήϊα ἔργα.

Ἀτρείδη, σὺ δ' ἔθ' ὡς πρὶν ἔχων ἀστεμφέα βουλὴν

Ἄρχ' Ἀργείοισι κατὰ κρατερὰς ὑσμίνας,

Aliud genus Apostrophæ hoc est:

Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη pro οὐκ ἄν τις γνοίη. Et alibi: — Iliad. ε, 85

——Ὀδμὴ δ' ἡδεῖα ἀπὸ κρητῆρος ὀδώδει — Odyss. ι, 209

θεσπεσίη, τότ' ἂν οὔ τοι ἀποσχέσθαι φίλον ἦεν.

Participiis vtitur loco verborum: vt,

——ἐνὶ κήπῳ καρπῷ βριθομένη——pro βρίθεται — Iliad. θ, 306

ἐπεὶ οἵ γ' ἐπίλασαν, πρὶν εἰδότες.——pro εἰδέναι. — Odyss. ι, 113

Sæpenumero etiam articulos permutat, loco subiunctiuorum præpositiuis vtens: vt,

Τὰς ἔτεκε ζεφύρῳ ἀνέμῳ ἅρπυια Ποδάργη. pro ἅς. — Iliad. π, 150

Ἔτι καὶ θώρηχ', ὃ δ' ἦν ἀπόλωλε πιστὸς ἑταῖρος. pro ὃς ac vice versa. — Iliad. ρ, 460

Ita præpositiones etiam solet commutare: vt,

χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα. pro ἐπὶ δαῖτα Sic &, — Iliad. α, 424

νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν.—— — Ibid. 10.

Ac præpositionibus præterea nomen alieno casu subdit. vt,

Μή πως καὶ διὰ νύκτα μενοινήσωσι μάχεσθαι, pro διὰ νυκτός. Aliquando præpositiones omittuntur, vt τῆς ἔχε κεῖτ' ἀχέων.——id est περὶ ἧς. &——ποτιδέγμενος εἴ τί μιν εἴποι pro προσείποι & alias quoque præpositiones qua permutat, qua omittit. Aduerbus quoq; localibus, ad locum, in loco, vel de loco significantibus promiscue vtitur: vt, — Iliad. κ, 101. — Iliad. β, 694. — Odyss. ψ, 91.

γουνοὶ δ' ἐπίγουνα κάθιζεν. pro ἐπίγουνα. &, — Iliad. ν, 219.

Tenue, quod & materiam dicendi sumsit exilem, & dictione gracili comprehenditur: vt, Iliad. ι. 466.

> Ὣς εἰπὼν οὗ παιδὸς ὀρέξατο φαίδιμος Ἕκτωρ·
> Ἂψ δ' ὁ πάϊς πρὸς κόλπον ἐϋζώνοιο τιθήνης
> Ἐκλίνθη ἰάχων, πατρὸς φίλου ὄψιν ἀτυχθεὶς,
> Ταρβήσας χαλκόν τ' ἠδὲ λόφον ἱππιοχαίτην.

Medium quod vtrique interiectum, hoc grandius, illo humilius est: vt, Initio Odyss. χ.

> Αὐτὰρ ὁ γυμνώθη ῥακέων πολύμητις Ὀδυσσεὺς,
> Ἆλτο δ' ἐπὶ μέγαν οὐδὸν ἔχων βιὸν ἠδὲ φαρέτρην
> Ἰῶν ἐμπλείην, ταχέας δ' ἐκχεύατ' ὀϊστοὺς
> Αὐτοῦ πρόσθε ποδῶν, μετὰ δὲ μνηστῆρσιν ἔειπεν.

Frequens esse apud hunc poetam orationis etiam id genus quod floridū dicitur, quia floris instar pulchritudinem habeat, gratiamque oblectando aptā, quid dicere attinet? Nam tali apparatu repleta est eius poesis. Forma igitur dictionis Homericæ eam habet varietatem, quam indicauimus paucis expositis exemplis, ex quibus etiam alia intelligere liceat. Cæterum quoniā omnis sermo qui inter homines vsurpatur, aut historicus est, aut ciuilis: agedum dispiciamus, num & horum principia apud Homerum extent. Historica oratio est, quæ rerum præteritarū continet narrationem. Omni narrationi occasionem præbent hæc: persona, causa, locus tempus, instrumentum, actio, affectio modus: neque extra hæc quicquam vlla in historica narratione inest. Inuenias autem apud Poetam multas non modo rerum aut gestarum, aut tanquam gestarum narrationes: sed & singularum circumstantiarum. Personæ: vt *Oratio historica.* *Iliad. ε, initio.*

> *Inter Dardanidas præstans virtutis opumque*
> *Laude Dares erat, atque tuus Vulcane sacerdos.*
> *Huic duo erant nati quæcunque ad prælia docti*
> *Phageus, Ideusque, & noti fortibus armis.*

Aut cum formam alicuius describit, vt Thersitæ, Iliad β, 217.

> *Lumina distortus, claudum erus ille trahebat:*
> *Connexi in pectusque humeri, deformis acumen*
> *Insuper in summo capitis, tum glabra capilli*
> *Caluicies illum turpabant.*

—— & multa alia, quibus aut formam, aut mores, aut actionem, aut fortunam alicuius personæ solet enarrare, cuius generis est & hoc, Iliad. υ, 215.

> *Principio Iouis est de semine Dardanus ortus,*

ac quæ sequuntur in genealogia Æneæ. Loci descriptio: vt cum insulam insulæ Cyclopum vicinam, quæ eius forma, quantitas, ac qualitates, quid in ea & circum eam sit, explicat. Item cū narrat, quæ circa antrum Calypsonis fuerint. Odyss. ι, 116. Odyss. ε, 63.

> Ὕλη δὲ σπέος ἀμφὶ πεφύκει τηλεθόωσα,
> Κλήθρη τ' αἴγειρός τε καὶ εὐώδης κυπάρισσος.

Temporis vt,

> *Quippe nouem toti fluxerunt cælitus anni.* Et rursus: Iliad β, 134.
> *Aulide cum classis quondam conuenit Achiuûm,* Ibid. 303.
> *Troibus & Priamo tristem allatura ruinam.*

Causæ, cum indicat propter quid fiat res aliqua, aut facta sit, quale est illud initio Iliadis:

> *Quisnam illos superûm tam dira ad iurgia adegit?*
> *Quem Latona Ioui peperit, deus ille Pelasgum*
> *Iratus regi, pestem per castra malignam*
> *Dispersit, populum sæuo exitioque necauit:*
> *Pontifici nullū quod honorem habuisset Atrides*

Chrysæ: & cætera. Nam hic causa contentionis, quæ extitit inter Achillem & Agamemnonem, refertur: pestis, pestis causa, ira Apollinis: huius iniuria quā sacerdos ipsius erat affectus. Instrumenti, vt cum scutum describit, quod Achilli Vulcanus fabricatus est, & breuior alia hastæ Hectoris: Iliad. σ, 478 inde. Iliad. ζ, 318.

> *Huc superum gratus regi sese intulit Hector,*
> *Vndecimum in cubitum porrectum hastile gerebat*
> *Ille manu, ærata præfixum cuspide, & illam*
> *Fibula committens circumdabat aurea ligno.*

Actionum sunt cum aliæ, tum hę, Iliad δ, 444.

> *Atque illi, vt vacuo concursum est æquore campi,*
> *Inuadunt Martem clypeis, & robore & hastis,*
> *Dantque fragorem arma, inter sese vmbonibus asper*
> *Collisis late resonatque tumultus in auras.*

Vt cum conspecto gressum quis retulit angue. — Iliad.γ,33.

Ab aliis animalibus, à lepore & ceruo timiditatis,

Quid statis? cur hinnuleorum instarue pauetis? — Iliad.δ,243.

A canibus aliquando fortitudinis:

Vtq; canes validis duo freti dentibus— — Iliad.κ,360.

aliquando amoris erga prolem,

Vt cum pro teneris catulis canis anxia latrat. — Odyss.υ,14.

aliquando ad studium diligentiamq; custodiendi eam comparationem adhibet: — Iliad. κ,183.

Non secus atq; canes, pecoris custodia clausi

10 *Quis data, peruigiles sonitus cum fertur ad aures.*

Raptum, qui animose simul & nullo metu fit, lupis assimilauit: — Iliad.π,352.

Vtiq; agnos hædosue lupi inuasere feroces.

Fortes, & qui se de statione pelli nō sinant, exemplis aprorum, pardorum, & leonum depinxit: vnicuilibet id tribuens, quod esset naturæ ipsius proprium. Apris impetum ad pugnam, qui subsisti nequit: — Iliad.δ,253.

Qualis apri, ad pugnam talis tunc impetus acrem — Iliad.φ,577

Idomenea tulit.—

Pardali, audaciam compesci nesciam: — Iliad.υ,170.

Nec transfixa grauis sæuam vim desinit hasta. — Iliad. ζ, fine.

20 Leonibus cunctationem, sed quæ in animosum erumpat facinus,

Tum geminum latus ille, & verberat ilia cauda:

Rursum viri fortis cursum equo cibi saturo confert, — Iliad.λ,557.

Qualis vbi satur, & stare ad præsepe recusans

Fertur equus.—

Contra tardum incessum, ac inuictam in eo perseuerantiam sic indicauit, — Iliad.β,480.

Qualis vbi inuitis asinus cum fertur in agros, Et pascit pueris.—

Formam regiam & excellentem, sic:

Qualis in armento bos præstantissimus omni.

Nec maritimorum quidem animalium similitudines præteriit. Polypi permansionem & quam

30 vix à saxo auelli possit, in his extulit, — Odyss.ε,432.

Vt cum polypodem cæca extraxere cauerna.

Delphini principatum & imperium in alios, ita: — Iliad.φ,22.

Ingentem vel vti pisces delphina marini, &c.

Sæpenumero etiam quæ ab hominibus agerentur, aliis comparat actionibus: vt, — Iliad.λ,670.

Quales messores, qui parte ab vtraque locati,

& cætera: quibus virorum sedulitatem ac laboris tolerantiam exponit.

Perspicua similitudine exprobrat parum virilem fletum, — Iliad.π, initio.

Quid ploras instar teneræ Patrocle puellæ?

40 Elementis quoq; comparare ausus est humanas actiones: vt, — Iliad.β,394.

Sic fatum populus clamore excepit Achiuum

Ingenti, qualis resonat vox littore in alto,

Cum procurrenti scopulo in mare turbidus Auster

Allidit fluctus, quem nunquam non grauis vnda

Verberat omnigenis agitantibus æquora ventis.

Apparet autem hic eum & auxesi vsum esse, & hyperbola. Non enim contentus fuit clamorem sonitui fluctus conferre: sed addidit talis fluctus, qualis ad altum litus appellitur, ibiq; elatus in sublime, maiorem sonitū dat, neq; fluctum simpliciter dixit, sed ab austro excitatum, qui maxi-

50 me humida mouet: idq; in scopulo qui in mare protenditur, ab eoq; alliditur: itaque perpetuo fluctibus feritur, vndecunq; venti incidāt. Hoc ille modo narrationes suas elaborauit: quod ex his paucis exemplis liceat etiā in multis deprehendere. Consideremus nunc alia quoq; orationis genera, vt ea primum omniū Homerus animo conceperit, euidenterq; composuerit. Hic quoq; similiter pauca exempla proposita reliquorum intelligentiam patefacient. Oratio contemplatiua (sic appellemus theoreticam) est, quæ ea quæ theoremata dicuntur, complectitur sunt aūt ea disciplinarum præcepta, siue veritatis artificiosa cognitio, per hæc naturā diuinarū humanarumq; rerum cognoscere, virtutes ac vitia morum distinguere datur: ac præterea intelligere, artene aliqua disserendi indagare veritatem conueniat. Tractauerunt ista ij qui philosophiæ studium suū vitamq; addixerunt: & adhuc partes philosophiæ habentur, Physica, Ethica, ac Dialectica. Quod si ergo deprehendamus omniū horum initia ac semina Homerum scriptis suis inseruisse, cur nō is maiori, quam quiuis alius, admiratione dignus habeatur? Neq; alienum

Oratio philosophica.

Philosophiæ partes.

à ratione

à ratione videri debet si quædã per ambages & fabulas indicauit. Hæc enim causa est poëseos, isq; mos veterũ: vt & qui discendi studio tenentur, quadam subtilitate illecti, eò facilius inquirerent veritatem, atque inuenirent: & indociles ea non contemnerent, quæ nequirent assequi. Nescio enim quomodo id quod occultè dicitur, in admiratione habetur: cũ contra vile videatur, quod manifesto effertur. Initiũ ergo sumamus ab vniuersi exordio & ortu, quæ Thales Milesius ad aquæ substantiam refert. Videamus, an nõ primus hoc senserit Homerus, cũ diceret:

Physica de rerum principiis.

Iliad.ξ. 246.

Præbuit Oceanus cunctis primordia rebus.

Post hunc Xenophanes Colophonius principia rerum autumans aquam esse ac terram, videtur ansam arripuisse de Homerico isto, 10

Iliad.η.99.

Vos vero in terram cuncti redigamini, aquamque.

Significat enim dissolutionem vniuersi in principia ea, ex quibus ortum habet. Maxime autem vera opinio quatuor elementa perhibet, ignẽ, aerem, aquam & terram: quę videntur ipsa quoq; Homero nota fuisse, singulorum enim non semel meminit. Quin & ordinem eorũ intellexit. Nam quod terra infimum sit omnium, consideremus: Cum mundus sit globosus, rectè quidem superiorem locum cœlo, quod complectitur omnia, tribueris. Terra aũt in medio prorsus constituta, inferior continente eã cœlo est. Id Poeta præsertim ibi ostendit, vbi Iupiter ait, se demissa è cœlo catena terram ac mare sursum attractuũ, ita vt omnia in sublimi pendeant. Locus est Iliadis octaui libri initio. Porrò cum supra terram sit aer, hoc ipsò sublimiorem ætherem facit:

Elementa.

Iliad.ξ. 287.

Abiete conspicua procera, quæ super Idà
Vertice ad æthercam sublata per aera sedem 20
Creuerat—Æthere cœlum superius.

Ilia.ρ.424.

—*Sterilemque per æthera longe*
It strepitus cælo vehemens pugnantibus illis.

Item illud:

Iliad.α.497.

ἠερίη δ' ἀνέβη μέγαν οὐρανὸν Οὔλυμπόν τε.

Partem enim aeris purissimam, quæ summo loco est, longissimeq; à terra & eius exhalationibus remota, Olympum aiunt dici, quasi ὅλον λαμπρὸν, id est, totum splendidum. Quod autem Iuno Iouis vxor dicitur, cuius est soror, videtur eo sensu dictum, quod Iuno intelligatur esse aer, quæ est humida substantia, vnde etiam dicit,

——ἠέρα δ' ἥρη . Πίτνα πρόσθε βαθεῖαν.—— 30

Iliad.φ. initio.

Iupiter autem æther sit, quæ est substantia ignea, & calida, vnde illud,

Sorte Ioui datus æther, cælum, nebulaq;.

Iliad.ο, 192.

Germani itaq; videbantur propter contiguitatem ac quandam similitudinem: vtrumq; enim elementum leue, & quod in motu sit: coniuges dicuntur, quod eorum coitu omnia nascantur. Itaq; etiam in Ida congrediuntur, terraq; eis herbas ac flores edit. Eodem pertinet, quod Iupiter dicit, se suspendisse Iunonem, appensis ad pedes eius duabus incudibus; nimirũ hæ sunt terra & aqua. Maximè autem elementorum conficiunt explicationem, quæ apud eum loquitur Neptunus, tres esse filios Saturni & Rheę, Iouem scilicet, se, & Plutonem, qui inferis imperet: in tres partes vniuersum esse tributum, ità vt cuiuis sua obtigerit dignitas. Ioui enim cessisse ignis substantiam, sibi Neptuno aquæ, Plutoni aeris: eum enim vocat ζόφον ἠερόεντα, quia lumen proprium non habet, sed à Sole, Luna, reliquisque illustratur stellis. Quarta communis omnib. relicta esse dicitur terra. Nam cùm trium elementorum natura in perpetuo sit motu, sola terra immobilis permanet. Atque huic Olympum adiungit: qui si mons sit, pars vtique est terræ: sin cœli splendidissima & purissima pars, etiam hæc erat quinta cũ elementis essentia: in qua sententia nobiles quidam fuerunt philosophi. Itaque conuenienter vtrunque commune dixit: & terram quæ infima est ob grauitatem, & cœlum quod ob leuitatem est summum, quippe versus hæc ea quę in medio sunt aliàs deferuntur, aliàs efferuntur. Porro cum elementorum natura ex contrariis constet, siccitate, humiditate, caliditate & frigiditate: eademq; ob mutuam proportionem atque temperamentum vniuersas res producant: cumque partes vniuersi mutationibus sint obnoxiæ, interim tamen ipsum nequaquam dissoluatur: hæc inquam cum sint, Empedocles vniuersa constare dixit, 50

Iliad.ξ,146.
Iliad.θ,18.
Ibid.185.

Vinculo amicitiæ coalescant cum modo cuncta,
Dissidiis in diuersa alias cum pondere vergant
Singula,—elementorum enim concordiam & vnitionẽ amicitiæ vocabulo afficit, discordiæ contrarium. At Homerus eo prior, per ambages amicitiam istam, discordiamque innuit, his verbis:

Nunc terra fines vado inspectura feracis,
Principiumque deûm Oceanum, & Thetyn genitricem,
Dissidiis quorum longis imponere finem. Visendo institui.

Iliad.ξ,200.

Tale

Tale est etiam, quod Martis ac Veneris fabula innuit, quorum hæc Empedolceæ amicitiæ, ille discordiæ respondet. Itaq; aliquando congrediuntur, aliquando disiunguntur. Indicat eos Sol, ac vinculis eos constringit Vulcanus: soluit autem Neptunus. Vnde apparet, calidam naturam ac siccam, tum huic contrariam quæ frigida est & humida, aliquando omnia componere aliquando dissoluere. Quibus conuenit id quod ab aliis est poetis traditū, ex Martis & Veneris coitu Harmoniam ortam: nimirū ex contrariis, grauibus ac leuibus certa ratione temperatis, quandam conuenientiam. Quomodo autem repugnent sibi inuicem ea quæ contrariæ sunt naturæ, id occulte indicauit Poeta, vbi deorum aduersos ordines describit, Græcis partim, partim Troianis auxiliantium, singulorum vim sub inuolucro proponens. Ac Apollinem quidem Neptuno opponit, calidum & siccum frigido humidoq;: Mineruam vero Marti, ratione præditum ei quod rationis est expers, hoc est bonum malo, tum Iunonem Dianæ, id est, aerem stabilem Lunæ mobilissimæ. Item Mercurium Latonæ, cum ille rationem notet, quę semper inquirit & meminit: hæc obliuionem, ei contrariam. denique Vulcanum fluuio eadem ratione, qua Solem mari. Spectatorem pugnę, eaq; gaudentem, facit deorum principem. Apparet porro ex prædictis, id quoq; Homerum innuisse, vnicum esse mundum, eumq; finitum. Nam si infinitus esset, non diuideretur in partes finito numero comprehensas. Et quidem ipsum Vniuersi nomen, vnum aliquid designat: *sicut & in aliis multis pro singulari vtitur plurali. Idque ipsum apertius ostendit, dicens:—*fines terræ.* & rursus:

Odyss.θ.266. *Iliad.υ,67. & φ,210.* *Mundus vnus & finitus.*

Non si telluris fines adeas, pelagiue
Extremos.——— Idem:
Multiiugi super extremo tum vertice Olympi.

Iliad.ξ,200. *Iliad.θ,478.*

Vbi enim est summitas aut extremum, ibi etiam finis. De Sole quoq; quid senserit, manifestum est: nempe eum motu circulari ferri, ac modo supra terram extare, modo infra eam descendere. Hoc enim illi versus docent:

Iliad.α,499. Sol.

O socii, neque enim noctis qua parte tenebræ
Nascantur, vel qua roseis aurora quadrigis
Vecta diem referat, præceps vbi lampada condat
Titan, qua curru terram supere tue supino,
Nouimus.—Sensit etiam, cum semper supra nos ferri, itaq; eum Hyperionem appellat. Eundem ex aqua terram circumdante, id est, Oceano oriri, inque eandem occidere scribit, Ortum ita explicat:

Odyss.κ,191.

Interea stagnum Phoebea relinquit amœnum
Lampas, & arato sublata accedit Olympo,
Prabeat vt diuis lucem.—

Odyss.γ, initio.

Occasum sic:

Incidit Oceano clari lux splendida phœbi,
Frugiferæ noctem telluriq; intulit atram.

Iliad.θ,486.

Formam quoq; eius monstrat:

—*splendebat solis & instar.*

Odyss.τ,234.

Magnitudinem:

Vt supra terram nitidus sese extulerat Sol.

Iliad.λ,734.

Item disertius,

Vt medium cursu Titan superauit Olympum.

Iliad.θ,68.

Vim,

Sol qui cuncta videt, qui præsens omnia inaudit.

Iliad.γ.276.

Animatum esse eum, suaq; sponte & arbitrio moueri, indicat his verbis:

Sub terras lucem laturus manibus ibo.

Odyss.μ,381.

A quo eum Iupiter dehortans, inquit:

Phœbe tuam lucem tu diis ostendere perge,
Quiq; tenent terram mortalibus.

Ex quibus liquet, solem non esse ignem, sed aliam præstantiorem naturam: quod & Aristoteles censuit. Quippe cum ignis sursum feratur, anima careat, facile intercipiatur, interituiq; sit obnoxius: Sol in orbem fertur, viuus est, æternus, & interitus securus. Reliqua enim cœli sidera Homero non fuisse incognita, ex his constat, quæ scripsit.

Pleiadasq; Hyadasq; & vim grauis Orionis.

Iliad.σ,487.

Descripsit etiam Vrsam, quæ perpetuo conuertitur circa polum Septentrionalem, qui nobis semper apparet, ac quæ propter sublimitatem nunquam horizontem tangit. Ostendit etiā eodem tempore rotatione circumagi, & minimū Vrsæ, & maximum Orionis circulum. Meminit & tarde occidentis Bootis, qui rectus defertur, ac descendunt cum eo quatuor signa, qualia sex

Odyss.ε,273.

toti

toti nocti tribuuntur. Neq; mirari quisquam debet, quod non omnia quæ de siderum contemplatione habentur percensuit, sicut fecit Aratus: non enim hoc instituerat. Elementorũ quoq; e accidentia quæ sunt, vt motus terræ, & luminum defectus, quibus de causis existerent, non ignorauit. Cum enim vniuersa terra in se aliquid aëris, ignis & aquæ, à quibus ambitur etiam, contineat: consentaneum est, in eius profundo vapores ventosos coire. Hos, aiunt, si foras efferantur, aërem commouere, intus autem detentos intumescere, cum vi foras erumpere nitantur. *Terræmotus.* Quod autem spiritus intra terrã concluditur, mari adscribitur eius rei causa, quod aliquando exitus obturet: quo etiam aliquando cedẽte, aliquæ partes terræ corruant. Hæc Homerus cum sciret, causam terræ motuũ Neptuno tribuit, γαιήοχον eũ, quasi telluri tenentem & ἐνοσίχθονα, quod est motorem terræ, passim appellans. Quia vero ventis intra terram conclusis, tranquillitas aeris existit, & caligo, & Solis obscuratio: videamus an id quoq; nouerit. Finxit ergo Neptunum terram concutere, Achille ad pugnam egresso. *Iliad. υ. initio.* Qualis autem pridie fuerit aeris constitutio prædixerat, de Sarpedone loquens:

Iliad. π. 567. *Iuppiter ipse atra velans prælia nocte.*

Et rursus de Patroclo:

Iliad. ρ. 366 *Non adeo Solem, non tunc superesse Dianam*
Dixisses, tantæ crassus caliginis aer
Obstabat.

& paulo post precatur Aiax:

Ibid. 645. *Iuppiter è denso serua pater aere Graios,*
Atq. oculis lucem miseratus redde serenam.

Post terræ motũ vero, cum iam spiritus erupisset, vehemẽtes oborti sunt venti, hinc Iuno dicit:

Iliad. 335. *Ipsa Noti celerem à ponto, Zephyriq. procellam*
Excibo impellens.——

Postridie ventos Iris ad Patrocli rogum excitat,

Iliad. ψ. 213. *——at illi*
Ingenti stridore ruunt, seq. ante frequentes
Conturbant nubes.——

Eclipsis Solis. Quin & defectum Solis apparet eum intellexisse naturaliter fieri, cum Luna cũ eo coiens, inter nos eumq; ad rectam lineam intercedit, eiusq; conspectum nobis aufert. Cum enim prædixisset venturum Vlyssem,

Odyss. ξ. 161. *Iam finito alio mense atq. alio incipiente,*

(hoc est, coeunte Luna cum Sole: tum enim finis mensis prioris, & initium sequentis est) postquam Vlysses venit domum, vates hæc procis ait:

Odyss. υ. 351. *Vnde malum hoc miseri? vobis nox desuper atra*
Inuoluit capita & vultus, & fertur ad imos
Vsq. pedes: sed & vmbrosum vadentium ad Orcum
Vestibulum simulachra replent, aulamq. tremẽda:
Disperiit cælo Titan, ac luminis exors
(Infandum) tristi caligine inhorruit aer.

Venti. Ventorum porro naturam accurrate cognitam habuit. Ortus ijs ex humore. nam in aerem mutatur aqua, & ventus est fluens aer. Hoc ille eũ multis alijs locis indicat, tũ his præsertim verbis:

Odyss. κ. 478. *Humida ventorum vis.——*

Ordinem eorum recte explicauit ita:

Ibid. 296. *Vna Eurusq. Notusq. ruunt, Zephyrusq. procellis*
Creber, & ingentem, qui cælo nubila pellit,
Aduoluens fluctum Boreas.——

Primus horum ab ortu flat, secundus à meridie, tertius ab occasu, à septentrionibus quartus. Et subsolanus cum sit humidus, in Austrum calidum mutatur: is tenuior factus in Fauonium abit: atque hic adhuc tenuior redditus expurgatusque, fit aquilo. Inde hoc:

Ibid. 385. *Impulit hic celerem Boream, fluctusq. retundit.*

Naturæ conuenienter etiam eorum oppositionem extulit:

Ibid. 332. *Nunc auster Boreæ dimisit quippe ferendum,*
Nunc impellendum Zephyrus rapido dedit Euro.

Ibid. 279. Nouit etiam polum Septentrionalem supra terram esse eleuatum, nobis quidem qui hoc clima habitamus: & contra Austrinum infra terram depressum. Itaque de Borea cum dicit, eum serenitatem efficere, & magnum fluctum torquere, ad vim desuper incidentis venti respexit. *Pluuia.* Vocabulo ὤθει nisum à cauo ad sublime innuit. Pluuias ex humida exhalatione fieri intellexit, atque hisce indicauit verbis:

Sanguinis

Sanguinis humentes stillauit ab athere guttas. &,
Sanguinem in terras rorem diffudit. ——

Iliad.λ.54.
Iliad.459.

nam ante dixerat:

Quos vita exuerat dulci Gradiuus, eorum
Sparserat effuso Xanthi ripasq; cruore.

Iliad.η.329.

Vnde liquet, quod quæ ab aquis terrestribus sursum efferuntur humida aquisque permixta eadem similiter decidunt. Eodem pertinet & hoc:

Luce autumnale quando largissimus imber
——*Decidit.*

Iliad.π.385.

tunc enim Sol ex profundo terræ, quæ sicca admodum est, humorem

10 eleuat turbidum, ac terræ permixtum, isq; ob pondus confertim decidit. Vt autem exhalationes humidæ pluuias gignunt, ita siccæ ventos. At cum in nube ventus includitur, eamq; vi perrumpit, tonitrua fiunt & fulgura, & simul fulmen emittitur. Quod Poeta sciens, ita dixit:

Intonuit grauiter cum fulgure.—— &,
Tum simul horrendum intonuit Saturnius, atq;
Iniecit naui fulmen.——

Iliad.ϑ.594.
Odyss.μ.414

* * *

Deos esse, omnes sana mente præditi arbitrantur: interque hos Homerus primus est. Semper enim mentionem facit deorum vt eum dicit, μάκαρες θεοὶ, ῥεῖα ζώοντες, beati dii, & facile viuentes. cum enim sint immortales: facilem, & non cessaturam habent viuendi naturam, neque cibo o-

De diis.
Odyss.ζ.46.
Odyss.δ.805
Iliad.ε.341.

20 pus habent, sicut mortalium animalium corpora:

Nam neque edunt panem, neque vini ducere succos
Consueuere dii, quapropter sanguine cassi,
Atque immortales perhibentur.

Quoniam vero poesis deos requirebat agentes aliqua: vt sensibus quoque obiiceret quæ de iis dicebat, corpora illis affinxit. Et quia nullum corpus, excepto humano, sermone ac scientia præditū esse potest: itaq; singulos deos hominibus assimilauit. Porro magnitudine & pulcritudine eos exornans, simul hoc quoq; ostendit imagines & simulacra deorum humana forma expressa ac dedicata esse propterea, vt etiam qui minus sapiunt, deos tamen esse admoneretur. Ac quia præstantissimi philosophorum corpore vacare iudicant deorum principem atque imperatorē

30 menteq; potissimum esse intelligendum: videtur id quoq; Homerus sensisse, apud quem Iupiter dicitur

——*hominum pater atque deorum.* Idem,
O pater, & diuum princeps supreme potentum.

Passim.
Odyss.α.56.

Atque ipse ait:

Quam genere humano, diuisq; potentior ipsis
Sim, cernetis. & Minerua Ioui:
Nam satis inuicto scimus te robore fretum:

Iliad.ϑ.27.
Ibid.32.

Quod si id quoque quæratur, an mente sola percipi posse deum sciuerit: tametsi id palam non professus sit, quippe poesin condens fabulis permultis temperatam, tamen intelligi hoc potest

40 ex iis quæ dicit:

Inuenit solum secreta in sede sedentem
Illa Iouem,—— Item:
Solus in excelso cæli maneo ipse recessu,
Inde hac grata mea capiam spectacula menti.

Iliad.α.498.
Iliad.υ.22

Ipsa enim solitudo, & quod non permiscetur reliquis diis, sed secum se esse gaudet, seq; vtitur in ocio, semperq; vniuersas res temperat: hæc inquam deum exhibent, qui sola mente sentiatur. Sciebat autem hoc etiam, Deum esse mentem quæ omnia sciret, & administraret: Ita enim loquitur Neptunus:

Idem vtrique pater sane est, eadem patria ambos

50 *Protulit: in lucem sed me prior editus ille,*
Nouit plura.——

Iliad.ν.354.

Sæpe etiam hoc ponit:

Hic actū, aliud secum pater ipse volutat:

id nimirum significans, eum semper cogitare aliquid. Ad cogitationes Dei pertinent etiam prouidentia & fatum: de quibus multa apud Philosophos disputantur, quibus omnibus ansam præbuit Homerus. Ac de prouidentia quidem quid dicamus? cum per totam poesin dii non tantum ipsi inter se hominibus colloquantur, sed etiam in terram descendant, atque cum illis versentur. Pauca exempli causa consideremus. Tale est illud Iouis ad Neptunum:

Prouidentia & fatum.

Iliad.v.2C. *Quæ mea sit nostri frater sententia: curam*
Illorum, quanquam pereunt, gero.—— Et alibi,
Iliad.χ.170. *Proh mihi quam charus sua nunc vir mœnia circum*
Cursu agitur, nostrumq; vrget miseratio pectus.
Regiam quoq; dignitatem, & humanitatem, indicat his:
Nos Laertiada capiat ne obliuio magni?
Odyss.α.66. *Cuius in humana summa est sapientia gente,*
Sacra deum summaq; colit qui relligione.
In quibus vides, vt Vlyssem laudet primum à prudentia, deinde à deorum cultu. Passim autem licet animaduertere, quomodo deos inducat hominibus operam nauantes: vt Mineruam Achilli, quando Achilli, semper Vlyssi: Mercurium Priamo, & rursum Vlyssi. In vniuersum autem arbitratur deos semper hominibus adesse: Sic enim ait: 10
Odyss.ς.486. *Namq; peregrini sub forma sæpe, vagique*
Hospitu occulte superi plerunque latentes
Perlustrant vrbes, hominumque immitia facta,
Iustitiamque vident coram.——
Prouidentiæ deorum proprium est, quod volunt homines iuste viuere. Id euidentissime pronunciat Poeta:
Odyss.ξ.83. *Nam non facta hominum superis inhonesta probantur,*
Sed scelerum pœnas infligunt sontibus acres. Item, 20
Iliad.π.387. *Iusta Iouem quando in mortales asperat ira,*
Iudicia exercent qui vi, non legibus æquis.
Quemadmodum autem deos hominum curam gerere, ita homines quoq; eorumqua cunque fortuna memores induxit. Itaque & Imperator rebus secundis ait:
Iliad θ.527. *Damnabit voti Iupiter me, spero, diisque.*
Hinc diros arcebo canes, abigamque.——
& in periculo constitutus,
Iliad.ρ.646. *Iuppiter è denso serua pater aere Graios.*
Item interfecto hoste, ille:
Iliad.χ.381. *Hunc hominem postquam superi iugulare dederunt.* 30
at moriens alter:
Ibid 359 *Tu caue, me propter tibi ne diuum ingruat ira.*
Vnde ergo, nisi ex his, ortum est Stoicorum illud decretum? Proinde vnum esse mundum, in quo cum diis homines versentur tanquam in republica, iustitiæ communicatione coniuncti, docet. Cum enim scribit:
Iliad.v.initio. *Concilium Themidem superis indicere mandat*
Iuppiter.—— & paulo post,
Cur ad concilium Saturno nate vocasti
Cælicolas: num res Danaum Troumq; volutas?
quid aliud hæc ostendunt, quam ciuitatis in morem gubernari mundum consiliaq; capere deos, principe deliberationis eo qui est deorum & hominum pater? De fato sententiam perspicue his verbis indicat: 40
Iliad.ζ 488. *Nemo adeo, siue ille malus, siue est bonus, vnquam*
Natus homo, sese potuit subducere fato.
Fatum. Voluntas. atque aliis etiam locis vim fati confirmauit. Sensit autem id, quod post eum nobilissimi philosophi, Plato, Aristoteles & Theophrastus, non omnia fato euenire, sed & in hominibus aliquid esse positum, quibus initium quidem à voluntate est: cum eo autem coniungitur quodammodo necessarium, cum quis eo quod volebat acto, in id quod nolebat incidit. Hoc multis locis aperte monstrauit, atq; adeo vtriusq; poeseos initio. Nam in Iliade dicens, iram Achilli, causam exitii Græcis fuisse, tunc Iouis voluntati satisfactũ ita scribit. In Vlyssea monstrat, socios Vlyssis sua stultitia in perniciem prolapsos: peccauerunt enim cum sacros Soli boues aggressi sunt, quibus abstinere licebat. Erat enim prædictum, 50
Odyss.μ.138. *Si cordi reditus vobis, neq; tangere Solis*
Armenta est: Ithacam, quamuis mala plurima passi,
Ibitis: exitio stabit tetigisse supremo.
Itaq; ergo in ipsorum erat potestate, abstinere ab iniuria: quod autem ob illatam iniuriam perierunt, fato consecutum est. Licet etiam id quod aliâs euenturum erat, prudentiæ auxilio effugere, quod hoc exemplo docet:

Hic

Hic etiam præter fatum periisset Vlysses, | Odyss. ε. 327.
Quantumuis patiens: in mentem cæsia Paras
Consilium præsens illi nisi prompta dedisset.
Irruit, atq; manu saxum complexus vtraque,
Multa gemēs retinet, dum fluctus transeat ingens.

Hic enim vice versa cum esset periturus, à prouidentia seruatus est. Cæterum quemadmodum Philosophi de multis ac variis rebus diuinis loquendi ansas ex Homero plerumq; sumserunt, ita etiam de humanis. Primum hoc in disputatione de Anima experiemur: Omniū de hac opinionum nobilissima est Pythagoræ ac Platonis, qui eam immortalem asserunt: & quidem ei Plato etiam alas affingit. Quis ergo primus hoc pronunciauit? Homerus, qui præter alia hoc quoque dixit: | De anima.

Ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη, ἄϊδος δὲ βεβήκει | Iliad. χ. 363.

vocabulo ἄϊδος intelligit locum qui videri non possit: siue aërem quis accipiat, siue locum sub terra. Tum in Iliade Patrocli animam fingens dormienti adstare Achilli:

(*Inde Menætiadæ miserandi anima astitit illi*) | Iliad. ψ. 66.

sermonem ei attribuit, in quo & hæc sunt:

Nam simulachra procul me arcent, & lumine vitæ
Iam cassorum animæ.——

In Necya autem quid aliud tota agit, quam vt post mortem superesse animas ostendat & loqui, simulatq; sanguinem biberint? Sciebat enim, sanguinem esse alimentum spiritus: ac spiritum esse vel ipsam animam, vel animæ vehiculum. Apertissime autem hoc quoq; pronunciauit, se hominem nihil aliud existimare, quam animam. Ita enim scribit:

Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Θηβαίου Τειρεσίαο, | Odyss. λ. 91.
Χρύσεον σκῆπτρον ἔχων.——

Dedita enim opera cum substantiuum ψυχὴ fœminino genere posuisset, masculino genere adiectuum applicauit, vt ostenderet ipsam animam esse Tiresiam. Atque iterum post:

Τὸν δὲ μετ' εἰσενόησα βίην Ἡρακληείην | Ibid. 600.
Εἴδωλον, αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι.

nam hîc quoq; ostendit quod simulacrum, quod à corpore auolarat, neque quicquam secum illius materiæ traheret, imaginatus sit: purissima autem animæ pars quæ discessisset, ipse fuerit Hercules. Hinc philosophis id quoq; videtur, corpus esse quodammodo carcerē animæ. Quod & ipsum primus ostendit Homerus. Corpus enim viuentium semper appellat δέμας: vt,

Οὐ δέμας, οὔτε φυήν. Et, | Iliad. α, 115.
——δέμας δ' ἤϊκτο γυναικί. Et iterum, | Odyss. δ. 796
——Ἤτοι ἐμὴν ἀρετὴν, εἶδός τε δέμας τε. | Odyss. σ. 251.

Id autem, quod amisit animam, σῶμα neque aliud quicquam appellat: vt in his,

Σῶμα δὲ οἴκαδ' ἐμὸν δόμεναι πάλιν Et, | Iliad. χ, 343.
Σώματ' ἀκηδέα κεῖται ἐνὶ μεγάροις Ὀδυσῆος. Et, | Odyss. ω, 185.
Σῶμα γὰρ ἐν μεγάροις Κίρκης κατελείπομεν αὐτοί. | Odyss. λ. 54

Idem enim corpus viuo homine veluti vinculum quoddam erat animæ: & eo mortuo, quasi σῆμα, id est monimentum relinquitur. His consequens est aliud Pythagoræ decretum mortuorum, nempe animas transire in formas alias corporum. Sed ne ne hoc quidem ab opinione Homeri alienum est. Qui enim induxit Hectorem cum equis colloquentem, & Antilochum, ipsumque Achillem: atque hunc quidem non loquentem modo, sed & audientem verba equi: tum canem qui hominib. prius, iisque domesticis, Vlyssem cognouerit: quid aliud quam communitatem rationis agnationemque humanæ cum brutorum animis ostendit? Ii quoque qui Solis boues ederunt, ideoque periere, monstrant, non boues modo, sed & alia quæuis animalia, vt eandem viuendi naturam sortita, à diis magni fieri. Tum quod socii Vlyssis mutantur in porcos, & alia id generis animātia, eo ænigmate innuitur, dementium hominum animas in bestiarum corpora immigrare, cum incidant in vniuersi circularem reuolutionem: quam Circen ipse appellat, & (vt par erat) Solis filiam facit, habitantem in insula Ææa: cui insulæ à verbo αἰάζειν nomen dedit, quia homines propter mortem lamentantur. Atqui Vlysses, qui esset sapens, istā mutationem perpessus non est: contra eam à Mercurio, id est, ratione, munitus. Ac idem ille ad inferos descendit, quasi indicans, à corpore animam posse separari, inspectorq; fit animarum cum bonarum, tum malarum. Ipsam porro animam Stoici definiunt spiritum cognatum, & exhalationem sensibus præditam, quæ ex humore corporis accendatur. In hoc Homerum secuti sunt, dicentem:

——Dumque halitus hos reget artus, | Iliad κ. 89.
Et iterum,
Ipsa infrà terram tenuis ceu fumus abiuit. | Iliad. ψ. 100.

In his animam viuificantem humidæ rei comparat: eam vero quæ iam extinguitur, fumo. Quin & ipso spiritus vocabulo vtitur, de anima loquens:

Iliad. ε. 162.
Sic ait, atq; animi magnam inspirauit ei vim.

Et alibi:

Expirans animam.—— Item,

Iliad. δ. 524.
Iliad. χ. 475.
Hæc vbi respirauit, & in præcordia rursum
Vis animi est collecta. id est, postquam spiritum dispersum collegit. Item,

Iliad. ε. 697.
Tum respirauit rursum, Borea simul afflans
Pene exhalantem vitam leuis aura refecit.

Nam animo deficientis spiritum externus flatus refocillans, quippe cognatus, in vitam reuocat. Huc facit, quod & externo spiritui id nominis tribuit: vnde animam Græci deducunt,

Iliad. ν. 440.
ἄψ μάλα ψύξασα volens dicere, Contra spirans. Iam Plato atq; Aristoteles incorporeã esse animam senserunt, sed quæ semper circa corpus versaretur, eoq; vehiculi loco vteretur: inde etiam à corpore digressam, spirituale quoddam quasi impressum simulacrum sæpe secum trahere, seruantem eam qua in corpore fuerat prædita formam. Ita Homerum quoque nunquã in sua poesi inuenies corpoream dicere animam: corporis enim vocabulum cadaueri vbique attribuit, vt & ante paucis ostendimus. Cum autem animæ, etiam philosophorum iudicio, pars ratione prædita, in capite sit collocata: altera ratione carens, cuius ea vis, qua irascimur in corde sedem habet: quæ appetit, in ventri propinquis partibus: videamus numnam iis prior Homerus hoc nouerit discrimen. Finxit enim Achillis rationem iræ reluctantem, eumque eodem momento deliberantem, vtrum vlcisceretur eum, à quo fuerat læsus, an vero iram compesceret:

Facultates animæ.

Iliad. α. 193.
Hæc inter mentis iussus, animique furorem
Voluebat dubius.—— nimirum recta ratione & ira luctantibus inter se: ab illa autem superatam fuisse iram, Minerua superueniens indicat. Atq; alibi etiam rationem ostendit, quę irascenti parti præcipiat, atq; tanquam subdito magistratus imperet:

Odyss. υ. 18.
Passe anime his grauiora feras.

Ac sæpe quidem irascens pars rationi obtemperat: vt hic, sequitur enim,

Sic animi motum fatus reprehendit: & illi
Paruit, exemplo rationis, consilio cor.

Sic & ea pars qua dolemus, rationis dicto audiens inducitur:

Iliad. τ. 65.
Nunc quanquam tristes, quæ præcessere sinamus:
Cogamusq; animo iustum parere dolorem.

Aliquando iram rationi præualentem ostendit: non obscure ostendens, se id non laudare, sed vituperare, vt cum Nestor Agamemnoni exprobrat iniuriam, qua Achillem affecerat:

Iliad. ι. 108.
Non equidem arbitrio nostro, nam plurima contra
Dicebam, cordis motus tu vero secutus
Indomiti, charum superis iniustus Achillem
Læsisti —— Similia horum sunt Achillis ad Aiacem verba:

Ibid. 642.
Recte cuncta quidem mihi tu dixisse videris,
Sed mihi cor penitus turgescit tristibus iris,
Cum decore atque omni me orbatum laude recordor.

Sic & à metu nonnunquam ratio vincitur, vt cum Hector cogitasset pugna Achillem subsistere,

Præstat quam primum sæuis concurrere telis,
Et superum quæ sit ferro tentare voluntas.

Iliad. χ. 130.
mox appropinquante Achille, retrocedit:

Hunc simul aspexitque timoreque inhorruit Hector,
Nec iam stare loco valuit, sed territus intra
Portam abiit.——

Id quoque manifestum est, affectus ab eo in corde collocari. Iram: vt,

Affectus.
Ody. υ. 13.
Iliad. ω. 128.
—— *Intus latrabat ei cor.* Dolorem: vt,
Quo tandem vsq; tuum cor edes mi nate dolendo?

Metum: vt,

Iliad. κ. 94.
Cor mihi quippe fuga linquit præcordia, & extra
Procurrit, mihi membra metus quassatque tremore.

Eodem modo etiam audaciam, siue animi confidentiam in corde reponit:

Iliad.
Perpetuique iubet cor prælia Martis obire

Expræ.

Ex prædictis visum est, Stoicis principatum animi in corde esse, concupiscentiam circa ventrem habitare. Id Homerus multis indicat: atque hoc etiam, (Odyss. ρ, 54. Odyss. ρ, 287)

Ad pugnam sed me venter damnosus adegit. Et,
Non occultari ventris damnosa cupido
Sustinet.— Causas quoq; & naturam affectuum, qui irascenti animæ accidunt, monstrauit, Itam ab iniuria excitari, esse sanguinis efferuescentiam, & eius qui huic inest spiritus, ostendens ait: (Iliad. α, 103)

Indoluit, saue præcordia concitaque æstu
Intumuere, oculis arsitque furentibus ignis.

Pro æstu habet μένος, quo spiritum notat vocabulo, qui insit, & iratis incendatur. Idem rursus spiritus in metu perculsis, confunditur atq; refrigeratur: & ob id horrores & tremores, ac pallores in corporibus eueniunt. Hæc enim omnia refrigeratio efficit: pallorem, quod calore in medio concurrente rubor superficiem relinquit: tremorem, quod intus collectus agitatusque spiritus, corpus pulsat: horrorem, quod humore densato pili pressi eriguntur: Hæc omnia Homerus diserte indicat, ita: (Ilia. γ, initio. Sæpe. Iliad. κ, 93)

Pallentesque metu.— &,
Pallidus inuasit metus hos.— &,
— *mihi membra metus, quassatq; tremore.* Item,
Sic fatur: sed mens longæuo protinus ingenti
Est confusa metu, rectis per membra pilis; (Iliad. ω, 347)
Tunc steterunt.— Eadem de causa, pro extimuit, ῥίγησε ponit, quod est, diriguit: & metum κρυόεντα vocat, id est gelidum: & cum audaciam, tum bonam spem, θαλπωρὴν appellat, quasi calorem diceret. Atque hoc modo ille prauos affectus diuisit. Cum vero Aristoteles indignationem (id enim Nemesin intelligi volumus) & miserationem bonos affectus censeat: (nam Nemesis est, cum boni ægre ferunt rebus secundis indignos vti: miseratio, cum ægre ferunt bonis male esse) etiam hæc Homerus bonis conuenire censet, cum ipsi adeo Ioui tribuat, Nam inter alia sic quoque scribit: (Iliad. χ, 168)

Maiori tamen Aiaci concurrere cauit,
Succensebat ei quoniam Saturnius ipse,
Obuius aduerso sise ferret meliori.

Atque idem Iupiter alibi eundem Hectorem miseratur, cũ circa mœnia fugaretur. De virtute porro & vitio animi quid senserit, passim significat. Cum enim animi pars aliqua intelligentia sit & ratione prædita: altera bruta, & affectibus obnoxia: ideoque medium inter Deum & bestiã homo locum teneat: Poeta summam virtutem, diuinam censet: & extremum vitium belluinum: quod ipsum postea Aristoteles indicauit. Atq; hoc in comparationibus declarat: Semper enim bonos θεοειδεῖς, id est, deorum similes appellat: (Virtus & vitium.)

—*Consilioque pares diuum genitori.* (Iliad. β, 167)

De vitiosis: timidos fugacibus ceruis adsimilat, & pastore carentibus ouibus, & leporibus agitatis. De iis autem qui temere & inconsiderate ira efferuntur, scribit: (Iliad. ν, 101)

Non furor est tantus panthera, siue leonis, (Iliad. ν, 474)
Siue immanis apri, quo vix vehementius vlla (Iliad. ρ, 20)
Perfurit, aut rabie desæuit bestia tanta;
Panthoida claris est quanta ferocia in armis.

Dolore grauiori affectorum eiulatus vocibus lusciniæ contulit, quæ (Odyss. π, 17)

Amissos queritur fœtus: quos durus arator
Obseruans, nido implumes detraxit.—

Virtutem porro Stoici in vacuitate affectuum ponunt, ea secuti, quæ Homerus dicendo omnem affectum sustulit, vt de dolore ait,

Quo magis est æquum tumulis mandare peremptos, (Iliad. τ, 228)
Immaniq; animo fletum donare diurnum? &,
Quid tenera ploras instar Patrocle puellæ? (Ilia. π, initio)

De ira autem,

O vtinam ex hominum & diuum contentio cœtu, (Iliad. σ, 107)
Iraque tollatur.— De metu: (Iliad. ν, 232)
Vt metuam nobis, frustrane perge monere. &,
Eminus at si quis nostrum vel cominus ictus (Iliad. ρ, 494)
Occumbat, pereat sane.— (Iliad. ν, 561)

Ita etiam ad singulare certamen prouocati, absque metu patent, pluresque vnius loco prodeunt. Et qui vulnus acceperat, nihilominus forti est animo, atque ait: (Iliad. λ, 388)

Te strinxisse pedis calcem mihi vulnere iactas.

In Iliade passim ι,782. &c.

Et fortis quisq; confertur leoni, apro, torrenti, aut procellæ. Contra Peripatetici vacuitatẹ affectuum humana conditione superiorem iudicantes, moderationem eorum statuunt, excessuque eorum sublato virtutem mediocritate describunt. Ita Homerus etiam præstantissimum quenq; neq; abiecto animo, neq; tamen omni timore vacuum atque dolore, sed hoc præstantem deterioribus inducit, quod non omnino ab affectibus regatur. Hæc enim eius sunt:

Iliad. ν,281.

Semper degeneris mutatur enim color, atq;
Stare loco haud patitur mens irrequieta pauentem,
Vsq; metu mortu quatiens præcordia, & ipses
Collidens trepido dentes stridore sonantes.
Semper adest forti color idem, nec grauis illum
Pertentat nimium metus.——

Quibus perspicue nimium metum generoso animo adimens, moderatum aliquem eidem relinquit. Quod idem de similibus affectionibus, dolore nimirum, & ira, intelligendum est. Tale est & hoc:

Iliad. η,215.

Troibus Aiacem membra intremuère videndo:
Ipse etiam pulsum persensit pectoris Hector.

Iliad. κ,358. Iliad. φ,34. Iliad. λ,546. Iliad. ρ,109. Odyss. ι,412.

nam cum alii etiam aspectu tremerent, is qui in periculo esset constitutus, fortis quia erat, tantum animi motu afficiebatur. Sic aliter Dolonem vel Lycaonem fugere facit, aliter Aiacem & Menelaum: retrocedentes hos, & pedetentim se recipientes: veluti leones à stabulo profligatos. Eodem modo dolentium & lætantium discrimina constituit. Verbi gratia: Vlysses, narrans quomodo Cyclopibus imposuisset: ait,

——Est mihi tunc in pectore risus obortus.

At proci eum prostratum viderunt Irum,

Odyss. σ,99.

Sublatis manibus risu tum dissoluerunt.

Discrimen autem vtrisq; in inferioribus apparet. Et Vlysses quidem vxorem suam charam sibi videns ipsius causa flere, præfert, nam ei

Odyss. τ,211.

Intra palpebras, veluti si cornea haberet,
Ferrea, siue immota manebant lumina.——

At procis amore eius correptis, cum eam cernent,

Odyss. σ,212.

Genua labant, vis alta animum permutat amoris,
Concubitumq; eius voto sibi quilibet optat.

De felicitate

Talia Hometus habet de animi facultatibus atq; perturbationibus. Cum vero de bonis & felicitate multa sint à philosophis dicta, id apud omnes constat, maximum bonorum esse virtutem animi. Sed Stoici virtutem sufficere putant ad beatitaté: occasione ex Homericis petita, qui sapientissimum ac prudentissimum virum Vlyssem fingit, gloriæ causa labores summos perferre, ac voluptates contemnere. Prius ita:

Odyss. δ,243.

Quale fuit facinus, cui fortiter ille subiuit?
Verberibus proprium corpus turpauit acerbis,
Inuoluensque humeros pannis, seruique miselli
Assumpta hostilem forma penetrauit in vrbem.

Posterius hoc modo:

Odyss. ι,30.

Sane detinuit secum me diua Calypso,
Atq; Aeaa domi tenuit me callida Circe,
Vtraque me gaudere suo conata marito:
Sed nunquam nostram suadendo impellere mentem
Eualuere.——

Maxime autem virtutis gloriam commendat, cum Achillem quidem facit non fortem modo, sed & formosissimum, & pedibus velocissimum, & natalibus summis ortum, illustriq; patria, & summi deorum auxilio adiutum: Vlyssem autem sapientem sane, & animo infracto præditum: sed neq; statura, neq; forma eadem, parentibus non admodum claris, patria ignobili, inuisumque Deo alteri: quorum tamen nihil obstitit, quin gloriam egregiam consequeretur, eo quod animi virtute præditus erat. Percipatetici vero primas partes bonis animi deferunt, prudentiæ, scilicet, fortitudini, temperantiæ iustitiæ: secundas, bonis corporis: vt sunt bona valetudo, robur, pulchritudo, celeritas: externa bona, tertia sunt iis classis: vt gloria, vt natalium nobilitas, vt diuitiæ. Ac laudabile quidē esse statuunt, & admiratione dignum, in doloribus, morbo, paupertate, aliisq; non sponte nostra accitis calamitatibus vti animi virtute malis resistente: non tamen expetendum hoc, neque beatum. At in prosperitate sapere, id reuera esse felicis. Neque enim possessionem tantum virtutis, sed vsum etiam efficaciamq; esse honestam. Atq; hæc ipsa palam

palam demonstrat Poeta noster. Deos enim vocat *δωτῆρας ἐάων*, id est, datores bonorum, quæ etiam homines votis à diis poscunt: nimirum, non vt nulli sibi vsui futura, aut neq; vtilia, neq; inutilia, sed vt ad felicitatem conductura. Quæ ergo sint bona, quæ ab hominibus expetuntur, & ob quæ beati habentur, passim declarat. Simul omnia de Mercurio, — Odyss. θ. 324.

Qualis corpore tu pulcher, formaq; stupenda,
Atq; animo prudens, & natus patre beato.

Tribuit ei pulchritudinem corporis, prudentiam & nobilitatem. Aliquando singula — Iliad. ω. 370.

Hunc formam superi dederant, & amabile robur.

10 & rursus de alio quodam. — Iliad. ξ. 156.

Diuitias diuûm genitor superaddidit amplas.

Nam diuitiæ quoq; donum sunt Dei,

Distribuit generi humano quas Iuppiter ipse.

Aliquando & honorem bonum esse censet. — Iliad. 8. 670

Ac mihi Palladis & Phœbi tribuantur honores. — Iliad. ζ. 127.

Aliquando prolem.

Quam prodest natum extincto superesse parenti? — Iliad. 5. 542.

Et fruitionem domesticarum suarum rerum: — Odyss. η. 195

20 *Nunc pateris libate Deo porroq; valete,*
Meq; domum incolumen patria dimittite vestra. — Odyss. ν. 40
Omnia enim confecta, mea quæ mente volebam,
Aspicio: comites, & splendida munera terno,
Quæ mihi fausta precor diuorum & læta voluntas
Esse velit, socios chara vt cum coniuge saluos
Inueniam, patriam reduci cum corpore tangam.
Vos hic in dulci patria præbete manentes
Gaudia coniugibusq; & natis plurima vestris.
Prospera cuncta dii mittant: sit publica vestro
Lætitia, & secura malorum tempora regno.

30 In comparatione autem bonorum ostendit virtutem præstantius esse bonum, quam diuitias.

Qui tunc bellum auratus adibat more puellæ, — Fine Bœotiæ.
Stultus: non auro potuit depellere pestem. Item.
Quam non lætus opes ego diues possideam istas. — Odyss. δ. 93.

Item prudentiam pulchritudine esse potiorem.

Inuenias forma cui non sit tanta venustas:
Prudenti eloquio sed quem Deus exornarit. — Odyss. θ. 169.

Manifestum ergo est, etiam corporis dotes eum, & quæ sunt externæ istius felicitatis, in bonis numerare. Quod autem sine his ad vitam beatam virtus non sufficiat, ita ostendit. Duos viros perfecta virtute prædítos inducit, Nestorem & Vlyssem, aliis præstantiores, & inter se pruden-
40 tia, fortitudine atq; facundia pares: cæterum diuersa vsos fortuna. Nam Nestori quidem

Cum chara primum matris prodiret ab aluo, — Odyss. δ. 208
Et cum quærenda faceret connubia proli,
Fausta dedere dii, & vitam tribuere beatam.
Ipse domi longum felix pertexuit æuum,
Consilioq; bonos natos, & fortibus armis
Spectauit.—Contra Vlyssem quantumuis consultum, & astutum, & cordatum, sæpe interim infelicem nominat, quippe cum Nestor reditum in patriam suam cito & tuto confecerit: Vlysses diu admodum vagatus, labores & pericula innumera subierit. Adeo optabile & beatum est, virtuti fortunam non repugnare, sed adminiculari. Virtutis porro, nisi agat, possessio-
50 nem nihil prodesse, ex verbis apparet, quibus Patroclus Achillem obiurgat:

O virtute quidem, at nullius prædite frugis, — Iliad. π. 31.
Ni turpe excitium miseris defendis Achiuis,
Quis virtute tua fretus lætabitur olim?

Αἰναρέτη, id est, infelici virtute prædítum eum appellans, qui eam inutilem nihil agendo redderet. Atq; hoc ipsum suum ocium Achilles deplorans, ait:

Nauibus assideo telluris inutile pondus, — Iliad. σ. 104.
Inter magnanimos virtute ego primus Achiuos.

Indignatur se virtute sua non vti, nam iratus Græcis,

Non ad concilium, non ille ad prælia adibat: — Iliad. α. 489.

Sed domi residens misere cruciabat, & acri
Pugnandi desiderio proprium cor edebat.

erat vero à Phœnice edoctus,

Iliad. ι. 442. *Vt sermone simul, rebusque valeret agendis.*

Itaq; etiam mortuus moleste fert istud ocium:

Odyss. λ. 487. *Mallem equidem in terris serui tolerare labores*
Paupere sub domino, quam manibus imperitare.

& paulo post causam explicat:

Nam non talis ei nunc sum defensor, ad altam
Qualis eram Troiam, supera cum vescerer aura.

Porro quod Stoici dicunt, bonos viros diis charos esse, ab Homero acceperunt. De Amphiarao enim dicit: 10

Odyss. ο. 245. *Iuppiter hunc magno, Phœbusque amplexus amore.*

Et de Vlysse:

Odyss. α. 52. *Gauisa est sapiente viro, iustoque Minerua.*

Eorundem decretum est, disci posse virtutem, principiumq; eius esse bonam indolem, (quod & Homerus docet:

Odyss. δ. 206. *Nam tali genitore satus recte omnia dicis.*)

perfici autem institutione. Virtutis enim scientia, est recte viuere: id est, scire quæ agenda sint recte victuris. Hæc quoq; apud Homerum sunt:

Iliad. ι. 440. *Infantem nondum bellique fortuæ peritum.* Et alibi: 20

Iliad. ζ. 444. *Ne mi animus tamen hoc suasit: nam viuere recte*
Doctus eram. ——

Et Phœnix de Achille ait:

Iliad. ι. 442. *Idcirco hac opera voluit te discere nostra,*
Vt sermone simul valeas, & rebus agendis.

Quia enim vita in actione & sermone consistit, propterea horum se doctorem adolescenti datum ait. Ex quibus liquet, quod omnem virtutem discendo percipi senserit. Ad hunc ergo modum primus omnium Homerus de natura & moribus philosophatus est. Eiusdem considerationis sunt, Arithmetica etiam, quæ est numerorum scientia, & Musica, quas plurimi fecit Pythagoras. Videamus an de his quoq; aliquid Homerus dixerit. Ac dixit sane plurima: sed pauca adduxisse, satis erit. Pythagoras, cum maximum vim numeris tribueret, omniaque iis accepta ferret, tam conuersiones siderum, quam ortus animalium: duo suprema principia constituit eorum: finitum alterum, quod est vnitas, alterum infinitum, qui est binarius: alterum bonorum alterum malorum principium. Vnitatis enim natura si aeri insit, bonam temperiem: si animo, virtutem: si corpori, sanitatem: si ciuitatibus & familiis, pacem & concordiam præstat. Omne enim bonum concordiæ cognatum est: contra binarii natura aeri tempestatem, animo vitium, corpori morbos, ciuitatibus & familiis seditiones ac odia infert. Omne enim malum ex dissidio oritur. Itaq; & de reliquis ordine numeris, parem imperfectum & indigentem: contra imparem plenum ac perfectum appellauit, quod scilicet hic cum pari mixtus, semper suam retinet naturam, abundante semper impare: idemq; impar secum ipse compositus parem generat. Fœcundus enim est, & habet principii vim, neq; diuisionem admittit, semper in eo vnitate superante, at par neq; imparem producit secum compositus, neq; diuisionis est expers. Proinde etiam Homerus vnitatis naturam in bono. & binarii in malo posuit non raro. Apparet hoc & ex his, quod bonus ei ἑνιαῖος, ac talis affectio ἑνιαία aliquoties dicitur: ac contrarium, Δι. Huc & id facit

[margin: Arithmetica. — 30; 40]

Iliad. β. 212. *——Dominos plures non expedit esse:*
Esto vnus dominus.—— &:

Odyss. γ. 126. *Non in consilio, non nos dissensio in ipsa*
Turbauit pugna: semper fuit vna voluntas.

Semper autem impari numero, vt præstantiori, vtitur. Nam totum quoq; mundum in quinq; partes diuidens, tres, quæ in medio sunt, distribuit: 50

Iliad. ο. 188. *Nam tribus est mundus diuisus partibus omnis,*
Quisque suum sortitus honorem.——

Itaq; etiam Aristoteles quinq; elementa esse sensit: quasi impari & perfecto numero in omnibus plurimam vim obtinente. Quin & diis superis imparia dedicat. Nam & Nestor Neptuno nouies noue bobus litat & Vlyssem iubet Tiresias immolare suouetaurilia. Et Achilles parentat Patroclo paribus omnibus: quatuor equos, duodecim Troianos adolescentes, & de nouem

[margin: Odyss. γ. initio. Odyss. λ. 130. Iliad. ψ. 171.]

uem (quos habebat) canibus duos rogo iniicit, vt sibi septem seruaret. Sæpe autem alias ternario, quinario & septenario vtitur numero: præcipue autem nouenario: vt,

Surrexere nouem ad pugnam, sic Nestore fato. Item,

Annos quippe nouem nati, iam pectore lato
Ter tres æquabant cubitos, proceraq; in vlnas
Corpora tollebant totidem. &,

Tela nouem Phœbi volitabant dira diebus. Et:

Ter tribus hospitium cui præbuit ille diebus,
Mactauitq; boues totidem.

Iliad. ι. 160. Odyss. λ. 310 Iliad. α. 53. Iliad. ζ. 174.

Cur autem nouenarius numerus est perfectissimus? quia quadratus est, primum imparem numerum radicem habens: estq; impariter impar, in tres diuisibilis terniones, quorum quilibet in tres vnitates diuiditur. Neq; vim modo numerorum, sed & logisticam methodum docuit. Nam in Bœotia scripsit:

Quinquaginta ibant naues, & quaq; ferebat
Centum & viginti iuuenes — & rursum.

Quinquaginta fuere viri. — Vnde supputare licet, cum naues vniuersæ fuerint fere mille ducentæ, quarum singulæ haberent centum vectores, totum numerum hominum fuisse centum viginti millium. Iterum de Troibus dicens:

Mille rogi in campo flagrabant: cuilibet horum
Quinquaginta viri adstabant: — colligendum nobis præbet, fuisse Troum numerum quinquaginta millia præter sociorum copias. Musicam porro, quæ animo maxime conuenit, quatenus est concinuitas ex diuersis temperata principiis, ac cantilena & numeris cum relaxatum animum intendit, tum nimis intentum remittit: Pythagorici magni fecerunt, atq; his prior Homerus. Laudes eius Sirenum verbis celebrat, ita ea claudens:

Boeotia. Initio. Fine Iliad. θ. Musica.

Post variis auidos satiatus pectore Musis
Doctior ad patrias lapsus peruenerit oras.

Alibi in conuiuiis citharam adhibet: vt,

Et lyra, quam sociam dapibus superi iunxerunt.

Et apud Alcinoum citharœdus:

— Incœpit amabile carmen. Et in nuptiis:

Fistula cum cithara vocem dabat. —

Et in faciendo opere, cum in vindemia

— puer cithara persuaue sonante
Iucundum cecinit: argutam chordaq; vocem
Tacta dedit. —

Odyss. μ. 188. Odyss. ρ. 270 Odyss. θ. 267. Iliad. σ. 495. Ibid. 569.

Et in bello tibiarum ac fistularum sonitum audiri facit, nec non luctui adhibet Musicam, cantorem lamentationi sua voce præire inducens: vt qui carminis lenitate, animi asperitatem demulceat Non est autem ignotum, duplex esse genus canendi: vnum vocis, instrumentorum alterum, quæ vel inflantur, vel tenduntur, tum sonorum alium esse grauem, alium acutum. Horum quoq; discrimina Homero nota fuerunt. Nam pueris, mulieribus & senibus acutam vocem attribuit, ob tenuitatem spiritus: viris autem grauem, cum alibi, tum hic:

Iliad κ. 13. Il. ω. 720. & Odyss. ω. 60. Iliad. σ. 71.

Astitit alta graui suspiria voce trahenti,
Atq; amplexa caput nati Nereis, acuto
Lamentata sono est. — Et alibi:

Ille graues ducens gemitus, sic fatur Achais.

Iliad. ι. 16. Iliad. γ. 151.

Senes autem cicadis similes, animalibus acuta voce præditis, facit. Instrumentorum porro fides, quæ sunt tenues, & identidem mouentur, facile aërem secant, eoq; acutum edunt sonum: crassæ contra, ob tardum motum grauem. Ea ratione flagellum Homerus acute sonans (id est o enim λιγυρὴ μάστιξ) dixit, quod cum sit tenue, sonitum exhibeat acutum. Hæc de Homeri Musica. Ac quoniam facta à nobis est Pythagoræ mentio, cui maxime probatum fuit silentium, & eorum quæ dicere nihil attineret taciturnitas: consideremus, an eiusdem Homerus quoq; fuerit sententiæ. Equidem de ebrio dicit:

Iliad. λ. 530. Silentium. Odyss. ξ. 465

Quodq; fuit melius tacuisse, improuidus effert.

At Thersitem obiurgans Vlysses, inquit:

Suauiter vt dicas, tamen heus ignare loquendi
Quis modus, aut quæ sit ratio, Thersita, taceto.

Iliad. β. 246. Iliad. ψ. 478

Et Aiax Idomeneum reprehendens, ait:

Mos garrire tibi multa est: neq; fundere verba
Te tamen, atq; adeo semper decet esse loquacem.

Copiis quoq; ad prælium euntibus:

Initio Iliad. γ. *Ibant cum clangore auium instar vociferantes*
Dardanidæ,— & mox:
Spirantes robur taciti sed Iaones ibant.

Vociferatio enim barbarorum est, silentium Græcorum. Itaq; vt quisq; prudentissimus ab eo, ita & linguæ continentissimus esse idem dicitur. Et Vlyssem facit ita filio præcipientem:

Odyss. π. 300 *Si meus es vere, nostro si sanguine cretus,*
Sentiat huc rediisse domum caue ne quis Vlyssem,
Non hoc Laertes intelligat aut Eumæus,
Non vel seruorum quisquam, vel Penelopea
Ipsa sciat.— & alibi eidem:

Odyss. τ. 42. *Parce loqui, sed mente tene, neq; quærere cura.*

Hæ sunt nobilium philosophorum sententiæ, ab Homericis principiis profectæ.

Sectæ philosophorum. Quod si mentio est facienda eorum quoque qui sibi sectas peculiares instituerunt, inueniemus sane & eos ab Homero occasionem accepisse. Democritum quidem, cum visa seu simulacra sua comminisceretur:

Arcitenens vero simulacrum fecit Apollo.

Iliad. ε. 449. Quosdam deceptos, cum quæ non ita sentiens, sed occasioni inseruiens aliquis dixerat, arripe-rent. Nam cum Vlysses apud Alcinoum detentus, luxuriæ & voluptatibus deditum, in gratiam eius hæc diceret:

Odyss. initio. *Nam nihil in vita iucundius arbitror esse,*
Quam cum laticia populus perfunditur omnis,
Conuiuaq; domi, digno ordine quisq; locati,
Percipiunt suaues cantus: mensæq; granatæ
Muneribus Cererisq;, & gratis carnibus adstant:
Odyss. ν. 225. *Vinaq; depromens largo cratera minister*
Odyss. ρ. 194. Odyss. ε. 197. *Infundit pateris: summe hæc mihi vita probatur.*

Odyss. ω. principio. Odyss. σ. 232. his seductus Epicurus, voluptatem summum esse bonum statuit. Et quoniam ipse Vlysses quandoq; veste amictus fuit villosa & delicata, aliquando pannis & centonibus peram gestans: ac modo cum Calypsone dormiit, modo ab Iro & Melanthio est per contumeliam habitus: hanc vitę imaginem arripiens Aristippus, cum paupertatem & labores fortiter tulit, tum voluptatibus affatim vsus est. Homeri sapientiæ hoc quoq; est documentum, quod præclara & multa sapientum dicteria prior ipse extulit. Quale illud, Deum sequere, ille ita,

Apophthegmata. Iliad. α. 217. *Qui superis paret, rata vota is nuncupat illis.*

Et, Nequid nimis, hoc modo:

Odyss. ο. 69. *Ipse modum si quisquam excedit amicus amando,*
Aut odio nimis indulget, succenseo: præstat
Cuncta modo fieri.— &,

Sponde, præsto noxa est: sic ille,

Odyss. θ. 351. *Pro prauis spondere equidem est res plena pericli.*

Et Pythagoras, quod quidam quærenti, Quid est amicus, respondit, Alter ipse, sic:

Iliad. σ. 82. *—Non secus atq; meum caput,*

Gnome. Eiusdem cum apophtegmatis forma est & Gnome, siue sententia: quæ est, vniuersalis paucis verbis comprehensa de rebus ad vitam humanam pertinentibus enunciatio. Qua cum vsi sint omnes poetæ, philosophi, aliiq; librorum conditores, operamq; dederint, vt sententiose quædam dicerent: princeps Homerus multas atq; præclaras sententias protulit, per totam sparsas poesin: easq; partim exponentes quale sit id de quo agitur: quo sensu hæc dixit:

Iliad. α. 79. *Quippe potens vbi rex succenseat inferiori,* &c.

partim aliquid præcipientes,

Iliad. β. 24. *Non decet hunc nocti somnos aquare, regendus*
Cuius consilio est populus.—

Cum autem multas Homerus sententias, ac de officiis præceptiones præclaras extulerit, multi posteriorum eas transtulerunt: cuius rei aliquot apponere exempla, intempestiuum non est. Homerus ergo ita:

Iliad. υ. 103. *Quæ nos vana Iouem stolidos vecordia contra*
Incitat? anne ante adeo verbis vel viribus illum
Proposito aggressos spes est deducere posse?
Ille sedens solio solus nos, ceptaque temnit
Nostra, nec illorum curam dignatur habere.

Vt qui

Vt qui robore se multum praestare potenti
Caelitibus ferat, & sceptro rebusq. potiri.
Erga qua vestrûm cuiuis incommoda mittet,
Ferte dii, vestram taciti q. agnoscite sortem.

Hinc illud Pythagorae:

Iam cum fatali mortalibus insligantur
Fortuna, & diuûm vexent mala plurima nutu:
Qua tibi contigerint, animo aequo ferre labora.

10 Tum Euripidea haec:

Rebus etenim aduersis frustra succenseas:
Nihil ha tua mouentur ira: sed sua
Quicunq. sorte, ceu decet, vtitur, sapit.

Rursum Homerus ait:

Quo nate immensum produces vsq. dolorem,
Ipse tuum cor edens?

Pythagoras vero:

Parce tua vita, neq. eam perdas cor edendo.

Iterum Homerus cum dixisset:

20 *Humana talis nam stat sententia menti,*
Qualem quotidie lucem ipse Diespiter affert.

Archilochus cum alia imitatus, tum quoq; transcripsit:

Mortalium mens, Glaucie Leptina
Create, talem praebet identidem
Sese, Tonantis summa qualem
Quotidie exhibuit voluntas.

Item cum alibi Homerus dixerit:

Nanq. alicui dono diuorum bellica virtus
Obtigit: ast alium prudenti pectore iussit
Pallere, ac mentis praeclaris dotibus vti
30 *Iuppiter: atq. huius prodest sapientia multis.*
Adfert integris sed & vrbibus illa salutem.
Conscius ipse sibi propria virtutis honorem
Vindicat, & vana ridet conuicia turba.

Huius loci imitatione Euripides ita scripsit:

Nam ciuitas prudentis consilio viri
Bene temperatur, & domus: inq. bellica
Vel plurimum conducit, hoc re scilicet
Multas manus consilium vincit vnicum
40 *Bonum: damno est inscitia multitudinis.*

Iam quibus verbis socium Idomeneus adhortatur,

Si mortis vitam ex sortem, duraq. senecta,
Fata darent bellum subterfugientibus istud
Tecum, chare mihi, spesq. hac nos certa maneret:
Non equidem aut acies primos ipse inter abirem,
Aut tibi famosi mandarem praelia Martis.
Nunc eum circunstent nos mille pericula mortis,
Extra etiam pugnas, & inuitabile fatum,
Omnigena rapiat mortales eade cateruas:
50 *Ibimus acturi famam nobis, aliisue.*

Ea Æschylus ita expressit:

Neq. multa vir qui pectore vulnera percipit,
Moritur: nisi vita concurrat terminus.
Neq. ad focum quis desidens domi suum,
Fatale vitat eo magis infortunium.

Demosthenes autem ita soluta oratione: Omnibus hominibus vitae terminus est mors: etiamsi quis eam in domuncula conclusam asseruaret. Itaq; praeclari viri est, omnia honesta quouis tempore aggredi: ac quod Deus iniunxerit, ferre forti animo.

Rursum Homerus:

Nam praeclara deum non sunt dona abiicienda.

Sopho-

Marginalia: *dur car.* — *Illiad.ω,126.* — *Odyss.σ,75.* — *Iliad.ν,736.* — *Iliad.μ,322.* — *De corona.* — *Iliad.γ,650.*

Sophocles ita hoc transtulit:

Est munus hoc Dei, proinde quæ dii
Dederint, nihil fugiendum eorum sentias.

Dixerat Homerus:

Illius à lingua vox ipso melle fluebat
Iliad. α. 247. *Dulcior.*——Hinc Theocritus:
Dulce eius rector quia Musa effuderat ore.

Odyss. ε. 275. Iliad. σ. 621. Aratus quoq; Homerica transcripsit: vt,
Arctos, Oceani expers quæ sola lauacri. &,
Nam vitam morti eripiunt. Pro his Aratus,
Vrsas Oceani metuentes æquore tingi. &, 10
Et pauum gelido lignum defendit ab Orco.

Rhetorica. Ar de his quidem satis. Ciuilis oratio est in Rhetorica: cuius peritia primum fuisse prædicum Homerum apparet. Si enim est Rhetorica ad persuadendum apposite dicendi facultas: quisnam hac Homerum superauerit? quippe qui & grandiloquentia reliquos omnes excellat, & in sententiis non minorem ea vim ostendat. Primum in arte locum obtinet dispositio. Hanc ille per totam poesin ostentat: maxime autem initio operum. Non enim longe repetiir Iliadis principium, sed ab eo tempore, quo vehementiores actiones ac frequentiores extiterunt. Quæ vero languidiora erant, ac ante gesta, ea alibi compendio recensuit Idem in Vlyssea fecit, à postremis errorum Vlyssis temporibus sumto initio, cum tempestiuum esset etiam Telemachum iam introduci, ac procorum libidinem declarari. Quæ vero his priora Vlyssi errāti euenissent, ipsum 40

Exordium. ea narrantem introducit: vt ab eo qui ipse perpessus ista erat enumerata, plus fidei, &ad mouendos animos virium haberēt. Porro cum Oratores principium in quauis adhibeant oratione, vt auditorem vel beneuolum sibi, vel attentum reddant: ipse Poeta vsus est exordiis, quæ ad mouendum, adq; auditionem alliciendum maxime conducant. Nimirum in Iliade primo loco profitetur se explicarurum, quæ mala Græcis propter Achillis contumeliose ab Agamemnone tractati iram euenerint: & in Vlyssea, quantos labores, ac quæ in pericula Vlysses inciderit, quæ tamen omni sapientiæ & tolerantiæ ope superauerit. In vtroq; poemate Musam inuocat, vt dictis diuiniraris atq; probabiliraris eo plus conciliaret. Cum vero multas introducat personas, quæ ad suos aut amicos, aut hostes, aut populum verba faciant: singulis decorum sermonem attribuit. Ita initio statim Chryses in sua ad Græcos oratione principio vtitur commodissimo. 30 Comprecatur enim primo loco iis, vt victis hostibus domum redeant, beneuolentię eorum sibi parandæ gratia: atq; ita tandem filiam petit. Achilles autem minis Agamemnonis irritatus, iis

Iliad. α. 149. quæ de seipso diceret, sermonem pro omnibus Græcis admiscet, vt eos sibi auditores beneuolentiores redderet. Vniuersos ait ad bellum id profectos esse non priuatarum causa inimicitiarum, sed in gratiam Agamemnonis, & fratris eius. Se, cum præclare meritus esset, non ab his,

Ibid. 172. sed à communitate Græcorum munus cepisse. His contradicenti Agamemnoni, ipsi quoq; nō deest quo populum demulceat. Cum enim Achilles dixisset, se in patriam abitutum propter iniuriam acceptam: non ait illi Agamemnon, Abi: sed, Fuge: id quod simpliciter fuerat dictum, ignominiose peruertens. Et, Non, ait, te vt maneas oro: adsunt enim & alii qui me honore dignabuntur, quod ipsum erat auditoribus gratum. Post hos inducitur orator Nestor, quem suauilo- 20

Ibid. 248. quum & iucundum sermocinatorem appellat:

Cuius & à lingua fueret vox dulcior ipso
Melle.—— qua maior laus oratori tribui nequit. Quid autem ille dicendo conficit? Exordium nempe adhibet, quo efficere conatur, vt pœnitendum sibi rixarum putent principes significans eis, quod rixando ipsi lætitiam hostibus essent præbituri. Tum pergit vtrunque dictis castigare, sibique vt seniori vt obtemperent adhortari: ac dum alterum castigat, al-

Initio Iliad. β. teri simul grata loquitur. Agamemnonem quidem hortatur, ne præmium magnorum laborum alteri eripiat: Achillem, ne cum rege ipsi præfecto contendat, ac vtrunque decenter laudans, illum vt pluribus imperantem, hunc vt virtute priorem, ira eos mitigare intendit. Quid? quæ sequitur narratio, cum insomnio Agamemnon, quod à Ioue missum bona ipsum spe impleuerat, excitatus, Græcos arma capere iubet: an non in ea re oratorio vsus est artificio? quippe contrarium eius quod ipse volebat, populo suadet, vt de eorum voluntate periculum faceret: neq; molestus esset, si sui eos causa pugnare cogeret. Itaq; ipse quidem verbis populo blanditur, alius autem aliquis, qui persuadendi facultate esset prędirus, manere iubet: scilicet hoc re ipsa velle regem, & in sua oratione id innuere affirmans Vlysses est, cui hę partes dantur. Is liberrate decenti vtitur, pręstātissimis comi oratione suadens, & minores minaciter cogens: tum vlrum multitudinis & morum incompositum sedans, omnibus prudenti sermone persuadens: & qua leuiter exprobrans eis, quod non starent promissis: qua venia eos dignans, quod tanto

tem-

tempore nulla re gesta, ijs quæ charissima habentur, carerent: tum consolationem quoque ex oraculis adhibens, ad fiduciam erigit, & manere persuadet. Similiter & Nestor orationem habet diuersam quidem, sed eodem tamen tendentem: maiori; libertate ad iam mollitos vtens, populo suadet: causamque contemtus regis in paucos quosdam nullius precii homines conferens, pudorem incutit plebi, minatus quoque in obedientibus statimq; consulit regi, quomodo ordines militares sint constituendi. Rursum in bellicis actionibus, cum Græci modo prosperis vterentur rebus, modo aduersis, atque in metum venissent: Diomedes, vt qui nuper præclare gesta re libertatem dicendi sibi parasset, cum ante nondum sua virtute declarata conuicium à rege sibi factum silentio dissimulasset, tunc eum increpat, vt qui timiditate adductus fugam suaderet. Ita enim loquitur:

Contra te primum, quia stulte dicis, Atrida,
(Quam libertatem sibi poscit) dicam:
Sed caue tu stomachere.—

Quibus verbis cum eum castigare vult, tum iram quoq; amolitur: inde res à se gestas citra importunitatem ita commemorat:

Nam mea facta senes Graii norunt, iuuenesque.

Deinceps Græcos exhortatur, laudans eos artificiose:

Insane, vsq, adeon imbelles dicere Achiuos,
Vsq, adeon audes molles?—

Atque ipsum Agamemnonem pudore afficit, concedens ei vt abeat si velit: satis virium in reliquis fore. Quinetiam si omnes fugiant, tamen se cum socio mansurum & pugnaturum:

Ipse equidem, & Sthenelus mecum pugnabimus.—

At Nestor cum huius & in consulendo & in agendo virtuti testimonium tulisset, quia in fine deliberationis dissentiebat, se vt seniorem audiri par esse ostendit, orationeque progressus, de mittenda ad Achillem legatione consulit. Qua ipsa in legatione Homerus varium oratoribus tribuit artificium. Nam Vlysses, qui primus orat, non hoc statim dicit, Agamemnonem pœnitentia raptæ Briseidis ductum, hanc reddere, & dona cum iam mittere, tum alia post daturum polliceri, neque enim in rem erat futurum, turgente adhuc animo horum memoriam renouare. Itaque primum miserationem Græcorum calamitatum conatur in animum Achillis inducere: deinde ostendit, fore vt posthac vbi voluerit cladibus eorum succurrere, non possit, post, Pelei præceptorum eum admonet, amolitus à se quod molestũ erat: & patris Pelei personæ, vt quæ maius momentum afferre posset, orationem tribuens, inde cum iam placatus aliquantum videretur, donorum Agamemnonis meminit: rursumque orationem ad deprecationem pro Græcis conuertit, quos Achilles, tametsi iuste iratus Agamemnoni, seruare tamen deberet, nulla ab ijs læsus iniuria. Nam & per orationem oportebat omnibus quæ offendere auditorẽ possent, vacare: quia maxime ea pars orationis animo inhæret. Et quidem extrema adhortatio facit aliquid ad excitandum in hostes, à quibus eum contemni ait. Nunc, inquit, Hectorẽ interficere poteris, si te subsistat: nam nullum is Græcorum sibi parem ait. At Phœnix metuens ne deprecatio iusto languidior esset, lacrymas addit. Ac primum assentitur instituto in patriam abeundi, dicens se nolle relinqui, eo nauigante: id quod erat Achilli gratum: eausamq; refert, quomodo sibi eum Peleus crediderit, educandum puerum etiamnum, docendumque & dicere & agere, inserit etiam narrationi peccata per ętatem à seipso, innuens consilii expertem esse inuẽtutem. In progressu orationis nihil omnino quod faceret ad exhortandum pretermittit, artificiose omnia capita tractans: Honestum esse reconciliari deprecanti ac dona mittenti, & præterea legatos, viros præstantissimos, & maxime apud omnes honoratos. Se quoque merito impetrare quod petat, quippe alumnum & præceptorem. Pœnitentia correptum iri, si præsentem dimiserit occasionem, exempli causa narrationem de Meleagro in ferens, qui ipse quoq; à suis rogatus vt patriæ opitularetur, non ante assensus sit, quam necessitas patriæ iam calamitatibus circumuentæ eo adegit. At vero Aiax miseratione & precibus nequaquam sibi vtendum ratus Achillis nimis altos spiritus ad humilitatem aliquam detrahere instituit: partim tempestiue increpando, partim ingenue adhortando, ne prorsus irritaret. Hæc enim oratio decebat hominem virtute præditum. Cæterum Achilles singulis respondendo, ingenium suum generosum vera atque simplex demonstrat. Nam reliquis ita se opponens, vt præter magnitudinis animi indicia, etiam te argueret atq; refelleret eorum dicta, iustas iræ causas afferens, Aiaci sese excusat. Ac Vlyssi quidem dixerat se postridie naui discessurum. Inflexus autẽ quodammodo Phœnicis deprecatione de abitu deliberaturum ait. Tandem victus libertate Aiacis, fatetur quicquid instituerat facere: scilicet non ante se ad pugnam exiturum, quam Hector ad tentoria eius & naues veniat, multis Græcis necatis. Tum inquit, censeo à me Hectorem, quamuis summa vehementia pugnantem, repressum iri: Addit autem hoc vt responderet ei quod Vlysses de impetu

petu Hectoris reprimendo dixerat. Porrò id quoque Homerus in oratione Phœnicis ostẽdit rhetoricam esse artem. Ita enim is ad Achillem:

Ibidem 440

Te puerum pater, ignarum belliq; cruenti
Misit, & arandi, quo virtus maxima claret.
Iccirco tibi me præfecit, qui doceam te
Dicendo rectè præstare, & rebus agendis:

Iliad.γ, initio.

Quibus verbis hoc quoq; inest, facundia viris summam parari gloriam. In multis quoque alijs poëseos locis orationes inuenias artificio rhetorico factas. Accusationis etiam & defensionis modum indicauit, cum alias, tum vbi Hector fratrem obiurgat, timiditatem ei exprobrans, & luxuriam: ac quod, talis cum esset, iniuriam remotas regiones habitantibus intulisset, malaque eo facto suis parasset, & Alexander iram fratris mitigat, fatens se iustè increpatum, ac promittens se cum Menelao singulari pugna congressurum, timiditatis crimen ita diluit. Enimuero nemo sanus non facile & ex his, & omnino legendis eius scriptis deprehendat, artificẽ orationis fuisse Homerum. Notas quoq; suas oratoribus addere non neglexit. Nestorem intro ducit suauem, & auditoribus gratum: Menelaum breuem, gratiosum, ac propositi tenentem: Vlyssem multa ac varia dicendi vi vtentem. Hoc enim his duobus heroibus testimonium Antenor perhibet, qui ipsos audiuerat, cum legati Ilium aduenissent. Atque has orationis formas per vniuersam poësin ipse Homerus exhibuit. Nouit etiam, in quauis re opponi contrarias orationes, fieriq; peritiæ dicendi abundantia quadam, vt quod ab altero affirmatur, id ab altero refutetur. Sic enim ait:

Iliad.γ. 211.

Iliad.υ.247.

Lingua hominum quippe est versatilis: atq; in vtranq;
Hinc atq; hinc magna it sermonis causa partem,
Qualia dixisti, tibi talia verba vicissim
Reddentur.—

Odys.μ,ι,κ,λ.

Nouit etiam eadẽ multis verbis persequi, & paucis in summa repetere, quod Anacephalæosis dicitur: estque apud oratores in vsu, cum multas res narratas in memoriam compendio renouari oportet. Sic quæ Vlysses apud Phæaces quatuor totis rhapsodijs enarrat, eadẽ paucis verbis recenses, ibi

Odys.ψ.308.

Cœpit, quam primum Ciconas ratione domarit, &c.

Leges.

Ciuili orationi adhæret legum scientia. Ne huius quidem expertem Homerum inuuenimus. Ipsum legis nomen quod est νόμος, an eius tempore in vsu fuerit; certo dici non potest. Sunt qui notum id ei fuisse dicant, argumento versus:

Odys.ρ.487.

Ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες.

Aristarchus εὐνομίαν dictam putat, à rectâ distributione. Et quidẽ inde apparet etiam νέμειν appellatum, quod æqualiter omnibus, aut cuiuis pro eo atq; dignus est distribuatur. Sanè multis locis Homerus demonstrat, se vim legum intellexisse, si non scriptarum, at saltem in hominum animis conseruatarum. Sic enim facit Achillem de sceptro loqui:

Iliad.α. 237.

—Quod nunc manibus gestatur Achiuum,
Qui dant iura Iouis iussu.—

Odys.τ.179.

iura autem legib. comprehenduntur quarum authorem Iouem facit: cuius etiã consuetudine Minoem Cretæ regem vsum scribit. Ea autẽ consuetudo fuit discendarum legum, quod & Plato testatur. Apertè etiam ostendit legibus parendum, neq; iniustè agendum esse, his verbis:

Odys.ξ.140.

Non ergo illicitum sic quisquam efferat ausis;
Sed tacitè hic, superi quæ donauere, fruatur.

Respublicæ forma
Iliad.σ.

Enimuero respublicas primus Homerus distinxit. Nam in scuto, quod totius mundi exemplũ Vulcanus parauit, (is intelligitur spiritus) vis duas fecit vrbes, vnã in pace & lætitia degentẽ, alteram deditam bello: ac vtriusq; consectaria enarrans; ostendit aliam esse ciuilem vitam, aliam bellicam. Sed ne rusticam quidẽ præteriit: sed hanc quoq; demonstrauit, oratione tum perspicua, tum ornata. Iam quod in omnibus ciuitatibus leges iubent senatus esse quoddã concilium, quo de rebus consultet, antequam populus coeat: id liquet ex his Homericis esse petitum:

Iliad.β, 53.

Cogere magnanimum sed regi cura senatum
Prima fuit.—

Senes enim ibi Agamemnon conuocat, cumque his deliberat de armanda ad pugnam multitudine. Et quod præ alijs principem oporteat de omnium salute esse solicitum, in eadem persona docet, cum ita monetur,

Ibid 22

Non decet hunc somno totas impendere noctes,
Cuius consilio populus committitur.—

Ibid.186.

Item quod magistratui parere subditi debeant, ac quomodo is singulos tractare debeat, Vlysses docet: præstantiores sermone mansueto compellans ijs qui de plebe erãt acerbius obiurgatis. Iam

Iam quod receptum est apud omnes, vt assurgatur præstantioribus, id dii quoq; faciunt. Ioue e-nim intrante,

Assurgunt omnes superi, neq; sede sedere
Sustinuit quisquam. — Iliad. α. 533.

Lex est, vt in concione maximi natu verba faciant. Ergo Diomedes belli necessitate coactus, vt primus dicendi partes sibi sumeret, veniam precatur:

Ne mihi quis vestrûm succenseat, oro, loquenti,
Quod minimus natu vobiscum versor. — Iliad. ξ. 110.

10 Id quoq; leges vbiq; iubent, spontanea peccata puniri, inuitis factis veniam dari. Id ipsum Poëta docet, apud quem sic cantor Phemius Vlyssi,

Hoc tibi Telemachus verum ipse fatebitur heros, — Odyss. χ. 349.
Me neq; sponte mea, neq; spe mercedis in ædes,
Huc intrasse tuas, conuiuaq; arte procorum
Delectasse mea: sed vi rapuere potentes
Ac plures numero, & mensa apposuere coactum.

Cum autem tres sint formæ reipublicæ ad iustitiam & leges aptæ: regnum optimatum administratio, ac popularis potestas: hisq; tres opponantur iniustæ, & legibus contrariæ, tyrannis paucorum potentia, plebis imperium: ne has quidem videtur Homerus ignorasse. Regnum quidem per totam poesin celebrat, ac commendat: vt & in his,

Nanq; animus regi Iouis altitonantis alumno — Iliad. β. 194.
Magnus inest, Iupiterq; illum dignatur honore,
Atq; amat. —

Aperte etiam ostendit, qualis debeat esse rex:

Imperio populos mansuetus vt ille paterno
Rexerat. — Et, — Odyss. β. 234.
Nec quenquam è populo factis verbisue superbis
Læsit: sed regis munus præstantis obiuit. — Odyss. δ. 690

Optimatum gubernationē descripsit, cum Bœotorum quinq; reges numerat: & apud Phæaces 30 Alcinous hæc, — Initio Bœotiæ.

Bis seni populum reges hunc iure gubernant:
Tertius his supra decimum super additus ipse — Odyss. θ. 410.
Sceptra gero.

Popularis status reipublicæ picturam in scuto exhibuit, duabus enim ei vrbibus insertis, alteram populari administratione facit contentam, nemine imperante, sed omnibus sua sponte secundum leges viuentibus: vbi & tribunal collocat. Quin & his verbis eam republicæ formam indicat, — Iliad. σ. 490.

Iratum fugiens populum: quia fœdere iunctos
Nobis Thesprotos socio violauerat ipse, — Odyss. π. 425
40 *Prædones Taphios, atq; arma iniusta secutus.*

At eum qui per vim & contra leges dominaretur, tyrannum quidem non nominat quod ea vox recentior est: qualia autem is agat, ita demonstrat:

At regem te mittam Echetum: notissima cuius — Odyss. σ. 48.
Sæuitia in quosuis homines, qui vulnere nares
Immani, & ferro truncabit protinus aures.

Ægisthum quoq; tyrannum inducit, qui interfecto Agamemnone, potitus sit Mycenis: neque post mortem sepultura fuerit afficiendus, siquidem Menelaus adfuisset. Ea enim pœna tyrannis constituta est:

Non huic puluereo tumulassent membra sepulcro, — Odyss. γ. 258.
50 *Verum grata canum iacuisset & esca volucrum*
In campo: facinus quoniam crudele patrarat.

Paucorum potentiam videtur innuere, cum de procorum scribit auaritia, inter alia hæc dicens,

Atq; Ithaca quotquot dura dominantur. — Odyss. α. 247

Plebis autem dominationem in Troianorum republica monstrat, in qua & vniuersi Alexandro opitulantes infortunium habuerunt, & ipse Priamus liberos vt malorum causam increpat:

Iliad. ρ. 261. *Nati infelices hac mi properate.* —

Et alius quidem Antimachus:

Iliad. λ. 123. *Aurea cum Paridis cepisset dona negabat*
Reddendam esse Helenam Menelao. —

Quandoquidem autem hoc apud homines iustum censetur, vnicuique pro eo atque meretur tribuere: in quo præcipue inest pietas erga deos, & cultus qui parentibus ac necessariis debetur religionem quidem sæpenumero docet, introducens heroes sacrificantes, vota facientes, & dona diis consecrantes, eosque hymnis honorantes, ab iisque auxilium præmium pietatis recipientes. Pietatem erga parentes præcipue Telemachi persona ostendit, & in quibus laudat Orestem:

Odyss. α. 298. *Non audis quantam laudem præclarus Orestes*
Rettulerit, quem nunc vno cuncti ore celebrant,
Quod patris interfectorem letho dedit. —

Et quod in senectute à liberis ali parentes naturæ lex iubeat, inque compensandi causa ii debeant, vna dictione aperuit:

Iliad. δ. 477. *Non aliment a suis genitoribus ille rependit.*

Fratrum beneuolentiam & fidem mutuam in Agamemnone & Menelao, amicorum in Achille & Patroclo proposuit, vxoris pudicitiam & amorem mariti in Penelopa, mariti desiderium vxoris in Vlysse. Quo autem modo pro patria sit agendum, in hoc maxime versu declarauit:

Iliad. μ. 243. *Vnicum id augurium est, patriam defendere, verum.*

Rursum, quomodo reipublicæ participes amicitiam oporteat colere:

Iliad. ι. 63. *Ille tribu mihi, iure, domoq. carere videtur,*
Quem populare iuuat crudele & lugubre bellum.

Item quam præclarum sit, esse veracem, quamque fugiendum mendacium:

Ibidem 312. *Pene mihi est Orci portis inuisior ipsis,*
Cuius verba sonant aliud quam mente recondit.

Et alibi:

Odyss. ξ. 167. Oeconomica. *Qui mala moliri suenerunt, grata loquentes.*

Cum familiæ saluti plurimum hoc conducat, vt neq; in arcana viri mulier curiose inquirat, neque iniussu illius agere quicquam intendat: vtrunq; exemplo Iunonis significauit. Prius, hûc Ioui sermonem tribuens:

Iliad. α. 544. *Iuno, ne mea te speres cognoscere posse*
Omnia consilia.

Alterum, ita loquentem fingens Iunonem,

Iliad. ξ. 309. *Ne mihi ad Oceanum post te ignorante profecta*
Irascare. —

Neq; præteriit poëtam id quod vsu apud omnes est receptum vt qui in bellum exeunt, aut alioqui sunt in periculo constituti, aliquid necessariis mandent. Nam Hectorem deplorâs Andromacha, sic loquitur:

Iliad. ω. 743. *Nam neque mi moriens de lecto perdite dextram*
Porrexti: neque te suprema voce monentem
Audiui semper quæ condita mente tenerem
Assiduus inter fletus noctesque diesque.

At Penelope Vlyssis præceptorum memor est: qui discedens ita mandauerat,

Odyss. σ. 264. *Illic an per eam, an vero me fata reducant*
Incolumem, dubium est: hæc tu seruare memento
Interea, vt cura tibi sint socrusque socerque,
Quanta iampridem, vel (postquam filius absum)
Maiori, natus postquam lanugine malæ
Tectus erit, tunc arbitrio secura maritum
Quære tuo, atque illi patrios concede penates.

Norat & curatores:

Odyss. β. 226. *Quippe domum, soluens Ithaca, commiserat omnem*
Huic Laertiades, cunctos parere seniqne
Iusserat, & fides mandauerat omnia amici.

Luctus

Luctus propter familiarium mortem neque nimios voluit esse (est enim nequaquam ingenui) neque plane nullos: quod vacuitas affectionum supra humanam esset conditionem. Itaq; hæc cecinit,

Sane aliquis se plorat, ó solatur amice:
Namq; homini mentem patientem fata dederunt.

Alibi autem dicit:

Quo magis est aequum tumulis mandare peremtos,
Immanisq; animo fletum donare diurnum.

Nouerat & ista, quæ nunc in sepulturis consueuerunt adhiberi. Inde hoc:

10 *Hic illum socii tumulabunt, atque propinqui,*
Et (qui defunctos vita comitantur honores)
Aggere donabunt, tumulo figentque columnam.

Tum quæ de Hectoris nudo iacente cadauere loquitur Andromacha:

Te vermes comedent, raptabunt membra canesque
Postmodo: cum vestes iaceant tibi in adibus amplis,
Tegmina (heu frustra) muliebri texta labore
Solerter: qua nunc igni crepitante cremabo,
Non tellure tuum miserande marite cadauer,
Sed mihi apud ciues laudem præbentia vanam.

20 Sic & Penelope Laertæ heroi vestem sepulcralem texit. Atq; hic quidem mediocria. At præterea refert superuacanea, Achillem cum rogo Patrocli cremasse cum alia animalia, tum etiã homines: non quidem hoc laudans, vt qui accinat,

Facta agitans animo mala.—

Quin & sepulcreta primus excitauit: vbi multi simul humarentur:

In campo tumulum nos exaltabimus vnum.

Primus quoque sepulcralia certamina memoriæ prodidit. Atque hæc communia belli pacisque sunt. Peritiam vero bellicam, quam scientiam ordinum instruendorum nonnulli appellant, ei non defuisse, docet tota poësis, pedestribus ac nauium etiam, tum oppidorum oppugnationibus, acierum conflictibus, & singularibus certaminibus varie exornata: ac multa quoque consilii imperatorii artificia comprehendens, quorum quædam referre conuenit. Cum in 30 acie instruenda semper priori loco equitatum poni, sequi peditatum oporteat, id sic indicat:

Prima equites & equos acie, currusque locauit:
Illis à tergo pedites multosque bonosque

Item in singulis ordinibus militum esse ductores:

Namque duces septem præsant custodibus, horum
Hastati centum comitantur quenque.—

Ducum alios in prima acie pugnare, alios in extremo agmine versari, ac reliquos ad prælium adigere:

Idomeneus acie in prima fulgentibus armis
40 *Cinctus, qualis aper, valido se robore agebat:*
Merione extremas pellente in pralia turmas.

Et quod fortissimi in extremitatibus castrorum debeant tendere, muri instar reliquis obiecti: rex autem in tutissimo, id est, in medio: ostendit eum extremas nauium partes tentoriis fortissimorum Achillis & Aiacis adsignat, medium Agamemnoni & reliquis præstantissimis. Iam vallum iacere cum castra figuntur, fossas in longum latumq; ducere, easq; palis in orbem munire, vt & latitudo transilire, & altitudo transire prohibeat, Homerus ita docuit:

—nam fossa absterruit illos
Ampla, nec hanc vlli saltu superare dabatur,
Nec gressu transire, etenim praceps ab vtraque
50 *Margo parte viros arcebat: & vndique acutis,*
Grandibus & vallis confertim Graia iuuentus
Munierat, defendendis opus hostibus aptum.

Moriuntur quoq; fortiter pugnantes, qui hæc eius verba sequuntur:

Non same ignauam mortem sine laude subibo,
Sed seri accipient mea fortia facta nepotes. &c.

Margin notes: Iliad. ω. 48. — Iliad. τ. 228. — Iliad. π. 455. — Iliad. χ. extremo. — Odyss. β. 98. — Iliad. ψ. 176. — Iliad. η. 336. — Iliad. ψ. 130. &c. — Iliad. δ. 297. — Iliad. ι. 85. — Iliad. δ. 251. — Iliad. λ. 5. & initio Iliad. λ. — Iliad. μ. 52. — Iliad. χ. 304.

Iliad. ο. 495. *Eminus ac si quis vestrum, vel comminus ictus*
Occumbat, pereat sane, neque dedecus illi
Pro patria cecidisse sua est. ——

Iis quorum virtus claruit, honores dantur:

Regibus, & meritis praclare munera prabet.

Desertotibus autem supplicium denunciatur:

Iliad. ο. 348. *Si quem se rigida subducere sensero pugna,*
Hic illum ad naues occidam. ——

Quid vero commemorem, quomodo & quam varie heroas in pugna inducat vulnerantes ac vulneratos? Id admonendum duxi ab Homero esse petitum, quod qui aduerso corpore vulnerati sunt, eos gloria dignos iudicamus, vt qui hostem subsistendo, locumque suum tenendo fortitudinem suam declarauerint: contraq; ignominia notamus, qui in tergo vulnus acceperunt, quippe quibus id in fuga acciderit. Sic ille,

Iliad. ν. 288. *Namque inter Martis si fors feriare laborem,*
Non in posticam colli tu vulnera partem
Excipies, tergumue hostiles sentiet ictus.
Verum inter primos obeunti pralia, pectus
Aut venter telis occurret. —— Item:

Iliad. χ. 283. *Non tua mi tergo fugientis lancea stabit:*
Verum traiicies contra mihi pectus eunti.

Vtiliter etiam monet, fusis hostibus non debere prædæ statim intentos esse, neque fugiendi tempus iis concedere victores: sed instandum, & persequendum victos:

Iliad. ζ. 70. *Ne studio quisquam spoliorum pralia linquat,*
Idq; agat vt prada naues accedat onustus.
Cædere nunc hostes praestat: post inde quietis
Per campos spoliare cadauera fusa licebit.

Omnibus ætatibus egregia facta attribuit, quæ ad quemuis hominem excitandum faciant. Iuuenis, exemplo Achillis excitari potest, & Aiacis, & Diomedis: adolescens, Antilochi & Merionis: matura ætate vir, Idomenei & Vlyssis: senex, Nestoris, rex autem: horum omnium & Agamemnonis. Huiusmodi apud Homerum sunt ciuilium orationum & actionum documenta.

Medicina. Medicæ quoque rei videamus quam non fuerit ignarus. Magni eum fecisse artem eam, vel hic versus docet:

Iliad. λ. 514. *Namq; vir est multis medicus praestantior vnus.*

Porro medicina scientia videtur esse salubrium, & saluti aduersorum. Quod hinc discas. Esse scientiam,

Odyss. δ. 230. *Ast medicum reliquis diuina scientia maior*
Instruit. ——

Esse salubrium & insalubrium:

Ibidem 229. *Atque bonis medicamentis permixta venena.*

Medicina altera est pars in contemplatione posita, quę vniuersalibus rationibus certaq; via doctrinæ ad singulorum cognitionem perducit: cuius alia pars signa, alia causas tractat. Altera est effectrix, quæ opus facit: cuius partes sunt, victus rationem præscribens, manuum opera vtens, & medicamenta adhibens. Videamus, vt Homerus singula attigerit. Contemplatricem medicinam sibi notam fuisse, hoc versu obscure indicat:

Ibid. 227. Τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα.

μητιόεντα dicit medicamenta, nempe contemplatrice peritia apparata. Signa tractantem diserte in Achille proponit. Is enim vt Chironis discipulus, primus causam luis quæ Græcos inuaserat, deprehendit: nimirum sentiens morbos qui populum simul inficiunt (Epidemios vocant) ab Apolline esse, qui idem est sol. Is anni tempestates adducit: quæ vbi in æquali temperie constant, morbos gignunt. Et in vniuersum adeo salutem ac exitium virorum Apollini, mulierum Dianæ, hoc est, lunæ harum, soli illorum adscribit: saggittarios eos fingens, ob coniectum radiorum: diuidens masculum à fœmineo, quod illud natura est calidius. Propterea ait Telemachi tantam esse staturam voluntate Apollinis: Tyndarei autem filias ope Dianæ adoleuisse. Mortem iisdem imputat cum sæpe alibi, tum de filiis Niobes filiabusque vbi loquitur, ita distinguens:

(Marginal references beside this paragraph: Iliad. λ. 831.; Iliad. α. 54.; Odyss. τ. 86.; Odyss. ο. 71.)

Hor

Hos Titan, illas pernix Diana necauit. Iliad. ω. 617.

Caniculæ quoq; ortum refert, signum ac causam æstus morborumq;:

Exsuperat splendore suo qui sidera cuncta: Iliad. χ. 27.
Sed mala designat, magnum mortalibus æstum
Ille ferens.——

Causas etiam persequitur, de iis hæc scribens:

Nam neq; edunt Cereris, neq; Bacchi munera potant: Iliad. ε. 341.
Hinc immortales, & cassi sanguine viuunt.

Alimentum quippe tam siccum, quam humidum, sanguinem gignit: sanguis corpus alit, idemque abundans aut corruptus morbos generat. Effectricem medicinam ita tractat, cuius pars est etiam ea quæ victus ratione vtitur. Primum discrimen morborum acutorum & diuturnorum aperuit in his:

Nam qua te mortis species dulcissima mater Odyss. λ. 170
Abstulit? an longi vis morbi: Cynthia vel te
Ipsa suis telis subito iaculata peremit?

Manifestum quoq; est, eum tenuem victus rationē existimasse salubrem. Facit enim heroas assatis carnibus vesci, ciborum curiosum apparatum omnem amputans. Et quoniā venter semper indiget iterata alimentorum suggestione, postquam priores cibi cōcocti, corpori suum succū, ac quod idoneum est in cor & venas transmiserunt, & superflua excreta sunt: Itaq; sic scribit,

Me sinite interea quamuis cœnare dolentem,
Nam nihil inuiso ventre importunius vsquam est, Odyss. η. 215.
Qui meminisse sui nolentem cogit, & vrget. Et statim:
Me iubet ille cibum capere, & potare malorum Vinum.
Oblitumq; iubet se tantum explere.——

Vini quoq; diuersos vsus nouerat, nimium, damnosum: mediocrem vero, vtilem. Itaq; prius ita describit, Odyss. φ. 293

Temetum tibi dulce nocet: quod pluribus ante Iliad. ζ. 260.
Obfuit immodice vinosis faucibus haustum. Posterius sic:
Auget enim membris quæ languent fracta labore Iliad. τ. 167.
Egregias vinum vires.——

Et quod robur gignat:

Ast vir, Lenæi quem dona cibusq; refecit,
Per totam durent quantumuis prælia lucem,
Sufficit, & robur membris, audacia cordi
Acris adest: neque eum vires & strenua virtus
Destituunt, campo prius atque eiecerit hostes,

Ac suaue quidem conuiuiis adhibet

Sic ait, & grata præstans dulcedine vinum Odyss. η. 182.
Fudit Pontonous.——

Vehemens & grauem soporem gignens, Cyclopi Vlysses præbet. Adstringens autem, ad medicinam facit. Tale enim est πράμνειος οἶνος, quod Machaoni saucio datur. Exercitationibus vrendum esse hortatur. Semper enim agentes aliquid fingit, vel opus facientes conuenienes, vel animi causa, quando etiam deditissimos voluptatib. Phæaces, & luxuriosos procos exercere corpora facit. Ac sufficientes quidem labores facere ad sanitatem existimat: eorum vero quibus corpus aggrauatur remedium ponit somnum. Ait enim, Vlyssi à maritima iactatione defatigato somnum immissum, qui eum quam celerrime liberaret molestia illa defatigatione. Natura enim requirit, vt defessum corpus requiescat: & in quo calor est exiguus, cum is non possit in omnes partes egredi, vult eum in profundo manere. Quod autem quiescat corpus animo remisso, & solutis membris corporis, id euidenter dixit: Odyss. ι. 204. 345. Iliad. λ. 638. Odyss. θ. 120. Odyss. δ. 625 Odyss. ε. 492.

Illa recl na'a obdormiuit, & omnia membra Odyss. δ. 794
Dissoluit sopor.——

Quod autem in omnibus rebus ea quæ modum excedunt, inutilia sunt, id de somno quoq; pronunciauit, cum ita,

Est etiam nimio coniuncta molestia somno: Odyss. ο. 393.
tum sic, *——totam quippe molestum est* Odyss. υ. 52.
Noctem peruigilare.——

Bonam quoq; aëris temperiem ad sanitatem conducere cognitum habuit: vt apparet ex his, Odyss. δ. 563.

Sed te, qua terra postremus terminus extat,
Elysium ad campum cælestia numina mittent,

Quem Rhadamanthus habet: qua vita facillima longe
Ducitur, haud campos Iupiter niue conspuit illos,
Miscetur variis neque tempestatibus aer:
Nulli imbres, tantum spirat leuis aura Fauoni,
Missaq; ab Oceani nimios refrigerat æstus.

In quibus duo hæc rectissime vidit, cum ventorum principium ab humore existere, cum animalis innatum calorem refrigeratione indigere. Affectuum quoq; corporis remedia sciuit: animi deliquium refrigeratione curari, ita de Sarpedone scribens:

Iliad. ε. 697.
Tum respirauit rursum, Borea simul afflans
Pene exhalantem vitam leuis aura refecit: 10

Odyss. ε. 468. Iliad. ε. fine.
Frigoris, calefactionem esse remedium. Sic Vlyssem iactatum salo & tempestate, facit sub arbusto occultari, vbi & à ventis & à pluuiis esset tutus, & se præsenti materia tegeret. Lauacris quoque & vnctionibus suum vsum tribuit: vt eum iis Vlyssem & Diomedem se refecisse scribit, qui insomnem exegissent noctem. Maxime etiam his verbis vsum lauacri docet:

Odyss. κ. 360.
Tunc animo gratam supra caput, atq; humeros mi
Diua effudit aquam.—

Iliad. λ. 210.
manifestum est enim, quod eum nerui inde exoriantur, recte etiam defatigationis remedium inde auspicetur, quod consistit in calefaciendo & humectando: labor enim siccat. Restat vt videamus, quomodo chirurgiam intellexerit. Menelaum ergo Machaon curat, primum sagittam extrahens, deinde vulnus contemplans, atq; sanguinem exprimens, ac siccantia medicamenta 20 inspergens. Id secundum artem fieri, totum euidens est. Eurypylo porro, qui in femore vulnus acceperat, Patroclus primū cultello oblato sagittam execat: deinde aqua tepida vulnus abluēs vt dolor minueretur, radicem iniicit. Multæ autem passim nascuntur vulnerariæ. Nouit autem hoc quoque, quod amara medicamenta ad siccandum sunt apta: vulnera autem siccari debent. Neq; statim Patroclus adhibita medicina abit: sed

Fine Iliad. λ.

Ibid. 650.
Assidet, oblectatq; suis sermonibus.—

Alloquio enim indigebat, qui vehementi dolore vexabatur. At Machaonem, qui neq; magnū, neq; periculosum vulnus in humero acceperat, minus accurato victu vti non absurde facit: fortassis artem quoq; eius eo ipso indicans, nam quacunq; vteretur victus ratione, seipsum nimirū curare poterat. Id quoq; apud eum est obseruare, quod non ignorarit medicamentorum alia esse quæ mollita imponantur, vel inspergantur: vt eum ait. 30

In cura Eurypyli. Odyss. δ. 220
Leniaq; inspersit medicamenta.—

Alia quæ bibantur: vt cum Helena in cratere temperat medicamentum, quod omnem dolorē & acerbitatem animi aboleat, & obliuionem omnium malorum adducat. Eodem modo sciebat venena alia illini, dicens,

Odyss. α. 261 Odyss. β. 330.
Quærebat, posset quo tela linire, venenum. alia potari: vt,
Crateri iniiciat, nos illosq; enecet omnes.

Diuinatio.
Atq; hæc de re medica, quantum eius apud Homerum est. Vtilitatem porro homines percipiūt, vt ex medicina, ita aliquando etiam ex diuinatione. Huius quandam partem Stoici dicunt artificio constare, vt extispicium, augurium, omina, signa: quæ vno verbo artificiosa nuncupant, a- 40 liam artis & disciplinæ expertem: vt insomnia, vt afflatus diuinos. Ne hæc quidem Homerus ignorauit. Nouit enim vates, sacrificulos, somniorum coniectores, augures: & quendam in Ithaca, qui aues nosset: & futura inde vaticinaretur. Quin & Vlysses precatur:

Odyss. β. 159. Odyss. υ. 100.
Omen nunc aliquis hominum intus mi vigilantum
Exhibeat, Iupiterq; foris signo omina firmet.

Odyss. ρ. 540 Odyss. υ. 351. Iliad. η. 52. Tragœdia.
Sternutatio quoq; apud eū inter felicia signa ponitur. Et procis adstat diuino furore correptus vates, futura quibusdam indiciis præsagiens. At cum Helenus dicat, se vocem deorum immortalium auribus suis percepisse idem facit Socrati, qui genii voce monitus diuinasse perhibetur. Anne aliqua præterea dicendi ars aut scientia superest? Nimirum ipsa etiam Tragœdia sui principium ab Homero arcessit, rerum verborumq; elata magnitudine. Extant omnes apud Home- 50 rum formæ tragœdiæ: actiones grandes, & à communi opinione alienæ, deorum apparitiones, orationes ab elato animo profectæ, quibus quæuis ingenia, quiuis motes exprimantur. In summa, nihil aliud sunt Homeri poemata, quam fabulæ quæ in scena agantur. Graues propununtur res: eæque amplificatæ verbis, sententiis, actionibusque. Neque tamen adsunt nefariorum facinorum commemorationes, qualia sunt incestæ nuptiæ, parentum aut liberorum cædes, aut quæ alia portenta nouæ tragœdiæ sunt inuenta: quinetiam cum aliquid tale commemorat lenire potius peccatum, quam exprobrare conatur; vt de Clytemnestra: Ait enim, eam probam fuisse: quamdiu cantorem habuit secum : id est, magistrum quendam vxori ab Agamemnone

Odyss. γ. 266

adiun-

adiunctum, qui ei optima præciperet Hoc demum amoto, mulieri adulterium Ægisthus persuasit. Etiam Orestem laudans, qui cæde Ægisthi vltus patrem sit, necem matris reticuit. Multa etiam alia huiusmodi apud hunc poetam inuenias, vt qui tragœdiam, magnificam quidem illam, sed non inhumanam quoq; scripserit. Nihilominus comœdia quoq; hinc ansam cepit. Inuenias enim apud eum, qui res maxime sublimes atq; grandes referat, quædam esse etiam, quæ interim risus materiam præbeant. Itaq; & in Iliade Vulcanus claudicans inducitur, qui fundat vinum diis: quo occasione, — Odyss. α. 298.

Immensus cepit cælestia numina risus. — Fine Iliad. α.

30 & Thersites turpissimus animo ac corpore, tumultuando, maledicendo, ac sese iactando Vlyssem concitans, ab eoq; verberatus, omnibus risum mouet:

Quantumuis mæstu, suauem tamen omnibus ille
Elicuit risum. — — Iliad. β. 270.

Et in Vlyssea, apud diffluentes voluptate Phæaces Demodocus Martis cum Venere adulterium cantat: vtq; in vincula Vulcani incidentes risum cæteris diis mouerint, hiq; festiue inter se iocati sint. Et apud intemperantes procos, Irus mendicus fingitur cum Vlysse præstantissimo viro palæstra congredi, ipsaq; in actione fit ridiculus. Omnino enim humanæ naturæ consentaneũ est, non intendi modo animum, sed remitti etiam, vt sufficere possit ad vitæ labores. Itaq; talis animi oblectatio à poeta inuenta est. Quod autem ii qui postea comœdias ediderunt, risus captandi gratia turpibus, & nimis aperte obscenis verbis vsi sunt: certe non possint dicere, se melius aliquid inuenisse. Sobrie enim Homerus amatorias affectiones ac sermones memorauit, vt cum Iuppiter dicit: — Odyss. θ. 267. — Iliad. ψ. initio

Nam nunquam cepit mentem mihi tanta cupido. — Iliad. ξ. 315.

Et de Helena:

Non equidem indignum est, quod talis fœmina tantis
Ærumnis, tanto petitur iam tempore viring.

Et quæ alia id genus sunt. At reliqui poetæ incontinenter, ac vltra modum isto affectu captos homines proponunt. Et hæc quidem hactenus. Elegans etiam est genus orationis epigramma, siue inscriptio: quod inuentum est imaginum & monumentorum gratia, compendio indicans, 30 qualis sit cui honoris causa aliquid tale obtigit. Hoc ipsum quoq; Homeri est. Sic enim alicubi: — Iliad. γ. 156. — Epigramma

Hic situs est vita iampridem lumina linquens
Quiquondam Hectoreo perculsus concidit ense: & iterum: — Iliad. η. 89.
Hectoris hæc vxor, quo tirum Pergama nemo
Fortior hostiles Graiorum inuasit aceruos. — Iliad. ζ. 460.

Neque aberrauerit à vero, si quis pingendi quoque magistrum fuisse Homerum dicat. Dixit sane quidam sapientum poesin esse picturam loquentem, & picturam esse poesin tacentem. Quis ergo vel prius, vel posterius Homero, sententiarum imaginibus, aut verborum aptitudine exornauit deos, homines, loca actiones varias? Idem materia verborum effinxit etiam omnis ge-40 neris belluas, maxime fortissimas: vt leones, apros, pantheras: quorum impetus & affectiones depingens, iisque humanas actiones comparans, vtriusque proprietates demonstrauit. Ausus est etiam diis hominum formas affingere. Vulcanus vero scutum Achilli fabricans, auroque insculpens terram, cœlum, mare, magnitudinem Solis, Lunæ pulchritudinem, multitudinem stellarum vniuersum hoc coronantium. vrbes diuersis moribus ac diuersa fortuna vtentes, animalia motu & sermone prædita: quo tandem non pictore præstantior in hoc genere artifex videbitur? Ex vno saltem de multis exemplo consideremus, visu potius quam auditu percipi poemata videri. Qualia sunt, quæ Euryclex tribuit verba, cum ea Vlyssis cicatricem esset conspicata: — Pictura

Quam pronis nutrix manibus complexa, per ipsum — Odyss. τ. 467.
50 *Agnoscens tactum, subito perterrita casu est,*
Demisitq; pedem: simul impulit iste lebetem
Delapsus, sonitumq; dedit fuditq; liquorem.
Verum laticia simul & correpta dolore
Est anus: atq; oculos lacrymæ impleuere, repressa
Est vox, & mentum tangens ita fatur, Vlysses
Omnino meus es: neque te tamen antea fili
Agnoui quam te contrectans omnia sensi.
Sic ait, atque ad Penelopen sua lumina vertit,
Effari cupiens. — —

Hic

Hic sane plura iis quæ in picta tabula oculis subiici possunt cernas, non visu, sed sola intelligentia percipienda, qualia sunt, pes propter subitam consternationem è manibus dimissus, aheni tinnitus, effusa aqua, vetulæ dolor lætitiæ mixtus, eius ad Vlyssem verba, & quæ dictura erat ad Penelopen, in quam coniecerat oculos. Multa & alia quasi pictoria arte poëta ob oculos ponit: quæ inter legendum licet spectare. Cæterum hic finem orationi imponere, tempestiuum est: quam tanquam ex prato multis floribus variegato coronam cum texuerimus, Musis consecramus. Neque mouebimur, si quis reprehendat nos, quod cum Homeri poësis malum argumentum tractet, nos ei physicas, politicas, ethicasq; orationes, tum etiam varias adscribimus scientias. Necesse enim habuit poëta, pro materia sibi actiones admirabiles, itemque affectus & mores varios sumere. Cuius rei causa est, quod bona ipsa per sese simplicia sunt vnius generis, & ornatus non capacia. Quando vero cum rebus malis permiscentur, tum varios modos, & omnis generis formas admittunt: vnde rerum materia existit. In qua ipsa tractanda cum iuxta se bona & mala collocentur, facilius meliorum & agnitio demonstratur, & electio. In summa autem huiusmodi argumentum occasionem poëtæ tribuit omnis generis orationes referendi, alias à se, alias à personis quæ introducuntur: ex quibus magna ad lectores redeat vtilitas. Denique cur non omnis virtutis laudem Homero tribuamus? cum posteri etiam ea in ipsius poësi animaduerterint, quæ ipsi fortuito, etiam nihil tale cogitanti exciderunt. Nam & quidam versibus eius ita vtuntur, vt oraculis deorum: & alii, cum aliam sibi materiam sumserint, versus eius transcribentes atque componentes eo accommodant.

* * *

FINIS.

RERVM

RERVM ET VERBORVM, QVÆ HOC PLVTARCHI CHAERONENEI MORALIVM VOLVMINE CONTINENTVR MAXIME memorabilium, acuratißimus

INDEX.

agamē-

INDEX.

artemisium

Carne

D

Fato{

G.

H

Her-

I

à sanna-

M

K

L

M

E.

cam-

F.

G.

I

ab iactan-

M

menses

phalae

sortie

Q

R

S.

Secu

T

Tapro-

V

FINIS.